VITAE SANCTORUM EX PROBATIS AUTHORIBUS & MSS. CODICIBUS PRIMO QUIDEM...

Laurentius Surius

INDEX SANCTORVM DECEMBRIS,

quorum vitæ, martyria, & acta, partim hoc mense, partim alijs aliorum mensium Sanctorum vitis insertæ, continentur.

DECEMBER.

De

DECEMBER.

VITA S. ELIGII NOVIOMENSIS EPISCOPI, A BEATO * AVDOENO ROTHOMAGENSI PRÆSVLE, EIVS ÆQVALI, CONSCRIPTA LIBRIS DVOBVS. HISTORIA admodum prolixa est. Authoris longum Prologum omisimus nihil fere, præter simplicis styli excusationem, habentem.

ANN. 570

* Hunc cognomento Dadonem vocat Molan. in Natal. Sanct.

Lib. 1.

I. IGITVR Eligius Lemouice Galliarum vrbe, quæ ab Oceano Britannico fere ducentorum millium spatio seiungitur, in villa Catalacensi, quæ à prædicta vrbe sex circiter millibus ad Septentrionalem plagam vergit, oriundus fuit. Est itaque præfata ciuitas partibus sita Armonicanis in vlteriore Gallia, primaque Aquitania, quæ ad plagam respicit Occidentalem. Cui contigua est ab Oriente prouincia Lugdunensis, Galliaque Belgica. Habet etiam ab Euro & Meridie prouinciam Narbonensem: à Circio autem ambitur Oceano. Porro ab Occasu habet Hispanias. In hac ergo regione parentibus ingenuis, atque ex longa prosapia Christianis, Eligius natus atque alitus est. Cuius pater Eucherius, mater vero Terrigia vocitata est. Ipse autem, gratia diuina præsciente, congruum sibi ac veluti speculum mentis suæ, Eligius nomen accepit. Ergo cum propositum sit de his, quæ gessit, immo quæ Dominus per eum operari dignatus est, sicut gesta constat, narrare: tamen id, quod, priusquam nasceretur, ad indicium sanctitatis eius ostensum est, quodque magnorum virorum testimonio didici, omittere non debeo.

1. DECEM. S. Eligii patria.

Item parentes.

II. CVM adhuc vir beatus matris esset aluo inditus, vidit genitrix eius visionem, quæ huiusmodi habet ordinem. Videbat quasi aquilam valde pulchram supra suum volitantem stratum, ac se tertio inclamantem, sibique nescio quid pollicentem. Cumque ex reciproca voce euigilasset, perterrita nimis, cœpit mirari, quęnam esset hæc visio. Interea venit tempus pariendi, & præ magnitudine doloris cœpit mater periclitari. Vocauerunt autem quendam religiosum presbyterum, boni testimonij virum, vt pro eadem orare deberet. Qui cum venisset ad eam, quasi propheticum mox vsurpans verbum, ait ad illam: Noli, inquiens, mater timere: quoniam benedictum partum tibi Dominus dignabatur largiri. Erit etenim vir sanctus, ac de gente sua electus, vocabiturque magnus in Ecclesia Christi sacerdos.

Visio matris eius grauidæ.

Prophetia de S. Eligio

III. IGITVR Eligius nutritus est in fide recta, atq; imbutus à parentibus Christianis religione Catholica. Exinde igitur pueritiæ annos excedens, æuum adolescentiæ cum industria gerebat, & quicquid operis ætati suæ congruum arripuisset, mira agilitate perficiebat. Cum ergo videret pater eius tantum filij ingenium, tradidit eum ad imbuendum honorabili viro, Abboni vocabulo, fabro aurifici probatissimo: qui eo tempore in vrbe Lemouicina publicam fiscalis monetæ officinam gerebat. A quo in breui huius officij vsu plenissime doctus, cœpit inter vicinos & propinquos in Domino laudabiliter honorari. Gerebat n. simplicitatem columbæ, ne cuiquam machinaretur dolos. Habebat & serpentis astutiam, ne aliorum supplantaretur insidijs. Dignumque in cunctis habens ingenium, & facile loquebatur, & pure. Ecclesiarum etiam conuenticulis frequenter intererat, & quæcunque ibi ex diuinis scripturis recitabantur, aurem libenter accommodans, auidissime hauriebat, atque ita in corde suo memoria recondebat, vt etiam cum absens esset, ea quæ didicerat, meditatione intentissima ruminaret.

Instituitur in fide recta & religione Catholica.

Fit egregius aurifaber.

Docile eius ingenium

IV. INTEREA post aliquot annos extitit quædam causa, diuina (credo) gubernante prouidentia, vt relicta patria & parentibus, Francorum adiret solum: vbi paucis degens, factus est notus cuidam Regis thesaurario, Bobboni vocabulo, viro honesto & mansueto. Cuius se patrocinio committens, sub eius ditione degebat. Strenue enim ad omne opus se aptabat, & omnes, cum quibus colloqui potuisset, suo amore annectebat.

In Franciã proficiscitur.

Bobboni regio quæstori adhæret.

V. POST aliquod autem temporis interuallum, peruenit ad notitiam Clotarij Francorum Regis, huiusmodi ex causa. Volebat enim idem Rex sellam vrbane auro gemmisque fabricare: sed non inueniebatur in eius palatio, qui huiusmodi opus, sicut mente conceperat, posset opere perficere. Cum sciret ergo præfatus Regis thesaurarius Eligij industriam, cœpit explorare eum, si quo minus opus optatum posset perficere. Et cum facile id apud eum fieri intellexisset, ingressus ad Principem, indicauit ei inuenisse se artificem industrium, qui dispositum sine cunctamine aggrederetur eius opus. Tunc Rex mente gratissima tradidit ei copiosam auri impensam: sed & ipse nihilominus tradidit Eligio. At ille acceptum opus cum celeritate inchoauit, atque cum diligentia celeriter consummauit. Deniq; quod ad vnius opificij acceperat vsum, ita ex eo duo composuit, vt incredibile foret, omnia ex eodem pondere fieri potuisse. Nam absque vlla fraude, vel vnius etiam siliquæ imminutione, commissum sibi parauit opus: non cæterorum fraudulentiam sectans, non mordacis limæ fragmina culpans, non foci edacem flammam incusans: sed omnia fideliter complens, geminam meruit felix remunerationem. Opus ergo perfectum defert protinus ad palatium, tradiditque

Vt ad Clotarii Regis notitiam peruenerit.

Et duas ex auro confecit sedes

Nota integritatem eius.

diditque Regi quam donauerat sellam, altera penes se, quam fecerat, gratuito reseruata. Cœpit tunc eum Princeps mirari, simul & efferre tantam operis elegantiam: iussitque ilico fabro tribuere mercedem laboris dignam. Tunc Eligius alteram ex occulto in medio prolata. Quod superfuit, inquit, ex auro, ne negligens perderem, huic operi aptaui. Confestim stupefactus Clotarius, & maiori admiratione detentus, sciscitabatur opificem, si cuncta ex eodem pendulo facere potuisset. Et cum consequenter iuxta id, quod fuerat sciscitatus, responsum accepisset, ingenium eius sublimi fauore attollens. Ex hoc iam, inquit, etiam in maximis credi poteris. Porro hoc fuit initium, necnon & testimonium in palatio Regis honorandi, imoq; *credendi Eligium. Ex hoc nempe adauctus consurgens, factus est aurifex peritissimus, atq; in omni fabricandi arte doctissimus. Inuenitq; gratiam in oculis Regis, & coram omnib' optimatibus eius. Domino ergo iuuante, roboratur in fide, ac à Rege prouocatus, crescebat quotidie in melius. VI.

** Credendi pro, quod est, fidem eius valde spectatam fore.*

Vt Rex eū iureiurando adigere voluerit.

Crediturū, id est, fide dignum habiturum.

Me igitur præsente, nescio quam ob caussam, nisi quod facile datur intelligi, fidelitatis obtentu, dum apud Regem puerulus habitarem, quodam die Rotoilo in agro accito Rex Eligio, coram reliquijs sanctorum præcipiebat ei, vt impositione manuum sacris pignoribus daret sacramentum. Sed ille diuinum intuitum verens, excusare humiliter omni nisu tentabat. Cumq; instantius id facere compelleretur, anxius valde, cœpit mox vberrim lachrymas profundere, metuens scilicet Regem offendere, septuplumque pauens sanctis pignoribus manus imponere. Intuens itaque Rex eius timorem, simulque mirans tantam viri deuotionem, desijt vltra eum cogere: sed magis blande leniterque demulcens, lætissimo illum vultu dimisit, pollicens se plus eum ex hoc iam crediturum, quam si multimoda tunc dedisset iuramenta. VII.

Confessio sacramentalis.

2. Cor. 6.

Domat carnem.

Iob. 5.

Abstinentia eius.

Non post longum spatium, cum iam Eligius virilem ageret ætatem, cupiens se vas exhibere Deo sanctificatum, ac metuens ne aliqua suum delicta pectus fuscarent, omnia ab adolescentia sua coram sacerdote confessus est actu: sicque sibi austeram imponens pœnitentiam, cœpit fortiter colluctationi carnis, spiritus feruore resistere, in laboribus scilicet, secundum Apostolum, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in patientia multa, atque in charitate non ficta. Proponebat namque sibi aduersus præsentes carnis ardores, futuri supplicij ignes: ac memoria ardoris gehennæ, ardorem excludebat luxuriæ. Orabat iugiter pro donis cœlestibus, precabatur Deum diebus ac noctibus, illud ex libro Iob crebro reuoluens. Ego, inquit, deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meū: qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Qui ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate. Adimebat sibi saturitatem panis, vt cœlestem posset promereri panem. Ora quidem eius ieiunijs pallebant, corpus aridum marcebat, sed mens acrius semper æternæ patriæ amore æstuabat: & vnde grauiora recordabatur, inde patientius leuiora portabat. Semper enim præsentis vitæ terminum intuens, futuram Dei sententiam æmetuenda iud cia formidabat, sciens scriptum: Beatus homo, qui semper est pauidus: & illud Apostoli: Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Necnon & illud Iob dictum: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Ad Domini vero pedes noctibus iacebat, manibus pectus tundens, genas lachrymis irrigans, moderatoq; suspirio oculis ad cœlum leuatis, illum semper respiciebat, quem fortasse delinquendo offendisse timebat, ac lamentabili voce hæc crebrius verba geminabat: Tibi soli peccaui, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam: & illud beati Iob: Memento, inquiens, quia ventus est vita mea, &, Parce mihi: Nihil enim sunt dies mei. Et ex se quodammodo egrediens, illud ante suam pingebat mentem: quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ideo ista iugiter meditando, quanto plus proficiebat, tanto plus humiliabatur: vt quanto plus humiliatus esset, tanto amplius proficeret. Cuius quanta fuit mœstitia, tanta fuit & venia: & quantum se humiliter afflixit, tantum elementer à Domino meruit sublimari. O profunda benignitas Dei: fit velocior venia, quam culpa. O felix pœnitentia, quæ tam velociter ad se Christi traxit misericordiam, quæq; non prius assiduo fletu delictorum flammas extinguendo, frequentiq; ieiunio peccatorum virus excludendo destitit, quam misericordiam, quam poscebat à Domino, impetraret. De talibus quippe per Malachiam prophetam Dn̄s dicit: Dedi ei timorem meum, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Hinc iterum scriptū est: Timor Domini expellit peccatū, & rursus: Qui timet Dn̄m, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius.

Prouerb. 28.
Philip. 2.
Iob 31.
Lachrymæ.
Psal. 50.
Iob. 7.
Ibidem.
1 Cor. 2.
Esai. 64.
Malach. 2.
Eccl. 1.
Eccl. 34.

Vt diuinitus cognouerit remissa sibi peccata.

Nota de reliquiis.

Visio eius.

VIII Denique quodam tempore interpellans Dominum, fide pleno pectore exigebat, vt si accepta Deo pœnitentia eius esset, quoquo modo dignaretur ei dare notitiam. Habebat itaq; in cubiculo, vbi assidue cubitare solitus erat, multorum pignora sanctorum in supremis dependentia, sub quorum sacro velamine, reclinato in cilicio capite, orare consueuerat nocte. Quo nimirum in locum cum ex more quadam nocte in oratione prostratus, super cilicium incumberet, somno ingruente oppressus, veluti transeundo in momento obdormiuit, visumque est ei adstitisse repente quendam, atque dixisse: Ecce Eligi, exauditæ sunt preces tuæ, indiciaque olim quæsita nunc tibi concessa. Mox ille excitatus, odorem hausit gratissimum. Sensit etiam ex gerulo reliquiarum guttas suauissimas super suum lenissime defluere caput. Ex quo nimis attonitus, surrexit velociter, & solicite conspiciens, vidit quasi balsamum distillare de chrismario, & pallio, quo erat opertus. Tanta quippe fragrantia odoris suauissimi totum illud impleuerat cubiculum, vt etiam ipse vix ibi subsistere quiuisset. Tunc memor suæ petitionis, nimiumque largitatem bonitatis Dei miratus, altius ingemiscens, fidelem retributorem ex intimo corde benedicebat Christum, qui nunquam derelinquit sperantes in se. Hoc ergo fuit initium virtutum eius, imo imponentis Dei, per quem omnes omnia possunt. Quod cum vir sanctus sodali suo Audoeno, cognomento Dadoni, quem sicut animam suam diligebat, secretius enarrasset, vicissim ab eo exegit, ne, vsquequo ipse in corpore maneret, eadem cuiquā indicaret. At ille hæc audiens, cœpit continuo animo compungi, cœpitq; secreta arcanorum eius vis quædam interni amoris accendere. Iamq; ex hoc, spretis seculi blandimentis, cupiebat ex studio Eligium æmulari ad bonum. Et accito etiam germano suo Adone in consilio cōmuni, (erant n. viri inclyti, optimates aulæ, filij sc. Anatharij) Hi ergo cōmuni habito cōsilio, cœperunt imitari, quæ ab Eligio gerebantur: eratq; eis familiare consortiū, & cor vnum in Dn̄o, atq; anima vna.

Hic Audoenus est author historiæ huius.

Clotarii obitus.

Eius felicitati multi inuident.

Catalogus virtutum S. Eligii.

Invenit ergo Eligius gratiam coram Deo, & coram regibus Francorum, & ferebatur ei ab omnibus testimonium, intantum vt copiosam molem argenti & auri gemmarum absq; vlla pensa à Rege acciperet: crescebatq; ei honor cum magno fauore de die in diem, & omni ex parte probatus, vernabat in aula deuotus. Mortuo interea Clotario Rege Francorum, Dagobertus filius eius monarchiam regni solus obtinuit. A quo Eligius tanta familiaritate habitus est, vt plurimorum eius felicitas ingens gigneret odium. Siquidē oderant eum praui, quippe quoniam magnopere oderat ipse superbiam, diligebat veritatem: & cum esset strenuus, iugis ei erat contra eorum vesaniam pugna, perpetuumq; certamen. Sed plane omnes boni illum admirabantur & diligebant, quia nouerant catholicam hominis scientiam, ac patriæ cœlesti mentem iugiter intentam, semperq; actibus bonis præparatam. Sectabatur igitur iugiter charitatem, mansuetudinem & longanimitatem. Diligebat Deum ex toto corde, ex tota anima, atque ex tota virtute. Erat quoq; tranquillus moribus, & serenus adspectu. Gerebat vultum planum, moderatam speciem, ornatum adspectum, quietum sensum, animum lætum, humilem sapientiam. Semper opera bona factis amplius, quam verbis ostendebat: corpus fame castigans, ieiunium potius quam epulas amans, dolentem consolans spem suam Deo committens, orationi frequenter incumbens, nihilque amori Christi præponens: quod credebat, docens: quod docebat, imitans. Semper enim ante oculos eius dies vltimus versabatur, semperque mens eius IX.

præ-

præcepta cœlestia meditabatur. Orabat autem frequenter, quia didicerat, quod oportet sine cessatione Dominum rogare. *Luc. 18.* Satagebat magnopere, ne secundus cuiquam in operibus bonis inueniretur. Erat etiam erga famulos Dei valde humanus atque benignus. Charitatem vero super omnia & ipse diligebat, & omnibus seruare mandabat. Existebat vtique in cunctis casibus firmus, omniaque aduersa patienter ferebat. Pericula aliena in se pertimescebat, aliorumque casus, suos esse laqueos iudicabat. Finem quoque vitæ suæ solicitus considerabat, metuens ne se tanquam fur hora illa inermem comprehenderet. Cum opere etiam lectioni vacabat, sciens quod lectione sensus augentur, & intellectus tribuitur: & quod lectio doceat, quid caueatur. Erat vero erga omnes humilis, nimiumque in humilitate fundatus: nulli se præponens, nulli superiorem se deputans: sciens & illud, quia si quis perfecta contentus fuerit humilitate, habebit ex illa gloriam. & quanto quis humilior fuerit, tanto eum altitudo gloriæ sequetur. Habebat n. temperamentum in prosperis, patientiam in aduersis, mentemq; nec gaudio nec mœrore à Christi vnquam amore reuocabat. Irascentem quoq; patientia deliniebat, & blandimento iracundiam furentis temperabat ac sic alienam miseriam tanquã suam lugebat. Eratq; ei in ingressu simplicitas, in gestu grauitas, in motu puritas, in incessu honestas, in ieiunio hilaritas. Animus n. eius in modestissimo corporis habitu apparebat. Erat etiam parcus in sermone, blandus in eloquio. Tristem, imoque dolentem, dulci consolabatur affatu. Hoc proferebat ex labijs, quod mentem ædificaret audientis, fiebatq; eius sermo expectationi Ecclesiæ vtilis. Nihil enim ex omnibus quæ egisset bonis, meritis suis tribuebat, nihilque in viribus suis vnquam præsumebat: sed omne opus suum ad Deũ semper conferens, in cunctis actibus eius auxilium implorabat. Bonum quod didicerat, docebat: verba tamen operib. præcedebat: sciens non esse laude dignum, quod docet quis, nisi dictis facta coniunxerit: sed potius si quod docet, & facit, tunc habebitur gloriosus. Vnde & Apostolus dicit: Ne, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Hostem præterea inuisibilem orationibus & precibus repellere iugiter contendebat, pugnans ore, non gladio: orationibus, non telo: precibus, non ferro. Cunctis autem diebus, cunctis horis Dei flagitabat præsidium, vt dignus post mũdi lucem posset peruenire ad brauium. Res temporarias tribuebat egenis, vt pro eisdem mercaretur paradisi delicias. Deuitabat quidem superbiam, amplectebatur humilitatem: Dei semper auxilium rogans, finem iugiter felicem postulans. Quis n. illo tempore humilitatem eius cernens, non protinus compungeretur? Aut quis amator pecuniæ, eius humanitatem ac parsimoniam, deuotionem quoque & studium adspiciens, non admirando confestim obstupesceret? Nam quicquid bonorum in principio arripuit, vsque ad finem vitæ nullis negocijs passus est implicari: sed integrum & sanctum propositum seruans, in nullo cœptam regulam commutauit. Sub habitu alterius semper alteri militauit; & quicquid habere potuit in mundo, Christo tradidit ex toto.

Lectio sacra docet quid caueatur.

Nota eximium docendi genus.

1. Cor. 9.

Eleemosynæ eius.

Constantia in bono.

Sub mundi habitu militabat Christo.

X. POLLEBAT itaque magis ac magis in vigilijs, in ieiunijs, atque in charitate. Fabricabat in vsum Regis vtensilia quamplurima ex auro & gemmis. Sedebat fabricans indefessus, & contra illum Tyllo vernaculus eius ex genere Saxonico: qui magistri vestigia sequens, & ipse postmodum venerabilem vitam duxit. Sedens ergo Eligius ad opus prædictum, codicem sibimet præ oculis præparabat apertum: vt quoque genere laborans, diuinum perciperet mandatum. Sic igitur duplum gerens officium, manus vsibus hominum, mentem vsui mancipabat diuino. Fragrabat eius vbique fama intantum, vt si qui ex Romana, vel Italica, aut Gothica, vel qualicunq; prouincia, legationis fœdere, aut alia quacunque ex causa palatium Regis Francorum adire pararent, non prius Regi occurrerent, quam Eligium aggrederentur, vel iuuamen alimoniæ ab eo poscentes, vel certe consilium salubre quærentes. Confluebantq; ad eum vndique viri religiosi, aduenæ quoque & monachi: & quicquid militare poterat, aut eis in eleemosynam dabat, aut certe captiuorum in precia distrahebat. Habebat maximum huiusmodi opere studium. Sane vbicunque venundandum intellexisset mancipium, magna cum misericordia & festinatione occurrens, mox dato precio liberabat captiuum. Interdum etiam vsque ad viginti aut triginta, seu & quinquaginta numero simul à captiuitate redimebat. Nonnunquam vero agmen integrum, & vsque ad centum animas, cum naui egrederentur, vtriusq; sexus ex diuersis gentibus venientes, pariter liberabat, Romanorum scilicet, Gallorum atque Britannorum, necnõ & Maurorum: sed præcipue ex genere Saxonum, qui abunde eo tempore veluti greges à sedibus propriis euulsi, in diuersa distrahebantur. Quod si contigisset, vt copiosus venditorum numerus mensuram precij excederet, cuncta præter corpus proprium, quæ habere poterat, vsque ad cingulum & amphibalum, necnon & victum necessarium, sed & vsque ad calceamenta cuncta se expoliabat, tantummodo vt captiuis subueniret. Id etiam & in peregrinos Christi sæpissime faciebat. O quoties debitor esse voluit, vt debitoribus subueniret? Quoties brachile aureum, pũgam quoque auro gemmisq; comptam sibi subripuit, tantum vt miseris succurreret? Vt autem breuiter comprehendam, tantam captiuorum multitudinem per succedentia temporum spatia à duro dominorum absoluit iugo, tantas eleemosynas diuerso hominum generi vtriusq; sexus diuersis Ecclesiis ac monasteriis distribuit, vt nullus ea orator, quantumuis studiosus, quamuis sit eloquens, ad plenum narrare sufficiat. Redemptos n. captiuos protinus corãRege statuens, iactatis ante eum denariis, chartas eis libertatis tribuebat. Deinde trinam ipsis optionis proponebat electionem, i. vt si qui vellent iam liberi ad propriam remeare patriam, ipse eis inquantum suppetebat, præberet subsidium. Si qui aũt cum ipso velint permanere, libens valde accõmodabat assensum, ita duntaxat, non iam vt serui, sed potius vt fratres cum eo degerent. Porro si quos suadere poterat, vt venerabilem monachorum vitam arripientes, claustra cœnobij expeterent, hos tanquam dominos insigniter honorans, vestimenta etiam & quæq; necessaria tribuens, ilico archisteriis cum exultatione destinatos, cum grandi demũ solicitudine eorum gerebat curam. Habebat præterea secum plures vernaculos, in suo contubernio degentes, sibiq; necessario iugiter obtemperantes. Ex quib' erat Baudericus, eiusdem libertus comprouincialis, qui in omnib. honeste valde eius curam gerebat. Erat etiam Titmenus, genere Sueuus, fidelis cubicularius laicus, qui postea ad mercedis cumulum peruenit interemptus. Necnõ & Buchinus, ex gentili conuersus: qui & ipse postea venerabilis extitit, ac Ferrariensi cœnobio præfuit. Andreas quoq; & Martinus, atq; Ioannes, qui eo etiam procurante ad clericatum peruenire meruerunt. Sed & alii quamplures, quos enumerare perlongum est: qui diu noctuque in eius camera cum omni studio solenniter canonicum adimplere studebant cursum.

Odor boni nominis eius multas penetrat terras.

Militare, pro emerere, vel emerendo acquirere.

Mirum eius stud. & erga redimendos captiuos.

Multis persuadet monasticam institutam vitam arripere.

Aliquot eius præclari discipuli, vel familiares.

Canonicũ cursum, id est preces horarias sine canonicas.

XII. MVLTITVDO præterea pauperum, sicut apes ad alueatium vndiq; quotidie ad eum confluebant, intantũ vt si quis ignotus aut peregrinus Eligii inquirens domicilium, cum de eo interrogaret quempiam, id ab eo acciperet responsum: Vade in illam plateam, & vbi pauperum cœtum conspexeris, illic vtique & Eligium reperies. Sicut enim vt dictum est, apes circundant fauum, ita assidue turbis pauperum constipatus incedebat Eligius, quibus aut per se, aut per famulum alimoniam pariter & eleemosynam tribuens, benignissime quotidie refouebat. Habebat autem & loculos, vbi autem distribuendum secum portare iugiter consueuerat, nec tamen ibi pauperem fortuito obuium habuisset, dilatio vel parua porrigendi intercederet. Quid plura? Quicquid habuit, excepto tegumento & victu totum egenis & monasteriis dispertit sciens Apostoli esse præceptum. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Nam cum vespertinis horis sæpe post biduũ nonnunquam post triduum paratum accederet sumere cibum, destinatis in diuersa famulis, omnes quos inuenire

Pauperes benignissime fouet.

1. Tim. 6.

Officina eius inedia.

potuisset, egenos & peregrinos, seu mendicos [illegible] sibimet adduci præcipiebat. Hoc etiam cunctis diebus, exceptis his, quibus & ipse [illegible] batur, [illegible] aut certe nunquam [illegible] ministrantem. [illegible] ipse [illegible] incipiens officiare, [illegible] valde [illegible] ab lumens [illegible] bus leuans, aquam manibus fundens, metumq. scypho refundens, ipse potum porrigens, [illegible] ipse præbens, omnes postremo per ordinem [illegible] in mensa discumbere, ipse panem frangens, cibumque illis [illegible]. Deniq. his peractis, omnium iam [illegible] aut ante eos stans, aut certe ad [illegible] valde exiguum, atq; ex comedentium [illegible] relictū [illegible] bam. Plerunq. vero [illegible] ad [illegible] extra morem vocatis, cum & ipsi [illegible] et cong[illegible] ho-ris, [illegible] atq; composita, manibus [illegible], nec vnus quidem supererat panis, qui mutatis posset apponi, omnibus, vt sæpe contingebat, eodem die vsq; ad victum aut in eleemosynas redactis, aut in precia captiuorum absumptis. Sed cum ex famulis circumstantibus quidam istud sæpius irriderent, nonnulli etiam humiliter inopiæ eius compaterentur, vniuersos simul beatus vir coercens atq; refouens, aiebat: Quid molesti estis, modicæ fidei? Nunquid qui Eliam & Ioannem in deserto pauit, nos modo in medio cœtu hominum suo fraudabit beneficio? Credo, inquit, in creatorem meum, quoniam etsi nos non meremur, hi tamen pauperes Christi, refocillati hodie ipsius dono, ab hoc recedent domicilio. Nec mora, aliquando priusquam verba completet, pulsabant viri vestibulum domus, panes cæteraque necessaria affluenter deferentes: quos aut Rex, vt sæpe consueuerat, aut diues quidam, aut deuota mittebat persona. Omnes enim iam compertum habebant, & quibus Eligius indigeret, & quibus sui iuris substantiam dispergeret. Vndecunque autem veniret, Eligij tamen fides eum nunquam fefellit: quoniam veraciter dicit scriptura, Hilarem datorem diligit Deus. Et hoc sane non transitorie, aut ad momentum fecit: sed omni pene vitæ suæ tempore id agens, tale Galliæ reliquit exemplum.

Vide officia [illegible] manitatis [illegible]

Misericordia eius [illegible] Domini.

3. Reg. 17.

Matth. 3.

2. Cor. 9.

SED cum viderim hominem, cur non & formam eius depingam? Erat sane statura procerus, facie rubicundus. Formosam habebat cæsariem, & quasi crispantes capillos, manus honestas & oblongos digitos, Angelicū vultum, simplicem & prudentem adspectum. Vtebatur quidem in primordio auro & gemmis in habitu: habebat quoque zonas, ex auro & gemmis comptas, necnon & crumenas eleganter gemmatas: lineas vero metallo rutilas, oras sarcarum auro opertas: cuncta quidem vestimenta pretiosissima: nonnulla etiam holoserica. Sed his omnibus ob ostentationem fugiendam primo tempore vtebatur palam: intrinsecus vero ad carnem cilicium gestabat ex consuetudine. Postea vero cum ad auctius profecit, cuncta ornamenta in egentium necessitatibus contumpsit. Videres plerunq; ire funiculo cinctum, vilibus vestibus tectum, quem videbas dudum radiantis auri & gemmarum mole opertum. Nonnunquam vero cum videret eum Rex ob deuotionem amoremq; Christi expoliatum, subripiens sibimet, dabat ei proprium indumentum & cingulum. Dicebat enim, non esse dignum, eos, qui seculo militarent, incedere ornatos: eos vero, qui ob Christum cuncta sibi auferrent, esse inglorios. Denique apud Regem habitans, habebat mansionem assidue coniunctam cum Dadone. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. De cuius quidem exemplis multa sunt plurimus, quæ nec à longe vtique narrare sufficimus. Habebat autem in cubiculo suo multa sanctorum dependentia pignora, necnon & sacros libros in gyro per axem plurimos: quos post psalmodiam & orationem reuoluens, & quasi apis prudentissima diuersos ex diuersis flores legens, in aluearium sui pectoris optima quæque recondebat. Erat ei consuetudo noctibus cilicium ante lectum sternere, seq; aut à primo crepusculo, aut post paululum quietis è lectulo excutere, & super eo submisso capite orare prostratum. Sicq; plerunque noctem totam, excubijs insistendo, cum lachrymis ducere. Grandis enim ei collata erat gratia lachrymarum. Diuersis autem modis, quantum humana posset natura permittere, semper in id incumbebat, vt omne noctis tempus in Dei seruitio consumeret. Cum enim prolixe orasset, pro quadam lassitudine intermittens orationem, psalmos concinebat ex ordine. Quibus diu cantatis, ad lectionem accedebat: cumq; sacra verba percurreret, videres repente suppliciter oculos ad cœlum leuare, suspiria suspiriis iungere, fletum lectioni miscere, singultibus pectus quatere, atq; ora lachrymis vberrime perfundere. Et cum plerunq; inter ipsa verba diuina somno vehementer ingruente grauaretur, ex ipsis quodammodo lectionis verbis etiam per somnum meditabatur. Cumque subito excitus lectionem expleret, rursus se secundum morem conferebat ad orationem. In quo opere tanto studebat silentio, nusquam caput reflectens, nihilq; aliud intendens, vt vix aliquis spirantem eum audire posset. Non raro quidem diuersas ob caulas & noctu, & matutinis in Regis conclaue vocatus, nullatenus eo ire volebat, etiamsi nuncij alij super alios mitterentur, priusquā propositum & institutum suum in Christi seruitio complesset. Egrediens domum, oratione & Crucis muniebatur signo. Regredienti vero domum oratio occurrebat prius, quam sessio. Eum in modum ille se gessit omnibus diebus vitæ suæ, & his exercitijs ad æternam patriam iugiter anhelabat. Denique erat modis omnibus affabilis & subtilis, corde pius, atque etiam animo ad bella gerandum fortis. XII.

Forma corporis eius.

Vestes eius.

Plurimos habet libros.

Longæ eius vigiliæ & preces.

Quotidiana eius exercitia.

DENIQVE aliquando rogatus à Rege legatione fungi in partibus Britanniæ, nihil ille cunctatus, perrexit non minus festinus, quam Christi charitate securus. Quo cum peruenisset, Britannorum principem adijt, causas pacti indicauit, pacis obsidem recepit: & cum nonnulli lites vel bella sibi mutuo eos indicere æstimarent, tanta illum principem comitate, mansuetudine & dexteritate attraxit, vt etiam facile illi persuaderet secum vt proficisceretur. Itaque commoratus ibidem aliquandiu, rediens domum illum Regem secum adduxit cum multo exercitu gentis eius, eumque in Priulo villa Regi Francorum præsentans, pacis fœdere illos coniunxit. Et ille quidem Britanniæ Rex copiosa munera attulit, sed vberius muneratus, ad propria redijt. Quis vero ad plenum sufficiat enarrare, quātas in eo itinere Eligius eleemosynas fecerit? Nam præter aurum, cæteraque opes, quas distribuit, etiam cingulum suum aureum, elegantissime aptatum, pauperibus & necessitatem patientibus dispertit, vt apte ei Psalmistæ vox posset congruere: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Semper enim vbicunque esset, sententiam illam Apostoli meditabatur: Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Et hæc iugiter considerans, faciebat amicos de mammona iniquitatis, qui ipsum reciperent in æterna tabernacula. Atque ita satagebat, vt cum hæc omnia faceret, ostentationem penitus fugeret, ne in hoc seculo laudes humanas suo pro opere reciperet. Nam nunquam ille propter excellentiam suam inflatus est superbia: nunquam seruos suos adducta fronte contempsit: sed cunctis ipse amabilis, principes diligebat vt fratres, venerabatur vt dominos. Eorum etiam ministros, ac vniuersum palatij ordinem, quo regalis frequentatur ambitio, concordissimo sibi charitatis Christi conglutinauerat vinculo. XIII.

Regem Britanniæ reconciliat Regi Francorum.

Psal. 111.

1. Tim. 6.

Luc. 16.

Aulici omnes eum amant.

PORRO Rex Dagobertus, torrens pulcher & inclytus, ita vt nullus ei similis fuerit in cunctis retro Francorum Regibus, intantum diligebat eum, vt frequenter cæteris principum, optimatum, ducum atque Episcoporum se subtrahens, Eligij secreta expeteret colloquia. Quicquid autem Eligius ab eo petijsset, id absq; vlla dilatione impetrabat, idq; totum, quod ab illo adipisci poterat, in eleemosynas egentium, in precia captiuorum, in remedia debilium expendebat. Vnde & ipse princeps libentissime præstabat, quod sciebat non vni, sed pluribus, prodesse. XIV.

Dagoberti Regis laus. Baron. ann. 632.

DENIQVE inter cætera petijt ab illo villam quandā in rure Lemouicino, quam Solenniacū vocabant. Hanc mihi, inquiens, domine mi Rex, Serenitas tua concedat, quo possim ibi, & tibi & mihi scalam construere, per quam XV.

merca-

moreamur ad cœlestia regna vterque conscendere. Quam eius petitionem libenter Rex, sicut solebat, admisit: & quod ille popoſcerat, ſine mora, dato præcepto, conceſſit. Erat autem tempus, quo cenſus publicus ex eodem pago in Regis theſaurum inferendus exigebatur: cumque omnis ille cenſus, in vnum collectus, Regi pararetur afferendus, velletque tum domeſticus, tum monetarius aurum ipſum prius fornacis coctione purgare, vt pro more puriſſimum atque rutilum aulæ Regis præſentaretur metallum, (Neſciebant enim Eligio prædium eſſe conceſſum) totis viribus triduo vel quatriduo labori inſiſtentes, nulla poterant, Deo id præpediente, arte efficere, donec ab Eligio præueniens nuncius, opus cœptum interciperet, eiuſque id dominio reuocaret. Mox ergo vt hoc nunciatum eſt, cunctis loci illius accolis exultantibus, & opus perfectum eſt, & eius ditioni commiſſum. Quo in loco primum ac potiſſimum virorum Dei conſtruxit monaſterium: vbi etiam Abbate conſtituto, multos ex ſuis vernaculis mancipauit. Plures quoque ex diuerſis prouinciis vſque ad centum & quinquaginta monachos congregauit, redditusq; terræ, qui affluenter poſſent ſufficere, delegauit. Ipſe vero tanta ſe deuotione, tantoque amore eidem loco impendit, vt quicquid habere potuiſſet, quicquid à Rege adipiſci, quicquid digne cōparare, illi deſtinaret, additis etiā illis, quicquid magnates ſua ſpōte ei largiti eſſent. Videres plauſtris vehi onera, copioſa vaſcula, tū ænea, tum lignea, vſib. illorū neceſſaria. Tum quoq; veſtimenta, ad lectum attinentia, & linteamina atq; mappas: ſed & ſacrarum volumina ſcripturarum plurima. Denique omnia, monaſterij vſibus neceſſaria, intantum, vt improbi quidam ea cauſa, ingenti inuidia inflammarentur. Cogitabat autem ille ſeipſum demum illi mancipare monaſterio, niſi eum diuina diſpenſatio alteri loco deſtinaſſet.

Obtinet à Rege locū conſtruendo monaſterio aptiſſimum.

Solenniacenſe monaſterium conditur à S. Eligio.

XVI. QVEM ad locum etiam ipſe acceſſi, & tantam illic ſacræ regulæ obſeruantiam vidi, vt pene ſit vita ſingularis eiſdem monachis præ cæteris Galliæ monaſteriis. Eſt autem congregatio etiam nunc magna, diuerſis gratiarum floribus ornata. Habentur ibi & artifices plurimi, diuerſarum artium periti: qui in Chriſti timore perfecti, ſemper ad obedientiam ſunt parati. Nullus ibi quicquam proprium ſibi vendicat: ſed vt in actibus legitur Apoſtolorum, ſunt omnino omnibus omnia communia. Eſt vero locus ipſe tam fertilis, tamque amœnus, vt cum quis eo diuertit, inter pomorum nemora, & hortorum amœnitate virentia, in hæc ei verba libeat protinus prorumpere: Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael: vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas. De talibus per Salomonem dicitur: Habitacula iuſtorum benedicentur. Eſt autem idem cœnobium haud procul à Lemouica vrbe ſitum, ſex circiter miliarib. ad plagam diſtans meridianam. Ambitur vero in rotundum muro non quidem lapideo, ſed foſſa ſepe munita, decem fere ſtadiorum habens ſpatium in circuitu. Ex vno quidem latere munitur optimo flumine, cui mons excelſus ſylua opertus, ac præerupta valde rupes imminet. Omne autem ſpatium monaſterii, diuerſi generis arbores pomiferæ occupant: ſicq; illic ſegnis animus recreatur, acſi partem amœnitatis paradiſi ſe occupaſſe gratuletur.

Actor 4.

Num. 24.

Prouerb. 3.

Situs amœniſſimus monaſterii Solenniacenſis.

XVII. Iſto igitur cœnobio in omni opere perfecto, omnique ex parte cum ſolertia ſtabilito, cogitabat in Pariſienſi vrbe fabricare Xenodochium. Sed excellentiori conſilio, Deo inſpirante, concepto, cœpit ex domo ſua, quam in eadem vrbe ex munere Regis acceperat, virginum Chriſti ædificare domicilium. In quo opere diu multumque inſtanter ſine deſudans, dignum tandem ſanctarum virginum conſtruxit Aſceterium. Vbi diſtrictam conſtituens diſciplinam, vſque ad trecentarum numerum puellarum ex diuerſis gentibus, tam ex ancillis ſuis, quam ex nobilibus Franciæ matronis congregauit. Quibus & Abbatiſſam, dignam Deo puellam, nomine Auream, filiam ſcilicet Maurini & Quiriæ, conſtituit. Terræ etiam redditus copioſos delegauit, atque ex integro omne ſuum ſtudium eo conuertit. Videres & ibi trahere vndique velut vtiliſſimam apem, cuncta monaſterio neceſſaria, vaſa ſimul & veſtimenta, necnon & ſacra volumina, aliaq; quamplurima ornamenta. Nam quicquid huic ſexui congruere & neceſſarium fore videretur, vt piiſſimus pater ſolerti ſatis in omnibus diligentia & cura ſolicita prouidit. Cumque opera omnis, cunctæq; domus neceſſitatis in eo loco completæ eſſent atq; perfectæ, vnum adhuc reſtabat, vile quidem, ſed neceſſarium, ædificandum domicilium. Et cum non haberet terræ copiam, omnia etiam ædificijs occupata eſſent, adiacebat illic ad opus neceſſarium area quædam fiſcalis exigua. Præcepit ergo metiri terram, vt ſciret quanta eſſet: confeſtimque abijt ad principem, ſuggeſſit de area, & ſine mora obtinuit quod petebat. Cumque reuerſus ad aream, linea iactata amplitudinem habitaculi expendiſſet, inuenit quaſi pedem vnum amplius ſpatium, quam ipſi Regi indicaſſet. Contriſtatus igitur, vt qui nemini vellet imponere, ſe Regi eſſe mentitum, relicto protinus opere, ad aulam mœſtus rediit, moxque vt ad Principem venit, humi ſe ſtrauit, mendacium indicauit, aut veniam, aut mortem popoſcit. Sed cum Rex minutiſſimæ rei cauſam cognouiſſet, magis in ſtuporem verſus, eius iniuriæ condoluit, atque ad circumſtantium ſeſe conuertens frequentiam: Ecce, inquit, quam præclara & quam venerabilis Chriſti fides. Duces mihi & domeſtici ſpatioſas ſubripiunt villas, & Chriſti famulus propter fidem, quam habet in Domino, nec palmum quidem paſſus eſt nobis celari de humo. Sic ergo clementer Eligio conſolato, duplicauit donum, quod dudum puſillum tribuerat. Ex quo facto liquido poteſt intelligi, quantum vir ſanctus mendacij culpam pertimuit, qui viliſſimæ rei erratum in ſua noluit hærere conſcientia. Talis eum fides ad cœlum euexit: hæc illum fidelitas & Deo charum, & apud homines præclarum fecit.

Condit virginum cœnobium. Aſceteriū, pro monaſterio.

Nota innocentiſſimi viri miram religionem.

Fidem hic pro fidelitate accipit.

XVIII. IGITVR cuncto opere monaſterii peracto, atque omnibus ædificiis ancillarum Dei abſolutis, pro quibus mercedem laboris adeptus eſt lucra animarum: ædificauit poſtremo baſilicam in honore S. Pauli Apoſtoli, ad ancillarum Dei corpora ſepelienda. Cuius tecta ſublimia plumbo eleganter operuit. In ea baſilica beatus Quintillanus Abba humatus eſt. Ædificauit etiā, imo renouauit baſilicam in honore S. Martialis Lemouicini pontificis & confeſſoris, eaque vrbane ſtabilita, tecta eius plumbo veſtiuit. Cumq; eiuſdem ſancti reliquias ſatis deuotus cum magno triumpho, magnoq; vtriuſq; ſexus comitatu, cum melodia pſalmorum ac dulci modulamine antiphonarum chorus eo deferret pſallentium, miraculum Dominus declarauit memoria dignum. Ob hoc enim & Eligius ea via deportari volebat ſacra pignora, cum potuiſſent alia rectius & compendioſius. Erat haud procul à tramite illo clauſtrum tetri carceris, vbi ſeptem viri ſiue noxij, ſiue innocentes, in tetra cuſtodia tenebantur. Cum ergo Eligius, vti quondam Dauid ante arcam exultans atque tripudians, cum reliquis & præfato agmine in voce exultationis præteriret, mox vt ad ergaſtulum propinquare cœperunt, repente geſtator pignorum graui pondere depreſſus, ſolo fixus reſtitit. Cumque omnes eum compellerent promouere greſſum, ille ſe id nullatenus poſſe voce publica confeſſus eſt. Stantibus igitur cunctis, & ad rei euentum obſtupeſcentibus, vincti in carcere, lenis tonitrui cœperunt audire vocem, ſtatimq; vis quædam cum magno impetu adueniens, totum ab imis carcerem valide concuſſit: moxq; effractis ſeris omnibus, nexibuſq; diſſipatis, oſtia obſerata patuerunt incluſis. Ilico veſtigia depreſſa ferentium pignora, releuata ſunt: & rei è carcere egreſſi, eccleſiam petierunt. Oēs igitur, qui aderant, in ſtuporē verſi, cœperunt attollere nouitatem miraculi, ac merita duorū coniuncta ſimul ſanctorū, Martialis laudem, Eligij fauorē prædicare. Deniq; quicunq; hæc viderunt, Chriſto Dn̄o vberes laudes, qui in ſuis operatur ſeruis, continuis vocib. depromebant.

Animarum, ego appoſui. Videtur enim deeſſe.

2. Reg 6.

Præclarum miraculum ad reliquias S Martialis.

XIX. POST aliqua temporis curricula, cœperat vrbs Pariſiaca ſæuiſſimo cremari incendio. Nam cum tota pene arderet ciuitas, vſquequaque vis flammæ edacis ferebat glomerantes quaq; in parte fauillas. Tunc Eligius mœſtus, cum videret iam ſupra ſuum monaſteriū flante vento, ad eamq; quam ſupra diximus, eccleſiam globos flammarum

Lutetia ardet.

cum axibus & carbonibus ferri, grauiter ingemuit. Iam enim inualescente igne, in pr[illegible]ptu erat, vt etiam tegumentum basilicæ funderetur vi vastantis incendii. Attollens ergo Eligius vocem, cum gemitu dixit: O sancte Martialis, cur domui tuæ modo non succurris? Certe enim noueris, quod si hodie te non curante crematur, nunquam tam ab Eligio in æuum restaurabitur. Confestim vero adfuit Domini gratia, & aliam in partem vento flammas impellente, & ecclesia, & totum eius monasterium remansit incolume.

Ecclesia a sancto Eligio extructa, diuinitus conseruatur.

Virtutes eius enumerantur.

His itaque transactis, iugiter vir sanctus intentus manebat diuinis officijs. Erat in eleemosynis præstandis largus, in vigilijs sedulus, in oratione deuotus, in charitate perfectus, in humilitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone parcus, in locutione cautus, in conuersatione sanctissimus, nulla mundi compede constrictus, ad præstanda seruis Dei officia & obsequia accinctus, ad redimendos captiuos solicitus, ad largiendum egenis diffusus, in duris afflictionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter opprobria securus, inter odia beneficus, in prosperis & aduersis cœlo semper intentus. Non poterat in eo inuenire humani generis inimicus, nec quod fraude deciperet, nec quod simulatione fuscaret. Synceritatem quidem mentis, vultus synceritate monstrabat: & pietatem clementissimi cordis, sermonis lenitate prodebat. Nihil quippe eius animo clementius, nihil illius seueritate iucundius, iucunditate nihil seuerius, nihil risu grauius, nihil prorsus tristitia suauius. Si pauperem vidisset, sustentabat: si diuitem, ad benefaciendum cohortabatur: Deum testem inuocans, pro eius se nomine hæc omnia facere. Nemo pauperum ab eo vacuus reuersus est, illud Domini in Euangelio aliquando iugiter commemorante: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: itemq; illud: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. & illud: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Nam sicut de beato Iob dicitur, ianuæ eius omni aduenienti patebant, vt & ipse cum eodem posset voce libera proclamare: Ostium meum viatori patuit. Erat pes claudorum, & oculus cæcorum, orphanorum pater, ac viduarũ consolator: non carcere clausis, non ægritudine fatigatis suum vnquam, quatenus facultas suppeditauit, negauit auxilium: sed misericorditer consulens miseris, omne semper eis adminiculum præbuit. Quem enim cæcum non suum vocauit hæredem? aut quem debilem non eius sustentauit manus? Fores quippe eius iugiter à ministris obsessæ, expeditum ei ad bellum præparabant solatium. Hoc iugiter comitatus incedebat exercitu: in his Christum adspiciens, se amplecti gestiebat: atque indumenta tribuens, sub inopis veste, Christi se membra tegere credebat. Hoc certe existimabat se perdere, quicquid eleemosyna non absumeret: id se tutissime gaudebat recondere, quod dura egentium necessitas ipsi auferret. Valde quippe deuotus, in eorum vsibus substantiæ exaggerabat pondus: vt quo pauperior esset seculo, locupletior Deo fieret. Considerabat quidem, quia quotidie deesse non potest, quod peccetur: ideo nec quotidianas debere deesse eleemosynas, quibus peccata tergantur. Et ob hoc cum Domino suo pecuniam diuidens, lætabatur se substantiam suam partiri cum Christo, faciens eum possessionum terrestrium participem, vt & ipse faceret eum sibi regnorum cœlestium cohæredem. Illi scilicet assignabat facultates, vt ipse custos esset perpetuus: sciens quod patrimonium Deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. Sciens etiam scriptum esse, quod ea hæreditas bene reconditur, quæ Deo custode seruatur. Eius vero apud suos monita, non fuerunt aliud quam magisteria diuina, fundamenta scilicet corroborandæ fidei nutrimenta fouendæ animæ, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis. Dignum ergo est, vt eum boni mirentur & diligant, plebs colat, noxij timeant: quem ita diuina virtus illustrauit, vt etiam in laici habitu haberet à Deo collata dona, doctrinamq; mellifluam, & Spiritu sancto conditam, de desiderio Christi salitam, de æterna beatitudine semper solicitam. Quique sic religiosus extitit ac timens Deum, vt seculi oblitus dignitates, omne consortium cum egenis haberet & monachis.

XX.

Benignitas eius in pauperes.

Matth. 5.

Eccl. 3.

Luc 11.

Iob 31.

Christum in pauperibus complectebatur, & Pauperibus dum impertit res suas, auget sibi opes in cœlis.

Deniqve cum frequenter ad eum monachi quique religiosi confluerent, nec sic tamen eorum satiabatur alloquio: sed aliquando etiam nimis sanctæ conuersationis ardens desiderio, properabat ad monasteria, maximeq; Lussedium, quod erat eo tempore cunctis eminentius atque districtius. Neq; enim tam crebra adhuc erant in Gallijs monasteria: & sicubi essent, non sub regulari quidem disciplina, sed prorsus erant in malitia fermenti veteris secularia. Præter Lussedium ergo, quod solum, vt dictum est, districtionem regulæ solerter tenebat: Solenniacense monasterium in partibus occiduis huius religionis extitit caput. Ex quo demum multi sumpserunt & initium & exemplum, adeo vt nunc quoque, propitia diuinitate, innumera per omnem Franciam & Galliam habeantur sub regulari disciplina, alma vtriusque sexus cœnobia. Itaque, vt dicere cœperam, quis valeat enarrare, cum quanta Eligius deuotione, quantaque humilitate prædictum monasterium adiens, inter fratres incederet? Videres eum cum ianuam ingrederetur monasterij, deiecto in terram vultu, depressis luminibus, capite in humeros submisso, toto extenuato corpore, cum magna grauitate inter fratres versari, & coram singulis monachis se proprie humi prosternere, atque ab omnibus deuotissime benedictiones haurire. Cumq; ab eis recederet, pro larga illis data eleemosyna, vilissimam panis tortam, vt vocant, pro benedictione sibi vendicabat: eamq; pro magno amplectens munere, diebus singulis quousque durare incorrupta potuisset, eulogias ex ea veluti sacram communionem, ieiunus sumebat.

XXI.

Lussedium pro Luxouio, vt alias legitur.

Innumera in Gallia monasteria.

Reuerentia erga monachos.

Habebat vero & hanc consuetudinem, vt vbicunque iter ageret, si sciret eadem se nocte vel ad monasterium, vel ad qualemcunq; ecclesiam, siue etiam ad religiosum quempiam virum posse attingere, nullatenus cibum sumeret, etiamsi biduanum vel triduanum ieiunium expleret, priusquam ad locum destinatum quamuis defessus pertingeret. Sed & si nosset venerabilem, ad quem pergebat, locum esse, ilico ab equo descendens, per tria vel quatuor millia pedestri labore conficiebat iter, donec ad sancta illa posset limina pertingere. Cumq; eo ventum esset, priusquam in domum ingrederetur, mittebat pueros fideles, qui omnia late vagantes scrutarentur loca mansionis, & sicubi possent mendicos, egenos vel peregrinos inuenire, omnes, quos reperissent, ad se aut adduci, aut certe deportari iubebat. Quibus ipse occurrens, si morbidum videret, medebatur: si putridas habentem carnes, ipse saniem radebat: vt cum Iob dicere valeret: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Porro si horrentia conspiceret ora, proprio palato perfricans, digito dolorem leniter mulcebat morbidum. Sic nimirum omnia cum cura & diligentia perficiens, iubebat cunctos suos sedere per ordines: & priusquam ipse quicquam sumeret ex cibo, omnibus manu propria & escam præbebat, & merum. Postremo ipse Deo gratias referens, vna cum eis sumebat cibum, sed parcius multo, quam illi. Cum n. illi carnibus vterentur & vino, ipse panem pro cibo, & pauxillum aceti aqua mixti pro potu sumebat. Octo namq; vel decem fluxere anni, quib. nunquam vinum hausit. De carnibus vero melius tacere puto, quam aliquid dicere: quandoquidem eas post propositum nec edere, nec attingere sustinuit. Intra illos autem, quos dixi, annos, non nisi semel memini eum propter hospites, charitate exigente, ex volatilibus parum aliquid gustasse. Porro autem peracta refectione, cum singulorum prius abluisset capita, manus demum abluens, & pedes abstergens deosculabatur. Ad extremum in lectos eos reponens, diligenter ad eorum capita puluillos componebat. Deinde seipsum spolians indumentis, cubitum se collocare simulabat: sed cum omnes alto sopore pressos aduerteret, adhibitis secum paucis fidissimis famulis, si esset in ciuitate, castro, vel vico, omnia orationum loca profunda iam nocte circuibat pene inuisus: & si modis omnibus redire posset ante lucem,

XXII.

Iob 30.

Quid hac charitate admirabilius?

Vide cibũ eius & potum.

cem, ad stratum suum defessus reuertebatur. Quod si ecclesia in loco hospitij non haberetur, completo, vt dictum est, vesperi omni officio, simulabat se in strato quiescere. Mox autem vt eius cubicularij obdormissent, exiliens è lectulo, totum se prosternebat in pauimento, ibique omni noctis spatio exacto, cum aurora diei daret initium, iterum se in lectulo reponebat. Hæc autem ita faciebat ob vitandam ostentationem, illi soli cupiens ea perspecta esse & cognita, qui dicit: Ora patrem tuum in abscon͂so, & pater tuus, qui videt in abscon͂so, reddet tibi. Sic nimirum se comparabat, sicque faciebat Eligius & in itinere, & in propria domo, & hic perpetuus ei mos fuit cunctis diebus vitæ suæ. Atque his beatis actibus intentum, in tantum diuina prouexit clementia, vt adhuc in laico habitu, Domino largiente miraculis coruscaret.

Matt. 6

XXIIII. DENIQVE quodam tempore, cum anniuersaria Parisiis sancti Dionysij martyris celebraretur passio, dum vigilia à Clero caneretur in choro, egressus Eligius è templo, ad atrium se conferebat: viditque eminus virum cunctis membris contractum, contra sancti sepulcrum iacere in pauimento. A Deo forte inspiratus, accessit ad hominem, blandeque eum compellans, cœpit ab eo inquirere & tempora claudicationis, & causam ægritudinis: simul ex eo sciscitans, num spem haberet in Christo, crederetque se quandoque sanandum, itemque post mortem resurrecturum, & vel præmia, vel pœnas, pro meritorum qualitate, recepturum. Cumque ille eius secutus verba, cuncta hæc se credere fateretur, rursus Eligius: Si ergo hæc, inquit, vt adstruis, credis, quid ita inaniter hic iaces? Roga potius hunc sanctum, vt intercedens apud Dominum, reddat te protinus sanum. Dicente autem illo, se ea causa ibi excubare, Eligius eum intuens, Credis, inquit, posse hunc sanctum isthuc tibi apud Deum obtinere? Illo respondente, se sic credere: rursus ad eum Eligius: Si sic credis, ait, promitte te iam deinceps Deo seruiturum, & vide ne vacillet fides tua, & absque mora sanabit te Dominus. Illo per omnia fidem dante, fixit Eligius genua in terra, & prolixe orauit. Deinde oculos pariter & palmas ad cælum attollens, Dominum Iesum fide plenus, promissionis suæ fideliter admonuit, qua dicit: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Itemque: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Cumque pleno pectore ac fida deuotione deposceret, conuersus ad ægrum, apprehensa eius dextera, ait: Si indubitanter credis, sicut promittis, in nomine Domini Iesu Christi surge, & sta super pedes tuos. Atque hæc dicens, attraxit eum ad se fortiter, & ilico nexibus artuum resolutis, eleuatus æger stetit, moxque consolidati sunt pedes eius & membra, & sanatus est ex ipsa hora. Comminans autem ei Eligius & contestans, præcepit, vt si nollet rursus talia pati, nullum aliud de reddita ipsi sanitate verbum ediceret, nisi quod Dominus Iesus per sanctum Dionysium eum sanasset.

Præmia & pœnæ pro ratione meritorum

Matt. 11
Ioan. 14.

Sanat contractum.

XXIV. QVODAM iterum tempore, cum prætereunte Eligio copiosa pauperum turba eminus consederet, accedens ille ad eos, singulisque propinquans, vt solebat, sanctis digitis eleemosynam in singulorum includebat pugnos. Cumque ad quendam ventum esset, qui contractam aridamque habebat, Non hanc, inquit Eligius, sed alteram quantocyus porrige. Illo, vt aridam ostenderet, eam proferre volente, apprehensa ea, Eligius animo cœpit rogare Christum. Cumque brachium hominis palparet à cubito, simul atque extraxit manum, confestim remissis neruis, curuos digitos direxit. Deinde oleo allato manum perungens, quamprimum eam ita solidam sanamque effecit, vt erat altera. Cum autem illi, qui id videbant, ei id adscriberent, ille gratia humilitatis contentus, caute satis occultare tentauit, ita dicens: Ego putaui ideo illum fingere, vt à me facilius eleemosynam posset percipere.

Manũ aridã restituit sanitati.

XXV. ALIO tempore cum aliquo iter haberet, obuiam ei venit pauperum turba, eius iam opinione collecta. Quibus eleemosyna, vt solebat, data, voluit insuper siti fatigatis laborem temperare itineris. Cœpit ergo quærere ex ministris, quisnam eorum potum apud se haberet. Illis, vt res erat, minime se habere dicentibus, vnus tandem ait se lagunculam, in qua parum sit vini, habere. Quo protinus allato, vir sanctus benedixit, & vt pauperibus offerret, imperauit. Sed quid erat tam exigua mensura, trium fortasse cotylarum, in tantam pauperum turbam? Cum ergo pincerna pauxillum mitteret in scyphum, mox increpatus ab Eligio, totum scyphum implere iussus est. Puero autem lagenæ exiguitatem obtendente, statim ille signum Crucis apponens, Eia, inquit, eia misce crateram plenam: quoniam larga & magna est Domini clementia. Sic ergo factum est, vt ex ea vini quantitate & vniuersi largissime haurirent potum, & eius tamen exiguitas non deficeret: ita vt in illo vasculo, quod vir sanctus Cruce signauerat, liquor vini non quidem augeretur, sed protinus nasci crederetur.

Cotyla est mensura, quæ alias dicitur Hemina quod sit dimidia pars sextarij.

XXVI. CVM aliquando Parisiis loca orationum circuiret, veniens ad basilicam sancti Germani confessoris, vidit illic claudum quendam carruca vectum, querulis se vocibus inclamare. Ad quem accedens, eius valde misertus, manus ei voluit imponere. Sed humilitatis pristinæ recordatus, protinus se ab eo subtraxit, alteri potius quam sibi, fauoris gloriam tribui volens. Præcepit tamen ministris, vt auferentes ægrum à carruca, in ecclesiam deportarent, ac iuxta cancellos iam dicti sancti confessoris deponerent. Quod cum factum fuisset, ingressus in basilicam, prolixe orauit, monuitque claudum in fide immotum persistere, donec eum Dominus sanari iuberet. Nec mora: post hæc claudus vociferari cœpit, totoque corpore contremiscere. Cumque omnes procul stantes ad spectaculum concurrerent, confestim claudus, resolutis neruorum vinculis, liber à pauimento surrexit, & ita incolumis ab ecclesia processit. Fuerat is annis nouem claudicationis impedimento adstrictus. Tum vero Eligius ex intimo corde Christo gratias referens, iter cœptum lætus iam peregit.

Magnum miraculum Vide humilitatem.

Claudus sanatur.

XXVII. CARPEBAT quandoque iter adhuc in laico habitu cum pueris suis è villa regali, quam Scerpiniacum vocant. Cumque peruenisset ad Gamapium vicum, ingrediens ilico basilicam, inuenit quendam pauperem claudum, pro foribus iacentem. Qui viso Eligio, cœpit clamoribus petere eleemosynam ab eo, vel aliquam sibi adhiberi consolationem. At Eligius sciens forte donum Spiritus sancti, accessit ad eum, dicens: Rogemus Deum pariter, si forte incolumem te reddat. Et mox introducens eum in ecclesiam, præcepit ei vt secum orationi insistere. Ipse vero prosternens se in terram, diutissime orauit. Deinde paululum se erigens, cum videret adhuc claudum iacere, rursus orationi incubuit, & lachrymabiliter preces fundens, tam prolixe orauit, tantasque lacrymas effudit, vt iis partem pauimenti humectaret, ac veluti riuulum decurrentem in terram efficeret. Tandem roboratus fide, erexit se, & cum magna fiducia ad ægrum accessit, manuque eius apprehensa, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi filij Dei excelsi, surge & ambula. Et confestim prosecuta est salus verbum hominis Dei, conualuitque æger & surrexit. Omnes autem, qui aderant, audiebant cum magno stupore iuncturas & neruos, atque omnia ossa claudi illius, crepitare & solidari. Sanus ergo factus est ex illa hora, & ambulauit, exiliens, & laudans Deum cum omni alacritate. Fuerat enim ex multis iam annorum spatiis vinculis artuum adstrictus, atque ob id magis cunctos occupabat admiratio, quod tam celeriter eius curatio fieri potuisset. Dedit autem ei eleemosynam vir beatus, & dimisit eum in pace. At ille adorans glorificansque Deum, reuersus est in locum suum. Tunc Eligius terribiliter cœpit adiurare pueros & cunctos comites suos, ne, quousque in corpore ipse maneret, rem gestam vlli hominum indicarent: magnopere metuens, ne in virtute facti, mens eius humanis laudibus grauaretur.

Præcipit claudo vt surgat. mox que hi lanus

XXVIII. QVODAM die copiosa pauperum multitudine ad eum confluente, totum pene, quicquid auri habere poterat, illis erogauit. Cumque iis discedentibus, alij aduentarent, loculo auri solicite perscrutato atque excusso, nihil penitus reperit, quod eis tribuere posset. Porro à quodam è suis familiaribus auri summa accepta, eam pauperibus dedit.

Summã auri accipit mutuam. vt det pauperibus.

cum axibus & carbonibus ferri, grauiter ingemuit. Iam enim inualescente igne, in promptu erat, vt etiam tegumentum basilicæ funderetur vi vastantis incendij. Attollens ergo Eligius vocem, cum gemitu dixit: O sancte Martialis, cur domui tuæ modo non succurris? Certe enim noueris, quod si hodie te non curante crematur, nunquam iam ab Eligio in æuum restaurabitur. Confestim vero adfuit Domini gratia, & aliam in partem vento flammas impellente, & ecclesia, & totum eius monasterium remansit incolume.

Ecclesia a sancto Eligio extructa, diuinitus conseruatur.

XX. His itaque transactis, iugiter vir sanctus intentus manebat diuinis officijs. Erat in eleemosynis præstandis largus, in vigilijs sedulus, in oratione deuotus, in charitate perfectus, in humilitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone parcus, in locutione cautus, in conuersatione sanctissimus, nulla mundi compede constrictus, ad præstandis seruis Dei officia & obsequia accinctus, ad redimendos captiuos solicitus, ad largiendum egenis diffusus, in duris afflictionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter opprobria securus, inter odia beneficus, in prosperis & aduersis cœlo semper intentus. Non poterat in eo inuenire humani generis inimicus, nec quod fraude deciperet, nec quod simulatione fuscaret. Synceritatem quidem mentis, vultus synceritate monstrabat: & pietatem clementissimi cordis, sermonis lenitate prodebat. Nihil quippe eius animo clementius, nihil illius seueritate iucundius, iucunditate nihil seuerius, nihil risu grauius, nihil prorsus tristitia suauius. Si pauperem vidisset, sustentabat: si diuitem, ad benefaciendum cohortabatur: Deum testem inuocans, pro eius se nomine hæc omnia facere. Nemo pauperum ab eo vacuus reuersus est, illud Domini in Euangelio aliquando iugiter commemorante: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: itemq; illud: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. & illud: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Nam sicut de beato Iob dicitur, ianuæ eius omni aduenienti patebant, vt & ipse cum eodem posset voce libera proclamare: Ostium meum viatori patuit. Erat pes claudorum, & oculus cæcorum, orphanorum pater, ac viduarum consolator: non carcere clausis, non ægritudine fatigatis suum vnquam, quatenus facultas suppeditauit, negauit auxilium: sed misericorditer consulens miseris, omne semper eis adminiculum præbuit. Quem enim cæcum non suum vocauit hæredem? aut quem debilem non eius sustentauit manus? Fores quippe eius iugiter a ministris obsessæ, expeditum ei ad bellum præparabant solatium. Hoc iugiter comitatus incedebat exercitu: in his Christum adspiciens, se amplecti gestiebat: atque indumenta tribuens, sub inopis veste, Christi se membra tegere credebat. Hoc certe existimabat se perdere, quicquid eleemosyna non absumeret: id se tutissime gaudebat recondere, quod dura egentium necessitas ipsi auferret. Valde quippe deuotus, in eorum vsibus substantiæ exaggerabat pondus: vt quo pauperior esset seculo, locupletior Deo fieret. Considerabat quidem, quia quotidie deesse non potest, quod peccetur: ideo nec quotidianas debere deesse eleemosynas, quibus peccata terguntur. Et ob hoc cum Domino suo pecuniam diuidens, lætabatur se substantiam suam partiri cum Christo, faciens eum possessionum terrestrium participem, vt & ipse faceret eum sibi regnorum cœlestium cohæredem. Illi scilicet assignabat facultates, vt ipse custos esset perpetuus: sciens quod patrimonium Deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. Sciens etiam scriptum esse, quod ea hæreditas bene reconditur, quæ Deo custode seruatur. Eius vero apud suos monita, non fuerunt aliud quam magisteria diuina, fundamenta scilicet corroborandæ fidei nutrimenta fouendæ animæ, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis. Dignum ergo est, vt eum boni mirentur & diligant, plebs colat, noxij timeant: quem ita diuina virtus illustrauit, vt etiam in laici habitu haberet a Deo collata dona, doctrinamq; mellifluam, & Spiritu sancto conditam, de desiderio Christi salitam, de æterna beatitudine semper soliciram. Quique sic religiosus extitit ac timens Deum, vt seculi oblitus dignitates, omne consortium cum egenis haberet & monachis.

Virtutes eius enumerantur.

Benignitas eius in pauperes.

Matth. 5.

Eccl. 3.

Luc. 11.

Iob 31.

Christum in pauperibus complectebatur, &c.

Pauperibus dum impertit res suas, auget sibi opes in cœlis.

XXI. Denique cum frequenter ad eum monachi quique religiosi confluerent, nec sic tamen eorum satiabatur alloquio: sed aliquando etiam nimis sanctæ conuersationis ardens desiderio, properabat ad monasteria, maximeq; Lussedium, quod erat eo tempore cunctis eminentius atque districtius. Neq; enim tam crebra adhuc erant in Gallijs monasteria: & sicubi essent, non sub regulari quidem disciplina, sed prorsus erant in malitia fermenti veteris secularia. Præter Lussedium ergo, quod solum, vt dictum est, districtionem regulæ solerter tenebat: Solenniacense monasterium in partibus occiduis huius religionis extitit caput. Ex quo demum multi sumpserunt & initium & exemplum, adeo vt nunc quoque, propitia diuinitate, innumera per omnem Franciam & Galliam habeantur sub regulari disciplina, alma vtriusque sexus cœnobia. Itaque, vt dicere cœperam, quis valeat enarrare, cum quanta Eligius deuotione, quantaque humilitate prædictum monasterium adiens, inter fratres incederet? Videres eum cum ianuam ingrederetur monasterij, deiecto in terram vultu, depressis luminibus, capite in humeros submisso, toto extenuato corpore, cum magna grauitate inter fratres versari, & coram singulis monachis se proprie humi prosternere, atque ab omnibus deuotissime benedictiones haurire. Cumq; ab eis recederet, pro larga illis data eleemosyna, vilissimam panis tortam, vt vocant, pro benedictione sibi vendicabat: eamq; pro magno amplectens munere, diebus singulis quousque durare incorrupta potuisset, eulogias ex ea veluti sacram communionem, ieiunus sumebat.

Lussedium pro Luxouio mihi fallor.

Innumera in Gallijs monasteria.

Reuerentia erga monachos.

XXII. Habebat vero & hanc consuetudinem, vt vbicunque iter ageret, si sciret eadem se nocte vel ad monasterium, vel ad qualemcunq; ecclesiam, siue etiam ad religiosum quempiam virum posse attingere, nullatenus cibum sumeret, etiamsi biduanum vel triduanum ieiunium expleret, priusquam ad locum destinatum quamuis defessus pertingeret. Sed & si nosset venerabilem, ad quem pergebat, locum esse, ilico ab equo descendens, per tria vel quatuor millia pedestri labore conficiebat iter, donec ad sancta illa posset limina pertingere. Cumq; eo ventum esset, priusquam in domum ingrederetur, mittebat pueros fideles, qui omnia late vagantes scrutarentur loca mansionis, & sicubi possent mendicos, egenos vel peregrinos inuenire, omnes, quos reperissent, ad se aut adduci, aut certe deportari iubebat. Quibus ipse occurrens, si morbidum videret, medebatur: si putridas habentem carnes, ipse saniem radebat: vt cum Iob dicere valeret: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Porro si horrentia conspiceret ora, proprio palato perfricans, digito dolorem leniter mulcebat morbidum. Sic nimirum omnia cum cura & diligentia perficiens, iubebat cunctos suos sedere per ordines: & priusquam ipse quicquam sumeret ex cibo, omnibus manu propria & escam præbebat, & merum. Postremo ipse Deo gratias agitans, vna cum eis sumebat cibum, sed parcius multo, quam illi. Cum n. illi carnibus vterentur & vino, ipse panem pro cibo, & pauxillum aceti aqua mixti pro potu sumebat. Octo namq; vel decem fluxere anni, quib. nunquam vinum hausit. De carnibus vero melius tacere puto, quam aliquid dicere: quandoquidem eas post propositum nec edere, nec attingere sustinuit. Intra illos autem, quos dixi, annos, non nisi semel memini eum propter hospites, charitate exigente, ex volatilibus parum aliquid gustasse. Porro autem peracta refectione, cum singulorum prius abluisset capita, manus demum abluens, & pedes abstergens deosculabatur. Ad extremum in lectos eos reponens, diligenter ad eorum capita puluillos componebat. Deinde seipsum spolians indumentis, cubitum se collocare simulabat: sed cum omnes alto sopore pressos aduerteret, adhibitis secum paucis fidissimis famulis, si esset in ciuitate, castro, vel vico, omnia orationum loca profunda iam nocte circuibat pene inuisus: & si modis omnibus redire posset ante lucem,

Iob 30.

Quid hac charitate admirabilius!

Vide cibum eius & potum.

cem, ad stratum suum defessus reuertebatur. Quod si ecclesia in loco hospitij non haberetur, completo, vt dictum est, vesperi omni officio, simulabat se in strato quiescere. Mox autem vt eius cubicularij obdormissent, exiliens è lectulo, totum se prosternebat in pauimento, ibique omni noctis spatio exacto, cum aurora diei daret initium, iterum se in lectulo reponebat. Hæc autem ita faciebat ob vitandam ostentationem, illi soli cupiens ea perspecta esse & cognita, qui dicit: Ora patrem tuum in abscon so, & pater tuus, qui videt in abscon so, reddet tibi. Sic nimirum se comparabat, sicque faciebat Eligius & in itinere, & in propia domo, & hic perpetuus ei mos fuit cunctis diebus vitæ *Matt. 6*
suæ. Atque his beatis actibus intentum, intantum diuina prouexit clementia, vt adhuc in laico habitu, Domino largiente miraculis coruscaret.

XXIII Deniqve quodam tempore, cum anniuersaria Parisiis sancti Dionysij martyris celebraretur passio, dum vigilia à Clero caneretur in choro, egressus Eligius è templo, ad atrium se conferebat: viditque eminus virum cunctis membris contractum, contra sancti sepulcrum iacere in pauimento. A Deo forte inspiratus, accessit ad hominem, blandeque eum compellans, cœpit ab eo inquirere & tempora claudicationis, & causam ægritudinis: simul ex eo sciscitans, num spem haberet in Christo, crederetque se quandoque sanandum, itemque post mortem resurrecturum, & vel præmia, vel pœnas, pro meritorum qualitate, recepturum. Cumque ille eius secutus verba, cuncta hæc *Præmia & pœnæ pro ratione meritorum*
se credere fateretur, rursus Eligius: Si ergo hæc, inquit, vt adstruis, credis, quid ita inaniter hic iaces? Roga potius hunc sanctum, vt intercedens apud Dominum, reddat te protinus sanum. Dicente autem illo, se ea causa ibi excubare, Eligius eum intuens, Credis, inquit, posse hunc sanctum isthuc tibi apud Deum obtinere? Illo respondente, se sic credere: rursus ad eum Eligius: Si sic credis, ait, promitte te iam deinceps Deo seruiturum, & vide ne vacillet fides tua, & absque mora sanabit te Dominus. Illo per omnia fidem dante, fixit Eligius genua in terra, & prolixe orauit. Deinde oculos pariter & palmas ad cælum attollens, Dominum Iesum fide plenus, promissionis suæ fideliter admonuit, qua dicit: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Itemque: Qui *Marc. 11.*
credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Cumque pleno pectore ac fida deuotione *Ioan. 14.*
deposceret, conuersus ad ægrum, apprehensa eius dextera, ait: Si indubitanter credis, sicut promittis, in nomine *Sanat contractum.*
Domini Iesu Christi surge, & sta super pedes tuos. Atque hæc dicens, attraxit eum ad se fortiter, & ilico nexibus artuum resolutis, eleuatus æger stetit, moxque consolidati sunt pedes eius & membra, & sanatus est ex ipsa hora. Comminans autem ei Eligius & contestans, præcepit, vt si nollet rursus talia pati, nullum aliud de reddita ipsi sanitate verbum ediceret, nisi quod Dominus Iesus per sanctum Dionysium eum sanasset.

XXIV. Qvodam iterum tempore, cum prætereunte Eligio copiosa pauperum turba eminus consederet, accedens ille ad eos, singulisque propinquans, vt solebat, sanctis digitis eleemosynam in singulorum includebat pugnos. Cumque ad quendam ventum esset, qui contractam aridamque habebat, Non hanc, inquit Eligius, sed alteram quantocyus porrige. Illo, vt aridam ostenderet, eam proferre volente, apprehensa ea, Eligius animo cœpit rogare Christum. Cumque brachium hominis palparet à cubito, simul atque extraxit manum, confestim remissis neruis, *Manū aridā restituit sanitati.*
curuos digitos direxit. Deinde oleo allato manum pertingens, quamprimum eam ita solidam sanamque effecit, vt erat altera. Cum autem illi, qui id videbant, ei id adscriberent, ille gratia humilitatis contentus, caute satis occultare tentauit, ita dicens: Ego putaui ideo illum fingere, vt à me facilius eleemosynam posset percipere.

XXV. Alio tempore cum aliquo iter haberet, obuiam ei venit pauperum turba, eius iam opinione collecta. Quibus eleemosyna, vt solebat, data, voluit insuper siti fatigatis laborem temperare itineris. Cœpit ergo quærere ex ministris, quisnam eorum potum apud se haberet. Illis, vt res erat, minime se habere dicentibus, vnus tandem ait se lagunculam, in qua parum sit vini, habere. Quo protinus allato, vir sanctus benedixit, & vt pauperibus offerret, imperauit. Sed quid erat tam exigua mensura, trium fortasse cotylarum, in tantam pauperum turbam? Cum ergo pincerna pauxillum mitteret in scyphum, mox increpatus ab Eligio, totum scyphum implere iussus est. Puero autem lagenæ exiguitatem obtendente, statim ille signum Crucis apponens, Eia, inquit, eia misce crateram plenam: quoniam larga & magna est Domini clementia. Sic ergo factum est, vt ex ea vini quantitate & vniuersi largissime haurirent potum, & eius tamen exiguitas non deficeret: ita vt in illo vasculo, quod vir sanctus Cruce signauerat, liquor vini non quidem augeretur, sed protinus nasci crederetur. *Cotyla est mensura, quæ alias dicitur Hemina quod sit dimidia pars sextarij.*

XXVI. Cvm aliquando Parisiis loca orationum circuiret, veniens ad basilicam sancti Germani confessoris, vidit illic claudum quendam carruca vectum, querulis se vocibus inclamare. Ad quem accedens, eius valde misertus, *Magnum miraculum*
manus ei voluit imponere. Sed humilitatis pristinæ recordatus, protinus se ab eo subtraxit, alteri potius quam sibi, *Vide humilitatem.*
fauoris gloriam tribui volens. Præcepit tamen ministris, vt auferentes ægrum à carruca, in ecclesiam deportarent, ac iuxta cancellos iam dicti sancti confessoris deponerent. Quod cum factum fuisset, ingressus in basilicam, prolixe orauit, monuitque claudum in fide immotum persistere, donec eum Dominus sanari iuberet. Nec mora: post hæc claudus vociferari cœpit, totoque corpore contremiscere. Cumque omnes procul stantes ad spectaculum concur- *Claudus sanatur.*
rerent, confestim claudus, resolutis neruorum vinculis, liber à pauimento surrexit, & ita incolumis ab ecclesia processit. Fuerat is annis nouem claudicationis impedimento adstrictus. Tum vero Eligius ex intimo corde Christo gratias referens, iter cœptum lætus iam peregit.

XXVII. Carpebat quandoque iter adhuc in laico habitu cum pueris suis è villa regali, quam Scerpintacum vocant. Cumque peruenisset ad Gamapium vicum, ingrediens ilico basilicam, inuenit quendam pauperem claudum, pro foribus iacentem. Qui viso Eligio, cœpit clamoribus petere eleemosynam ab eo, vel aliquam sibi adhiberi consolationem. At Eligius sciens forte donum Spiritus sancti, accessit ad eum, dicens: Rogemus Deum pariter, si forte incolumem te reddat. Et mox introducens eum in ecclesiam, præcepit enixe orationi insistere. Ipse vero prosternens se in terram, diutissime orauit. Deinde paululum se erigens, cum videret adhuc claudum iacere, rursus orationi incubuit, & lachrymabiliter preces effundens, tam prolixe orauit, tantasque lacrymas effudit, vt iis partem pauimenti humectaret, ac veluti riuulum decurrentem in terram efficeret. Tandem roboratus fide, erexit se, & cum magna fi- *Præcipit claudo vt surgat, moxque fit sanus*
ducia ad ægrum accessit, manuque eius apprehensa, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi filij Dei excelsi, surge & ambula. Et confestim prosecuta est salus verbum hominis Dei, conualuitque æger & surrexit. Omnes autem, qui aderant, audiebant cum magno stupore iuncturas & neruos, atque omnia ossa claudi illius, crepitare & solidari. Sanus ergo factus est ex illa hora, & ambulauit, exiliens, & laudans Deum cum omni alacritate. Fuerat enim ex multis iam annorum spatiis vinculis artuum adstrictus, atque ob id magis cunctos occupabat admiratio, quod tam celeriter eius curatio fieri potuisset. Dedit autem ei eleemosynam vir beatus, & dimisit eum in pace. At ille adorans glorificansque Deum, reuersus est in locum suum. Tunc Eligius terribiliter cœpit adiurare pueros & cunctos comites suos, ne, quousque in corpore ipse maneret, rem gestam vlli hominum indicarent: magnopere metuens, ne in virtute facti, mens eius humanis laudibus grauaretur.

XXVIII. Qvodam die copiosa pauperum multitudine ad eum confluente, totum pene, quicquid auri habere poterat, illis erogauit. Cumque iis discedentibus, alij aduentarent, loculo auri solicite perscrutato atque excusso, nihil penitus reperit, quod eis tribuere posset. Porro à quodam è suis familiaribus auri summa accepta, eam pauperibus *Summā auri accepit mutuam, vt det pauperibus*

dedit. Iis abeuntibus, post aliquot horarum spatia ecce superueniunt & alij. Tunc Eligius super [illegible] temporis mihi me recordans, aliorsum mente intentus, protulit, quam prius scrutatus erat, [illegible] & vbi antea nihil repererat, mox vt eam aperuit, aurum in illa conspexit, idque pauperibus quamprimum elargitus est. Atque [illegible] demum prioris facti non sine admiratione reminiscens, nomen largitoris Christi cum ingenti exultatione glorificauit.

Diuinitus pecunia in [illegible] est imposita.

CVM aliquando Parisiis commoraretur, & ad necessarium quendam locum abire pararet, [illegible] plorantes egeni, qua transiturus esset, cuncti ex more ad pontem sese contulerunt. Quo cum Eligius ad[illegible] singulisque, vt solebat, singulatim in manus eleemosynam includeret, peruenit inter cæteros ad quendam cæcum, querulis valde vocibus clamitantem. In cuius manum cum eleemosynam imponere vellet, subtrahens ille manum, clamabat virtute qua poterat: Domine Eligi, exerce me in pietatem: oculis Crucem imprime: quod magis desidero, præbe. Tum ille valde ciuiliter dissimulans ac subridens, Tu, inquit, amice, nonne te nosti signare? Nouerat enim vir sanctus iam tum iam virtute fugere, in quo tamen non poterat gratia concessa latere. Sed cum ille eadem ingeminans, importune clamitaret, Tu, inquiens, domine, tu signa: ille fidem hominis cernens, signum Crucis impressit. Et (o mira Christi potentia) statim signum sanguinis vnda secuta, dum clausas ilico reserauit in fronte fenestras, atque ingrediente die, fecit discedere noctem. Sicque homo gemino munere percepto, adorans Christum, laudans Eligium, discessit. XXIX

Cæcū signo Crucis illuminat.

ALIO tempore Parisiis degente illo, mane ad eum tremebundus aduolauit custos basilicæ sanctæ Columbæ virginis: prouolutusque pedibus eius, nunciauit, eadem nocte se quiescente, spoliatam omni ornatu basilicam. Quod Eligius audiens, tristis admodum effectus, cito tamen ad solita spei præsidia recurrens, clementer refouit custodem. Deinde ad sanctæ Columbæ oratorium pergens, oratione præmissa, in hæc prorupit verba: Audi, sancta Columba, quæ dico: Nouit meus redemptor, nisi ornamenta huius ædis furto ablata cito reduxeris, me vepribus allatis ita hanc ianuam obstructurum, vt deinceps nunquam tibi in hoc loco veneratio exhiberi possit. Dixit hæc, & recessit. Et ecce sequenti die custos maturius surgens, inuenit vela omnia vsque ad minimam pallam, sicut prius fuerant, restituta. Tunc concito cursu quanto pridie tristior, tanto nunc lætior custos ad beatum Eligium properans, ei hæc nunciauit. Atque ille accedens, & omnia, sicut dudum fuerant, suis in locis composita cernens, martyrem quidem laudauit, sed Christi nomen, sicut & semper, vberius cum hilaritate magnificauit. XXX

Obseruandam sanctissimi viri pietatem & syncerita[tem].

INTER cætera autem infinita bonorum suorum operum acta, etiam hoc apud Regem obtinuerat, vt quæuis humana corpora, quæ vel Regis seueritate, vel iudicum censura diuersis ex causis per multimoda argumenta perempta essent, vbicunque inuenire potuisset, siue per ciuitates, siue per villas, licite posset ex rotis & patibulis deposita sepelire. Delegauit ergo ex comitibus suis vespillones, Gallebodum scilicet atque Vincentium cum illorum collegis, qui huiusmodi curæ insisterent, & vbicunque pergerent, siue in proximas vrbes, siue in longinquas, iugiter secum sarcula ferrent, vt sicubi cadauer inuenissent, continuo illud humo tegerent. Igitur cum quodam tempore in comitatu Regis, Austriæ partes peragrarent, deuenerunt ad vrbem quandam, quæ Stratoburgus vocatur. Cumque haud procul ab vrbe essent, adspicientes eminus, vident hominem, cui ipso die vita laqueo extorta erat, pendere in patibulo. Protinus igitur accedentes, illum deponunt, vt pro consuetudine sepulturæ eum traderent. Sed vir venerabilis sensit forte operandum: dumque sepultura paratur, festine ad corpus appropinquans, cœpit illud ab imis vsque ad summa palpare. Vbi autem sensit adesse animam, mira arte à se virtutem facti repellens, O quam grande, inquit, scelus, nisi Dominus admisisset, perpetrare poteramus, si corpus hoc humo texissemus, cum anima eius in ipso sit. Hæc dicens, cunctis mirantibus iussit eum vestimentis indui, & quiescere paululum. Deinde recreato spiritu, vir ille surrexit è terra, tanquam nullam passus iniuriam aut molestiam. Quod factum cum in vrbe illa percrepuisset, mox aduolant estetius hominis insectatores, importune eum rapere, & denuo morti tradere conabantur. Sed Eligius vix e manibus illorum eum eripiens, Regem pro eo deprecatus est, chartamque securitatis ab illo impetrauit, eumque defendit. Is non diu post ita se subtraxit ab eius contubernio, Eligio fortassis conscio, ne res gesta amplius in vulgus diffunderetur, vt nunquam deinceps à ministris eius conspectus sit. Sed de his ista sufficiant. Satis autem est, solum Deum non latere, quæ occulte vel in seculi habitu, vel in venerabili & Apostolica tonsura gesserit. Veniam nunc ad ea, quæ artificio manuum suarum effecit, eaque quanta possum breuitate perstringam. XXXI

Austriæ pro Austrasiæ, vel [illegible] vocant.

Ex stat mortuū, & tamen dissimulat.

INTER alia bonorum operum insignia, multas sanctorum ex auro, argento atque gemmis fabricauit thecas siue tumbas: puta Germani Parisiensis Episcopi, Seuerini Abbatis Agaunensis, Piatonis presbyteri & martyris, Quintini, Luciani Bellouacensis Apostoli, Genouefæ, Columbæ, Maximiani, Iuliani, multorumque aliorum: sed præcipue beati Martini apud Turones, Dagoberto Rege impensas præbente, miro opificio ex auro & gemmis thecam confecit. Sancti quoque Bricti j fecit tumbam, itemque aliam, in qua corpus beati Martini antea iacuerat, eleganter composuit. Magnum præterea beneficium eidem ecclesiæ apud Regem obtinuit. Nam pro reuerentia sancti confessoris Martini, Eligio rogante, censum omnem, qui reipublicæ soluebatur, Dagobertus Rex illi ecclesiæ ex toto condonauit, scriptoque confirmauit. Atque ab eo tempore omne ius fiscalis census ecclesia sibi vendicat, vt vsque in præsens, in eadem vrbe per pontificis literas Comes constituitur. Fabricauit etiam Eligius mausoleum sancti martyris Dionysij in Parisiensi ciuitate, & super illud tectum marmoreum mirifico opere auro & gemmis ornatum, itemque crustam & species de fronte magnifice composuit: necnon & axes in circuitu throni altaris auro operuit, & posuit in eis poma aurea atque gemmata. Lectorium quoque & ostia diligenter argento vestiuit. Sed & tectum throni altaris argenteis operuit axibus. Fecit quoque * repam in loco anterioris tumuli, & altare extrinsecus ad pedes sancti martyris fabricauit: tantumque illic, suppeditante Rege, suam exercuit industriam, atque ita suum declarauit ingenium & artificium, vt pene singulare sit in Galliis ornamentum, & in magna omnium admiratione vsque in hodiernum diem. XXXII

Multas sanctorum thecas pretiosas fabricauit.

Axibus, pro laminis argenteis.

Anno 647. vt habet Aimoin de gest. Franc. lib. 4. ca. 33 Baron. hoc anno.

HIS operibus mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus sedatis, ferocissimis etiam Vacceis ditioni suæ hostili gladio subactis, mortuus est Rex magnus & inclytus Dagobertus, & sepultus est in eadem sancti Dionysij basilica sub arcu in latere dextero. Cui successit in regno filius eius iuuenculus ætate, nomine Clodoueus. Sub huius regni principio nefanda hæresis in partibus Orientis cœperat pullulare, Constantio tunc Romani Imperij apicem gubernante. Ij ergo hæresiarchæ nequiter Ecclesiasticam ausi sunt violare regulam, & peregrina quædam à veritate docere ac prædicare, asserentes Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum minime habere formam serui, neque eum ex Maria veram assumpsisse carnem, profanis vocibus garriebant. Quæ res plurimos in Ecclesia Dei perturbabat, & plerosque iam contagium huius pestiferæ assertionis infecerat: nec solum vrbes, in quibus morabantur, sed & vrbem, quæ est caput omnium, Romam paulatim iam eorum prauitas penetrabat. Erat autem eo tempore Romæ præsul beatissimus Papa Martinus: qui solicite ac viriliter pro hac causa inuigilans, adeoque pugnans, multa probra & aduersa ab hæreticis sustinebat. Vnde tandem permotus, cum & Imperatorem XXXIII

Hanc hæresim excitauit Paulus Constant. Episc. vt est in Vita S. Martini Papæ 12. No. 6.

torem, & plures alios cerneret eorum assertionibus ingenio satis animo obsecundare, congregauit concilium sacerdotum, causa comprescendi, immo deleṅdi huius dogmatis prauitatem. In quo concilio, omnibus orthodoxis consentientibus, edidit contra hæreticos fidem magnificè valde atque accuratè. Quam etiam cum subiecta Epistola, Galliarum partibus destinauit, mandans & obsecrans Regem Francorum, vt, transmittant ei viri Catholici eruditi, eos sibi adminiculum ad hæresim comprimendam fieret destinari. Quo tunc etiam Eligius cum sodali suo libentissime perrexisset, nisi ei res quædam impedimento fuisset. Synodus Lateranensis sub Martino P. [illegible] anno 649. Huius Synodi memoriæ.

XXXIV. Sed interim dilatione intercedente, inimicus humani generis acrius incitatus, pulsabat fortiter murum Ecclesiæ per homines perditos, ac turrim validissimam omni oppugnationis genere infestabat Martinum, perpetuis afflictionibus illum Episcopum ad se inflectere cupiens. Sed quamuis impurus spiritus omni nisu pugnaret armatus, attamen resistebat Martinus, Christi gratia & virtute repletus: ac veluti si saxo immobili vndarum fluctus illidantur, ita virili animo dicta respuebat hæreticorum garrientium. Iubebant decreta imperialia, vt fidem ederet patribus contrariam: sed ille, cui sacra fides venerabilis erat, constanter affirmabat se non posse impia contra Deum proferre verba: consultius fore existimans, temporalem ponere vitam, tantum vt ei conscientia fidei duraret illæsa. Nouimus quendam fratrem, a partibus Orientis venientem, qui ea, quæ refero, se præsente gesta esse testabatur. Itaque cum nullo persuasionis genere Martinus à Catholica abduceretur fide, multiplicibus iniuriis affectus, diuque coram populo flagellatus, demum reuinctus post tergum manibus, velut electus aries, cuncta Vrbe lamentante, in exilium protruditur, Constantinopolimque perductus, atque ibi in exilium relegatus, sola oratione meruit cæco lumina reddere. Porro exulans & delitescens, post multa tormenta, claram valde & nobilem vitam optimo & venerabili fine conclusit. Simulent nunc hæretici quantum volunt, confundantur & erubescant à se martyrem factum, quamuis eum in pace animam exhalasse clamitent, quamuis non à se interemptum, sed propria fingant morte defunctum: quasi non eum pœna consumpserit, in quo pœna consumpta est. Qui si in præsenti nunc adessent, hæc à me pro martyre verba audirent: Etsi imminente carnificis gladio mortuus non fuit, in confessione tamen Catholicæ fidei in exilium relegatus, post continuam & indefessam professionem, gloriosum mortis exitum meruit, sicque ad Deum suum redeuntem cælestis aula martyrem suscepit. Neque enim virtus eius aut honor minor est, quo minus beatis martyribus aggregetur: quia quantum in ipso fuit, æquanimiter tolerauit, quicquid ei aduersitatis oblatum est. Nam sicut quidam testatur, non est inferior gloria, sed potius excellentior, sustinere martyrium pro eo, ne scindatur Ecclesia fallacijs hæreticorum, quam est illa, ne immoletur idolis impulsu paganorum. In paganorum namque persecutione, vnusquisque tantum pro sua anima, in hæreticorum vero, pro vniuersali patitur Ecclesia. Et idcirco potiorem eum dixerim, quia procul dubio excellentior magisque eximius comprobatur. Hæc pauca de tanti viri memoria, Eligij vitæ sibi inserta habeat: loquanturque ea, vbicunque Eligij vita legetur per secula, quantum Martinus fidei dogmate claruerit. Quæ quidem nos dilectionis gratia hactenus narrasse sufficiat, vt tam eximij viri memoria, qui vtrique collegis meis in vrbe Romana multa impendit bona, quamuis in Oriente frequentetur, non vsquequaque in Occidente obliuione tradatur.

A. ta S. Audoeni lib. 1. Au[illegible] cap. 1. vide Baron. an vol. [illegible] Sodalē Eligij, dicit ipse auctor ipsum. Baron ann. 65[illegible]. Martini Papæ virtus & constantia. Deportatur in exilium. Oratione cæcum illuminat. Martyrium pro Ecclesiæ vnitate.

XXXV. Per idem fere tempus, quo apud vrbem Romam hæc gesta sunt, quidam hæreticus pulsus à partibus transmarinis, in Gallias venit, moxque se conferens ad ciuitatem, quæ olim Hedua, nunc autem Augustodunum vocatur, cœpit tam caute, quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligij peruenisset, cœpit vigilanter (vti semper in eiusmodi rebus solicitus erat) cum Audoeno & cæteris Catholicis viris tractare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestatam detegerent. Nec destitit Episcopos commonere & optimates, quousque iussu principis sacerdotale concilium apud vrbem Aurelianensem congregaretur. Vbi eo, quem diximus, hæretico in medium deducto, conabantur eum doctiquique diuersis modis interpellare, sed nullo poterant genere concludere. Tanta quippe dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur constrictus teneri, ibi ceu anguis lubricus quibusdam foraminibus dilapsus, eorum se fronti opponeret. Cumque nullo genere à quodam posset concludi aut superari, extitit quidam ex nostris pro Dei prouidentia doctissimus Episcopus, nomine Saluius, qui ita ei in omnibus obuiauit, vt ingens ea causa nostris fieret gaudium & expectatio. Omnes enim eius versutias & artes, quas ille nunc occulere, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti disputatione palam funditus detexit. Sicque aduersus eum omnium Episcoporum sententia prolata, & per singulas ciuitates, super eius nomine decretis constitutis, cum ea, qua par erat, ignominia & dedecore è finibus Galliæ eliminatus est.

Baron ibid. & vita S. Audoeni 14. Augusti. 9. Hæreticus quidā Augustoduni tenet zizania. Synodus Aurelianēs. Saluius Episcopus doctissimus.

XXXVI. Sed & alium nihilominus apostatam cum competisset Eligius euertere plebem Parisius, multa affectum ignominia exterminauit ab vrbe. Itemque alium, qui Episcopum se simulans, circuibat villas & plateas, decipiendo populum, diu carceri mancipatum, eiecit à finibus regni Francorum. Necnon alios atque alios, diuersis artibus populum subuertentes, grandi est semper authoritate persecutus. Valde enim oderat omnia hæreticorum & schismaticorum, cunctorumque Catholicam doctrinam non afferentium figmenta, ingique instantia eorum insectabatur vesaniam. Erat enim eloquentia affluentissimus, & in studio scripturarum subtilissimus: cumque ipse sufficienter esset instructus, populum, quocunque pergeret, Euangelicis cohortationibus docebat in fide Christi constantissime persistere, atque ab hæreticorum contagiis solerti cura sibi cauere.

Plerosque hæreticos S. Eligius [illegible].

XXXVII. Sed inter cætera, semper fæminarum, viduarum & pupillorum consolator fuit, viduamque illam Sareptanam imitans, ipse plerunque esuriens, facultates in Christi viscera erogabat. Si infirmum vidisset, clementer consolabatur: si quempiam in Dei amore feruentem, cohortabatur ad studium. Si quis æger ad eum accessisset, ita eius fouebatur ministerio, vt nec delicias vrbium, nec matris desideraret affectum. Denique intantum erga debiles ex deuotione obsequiosus & officiosus fuit, vt multi pauperes sani languentibus inuiderent. Atque ita ob Christi amorem eorum assidue gerebat curam, vt pauperes omnes eum patris loco se habere lætarentur. Sciebat enim, quid Lazaro quandoque diues purpuratus non præstiterit, & qua retributione superba illius mens damnata sit. Idcirco magis ac magis erga omnes misericordem se exhibens, benigne miseris iugiter succurrebat. Quo enim dolente etiam ipse non doluit? vel quo pereunte non ingemuit? Quem nudum eius vestimenta non texerunt? Quod vero cœnobium non eius largitate sustentatum est? Denique pro spe æternæ vitæ quas ille non pertulit angustias, puta famem, sitim, vigilias? Porro in tali proposito perseuerans, præbuit se in futurum vas electionis & vtile Deo, ad omne opus bonum paratum.

3. Reg. 17. Æ[illegible] humanitas [illegible]. Luc. 16.

XXXVIII. Cum sic autem totum se Dei seruitio mancipasset, bona principum iussa præclare exequebatur: contraria vero præclarius contemnebat. Multaque libertate arguebat eos, iisdemque humiliter obediebat: subiectus Regibus, Christo deuotus. Sic autem sese exercebat, ac si semper inciperet: ita se præparabat, tanquam quotidie moriturus. Itaque repugnantem carnem inedia subiugabat, & vltricis gehennæ sæua tormenta præueniens, ipse sibi persecutor & tortor exurit. Etsi quidem sors temporis ita tulisset, cupiebat martyr pro nomine Christi totis fieri. Sed quamuis eum gladius persecutoris non confodit, libens ipse sibi quotidianum martyrium indixit: fuitque ei fames pro vngula, sitis pro flamma, mundi calamitates pro bestiis, abstinentia pro craticula. Atque sub quadam martyrij specie, ceu

E[illegible] [illegible] [illegible]. De [illegible] martyrio.

catenis rigentis ferri, sic dura lege constrictus, semetipsum sibi abnegauit, vt Christum sequi posset: illum semper diligens, illum desiderans, illum ingenti audiens & sitiens, qui pro amore hominum hominem assumpsit, vt hominem in cælum traheret, de sinu patris in terram descendit: eique omnem laborem suum, omnemque conuersationem impendens, bonam terram sui cordis iugi cultu & inde fructuum bonis exercitiis excolebat. Et perinde vt esuriens quispiam aut

Psal. 54. Psal. 41. sitiens, sic ille magno quodam ardens desiderio, illud Psalmistæ voce flebili crebro repetebat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Itemque illud: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Atque

Cant. 1. etiam illud Salomonis: Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Porro collocabatur in vntaibus mansuetudinem, fidem & charitatem perfectam, quæ spiritualis ædificationis vinculum est. Studebat se vas sanctificatum exhibere, vt habitatorem Deum in mentis suæ hospitio posset recipere. Salutaribus enim studiis perpetuo occupatus, vt quotiescunque tentator accederet, quotiescunque hostis callidus aditum quæreret, clausum

1. Tim. 2. semper aduersum se pectoris ostium inueniret. Orabat frequenter, secundum Apostolum, pro omnibus hominibus, pro regibus & iis, qui in sublimitate constituti erant, vt quietam & tranquillam vitam agerent in omni pietate

Ibidem. & charitate, sciens, secundum eundem ipsum Apostolum, hoc bonum & acceptum esse coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

QVID vero pluribus commemorandis immoror? In omni conuersatione sua quasi Lucifer inter astra refulgens, instar magnæ lampadis micabat. Semper perfectos æmulabatur ad bonum: semper aliorum virtutes sibi pro- XXXIX

Iacob. 1. ponebat ad imitandum. Tardus erat ad loquendum, secundum Apostolum, & velox ad audiendum. Sermone subtilis, humilitate sublimis erat, eleemosynis diues, charitate longanimis, vigil in ieiuniis, eloquio promptus, studio flagrans, vtile vas in Christi magna domo, ad miseris præstanda officia impiger, ad orationem paratus, ad tribuendum largissimus, studiosus mansuetudinis, paupertate valde gaudens, bonitatis tenax, puritatem cordis semper amplectens, animum suum Ecclesiasticæ regulæ adeo tradens informandum, vt tametsi adhuc laicus esset, Episcopi iam gratiam abunde adeptus videretur: ita denique seipsum priuata disciplina necdum tonsus exercens, vt iam præclarum de se specimen præberet, quam esset quandoque in Christi templo sacerdos irreprehensibilis futurus. O laicum perfectissimum, cuius imitatores esse etiam Episcopi desiderabant. O mentem ab omnibus prædicandam, cui

Christũ tremẽdo amet, & amando timet. non fuit aliud viuere, nisi Christum cum dilectione timere, & cum timore diligere. O vere felicem seculi inimicum, cui mundus tantopere fuit crucifixus, & ipse mundo: qui ita sapientia fuit peruigil, lenitate placabilis, vt & serpentis astutiam cum discretione obtineret, & columbæ simplicem animum non amitteret. Cuius quidem in mente, virtutum omnium decorem obtinente, collocauit valde sobrium sapientia domicilium. Vere dignissimum, in quo Dominus habitaret, templum, ieiuniis mundatum, orationibus ornatum, puritate conspicuum, vigiliis exercitatum, tum nomine, tum meritis electum. Denique dum ille nominis sui dignitatem tuetur, sic se quotidie exercet, vt nequeat amittere, quod vocatur, in Christo Iesu Domino nostro.

Author se excusat quod non omnia eius scripserit, promittitq. librum secundum. SED longum nimis est, virtutum eius insignia sigillatim commemorare, præsertim cum liber iam modum excesserit, finemque postulans, plura non admittat: & aridus quoque sermonis nostri attenuata, & velut in longo tramite pene defessa succumbat: non quod omnia, quæ de Eligio narranda erant, expleuerit: quippe quæ nec ad centesimam eorum, vt ita dixerim, attingere potuit, bonorum & ornamentorum partem, quæ in eum supernæ remunerationis prærogatiua contulit: sed quod tanquam eminens quidam in sublimi scopulus, magna iam ex parte transmissus, ipsa sua arduitate & longitudine fronti se narrantis opponat. Nunc ergo interim illa solummodo, quæ in laico habitu gessit, præsenti libello percurrere voluimus: cui etiam finem iam libenter imponimus, ne eius pro- XL

Virtutes, dicit miracula. lixitate audientibus fastidium ingeramus. Cæterum ea, quæ adhuc restant, quæque in Episcopatu gessit, quoue ordine de hoc seculo migrarit, quasque etiam post obitum virtutes operatus sit, si vita comes fuerit, & facultatem Dominus tribuerit, intercessionibus eius sanctitatis adiuti, alio libello explere desideramus. Confidimus enim, non nostris, sed ipsius meritis opus cœptum feliciter atque fideliter ad finem vsque perducere, si ipse dignetur pro nobis Christum Dominum interpellare in cælis, qui eius munere meruit tanta mirabilia operari in terris: per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO AVTORIS.

DOMINO propitiante, vitam beati Eligij confessoris pridem aliqua ex parte ordiri cœperam, sed pene defessus ac labundus, medio in tramite stylum retrahens, opus imperfectum reliqueram. Nunc paululum viribus recreatis, vigente voto, corde iucundo, calamoque venusto opus inchoatum prosequi tentabo. Etsi autem arduum est iter & profundum, tamen libere fateor, quo non possum pedi-

Authoris ingẽs amor erga virum sanctissimũ. bus pertingere, ardentissimo ducor amore. Ibo ergo votis, quo non possum verbis accedere. Indignum enim profecto reor, tanti ac talis viri vitam ad posteritatis memoriam pro viribus ingenij non ad plenum literarum monimentis commendare, cum ego sic opiner, ex narratione rerum ab eo gestarum ædificationis plurimum ad lectores peruenturum. Sed quoniam talia ac tanta sunt facta illius, vt magnitudo quidem bonorum nihil me prætereire patiatur, multitudo vero gestorum, quam plurima cogat omittere, in incerto æstuat animus, dum deliberare non valet, quid retineat, quidue omittat. Nam si cuncta velim annotare, & dies me narrantem deficiet, & modum excedam voluminis. Porro autem si pauca commemorem, vereor ne me hypocritæ irrideant, dicantque, Hic

Luc. 14. homo cœpit ædificare, & non potuit consummare: magis etiam offensam Antistitis pertimesco, si, dum seriem condere nitor, arctatus eloquij siccitate, potius ei iniuriam videar interrogasse, quam vitam exposuisse. His igitur ex vtraque parte trutinatis, articulum iam membranis infigam, & quæ primus huius operis liber tanquam redundans reiecit, hic modo sequens ceu nimium sitiens prosequetur: satisque sit, priori libro ea tantum conscripsisse, quæ in habitu seculari gessit. Nunc vero ad ea accedimus, quæ ab eo sunt in Episcopatu perpetrata.

ELIGIVS itaque iam ante in palatio militauerat sub habitu seculari, æterno omnium principi Christo, idque I. temporibus Clotarij mansueti Francorum Regis, & Dagoberti inclyti principis, eiusque filij Clodouei, atque vsque

Simoniaca hæresis. Brunechildis infelicissima regina. ad initium regni iunioris Clotarij mansit in corpore. Sed illis diebus immaniter Simoniaca hæresis pullulabat in vrbibus, & cunctis finibus regni Francorum, maximeque a temporibus Brunechildis infelicissimæ Reginæ, vsque ad tempora Dagoberti Regis violabat hoc contagium fidem Catholicam. Soliciti tamen contra hoc iniquitatem laborabant sancti viri Eligius & Audoenus: & communi cum cæteris Catholicis viris habito consilio, suggesserunt principi & optimatibus eius, vt hoc mortiferum virus cito extirparetur a corpore Christi, quæ est vniuersalis Ecclesia. Habita que

itaque effectum eorum pia petitio, & libenter obtinuerunt, quod deuote rogauerunt. Tunc ergo placuit omnibus, vno in Spiritu sancto accepto consilio, simul cum Regis imperio, vt nullus precio dato, ad sacerdotale officium admitteretur: neque eos, qui vt lupi rapaces dando munera, mercanda censebant dona Spiritus sancti: sed illos potius, qui essent boni testimonij viri, & irreprehensibilis vitæ, ad pontificatus ministerium eligerent.

II. Exinde igitur elegerunt ob meritum sanctitatis ad sacerdotale officium cunctis bonis operibus præditum sanctum Eligium, iam lumine Spiritus sancti irradiatum, vt præesset Ecclesiæ Nouiomensi. Decesserat enim eo anno Acharius, eius vrbis antistes. Elegerunt autem cum eo & Audoenum sodalem eius, qui vocabatur Dado, vt præesset Ecclesiæ Rothomagensi. Hunc ergo modo aurificem inuitum detonsum, constituerunt custodem vrbium seu municipiorum, quorum hæc sunt vocabula, Veromanduensis scilicet, quæ est metropolis vrbs: Tornacensis, quæ quondam regalis fuit ciuitas: Nouiomensis & Flandrensis, Gandensis atque * Corturiacensis. Ob hoc autem vel maxime eum his locis dederunt pastorem, quod eius regionis incolæ magna adhuc ex parte gentilitatis errore detinerentur, vanisque superstitionibus satis dediti essent, & tanquam agrestes feræ nullius salutarem sermonem admitterent. Itaque vir beatus, cum se nullo modo ab imposito munere excutere posset, ne in vllo à Catholica regula deuiare videretur, non se permisit prius sacerdotem consecrari, quam sub clericatus normula, aliqua temporis curricula exegisset. Eo igitur tempore transacto, & Audoeno à partibus Transligeritanis reuerso, iamque eo presbytero à domino Deodato * Matascensis vrbis Episcopo ordinato, inito consilio, pariter sub vnius diei articulo Apostolicam benedictionem gratuito meruerunt eo tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrantur. Conuenientes igitur simul in ciuitate Rothomagensi quartodecimo die mensis tertij, anno tertio Clodouei, iuuenculi adhuc Regis, die Dominico ante Litanias, inter cateruas populi, inter agmina clericorum, inter choros psallentium consecrati sumus gratis ab Episcopis pariter Episcopi, ego Rothomago, ille vero Nouiomo. Atque ita Episcopatu suscepto, ad sedem suam remeans, qualem se deinceps, quantumque præstiterit, quis digne valeat explicare? aut quis tanta verborum copia instructus existat, vel quæ oratio tantæ affluentiæ vbertate redundet, quæ recte facta eius ita, vt par est, prosequi possit? Item ipse semper robustus, ad virtutis instantiam se * exerens, constantissime in cœpto proposito perseuerabat. Eadem in corde humilitas, eadem in vultu grauitas erat. Eadem erga pauperes cura, eadem, quæ prius, solicitudo cernebatur. Eadem dilectio fraterna, eadem mentis constantia ei permanebat: nisi quod Episcopalis dignitas, quæ aliis pompæ fomentum subministrare solet, ei maius abiectionis studium attulit: & vnde alij ad tempus videntur extolli, inde amplius ille humiliari studuit. Erat Christo semper subiectus, deuotione armatus, doctrina præcipuus, Episcopatu dignus, humilis in honore recusando, subditus in suscipiendo, exul spontaneus, fide plenissimus, obediens Dei præceptis, credens eius promissis, peregre locuples, industria solers, in opere docilis, spe longanimis, in colloquio sapiens, prudens in consilio, in corrigendis vitiis vehemens, diligendo ardens, patiens in aduersis, fortis in periculis, in disciplinis mansuetus, in eleemosynis largus, in studiis assiduus, metu mortis solicitus, in timore Dei eximius, in religione magnificus, in exequiis deuotus, misericordia illustris, in disciplina strenuus, excellenti ingenio præditus, iustitia insignis, seueritate terribilis, promptus ad humanitatem & clementiam, ad ignoscendum paratus, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, nutritor gregis piissimus, pastor Ecclesiæ prouidus, dispensator fidelis, moderator insignis, delicta propria cauens, aliena vt sua lugens, plebi salutaria monita adhibens, eamque Christi præcepta docens, proteruos non armis, sed patientia vincens, superbos Christi iugo suauissimo subdens. Semper in obsequiis pauperum, in adhibenda erga peregrinos diligentia infatigabiliter perdurabat, iisque adeo officiose inseruiebat, vt nisi quis fundatam in Christo haberet mentem, proculdubio ignominiosum putaret talia vel æqualibus exhibere, qualia ille pauperibus luridis, infirmis & despicabilibus præstabat. Denique omni Episcopali pompa posthabita, populi neglecto agmine, clericorum postposita frequentia, famulantium relictis obsequiis, pauperum semper & captiuorum consuetudine & familiaritate delectabatur. Itaque habebat certum quendam, eumque secretum locum, in quem certis quibusque diebus egenos ac debiles intromittens: ipse vt antea consueuerat, famulorum more satagens, deuote eis inseruiebat, squallentia lauans capita, concretam deformemque cæsariem propria manu radens, potum ac cibum singulis præbens. Deinde collato cuilibet munere, & nudis etiam vestitis, humaniter eos dimittebat: illisque ab vna parte exeuntibus, alios, si adessent, ex altera parte intromitti iubebat: iisque eodem modo seruiens, illos humanissime refouebat. Nonnunquam etiamsi turba plurima conflueret, similiter omnibus faciebat. Attamen singulis diebus certo, id est, duodenario, numero comprehensos reficiebat, ipse plerunque cum eis hora congrua ad vnam mensam pariter conuiuans, ita tamen, vt prius singulorum manibus aquam funderet, vinumque & panes suis manibus præberet. Sed quid his narrandis diutius immoror? Equidem fateor, nunquam me sic vidisse cuiusquam studia feruere: nusquam ego in Galliis eiusmodi opera sic à quoquam actitari audiui. Potest quilibet quodlibet Dei opus arripere, sed aut vix, aut difficile perpetuo retinere. Hic vero quod semel proposuit, perpetuo retinuit: quod Deo primum vouit, nullis mundi negociis impediri passus est: quod initio arripuit, ad finem vsque perduxit.

Anno 649. S Eligius creatus Episcopus Nouiomensis. Meyerus li. 1 annal. Fland hoc ann.

* Curtracensis.

for * Matisconensis.

Dies Rogationum.

Hic author nomen suũ prodit.

* exercens.

Honor non mutat in eo mores.

Virtut. s ei⁹ in Episcopa

Summa humilitate seruit abiectissimis.

O hominẽ Dei.

Perseuerantia in bonis.

III. Porro autem pastoris cura solicitus, lustrabat vrbes & municipia, circumquaque sibi commissa. Sed Flandrenses atque Andouerpenses, Frisones quoque & * Sueui, & Barbari quique, circa maris litora degentes, quos velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomere exararat, principio eum hostili animo & auersa mente exceperunt. Postmodum vero, cum paulatim per gratiam Christi eis verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, conuersa est ad verum Deum, & Christo subiecta. Sicque demum factum est, vt quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totam regionis illius barbariem illustraret. Nam & illi, qui eum primo ceu ferocissimæ bestiæ discerpere cupierant, postea attendentes eius bonitatem & mansuetudinem, imitatores eius fieri cupiebant. Quis enim ita esset obstinatus, qui eius modestiam intuens, non confestim admirando obstupesceret? aut quis tam arrogans, qui sobriam eius vitam considerans, non ilico ad iustitiam sese converteret? Crescebat nimirum in eo quotidie opinio, virtutis pedisequa. Seminabat in plebem verba veritatis, fructu fidei redundantia, sufficienti sale condita, & velut aromaticis vnguentis infusa. Nec erat contenta eius fama circumiectas duntaxat illustrare Gallias: sed exteras etiam prouincias complebat, meritorum eius gratia præcurrente. Inter barbarorum enim fremitus, quasi egregius signifer, corporis formidine nudus, sed fidei feruore vestitus, sese ingerebat, Christi charitate securus: aduersantesque sibi fortiter superabat, non lorica corporea amictus, sed fidei virtute indutus. O quoties ob veritatis assertionem, * paratam habuit mortem: fecissetque satis votis, si sors tulisset tempori. Sed licet ei ratio temporis non potuerit præstare martyrium, gloriam tamen martyris non amisit: quandoquidem pro spe æternitatis iugiter laborauit. Quod si ei Neronianis aut Decianis temporibus in illa, quæ tunc extitit, congressione pugnare licuisset, securus dixerim, sponte sua eculeum ascendisset, & vltro se pro Christo ignibus intulisset, libensque palmam sanguinis occupasset. Sed quanquam ista non pertulit, impleuit tamen etiam sine cruore martyrium, dum fortitudine roboratus, in vigiliis sedulus, in ieiuniis assiduus, fidem seruando, cursum consummando,

* Suedi.

Multos in Flandria & alibi ad fidẽ traducit.

Nihil timet mortem.

* id est, paratus fuit mori.

mando, repositam sibi à Christo iustitiæ coronam, quotidie reddendam expectauit. Tanquam speculator à Domino constitutus, prædicabat verbum cum multa authoritate: instabat secundum Apostolum, opportune, importune, arguens, obsecrans, increpans in omni patientia & doctrina: suauiter semper de iis, quæ Dei sunt, vel populum instituens & alloquens, vel cum fratribus & familiaribus conferens: in doctrina sua perpetim Apostolicam retinens authoritatem: eaque fretus, inter gentiles ita versatus est, vt & ferocissimæ gentis paratos haberet animos, & copiosum exercitum ex iis ad Christi fidem traduceret, & fidei Catholicæ intemerata consortia custodiret.

2. Tim. 4.

IV. SANE si quem vidisset peccatis noxiis vulneratum, & sagittis diaboli confixum, mox adhibebat dignas sermonum curationes, & verbi Dei salutaria medicamenta: ostendens contra vulnera tentatoris, salubre malagma confessionis. Si qui inter suos essent incompositis moribus & à recta atque honesta viuendi regula deflecterent, eos & arguebat clementer, & tolerabat patienter. Erat vero mira in cunctis operibus discretio, & imitanda erga omnes dilectio. Erat Eligius opere castus, fide Catholicus, charitate diffusus, in tentationibus cautus, in fide firmissimus, in bonis operibus promptus, sermone verissimus, consilio prouidus, bonitate conspicuus, charitate præclarus, Deo sedule seruiens, errantes corrigens, correctos fouens, obstinatos spernens, humiles semper diligens. Exuberabat in eo constantia fidei, puritas dilectionis, synceritas pacis, amor charitatis. Ad æternam capessendam vitam filios suos, quos doctrina sua in Christo genuerat, perpetim incitabat. Quos autem sermone erudiebat, eos exemplo anteuertebat, quæ docebat faciens, & quæ faciebat docens: nec aliud ore promens, aliud animo volens: sed quod ore docebat, opere confirmabat. Qualis eius sermo erat, talis & vita: & qualis vita, talis quoque sermo. Summa bonitate regebat subditos, summa seueritate seipsum damnabat. Non erat terribilis erga subiectos, sed valde seuerus in vitia & piacula. In se censuram seruabat, erga alios præ se iustitiam ferebat. Rigore vtebatur in iustitiæ discussione: misericordia, in iustitiæ definitione. Ipsam autem districtionis censuram semper temperabat misericordia, sciens scriptum, quia in eo quod quis iudicat, iudicandus sit, & quod potentes potenter tormenta patientur, & quod iudicium fiet durissimum in his, qui præsunt. Hæc ergo sedula mente pertractans, in omni actione discretionem tenuit, nec in vllo penitus immoderate se gessit: sed omnia diligenter dispiciens atque distinguens, & in disciplina, & in misericordia modum semper atque temperamentum seruauit.

Erga peccatores saucios vt se gesserit.
Summatim recensentur virtutes eius.
Optimi doctoris exemplum.
Matth. 7. Sap. 6. Ibidem.

V. EXTRVXIT quoque in oppido Nouiomensi ancillarum Christi monasterium, cui magnam congregationem, & vitæ seueram institutionem adhibuit. Terræ quoque redditus sufficienter delegauit, & omnia, quæ essent illi necessaria, solerti satis cura prouidit. Sed & alia multa monasteria, partim eius opere, partim institutione à discipulis eius constructa, hodie intra Gallias nota sunt. Multi enim ex discipulis eius ecclesias condiderunt, multi monasteria salubriter rexerunt: non pauci etiam ad Episcopale regimen sublimati, Ecclesiis præfuerunt.

Cōdit monasterium virginum.

VI. HVIC viro sanctissimo inter cætera virtutum suarum miracula id etiam à Domino concessum fuit, vt sanctorum martyrum corpora, quæ per tot secula hactenus à populo ignorabantur, eo ingenti fidei ardore inuestigante, reperta sint. Nonnulla enim plebs antea venerabatur ea in locis, in quibus non erat & tamen quo loco humata essent, prorsus incompertum habebatur. Ex eo autem tempore, quo Eligius pontifex consecratus, & pastor datus est, quædam ab illo inuenta, & populo declarata sunt. E quibus primum ac summum martyrem sanctum Quintinum, in principio Episcopatus sui grandi instantia quæsitum, iam olim latentem, in lucem produxit. Denique priusquam Eligius illi loco datus esset Episcopus, vir quidam improbus, Maurinus nomine, habitu quidem, vt populis videbatur, religiosus, cantor etiam in Regis palatio celebris, atque ex hoc, vt rei docuit exitus, mente tumidus, corde proteruus atque actione dissipatus. Qui audacia suæ præsumptionis deceptus, cœpit verbis extollere & iactitare, à se martyris Quintini corpus & inquiri posse, & inueniri. Sed vt & eius proteruiam ilico, & Eligij demum merita Dominus declararet, mox vt terram sarculo fodere cœpit, manubrium fossorij manibus eius inhæsit. Sicque miser opus præsumptum relinquens, sequenti die in manibus eius vermibus ebullientibus, miserabiliter expirauit. Ex quo factus tantus timor extitit in populo, vt nullus deinceps, quamuis probabilis vitæ, præter Eligium huiusmodi negocium auderet appetere. Eligius ergo cura pastorali suscepta, statim in exordio suæ ordinationis cœpit assiduus esse in loco illo. Est enim haud procul ab vrbe Veromandensi, in eo scilicet loco, vbi quondam martyr ex fluuio eleuatus ab Eusebia, in monte fuerat tumulatus. Eligius itaque diuino nutu instigatus, voluebat in animo, sed & libere proclamabat in populo, non illic haberi corpus, quo in loco illud venerabantur homines, sed esse potius in parte vlteriori. Cumque diu huiusmodi * conditio mentem eius stimularet, cœpit tandem sagaci inquisitione per basilicæ pauimentum huc illucque tentare, sicubi sacratum tumulum posset deprehendere. Sed cum nullatenus indicium tumuli reperiret, cœpit à fratribus destitui, prosequentibus cum timore interitum illius, qui dudum huiusmodi inuestigationem superba mente concipiens, lugubri morti vitam finisset. Necnon & antiquitatem corporis, longinquitate iam temporis consumpti, atque ad nihilum in puluerem redacti obiicientes, conabantur eum à cœpto mentis proposito reuocare. Cumque ei eiusmodi impedimenta à fratribus obiicerentur, altius ille ingemiscens, aiebat: Nolite fratres, quæso, nolite impedire deuotionem meam. Nam ego credo in creatorem meum, quod tanto thesauro, tantumque mihi desiderato, haudquaquam me fraudabit. Tunc ergo attentius persistens, suscepit triduanum ieiunium, atque enixius Christi Domini diuinitatem cum lacrymis exorans, vouit non se prius quicquam alimoniæ sumpturum, quam mereretur voto potiri suo. Tanta namque erat ei fides, tantaque constantia, vt plerumque sic facienda præueniret, tanquam iam facta crederet, & nonnunquam ita cum Deo, quemadmodum cum terreno suo loqueretur domino: quodque ipse proposuisset, id à Deo completum iri crederet indubitanter. Vnde etiam multis eum dehortantibus, dicebat: Tu Domine Iesu, qui omnia nosti, priusquam fiant, tu scis, quod nisi manifestum mihi ostenderis corpus huius testis tui, qui propter nomen sanctum tuum passus est, quanquam sum indignus, nunquam tamen deinceps plebis huius Episcopatum geram: sed exul potius ab hac prouincia procul secedam, vbi, vt dignum est, inter bestias moriar. Quid multa? In cœpto opere persistens, cum adiutores eius per diuersa ecclesiæ loca tentando discurrerent, nullamque inueniendi spem caperent, leniter ille omnes compescens, vnum eis locum, de quo nulla esse suspicio poterat, in posteriori ecclesiæ parte effodiendum designat. Tunc omnium labore eo conuerso, libenter iussis cuncti obtemperant. Defossaque iam in altum ad pedes decem vel eo amplius terra, iterum spe inueniendi corporis destituuntur. Et cum tertia iam nox media illux fiet, arrepto Eligius sarculo, reiectoque amphibalo, cœpit totis viribus cum cereis & lampadibus terram sanctis fodere manibus. Cumque paululum ima fossæ declinans, in latus cauernæ humum fodere cœpisset, mox reperit tumbam sane vetustissimam, tegentem corpus sacratum. Tum vero gaudio magno repletus, cum sarculo, quod manu gestabat, auidissime latus ferisset sepulcri, confestim forata tumba, tanta odoris fragrantia cum immenso lumine ex eo manauit, vt etiam ipse sanctus Eligius fulgore luminis, odoreque inenarrabili perculsus, vix sustinere posset. Nam & globus splendoris, qui ex tumulo ad ictum ferientis processit, tantam vim sparsit claritatis suæ, vt cunctorum adstantium obtutibus oculorum retusis, partem maximam regionis illius in diei claritatem mutaret. Vnde omnes, quos eadem hora vigilare contigerat, quique rei causam ignorabant, magnum quoddam cælitus datum signum existimabant. Erat enim transacta media nox, & nox quidem obscura valde & caliginosa: sed procedente fulgore, quasi lux diei ad tempus resplenduit, & in tempore

Hæc eadem S. Quintini translatio habetur fere ad verbum vltima Octobris.
Maurini cuiusdam arrogantia & temeritas.
Diuinitus punitur.
*for. * cogitatio.*
Obserua sancti viri constantiā in inuestigando corpore S. Quintini.
Dan. 3.
Anno 657. Inuenit corpus S. Quintini. Meyerus li. 1. annal. Fland.

pore, claritas recessit. Tunc ergo sacrum inuentum corpus Eligius cum gaudio lachrymans exosculatur, ac de profunda tellure eodem eleuato, reliquias sibi, vndecunq; concupiuit, segregauit. Dentes etiam pro languentium medela ex mamilla sancta abstulit, atque ex radice dentis gutta sanguinis exiuit. Clauos quoque miræ magnitudinis, quos tempore passionis eius persecutores corpori infixerant, ex cerebro cæterisque artubus abstractos, sibi pro reliquiis sequestrauit. Capillos etiam pulcherrimos in reliquias separatos delegauit. Deinde holoserico preciosissimo obuolutum compositumq; honestissime corpus summa cum diligentia retro altare transposuit. Tumbam denique ex auro argentoque & gemmis miro opere desuper fabricauit: ecclesiam quoque, quæ exigua conuenientibus populi videbatur, eximio opificio ampliatam decorauit. Ipse demum ex reliquijs, quas à sancto corpore sequestrauerat, multa loca condiuit, multimodamque medelam diuersis ægritudinum * incommodis easdem impertiendo præbuit.

Præclarum sane miraculum.

Nota thecam precio sissimam.

* morbis.

VII. Post hæc simili modo grandi labore atque instantia inuenit in territorio Medenatensi, vico Siclinio, sanctum martyrem Piatonem. Cui similiter clauos oblongos ex corpore ablatos, populis in argumentum monstrauit. Corpus denique, sicut martyrem decuit, accurate composuit, atque Mausoleum desuper eleganter fabricauit. In Suessionum quoque ciuitate sanctos martyres & germanos Crispinum & Crispinianum, ex quadam crypta prolatos, mirifice composuit, eorumq; memoriam insigni ornamento decorauit. Necnon & in Bellouacensi municipio beatum martyrem Lucianum, collegam quondam S. Quintini, inuentum similiter composuit & fabricauit. Sed & aliis permultis Sanctorum memoriis impendit diligentiam, quæ nunc non sufficit narrandis explicare lingua.

Inuenit S. Piatonis corpus.

Item S. Luciani.

VIII. Multum præterea in Flandris laborauit, iugi instantia * Andouerpis decertauit, multos erroribus implicatos Sueuos conuertit, fana aliquot profana, Christi clypeo protectus, Apostolica authoritate destruxit: idololatriam quoque diuersi generis vbicunque comperit, funditus euertit. Inter hæc autem cum sobriam semper religiosis viribus teneret disciplinam, frequenter ab ingrato ac perfido populo lacessitus, & pene vsque ad contumeliam prouocatus, nullatenus à cœpta doctrina retardatus est, sed magis etiam lenis, patiens, humilis & mitis, pro eis Dominum deprecabatur. Cumque circunquaque rura lustraret, inenarrabili subtilitate desides barbarorum animos, & minus de se solicitos, solerti sane studio verbis blandis nitebatur stimulare, atque ad amorem supernæ patriæ accendere, prædicans infestis pacem, ferocibus lenitatem: docens eos pariter debere ad ecclesiam conuenire, monasteria construere, atque in bonis actibus Deo sedule seruire. Ad quas eius adhortationes ita plerique barbari mutati sunt, vt subito in arido & squalenti agro videretur fœcunda seges & vberrima messis existere. Videres complures ad pœnitentiam currere, opes pauperibus elargiri, libertate familiam donare, aliaque plurima bonorum operum studia sectari. O quam multi, Eligij industria ab errore gentilitatis retracti, Christi venerabili coniuncti sunt gregi. Quam multi eius exempla secuti, omnes mundi illecebras respuentes, beatam monachorum vitam adepti sunt. Quam multæ puellæ, eo suadente, carnales nuptias spreuerunt, vt in matris Ecclesiæ gremium receptæ, Christi dignæ sponsæ haberentur. Quam copiosum etiam agmen vtriusque sexus, quod toto anno acquirere poterat, annis singulis in Paschali solennitate manibus proprijs baptizans, sacro fonte abluebat? Extrahebat enim non minus suauiter, quam vtiliter, è faucibus inimici viros & mulieres, senes cum iunioribus, salubriaque monita assidue tradens, innumeros ad viam salutis traducebat. Videres plerunque inter multas infantium turbas, anus decrepita valde ætate, membris omnibus trementes, cano iam capite, rugata fronte: necnon viros æque grandæuos, sub eius manibus in sacro fonte renasci, & subito albis indutos, quodammodo renouari. Videres etiam nonnullos ad piam confessionem concurrentes, & sagittis inimici saucios, ita ab Eligio, veluti aptissimo medico, redire sanos, vt nulla iam in eis vulnera remanerent, nullaque prioris culpæ eos delectatio comitaretur. Sed quid diutius immoror? Manifeste ei & euidenter aderat diuina gratia, qua innumeros ad imitationem sui prouocauit. Porro resplendebant in eo virtutes eximie, modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, seueritas cum mansuetudine, doctrina cum humilitate, humilitas cum rigore. Cum esset autem aliis misericors, sibi ipsi erat durissimus: cæteris humanus, sibi abstinendo seuerus: omnibus largus, sibi soli parcus. Inter eius colloquia, sacra semper resonabant verba: de pace solicitus, de salute patriæ curiosus, die noctuque pro quiete Ecclesiarum, quæ vbique sunt, ac pro pace principum supplicabat. Denique cum vocabulo illius, & virtus animi, & cœlestium gratiarum magnificentia concordabat.

* al. Antuerpia.

Vt barbarorum tracta-ri.

Ingens fructus adhortationum eius.

A se conuersos propriis manibus baptizat.

Sibiipsi durissimus est.

IX. Qvis vero abundantiam & copiam rigantis ingenij aliaque eius bona explicare queat? quam fuerit in timore Dei fundatus, in disserendo prouidus, consilio profundus, in rebus seculi siue politicis eloquens, in virtute humilitatis mirabilis, astutus iuxta prophetam, & prudens, columbæ simplicitatem non amittens? O venerabilem Christi sacerdotem. O imitandam virum pietate, misericordia & charitate: quæ cum quotidie etiam in perfectis frigescat, in eo tamen vsque ad finem aucta, in dies perseuerauit. Quis eius mansuetudinem, quis puritatem, quis spiritus feruorem, quis discretionem, quis benignitatem, quis iugem in præceptis Domini die ac nocte meditationem verbis consequi possit? Quis illo, in opere Dei promptior, in oratione feruentior, in sobrietate parcior, in lachrymarum copia redundantior, in corpore honestior, in corde syncerior, in mansuetudine moderatior, in compunctione ardentior, in charitate iucundior facile potuit inueniri?

Prouerb. 13.

Die ac nocte in mandatis Dei sui meditatur.

X. Præcipvas denique virtutes, quæ possunt hominem ad veræ celsitudinis honorem euehere, puta, prudentiam, iustitiam, fortitudinem & temperantiam, inter se aptas atque connexas, sibique mutuo cohærentes ita excoluit, vt pene in singulis excelleret. Habuit prudentiam in discernendo, iustitiam in iudicando, in arrepto proposito fortitudinem, in qualitate discretionis temperantiam. Quid enim eo prudentius, qui contempta mundi stultitia, Christum secutus est, Dei virtutem & Dei sapientiam? Quid iustius, qui omni substantia sua in pauperes distributa, docuit diuitias pro Christi amore penitus contemnendas? Quid fortius, qui in Francorum perpetua gente & inter barbaras nationes, arrogantiumque probrosas contumelias, spiritu semper & animo inuicto fuit? Quid temperantius, qui nobilium spreta felicitate, maluit in humilioribus tuto gressu pergere, quam pendulo gradu in sublimibus fluctuare? Magnopere enim concupiuit inter homines esse inglorius, vt coram Deo appareret gloriosus: menteque in Christo bene fundata, cœlestia potius quam terrena desiderans, humana studiose contempsit oblectamenta, vt posset diuinam in cœlestibus obtinere consolationem. Inter huiusmodi itaque institutionis exercitia, vir beatus ex dono sancti spiritus virtutum insignia operabatur.

Eius prudentia.

1 Cor 1.

Iustitia.

Fortitudo.

Temperantia.

XI. Cavsa quandoque extitit, quæ eum cogeret in eam proficisci regionem, quæ proprie Prouincia nuncupatur. Cumque die quodam cum nobili suo comitatu eius Prouinciæ regiones peragraret, occurrit ei vir quidam, immundo & nimis sæuo repletus spiritu. Is cum vidisset sanctum virum, timore perculsus, & spumans ac pallens, dixit ad eum: Quid hic tu Eligi? Conuersus ad eum S. Eligius. Quid ad te, inquit, immundissime diabole? In nomine Iesu Christi obtumesce, & exi ab illo. Et continuo vehementer discerpens hominem, exiit ab eo. Quindecim vero annis obsederat & cruciauerat virum pessimus ille spiritus. Statim ergo pristinæ sanitati restitutus homo, surrexit incolumis.

Cogit dæmonem confestim exire ab homine.

PROFECTVS inde Eligius, venit in villam, quæ Ampucius vocatur, sitaque est in ripa Rhodani fluminis pertinetque ad prædium Erchenberti illustrissimi viri. Erat autem ibi fœmina quædam, infestum diu dæmonem patiens. Eo ergo in loco Eligius orationis gratia basilicam ingressus, cum oratione completa regrederetur, occurrens ei mulier, cœpit nomen eius crebrius atque insolentius inclamitare. Tunc Eligius eam respiciens, misertus eius, fixis in terram genibus, orauit. Deinde conuersus ad eam, dixit: Adiuro te, maligne spiritus, per Deum Patrem omnipotentem, & per Iesum Christum filium eius, & per Spiritum sanctum paraclitum, vt ipsius virtute fugatus, discedas ab hoc vasculo, quod captiuum obsides. Mox ad eius verbum elisit malignus spiritus mulierem in terram, & facta est velut mortua. Sicque vim maximam patiens dæmon, & sanguinem per os mulieris ex internis visceribus egerens, confusus exijt ab ea, aufugitque à facie hominis Dei. Sanctus autem Eligius iussit sublevari mulierem: & cum benedixisset aquam cum oleo, bibendam ei obtulit. Illa vbi gustauit, resocillata est anima eius, & sana facta est ex ea hora. XII.

Sanat dæmoniacam.

NEQVE illud prætereundum puto, quamuis sit humile, quod eodem itinere vir beatus spiritu cognouit. Cum iam satis ea omnia, quorum causa aduenerat, expedijsset, cunctosque amicos & Episcopos Prouinciæ visitasset, domumque Aspasij, qui filius erat Iunini Christianissimi viri, inuisisset, cum omnibus suis parabat remeare ad propria. Postremum autem omnium, vbi Aureliano * Vsecensi Episcopo, conuiuio peracto, valedicere instituit, accidit vt vtriusque famulis satagentibus, vnus ex ministris eius perderet rem quandam, qua camelum onerarium semper ducere solebat, eaque causa huc illucque cursitans, iter eius retardaret. Tunc Eligius illi ad se secretius accito indicat hominem, qui furtum fecerat, additque: Vade ad rupem propinquam, atque illic inter vepres repeties absconsum & ligatum id, quod quæris: soluto que eo, accipe quod tuum est, & absque vlla iniuria vel verbo aspero redde homini tibi designato ligamen illius. Quod cum ille fecisset, nimio fur pudore atque stupore perculsus, veniam facti sui precabatur, offerens etiam satisfactionem homini. XIII.

** Vticensi.*
Indicat locum ablatæ rei.

POST hæc Eligius ad vrbem propriam regressus, institutionis suæ normam in dies in melius prouehebat, diligens imprimis Deum ex toto corde, ex tota anima, atque ex tota virtute sua: deinde proximum sicut seipsum. In lege Domini sine lassitudine permanens, mores bonos nulla noxia conuersatione inquinabat. Vitam temporalem pro exilio ducens, vitam æternam toto mentis desiderio suspirabat. Actus vitæ suæ omni hora custodiens, oculum mentis suæ semper in Deum defixum habebat. Ab omnibus, quæ lex vetat, solerti cura abstinens, à cogitationibus quoque noxijs animum reuocabat, sciens hominem etiam cogitationum suarum rationem redditurum. Nihil de se præsumens, nihilque boni sibi tribuens, bona à se facta diuino muneri adscribebat. Odientes ad pacem, discordes ad concordiam reuocabat. Consilium & opus suum semper ad Deum referens, in omni conatu suo Christi auxilium flagitabat. Pedes eius semper directi ad euangelizandum pacem, ad euangelizandum bona. Honesta specie, animo benigno incedebat, & sicut fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum tempore opportuno, populum sibi commissum modis omnibus curabat spiritali reficere alimonia, comiter docens, optime instruens, à peccandi consuetudine tota virtute omnes retrahere nitens. Erat feruens spiritu, solicitudine non piger, spectatis moribus, ornatus operibus, omnique suauitate conspicuus. In oratione assiduus, in ieiuniis strenuus, in eleemosynis largus. Porro inter diuites & pauperes ita se medium gerebat, vt pauperes cum patris, diuites superioris loco haberent. Ille vero non personæ potentiam, sed morum elegantiam attendebat: tantoque vnicuique plus habebat honoris, quanto eum sanctius viuere didicisset. Erga egenos & aduenas adeo se solicitum exhibebat, vt vere Christum in eis esse, fide integra crederet: atque ita non tam illis, quam ipsi Christo, quicquid in eos conferret, se præstitisse lætaretur. Ipsis quidem præbebat cibum, sed oculis cœlum suspiciebat. Ipsis dabat alimenta, sed Christum cum fiducia inuocabat. Manus & brachia porrigebat dando, at mercedem procul dubio e cœlis expectabat. Quantam ille facultatum vim & molem Christi amore ardens dispertierit, non me vnum necesse est dicere. Quod enim monasterium non eius penetrauit eleemosyna? aut quis clericus non eius substantia refocillatus est? Quis peregrinus non eius receptus hospitio est? quibus aduenis non suum impendit obsequium? quos ille curiosissime locis omnibus perquirens, damnum suum putabat, si quisquam debilis aut esuriens, alterius beneficio sustentaretur. Ardentissima quippe fide Saluatori toto animo coniunctus, reddebat ei, quod ab illo acceperat: atque in singulis eius famulis Christum se videre credens, quicquid in illos contulisset, Deo se præstitisse gratulabatur: illud semper animo reuoluens, quod Dominus in Euangelio ait: Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. & illud: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum, & illud: Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. &, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Huiusmodi ergo studijs intentum Eligium, diuina gratia vberius comitabatur. XIV.

Pertexit generatim virtutes eius.
Esa. 66.
Esa. 52.
Luc. 12.
Inter diuites & pauperes vt se gesserit.
Matth. 5.
Eccl. 3.
Luc. 16.
Luc. 11.

VENIT ei aliquando in mentem affectu pietatis & cura pastorali solicito, solum paternæ possessionis in ciuitate Lemouicina, reuisere. Audiens enim sanctam famam monasteriorum, ipsius iam exemplo in ea vrbe conditorum, desiderabat magnopere suis ea oculis intueri, maxime vero monasterij sui venerabilem atque omnibus imitandam institutionem. Cum autem in ipso itinere Biturigum ciuitati propinquaret, comitibus suis antecedere iussis, ipse cum paucis statuit apud memoriam S. Sulpitij confessoris adorare. Quo cum peruenisset, oratione facta, audit complures nuper mortis sententia damnatos, in fiscali carcere vinctos teneri. Interfecerant enim quendam fiscalem iudicem, & ea causa in vinculis habebantur. Eligius ergo memor Christi dicentis, In carcere eram, & venistis ad me. &, Quamdiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: rogat se duci ad eos. Sed cum appropinquasset custodiæ, milites confestim exurgentes, valde ei obstiterunt, nec permiserunt eum propius accedere. Tunc ille mœstus admodum, indignatusque animo recessit, & cœptum pergit iter. Vbi autem ad destinatum peruenit locum, commoratus est aliquandiu apud Lemouices, inuisensque omnia monasteria, tam intra vrbem, quam in suburbanis sita, deuotissime omnium benedictiones hauriebat. Visitatis etiam in suo monasterio fratribus, & secundo eius Abbate, (primus n. ad Episcopatum raptus erat) paterna singulos solicitudine admonebat, hortans omnes seruire Deo in veritate & simplicitate cordis, quotidieque in melius proficere, arreptum propositum omni instantia ad finem vsque perducere. Venit autem & ad prædium parentum suorum. Nam & ibi habebatur iam monasterium, à germano eius Alitio in ipsa paterna domo constructum. Ibique similiter salutatis fratribus, & comiter consolatis, ad ciuitatem suam reditum parat: cumque haud procul Biturigibus iter carperet, voluit iterum diuertere ad ciuitatem. Stimulabat enim animum eius, quod reos, qui tenebantur in carcere, nihil antea iuuisset, nec eos liberare potuisset. Itaque iter agens, precabatur Dominum, vt addito carcere, non pateretur laborem suum frustra consumi. Qua autem die ingressurus erat ciuitatem, cum valde diluculo leuasset oculos suos ad cœlum, facta est caligo & nebula tenebrosa nimis, ita vt habitatores ciuitatis ad spatium iacti lapidis cernere non possent. Sic ergo Eligius vrbem ingressus, cum appropinquasset ianuis carceris, confestim ceu magno terrentis impulsu, diuino nutu confractæ sunt seræ, dissipati cardines, ostia carceris patefacta, omniaque compeditorum vincula soluta. Tunc Eligius concessam sibi virtutem quasi nihil ad se pertinere simulans, cito à carcere recedit: dat tamen eis consilium, vt mox inde exeuntes, ad ecclesiam confugiant. Tum illi egressi sine mora, celeri cursu ad basi- XV.

Matth. 25.
Ibidem.
Indignatur ex iustitiæ zelo vir pius.
Alitius frater S. Eligii.
Diuinitus fores carceris refractæ sunt, & captiui recedunt.

ad basilicam beati Sulpitij properant. Vbi cum omnia essent ecclesiæ ostia obserata, & tei hinc inde circumspicientes, nusquam inuenirent introitum, subito fracta est fenestra vitrea, vna ex maximis, quæ erant in fronte basilicæ: simulq; ostium vnum in ecclesiæ latere patefactum est: atque ita illi in basilicam ingressi, altaris thronum petierunt. Cumq; sanctus Eligius omnia sanctorum loca inuisens, eo peruenisset, inuenit eos omnes circa altare, seu apud sepulchrum iam dicti antistitis consistentes. Porro milites vt viderunt carcerem dissipatum, statim persecuti sunt eos vsq; ad locum memoratum: ingressique basilicam, iniecerunt eis manus, ac ferro vinctos, foras trahere conabantur. Quos beatus Eligius blande compellans. Nolite, inquit, homines Dei, nolite sic in loco sacro agere. Cur eos perdere nitimini, quos iam pius Dominus liberauit? Quare facitis tam impie in domo Dei? Cur non pertimescitis tanti sceleris culpam? Domus hæc, non mortis, sed vitæ domus est. Refugium est delinquentium, non damnatio euadentium. Orationis est locus, non latronum specus. Sed cum nihil apud eos sermo eius proficeret, iterum ait: Dominus Deus videat id, quod facitis. Vos quidem me audire non vultis, sed audiet (credo) ille, qui nunquam derelinquit sperantes in se. Mox ergo ad solita præsidia se conuertens, prostrauit se in terram inter altare & confessoris memoriam, atq; enixius Domino supplicauit. Et cum ab oratione caput eleuasset, statim confractæ catenæ in terram ceciderunt, cunctaq; quæ eis imposita erant ligamina, omnibus adstantibus magno sunt impetu dirupta ac dissoluta. Quod milites videntes, ingenti metu perculsi, moxque ad pedes sancti Eligij prouoluti, veniam facti sui precabantur, dicentes: Peccauimus, domine pater, inique egimus, stulte gessimus, quod contra te contendere ausi sumus. Agnoscimus modo culpam nostram: impietati nostræ petimus vt ignoscas. Tum ille: Et ego, inquit, ignoranter vos fecisse noui. Dominus autem fecit, sicut ipse voluit. Et ille ergo, qui hos eripuit, vobis (oro) tribuat indulgentiam, & à cunctis vos peccatis propitiatus absoluat. Non enim ego, sicut vos putatis, sed sanctus Sulpitius ad se fugientes defendit reos. Hoc ergo modo Eligius, immo Dominus per Eligium, absoluit reos à diræ mortis periculo. Ille pius, ille misericors, qui sæuiente Herode, eripuit Petrum de obseratis militum custodiis, nunc operatus est cum Eligio famulo suo apud Bituriges. Qui vinctum in carcere absoluit vas electionis Paulum, ipse nunc dissipato carcere, humiliauit arrogantiam superborum. Illi ergo laus, illi gloria, per quem serui eius in mundo tanta possunt facere mirabilia. Sic ergo reis absolutis, qui pene nudi videbantur, Eligius vestes & eleemosynam præstitit, mandauitq; vt de cætero vitam corrigerent. Multam vero eodem die diuersis alijs pauperibus & monasterijs pecuniam distribuit.

[Margin: Nouum miraculum. — En tertium miraculum. — Act. 12. — Act. 16.]

XVI. INDE autem digressus, cœpto tramite pergens, peruenit tandem ad suos: vbi diebus singulis plebem sibi commissam admonens, indefessus salutares eis adhortationes adhibebat. Nimio zelo veritatis accensus, volebat populis pandere, quod ipse incremerata fide tenebat, mandans omnibus seruire Deo in veritate, facere iustitiam in omni tempore, memores esse beneficiorum Christi, & benedicere nomen eius cunctis diebus vitæ suæ. Collectis autem vndique ad ecclesiam turbis, multa quidem & magna breui sermone comprehensa, sed spiritali ædificatione copiosa, cum prophetica fiducia exaltans vocem, hunc in modum proponere solebat: Rogo vos, fratres charissimi, & cum grandi humilitate admoneo, vt intentis animis auscultare velitis, quæ vobis pro salute vestra suggerere volo. Scit enim omnipotens Dominus, quod prompta erga vos charitate ista vobis profero: Quod si non fecero, procul dubio reus debiti tenebor. Vos ergo non pro mea paruitate, sed pro vestra, quæ dico, salute libenter suscipite: ita duntaxat, vt quæ aure percipitis, opere compleatis: vt & ego de meo obsequio, & de vestro profectu merear vobiscum gaudere in cœlesti regno. Si cui forte displicet, quod tam frequenter vobis prædico: rogo, non mihi ille molestus existat, sed magis periculum meum consideret, & audiat Dominum, per prophetam terribiliter sacerdoti comminantem: Si dicente me, inquit ad impium, Morte morieris: non annunciaueris ei, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua: ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Itemq; illud: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Considerate ergo, fratres, quia oportet me sine cessatione vestros animos ad timendum Dei iudicium, & ad desideranda cœlestia præmia excitare: vt vobiscum pariter merear in Angelorum consortio perpetua pace gaudere. Ideoque rogo, vt diem iudicij semper pertimescatis, diem mortis suspectum quotidie ante oculos habeatis. Cogitate quales eritis præsentandi conspectibus Angelorum, vel qualem pro meritis vicem recepturi: an possitis in illo die illibatum referre, quod in baptismo promisistis. Meminisse enim debetis, quia tunc pactum cum Deo fecistis, atq; diabolo & omnibus operibus eius abrenunciastis. Qui tunc potuit, per seipsum & pro se ipso sic respondit. Qui vero non potuit, fideiussor pro eius vice hæc Deo promisit, ille videlicet, qui eum de sacro fonte suscepit. Considerate iam, quale cum Deo pactum inijstis, & vosipsos explorate, num post hanc promissionem opera maligni dæmonis, cui abrenunciastis, secuti sitis. Abrenunciastis diabolo, & omnib. operibus & pompis eius, i. idolis, sortibus, auguriis, furtis, fraudibus, fornicationib⁹, ebrietatibus & mendaciis: quæ plane sunt opera & pompæ illius. Contra vero dixistis, credere vos in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, conceptum de Spiritu sancto, natum ex Maria virgine, passum sub Pontio Pilato, qui tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos. Dixistis quoque credere vos in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Hæc procul dubio cautio & confessio vestra semper manet apud Deum. Quapropter moneo vos, charissimi, vt hæc confessio & promissio vestra semper memoria retineatur, vt hoc quod Christiani vocamini, non ad iudiciũ vobis sit, sed ad remedium. Nam idcirco Christiani facti estis, vt semper Christiani opera faciatis, i. vt castitatem ametis, luxuriam & ebrietatem fugiatis, humilitatem sectemini, superbiam detestemini: quia Dominus Christus humilitatem & exemplis ostendit & verbis docuit, dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Inuidiam respuatis, charitatem mutuam conseruetis, semper de futuro seculo & æterna beatitudine cogitetis, ac plus pro anima, quam pro corpore laboretis. Caro n. breui tempore erit in hoc mundo: anima vero, si bene egerit, sine fine regnabit in cœlo: si male egerit, sine misericordia ardebit in inferno. Quisquis autem non cogitat, nisi de hac vita, brutis animalibus & bestiis similis est.

[Margin: Vtinam hi hodie concionatores in suis concionibus hunc sanctum virum imitarentur. — Ezech. 3 & 33. — Esa. 58. — Extrema semper metuenda. — Vtinam hoc pactũ homines serio cogitarent. — Christiani vt facti simus. — Matth. 11.]

NON sufficit vobis, charissimi, quod Christiani appellamini, si opera Christiani nõ facitis. Illi enim prodest Christianum nomen, qui semper Christi præcepta & mente & corpore perficit, qui furtum non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mentitur, nec peierat, qui adulterium non committit, qui nullum hominem odit, sed omnes sicut seipsum diligit, qui inimicis suis malum non reddit, sed magis pro eis orat: qui lites non concitat, sed discordes reuocat ad concordiam. Hæc n. præcepta ipse Dominus Christus per semetipsum dignatus est in Euangelio tradere, ita dicens: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimoniũ dices, nõ peierabis, & fraudem ne feceris: honora patrem tuum & matrem, & dilige proximũ tuum sicut teipsum. & Quodcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite eis. Hæc est n. lex & prophetæ. Et adhuc his maiora, sed valde fortia atq; fructifera dedit mandata, dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Ecce forte & arduum mandatum, quod hominib. quidem durum videtur, sed magnum habet præmium. Audite quale: Vt sitis, inquit, filij patris vestri, qui in cœlis est. O quanta gratia. Per nos

[Margin: Cui nomen Christianum prosit. — Matth. 19. — Matth. 7. — Matth. 5. ibidem.]

serui digni non sumus, & per inimicorum dilectionem filij Dei efficimur. Itaq; fratres, & amicos diligite in Deo, & inimicos propter Deum. Qui n. diligit proximum, sicut dicit Apostolus, legem impleuit. Qui ergo vult esse verus & germanus Christianus, is necessario hæc debet præcepta custodire. Quæ si non obseruat, ipse se decipit & circumuenit. Ille bonus Christianus est, qui nullis phylacteriis vel adinuentionibus dæmonum credit, sed omnem spem suã in solo Christo ponit: qui peregrinos tanquam Christum ipsum cum gaudio excipit, quia ipse dicit: Hospes fui, & suscepistis me, &, Quandiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ille, inquam, bonus Christianus est, qui hospitibus pedes lauat, & eos tanquam parentes charissimos diligit, qui iuxta quod habet, pauperibus eleemosynam tribuit, qui ad ecclesiam crebro venit, & oblationem, quæ Deo in altari offeratur, exhibet: qui de fructibus non gustat, nisi prius Deo aliquid offerat: qui stateras dolosas & mensuras duplices non habet, qui pecuniam suam non dat ad vsuram, qui & ipse caste viuit, & filios vel vicinos suos docet, vt caste & cum timore Dei viuant: & quoties festiuę solennitates adueniunt, plures die ante etiam à propria vxore se continet, vt secura conscientia ad Domini altare possit accedere. Denique qui symbolum Apostolicum & orationem Dominicam memoriter tenet, & filios atq; familiam suam ea docet. Qui talis est, is procul dubio reuera Christianus est, & Christus habitat in eo, qui dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus: item per Prophetam: Ego inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus.

Rom. 13 — Quis bonus sit Christianus — *Matth. 25* — *Ibidem.* — *Ioan. 14.* — *Leuit. 6.* — *2. Cor. 6.*

Ecce audistis, fratres, qui sint boni Christiani. Quantum igitur potestis, cum adiutorio Dei laborate, ne nomen Christianum falso habeatis: sed vt veri Christiani esse possitis, præcepta Christi semper animo cogitate, & opere exequimini. Redimite animas vestras à pœnis, dum habetis in potestate remedia. Eleemosynas pro viribus præstate, & charitati studete, discordes reuocate ad concordiam, mendacium fugite, periurium horrescite, falsum testimoniũ nolite dicere, furto abstinete, oblationes & decimas ecclesiis reddite, luminaria sanctis locis pro facultate exhibete, symbolum & orationem Dominicam memoria tenete & filiis vestris tradite. Illos quoque, quos ex baptismo suscepistis, docete & castigate, vt semper in timore Dei viuant. Noueritis vos apud Deum pro illis fideiussores teneri. Ad ecclesiam sæpius conuenite, sanctorum patrocinia humiliter expetite: diem Dominicum pro reuerentia resurrectionis Christi, absque vllo seruili opere colite, sanctorum solennitates pio affectu celebrate. Proximos vestros sicut vosipsos diligite: quod vobis vultis ab aliis fieri, hoc & vos aliis facite. Quod vobis fieri non vultis, nulli faciatis. Ante omnia charitatem habete: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Estote hospitales, humiles, omnem solicitudinem vestram proiicientes in Deum: quoniam ipsi cura est de vobis. Infirmos visitate, in carcerem coniectos inuisite, peregrinos suscipite, esurientes pascite. Sit vobis æquum pondus, & æqua mensura, sit statera iusta, iustus modius, æquusque sextarius. Nec plus, quam dedistis, repetatis: neque vsuras ex pecunia mutuo data, à quoquam exigatis. Quæ si obseruaueritis, securi in die iudicij ad tribunal æterni iudicis venientes, dicetis: Da Domine, quia dedimus: miserere, quia misericordiam fecimus. Nos impleuimus, quod iussisti; tu redde, quod promisisti.

Decimæ ecclesiis exoluendę. — Dies Dominici & solennitates sanctorum celebrandæ — *Matth. 7.* — *Tob. 4.* — *1 Pet. 4.* — *Leuit. 19*

Ante omnia autem illud denuncio atque contestor, ne vllas paganorum sacrilegas consuetudines obseruetis, non diuinos, non sortilegos, non incantatores pro vlla re aut infirmitate consulere ausi sitis. Qui enim id facit, ille mox perdit baptismi gratiam. Neque etiam auguria vel sternutationes obseruetis, nec in itinere constituti aues cantantes curiose attendatis: sed siue iter, seu quodlibet opus suscipitis, signare vos in nomine Christi, symbolumque & orationem Dominicam cum fide & deuotione dicite, nec quicquam vobis nocere poterit inimicus. Nullus Christianus obseruet, qua die domum vel exeat, vel reuertatur: omnes enim dies Dominus fecit. Nullus ad inchoandũ opus diem vel lunam attendat. Nemo in Calendis Ianuarij nefanda & ridicula, vetulas aut * ceruulos vel * iotticos faciat, neq; mensas per noctem componat, neque strenas aut potationes superfluas exerceat. Non cœlum, non terram, non sidera, nec vllam omnino creaturam, præter Deum, vllus adorandam credat: quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem est cœlum, ingens terra, immensum mare, pulchra sidera: sed longe maior & pulchrior sit necesse est, qui hæc creauit. Si enim hæc, quæ videntur, tam incomprehensibilia sunt, puta, varii terræ fructus, pulchritudo florum, diuersa pomorum genera & animantium in terra, in aere, in aquis, apum sedula prudentia, ventorum flatus, nubium rores, tonitruorum fragores, temporum vices, dierum atq; noctium vicissitudines variique recursus: quæ omnia nullatenus mens humana comprehendere potest: si ergo hæc talia sunt, quæ videmus, & haud quaquam comprehendimus: qualia æstimanda sunt illa cœlestia, quæ non videmus? vel qualis horũ omnium opifex, cuius nutu cuncta creata sunt, cuius & arbitrio omnia gubernantur? Illum ergo fratres, super omnia timete, illum adorate, illum præ omnibus amate, illius misericordię inhærete, de eius clementia nunquam desperate.

Sacrilegia, incantationes diuinationes & obstructiones superstitiosæ omni Christiano fugienda. — Ex creaturis quid colligendum de Deo.

Quos bonos videtis, illos imitamini: quos malos conspicitis, castigate & corripite, vt duplicem mercedem habere possitis. Qui hactenus immunis à supradictis malis fuit, gaudeat, & Deo gratias agat, & deinceps quoq; ab illis sibi caueat, studeatque perseuerare in operibus bonis. Qui vero vsque in præsens male vixit, cito se corrigat, & toto corde agat pœnitentiam, antequam de hac luce decedat: si enim sine pœnitentia obierit, non ibit ad requiem, sed præcipitabitur in gehennam ignis, vnde nunquam exire poterit, sed ardebit illic in secula seculorum. Omnes igitur vos, quibus loquor, viri & fœminæ, corrigite vitam vestram: vnusquisque, dum potest, vitia sua profliget: mala quæ fecit, pœnitentia expiet. Nemo se inebriet, nemo in conuiuiis cogat alium plus bibere, quam par sit: quandoquidem vitio multo deditos Apostolus acriter obiurgat, vbi ait: Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. Nemo vel in vlla re minima diaboli sequatur adinuentiones: nullus siue exiens, siue egrediens domum, obseruet quid sibi occurrat, vel num qua vox reciproca seu echo audiatur, aut quid aues garriant, vel quid sit quod portat ei factus obuiam. Qui enim hæc obseruat, partim adhuc paganum se esse declarat. Qui vero hæc contemnit, Propheram sibi clamare gratuletur: Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Vnde & Apostolus monet: Omne quodcunque facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Prorsus recedendum est à cunctis huiusmodi obseruationibus: mathematici spernendi, auguria horrescenda, somnia contemnenda: quoniam, sicut scriptura testatur, vana sunt. Vnde & per Moysen præcipitur. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, neque ad magos declinabitis. Oportet igitur, vt hæc tota mente obseruetis: & si quos cognoscitis vel occulte aliqua phylacteria exercere, expedit cum eis nec cibum sumere, nec quicquam habere commercij. Ista ergo omnia spernentes, ad Dei vos auxilium conferte, de eius misericordia nunquam desperate.

Nemo debet in conuiuiis cogi ad bibendum. — *1. Cor. 6.* — *Psal. 39.* — *Coloss. 3.* — *Ezech. 13.* — *Leuit. 19*

Omni die Dominico ad ecclesiam conuenite, & ibi non negocia, non lites aut rixas, vel ociosas fabulas tractetis: sed lectiones diuinas cum silentio auscultate, & pro pace Ecclesiæ & pro peccatis vestris orate. Qui enim in ecclesia fabulari non timet, & pro se, & pro aliis redditurus est rationem, dum nec ipse verbum Dei audit, nec alios audire permittit. De talibus quippe Dominus in Euangelio dicit: Væ vobis hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Qui aliorum iudices estis, iustitiã iudicate.

Contra eos qui fabulantur in templis. — *Matth. 23.*

iudicare. Nihil in iudicio inique agatis, nec munera super innocentes accipiatis: non personam attendatis, nec res alienas vi rapaci tollatis, quandoquidem, quid vel nocte proxima vestris accidere possit, ignoratis. Pauperem & aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud, quod veritas in Euangelio dicit: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Videte ne in vos quadret illud propheticum: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Facta est veritas in obliuionem, & iustitia longe stetit. Hæc fratres considerantes, & vos, & illos, quibus præestis, pariter in Dei timore confirmate. Retinete quæ dicta sunt: facite quæ præcepta sunt. Habete semper Christum in mente, & signum eius in fronte. Memineritis multos vos habere aduersarios, qui cursum vestrum impedire conentur. Idcirco in omni loco, horis omnibus Crucis signaculo vos armate, Crucis vexillo vos communite. Hoc enim vel maxime illi timent & expauescunt. Hoc vobis datum est scutum, quo possitis ignitas omnes maligni sagittas extinguere. Profecto magna res est signum Christi, & crux Christi: sed illis solis prodest, qui faciunt mandata Christi. Vt ergo etiam vobis prosit, præcepta eius totis viribus implere contendite: & siue sedeatis, siue ambuletis, siue comedatis, siue lectum ascendatis, siue à lecto surgatis, semper Christi signum muniat frontem vestram: vt vos semper memoria Dei & vigilantes protegat, & custodiat dormientes: & quoties nocte euigilatis, & somnus ab oculis recedit, mox labijs signũ Crucis imprimatur, mens orationibus occupetur, Dei præcepta animo voluantur, ne stupido pectori repente subrepat inimicus, vel per stultam oscitantiam & incuriam serpat in animam auidus aduersarius. Cum turpem ille vestris sensibus cogitationem suggerit proponite vobis futurum Dei iudicium, Inferni supplicia, gehennæ flammas, tartari tenebras, quæ impij patiuntur. Si sic feceritis, mox turpis cogitatio euanescet: nec vos deseret virtus Christi: quia verum est quod Propheta canit: Sperantem in Domino misericordia circundabit.

Matt. 7. — *Esa. 5.* — *Esa. 59.* — Crux semper in fronte ferenda, &c. — *Psal. 31.*

CVM autem hæc omnia, Domino auxiliante, feceritis, certum habere debetis, moleste id laturum diabolum, quod videat vos à sua societate discedere, & ob hoc fortassis aliquam in vos nequitiam exercebit, aut infirmitates vobis immittet. Sed id minime vos frangat: ad probandos enim vos, permittit id Deus, vt exploret, num toto corde eius misericordiæ innitamini, & si vere in eum credatis. Cuncta ergo patienter ferte, & Deum in omnibus benedicite, vt in vobis impleatur quod scriptum est: Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Consolari vos debet id, quod Apostolus ait: A Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur, & illud: Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quod si semel atque iterum nequitijs dæmonis viriliter atque fideliter pro Dei timore restiteritis, ita eum postea à vestri infestatione Deus repellet, vt deinceps nunquam vobis nocere queat. Sic nimirum, si vere, non falso, Christiani estis, omnes diabolicas fraudes & circunuentiones fugere & despicere debebitis, totoque pectore Deo adhærere & inniti: vt quæcunque vobis aduersa ab inimico illata fuerint, patienter & fortiter toleretis. Quod si per sortilegos aut diuinos aliqua prædixerit, & ita euenerint, nolite mirari. Spiritus enim illi per aera volitantes, facile possunt quædam futura præuidere. De his sic habet scriptura diuina: Si surrexerit in medio tui prophetes, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos: non audies verba prophetæ illius: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. Illud autem scitote, quod nec vos, nec quicquam vestrum lædere poterit inimicus, nisi quatenus permiserit Deus. Permittit autem Deus, quod peccata hominum mereantur. Permittit, inquam, duas ob causas, vt aut probet vos, si boni estis: aut castiget, si peccatores. Sed qui patienter Domini dispensationem sustinet, si quid perdiderit, sic dicat: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est. sit nomen Domini benedictum. Pro ista patientia aut coronam accipiet, si iustus est: aut indulgentiam, si peccator. Quod si murmurauerit, vel desperauerit, rei pariter illius atque animæ suæ iacturam faciet. Sed mihi credite, fratres, si ex toto corde in Dei semper timore permanseritis, & præcepta eius custodieritis ita, vt nihil ex gentili consuetudine obseruetis, nihil vobis iam inimicus nocere poterit, sed omnia vobis prospere cedent. Probe enim Christiano nec auguria, nec alia quælibet figmenta possunt officere: quia vbi signum Crucis cum fide & timore Dei præcesserit, nihil ibi inimicus nocere poterit. Tepidis vero & negligentibus ideo nocere possunt, quod relinquentes Dei præcepta, per vitæ suæ negligentiam praua exercendo opera, ipsi se dæmonum potestati sponte tradunt: qui si in Christi seruitio perseuerarent, & eius niterentur auxilio, nihil prorsus mali paterentur.

Iacob. 1. — *1. Cor. 11.* — *Hebr. 12.* — *Deut. 13.* — Permittit Deus ob duas causas hominem à diabolo tentari. — *Iob. 1.* — Efficacia signi S. Crucis.

HÆC ergo scientes, totis viribus diuinæ inhærete misericordiæ, opera bona semper agite, & de substantia vestra pauperibus erogate. Qui plus habet, plus tribuat: qui vero minus, ex ipso largiatur beatus & hilaris. Vnusquisque det pro viribus: est enim, vnde gaudeat, sciens se pro paucis, quæ largitur, plurima recepturum. Dat enim nummum, & comparat cœleste regnum: dat paruam pecuniam, & emit vitam æternam. Sitis ergo studiosi præstandæ eleemosynæ: ea enim, vt scriptum est, à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Qui habet aurum, det aurum: qui habet argentum, det argentum. Qui vero pecunia caret, bono animo det pauperi fragmen panis: quod si nec illud integrum habet, frangat, & partem tribuat pauperi: nec dubitet, quamuis parum bono animo obtulerit, gratum & acceptum Deo fore. Dominus enim non tam copia munerum, quam largientis bona voluntate & deuotione pascitur ac delectatur. Vt autem nullus pauper ab eleemosyna se excusare possit, ipse Dominus pro calice aquæ frigidæ mercedem se redditurum promittit. Qui autem maiores à Deo facultates accepit, maius vtique iudicij periculum sustinebit. Potuit quidem Deus omnes homines diuites facere: sed idcirco in hoc mundo pauperes esse voluit, vt diuitibus suppeteret occasio redimendi peccata sua. Redimite ergo vos, charissimi, dum precium suppetit. Date eleemosynam ex iusto & bono labore, non de rapina. Audite iam ad fores vestras orantes pauperes vt ipsi pro vobis in die iudicij orent. Sapientem attendite, ita dicentem: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Date ergo Deo, quod vobis ille dedit. Ipse enim accipit, quicquid pauperi tribuitis. Et illi quidem datis, sed vobis in futurum transmittitis, non vnde ventrem farciatis, sed vnde flammas extinguatis: quia sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccata. Date ergo, dum licet, in redemptionem animarum vestrarum: redimite vosipsos, dum viuitis: quia post mortem nemo redimere vos potest de gehenna. Vnusquisque de arte sua, vnde viuit, decimas det Deo in pauperibus vel ecclesijs. Consideret omnia esse Dei, vnde viuit, puta terram, semina, flumina, & omnia quæ sub cœlo sunt & supra cœlos: & si ille non dedisset, nihil vtique haberet. Deus autem noster, qui dignatur totum dare, decimas de suo dignatur à nobis repetere, non sibi vtique, sed nobis, profuturas. Sic enim per prophetam promisit, dicens: Inferte omnem decimam in horreum meũ, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam. Reddite ergo libenter ex omnibus, quæ possidetis super terram, quod Deo gratum cognoscitis. Nolite de omni substantia vestra fraudare decimas, ne vobis nouem partes auferantur, & sola decima remaneat. Si voluntarie dederitis, plus semper vobis Dominus dabit. Si non dederitis, quot pauperes in locis, quibus habitatis, fame mortui fuerint, tot homicidiorum rei eritis. Atque insuper immittet in vos Dominus pestilentiam & famem, & perdetis totum, quod habetis, immo ipsas etiam animas vestras. Quod ne

Tob. 4. — Eleemosynæ pauperibus studiose præstandæ. — *Matth. 10.* — *Prouerb. 21.* — *Eccl. 3.* — Decimæ dandæ. — *Malach. 3.* — Pasce fame morientem. Si non pauisti, occidisti.

vobis euenit, libenter bono animo detis, quo animas vestras possitis redimere. Nec eligatis, cui misericordiam præstetis, ne forte prætereatis eum, qui meretur accipere: quia nescitis, in quo Christus dignetur eleemosynam accipere.

Leuit. 26.
Ibidem.

In his autem omnibus, quæ Dominus exerceri iubet, benignitatis operibus nihil ille quærit aliud, nisi salutem animarum vestrarum, & vt timeatis illum semper, & custodiatis mandata eius. Quod si feceritis, dabit vobis, sicut per sanctum Moysen pollicitus est, pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, & omnibus bonis abundabitis. Dabit pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat, & ipse habitabit inter vos. Contra vero, si non custodieritis præcepta eius, venient in vos plagæ, ab eodem Moyse prædictæ, pestilentiæ, fames, gladius, eritq; cœlum vobis ferreum, & terra ænea: terra non proferet germen, segetes peribunt, & labor vester omnis inanis erit. Et super hæc infestabunt vos hostes, & gladius deuorabit vos, & erit terra vestra deserta atq; desolata. Et tunc præ angustia clamabitis, nec exaudiet vos Dominus, sicut per prophetam minatur, dicens: Et factum est, sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus. & per alium prophetam, sic dicentem: Non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat: neq; aggrauata est auris eius vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderūt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Vt igitur ista vobis non contingant, custodite quæ præcepta sunt: implete Dei mandata, vt viuatis, & bene sit vobis, nullaq; vobis calamitas accidat. Omnipotens enim Deus consolatur per prophetam ita dicens: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei. Hæc, fratres, semper animo retinete, hæc filijs & vicinis vestris narrate, hæc commemorate vobiscum, cum sedetis in domibus vestris, & cum ambulatis: nec obliuiscamini eorum in rebus prosperis, sed Deum semper timete, illi soli seruite, ne irascatur contra vos furor eius. Noueritis, eum custodire pactum & misericordiam illis, qui eum diligunt, & custodiunt mandata eius, omnesque eis auferre languores. Audistis beatum Ioannem Apostolum, dicentem. Nouissima hora est. Nolite diligere mundum: cito enim transit, & omnis concupiscentia eius. Facite voluntatem Dei, vt maneatis in æternum, & habeatis fiduciam, cum apparuerit, ne confundamini in aduentu eius. Nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et reuera peccatum omne, siue furtum, siue adulterium, siue mendacium, sine dæmonis operatione non fit. Pensate, quæso, quam perniciosum sit, diaboli opera exercere, eiusque participem fieri, non quidem in requie, sed in pœnis gehennæ. Itaque quotiescunque in peccatum incideritis, nolite mortifera securitate expectare, donec vulnera vestra putrescant: nec alia addatis peccata: sed continuo per pœnitentiæ confessionem remedium vobis adhibere festinetis. In magnis virtutum exercitijs semper crescere nitamini: vt qui fuit hactenus superbus, sit iam humilis: qui erat scortator & adulter, sit castus: qui solebat furari & tollere res alienas, incipiat proprias dare pauperibus & ecclesijs: qui fuit inuidus, sit benignus: qui fuit ebriosus, sit sobrius: qui iracundus, patiens sit. Si quis alteri faciat iniuriam, cito veniam petat: cui iniuria irrogata est, absque mora remittat, vt et ipsi illi remittatur. Et quidni fratri parum remittat, vt illi Deus totum remittere dignetur? Nam & hoc eleemosynæ genus est, vt ignoscat quis ex animo ei, à quo læsus est. Quod si quis adeo pauper est, vt nihil habeat, vnde corporalem præstet eleemosynam: quandoquidem fieri vix potest, vt non ab aliquo afficiatur iniuria, si ex animo omnibus in ipsum peccantibus remittat, nec contra vllum in corde odium retineat, sed omnes diligit vt seipsum: ei procul dubio maximæ eleemosynæ loco imputabitur. Vt autem peccantibus in nos libentius ignoscamus, audiamus quid Christus dicat in Euangelio: Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Hierem. 18.
2. Esdræ 1.
1. Iohan. 1.
1. Iohan. 3.
Lapsus in peccatum illico resurgat.
Contraria contrarijs curanda.
Pauperes qualem præstabunt eleemosynam.
Matth. 6.

Nemo ergo se fallat, nemo se decipiat: quia quisquis vel vnum hominem odit in hoc mundo, quicquid interim Deo boni operis offert, totum perdit. Non enim mentitur Apostolus terribiliter clamans: Qui fratrem suum odit, homicida est, & mendax est, & in tenebris ambulat. Quo loco fratrem oportet omnem hominem intelligi: omnes enim in Christo fratres sumus. Ego autem, fratres, ad inimicorum dilectionem idcirco tantopere vos adhortor, quod ad sananda peccatorum vulnera, vix vllum sciam efficacius remedium. Et quamuis grandis est labor, inimicos diligere in hoc seculo, at in futuro ingens erit præmium. Qui hic inimicos diligit, amicus erit Dei: nec solum amicus, sed etiam filius: sic ut ipse promisit, vbi ait: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Qui ergo diligit, requie perfruetur. Qui non diligit, sicut Apostolus ait, manet in morte. Cum hæc ergo ita se habeant, charissimi, non falsa, sed vera inuicem dilectione vos prosequamini: actiones vestras ad Deum semper dirigite, & quicquid potestis, pro studio & amore vitæ æternæ laborate. Currite, dum lucem habetis, priusquam vos tenebræ comprehendant. Si laborem pro carne suscipitis, etiam pro anima laborem ne recusetis. Si curritis carnis causa, quam paulo post vermes deuoraturi sunt: multo alacrius pro anima currite, vt ornata illa bonis operibus, sine fine lætetur in cœlis. Quando ieiunatis, quod in prandio sumpturi eratis, pauperibus erogate: nec tunc, vt Dominus admonet, instar hypocritarum tristes esse debetis, vt videamini ab hominibus: sed ab illo solo, qui videt in abscondito. Semper autem maiori vobis curæ sit cibus animæ, quam corporis: dumque in mundo versamini, bene viuendo æternam vobis vitam comparate. Lectiones diuinas in ecclesia libenter auscultate, & quæ illic auditis, iugiter in domibus vestris commemorate: vt quomodo corpus cibo, ita anima Dei verbo reficiatur. Certum est enim, quale est corpus, quod post multos demum dies percipit cibum, talem esse animam, quæ raro pascitur verbo Dei. Siue ergo ambulatis, charissimi, siue sedetis, siue quippiam agitis, semper ad mentem reducite ea, quæ in ecclesia ex sacra lectione audistis, semperq; Euangelica præcepta in ordine ruminate.

O sit quam perniciosum.
1. Ioan. 3.
Inimicos diligere, quid conferat.
Matth. 5.
1. Ioan. 3.
Ioan. 12.
Matth. 6.
Cibus animæ.

Ante omnia luxuriam fugite, prauam concupiscentiam vitate, timentes illud, quod Dominus in Euangelio dicit: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vxores vestras absq; vlla simulatione diligite, sicut Apostolus præcipit, vbi ait: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Mulieres autem, vt idem Apostolus docet, viris suis subditæ sint sicut Domino, & timeant viros suos. Nec quisquam legitimam vxorem suam quacunq; ex causa dimittere ausus sit, cum ipse Dominus dicat. Quicunq; dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, eum facere illam mœchari. Concubinas siue ante nuptias, siue post nuptias habere prohibemus, quandoquidem omnino illicitum est. Qui enim legitimam vxorem ducere constituit, æquum est, vt virginitatem vsq; ad nuptias conseruet, & post nuptias nullam aliam, præter vnam legitimam coniugem, cognoscat, sicut & Apostolus præcepit: cui etiam fidem seruet, quemadmodum ab illa seruari vult: nec peccet cum alia, sicut nec illam vult cum alio peccare, timens illud, quod idem Apostolus terribiliter clamat: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Quicquid enim coniugij iure fœminis non licet, nec viris licet. Quamobrem, ô Christiane, fuge fornicationem: erubesce iam sub oculis Dei & Angelorum peccare. Capitalia enim in medio omnibus detestare, vt sunt, sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia, iracundia & ebrietas. Hæc enim sunt crimina, quæ mergunt hominem in supplicium æternum. Ex quibus si quis vel vnum admittat, nisi agat pœnitentiam, sine vllo remedio in gehennæ igne ardebit. Et idcirco arma Chri-

Matth. 5.
Ephes. 5.
Ibidem.
Matth. 5.
Hebr. 13.
Ibidem.
Sub adulterio sæpe etiam alias libidines comprehendit.

ma Christiana, vigila, ora, caue semper ista crimina, & quicquid boni potes, age pro vita æterna. Aperi pauperibus
manum tuam, vt Christus tibi aperiat ianuam suam, per quam intres in gaudia paradisi. Noli ipse te tradere in perdi-
tionem, pro quo Christus fudit sanguinem suum. Satis superque te dilexit, quem tanto precio comparauit. Terreant
te gehennæ supplicia, quo vel sic possis à prauis operibus abstinere. Omni hora existimes adfuturam mortem, & e-
uentura tibi iudicia Dei semper reformides, vt illud scripturæ tibi possit aptari, Beatus homo, qui semper est pauidus. *Prou. 28.* *Non est de-*
Quod male admisisti, dum potes, emenda, dum adhuc licet pœnitere. Veniam non desperes, si velis resipiscere: de- *sperandum*
speratio enim peccatis omnibus deterior est. Nequaquam igitur de Dei misericordia despetes vnquam, nec si vel *ob enormi-*
centum, vel etiam millia perpetres crimina. Nulla enim tam grauis est culpa, quæ per pœnitentiam non possit obti- *tatē crimi-*
nere veniam. Si quis te lacessat & irritet, si conuicietur, si iniuriam irroget, tu patiens esto, nec reddas contumeliam: *num.*
melius tacendo vinces. Cum tibi maledicitur, tu benedic: magnam consequeris gratiam, si non lædas eum, à quo læ-
sus es. Nullum despicias, non egenum, non seruum: quia fortassis apud Deum te melior est: & omnes, secundum A- *Gal 3.*
postolum, vnum sumus in Christo Iesu, nec est personarum acceptor Deus: sed sicut scriptum, Vnusquisque quod- *Act 10.*
cunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. Non detrahas fratri tuo, nec calumniam fa- *Ephe. 6.*
cias, neque vi opprimas eum: sed sicut per Moysen dicitur, si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non *Leuit. 25.*
eum opprimes seruitute famulorum: sed cum timore Dei agas erga illum. Memineris te quoque seruum esse. Non o- *Leuit. 19.*
deris fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Si peccauerit in te frater tuus, *Matth. 18.* *Matth. 5.*
ait in Euangelio Dominus, corripe eum inter te & ipsum solum. Et alibi. Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & i-
bi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius
reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Hæc te, Christiane, præcepta reuocent ad concordiam:
hæc suauia Christi medicamenta curent odij vulnera. Quod si contempseris, terribilem illam in te sententiam retor-
ques, qua dicitur: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: & qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ i- *Ibidem.*
gnis. En audisti Christiane, quid timeas, quid obserues. Stude ergo charitati, serua patientiam, fuge discordiam, im- *Prou. 8.*
pone frenos linguæ tuæ, ne trahat in gehennam animam tuam: quia secundum scripturam, mors & vita in manibus *Psal. 139.*
linguæ, & vir linguosus non dirigetur in terra. Quæ quidem solicita consideratione pensantes, charissimi, verba si-
mul moresque corrigite. Sectamini semper iustitiam, amate Christi præcepta. Derelinquat impius viam suam, & re-
uertatur ad Dominum, clamat propheta, & miserebitur eius: quia multus est ad ignoscendum. Audite eum dicen- *Esa. 55.*
tem: Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Et rursus: Quærite bonum, & non malum, vt viua- *Iere. 3.*
tis, & erit Dominus exercituum vobiscum. Odite malum, & diligite bonum, vt misereatur vestri Dominus. Ecce hoc *Amos 5.*
ipse Dominus per Prophetam clamat. Si me audire contemnitis, saltem illum audite. Consolatur ille in Euangelio
peccatores, dum ait: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Rursusque admonet: Quærite primum *Luc. 5.*
regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et iterum: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inue- *Matth. 6.*
nietis: pulsate, & aperietur vobis. Et certe pro ineffabili pietate sua Dominus non solum admonet, sed etiam rogat *Luc. 11.*
nos, vt conuertamur ad ipsum. Audiamus rogantem, ne, si negligamus, non audiat ille nos iudicaturus. Dicit in scri-
ptura: Miserere animæ tuæ, placens Deo. Quid ad hæc respōdes humana fragilitas? Deus rogat, vt tui miserearis, & nō
vis. Quomodo igitur ille te audiet in die necessitatis supplicantem, quando tu illum non audis pro te rogantem? Si
iam hæc negligitis fratres, quid acturi estis in iudicij die, & ad cuius cōfugietis auxilium? Certe si vos nunc negligitis
tales Dei adhortationes, non effugietis tunc inferorum tormenta: nec liberare vos poterit aurum & argentum, ne-
que opes & diuitiæ, quas nunc in arcis absconditis, & quibus inflati, salutis vestræ obliuiscimini. Audite, quæso, com-
minantem Dominum: Visitabo super orbē mala, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium *Esa. 13.*
humiliabo. Audite etiam admonentem: Redite peccatores ad cor. Quiescite agere peruerse, discite benefacere: sub- *Esa. 46 & 1.*
uenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, &c. Hæc, fratres, magnopere obseruare nitamini. Date operam,
vt separati à diabolo, coniungamini Deo, qui vos redemit. Admirentur gentes conuersationem vestram. Quod si de-
trahant vobis, aut irrideant vos, Christianis tamen opera vos sectari, nihil contur bemini. Reddent enim Deo rationem.
Totam spem vestram in Christi misericordia collocate, & non solum ab actu impudico, sed etiam à cogitationibus *Non solum*
sordidis animas vestras custodite: quia Deus iustus iudex etiam cogitationes malas iudicabit. *actus turpi-*
des, sed &
Moneo vos, fratres, vt superbiam prorsus repellatis, per quam diabolus è cælo corruit. Audiatis Apostolum *cogitatio-*
Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Itemque ipsum Dominum, in Euangelio fi-dicentem: *nes vitandæ*
Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini *sunt malæ.*
sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Iurandi consuetudinem penitus abijcite: valde enim ea pugnat *1. Pet. 5.*
cum præceptis Dei. Ait enim in Euangelio Dominus: Dico vobis, non iurare omnino: neque per cælum, quia thro- *Luc. 14.* *Matth. 18.*
nus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per caput tuum iuraueris. Sit autem sermo ve- *Matth 5.*
ster: Est, est, Non, non. Cum iniuriam patimini, succurrat animo illud Domini mandatum, Dico vobis, non resistere
malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram: & qui vult tunicam tuam tollere, *Ibidem.*
præbe ei & pallium. Qui petit à te, da ei: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Orandi rationem eam conseruare de- *Luc 6.*
betis, quam Dominus præscribit, vt non multis verbis contenti sitis, sed ex intimo pectore Dominum deprecemini.
Vbicunque estis, Christi mentio habeatur in mutuis colloquijs vestris. Ipse enim dicit: Vbicunque sunt duo vel tres *Matth. 18.*
congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Scandala fugite, Dominus enim grauiter perstringit authores
scandalorum, Væ, inquiens, homini, per quem scandalum venit. Semper memores sitis illorum Domini verborum: *Ibidem*
Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Apostolum quo- *Ioan 15*
que clamantem audiatis: Tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui *1. Cor 7.*
flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non v-
tantur: præterit enim figura huius mundi. Vt autem plus appetamus cælestia, quam terrena, Dominum audiamus
dicentem: Quid enim proficit homo, si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat, & detrimentum sui fa- *Luc 9.*
ciat? Ad studium autem charitatis excitant nos illæ sententiæ. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas
eius perfecta est in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitatis excel- *1. Ioan. 4.*
lentiam beatus Paulus indicare volens: Si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradide- *1. Cor. 13.*
ro corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vnde etiam alibi admonet, vt o- *1 Cor 16.*
mnia nostra in charitate fiant. Idem vero ipse malos in viam reuocans, Qui furabatur, inquit, iam non furetur. Item- *Ephe 4.*
que: Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornica- *1 Cor 6.*
tur, in corpus suum peccat. Et rursus: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque adulteri, neque
fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Alibi quoque testatur, o- *Ibidem* *1. Tim 6.*
mnium malorum radicem esse cupiditatem. Vos ergo, fratres, profligate cupiditatem, sectamini charitatem, deponi-
te impietatem, supportate inuicem cum humilitate. Reuelatur enim, vt Apostolus ait, ira Dei de cælo super omnem *Rom 1.*
impietatem & iniustitiam hominum. Cogitate sæpe cum animis vestris, quam sæuus, quam timendus sit gehennæ i-
gnis: & qui iam nec digitum vnum sustinet in ignem inserere, timeat illic toto corpore in omnem æternitatem ardere.

Ioel 2.

Rogo itaque vos, fratres, si vultis ab illo igne, ab illis horrendis pœnis seruari, desinatis iam peccare, & toto corde ad Dominum conuertamini in ieiunio, & fletu, & planctu, sicut ille per prophetam hortatur. Vigilate solicite: quanto enim finem mundi propinquiorem conspicit Diabolus, tanto crudelius in Christianos sæuit: vt quia se propediem damnandum cognoscit, plures sibi socios in pœnis adiungat, cum quibus sine fine crucietur. Cauete ergo attentius, & semper in Dei timore permanete, certi vnumquemque nostrum habere Angelum Dei, qui obseruet iugiter quid agamus: & si quidem bene agimus, gaudium afferimus Angelis nostris: si vero malis operibus vacamus, Angelos sanctos repellimus, & malignos dæmones nobis asciscimus. Hæc me loquente, vos charissimi, introrsus ad vos redite, in vosipsos descendite, conscientias vestras discutite, num dignos consortio Angelico vos exhibeatis, explorate. Et si bonos vos & Deo dignos exhibetis, nunquam de meritis vestris superbo animo præfidatis, sed cum humilitate magis etiam deinceps vobis cauete. Si vero peccatis vos obnoxios cernitis, nequaquam desperetis, sed cum Deo in animo pactum feriatis, posthac nolle vos peccare, & ita fidenter in Domino speretis. Ille enim sinum pietatis suæ semper expandit, & omnes per pœnitentiam ad se recipere cupit. Quod si quis adulter, vel scortator, aut fur, aut ebriosus, vel mendax, vel etiam filiorum suorum necator est, agat pœnitentiam, & de cætero caueat, & condonabit ei altissimus. Occurrant vobis ex Euangelio publicanus, latro, mulier peccatrix, & Paulus, qui de seipso dicit: Prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed & misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et vos ergo si quid forte ignoranter admisistis, reparate vos, quæso, dum licet, per pœnitentiam. Confitemini Domino totis præcordiis, quoniam bonus est. Doleat vobis, non egisse vos quod bonum est: & qui agit pœnitentiam, sic eam agat, vt deinceps lugenda non admittat. Vos qui pauperes estis, nolite contristari: si enim bene egeritis, in cælo ditiores eritis.

Margin: *Quilibet habet proprium Angelum suum custodem.* — *Act. 9.* — *1. Tim. 1.* — *Psal. 117.*

Cauete vero omnes, ne quis turpem sermonem proferat: & secundum Apostolum, doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: sed corripite inquietos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Corrumpunt mores bonos colloquia mala: Crapulam & ebrietatem perhorrescite, quas Dominus per seipsum reprehendit, vbi ait: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Et Apostolus, Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria. Proculdubio enim qui plus manducat aut bibit, quam expedit, & peccatum incurrit, & castitatem tueri non potest: cum enim venter nimio cibo, aut potu repletus est, necesse est, vt in libidinem pronus sit. Vnde etiam alibi scriptum est: Amaritudo animæ, vinum multum potatum, & iram, & ruinas multas facit. Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. Et hæc quidem dico, non vt creaturam Dei malam asseram, aut damnandam iudicem: sed vt vos magis sobrios cautioresque reddam. Immo vero admoneo, ne quam Dei creaturam dicatis esse malam: cuncta enim valde bona creauit Deus. Nam quæ nobis mala esse videntur, aut nocent nobis, non sua natura, sed nostro vitio nobis mala sunt. Itaque fratres, solum diabolum, qui superbiendo factus est malus, detestantes, tot bonarum rerum creatorem Dominum glorificate.

Margin: *Hebr. 13.* — *1. Thess. 5.* — *Ephes. 4.* — *1. Cor. 15.* — *Luc. 21.* — *Ephes. 5.* — *Eccl. 31.* — *Genes. 1.*

Cauete semper viam latam, quæ ducit ad perditionem: intrate per angustam, quæ perducit ad immensam cæli latitudinem. Pauperes & peregrinos vocate ad conuiuia: sic enim Dominus hortatur his verbis: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Neque enim iustum est, vt in populo Christiano, qui vno pretio redempti sunt, & vni Domino seruiunt, alij multis epulis lautis habeant ventres, & ebrij sint, alij fame deficiant. Prorsus peccatum est, si vestra superflua tineæ rodant, & pauperes nec vetustissima quidem à vobis accipiant. Cur non attenditis pari conditione uos venisse in hunc mundum, vnumque Domini seruos esse, similique exitu è vita migraturos, & si bene egerimus, ad vnam beatitudinem venturos nos esse? Aut quare pauperes nobiscum non accipient cibum, qui nobiscum habituri sunt consortia Angelorum. Cur non accipient à nobis vel veterem tunicam, qui pariter accepturi sunt immortalitatis stolam? Hæc attendentes fratres, ita pauperum curam gerite, vt vberrimam in cælis mercedem recipiatis. Mendacium semper fugite: non enim minimum crimen est, dicente scriptura: Os quod mentitur, occidit animam: & testis falsus non erit impunitus. Et Dauid ad Dominum: Perdes, inquit, omnes, qui loquuntur mendacium. Et Apostolus: Deponentes, inquit, mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. In hac ergo vita positi, sic vos comparate fratres, vt cum hinc migraueritis, & caro vestra cœperit à vermibus deuorari, anima ornata bonis operibus, cum sanctis omnibus lætetur in cælo. Retrahat vos à malo vel ipse peccatorum interitus. Cogitate eorum, qui iam decesserunt, calamitates. Contemplamini diuitum sepulcra, vel eorum, qui ante breue tempus vobiscum fuere, qui iam sint, quid eis diuitiæ & cupiditates seculi iam prosint. Ecce nihil ex eis præter cineres remansit: qui si loqui possent, hæc vobis proculdubio dicerent: Quid ita infelices propter mundi huius cupiditates discurritis? quid ita vos vitiis & criminibus obstringitis? Considerata ossa nostra, vt vel sic horrori sit, & displiceat cupiditas & insania vestra. Quod vos estis, nos fuimus: quod nos sumus, vos eritis. Hæc, inquam, fratres, solicita consideratione pensate, & considerantes expauescite.

Margin: *Matth. 7.* — *Luc. 4.* — *Pauperes secundum Euangelium ad prandium vocandi, non diuites.* — *Sap. 1.* — *Prou. 9.* — *Psal. 5.* — *Ephes. 4.*

Diem mortis semper ob oculos statuite, ad vitæ emendationem, quantum potestis, festinate. Nolite negligere, quod vos pius Dominus peccantes sustinet: quanto enim diutius expectat, vt vos corrigatis: tanto grauius vindicabit, si neglexeritis. Si forte persuasum habetis, finem mundi procul abesse: certe cogitare debetis, suum cuique impendere finem. Ecce quam multi, dum viuunt iucundissime, multaque in longum tempus moliuntur, repente tolluntur è medio, & ex improuiso rapiuntur è corpore? Itaque beatus ille est, qui horam illam semper habuit ob oculos, studuitque in ea paratus inueniri, vt possit tanti criminis expers esse. Scire enim debetis, fratres, cum ingenti metu magnisque doloribus animam separari à corpore. Veniunt enim Angeli, vt sistant eam ad tribunal tremendi iudicis. Tum vero illa commemorans opera sua mala, quæ die noctuque gessit, misere contremiscit, cupit ea fugere, petitque vel vnius horæ dilationem sibi dari. Adsunt eius opera, dicuntque illi: Tua sumus, tu nos perpetrasti. Non te deserimus, sed tecum ibimus ad iudicis tribunal. Interim illa infelicissima cum horrendo timore separatur à corpore, plena peccatis & summa ignominia. Secus est de anima iusti, quæ cum exit è corpore, non timet nec expauescit: sed potius cum gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad Deum, sanctis Angelis eam deducentibus. Illam ergo horam modo timeatis, fratres, ne tunc timere cogamini. Meminisse debetis iugiter vos ambulare in mediis laqueis diaboli: & idcirco semper parati sitis, vt cum Dominus iusserit vos exire, liberi ab omni labe peccati, ad requiem transeatis. Nec arbitremini vos diu in hoc mundo mansuros: vbi enim Dominus iusserit, non licebit nec vnius horæ spatio in hac vita consistere. Cauete igitur, ne exitu vestro mærorem afferatis Angelis, & gaudium inimicis. Scitote, cum anima è corpore euellitur, eam aut pro bonis meritis statim in paradiso collocari, aut propter peccata continuo præcipitari in tartarum. Nunc igitur vnum è duobus eligite, aut æternum gaudere cum sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis. Itaque vel pœnæ vos terreant, si præmia non inuitant. Si mundum hunc necdum despicere potestis, quæ mundi sunt, iuste possidete. Qui in iuuentute errauit, vel senex resipiscat, & mala quæ fecit, pœnitentia expiet. Ecce in dies deficit mundus, cuncta, quæ videntur, instar vmbræ celeriter transeunt. Quæ olim prænuncia-

Margin: *Mors ob oculos perpetuo statuenda.* — *Opera nostra nobiscum proficiscuntur ad Christi tribunal.* — *Hæc de valde iustis & impiis dicuntur. Medij inter hos, qui colligunt ligna.*

nunciata sunt, iam perspicue videntur. Bona omnia subtrahuntur, & in dies crescunt mala. Nolite ergo diligere mundum, quem sic videtis ad finem tendere, præsertim cum Apostolus dicat, eum qui velit esse amicus seculi huius, Dei inimicum constitui. Vitam æternam medullitus concupiscite: ad eam properetis, vt semper viuatis, & nunquam mori timeatis. Si enim sic amatis hanc miseram momentaneamque vitam, vbi cum tanto labore viuitis, & cursitando, satagendo, sudando, suspirando vix necessaria corpori acquirere potestis: quanto magis amanda vobis est illa vita æterna, vbi nullus labor est, vbi summa semper securitas, secura felicitas, felix libertas, libera beatitudo? Vbi, sicut Dominus ait, erimus similes Angelis Dei: & iusti fulgebunt sicut sol. Nulla ibi erit tristitia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor, mors nulla, sed perpetua sanitas. Nulla illic existet malitia, nulla carnis miseria, nulla ægritudo, necessitas nulla: non fames, non sitis, non frigus, non æstus, non lassitudo, non vlla inimici tentatio: non peccandi libido, immo nec male agendi facultas: sed gaudium & lætitia omnia occupabit, hominesque Angelis sociati, sine vlla carnis infirmitate perpetuo florebunt. Erit illic lætitia certa, requies secura, pax vera, iucunditas infinita. Ibi quicquid semel adepti erimus, nunquam amittemus. Nihil illo loco magnificentius, nihil gloriosius, nihil illustrius, nihil pulchrius, nihil munificentius. Nihil illa bonitate syncerius, nihil illa abundantia copiosius. Ibi semper pax, & summa solennitas: ibi vera & certa felicitas. Ibi nullus erit metus hostis ferocissimi, qui semper cupit animas iugulare. Non timebuntur ignita iacula, nec vllæ tentationes eius. Non afferet terrorem barbarorum immanitas: nec vlla timebitur aduersitas, non ferrum, non ignis, non facies truculenta tortoris. Nemo illic vestimento indiget, vbi nullus æstus, neque frigus vllum, nec vlla aeris intemperies. Nemo ibi sitit, nemo tristatur: nullus illic peregrinus est, sed omnes in patria se degere gloriabuntur. Non rebellabit aduersus spiritum caro: sed cum Angelis ineffabilia, Christo donante, præmia percipientur, quæ, vt Apostolus ait, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. En qualem ille perditurus est beatitudinem, qui modo se, dum licet, emendare non vult. Nos igitur, fratres, Domino nobis auxiliante, prorsus recusemus vltra seruire peccato, quibus tanta beatitudo præparatur in cælo. Dum tempus est, maturemus propitium nobis efficere Deum. Despiciamus terrena vt adipiscamur cælestia. Cogitemus nos peregrinos esse in hoc sæculo, vt liberius festinemus ad patriam cælestem. Cogitemus, quæ confusio illa erit, cum in die iudicij continget cuiquam propter peccata sua in conspectu Dei & hominum & Angelorum erubescere ac pudefieri: qui pauor, eum tunc iratum videre, quem etiam tranquillum mens humana capere non potest.

Fœnum, stipulam, per ignem purgatorium salui fiunt. 1. Cor. vt exponit D. Augustinus & al. Iacob 4. Matth. 13. Matth. 13. Nulla corporalis passio in regno cælorum. 1. Cor. 2.

Illum diem timeamus, quem præuidere non possumus: illum formidemus iugiter, vt vel sic actus nostros corrigamus. Pensitemus, quis timor tunc erit, cum de cælo Dominus ad iudicandum veniet, ad cuius conspectum cuncta elementa concutientur, cælum cum terra contremiscet, & virtutes cælorum commouebuntur. Tunc canentibus Angelorum tubis, mortales vniuersi, boni & mali, momento temporis resurgent in iis corporibus, quæ hic habuerunt, adducenturque ad tribunal Christi, venientis cum virtute multa & maiestate, Angelis omnibus eum comitantibus. Tunc plangent se omnes tribus terræ, ostendetque illis fixuras clauorum in corpore suo, quod propter nostras iniquitates vulneratum est, peccatoresque compellans, dicet: Ego te, homo, de limo terræ formaui manibus meis, & in paradisi delitiis immeritum collocaui: sed tu me & ossa mea contemnens, impostorem sequi maluisti. Vnde etiam iuste damnatus es. Sed tamen ego misertus tui, carnem assumpsi, in terris inter peccatores habitaui, contumelias & verbera propter te pertuli: vt te eriperem à pœnis, colaphos & sputa toleraui: vt tibi paradisi delicias redderem, acetum felle mixtum bibi. Propter te spinis coronatus, crucifixus, lancea vulneratus sum. Propter te mortuus, & in sepulcro positus, ad inferna descendi, vt te ad paradisum reducerem. Agnosce ergo humana impietas, quæ tua causa perpessus sim. En clauorum vestigia, quibus ad Crucem affixus fui. Recepi in me dolores tuos, vt te sanarem: recepi pœnas, vt te gloria afficerem. Tuli mortem, vt tu sine fine viueres. Ecquid vero facere debui, & non feci? Dicite iam mihi, peccatores ingrati, quid passi sitis propter me, aut quid boni pro vobis egeritis. Ego cum essem inuisibilis, sponte propter vos in carnem natus sum: cum essem impassibilis, propter vos pati dignatus sum: cum essem diues, propter vos egenus factus sum. Sed vos humilitatem meam & præcepta mea semper respuistis: seductorem potius, quam me, secuti estis. Itaque nunc iustitia mea aliam sententiam ferre non potest, quam qualem merentur opera vestra. Quæ ergo vltro elegistis, ea nunc accipite. Contempsistis lucem: sint ergo vobis tenebræ. Amastis mortem, abite in perditionem. Secuti estis diabolum, ite cum illo in ignem æternum. Quis tunc, putamus, charissimi, mœror erit, quis luctus, quæ tristitia, quæ angustia, cum hæc fuerit prolata aduersus impios sententia? O quam acerbum tunc erit malis, separari à suauissimo sanctorum consortio. Traditi enim dæmonum potestati, ibunt cum corporibus suis in supplicium æternum. Procul relegati à beata cælestis paradisi patria, cruciabuntur sine fine in gehenna, nunquam lucem visuri, nullum vnquam refrigerium habituri, sed per infinitas annorum myriades semper apud inferos pœnas horrendas daturi. Nec fatigabuntur vnquam, qui eos torquebunt: nec ipsi qui torquebuntur, vnquam mori poterunt. Sicut enim ibi ignis depascit, vt tamen semper conseruet: sic tormenta sæuiunt, vt semper renouentur. Pro qualitate autem culparum, pœnas illic singuli sustinebunt. Auditur illic perpetuus planctus & stridor dentium: nulla miseris erit consolatio, præter flammas & terrores pœnarum: ardebuntque sine fine cum dæmonibus in igne æterno in omnia secula seculorum.

Dies extremi iudicij sollicite timendus. Matth. 24. Apocal. 1. Christus in iudicio vt firmalos compellaturus. Christus in iudicio ostendet peccatoribus clauorum vestigia. Sententia in impios. Pœna inferni.

Iusti autem ibunt in vitam æternam, in illa sine dubio carne, quam hic habuerunt, sociabunturque Angelis sanctis in regno Dei, sempiternis perfruituri gaudiis, nunquam iam morituri, nullam vnquam corruptionem passuri: sed perenni lætitia & suauitate Christi perfusi, fulgebunt sicut sol in claritate & gloria, quam præparauit Deus diligentibus se. Et quanto quisque in hac vita Deo fuit magis obediens, tanto illic vberiorem percipiet mercedem: quantoque amplius hic eum dilexit, tanto propius eum contemplabitur. Ecce charissimi, dixi iam vobis simpliciter, vt intelligere possitis, quæ bonis & malis euentura sint. Nemo iam se ignorantia tueri poterit, quandoquidem vita & mors, præmia iustorum & supplicia impiorum, denunciata sunt vobis. Iam in vestra optione est & arbitrio, eligere quod teneatis. Quod enim quisque hic concupierit, id illic obtinebit. Vitam ergo æternam totis viribus concupiscite, nec emendationẽ vitæ procrastinetis: sed ob lucranda regna cælestia vltro ipsi relinquatis, quod tamen mox [illegible] ipsa vita amittendum est. Surgat iam, obsecro, quisquis vitiorum catena adstrictus est, & à somno mortis euigilet. Recurrat ad cõfessionem, agat pœnitentiam, nec erubescat publice iam agere, ob immunditias, quibus se fœdauit: quia reuera multo melius est, hic ad breue tempus agere pœnitentiam, quam per infinita secula apud inferos cruciari. Si ex animo egerit pœnitentiam, cito illi succurret pius redemptor, qui Lazarum quatriduanum & iam fœtentem, suscitauit. Paratus est semper ille misericordiæ sinus, & clementer expectat, vt excipiat pœnitentes. Non debet quisquam, quantumuis magnis obstrictus sceleribus, vnquam de Dei misericordia desperare. Ipse enim clamat per prophetam: Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Itemque: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et per alium: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Et in Euangelio: Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Itemque per Prophetam: Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortẽ impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Animaduertite fratres, quam sit profusa & larga bonitas Dei

Iustorum beatitudo post hanc vitam. Liberum hominis arbitrium. Ioan. 11. Ezech. 33. Ezech. 18. Esa. 43. Luc. 15. Ezech. 33.

tas Dei nostri, quam ineffabilis misericordia eius. Quotidie contemnitur, & quotidie nos ad pœnitentiam benignissima pietate inuitat. Fiduciam nobis eius pia benignitas præstat, vt nec desperemus eius misericordiam, nec tamen absque pœnitentiæ fructibus veniam nos impetrasse præsidamus. (*Ezech. 18. 33. Rom. 2.*) Quam enim ille patris pietate indulgens semper & misericors est, tam iudicis maiestate seuerus & metuendus est. Æquissime iudicat, vnumquemque iuxta vias suas, & reddit vnicuique iuxta opera eius, bona bonis, mala malis. Redite ergo, charissimi, in memoriam eorum, quæ fecistis: & si peccasse vos cognoscitis, sine vlla dilatione ad pœnitentiæ remedia confugite. Audite scripturam dicentem: (*Eccl. 5.*) Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Meminerìtis semper, versari vos in conspectu omnipotentis Dei, cunctorum (*Hebr. 5.*) hominum non solum facta, sed etiam cogitationes inspicientis. Non est enim, vt ait Apostolus, vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.

Hæc ergo iugiter cogitantes, intentissima sollicitudine vos custodite, & ad extremum mundi diem studio bonorum operum semper vos præparate. Finis mundi iam propinquus est, &, quod lugendum est, tot quotidie mala fiunt, tot calamitates existunt, vt per hæc ipsa mundus finem suum indicare & proclamare videatur. En omnia, quæ Prophetæ & Apostoli prædixerunt, propemodum impleta iam sunt: dies iudicij & horrendos Antichristi aduentus restant. En bella (*Duritia hominum malorum.*) alia super alia, tribulationes aliæ post alias, perpetua fames & pestis. Quid ergo adhuc tam sumus lapideo & ferreo pectore, vt de animæ salute nec inter tot mala cogitemus? Diu est, quod Deus comminatur, sed nihil flectitur hominum pertinacia. Cælestis iam olim intentatur vltio, nec vlla hominum adhibetur satisfactio. Dei ira propinquat, & tepide agitur pœnitentia. Testantur Prophetæ venturа supplicia, & raro ab hominibus diuinum imploratur auxilium. Quapropter moneo vos, dilectissimi, vt vel cum mundo deficiente, facessat omnis malitia, Deusque totis viribus misericordia concilietur. Non nos diuitiarum sarcinæ ad terram deprimant, quas haud dubio ocyus relinquemus. Non putemus nos pariter & Christum habere & mundum. Itaque spreto mundo, ad cælum liberi festinemus. Veniat nobis in mentem, quam grauia sint scelera, quæ admisimus: quam dira inferorum supplicia, quæ timemus: (*1 Tim. 6. Iob. 1.*) & pro ratione culparum, pœnitentiæ medicinam adhibeamus. Succurrat animo illud Apostoli dictum: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quin nec auferre quid possumus. Nudi nati sumus, nudi etiam moriemur. Quicquid autem hic inuenimus, etiam hic relinquemus. Sola opera bona, si ea fecerimus, nobiscum in cælum feremus: immo illa nos in cælum ferent. Itaque tanquam peregrini, rebus necessariis contenti, illas nobis diuitias hic (*Non diligere Deum valde impium est*) acquiramus, quas nobiscum ad paradisi patriam feramus. Deum super omnia diligamus: quia reuera impium est, eum non diligi, cui vicem rependere non possumus: etiam cum diligimus. Quid enim nos impij, pio Domino retribuere possumus pro omnibus, quæ ille tribuit nobis? qui nullis nostris præcedentibus meritis tanta nobis præstitit indignis, vt nos à iugo diræ damnationis redimeret. Descendit ille ad nos de sede paternæ maiestatis, iniurias in terris multas pertulit, probra mortemque innocens perpessus est. Et omnia quidem tulit patientissime, vt nobis humi- (*Matth. 11.*) litatis & patientiæ exempla relinqueret. Vnde etiam ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Oportet igitur, vt quemadmodum ille propter nos, ita & nos aduersa omnia, quæ propter peccata nostra nobis eueniunt, æquanimiter toleremus, vt patientiæ fructus in vita æterna capiamus. Vigeamus, fratres, cursum nostrum, dum tempus habemus: odiamus hunc mundum, quem tamen diu tenere non possumus. Nulla nos malo- (*Oculos Dei omnia intuens, metuendus.*) rum operum contagia polluant: sed oculis diuinæ maiestatis omnia intuens, semper à peccatis nos retrahat. Si enim homines, nostri similes peccatores, & ex eodem luto formatos, ferre non possumus inspectores scelerum nostrorum: quanto magis æternum illum & omnipotentem Dominum, in quem nullum potest cadere peccatum, timere ac reuereri debemus? Eum ergo timeamus & reuereamur perpetuo, sicque nos spes veniæ erigat, vt metus gehennæ semper solicitos nos reddat. Ante omnia & super omnia charitati studeamus, vti nos pluribus locis scriptura diuina hortatur. Si charitas in nobis est, cunctis virtutibus ornabimur. Si illa caremus, perit quicquid boni habere videmur. (*Luc. 9.*) Nec in accepto bene agendi proposito lassemur vnquam, præsertim cum Dominus eum, qui miserit manum suam (*Retro respicere quid sit*) ad aratrum, & respiciat retro, affirmet non esse aptum regno Dei. Respicit autem retro, quem pœnitet boni propositi, & qui terrenis rursus desideriis implicatur. Dum licet, castigemus nos, & factorum nostrorum à nobis rationes reposcamus, coram iudice nostro nos accusemus, nec vitæ emendationem ad extremum diem differamus: sed quoties labimur in peccata, per pœnitentiam mox resurgamus, totisque viribus prauas voluntates carnisque illecebras proteramus. Semper enim ad mortem propius accedimus, & dum nos securos putamus, repente illa extinguet nos. Tendamus alacriter ad illam beatitudinem, in qua sancti omnes videre nos desiderant, & Christus Rex cælestis & spiritus angelici expansis charitatis brachiis nos expectant. Hæc nos, charissimi, tanquam lac vobis proposuimus: & sub testimonio Dei & sanctorum Angelorum, qui nos loquentes audiunt, perfuncti sumus officio nostro, cælestia vobis præcepta tradentes. Vestrum iam est curare, vt admonitio nostra suum habeat salutis effectum: & vt semper voluntatem Dei facientes, ab omni vos malo custodiatis: atque tanquam ab omni peccati contagione liberi, ad regna cælestia tripudiantes peruenire possitis: Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

HÆc summatim de sancti viri concionibus narrasse sufficiat: quæ ille quidem non hoc ordine, vt à nobis com- XVII.
(*Frequens conclusio concionis suæ.*) memorata sunt, in singulis concionibus proponere solebat, sed diuersis temporibus. Tandem autem hæc inferebat: Hæc vos, fratres, si seruaueritis, habebitis præmium: si neglexeritis, supplicia perferetis. Nam quod ad me attinet, ego meam coram Deo liberaui conscientiam, testesque inuoco cælum & terram, exhibuisse me vobis debitum ministerium, vitamque & mortem annunciasse. Id autem vobis nunc affirmo, si quidem spreueritis verba mea, & per (*Luc. 12. Matth. 5.*) contemptum ea audire nolueritis, vbi venero ad redemptorem meum, accusaturum me pertinaciam & peruicaciam vestram, palamque testaturum, vos semper voluntati maligni dæmonis potius, quam Christi, obediuisse. Et tunc reuera indignante iudice, exactori trademini, dabitisque pœnas sine fine, donec nouissimum quadrantem persoluatis. Hæc igitur sunt, quæ beatus Eligius summo studio ex locupletissimo pectoris sui thesauro plebi depromere solebat: Interim nihilominus alia multa his similia quotidie exhortans, populo euangelizabat. O vere copiosum vas, quod tam affluenter ministrabat plebi adipem frumenti Christi, lætitiam olei & sobriam vini ebrietatem. O vere gloriosum virum, eximium Dei amatorem, qui vt pastor bonus satagebat strenue vagabundos reuocare, confractos alligare, errantes ad paradisi caulas reducere. Cuius bona & simplex doctrina redolet procul dubio Prophetas, sapit Apostolos, imitatur Euangelistas. (*Sermo familiaris S. Eligij. 2 Cor. 12. Iacob. 5.*) Cuius sermo non alius apud suos fuit, quam de regno Dei, de deliciis paradisi, de gehennæ suppliciis, de iustitia, fide & charitate, de contemnendis mundi illecebris & oblectamentis, & vt soli Deo totis viribus seruiendum sit. Dicere autem solebat illud Apostoli: Non quæro quæ vestra sunt, sed vos. Sciebat dictum à Iacobo Apostolo: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sed nunc tandem ad vitæ eius ordinem reuertamur.

VIR quidam in Parisiensi suburbio haud procul à basilica beati Petri Apostolorum principis morabatur, XVII
quem & Eligius ob fidem & deuotionem eius amaret familiariter, quique Eligium pro sanctitatis eius reuerentia vnice

nice diligeret. Contigit autem, vt quandoque Eligius prædia monasterij sui inuiseret, ac deinde Luteriam redire volens, eminus ab hoc viro, conspiceretur. Vt ergo aduertit ille, Eligium non longe à domo sua habere iter, accurrit obuiam, osculatur eius genua, orat vt cum comitibus velit diuertere ad domum ipsius, & bibere pauxillum vini, quod in vase remanserat. Recusat Eligius: sed tandem vix precibus suorum victus, abit ad domum illius. Habebat autem is in cellario suo vas vinarium, in quo parum vini relictum erat. Quod offerens beato viro, orat obnixe, vt inde vel parum bibat. Satisfacit ille homini, & perparum bibit: sed comites eius omnes bene largiter biberunt. Deinde cum bene precatus esset domui illius, valedixit ei, & recessit ad monasterium suum, quod intra vrbem Parisiensem erat. Eo abeunte, vas illud pene exhaustum, diuino munere totum impletum est vino. Altera luce vir ille casu ingressus in cellarium, cernit vas omnino plenum. Obstupescit igitur ad rei nouitatem: sed mox recordatus sanctitatis Eligij, ocyus se confert ad eum, indicat quid beneficij propter eum Dominus sibi contulerit. Eligius id audiens, agit gratias Deo, orat hominem, ne rem cuiquam aperiat, sed cum gratiarum actione vtatur Dei beneficio. Ille autem orat virum sanctum, vt veniat secum, & benedictionem suam impertiat vino illi, & vtendum ex vase proferat. Quod ni faciat, protestatur se ne vnam quidem guttam eius vini vnquam hausturum. Sanctus Eligius videns hominis deuotionem, iuit cum illo, veniensque in ædes eius, humi se prostrauit, orans diutissime. Inde surgens, vt vidit vas plenum, iubet vinum ex illo promi: ex quo parum ille gustauit, cæteri largissimos accepere haustus. Tum ille oculis manibusque in cœlum porrectis, gratias agens & laudans Deum, abscessit.

Vas vinariũ pene vacuũ, vino impletur diuinit.

XIX. Non mihi silendum videtur illud, quod possit multis afferre metum, ne sint tam procacibus verbis in sanctos viros incurrere, nisi velint similia experiri. Quidam è familiaribus Ebroini, homo infaustus, nimiumque proteruus, multo tempore conabatur syluam longe optimam ecclesiæ beati Eligij eripere, & in suum ius transferre: crebro ea causa veniens ad illum, & procaciter eum lacessens. Quodam autem die in multa hominum frequentia etiam violenter syluam illam ab eo extorquere voluit. Eligio autem modeste & comiter respondente, ille magis etiam petulanter cœpit virum Dei infestare. Sed neque sic Eligius quicquam de sua patientia remittens, blandis verbis ait ad eum: Amice, inijce frenos cupiditati tuæ. Cur non erubescis tam cæca mente rem alienam appetere? Si peteres quæ mea sunt, darem forsitan tibi. At nunc quando non meam, sed ecclesiæ rem expetis, prorsus noueris me minime tibi donaturum, quod pauperum necessariis vsibus delegatum est. His ille acrius stimulatus, minitabundus ait ad eũ: Si mihi vltro non dederis, ego vi tollam. Tum Eligius commotus, seuero vultu dixit ei: Nouit creator meus, nisi cito mutaueris sententiam, dignam meritis tuis excommunicationem in te prolatum iri. Ille id audiens, mire cachinnari cœpit, multaque in virum Dei probra conuiciaque iactare. Cernens ergo Eligius eum nulla ratione posse compesci, dextera manu extensa, excommunicationis fulmen in eum terribiliter vibrauit. Mox præpotentis Dei ira eius sententiam prosequens, ita perculit virum, vt viribus omnino destitutus, mortuo similis videretur: & simulatque Eligius ore protulit verba, humi collaberetur, cunctique eum animam expirasse putarent. Mirabantur omnes Eligij iniuriam tam cito vindicasse Deum, orabantque sanctum virum, vt pro misero Dominum deprecaretur. Quod verum fecerit, incompertum habemus. Id sane admiramur, tantam vim habuisse sermonem eius, vt sine vllo ictu repente superbum deijceret. Simul aduertimus, quam charus fuerit Deo, vt qui sententiam eius tam perspicue sua vltione confirmarit.

Detestabilis res cupiditas.

Hæc sancti viri cõmotio non de vitio, sed zelo iustitiæ profecta est.

Obserua Deum exequentẽ sententiã eius.

XX. Cvm aliquando dies natalitius beati Petri Apostoli haud procul Nouiomensi oppido in vico quodam celebraretur, beatus Eligius illic suo more constantissime prædicabat verbum Dei, dicebatque profligandos & exterminandos esse cunctos dæmonum ludos, & nefandas saltationes atque choreas, vanas quoque & impias superstitiones. Sed ea verba præcipui quidam eius loci habitatores indignissime ferebant, quod legitimas, vt ipsi putabant, consuetudines eorum abolere vellet. Tractarunt tunc quidam impij inter se, præsertim è familia * Erchonoaldi, qui erat palatio præfectus, de nece S. Eligio afferenda, si pergeret ipsorum nugas insectari. Quod vbi ille comperit, martyrij incensus desiderio, vno duntaxat diacono & duobus clericis sibi adiunctis, reliquis domi manere iussis, ocyus eo profectus est, & per medias turbas transiens, in edito quodam loco ante basilicam maiori instantia concionabatur, acriter obiurgans illos, quod spretis salutaribus monitis, vsque adeo dæmonum ludibriis dediti essent. Iis verbis admodum commoti, conuiciis & contumeliis eum proscindebant, mortem ei minitantes, atque dicentes: Nunquam tu Romane, licet crebro eas taxes, nostras poteris abrogare consuetudines: sed eas nos mordicus retinebimus, nec vllus mortalium tollet nobis gratissimos ludos. Tum ille nihil se proficere cernens, rei indignitate permotus, Dominum Iesum toto pectore orauit, vt permitteret homines improbos, qui tam audacter contra eius præcepta venirent, & dæmonibus petulanter obsequerentur, ab iisipsis obsideri, vt vel sic cognoscerent, quorum operibus delectarentur, & homines fideles propensius laude & prædicatione ipsius Christi nomen efferrent. Dixit, & confestim permulti, ij præsertim qui manus ei inijcere moliebantur, à dæmonibus arrepti, multis modis debacchari cœperunt. Ea re valde territi omnes, qui aderant, ad hominis Dei se vestigia abiiciebant, veriti ne similia paterentur: promittebantque se dictis eius omnibus audientes fore. Ad quos vir beatus: Ne timueritis, inquit, sed iustum Dei iudicium laudate, dignum est enim, vt qui eius iussa contemnunt, ad tempus illis tradiri, quos amant, sentiant magistros suos, quos colunt. Vos autem, si Christi præceptis libenter parere vultis nihil timeatis hos latrunculos. Multis autem rogantibus, vt pro eis Dominum deprecaretur, Sinite, inquit, reipsa experiri illos, quibus hactenus morem gesserint. Atque ita illo anno vsque ad anniuersarium eius solennitatis diem, manserunt illi obsessi à dæmonibus. In ipsa autem solennitate iussit eos omnes exhiberi palam, porrigensque eis aquam benedictam, ilico curauit illos. Erant sane homines amplius quinquaginta. Cumque eos probe instituisset, & grauiter obiurgasset, sanos à se dimisit.

Hunc Æmylius vocat Ercembaldum.

Magno martyrij desiderio feruet.

Homines amplius quinquaginta arripiuntur à dæmone.

Latrũculos, dicit dæmones.

Aqua benedicta sanat eos.

XXI. Cvm aliquando visitaret diœcesim suam, vt solent Episcopi, quadam ex causa interdixit, ne Cursus, id est, preces Canonicæ, & sacrificium celebrarentur in basilica quadam, donec ipse iuberet. Erat illic presbyter quidam sibi male conscius, ob cuius culpam id fecerat beatus Episcopus. Is paruipendens eius sententiam, cum procul illum recessisse arbitraretur, campanam hora statuta, vti moris erat, pulsare cœpit. Sed vt eius temeritas reprimeretur, campana rationis expers, beato viro obtemperans, nullum sonum reddidit. Perstitit ille trahendo restim campanæ, sed sonum exprimere non potuit. Itaque egressus è basilica, omnibus rem exponit. Tum quidam ex eis memores, quid iussisset beatus Eligius, propere illum sequuntur, orant vt bona ipsius venia liceat diuina celebrare officia. Sed ille, tametsi erat clemens & benignus, noluit tam facile relaxare sententiam suam, nisi præcederet satisfactio. Interim triduum labitur, & presbyter sæpe frustra tentat elicere è campana sonum. Tandem optimatum & seniorum flexus precibus, cum pœnitentiæ satisfactio accederet, solo verbo beatus vir conciliauit locum, & mox campana sonum edidit, vti prius consueuerat.

Nota de cãpana insigne miraculũ.

Mira virtus B. viri.

XXII. Qvandoqve iter necessarium suscipiens, peruenit ad locum quendam propinquum Compendio, regali palatio. Fessus ex itinere, diuertit in agrum cuiusdam coloni, vbi erat arbor nucibus onusta, è quibus ministri eius, illo in diuersorio manente, quasdam decerpserunt. Accurrit ocyus arboris dominus procaciter improperans nuces sibi eripi. Id vbi comperit beatus Eligius, vocat ad se virum, & blande ac comiter illum appellans, orat ne propter paucas nuces, cum plurimæ illi relictæ essent, tantas turbas cieat: ait se pro nucibus ablatis liberali-

beraliter satisfacturum. Sed ille tumido animo bonitatem eius spernens, asperis in eum verbis inuehitur, eadem sæpius iterans. Tum vir Dei animo mutato, famulos quidem, quod id fecissent, acriter obiurgat, homini illi tres aureos numerari iubet: sed ad arborem conuersus, vt olim Saluator noster ad ficulneam, ita ait: Quandoquidem adeo tua causa infestamur, nunquam deinceps ex te fructus nascatur in æternum. Confestim ad vocem eius arbor exaruit, hodieque sic perseuerat. Tenebat fide plenissima illam Domini sententiam, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: atque ita cum fiducia imperauit arbori, Dominicum, vt diximus, secutus exemplum.

Matth. 21. *Nota miraculum.* *Ioan. 14.*

In feriis beati Martini Episcopi quandoque more suo inter missarum solennia post Euangelij lectionem ad populum vir sanctus concionabatur: sed eius vocem amplius duodecim dæmoniaci, in templo debacchantes, valde interturbabant. Tum ille porrecta in eos manu, præcepit in nomine Iesu Christi, vt dum ipse concionaretur, nemo illorum mutire ausus esset. Patent ilico: nec solum clamor omnis conquiescit, sed etiam plerique dæmones, non ferentes vim verborum eius, relictis illis, quos obsidebant, pudefacti aufugiunt. XXIII

Magna eius in dæmones potestas.

Qvidam ex famulis eius, Ermenfindus nomine, pessimo laborabat morbo, diroque & intolerabili pressus dolore, vix spiritum trahebat. Volebat tum Eligius aliquo proficisci. Ille vero miser, non verbo, sed nutu obsecrat, vt prius sese velit inuisere. Venit Eligius ad eum: duriter obiurgat, quod ob culpas suas cæco pectore non egerit pœnitentiam. Illo autem pene iam efflante animam, & non verbis, sed lachrymis & altis suspiriis satisfaciente, beatus Eligius, vt erat certe valde humanus erga familiam suam, permotus misericordia, præcepit ei, vt in nomine Iesu Christi sine mora surgat sanus, secumque proficiscatur. Puncto temporis fugit dolor omnis: surgit homo, cunctis mirantibus, incolumis: exiliensque abit cum Episcopo. Diaconus quidam immani lateris dolore multos dies cruciatus, morbo crescente, toto pene corpore tabescebat. Eius latus & artus vt sancta manu vir Dei contrectauit, celeriter curatus est. XXIV.

Hominem ab ipso morte adiutum reuocat ad vitam incolumem. *Diaconus æger curatur.*

Qvidam presbyter diœcesis eius pessime apud vicinos audiebat. Eum Eligius crebro verbis castigans, ad sanitatem reuocare non potuit. Cumque mala eius fama latius serperet, beatus vir tam nefanda audire amplius non sustinens, arcessit eum ad se, percontatur de crimine, quod fama vulgasset, comiter hortatur ad emendationem & confessionem. Ille prorsus negat se illud admisisse flagitium, audacterque pergit excusare sese, videlicet plus hominem, quam diuinam vltionem, reformidans. Eligius sentiens nulla via adduci eum posse ad confessionem, ferit eum anathemate, vt sic publice agat pœnitentiam, nec ausus sit ad altare sacrificaturus accedere. Addit minas, si id faciat, se seuerius in eum animaduersurum. At ille abscedens, eiusque minas floccipendens, pergit more suo viuere dissolute, atque post paucos dies, neglecta beati Episcopi excommunicatione, ad altare, sacrificium oblaturus, non veretur accedere. Cumque primas altaris partes intrepidus attingeret, mox diuinitus percussus, & magno impetu humi prostratus, exspirauit. Ea re factum est, vt beati viri indignatio magno omnibus terrori esset: dictaque eius, oraculi instar haberentur. Vbi autem ille comperit tam horrendam hominis mortem, valde eum luxit, multisque male viuentibus, vt se corrigerent, eius casum proposuit. Tanta autem animi eius puritas erat, cunctisque virtutibus adeo florebat, hymnis & precibus sedulo vacans, vt etiam futura longe ante prædiceret. XXV.

Nota terribile Dei iudicium, in presbyterum nequam.

Rogavit eum aliquando Erchonoaldus, præfectus palatio, vt cum ipso longius proficisceretur. At ille multa secum reputans, nolebat ire cum eo: sed tamen coactus a senioribus & Abbatibus ciuitatis suæ, verentibus ne tanti viri animum offenderet, ita palam dixit: Quid necesse est, fratres, vt tanta nos afficiatis molestia? Equidem noui, quod vos ignoratis, si cum illo ierimus, male id cessurum. Ille enim hinc quidem exit, sed ibi morietur. Iuit tamen cum illo: ventum est ad locum destinatum. Cumque illic nocte quadam, aliis dormientibus, casu beatus Eligius foras egressus obambularet, & de psalmis nescio quid secum volueret, subito vidit columnam ignis è cælo descendere, & magna vi cubiculum Erchonoaldi penetrare. Rei itaque euentum tacite secum considerans, interitum bestialis illius diacono suo, qui forte solus tum ei aderat, indicauit. Mox autem diuinitus percussus Erchonoaldus, sentiens magno ardore cruciari viscera sua, iubet ocyus ad se introduci Eligium. Venit Eligius, videt hominem magnis correptum angoribus, hortatur eum, vt quando iam desperat se victurum, vel moriturus faciat, quod viuens noluisset: videlicet vt loculos multos auro tumentes, quos equi vehebant, pauperibus quamprimum eroget pro refrigerio animæ suæ: Id solum profuturum ei asserens: nocitura vero, quæ in thesauris esset relicturus. Sed ille vt rapax, ita etiam tenax, dum moras nectit, repente extremum efflat anhelitum. Corpus eius, misericordia motus, Eligius secum absportauit & tradidit sepulturæ. XXVI.

Visio S. Eligij. *Diuinitus percutitur præfectus palatio.*

Flavadvs tyrannus crudelissimus Vvillibaudum Christianissimum virum, Burgundiæ patritium, immerentem occidit. Id vbi ad aures beati Eligij perlatum est, ille narrantibus ait: Vos quidem dicitis Vvillibaudum extinctum, Flauadum incolumem. At ego illum, quem vos interfectum dicitis, pro eximiis meritis aio nunc in cælis melius viuere: Flauadum vero, quem vos gratulabundi asseritis vita frui, breui male periturum. Vvillibaudus, inquam, verus Dei cultor, mortuus quidem videtur, sed sine fine vitam viuet beatissimam: Flauadus vero, qui diu victurus putatur, intra hos decem dies, vti dignus est, male morietur. Post dies septem de improuiso Flauadus percussus, misere excessit è vita. XXVII.

Prædicit Flauadi tyranni mortem.

Permvlta alia, cum iam Episcopus esset, prædixit. Quinetiam adhuc laicus futura annunciauit. Nocte quadam post absolutas ex more preces, paululum se ad quiescendum componens, mox in somnis visus est sibi res admodum serias agere. Excitatus ergo à clerico, & interrogatus quid vidisset, sic respondit: Simplicius Lemouicum Episcopus nuper obiit, & Felix ei successurus, mittit nuncios ad nos, vt ei nostram operam nauemus. Cum illis ego iam loquebar: & certe breui hic aderunt. Dixit, & reddit se quieti. Inde sub lucem nuncij illi pulsant fores eius: iis apertis ingrediuntur, indicant Episcopi mortem, afferunt multam pecuniam, missam à Felice, vt ei ad obtinendum Episcopatum esset adminiculo: sed Eligio persuadere nulla ratione possunt, vt quicquam eius attingat. At tamen ingressus ad principem, gratis impetrauit, quicquid illi petebant, sicque eos à se dimisit. XXVIII.

Reuelatur ei mors Episcopi Lemouicensis. Oblata munera vir sanctus [illegible].

Abbas Domnolus quandoque venit ad eum, & aliquandiu hæsit apud illum. Quadam igitur nocte post quietem clam ad se accito illi ait: Tu hic securus degis, sed monasterium tuum magno inimici impulsu quatitur & exagitatur. Vidi enim in visione flumen ingens in illud multa vi inferri, & quædam ædificia prorsus subuertere. Quamobrem perge, quæso, nisi onerosum est, & vide num fratres tui recte habeant. Confestim Abbas, solicitudine anxius, iter capessit: & priusquam ingrederetur in monasterium, nunciantur ei, duodecim fere monachos dæmonum instinctu è monasterio clam aufugisse. Tum ille non sine admiratione reminiscens, quid ab Eligio audisset, diuinam in illo gratiam suspiciebat: mox abiit quæsitum fratres illos profugos: & quosdam quidem reduxit ad monasterium: alios vero, quod longius recessissent comprehendere non potuit. XXIX.

Visio eius.

Cvm aliquando monasterium suum Lemouicense vir sanctus visitasset, & in reditu in Biturigum vrbem venisset, voluit Euergisilum inclusum videre, cuius tum erat celebris apud Bituriges opinio. Sed ille propositi sui plus æquo tenax faciem suam beato viro ostendere noluit, non nisi per fenestram operculatam cum illo colloquens. Paucis igitur vltro, citroque habitis sermonibus, Eligius ei valedicturus, Iam quidem, inquit, te hic frater videre non potui, XXX.

sed certe

sed certe breui in aula Regis Clipiaci visurus sum. Illo constanter asseuerante nunquam id futurum, Eligius rursus ait: Vera me dicere tum cognosces, cum loco memorato coram principibus & populo ego palam te visurus sum. Non diu post talis se casus obtulit, qui eum necessario cogeret Regis palatium adire, vbi ab Eligio honorifice exceptus est, qui eo tum quoque aduenerat. Porro inter familiaria colloquia ciuiliter admodum & comiter atque peramanter ab eo reprehensus, deinde confecto negocio suo, Bituriges reuersus est.

Prædicit Eligius, quod ille nunquam putaret futurum.

XXXI. MVLTA alia in colloquiis familiaribus prædixit, puta mortem Ariberti Regis, itemque Dagoberti inclyti principis, natiuitatem Clotarij iunioris: qui cum adhuc matris vtero gestaretur, & Regina valde solicita timeret se fœminam parituram in regni detrimentum: Eligius venit ad eam, & iucundissime eam appellans, ait coram omnibus, masculam prolem edituram, seque è baptismo eam suscepturum. Nomen etiam necdum nato tum imposuit, Clotarium eum vocans. Præter quem alios duos eadem Regina peperit: qui cum adhuc paruuli essent, & Rex atque Regina pacifice & amanter victitarent, talis Eligio oblata visio est: Adspiciebam, inquit, in visione noctis solem sub horam diei tertiam clare lucentem, repente disparere. Cumque insolens prodigium intente contemplarer, video repente ceu dimidiam oriri lunam, tribus in orbem vallatam stellis, eaque via ingredi, qua solet quotidie sol recurrens. Ecce autem dum hic quoq; attonitus defigo obtutus, mox stellis manentibus, luna euanescit. Deinde illas tres accurate considerans stellas, ad horam pene meridianam video eos accedere, vicissimque suis se radiis cædere, & eam, quæ inter eas præstantior erat, de improuiso non apparere. Cumque duæ reliquæ inter se coniungi viderentur, dicto citius altera earum obscurata & sublata, vna sola remansit, eaque recto tramite solis cursum imitans, magno tandem lumine aucta est: quantoque ad Occidentem magis ferebatur, tanto eius lux copiosius propagabatur. Porro vbi ad vltimum peruenit occubitum, tantam vim luminis ex se diffudit, vt solis splendorem vincere videretur. Huius autem visionis hæc est interpretatio. Defuncto Clodoueo Rege, qui sine dubio breui desinet esse in humanis, aliquandiu Regina coniunx eius cum tribus filiolis Francorum regnum obtinebit. Illa autem sublata, & filiis in regno relictis, vnus ex iis cadet: nec diu post alter quoque è duobus, regno priuabitur. Tertius vero solus obtinebit monarchiam, eritque eius magna gloria & potentia. Hucusque Eligius. Nos vero dubitare non debemus ita fore, vt prædixit, cum iam nonnulla impleta videamus. Nam & Clodoueus Rex intra breue tempus in pace obiit, & Regina coniunx cum tribus paruulis ad paucos annos regnans, filiis postea reliquit principatum. Paucis interim labentibus annis, maior natu dum pacifice regnat, excedit è viuis, duobus relictis fratribus: de quibus quid futurum sit, solus Deus nouit. Hæc aliaque complura, quæ referre longum sit, sæpe prænunciare solebat Eligius.

Prædicit Reginę masculam prolem ex ea nasciturum.

Visio eius

Visionis eius interpretatio.

XXXII. INTER alia diuina charismata, sermo quoque sapientiæ & scientiæ atque consolationis multus ei collatus erat. Humilitas autem & charitas admirabilis & plane eximia ei inerat. In honore non præferebat diuitem pauperi, aut nobiles & potentes abiectis & vilibus: sed illis seueriorem, istis blandiorem se exhibebat. Famulos suos non affligebat, vt solent domini seruos, sed tanquam fratres humaniter diligebat. Iam vero in tolerandis barbaris quanta comitas, patientia quanta? Non cessabat infideles suadendo ad fidem traducere, ingratos officiis lenire, contradicentibus leniter respondere, superbos humiliter tolerare. Ad quæuis dura & aduersa perferenda fortis, ad iniuriam omnem placidus, ad misericordiam facilis erat. Dicere solebat, res suas non suas esse, sed pauperum: quorum sane procurator egregius fuit, omnia sua liberaliter illis impertiens, in cælis condens thesauros, vbi se sperabat feliciter sine fine victurum. Erat fide firmus, opere iustus, iudicio circunspectus, deuotione præcipuus, moribus suauissimus, sensu dulcissimus, animo tranquillus, corde piissimus. Semper seruabat in factis synceritatem, in corde puritatem, in actione virtutem, in moribus disciplinam. Exhibebat in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, in humilitate modestiam, in adhortatione diligentiam, in adiuuandis laborantibus vigilantiam, in fouendis pauperibus misericordiam, in defendendis Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus constantiam. Sermo eius semper comitate, & charitate conditus erat, quo mentes audientium tanquam luminare radiantissimum illustrabat. O vere imitandum virum, ô semen Abrahæ benedictum, ô proponenda omnibus Eligij exempla. Iure Abrahæ filius dicitur, non genere, sed fide: non progenie, sed imitatione: non stirpe, sed deuotione. Abrahæ benedictio dedit filium: Eligius vero benedictus, transit in numerum filiorum. Abraham Domino obtulit filium: Eligius munus præstantissimum obtulit seipsum. Et Abraham quidem dedit hæredem, Eligius hæreditatem: ille innocentem filium, hic omnem substantiam suam. Consequens inde fit, vt similitudo officiorum paria efficiat merita. Denique Abraham obtulit id, quod habuit: Eligius quicquid in mundo habere potuit, Domino dedicauit. Sed hactenus quidem, etsi parum eleganter, tamen prolixe, de beati viri vita diximus, quanquam longe minus, quam pro meritis & dignitate illius. Superest nunc, vt pro ædificatione multorum, eius è vita decessum commemoremus.

Pauperum est egregius procurator.

Collatio eius cum Abrahamo. Genes. 22.

XXXIII. CVM ergo beatus Eligius omnia mundi huius aduersa multiplicesque labores diu fortiter tolerasset, innumera misericordiæ & benignitatis officia præstitisset, optima viuendi exempla de se præbuisset, captiuos plurimos & prope innumerabiles redemisset, magnos monachorum & monacharum greges Domino collegisset, incredibilem eleemosynarum copiam in pauperes contulisset, & ingentes sibi meritorum thesauros coaceruasset, annos iam natus amplius septuaginta, sentiens imminere dissolutionem corporis sui, quodam die cum discipulis suis in Nouiomensi oppido deambulabat, atque interim casu eminus conspiciens in fronte basilicæ beati Medardi parietem nonnihil diruptum, ruinam minari: ocyus iussit acciri artificem, qui parietem communiret. Dicentibus autem discipulis, vt opportunum tempus sustineret, quo & facilius & durabilius reparari posset, ille respondit: Immo iam fiat: nam alioqui Eligio superstite non fiet. Illo vero sermone mire omnes consternati, gemebundi dixerunt ad eum: Non contingat, domine, nobis famulis tuis videre, quod dicis: sed potius ad Ecclesiæ tuæ ornamentum & pauperum leuamētum, Christus tuam beatitudinem in multos annos florere velit. Tum ille, sublatis suppliciter in cælum oculis, ab imo pectore longa trahens suspiria, Non nostra, inquit, sed Domini voluntas fiat de me. Exigit sane ipsa naturæ conditio, vt post longa vitæ huius oblectamenta tandem eamus ad veniam. Sed & vobis expedit, vt à diuina voluntate, quam impedire non potestis, minime discrepetis: sine dubio enim præfinitum tempus nunc adest. Omnibus igitur valde mœrentibus, rursus ait: Nolite, filioli, dolere hoc nomine, sed potius gratulamini mihi. Hoc tempus enim iam olim ego desiderabam, iampridem hanc mihi missionem post longas vitæ huius ærumnas fieri peroptaui. Verum illis gementibus, & tamen quadam adhuc ambiguitate hærentibus, illa tum colloquia intermissa sunt. Sed statim lenui beatus vir febre laborare cœpit, certiusque iam edoctus de obitu suo, iubet conuocari omnes ministros suos, quos ipse multo tempore & aluerat & instituerat, iisque denunciat finem vitæ suæ iam impendere, atque vti semper consueuerat, inter cætera hortatur eos ad seruandam pacem mutuam, ad charitatem vel maxime colendam, vt quæ sit vnitatis & cōcordiæ vinculum. Deinde euocato Baldredo Tornacensis Ecclesiæ Abbate, sic ait: Ego, frater, quod certissime futurū scio, te celatū nolo. Equidē iam sum abiturus à vita: te vero admoneo, ne vnquā velis Turones redire: sed mane hic apud fratres tuos. Quod si secus feceris, iam ante tibi prædico, vinū te inde nō rediturū. Quod quidē sic accidit. Baldredus enim post obitū beati viri sine dilatione Turones petiit: sed post dies nō multos, turba in eū irruēte, valde cęsus, & tādē interfectus est. Cū sic aūt, vt dicere cœpi, vir beatus ęgrotaret, & morbus ad quinq; vel sex dies ita eū infestaret, vt ipse tamē interim scipioni innixus obambularet, morbūq; dissimularet: nō cessabat ab opere Dei

Summatim commemorantur inclyta facta eius.

Prædicit sibi imminentem mortem.

En vir sanctus, quomodo mortem ceu delectamenta peroptat concupiscit, se tabescit, se dicit, incredibili vnoque modo delibat.

Eius prophetia.

Mirabilis feruor sanctitatis eius

bonam eam virtutum suarum coronidem fore sperans, si ad extrema vsque perduceret id, quod per longa vitæ spatia constanter retinuisset. Pernox enim in vigiliis & orationibus, membra lassitudine fracta spiritus seruire cogebat, & mente quodammodo in cælis degens, optatum iter lætissimus expectabat. Sentiens autem iam appropinquare suæ vltimæ migrationis diem, pridie Calendas Decembris congregatis vndique famulis & discipulis suis, ita locutus est:

Vltima eius adhortatio.

Vltimam, dilectissimi, paruitatis meæ audite sententiam, & vos amantis suprema verba gratis animis accipite. Sicut hi amoris vicem rependitis, mandata præpotentis Dei seruate: Iesum semper suspirate, præcepta eius vestris animis affigite, eius nomen, ita vt ego, amare: incertum vitæ lubricæ occasum ob oculos perpetuo habere, Dei tremenda iudicia nunquam non formidate. Ego iam ingredior viam vniuersæ carnis. Itaque me posthac tabuiuri hic non estis. Ego autem certe cupio dissolui, &, si Domino sic visum est, ire ad requiem. His dictis, cum omnes flerent & eiularent, singulatim euocatis ille vernaculis suis indicauit præstantissima monasteria, ad quæ ipso defuncto conferre se deberent, atque eis: Ecce hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum. Memento te ad nouitionum meatum, & iam singuli de vobisipsis cogitate. Eligius enim migrat, nec deinceps in hoc seculo erit vobiscum. Tum vero omnes, qui aderant, cum ingenti rugitu, singultibus vocem interrumpentibus, ita dixerunt: Cui nos, pater, relinquis? quid ita cito à nobis recedis? Cui orbatos tradis alumnos tuos, aut cui, pastor optime, gregem, quem ex gentibus congregasti, fouendum committis? Scimus quidem iam olim flagrare te Christi desiderio, sed saluas tibi manent præmia tua: nec si diutius hic eris, illa minuentur, immo aucta potius in dies cumulabuntur. Si igitur fieri potest, differ exitum: ne ille nobis omnibus afferat exitium. Non te cogat migrare ætas nostri, pater,

Dolent se a suo patre diuelli discipuli eius.

miserere, quos deseris. Aut si omnino placet exire, nos habeto itineris comites. Nobis enim præstabilius est tecum mori, quam sine te viuere. Absentiam tuam ferre non possumus. Neque enim habebimus similem tui. Hæc atque alia illis dicentibus, vir pijssimus vbertim flebat, lachrymis clementissimum eius animum satis testantibus. Gaudebat se vocari à Domino, dolebat illos destitui. Incitabat pietas, ne eos desereret: Christi desiderium impellebat, ne diutius ab illo se separari pateretur: quem ardentissime sitiebat, & oculis interioribus tota mente complectebatur. Tandem inter ipsas lachrymas ita rursus eos compellat: Facessat mœror, nec mihi, quæso, fletu vestro molestiam afferatis. De recessu meo, si sapitis, gaudere vos potius conuenit, quam lugere, etsi enim corpore absens ero, spiritu tamen melius vobis adero: atque etiamsi ego nullibi essem, Deus tamen semper vbique est. Illi equidem vos com-

Rom. 2.

mendo: ego vero si quid boni facere potui, vestris profectibus seruire volui. Scietis hoc in illa die, cum iudicabit Deus occulta hominum, & dabit vnicuique secundum opera eius. Scio quidem me ceu inutilem seruum non fecisse vt debui, sed tamen Dominus nouit, quid voluerim. Vos ergo moneo, & per gloriosum Christi aduentum obtestor, vt si qua in vobis erga me charitas est, instituta & iussa mea seruetis, & monasteriolis meis, quæ Christo auspice

Orat Dominum pro idoneo successore.

condidi, vbi poteritis, solicitudinem adhibeatis: Valete viscera mea. Hæc cum dixisset, die iam aduesperascente, fixis humi genibus, cum multo gemitu orauit Dominum, vt benignissima pietate sua daret pastorem commodum & humanum plebi suæ: Ne fiat, inquit, æterne pastor, hæc plebs sicut oues non habentes pastorem. Commendo tibi oues, quas mihi credidisti: & familiam omnem, quam per ministerium officij mei tuo sancto seruitio mancipasti. Tuo, quæso, semper auxilio protegantur, tuo nutu gubernentur. O præstantem Eligij charitatem, & eximiam bonitatem. Iamiamque abiturus è mundo, sui quodammodo cura neglecta, aliorum, vti semper consueuerat, tam sollicite memor est.

Deinde in extremis positus, cum modicus calor teperet in pectore, nec præter sensum quicquam viui hominis superesset, osculatus est discipulos suos, & per singulos plorans. Iam non vltra, inquit, loquar vobiscum. Valete XXXIV. iam in pace, & me deinceps sinite quiescere. Redeat terra in terram. Quæ eius verba omnium animos incredibili conficiebant dolore, ita vt lachrymas nulla ratione reprimere possent, & vox faucibus hæreret, conantesque linguas in verba prorumpere, singultus & suspiria interpellarent. Sed hæc tamen vtcunque depromebant: Dolemus quidem acerrime nos tua præsentia orbari: sed tua causa, pater optime, consolamur nos, quod post vitæ huius labores ad requiem æternam proficisceris. Tum ille oculis manibusque in cælum erectis, diu mente precabatur. Deinde in

Luc. 2.
Iob. 10.
Psal. 142.

vocem prorumpens: Nunc dimittis, inquit, seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Memento quæso, quod sicut lutum feceris me: & non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Memento mei, qui solus sine peccato es, Christe mundi redemptor, & educens me de morte corporis huius, saluum me fac in regnum tuum cæleste. Tu semper fuisti protector meus: in manus tuas commendo spiritum meum. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen tu scis, quia semper spes mea fuit in misericordia tua, & fides mea in tua credulitate permansit. Et nunc quoque in confessione sancti nominis tui moriens, extremum, Christe, anhelitum efflabo. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, & non confundas me ab expectatione mea. Aperi mihi properanti ianuam vitæ, & principes tenebrarum non occurrant mihi, nec conturbent me potestates aeris huius: sed clemens dextera tua protegat me, & tua potentia me defendat, manusque tua deducat

Anno 665. felicissime exit e corpore. Sigeb. in chron. & Baron. hoc anno. vide Meyerum lib. 1 annal. Fland.

me in locum refrigerij, & vel in vltimam mansionem ex iis, quas præparasti seruis timentibus te. Sub his verbis reddit spiritum. Erat tum prima noctis hora: & ecce confestim visa est ex illis ædibus lux ingens & valde corusca sursum ascendere, atque inter mirantium obtutus sphæra ignea, crucis in se effigiem præferens, perniciter admodum per densas nubes in cælũ penetrare. Atq; hunc in modũ sancta illa anima, deposita carnis sarcina, & à vitæ huius angoribus liberata, ad suum iucundissima reuolauit authorem, & in antiquam possessionem post longam exilij huius peregrinationẽ, cælo gaudente, terra plorante, Angelis plaudentibus, ouans ascendit. Quã vero sanctus ille vir charus fuerit plebi, mox ab eius obitu declaratum est. Vix enim spiritum exhalauerat, & iam tota vrbs luctu omnia complebat, vt tanquam communis parentis obitu, omnes orbitatis vulnere confecti viderentur. Compositum autem ex more corpus, in ecclesiam deportatum est, ibiq; pariter clerus in hymnis, populus in lamentis, noctem duxere peruigilem.

Baron. an. 665.

Mane ingens vtriusque sexus multitudo ad oppidum aduolauit, itemque regina Bathildis cum filiis & pro- XXXV ceribus, multoque exercitu. Et ipsa quidem regina propere ad corpus beati viri accurrens, magnam illic fudit lachrymarum vim, valde dolens, quod eum viuum non reperisset. Interim iubet præparari omnia, vt possit corpus ad Ca-

Corpus eius loco moueri nõ potest.

lam monasterium eius transferri. Sed cum loco moueri non posset, magno animi dolore affecta est, curauitque triduanum inducendum ieiunium: quod etiam ipsa cum optimatibus suis & clero seruauit, ieiunio etiam cum illis pariter perpetuas adiungens vigilias. Quæ cum fierent, intantum illa mœrebat & lugebat, vt nullo pacto lachrymas frenare posset. Cumque præ nimio dolore desiderium eius ferre non sustineret, tandem vt animo suo satisfaceret,

Obserua rẽ admirandã.

detecto eius vultu, eum multis lachrymis osculata est eum, itemque pectus & manus. Ecce autem dum sic palpat sacrum corpus, tametsi erat hybernum tempus, & iamdiu illud fuisset exanime, prorsusque frigidum, copiosus sanguis ex eius naribus manauit. Id vbi viderunt Episcopi & regina Christianissima, confestim admouerunt lintea, summo studio sanguinem colligentes, eum pro magno munere in reliquiis seruandum seposituri. Interim expleto ieiunio, modis omnibus satagebat regina, vt corpus beati viri in Calam monasterium eius transferretur. Sed e diuerso alij Parisios illud transferre volebant. Quibus vtrisque se opponebant ciues Nouiomenses, iusti illi iam hæreditatem corpus antistitis sui sibi vendicantes. Sub ea pia contentione, cum Episcopi & præstantiores quique fauerent reginæ

rtibus,

partibus, decernerentque ad monasterium beati viri corpus eius transferendum, magnus clamor & tumultus ortus est in vniuerso populo Nouiomensi. Tum regina prudenti vsa consilio, omnipotentis Dei iudicio rem totam committens: Facessant, inquit, verborum contentiones. Si placet Deo aut sancto eius, vt perducatur corpus, quo ego volo, ilico se leuari sinat. Sin aliter, iam experiamur. Mox accedunt ad corpus, vt illud tollant, sed nulla vi moueri potest. Tentatur id subinde ab aliis atque aliis, & tandem ab ipsa regina, totis viribus in id incumbente, sed nihil efficiunt. Tum regina ad proceres se vertens: Iam perspicue, ait, animaduertimus, nolle eum alio absportari. Permittamus igitur huic populo vel inuiti, quod hactenus sponte noluimus. Assenserunt omnes, & simulatque feretrum leuare cœperunt, tanta facilitate motum est, vt commode iam à duobus portaretur, quod paulo ante plurimi nec mouere leuiter poterant. Id miraculum cum vidisset regina & ciues omnes, in Dei laudes eruperunt, dixeruntque: Mirabilis est Deus in sanctis tuis. Cum autem ad sepulcrum deduceretur, tota pene ciuitas præsto fuit ad funeris obsequia, multum lugens decessum pastoris sui. Ipsa quoque regina, licet hyemis tempore palus valde excreuisset, adduci non potuit, vt equo veheretur: sed pedestri grauique labore sequens feretrum per paludem, cum omni familia lamentabatur. O quantus ibi tunc erat luctus omnium, inprimis autem monachorum & pauperum, quorum planctus per plateas omnes audiebatur. Cantabat clerus voce lachrymabili, & agmina plorantium miserabiles in æthera dabant voces. Et vt in pauca conferam, plena erant omnia luctu incredibili: flebilibusque vagas implebant vocibus auras, clamabantque passim omnes patrem se & nutritium perdidisse: nec facile poterat psallentis cleri cantus à lamentantis populi planctu internosci. Et quis illo die tam saxeus aut plane ferreus esse poterat, vt cum videret reginam & proceres, pauperes & * inopes, plebem vniuersam tam misere plorare, non ipse pariter acerbe fleret? Iam vero quis satis explicare queat, aut siccis etiamnum recordari oculis, cum peruentum est ad sepulturæ locum, quo ardoris desiderio, quo amoris affectu, qua doloris vi & impetu retentum, compressum, retractum sit feretrum à populo, vt, quoad fieri posset, maneret oculis expositum corpus, quo vel sic vtcunque suo satisfacerent desiderio? Omnes studiose quasdam iniiciebant moras, ne sepulchrum clauderetur: non enim ferre poterant eius absentiam. Ægre tandem ab Episcopis populo ereptum, monumento traditum est: celeriterque aduoluto saxo inprimis reuerenter & honorifice illic habetur, aliquando in gloria surrecturum. Ad extremum Regina venerabilis cum plebe valde fessa, postquam illud reuerenter venerata est, ieiuna recessit, luctuque eam non sinente cibum sumere, sic triduanum lachrymabunda ieiunium expleuit.

*Corpus immotum permanet. Ecce miraculum. Psal. 67. Summe omnes lugent amisisse se tantum virum. * diuites. Reginæ Bathildis dolor ingens.*

XXXVI. COMPARETVR nunc, si placet, beati viri huius non funus, sed triumphus, cum inani pompa seculi huius, & hominum diuitiis affluentium. Istos misere viuentes confusis plausibus turba insaniens extollit: Eligium mundi huius æ.umnis ereptum, cum summis laudibus cælicolæ in cælum deducunt. Isti post pompas momentaneas truduntur in tartara: Eligius post mundi huius aduersa omnia fortiter superata, finibus patriarcharum excipitur. Isti diuitiarum mole pressi, ruunt in gehennam: Eligius eleemosynis fultus, sublimis fertur in cælum, cum beatis resurrecturus in gloria. Illi ob mala merita pœnas dant mortis æternæ apud inferos: Eligius pro meritis beatis in sinu Abrahæ quiescit, sine vllo metu iam felix. Isti postremo in profundo tartari lugent miseri cum damnatis: Eligius meus perpetim laureatus, cum sanctis omnibus in cælesti paradiso exultat. Gratias tibi inter hæc, & propter hæc, Deus fidelissime retributor: quoniam reddidisti ei magna pro paruis, & quiescere eum fecisti in amœnitate sempiterna & semper virentis paradisi tui delitiis. Sed ne lectori nimietate fastidium afferamus, de his dixisse satis sit. Volebam equidem, quod iam admodum multa dicta sint, finem opusculo imponere: sed miracula, quæ ad sanctissimum corpus eius assidue fiunt, cogunt me addere nonnulla: sed ita tamen, vt propter lectores, omissis plurimis, ne molestus sim, pauca tantum commemorem.

Mala & bona merita, diuersa habent præmia.

XXXVII. POSTQVAM beati viri corpus mandatum est sepulturæ, casu relicta ibi fuit pellis quædam captiua longe optima, ex Episcopi domo, quæ feretro imposita fuerat. Eam, cunctis abeuntibus, Visso diaconus, natione Sueuus, clam ablatam, in lectuli sui stramine abscondit. Reuersi funeris ministri, vident eam non adesse, nec mediocriter consternati, passim eam inquirunt. Sed cum nulla ratione reperire possent, exstitit inter eos non minima turbatio. Interim nox cogit omnes dare se quieti, & ecce Abbati Sparno vir sanctus in visione apparet, blandeque, vt solebat, eum compellans, indicat locum, vbi res ablata haberetur. Altera luce Abbas, quid in visione cognouerit, duobus fidelibus fratribus exponit: illisque assumptis, abit ad lectum diaconi, quærit rem furto subductam, moxque inuenit. Tum accitum diaconum durissime obiurgat, non tamen verberat: siquidem B. Eligius prohibuerat, ne id faceret. Vbi res ad aliorum notitiam perducta est, B. Eligium omnes cœperunt timere haud vulgariter, & ita vt par erat, perpetua eum veneratione prosequi.

Apparet Abbati Sparno S. Eligius.

XXXVIII. DVLCIOLENVS presbyter, homo simplex & rectus, non longe à Lutetia degebat, eumque B. Eligius adhuc in corpore manens, oblata opportunitate crebro inuisere solebat, & res necessarias liberaliter ei suppeditare. Cum autem ab eius obitu fluxissent dies fere triginta, aut non amplius, nocte per visum ei apparens, sciscitatur quinam habeat, aut cuius benignitate sustentetur. Tum ille, Bene, inquit, hactenus habeo, precibus tuis adiutus. Putans autem corporaliter eum secum colloqui, maiori inde concepta fiducia, Parum, ait, vini habeo ex ea vinea, quam per te Dominus mihi dedit, quæso, mi domine, vt pariter inde gustemus: simul calicem ei offerens. At vir sanctus porrecta manu benedixit poculo, iussitque refundi in vasculum, vnde vinum illud hauserat. Id illo faciente, confestim sublata visio est, & presbyter expergefactus, consternatusque, mane ingressus est cellam, in qua pridem parum vini reliquerat, diligenterque inspectis vasculis suis, vidit vas, in quo pauxillum antea fuerat vini, iam ad summum vsque repletum.

Item cuidam presbytero. Obserua miraculum

XXXIX. ALTERI cuidam in Regis palatio commoranti in luculento habitu apparens, iussit, vt quam primum adeat Reginam Bathildem, admoneatque eam pro Christi reuerentia deinceps missa facere vestium aurea gemmataque ornamenta, quibus etiamnum vteretur. Illo dissimulante, nocte altera rursus apparet ei, repetitque eadem, quæ prius mandarat. Sed illo minime id auso Reginæ indicare, tertio adest, grauiterque homini comminatur, ni faciat, quod iussus sit. At nec sic tamen iussa capessentem præ timore, mox febris infestat. Regina ad eum venit, caussam morbi perquirit. Ea data opportunitate, aperit ille, quid ab Eligio audierit, statimque pulsa febre, reualescit. Porro Regina ocyus ponit ornamenta omnia, nihil præter manicas aureas retinens: cunctaque pauperibus distribuens, elegantiora quæque seruauit, atque ex iis Crucem pulcherrimam fecit, eamque ad caput beati Eligij deponi iussit. Thecam quoque ex multo auro & argento, in quo eius sacra ossa conderentur, miro opere conficiendam curauit, ita dicens: Hic vir beatissimus multorum sanctorum effecit thecas: & ego quoque, vt dignum est, eius memoriæ, si potero, operam dabo. Cumque id fecisset, tanta deinceps à proceribus & potentibus ei loco auri & argenti atque gemmarum copia collata est, vt eam difficile sit verbis explicare.

Quid Reginæ Bathildi iusserit denunciari. Febre corripitur, negligens iussa eius: exequens, mox reualescit. Nota studium veterum erga sanctos.

XL. EA autem theca, propter auri gemmarumque splendorem, Quadragesimæ diebus tegi solebat lineo panno, itemque holoserico sane eleganti & pretioso. Quod cum aliquando initio Quadragesimæ factum esset, post aliquot dies, multis adstantibus, cótigit inauditum miraculum. Cœpit enim sudare linteum illud, sensimque magis atque magis vapores exhalans, copiosius humectari. Quod vt viderút qui tú aderát, rei nouitate obstupefacti, Christi eximiá illic

Linteum, thecæ eius sudat.

Mirabilis feruor spiritus eius.

bonam eam virtutum suarum coronidem fore sperans, si ad extrema vsque perduceret id, quod per longa vitæ spatia constanter retinuisset. Pernox enim in vigiliis & orationibus, membra labescentia spiritus feruore cogebat, & iam mente quodammodo in cælis degens, optatum iter lætissimus expectabat. Sentiens autem iam appropinquare lætissimæ migrationis diem, pridie Calendas Decembris congregatis vndique famulis & discipulis suis, sic loquutus est.

Vltima eius adhortatio.

Vltimam, dilectissimi, paruitatis meæ audite sententiam, & vos amantis suprema verba gratis animis accipite. Si mihi amoris vicem rependitis, mandata præpotentis Dei seruate: Iesum semper suspirate, præcepta eius vestris animis affigite, eius nomen, ita vt ego, amate: incertum vitæ lubricæ occasum ob oculos perpetuo habete, Dei tremenda iudicia nunquam non formidate. Ego iam ingredior viam vniuersæ carnis. Itaque me posthac habituri hic non estis. Ego autem certe cupio dissolui, &, si Domino sic visum est, ire ad requiem. His dictis, cum omnes flerent & eiularent, singulatim euocatis ille vernaculis suis indicauit præstantissima monasteria, ad quæ ipso defuncto conferre se deberent, atque eis: Ecce hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum. Mementote admonitionum mearum, & iam singuli de vobisipsis cogitare. Eligius enim migrat, nec deinceps in hoc seculo erit vobiscum. Tum vero omnes, qui aderant, cum ingenti rugitu, singultibus vocem interrumpentibus, ita dixerunt: Cui nos, pater, relinquis? quid ita cito à nobis recedis? Cui orbatos tradis alumnos tuos, aut cui, pastor optime, gregem, quem ex gentibus congregasti, fouendum committis? Scimus quidem iam olim migrare te Christi desiderio, sed salua tibi manent præmia tua: nec si diutius hic eris, illa minuentur, immo aucta potius in dies cumulabuntur. Si igitur fieri potest, differ exitum: ne ille nobis omnibus afferat exitium. Non te cogit migrare ætas: nostri, pater,

Dolent se à suo patre diuelli discipuli eius.

miserere, quos deseris. Aut si omnino placet exire, nos habeto itineris comites. Nobis enim præstabilius est tecum mori, quam sine te viuere. Absentiam tuam ferre non possumus. Neque enim habebimus similem tui. Hæc atque alia talis dicentibus, vir piissimus vbertim flebat, lachrymis clementissimum eius animum satis testantibus. Gaudebat se vocari à Domino, dolebat illos destitui. Incitabat pietas, ne eos desereret: Christi desiderium impellebat, ne diutius ab illo se separari pateretur: quem ardentissime sitiebat, & oculis interioribus tota mente complectebatur. Tandem inter ipsas lachrymas ita rursus eos compellat: Cesset mœror, nec mihi, quæso, fletu vestro molestiam afferatis. De recessu meo, si sapitis, gaudere vos potius conuenit, quam lugere, etsi enim corpore absens ero, spiritu tamen melius vobis adero: atque etiamsi ego nullibi essem, Deus tamen semper vbique est. Illi equidem vos com-

Rom. 2.

mendo: ego vero si quid boni facere potui, vestris profectibus seruire volui. Scietis hoc in illa die, cum iudicabit Deus occulta hominum, & dabit vnicuique secundum opera eius. Scio quidem me ceu inutilem seruum non fecisse vt debui, sed tamen Dominus nouit, quid voluerim. Vos ergo moneo, & per gloriosum Christi aduentum obtestor, vt si qua in vobis erga me charitas est, instituta & iussa mea seruetis, & monasteriolis meis, quæ Christo auspice

Orat Dominum pro idoneo successore.

condidi, vbi poteritis, solicitudinem adhibeatis: Valete viscera mea. Hæc cum dixisset, die iam aduesperascente, fixis humi genibus, cum multo gemitu orauit Dominum, vt benignissima pietate sua daret pastorem commodum & humanum plebi suæ: Ne fiat, inquit, æterne pastor, hæc plebs sicut oues non habentes pastorem. Commendo tibi oues, quas mihi credidisti: & familiam omnem, quam per ministerium officij mei tuo sancto seruitio mancipasti. Tuo, quæso, semper auxilio protegantur, tuo nutu gubernentur. O præstantem Eligij charitatem, & eximiam bonitatem. Iamiamque abiturus è mundo, sui quodammodo cura neglecta, aliorum, vti semper consueuerat, tam solicite memor est.

Deinde in extremis positus, cum modicus calor teperet in pectore, nec præter sensum quicquam viui hominis superesset, osculatus est discipulos suos, & per singulos plorans, Iam non vltra, inquit, loquar vobiscum. Valete XXXIV.
iam in pace, & me deinceps sinite quiescere. Redeat terra in terram. Quæ eius verba omnium animos incredibili conficiebant dolore, ita vt lachrymas nulla ratione reprimere possent, & vox faucibus hæreret, conantesque linguas in verba prorumpere, singultus & suspiria interpellarent. Sed hæc tamen vtcunque depromebant: Dolemus quidem acerrime nos tua præsentia orbari: sed tua causa, pater optime, consolamur nos, quod post vitæ huius labores ad requiem æternam proficisceris. Tum ille oculis manibusque in cælum erectis, diu mente precabatur. Deinde in

Luc. 2.
Iob. 10.
Psal. 142.

vocem prorumpens: Nunc dimittis, inquit, seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Memento quæso, quod sicut lutum feceris me: & non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Memento mei, qui solus sine peccato es, Christe mundi redemptor, & educens me de morte corporis huius, saluum me fac in regnum tuum cæleste. Tu semper fuisti protector meus: in manus tuas commendo spiritum meum. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen tu scis, quia semper spes mea fuit in misericordia tua, & fides mea in tua credulitate permansit. Et nunc quoque in confessione sancti nominis tui moriens, extremum, Christe, anhelitum efflabo. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, & non confundas me ab expectatione mea. Aperi mihi properanti ianuam vitæ, & principes tenebrarum non occurrant mihi, nec conturbent me potestates aeris huius: sed clemens dextera tua protegat me, & tua potentia me defendat, manusque tua deducat

Anno 665. felicissime exit e corpore Sigeb. in chron. & Baron. hoc anno. vide Meyerum lib. 1. annal. Fland.

me in locum refrigerij, & vel in vltimam mansionem ex iis, quas præparasti seruis timentibus te. Sub his verbis reddit spiritum. Erat tum prima noctis hora: & ecce confestim visa est ex illis ædibus lux ingens & valde corusca sursum ascendere, atque inter mirantium obtutus sphæra ignea, crucis in se effigiem præferens, perniciter admodum per densas nubes in cælũ penetrare. Atq; hunc in modũ sancta illa anima, deposita carnis sarcina, & à vitæ huius angoribus liberata, ad suum iucundissima reuolauit authorem, & in antiquam possessionem post longam exilij huius peregrinationẽ, cælo gaudente, terra plorante, Angelis plaudentibus, ouans ascendit. Quã vero sanctus ille vir charus fuerit plebi, mox ab eius obitu declaratum est. Vix enim spiritum exhalauerat, & iam tota vrbs luctu omnia complebat, vt tanquam communis parentis obitu, omnes orbitatis vulnere confecti viderentur. Compositum autem ex more corpus, in ecclesiam deportatum est, ibiq; pariter clerus in hymnis, populus in lamentis, noctem duxere peruigilem.

Baron. an. 665.

Mane ingens vtriusque sexus multitudo ad oppidum aduolauit, itemque regina Bathildis cum filiis & pro- XXXV
ceribus, multoque exercitu. Et ipsa quidem regina propere ad corpus beati viri accurrens, magnam illic fudit lachrymarum vim, valde dolens, quod eum viuum non reperisset. Interim iubet præparari omnia, vt possit corpus ad Ca-

Corpus ei' loco moueri nõ potest.

lam monasterium eius transferri. Sed cum loco moueri non posset, magno animi dolore affecta est, curauitque triduanum inducendum ieiunium: quod etiam ipsa cum optimatibus suis & clero seruauit, ieiunio etiam cum illis pariter perpetuas adiungens vigilias. Quæ cum fierent, intantum illa mœrebat & lugebat, vt nullo pacto lachrymas frenare posset. Cumque præ nimio dolore desiderium eius ferre non sustineret, tandem vt animo suo satisfaceret,

Obseruatiõ admirandã.

detecto eius vultu, cum multis lachrymis osculata est eum, itemque pectus & manus. Ecce autem dum sic palpat sacrum corpus, tametsi erat hybernum tempus, & iamdiu illud fuisset exanime, prorsusque frigidum, copiosus sanguis ex eius naribus manauit. Id vbi viderunt Episcopi & regina Christianissima, confestim admouerunt lintea, summo studio sanguinem colligentes, eum pro magno munere in reliquiis seruandum seposuerunt. Interim expleto ieiunio, modis omnibus satagebat regina, vt corpus beati viri in Calam monasterium eius transferretur. Sed e diuerso alij Parisios illud transferre volebant. Quibus vtrisque se opponebant ciues Nouiomenses, iustissimam hæreditatem corpus antistitis sui sibi vendicantes. Sub ea pia contentione, cum Episcopi & præstantiores quique fauerent reginæ

artibus,

p[illegible]s, decernerentque ad monasterium beati viri corpus eius transferendum, magnus clamor & tumultus ortus est in vniuerso populo Nouiomensi. Tum regina prudenti vsa consilio, omnipotentis Dei iudicio rem totam com[mit]tens: Faecessant, inquit, verborum contentiones. Si placet Deo aut sancto eius, vt perducatur corpus, quo ego volo, ilico se leuari sinat. Sin aliter, iam experiamur. Mox accedunt ad corpus, vt illud tollant, sed nulla vi moueri potest. Tentatur id subinde ab aliis atque aliis, & tandem ab ipsa regina, totis viribus in id incumbente, sed nihil efficiunt. Tum regina ad proceres se vertens: Iam perspicue, ait, animaduertimus, nolle eum alio absportari. Permittamus igitur huic populo vel inuiti, quod hactenus sponte noluimus. Assenserunt omnes, & simulatque feretrum leuare coeperunt, tanta facilitate motum est, vt commode iam à duobus portaretur, quod paulo ante plurimi nec mouere leuiter poterant. Id miraculum cum vidisset regina & ciues omnes, in Dei laudes eruperunt, dixeruntque: Mirabilis es Deus in sanctis tuis. Cum autem ad sepulcrum deduceretur, tota pene ciuitas præsto fuit ad funeris obsequia, multum lugens decessum pastoris sui. Ipsa quoque regina, licet hyemis tempore palus valde excreuisset, adduci non potuit, vt equo veheretur: sed pedestri grauique labore sequens feretrum per paludem, cum omni familia lamentabatur. O quantus ibi tunc erat luctus omnium, inprimis autem monachorum & pauperum, quorum planctus per plateas omnes audiebatur. Cantabat clerus voce lachrymabili, & agmina plorantium miserabiles in æthera dabant voces. Et vt in pauca conferam, plena erant omnia luctu incredibili: flebilibusque vagas implebant vocibus auras, clamabantque passim omnes patrem se & nutritium perdidisse: nec facile poterat psallentis cleri cantus à lamentantis populi planctu internosci. Et quis illo die tam saxeus aut plane ferreus esse poterat, vt cum videret reginam & proceres, pauperes & * inopes, plebem vniuersam tam misere plorare, non ipse pariter acerbe fleret? Iam vero quis satis explicare queat, aut siccis etiamnum recordari oculis, cum peruentum est ad sepulturæ locum, quo ardoris desiderio, quo amoris affectu, qua doloris vi & impetu retentum, compressum, retractum sit feretrum à populo, vt, quoad fieri posset, maneret oculis expositum corpus, quo vel sic vtcunque suo satisfacerent desiderio? Omnes studiose quasdam iniiciebant moras, ne sepulchrum clauderetur: non enim ferre poterant eius absentiam. Ægre tandem ab Episcopis populo ereptum, monumento traditum est: celeriterque aduoluto saxo inprimis reuerenter & honorifice illic habetur, aliquando in gloria surrecturum. Ad extremum Regina venerabilis cum plebe valde fessa, postquam illud reuerenter venerata est, ieiuna recessit, luctuque eam non sinente cibum sumere, sic triduanum lachrymabunda ieiunium expleuit.

Corpus immotum permanet. Ecce miraculum. Psal. 67. Summe omnes lugent amabilē se tantum virum. * diuites. Reginæ Bathildis dolor ingens.

XXXVI. COMPARETVR nunc, si placet, beati viri huius non funus, sed triumphus, cum inani pompa seculi huius, & hominum diuitiis affluentium. Istos misere viuentes confusis plausibus turba insaniens extollit: Eligium mundi huius ærumnis ereptum, cum summis laudibus cælicolæ in cælum deducunt. Isti post pompas momentaneas truduntur in tartara: Eligius post mundi huius aduersa omnia fortiter superata, finibus patriarcharum excipitur. Isti diuitiarum mole pressi, ruunt in gehennam: Eligius eleemosynis fultus, sublimis fertur in cælum, cum beatis resurrecturus in gloria. Illi ob mala merita pœnas dant mortis æternæ apud inferos: Eligius pro meritis beatis in sinu Abrahæ quiescit, sine vllo metu iam felix. Isti postremo in profundo tartari lugent miseri cum damnatis: Eligius meus perpetim laureatus, cum sanctis omnibus in cælesti paradiso exultat. Gratias tibi inter hæc, & propter hæc, Deus fidelissime retributor: quoniam reddidisti ei magna pro paruis, & quiescere eum fecisti in amœnitate sempiterna & semper virentis paradisi tui deliciis. Sed ne lectori nimietate fastidium afferamus, de his dixisse satis sit. Volebam equidem, quod iam admodum multa dicta sint, finem opusculo imponere: sed miracula, quæ ad sanctissimum corpus eius assidue fiunt, cogunt me addere nonnulla: sed ita tamen, vt propter lectores, omissis plurimis, ne molestus sim, pauca tantum commemorem.

Mala & bona merita, diuersa habent præmia.

XXXVII. POSTQVAM beati viri corpus mandatum est sepulturæ, casu relicta ibi fuit pellis quædam caprina longe optima, ex Episcopi domo, quæ feretro imposita fuerat. Eam, cunctis abeuntibus, Vrso diaconus, natione Sueuus, clam ablatam, in lectuli sui stramine abscondit. Reuersi funeris ministri, vident eam non adesse, nec mediocriter consternati, passim eam inquirunt. Sed cum nulla ratione reperire possent, exitur inter eos non minima turbatio. Interim nox cogit omnes dare se quieti, & ecce Abbati Sparno vir sanctus in visione apparet, blandeque, vt solebat, eum compellans, indicat locum, vbi res ablata haberetur. Altera luce Abbas, quid in visione cognouerit, duobus fidelibus fratribus exponit: illisque assumptis, abit ad lectum diaconi, quæ rem furto subductam, moxque inuenit. Tum accitum diaconum durissime obiurgat, non tamen verberat: siquidem B. Eligius prohibuerat, ne id faceret. Vbi res ad aliorum notitiam perducta est, B. Eligium omnes cœperunt timere haud vulgariter, & ita vt par erat, perpetua eum veneratione prosequi.

Apparet Abbati Sparno S. Eligius.

XXXVIII. DVLCIOLENVS presbyter, homo simplex & rectus, non longe à Lutetia degebat, cumque B. Eligius adhuc in corpore manens, oblata opportunitate crebro inuisere solebat, & res necessarias liberaliter ei suppeditare. Cum autem ab eius obitu fluxissent dies fere triginta, aut non amplius, nocte per visum ei apparens, sciscitatur quinam habeat, aut cuius benignitate sustentetur. Tum ille, Bene, inquit, hactenus habeo, precibus tuis adiutus. Putans autem corporaliter eum secum colloqui, maiori inde concepta fiducia, Parum, ait, vini habeo ex ea vinea, quam per te Dominus mihi dedit, quæso, mi domine, vt pariter inde gustemus: simul calicem ei offerens. At vir sanctus porrecta manu benedixit poculo, iussitque refundi in vasculum, vnde vinum illud hauserat. Id illo faciente, confestim sublata visio est, & presbyter expergefactus, consternatusque, mane ingressus est cellam, in qua pridem parum vini reliquerat, diligenterque inspectis vasculis suis, vidit vas, in quo pauxillum antea fuerat vini, iam ad summum vsque repletum.

Item cuidam presbytero. Obserua miraculum.

XXXIX. ALTERI cuidam in Regis palatio commoranti in luculento habitu apparens, iussit, vt quam primum adeat Reginam Bathildem, admoneatque eam pro Christi reuerentia deinceps missa facere vestium aurea gemmataque ornamenta, quibus etiamnum vteretur. Illo dissimulante, nocte altera rursus apparet ei, repetitque eadem, quæ prius mandarat. Sed illo minime id auso Reginæ indicare, tertio adest, grauiterque homini comminatur, ni faciat, quod iussus sit. At nec sic tamen iussa capessentem præ timore, mox febris infestat. Regina ad eum venit, causam morbi perquirit. Ea data opportunitate, aperit ille, quid ab Eligio audierit, statimque pulsa febre, reualescit. Porro Regina ocyus ponit ornamenta omnia, nihil præter manicas aureas retinens: cunctaque pauperibus distribuens, elegantiora quæque seruauit, atque ex iis Crucem pulcherrimam fecit, eamque ad caput beati Eligij deponi iussit. Thecam quoque ex multo auro & argento, in quo eius sacra ossa conderentur, miro opere conficiendam curauit, ita dicens: Hic vir beatissimus multorum sanctorum effecit thecas: & ego quoque, vt dignum est, eius memoriæ, si potero, operam dabo. Cumque id fecisset, tanta deinceps à proceribus & potentibus ei loco auri & argenti atque gemmarum copia collata est, vt eam difficile sit verbis explicare.

Quid Reginæ Bathildi iusserit denunciari. Febre corripitur, negligens iussa eius: exequens, mox reualescit. Nota studium veterum erga sanctos.

XL. EA autem theca, propter auri gemmarumque splendorem, Quadragesimæ diebus tegi solebat, lineo panno, itemque holoserico sane eleganti & precioso. Quod cum aliquando initio Quadragesimæ factum esset, post aliquot dies, multis adstantibus, cōtigit inauditum miraculum. Cœpit enim sudare linteum illud, sensimque magis atque magis vapores exhalans, copiosius humectari. Quod vt viderūt qui tū aderāt, rei nouitate obstupefacti, Christi eximiā illic

Linteum, thecæ eius sudat.

C 2 aiebant

aieb int declarari potentiam. Cum autem etiam distillare cerneret linteum, senioribus id consultissimum visum est, vt ablato linteo à theca, exprimerent humorem in vasculum, isque pro medicina seruaretur. Sicque factum est, & ille liquor in vase æneo seruatus, multis postea attulit sanitatem. Tanta autem fuit eius sudoris admirandi copia, vt pannus holosericus, cui erat linteum illud adiunctum, optimo colore tinctus, colorem illum amitteret, eoque linteum inficeretur. Duos fere sextarios sudor ille compleuit.

Mira vis e[illegible] liquoris.

EA tempestate aliquot Franciæ vrbes dire vastabat morbus quidam, cuius pellendi causa credimus liquorem hunc diuinitus collatum. Si quis enim illo correptus morbo, in mortis discrimen venisset, & eum liquorem attigisset, confestim sanabatur. Erat tum Veromanduorum Comes Ingomarus, homo prædiues & potens. Is metuens vndiq; tum grassantem pestem, vbi didicit sudoris huius miraculum, totum se contulit ad B. Eligij patrocinium implorandum, atque ex eodem liquore cum multa fide nonnihil sibi dari petiit, promittens, si sanctus Episcopus obtineret apud Deum, vt eius prædia non infestaret is morbus, decimas rerum suarum & maximam villam suam se eius Ecclesiæ d[illegible] largiturum. Accepto igitur salutari liquore, inuisit prædia sua, ita vtque omnes eorum incolas reuerenter eum attingere. Atque ita factum est, vt cum vndique morbus ille prouinciam vastaret, nullum tamen ex iis, qui eta[illegible] tionis erut, corripuerit. Quamobrem valde ille exhilaratus, decimam partem ex omnibus donauit Ecclesiæ S. Eligij. Fuit autem donum illud amplissimum, ita vt centum homines & pecora plurima cesserint Ecclesiæ illi. XLI.

Vt quidam perc[illegible] ni, qui ei [illegible] tauit.

QVIDAM cultor vineæ eiusdem Ecclesiæ, cum esset desidiosus & negligens, sæpe a beato viro adhuc superstite reprehensus fuit: & vt curari posset, interdum etiam minæ verberum ab illo intentatæ fuere. Postquam autem vir sanctus e vita decessit, homo ille stultus & insolens quodam die venit ad monumentum eius insultans illi non absque cachinno, sicque, vt aiunt, garriens: Ecce qui mihi verbera minabaris, iam hic iaces mortuus, ego vero a[illegible] vita[illegible]. Dixit sic, moxque videt sibi adstantem beatum Eligium, & virgam, quam manu tenebat, vibrantem in caput suum, itaque dicentem: Animaduerte, serue nequam, non me esse mortuum, vt tu iactitas: sed reuera me viuere, è terris exceptum. Ad hæc verba mox ab ictu cædentis intumuit viri caput, membra omnia mire pressa sunt. Increscente dolore, vtraq; manu complectens caput turgidum, per omnes vrbis plateas voce lachrymabili, quid sibi accidisset, enunciauit. Confluebant ciues plurimi ad hoc spectaculum non absque multo stupore, & quamuis nonnulli cuperent mederi homini, frustra tamen id fuit: immo quanto plus conabantur adhibere leuamenti, tanto magis aug[illegible]batur dolor. Tandem post immensos cruciatus ad beati viri monumentum reductus, ibique à multis edoctus, pro culpa sua satisfaciens, post longa spatia ægre potuit amissam recuperare salutem. XLII.

Obstinat[illegible] h[illegible] sancti[illegible] tes nostras.

Vt vincula [illegible] patet eius ecclesiam rumpantur.

SED quis possit vllis verbis consequi omnia, quæ illic Christus Dominus assidue operatur? Si ob culpam suam vincti catenis per aggerem publicum, qui basilicæ eius proximus est, ducantur, vbi ventum est contra basilicam illam, mox diruptis vinculis omnibus, soluuntur rei. Id vt certius constet, vnum tantum ex multis commemorabo. Vir quidam iure vel iniuria ferreis aliquando constrictus vinculis, cum ad supplicium duceretur, clam è manibus trahentium elapsus, celeriter ad beati Eligij ecclesiam confugit. Cumque ad eius thecam venisset, & illic subsisteret trepidus, illico fracta catena decidit. Insecuti autem illum tortores, vt viderunt stare ibi liberum, rursum collo eius & manibus catenam iniiciunt, magna vi è templo eum extrahere conantes. Tum misellus ille tremens & pallens, ad sepulcrum beati viri supplices tendit manus, &, O beate Eligi, inquit, placetne tibi ad te confugientem tuo auxilio destitui? His dictis, illico magno impetu fracta catena, longius prosilit. Ea re valde perterriti omnes, qui viro manus iniecerant, in terram se abiiciunt, & temeritatis suæ veniam cum ingenti metu precantur. Post aliquot horas venit eo loci eius Episcopus, & cum audiuisset hoc miraculum, non credidit factum. Abiens autem è templo, simulatque ascendit equum mansuetissimum, qui illum aduexerat, ab eo excussus, & humi collapsus, diris est doloribus affectus. Statim igitur hæsitationis suæ reminiscens, coram omnibus culpam suam agnouit. Atque ita inde sublatus, & post multos dies restitutus, cautior deinceps fuit. XLIII.

Punitur à Deo, non credens miraculum factum.

Deequo viri Dei, temere ab Episcopo vsurpato.

CVM adhuc in terris degeret vir beatus, equum habuit inter cæteros mansuetissimum, quo, cum posceret necessitas, sedere plerunque consueuerat. Post eius decessum, equus ille cessit Abbati eius ecclesiæ. Porro Mommolenus eius loci Episcopus valde illi inhians, vi eum abstulit Abbati. Abbas nihil illi reluctari ausus, mox ad beati Eligij se monumentum contulit, eique rem totam commendauit. Itaque equus mox cœpit laborare ex pedibus, immo toto corpore tabescere. Id cernens Episcopus, adhibet medicum: qui etsi sedulam illi curam impenderet, nihil tamen potuit efficere: immo si quis vellet equum accedere, omni posita mansuetudine, calcibus cædebat, & morsus intentabat. Tandem Episcopus veritus ne equum penitus perderet, cuiquam matronæ eum dono dedit. Illa vero accurate sanandum curauit: sed cum aliquando iter factura, eius tergo insedisset, ille frendens & calcibus verberans, graui[illegible] eam excussit, ita v[illegible] o[illegible] t[illegible] anno decumberet. Tum illa remisit equum Episcopo, probra conuiciaque adiungens. Episcopus recepto rursus curam adhibet, sed semper equus deterius habet. Ad extremum quidam religiosus presbyter consuluit Episcopo, vt equum re[illegible]ueret Abbati, cui iniuste ablatus esset. Fecit sic Episcopus, & equus ad iustum possessorem postliminio reuersus, intra paucos dies totus reualuit, pristinaque formæ elegantia & mansuetudo reddita est. XLIV.

Mira sunt hæc.

Vt sacrum beati viri corpus eleuatum sit.

CVM sic autem beati [illegible] ad latus altaris sepulcrum esset, Episcopo & Reginæ inprimis consultum visum est, vltra altare ei condere mau[illegible]um, atque eo honorifice illud transferre. Eunt igitur, & diligenter inspiciunt locum, & ecce subito in pariete vident instar arcus quandam apparere rupturam. Inde ergo colligunt, diuinitus significari parietem illum eo loco demoliendum. Cumque id magna fiducia facere instituunt, ita paries ille absque vllo hominis conatu sponte collapsus est, vt nec hominem vllum, nec thecam ei propinquam vel tenuiter læderet. Mox itaque cœptum est egregium construi mausoleum. Adventante autem anniuersario migrationis eius die, iam se præparabant ciues ad corpus eius honorifice transferendum. Regina quoque vestes holosericas maximi precij apparabat, exutura illud alias, in quibus curarat antea sepeliendum, & has nouas indutura. Ad ipsum autem anniuersarium diem conuenit in oppidum valde frequens populus. Interim canente clero, populo in vigilias incumbente, theca diligenter ablata est à monumento. Deinde sublato tumuli opertorio, suauissimus è corpore sancti viri manauit odor: quod quidem tam adhuc integrum planeque incorruptum cernebatur, vt viuere putaretur. quodque admirabilius est, barba & capilli eius, qui ex more abrasi erant vita functo, in sepulchro rursus creuerant, cunctis ad nouum & inauditum miraculum obstupescentibus. At Episcopi cum multo timore leuantes illud e tumulo exuunt prioribus indumentis, preciosissimis, quæ Regina parauerat, induunt, magnoque studio sigillis munitum reponunt: atque ita demum choro psallente, modulantibusq; organis, inde summis reuerenter & studiose translatum, in præparato mausoleo accurate condunt & componunt, in dies maiori honore & veneratione prosequendum. Quæ autem deinceps miracula illic facta sint, iam partim annotabimus. XLV.

Illustre miraculum.

O mirabilē Deum in Sanctis suis.

Multa miracula, ad monumentum eius.

DVO cæci aliquot diebus illic excubantes, lumen receperunt. Puella contracta sanata est. Alius quoque cæcus illuminatus est. Sed hæc fortassis, dum lectori gratificari volumus, succinctius dicimus. Paulo igitur fusius agendum est. Ad caput beati viri pendebat lampas. Ea cum die quodam pene semiuacua esset, repente apparuit plena oleo: igni quoque diuinitus accensa, ardere cœpit, atque ita deinceps plerumque & impletur, & ardet. Cum XLVI.

aute m

autem vir ſanctus etiamnum in terris ageret, Garifredus Comes Veromanduorum, quiddam in eum admiſerat, quod etiam illo iam defuncto minime expiarat. Tandem poſt longa temporum interualla, negligenter oblitus culpæ ſuæ, venit adorare ſepulchrum eius. Ardebat tùm ex more lampas ea, quam diximus: ſed Comite in templum ingrediente, confeſtim extincta eſt. Id ille mox animaduertens, timens & pallens, orauit. Finita oratione, exijt è templo, & lampas lumen recepit ſuum, non humanitus, ſed diuinitus, accenſa. Indicauit id Comiti, iam equum aſcendere volenti, vnus è famulis eius. Ille audiens, multum doluit, & in ſeipſum deſcendens, cœpit excutere latebras conſcientiæ ſuæ, vt ſciret, qua culpa ſua id accideret. Recordatur interim, quid olim in ſanctum Epiſcopum admiſiſſet, feſtinuſque redit ad baſilicam. Sed poſtquam pedem poſuit in baſilicæ pauimento, ruſſus lampas extincta eſt. Tum ille nimium territus, cum lamentis & magno rugitu proſternit ſe coram beati viri ſepulchro, & diutiſſime pro culpa ſua ſatisfaciens, ſe indignum & miſerum fatetur, cuius cauſa lampas lucere deſiiſſet: palamque proteſtatur, ſe ex eo loco non ſurrecturum, niſi prius lampas ardeat. Poſt multas ergo lachrymas, lampadi reſtituta lux eſt. Quare nonnihil ille recreatus, iubet famulum ire ocyus, & afferre vas argenteum ſane precioſum: idque Chriſti confeſſori obtulit, ad ſepulcrum eius illud deponens, promittens etiam, ſe nonnulla è facultatibus ſuis illi eccleſiæ collaturum. Deinde lætus abſcedit.

Adorare, pro venerari, frequens eſt etiam in Scripe. facta.

Res admirandæ.

XLVII. IVVENIS quidam, Saxo genere, miſerandum in modum contractus, & ad beati Eligij monumentum adductus, breui curatus eſt. Fœmina quoque muta & cæca, diu ad ſepulcrum eius orans tandem ſomno oppreſſa, videt aduenire ad ſe S. Eligium, oculoſque ſuos leniter tangere, & inſtrumento quodam chirurgico linguæ vincula molliter diſcindere. Expergefacta igitur, oculis inſitatam ſentit lucem, & poſt multum ore reiectum ſanguinem, loquitur prompte & expedite. Alia puella muta eo perducta, docta eſt à templi cuſtodibus mente implorare beati viri opem. Eam tandem mater iubet illic hærere, donec ſentiat ſe adiutam: ſe domum abire velle indicat. Vbi ergo illa foribus templi propinquare cœpit, puella videt è lampade quiddam ad ſe dimanere, magnoque timore correpta, ruptis linguæ nexibus, ſic locuta eſt: Itane hic me relicta, tu mea mater aſcendis? Audiens hæc mater, celeriter redit ad eam: flenſque præ gaudio, cupienſque etiam alios eius ſermones audire, auide illam compellat, & ad omnia planum atque abſolutiſſimum ab ea reſponſum accipit. Mirantur omnes, qui adſunt, laudant Chriſti potentiam, & beati Eligij merita concelebrant.

Contractus ſanatur.

Item cæca & muta.

Item alia muta.

XLVIII. PESTE aliquando Pariſiis graſſante, cum iam aliquot virgines monaſterij beati viri, cui Aurea Abbatiſſa præerat, ad Dominum migraſſent, ſanctus Eligius apparuit cuidam adoleſcenti in eccleſia eius monaſterij, veſte candida & toga amictus. Illo autem præ timore ſe in latebras abdere volente, vir beatus blande eum compellans, iuſſit propere ire ad Auream Abbatiſſam, dicereque ei, vt cum certis virginibus ocyus ad ipſum veniat. Abit ille, dicit Abbatiſſæ quæ iuſſus erat. Surgit velociter Abbatiſſa, immenſo affecta gaudio, & magna celeritate contendit ad templum. Sed poſtquam eo venit, viſio diſparuerat. Ne tamen poſſet ambigere veram fuiſſe, relicta erat nebula, totam ædem replens, vnde etiam candelabra & vela rorem quendam ſtillare viderentur. Abbatiſſa igitur ad ſe reuerſa, intellexit ſe ex hac vita euocari: protinuſque ſorores omnes conuocans, illis valedixit, quibuſdam exceptis, quæ cum illa deceſſuræ erant. Mortua eſt deinde Aurea Abbatiſſa, & eam ſecutæ ſunt ex eodem monaſterio centum ſexaginta ſorores, ea tempeſtate defunctæ.

De obitu Aureæ Abbatiſſæ & aliarum.

Res mira.

Nota magnum numerum ſanctimonialium.

XLIX. COMITIS Garifredi ſcriba venit quandoque ad baſilicam ſancti Eligij, & cum poſt preces fuſas, ſtaret ad fores eius, vidit illic pauperum gregem, ſtipem poſcentium. Sed nihil apud ſe habens, quod illis daret, miſericordia motus erga illos, mœſtus intra ſe ait: Nunquam vos talem habebitis conſolatorem, qualis fuit hic ſacratiſſimus antiſtes. Quis enim eum vnquam retardare potuiſſet, ne in vos beneficia conferret, voſque ſurda tranſiret aure, vti iam multi faciunt, & ego miſer? Dum ergo ſic tacitus ſecum cogitat, viſus ſibi eſt tanquam in ecſtaſi videre adſtantem ſibi beatum Eligium, ſimulque in manu ſua vel veſte cernit aurum, quod pauperibus eroget. Quod etiam abſque mora fecit, multa ſecum cogitans de eo, quod acciderat nec opinanti.

Obſerua miraculum.

L. EBROINVS vir illuſtris, præfectus palatio, ſiue, vt vulgo dicunt, maior domus, filium habuit Bobonem, ipſi & matri eius vnice charum. Is morbo grauiſſimo correptus, magnum parentibus mœrorem attulit, præſertim quod morbo inualeſcente, vita eius deſperaretur. Sed tamen parentes, de miraculis beati Eligij magna ſpe concepta, munera ei offerunt, & balteum filij elegantiſſimum apud ſepulcrum eius deponunt. Eodem temporis puncto puer reualeſcit, ac deinceps manſit incolumis. Vir quidam nefarius de admiſſo crimine ſe purgaturus, non dubitauit ad ſepulcrum beati viri falſum iurare. Sed ſimulatque iurauit, iuſto Dei iudicio, venter eius crepuit, effuſiſque in terram visceribus, indignam vitam digna morte finiuit in terrorem multorum.

De filio Ebroini ſanatio.

Terribilis mors peierantis ad ſepulcrum S. Eligij.

LI. VIR quidam agrum eccleſiæ ſancti Epiſcopi apud Caluomontem ſitum, ſibi rapaci cupiditate vendicare voluit, ſed obſiſtebat ei Sparnus, eius eccleſiæ Abbas. Res ad palatium regis relata eſt, pronunciatumque à rege, vt ſi Abbas in ſacro loco iurare vellet, agrum eſſe eccleſiæ, eum ipſe retineret. Sed Abbas maluit virum illum pertinacem iurare ſuum eſſe agrum, & non eccleſiæ. Lata igitur ſententia eſt, vt vir ille cum multis alijs iuraret. Sic enim apud Francos in more poſitum eſt. Verum Abbas alijs omnibus remiſit iuramentum, ne alterius flagitio implicarentur: ſolus ille agri vſurpator, procerum ſententia iurare iuſſus eſt. Itur ergo ad eccleſiam B. Eligij, venitur ad ſepulcrum eius, expectatur ab omnibus rei euentus. Vir temerarius rem paruipendens, importuna audacia imponit manum loco ſacro, ſed cum vix medium expreſſiſſet iuramentum, toto corpore contremiſcit, caput retrorſum in ceruicem curuatur, diductoque ore, & magno inde fumo erumpente, cum hoc ſolum dixiſſet, Abba Sparne, recipe terram tuam: repente humi proſternitur, & infelicem animam exhalat. Alius quidam cum illic peieraſſet, & domum ceu victor lætus rediret, priuſquam limen domus ſuæ attigiſſet, extinctus eſt. Vnde tantus omnes inuaſit timor, vt nullus hodie etiam in cauſa iuſtiſſima ad ſepulcrum eius iureiurando ſe obſtringere auſit: ſed ſi iuramentum faciendum ſit, ad oſtij circulum non ſine magno timore id fiat.

Mos Francorum iurare volentium

Horrenda viuo peieranti.

Item alteri⁹.

LII. DÆMONIACVS quidam, importuniſſimo correptus dæmone, incredibili furore & amentia rumpebat catenas, compedes, & clauſtra oſtiorum, quorundam nares, aliorum aures mordicus apprehenſas lacerabat. Eius parentes ſummopere cupiebant eum ad beati Eligij memoriam adducere: ſed qua id poſſent via, propter hominis rabiem, non videbant. Tandem reperto conſilio, miro quodam ligneo inſtrumento conſtrictum, ægre ſeptem viri eo perducere potuerunt. Perductus autem, paulo poſt, beato Eligio orante, & Chriſti gratia largiente, ſanatus eſt, & ibidem in clerum aſſcitus, admodum religioſe vixit. Modoleni cuiuſdam ciuis Nouiomenſis vxor pia valde, toto corpore intumuit: ſenſimque morbo ingraueſcente, vir eius, homo centenarius, de ſepultura iam cogitabat. Ei obuiam factus Abbas eccleſiæ beati Eligij, diſcit ex eo periculum vxoris eius: ſimulque rogatur, vt in baſilica eam ſinat ſepeliri. Abbas, his auditis, celerrime contendit ad ſepulcrum beati antiſtitis, tollenſque de oleo illic manente, ad fœminam moribundam ſe confert: ſic enim per viſum iuſſerat ei beatus Eligius. Ingreſſus, videt inter lacrymantes cognatos & amicos fœminam decumbere inflato valde corpore, & iam plane frigido: mox illud vngens oleo, ita ait: Hæc mandat S. Eligius, vt in virtute nominis Chriſti ſana conſurgas. Dixit ſic, & oleo ſancto viſcera fœminæ penetrante, illa palpebras commouet, & tanquam è ſomno grauiſſimo euigilans ſuſpirat. Inde mira celeritate detumeſcente.

Dæmoniacus immanis curatur.

Mira vis olei ſepulcri.

mescente corpore, auctisque viribus, residet: statimque dolore omni euanescente, nec vllo remanente [illegible] faciei quoque restituto decore, è lectulo se prorípit, laudans & prædicans Deum, qui ipsam à morte reuoca[illegible]. Deinde compellit omnes mensæ assidere, ipsaque illis accurate ministrat.

De fure indicato.

In vrbe Nouiomensi furtum perpetratum fuit, sed fur ignorabatur. Iuuenis autem quidam suspectus de furte, cum eo nomine compellaretur, in patrem suum crimen conferre conatus est. Habebat enim quiddam cum illo controuersiæ, eique insidias moliebatur. Vterque igitur sistitur coram Episcopo & Comite: filius multis modis studet patrem reum efficere: pater vero, vt erat, se innoxium demonstrare. Alij fauebant filio: alij vtrique quum dicerbant, fidem adhibere filio patrem insimulanti. Cum sic autem longa fieret altercatio, nec facile quisquam ausus esset ferre sententiam, Episcopus tandem communicato cum Comite consilio, rem statuit beati Eligij iudicio permittendam. LIII.

Cælestis vindicta in periurum.

Ducuntur ergo ambo ad beati viri monumentum, & iuramentum facere iubentur. Iuuenis [illegible] que iurare cœpit, arreptus a dæmone, magna vi in terram eliditur, atque illic miserè seipsum discerpens, tremensque & spumans volutatur. Ita prodito iam fure, ab ecclesia recedunt omnes. Tandem diu male mulctato iuuene, cum multi pro eo orarent beatum Eligium, curatus est.

Nota hanc leprosi curationem.

Leprosus quidam ad sepulcrum beati viri admirabili modo sanatus est, radio quodam inde exeunte, & in eius horrida vulnera se infundente. Quem secutus est multus hominis sudor, & cum sudore omni putredine abeunte, relicta est cutis mundissima, atque adeo restitutus est homo, vt nulla lepræ vestigia in eo cernerentur. Claudus quoque curatus est à beato viro, illi per visum apparente. LIV.

Fur deprehenditur in sacrilegio.

Contra autem fur quidam sacrilegus, aliquando e templo egressis custodibus, aurea quædam ornamenta beati antistitis monumento subducere volens, catenam auream vi attrahens confregit. vnde tantus excitatus est sonus, vt extra templum procul audiretur à custodibus: simulque homo nefarius ita diuinitus ad limen ecclesiæ detentus est, vt loco mouere se non posset. Itaque accurrentibus custodibus, deprehenditur in sacrilegio, profert res ablatas, petit veniam sacrilegij, humaniter ignoscunt custodes, abscedit libere, nullo iam eius gressum retardante. Vir quidam nobilis ob culpam non magnam prorsus infensum habuit principem. Adducitur ergo in palatium, & capite damnatur. Interim seruandus traditur Amalberto Comiti Nouiomensi. Post aliquot dies audit è famulis eius, proxima luce se capite plectendum. Valde ea re consternatus, omni spe euadendi sublata, hoc solo se consolabatur, si posset obtinere, vt eam noctem apud S. Eligium duceret peruigilem, Eo igitur impetrato, ardentissimo animi desiderio properat ad sancti mausoleum, tota pene nocte in lachrymis & gemitu est, orans sanctum Episcopum, vt in crastinum suo ipsi velit patrocinio adesse.

S. Eligius apparet cuidam.

Post absolutos à Clero nocturnos hymnos, nimio mœrore depressus, obdormit: & ecce mox adest S. Eligius, humanissimoque vultu blande eum consolans, pollicetur se futurum apud principem, nec ipsum vllas daturum pœnas, sed cum principe in gratiam rediturum. Eodem die accitus à principe, liber dimissus est.

De capillis beati viri quædam admiranda.

Cum beatus Eligius apud Turones adhuc laicus sancti Martini thecam fabricaret, cuiusdam matronæ hospitio vtebatur. Ea cernens virum sanctum iugiter eximiis operibus intentum, (vt erat reuera promptus ad omne opus bonum, creber in precibus, largissimus erga pauperes) non temere sibi persuasit eum esse Dei seruum. Cumque aliquando tonderentur pili capitis & barbæ eius, illa pannum lineum, quo exceperat pilos, & quicquid ex pilis ipsis colligere potuit, et linteo inuolutum in arca reposuit. LV.

Vide vt Deus cohonestet etiam externas reliquias sanctorum suorum.

Permultis inde labentibus annis, fœmina eius rei penitus oblita fuit. Post obitum autem beati Eligij sæpe noctibus audiebat in cubiculo suo suauissimam psalmorum melodiam. Curiose itaque explorare volens, quid agatur, videt per foramina quædam miram radiare lucem. Cumque id crebro fieret, admodum perterrita, non audebat noctibus manere in ædibus suis: nec tamen recordabatur pilorum, quos illic olim ex fide condiderat. Accito autem ad se Agerico, ecclesiæ S. Martini Abbate, rem ei exponit: dicit lachrymabunda, se non posse securam cubare in domo sua. Ille sciscitatus ex ea, anne aliquis seruus Dei illic quandoque mansierit, vel num quod à sanctis viris munusculum acceperit, aut certe anno[illegible] ipsa aliquando quasdam sanctorum reliquias abstulerit. Tum illa velut per somnium, pilorum beati Eligij reminiscens, pectus crebro verberat, indicatque Abbati se olim pilorum S. Eligij segmina collegisse, & fideliter illic reposuisse. Mox igitur ad locum accedentes, inueniunt pilos illos admodum [illegible], prorsusque incorruptos. Inde ergo facile colligi potuit, & quanti apud Deum meriti esset beatus Eligius, & quam grata fuisset Deo fides mulieris, cum post tot annorum curricula eo in loco diuinitus tam admiranda fierent. Audiui autem postea, illic elegans constructum oratorium. Quiddam simile huic contigit in monasterio Nouiomensi, à beato viro constructo. Sanati sunt etiam quidam contactu earum rerum, quibus vir Dei, adhuc viuens, aliquando vsus esset.

Vt punitus sit, qui pro reliquiis ei pretium à quodam extorsit.

Vir quidam non longe à Rhemis habitans, religiosæ mentis studio voluit in prædio suo in beati Eligij honorem basilicam construere. Ea autem iam absoluta, reliquiis eiusdem sancti viri ornari eam cupiens, ad Nouiomenses profectus est, & ab illis optatum munus impetrauit. Sed cum inde recedere vellet, clericus quidam cupiditatis œstro percitus, vi eum detinuit, dicens se non passurum vt cum reliquiis abeat, nisi prius aliquo dato munere. Ille vt posset ex eius manibus euadere, munusculum quoddam tristis ei largitus est. Quod clericus auidissime complectens, mox in sinu abscondit. Et ecce repente immisso diuinitus igne, pectus cum vestimentis ardere cœpit, ita vt alta voce exclamans diceret: Parce sancte Eligi: miser ego nihil tale deinceps faciam. Mox illi, qui aderant, properè ei vestimenta flamantia detrahunt, munusque acceptum reddunt ei, qui dederat, illum iam dolentem & multum lachrymantem ad beati Eligij monumentum adducunt: vbi oleo victus, vix tandem ab incendio illo liberatus est. Equidem nihil dubito idcirco hoc ei accidisse, vt pudefiat & reprimatur similium improba cupiditas, qui non verentur exacta pecunia sanctorum reliquias venundare. Cesset igitur, obsecro, locis omnibus hæc contagio, ne simile quid accidat similia facientibus. LVI.

** villam*

Pœna irreuerenter tractantis lectum sancti viri.

Solebat vir sanctus, adhuc in corpore manens, crebro venire Compendium, regale * oppidum, & trans fluuium propinquum Isaram apud Vvaldolenum habere hospitium. Postquam autem desiit esse in humanis, ille eius hospes lectulum eius absque vlla tanti viri reuerentia demolitus est, & è sponda, quam sæpe sua manu triuerat vir beatus, limen effecit, atque cum sua coniuge eo loco, quo vir Dei cubare solebat, se reposuit. Ecce autem eadem nocte acerrima febre correptus, nauseat, tremit, sudat, pallescit: pedes, quibus spondam calcauerat, dolere, & magno ardore æstuant ita vt ingredi non posset. Interim dum ille sic cruciatur, vxori per visum præcipitur, vt quamprimum ab eo loco recedant, spondam instaurent, totumque lectum, vti prius erat, diligenter restituant atque componant. Sed illa negligenter visionem obliuiscente, maritus acrioribus vrgetur doloribus [illegible]. Proxima nocte etiam ipse admonetur, nisi ocyus ex illo lecto recedat, fore vt seuerius castigetur. LVII.

Miracula ad lectum eius.

Post eam visionem non [illegible] se remittente febre, vt potuit, celeriter surrexit, spondam ilico collegit, diligenter ablutam in locum pristinum restituit, lectumque instaurauit, & ab illo deinceps se abstinens, temeritatem suam pœnitentiæ multa satisfactione expiauit, atque ita demum curatus est. Eo miraculo postea diuulgato, cœperunt vndique aduentantes ad eum locum munuscula inferre, cœperunt etiam crebra fieri miracula, & multi eo frequentes aduenire. Id non nulla sine admiratione cernens Vvaldolenus, domo illa relicta, & beato Eligio æternum dedicata, in propinquas ædes commigrauit. Inde ea domus diruta est, & basilica illic constructa, atque in ea lectus ille repositus, mirifice ornatus cernitur. Locus ille in di-

In ditione est Clementis Episcopi Bellouacensis, multaque illic miracula fiunt: e quibus, breuitatis studio, non nisi duo commemorabimus.

Clemens Episcopus Bellouacens.

LVIII D v o Reges, germani fratres Clotarius & Theodoricus, quandoque è palatio egressi, orandi causa ad eam basilicam accesserunt. Absolutis precibus exeuntes illos quidam proceres admonuerunt, vt aliquam eleemosynam pro sancti Eligij veneratione illi loco tribuerent. Sed Rex senior contempsit: iunior vero aliquot solidos ex radianti metallo ibi reliquit. Vbi ad palatiũ reuersi sunt, Rex senior Clotarius molesta confestim febre vexatur: totoq; corporis ardore ad caput tendente, secutus est vehementissimus dolor dentium. Nocte igitur illa in summis cruciamentis transacta, mane recordatur, quid hesterno die neglexerit, seq; confert ad beatum Eligium deprecandum, cui etiam per hominem fidelem multos misit solidos: qui simulatque illati sunt in templum, dolor omnis repente sopitus est. Puella quædam eodem fere tempore desponsa, malo dæmone instigante, ab alio turpiter vitiata est. Sponsus id suspicatus accidisse, vrget eam, vt iureiurando se probet innocentem. Illa, vtpote adultera, incunctanter efficit iuramentum, nihil prorsus periculi metuens. Iubet ergo sponsus, vt ad beati Eligij lectum hunc, de quo paulo supra diximus, sola iuret. Eunt pariter in ecclesiam: puella proterua & insolens sine vllo metu ad lectum accurrit: sed mox vt illi iuratura manum imposuit, viribus destituta corruit: cumque eam circumstantes al[i]j leuare vellent, tremens & spumans inter manus illorum animam expirauit. Sponsus id cernens, multum quidem expauescit: at tamen Christi potentiam & beati Eligij iudicium laudans, non sine metu recedit. Multa alia ibidem, Domino iubente, miracula fiunt, in quibus est etiam illud, quod lampas oleo abunde cælitus impletur: quo sancto liquore multi illic peruncti, variis liberantur incommodis & morbis. Et hæc quidem omnia apud Compendium fiunt. Consimilia autem perpetrantur miracula apud alium quendam lectum eius, qui in quodam monasterij eius prædio, quod Victuriacum vocant, asseruatur: quæ omnia si commemorare pergamus, onerosi erimus. Nos vero iam summopere ad finem properamus.

Clotarium Regem febris vexat.

Illico sanatur.

Vide exemplum terribile.

Lampas oleo cælitus impletur.

LIX. A d sepulchrum beati viri multæ catenæ diruptæ, multæ compedes fractæ, cippi dissipati, multaque alia visuntur certissima argumenta miraculorum, quæ illic facta sunt & fiunt: è quibus tamen nos vel pauca, vel potius nulla retulimus, quod omnium oculis exposita sint. Neque vero, vt in plerisque solet, hæc miracula illic fieri cessant, sed quotidie vndique aduentant morbidi, & sanantur, ferro vincti absoluuntur, claudi carrucis aduecti, suis pedibus recedunt: periuri aut arripiuntur à dæmone, aut moriuntur, dæmoniaci liberantur, cæci illuminantur. Multi quoque sanantur morbi oleo illic succrescente: immo quisquis eo perungitur, quacunque laborat infirmitate, statim fugiente morbo, curari potest. Sed quia iam vtcunque absoluimus optatum opus, lectorem rogamus, ne vilitatem sermonis nostri plane despiciat. Fortassis potuissent dici à nobis pleraque elegantius: sed studio sic stylum temperauimus, vt res potius, quam verba, lectori commendaremus. Maxime vero ab hoc opere cothurnus tumentis eloquij remoueri debuit, quod de tanti antistitis humilitate manauit. Me quoque deuotum potius, quam temerarium fuisse, præsens pagina testabitur. Neque enim confidentia virium mearum, tantam in me prouinciam recepi, cum scirem absurdum esse, tantæ historiæ tantillum adhiberi authorem: sed cum sim debitor decem millium talentorum, vel parum aliquid ei, à quo accepi, reddere volui: plane dignum & iustum arbitratus, vt exiguum talentum in laudem sancti viri & gloriam omnipotentis Dei expenderem: & quod ab illo indignus percepi, eidem subiectus impenderem. Tibi nunc, Christe, librum hunc contra æmulos omnes defendendum commendo: tibi deuotionis meæ dicta supplex committo: tibi in his omnibus & per hæc omnia pio, vt possum, affectu persoluo laudem & præconium, qui tulisti adiutorium, quo posset confici opus optatum. Tibi ergo laus, tibi gloria, tibi honor creatori & recreatori hominum Iesu Christe, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus per infinita secula seculorum, Amen.

Oleum ad sepulchrũ eius nascẽs morbidos sanat.

*Epistola beati Audoeni ad * Robertum Episcopum Parisiensem de vita S. Eligij.*

** Rodobertum.*

DOMINO sancto, & à nobis in charitatis vinculo iugiter amplectendo Roberto Papæ, Dado salutem. Vitam beati Eligij, quam nuper, frater charissime, descripsimus, per præsentem latorem strenuitati argutiæque vestræ * emendandam direximus. Quæsumus ergo, vt sepositis paululum curis exterioribus, studium illic adhibeas quantocyus: &, si quid forte aut mea, aut notariorum incuria in verbis, vel syllabis incompositum, aut minus aptum deprehenderis, iuxta prudentiam tibi collatam studiose emendes, nobisque demum emendata restaures.

** concertandam.*

Vide sancti Adoeni humilitatem.

Epistola Roberti Episcopi Parisiensis, qua beato Audoeno respondet.

DOMINO vere sancto, culmine Apostolico sublimato, mihique modis omnibus venerabiliter præferendo, domino & patri Dadoni, * Rodobertus peccator. Decreueram quidem gratificæ iussioni vestræ, venerabilis pater, obtemperare, nisi imperitiæ meæ prudentia vestra in dictandi studio tantopere obuiasset. Totum itaque volumen, quo vita sancti continetur Eligij, à summis ad ima vsque solerti, vt iusseras, cura quidem percurrens, nihil omnino, quod adijcere emendareque deberem, vsquam potui reperire: sed magis potius, quod admirarer, venerarer, præferrem & prædicarem. Et vt vera fatear, pinxisse mihi illic videris sanctitatis tuæ, imo beatissimi antistitis Eligij integerrimam formam, ita vt nihil prorsus defuerit ex cunctis sancti virtutibus, quod non potentatu verborum per singula inuestigaueris, ventilaueris, celsoque in sublime phareo sustuleris. Vnde equidem animo iam meo ex eius vbertate referto, exemplari etiam integerrimi voluminis fratribus mihique confecto, ipso demum volumine sanctitati vestræ remisso orationum vestrarum supplex quæso suffragium domine semper Dado.

** Robertus.*

F. Laur. Surius pio Lectori.

EQuidem libentissime, propter authoris reuerentiam, beatissimi Eligij vitam, sicut ab illo edita est, integram nihilque mutatam edidissem, candide Lector: sed cum eam ex quodam MS. codice describerem manu mea, & iam aliquousque progressus, viderem eam valde prolixam, nonnulla etiam subinde repeti, quædam etiam multis verbis fuse & copiose dici, quæ possent pauci comprehendi: temporis angustiis exclusus, & ne opus nimium excresceret, coactus sum nonnulla aliquot locis omittere, quædam contrahere, quibusdam etiam aliquam lucem afferre. Quæ cum sine styli mutatione commode fieri non possent, mutuus pleraque reddidi verbis meis, sed ita tamen, vt æquus lector facile id boni consulturus sit, cum nihil historiæ integritati detractum aut diminutum sit. Est autem ab eodem authore Adoeno etiam tertius liber scriptus de vita S. Eligij, sed illum omisi, quod non nisi Epitome sit eorum, quæ duobus hisce libris à nobis editis, continentur. Vale.

DE S. NATALIA, *cuius festum occurrit prima Decembris, quærat Lector in vita S. Adriani octaua Septembris.*

An. 300.

VITA S. OLYMPIADIS MARTYRIS, AB ANTONIO MARIA GRATIANO A BVRGO S. SEP. EPISCOPO AMERINO CONSCRIPTA.

I. DECEM.

Olympiades Christianos persequitur. Vide vitam S. Firminæ 24. Nouemb.

I. OLYMPIADES, quamquam (quod gestus in vrbe Roma consolatus declarat) nobili credatur genere natus, tamen plus nominis ei gloriæque constans in Christiana religione fides peperit, quam aut honorum, aut familiæ dignitas afferre potuerunt. Is, vt mos fuit Romanis consulares, exacto tempore magistratus, ad regendos socios dimittendi, eum Ameriæ circumiectisque populis præpositus à Diocletiano Imperatore esset, eius iussu Christianam nationem, late iam per Italiam diffusam, acriter insectabatur, & atrocitate suppliciorum, aut susceptum institutum, fidemque sacrorum deserere, & ad Romanorum Deorum cultum redire cogebat, aut omnibus tortos cruciatibus morte afficiebat. Nam Diocletianus incredibile dictu est, quanto in Christianos odio ferretur, quanta hauriendi Christiani sanguinis sitis inmitem, & crudelem animum eius teneret. Vt Romanorum Principum nemo maiorem per omnes prouincias innoxiorum, ac piorum hominum stragem ediderit; Nemo Christianam fidem pluribus, & clarioribus inuictæ, & constantis pietatis exemplis illustrauerit. In nullius denique imperio frequentiora, euidentioraque diuinæ potentiæ miracula conspecta sunt. Quorum haud scio an illud, vel maximum videri possit, quod tanta sæuitia, ac tam immani bonorum carnificina non solum, quod spectauit, sperauitque Diocletianus, assecutus non est, vt Iesu Christi nomen disciplinamque omnem opprimeret penitus, atque extingueret, sed inde vel maxima incrementa cœpisse Christianam Religionem, indeque vel latissime propagatam esse satis constat. Adeo humana consilia aduersus diuinam voluntatem nulla sunt. Olympiades igitur in perquirendis puniendisque Christianis impiæ Imperatoris sui voluntatis satellitem haud segnem agebat, ignarus prorsus quid de se diuina prouidentia statuisset, quæ non facere tantum martyres eum, sed etiam esse volebat, & ipsum mox supplicia, atque mortem pro ea fide subire ac perpeti, à qua tum alios supplicijs ac morte deterrebat.

Ex persecutore fit propugnator. Vide cap. 2. vitæ S. Firminæ.

II. Is à beata Firmina, quam metu legum primo, deinde coniugii sui conditione à Christianis institutis auertere conatus fuerat, Christianus factus, & infusu sacratæ aquæ rite expiatus, partim perspicuis, quæ in ipsius quoque corpore Deus edidit miraculis, partim sanctæ virginis oratione adeo firme Christianæ religionis fidem est amplexus, vt humanas res omnes præ Iesu Christi amore, atque fide despiceret, ac totum se diuinarum rerum studijs dederet; nec ignarus versuram mox in se omnem Diocletiani iram, ita se comparauit, vt nullum subire cruciatum, nullum perpeti supplicium pro fide, atque cultu veri Dei recusaret, ac mortem non iam in damno, sed in maximo lucro poneret, nec eripi sibi martyrio vitam, sed aditum ad veram sempiternamq; vitam aperiri existimaret. Quamobrem non contempsit solum denunciatas à Diocletiano sæuas minas, aut earum metu fugam latebrasque tentauit, sed vltro se quæstioni, atque iudicio obtulit.

Cap. 3. vitæ S. Firminæ.

Nam Diocletianus re audita, proditum se querens ab Olympiade, qui damnatæ disciplinæ vltor constitutus, sectatorem, fautoremque eius se præbuisset, miserat extemplo Ameriam è Consularium numero Megetium, qui atroces ab illo pœnas reposceret, nisi susceptam temere rationem deseruisset, pristinumque Romanorum Deorum cultum repetiuisset.

Sistitur Megetio Consulari.

Captus igitur Ameriæ à Megetio, & catenis oneratus ad tribunal, quod rei nobilitandæ causa in medio foro erectum erat, sistitur. In quo iudex Megetius astantibus Decurionibus magistratibusque Amerinæ vrbis, cum consedisset, primo quidem amice corripuit Olympiadem, quod vir spectatæ ad id tempus prudentiæ habitus, ac tantis honoribus functus tam temere se à muliercula induci in fraudem esset passus, & vindex custosque legum, sacrorumque, leges, sacraque polluere, & fidem Principi suo debitam, turpiter deserere sustinuisset. Monuitque eum vt quod muliebri fraude deceptus inconsulte admiserat, id matura ac salubri consilij, ac voluntatis mutatione corrigeret, eiurataque anili Christianorum superstitione, animum ad patrios Deos patrio more colendos, reciperet. Atque id si faceret, & fortunas suas, bonaque, quæ fisco iam quæsita erant, & honores quibus merito suo deciderat, saluos ei fore ostendit. At si insanire porro pergeret, vitam sibi in cruciatibus relinquendam esse statueret. Olympiades nihil eo sermone motus, & certus caducæ huius, atq; breuis vitæ abijciendæ, & in ipsam immortalitatem tota iam cogitatione, atque mente defixus, non solum ab cognito semel vero, discessurum se aperte negat, atque in eo persistat, sed stultitiam & vanitatem colentium fictos, & commentitios Deos vltro increpat. Nos ergo stulti miseriq; sumus inquit, Megetius ridens, qui vita, opibus, honoribus, gratia Principis fruimur, tu felix, & sapiens qui illis omnibus infatuatus vinius maleficæ puellæ præstigijs, spoliatus es tuis; simul afferri equuleum, quando verba contemneret, tortoresque acciri iubet; illum tamen hortari non destitit, vt dum integra omnia illi essent, pertinacia absisteret, & debitum patrijs dijs honorem tribueret, nec discindendum se, dilacerandumque tam leui de causa præberet. At sanctus martyr, cui humanæ iam res omnes sordebant, ab earumque sensu, animum penitus iam abalienauerat, ne responso quidem Megetij dicta insaniæ, atque impietatis plena, dignabatur.

In equuleo extensus excruciatur & facibus aduritur.

Equuleo igitur suspensus, cum hinc tormenti vi luxata membra diuellerentur, hinc flaminatis facibus, quas Megetius admoueri corpori iusserat, crudelissime comburerentur, suppliciorum acerbitatem futuræ beatitudinis spe facile vincens, mentem orationemque omnem ad Deum verterat. Et nunc suam indignitatem, sua flagitia, & grauia, quæ in eius sanctissimum numen admiserat facinora accusans, eorum veniam implorabat, nunc grates Iesu Christo agebat, quod se dignum duxisset, aut adeo effecisset, qui mortem pro eius nomine oppeteret, & qui martyres paulo ante insectaretur, martyrij gloria, coronaque decoraret. Atq; in hac oratione Calendis Decembris animam egit. Corpus eius abiectum Megetij iussu, beatæ Firminæ cura clam sublatum, ac in ipsius prędio apud Agolianum sepulturæ traditum est, vnde in hanc ipsam translatum Ecclesiam, cum ipsius sanctæ Virginis reliquijs ad hanc vsque diem sub altari maximo conditum religiose asseruatur. Ecclesiaque ipsa, & ciuitas in vtriusque martyris fide, atque patrocinio conquiescit.

Inuentionem & Translationem S. Martyris habes supra 24. Nouembris, post vitam & passionem S. Firminæ Virginis & Martyris.

An. 140.

VITA BREVIS S. PROCVLI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, VT HABETVR IN HIERONYMI RVBEI RAVENNATIS HISTORIOGRAPHI LIBRO primo.

I. Decem.

S. Proculus diuinitus eligitur Episcopus. Feliciter obit.

I. CALOCSRO Archiepiscopo, qui annum ætatis centesimum superabat viridi senecta, Proculus sextus subrogatus Rauennatum Archiepiscopus, ab columba præmonstratus, natione Syrus, cuius parentes ex Antiochia, vna cum D. Apollinare venerant. Qui cum ad Christi præcepta, vitæ suæ cursum accommodasset, iusteque cum fide vixisset, optime de Rauennati ecclesia meritus, deuexa iam ætate Calendis Decembris vitam cum morte commutauit. Sepultus ne apud Aderitum Calocerumque, an in D. Eleocadij, incertum.

num. Id conſtat, obijſſe ſub id fere tempus, quo Iginius, qui Teleſphoro in Pontificatu ſucceſſerat obtruncatus eſt.

ACTA S. HIPPOLYTI, EVSEBII, MARCELLI MAXIMI, ADRIÆ, PAVLINÆ, NEONIS, ET MARIÆ MARTYRVM, QVÆ EX MS. ANTIQVO CODICE VETVSTATE PROPE CONSVMPTO, A TEMPORIS EDACITATE vindicauit Illuſtriſs. Cardinalis Cæſar Baronius. Horum omnium Martyrum anniuerſaria dies, licet diuerſis paſſi ſint diebus, quarto Nonas Decembr. Eccleſiaſticis tabulis conſignata habetur.

An. 259.

I. VALERIO & Acilio * Conſulibus, Hippolytus ciuis Romanus Chriſtianus vitam ſolitariam agebat in cryptis: ad quem, ob Apoſtolicam eruditionem, quam plures confluebant Gentilium, qui, dantes nomen Chriſto, baptizabantur. Veniebat frequenter idem Hippolytus ad pedes Stephani Epiſcopi, ducens ſecum conuerſos Chriſtianos, vt baptizarentur: cumque id crebrius fieret, delatores ad Mummium * Vibis præfectum deferunt: is detulit Valeriano Imperatori. Id cum reſciſſet Hippolytus, retulit S. Stephano Epiſcopo. Tunc beatus Stephanus, collecta multitudine Chriſtianorum, cœpit monitionibus ſanctis, & eruditione ſcripturarum omnes imbuere, inter alia dicens: Filioli mei, audite me peccatorem. Dum tempus habemus, operemur bonum, & nobis ipſis: tamen primum moneo, vt vnuſquiſque tollat crucem ſuam, & ſequatur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui dignatus eſt nobis dicere: Qui amat animam ſuam, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam in æternum. Vnde etiam rogo vos omnes, vt non noſtri tantum, ſed etiam noſtrorum ſoliciti ſimus, vt ſi quis veſtrum habet amicum, aut propinquum Gentilem adhuc, non moretur eum ducere ad me, vt baptizetur. Tunc Hippolytus miſit ſe ad pedes beati Stephani Epiſcopi, dicens: Pater bone, rogo te, habeo nepotem meum, & germanam eius, adhuc Gentiles, quos enutriui: eſt autem hic paruulus annorum plus minus decem, puella autem annorum tredecim: horum mater Paulina dicta, & ipſa Gentilis: pater itidem nomine Adrias, qui aliquando prædictos ad me mittit. Tunc beatus Stephanus ei ſuaſit, vt, cum iterum mitteret, eos retineret; vt ea occaſione etiam parentes veniant, quos ſimul hortetur.

2. DECEM. — * *al. Lucillo.* — * *al. Maximum.* — *S. Stephani Papæ exhortatio ad Chriſtianos.*

II. Tranſacto biduo, prædicti pueri venerunt ad Hippolytum, cibaria quædam ferentes; quos ille retinuit, & id nunciauit beato Stephano Epiſcopo: qui veniens, amplexatus eſt paruulos, demulcens eos. Accurrerunt parentes ſoliciti pro filiis: quos allocutus eſt Stephanus de horrore futuri ac tremendi iudicii, & de gloria beatorum, hortans pluribus eos idola relinquere. Idipſum etiam fecit Hippolytus. Quibus Adrias pater, ſe ſpoliari bonis, & cædi gladio (quæ omnia parata erant iis qui ſe Chriſtianos dicerent) timere ſe ait: idipſum inculcauit ſoror Hippolyti Paulina; inuehens in Hippolytum, qui hæc ſuaderet. Erat ſoror Hippolyti Paulina religionem Chriſtianorum abhorrens. Cumque illos loquentes audiſſent, re tamen infecta, ſed non prorſus deſperata, receſſerunt.

Adriam & Paulinam ab idolorum cultu auocat.

III. TVNC beatus Stephanus, vocans ad ſe virum doctiſſimum Euſebium presbyterum, & Marcellum diaconum, miſit eos ad Adriam & Paulinam: quos in Arenarium vocauit, vbi erat Hippolytus. quos aduenientes hiſce verbis compellat Euſebius: Expectat vos Chriſtus, vt cum ipſo introeatis in regnum cœlorum. Contradicente autem Paulina, obiiciens gloriam mundi huius; pluribus inſinuauit illis gloriam regni cœleſtis, quam non eſſent aſſecuturi, niſi per fidem, in qua etiam baptizarentur. Paulina autem in ſequentem diem reſponſum diſtulit. Eadem nocte parentes quidam fideles adduxerunt ad Euſebium in Arenarium Pontianum filium ſuum paralyticum, petentes vt baptizaret eum: qui orans in eundem baptizauit: qui etiam vna cum baptiſmate ſanatus eſt; & ſoluto etiam vinculo linguæ, laudabat Deum. Tunc Euſebius obtulit ſacrificium, & participati ſunt omnes corpore & ſanguine Chriſti. Quod cum cognouiſſet Stephanus Epiſcopus, venit ad eos, & gauiſi ſunt ſimul.

Paulina tergiuerſatur. — *Pontianus paralyticus ab Euſebio baptizatus, membrorũ vigorem & linguæ vſum recipit.*

IV. MANE autem facto, redierunt Adrias & Paulina: qui cum ea accepiſſent de ſanitate pueri, mirati ſunt admodum, & corde compuncti ſternentes ſe, petierunt & ipſi ſe baptizari. Hæc videns Hippolytus, gratias agens Deo, dixit: Compleantur ſolennia, & interrogatio celebretur: ſi vere credant, & nulla trepidatio in corde eorum remaneat, vt baptizentur. Facta autem interrogatione, indixit eis ieiunium, & catechizauit omnes, & baptizauit eos in nomine Trinitatis, & poſito ſignaculo Chriſti, vocauit puerum Neonem, puellam Mariam: & obtulit pro eis ſacrificium, & participati ſunt omnes: & diſceſſit beatus Stephanus. Tunc iidem recenter baptizati, cœpere habitare in eodem Arenario cum Hippolyto, Euſebio presbytero, & Marcello diacono: bona autem, quæ in Vrbe habebant, erogauere pauperibus.

Adrias, Paulina & proles eorum baptizantur.

V. CVMQVE iam res vulgaretur, delataque eſſet ad Valerianum Imperatorem, ſtatim iuſſit illos inquiri, ſpondens eis, qui eos inuenirent, dimidium bonorum ipſorum. Tunc Maximus Commentarienſis hac vſus eſt arte, vt eos inuenire poſſet. Finxit ſe Chriſtianum eſſe ac ſtipe egentem: & veniens in Cælium montem ad Aream Carbonianum *, manſit ibi mendicans. Cum autem tranſiens cum ſociis Adrias eleemoſynas erogaret; Maximus volens experiri an ille eſſet, quem quæreret, ait: Per Chriſtum, quem credo, rogo vt faciatis miſericordiam ſuper egeſtatem meam. Tunc Adrias miſertus illius, iuſſit ſe illum ſequi. At dum intraret domum, Maximus corripitur à dæmone, & clamauit: Viri Dei, ego diuulgator ſum veſtri: video ſuper me ignem denſiſſimum: orate pro me, quia crucior igne. Mox illis orantibus cum lachrymis, & ſternentibus ſe, Maximus curatus eſt. Cumque eleuarent eum de terra, clamare cœpit: Pereant deorum cultores: ego baptiſmum peto. Duxerunt eum ad beatum Stephanum, qui illum erudiens, demum baptizauit: factuſq; Chriſtianus habitare voluit vna cum Stephano Epiſcopo aliquot diebus. Poſt multos autem dies requiſitus Maximus Commentarienſis, & non inuentus, nunciatur Valeriano, ipſum factũ eſſe Chriſtianum: qui miſſis aliis ex Scrinio in domum eius, inuenerunt eum proſtratum orantem: tenenteſq; duxerunt ad Valerianum. cui ille: Sic, inquit, cæcatus es pecuniis, vt promiſſionibus tuis me falleres? At Maximus, Hactenus, inquit, cæcus fui: modo illuminatus video. Quo lumine? inquit ille. Reſpondit Maximus: In fide Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tunc iratus Valerianus iuſſit eum præcipitari per pontem. Poſtea autem corpus inuentum Euſebius ſepeliuit in cæmeterio Calliſti, via Appia, decimo tertio Kalendas Februarias. Intra Catacumbas inuiſitur etiam hodie locus Maximi, ſublato corpore, titulo tantum ſuperſtite, vt notat Baron. anno 259.

Qua arte inuenti Chriſtiani. — * *al. Carbonariam.* — *Maximus Commentarienſis credit in Chriſtum & baptizatur.* — *Eius Martyrium.*

VI. POST hæc Valerianus, magna adhibita diligentia, miſit ſeptuaginta milites: qui inuentos Euſebium, Adriã, Hippolytum, Paulinam & filios, tentoſque adduxerunt ad Forum Traianum. Marcellus vero diaconus occurrens exprobrauit Valeriano, quod amici veritatis ab illo iuſſi ſint teneri. Tunc Secundianus Togatus dixit: Hic eſt Chriſtianus, ſicut & iſti. Intromiſſus primum Euſebius presbyter: interrogauit eum iudex: Tu es qui conturbas Vrbem? tamen declara nomen tuum. Tum ipſe: Euſebius dicor & presbyter. Tunc Iudex præcepit eum ſegregari, & intromitti Adriam: qui ingreſſus rogatus de nomine ſuo, dixit: Adrias: quæ requiris, vel tardius peruenerunt ad te. Tunc

Iudex

Iudex. Ex quo, inquit, iure tibi abundantia diuitiarum, & pecuniarum affluentia; vt seducas populum? Respondit Adrias: In nomine Domini mei Iesu Christi, de labore parentum meorum. Iudex dixit: Ergo si parentum tibi substantiæ relictæ sunt, tu ipsis vtere; & non ad subuersionem aliorum vti debes. Adrias dixit. Ad meam & filiorum meorum vtilitatem expendo, & integre & sine fraude vtor. Iudex dixit: Habes filios vel coniugem? Respondit: Hi sunt mecum extenati. Iudex ait: Introducantur.

Confessio[illegible] detrusi in carcerem.

INTRODVCTA est intra velum Paulina cum filiis Neone & Maria: sequebantur eos Marcellus diaconus VII.
& Hippolytus. Iudex dixit: Ista est coniux tua, & hi filii tui? Respondit Adrias: Hi sunt. Iudex dixit: Hi duo qui sunt? Ille beatus Marcellus diaconus: Hic autem frater meus, seruus Christi singularis. Tunc Iudex ad illos conuersus dixit: Dicite ex ore vestro, quo nomine vocamini? Respondit Marcellus. Dicor Marcellus diaconus. Iudex dixit ad Hippolytũ: Dic tu nomen tuũ. Hippolytus dixit: Hippolytus seruorũ seruus Christi. Tunc Iudex iussit Paulinã & filios segregari, & dixit ad Adriam: Diuulga thesauros; & cum iis quib. intromissus es, sacrificate, & viuite; alias citius exhalabitis animam, amittendo vitam vestram. Respondit Hippolytus: Nos amisimus vana consilia, & inuenimus veritatem. Dixit Iudex: Quæ consensio fuit amissionis? Respondit, vt proiiceremus vana idola, & inueniremus Dominum cœli, terræ, & maris abyssi, Christum Filium Dei, quem credimus. Tunc iussit Iudex omnes in custodia publica poni, & non separari: ductique sunt in custodiam Mamertini.[a]

[a] De carcere Mamertino consul. Notas Baron. ad Rom. Martyrolog. um. die 14. Mart. & Ss. Paulinæ Eusebii & Marcelli martyrium.

POST triduum, adhibito in consilium Secundiano & Probo, in Tellude sibi tribunal parari fecit: ibique omnia genera tormentorum afferri. Et introducto Adria, iterum quæstio habita est de pecuniis. Et non inuentis, aras [illegible] incendi ante Palladem: iussitque eos thus offerre. Qui omnes exspuentes * Iudicem deridebant. Tunc iussi spoliari, nudi extensi, fustibus cædebantur. Tunc beata Paulina, cum acrius cæderetur, reddidit Deo spiritum. Hoc videns Iudex, sententiam capitis dixit in Eusebium & Marcellum: qui ducti sunt ad Petram sceleratam [b], iuxta amphitheatrum, ad lacum Pastoris. ibidem decollati sunt beatus Eusebius presbyter, & Marcellus diaconus, decimo tertio Kalendas Nouembris. Corpora illorum relicta sunt canibus: corpus Paulinæ foras iactatum est: quæ cuncta alius Hippolytus, qui & diaconus, collegit, & sepeliuit via Appia, milliario ab vrbe, in Arenario vbi frequenter conueniebant. VIII.

* al. respuentes.

[b] De Petra scelerata consule Baron. ann. 191.

SECVNDIANVS post hæc suscepit Adriam & filios in domum suam cum Hippolyto, solicite perquirens de pecunia. Responderunt illi: Quod habuimus, in pauperes expendimus: thesauri nostri, animæ nostræ sunt quas perdere nullatenus volumus. Fac quod tibi præceptum est. Tunc Secundianus fecit torqueri filios. Ad quos pater inquit: Constantes estote filij. Qui dum cæderentur, dicebat tantum: Christe adiuua nos. Post hæc præcepit subiici tormentis Adriam & Hippolytum: eosque lampadibus præcepit inuri lateribus. Hippolytus dicebat: Fac quod facis. Secundianus dixit: Sacrificate, consensum præbete, dicentes, Facimus. Ille dicebat: Ecce epulæ sine corruptione. Cumque multa passi essent, dixit Secundianus: Cito leuentur e terra, & ducantur ad Petram sceleratam Neon filius & Maria soror, & necentur in conspectu parentis. Quo ducti, gladio cæsi sunt, iactataque ibi sunt corpora eorum. Quæ collecta à fidelibus, sepulta postea sunt in Arenario eodem vbi consueuerant conuenire, via Appia, milliario ab vrbe, sexto Kalendas Nouembris. IX.

Quæstio cum tormentis.

[c] Arbitrio Principis [illegible] Senatorum cogitus dicta, causa [illegible], sententias ferre [illegible] in templa.

SECVNDIANVS autem cum omnia renunciasset Valeriano; post dies octo iussit parari sibi tribunal in Circo Flaminio[c]: atque adduci ad se Hippolytum & Adriam vinctos catenis, & voce præconis clamari: Isti sunt sacrilegi, qui euerterunt Vrbem. Et cum introducti fuissent, Iudex de pecuniis rursus habuit quæstionem, dicens: Date pecunias, per quas vulgus ducebatis in errorem. Respondit Adrias: Nos Christum prædicamus, qui nos de errore dignatus est liberare, non vt homines occidamus, sed viuificemus. Cum videret Secundianus Togatus se nihil proficere, iussit maxillas eorum plumbatis diutissime * cædi, ac sub voce præconis dici: Sacrificate diis, thura incendentes: Tripodem enim cum thure illuc fecerat Secundianus portari. Hippolytus cruentatus clamabat: Fac miser quod facis, noli cessare. Tunc Secundianus cædentibus parci iussit, dixitque ad eos: Iam consulite vobis ipsis: ecce parco stultitiæ vestræ. Responderunt illi: Nos parati sumus omnia tormenta sustinere: & quod tu, vel Princeps iubet facturi non sumus. Retulit Secundianus ad Valerianum: qui eos iussit consumi citius in conspectu populi. X.

* al. diutissime.

TVNC Secundianus præcepit eos adduci ad Pontem Antonini, & plũbatis cædi diutissime vsq; ad consummationem eorum: cumque diutius cæderentur, emiserunt spiritum. Et relicta sunt corpora eodem loco, iuxta Insulam Lycaoniam[d]. Noctu venit Hippolytus diaconus Romanæ Ecclesiæ, atque sublata corpora Via Appia, milliario ab Vrbe, in Arenario iuxta corpora Sanctorum sepeliuit quinto Idus Decembris. Post menses nouem Romam venit fœmina Martha * nomine, Græca genere, vna cum filia Valeria, ambæ Christianæ, Adriæ & Paulinæ consanguineæ: cumque eos quærerent, nec inuenirent; audientes eos martyrio coronatos esse, gauisæ sunt vehementer. Et inquirentes de corporibus illorum, cum inuenissent; ibidem diebus ac noctibus vigilantes in orationibus permanserunt vsque ad annos tredecim, reddentes in pace spiritum Deo. Sepultæ ibidem sunt quarto Idus Decembris in honorem Christi Iesu Domini nostri, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen. XI.

Consummatio martyrii Sanctorum Hippolyti & Adriæ.

[d] Lycaonia dicta insula inter duos pontes sita, sic appellata quod ibi Iouis quoque Lycaonis templũ esset.

* al. Martana.

Sacra pignora Sanctorum Hippolyti, Adriæ, Mariæ, Neonis, & Paulinæ asseruantur Romæ in Ecclesia S. Agathæ in Suburra, vt vetus Ecclesiæ antiqua monumenta demonstrant, teste Baron. in not. Martyrolog. Rom. 2. Decemb.

DE S. AGERICO VIRDVNENSI EPISCOPO CARMEN FORTVNATI PRESBYTERI, QVEM QVÆDAM HISTORIA COMMEMORAT AB ILLO HVMANITER HOSPITIO EXCEPTVM FVISSE.

1. DECEM. AN. 550.

VRBS Virduna breui quamuis claudaris in orbe,
Pontificis meritis amplificata places.
Maior in angusto præfulget gratia gyro.
Agerice tuus quam magis auxit honor.
Plurima magnarum fudisti semina laudum,
Quæ matura operis fertilitate metis.
Tempore præsenti victum largiris egenis.
Vnde futura dies centuplicabit opes.
Dogmatis arcani reseras penetralia pastor:
Non solum dapibus, pascis & ore gregis.
Templa vetusta nouas pretiosius, & noua condis,
Cultior est Domini, te famulante, domus.
Egregios fontes sacri baptismatis exples,
Tam pia diuino fonte repletus agis.

S. Agerici liberalitas in inopes.

Instaurat & condit templa.

Candida syncero radias hæc aula sereno,
Etsi sol fugiat, hic manet alta dies.
Ad noua templa auide concurrunt vndique plebes,
Et tribuis populis plus in amore Dei.
Te solamen inops meruit, te nudus amictum,
Et solus cunctis potus & esca manes.
Felix qui meritis æterna lucis amator,
Tempore tam modico non moritura paras.

Aliud eiusdem carmen.

PLurima [illegible] elatum suspendit in æthera cursum,
Purus & igniferum spargit vbique iubar:
Effusis radiis totum sibi vendicat orbem,
Montes, plana replens, ima vel alta tenens:

Sic Præ-

Sic Præsul splendore animi cum sole coruscas:
Ille suis radiis fulget, & ipse tuis.
Agerice sacer, cuius sermone colente,
Ecclesiæ segetes fertilitate placent.
Terrenis rebus sterilis, fœcunde supernis:
Cuncta caduca negans, diues iure poli.
Illecebris mundus, mundi lasciuia repellens:
Nil cui subripuit carnis amarus amor.
Lubrica culpa perit, neque mors de crimine gaudet,
Cum tua delictis libera membra vides.
In templis habitando pius fis purus haberis,
Vt tua corda, pater, sint pia templa Dei.
Elegit in tali se Christus vase recondi:
Quam sibi purgauit, possidet ipse domum.
Non dolus in labiis, non sunt fera nubila mentis:
Syncera animus vernat in ore dies.
Doctiloquum flumen salienti fonte refundis,
Et sensus steriles voce rigante foues.
Ardua cœlorum pandis mysteria terræ,
Per quem plus Dominum scit, timet, orat, amat.
Dogmate diuino Præsul facunde triumphas:
Das pastor monitis, ne premat error oues.
Delicijs reficis, quas cœlum, arua, vnda ministrant,
Et satiat populos hinc cibus, inde fides.
Sumit pauper opem, tristis spem, nudus amictum:
Omnia, quicquid habes, omnibus esse facis.
Sic tibi longa salus maneat, licet inde futura,
Atque diu pastor pro grege vota feras.

Rebus pauper, diues virtutibus. Carnis amarus amor.

De hoc Sancto Gregorius Turonensis Hist. Francorum lib. 7. cap. 44. lib. 9. cap. 8. 10. 12. & 23.

VITA B. FRANCISCI XAVERII QVI PRIMVS E SOCIETATE IESV IN INDIAM MISSVS INNVMEROS HOMINES AD CHRISTVM CONVERTIT, IN VITA ET POST MORTEM VARIIS MIRACVLIS CLARISSIMVS AVTHORE Horatio Tursellino. Necdum tamen Canonizatus.

PRÆFATIO.

FRANCISCI XAVERII viri ad Indiæ potissimum, vltimique Orientis salutem nati, vitam omnibus sanctimoniæ notis insignem memoriæ prodere consilium est. Is quippe ex nouem Ignatij Loiolæ Parentis nostri discipulis primis extitit magistro simillimus: & in India, Iaponia, aliisque barbarorum regionibus, vel primus e Societate, vel plurimum laborauit, vt viam Indis in cœlum, sociis in Indiam aperiret. Ita qua insigne Societati decus attulit, quæ illustre sociis exemplum reliquit. Quocirca pulcherrimam eius in omni genere virtutum effigiem nostris hominibus proponi iam diu vniuersa Societas haud immerito expetebat. Quippe cum illustribus maiorum exemplis, quædam egregiis viris flamma crescat in pectore, quæ sedari non potest ante quam præstantem illorum virtutem expresseris imitando. Equidem videbam præcipua Xauerij facta aliorum historiis sane magnifice intexta; cæterum ægre admodum ferebam, amplius 35. annorum spatio neminem extitisse, qui omnibus ornatam virtutibus vitam proprio volumini mandandam censeret; tamque amplam ac frugiferam prouinciam aut alteri demandaret, aut sibi deposceret. Itaque nuper cum me & amicissimorum hominum sermo, & vero superiorum authoritas ad hoc opus inuitaret, haud quaquam abnui, ratus posse me, quod posse existimaret. Feci igitur non modo non inuitus, verumetiam libens, pro mea, erga XAVERIVM veneratione, vt succisiuis operis tanti viri memoriam proderem posteris, efficeremque, si quo modo possem, vt vir immortalitate dignus, quem viuere iure credimus in cœlo, in meis quoque scriptis, non tantum in Sociorum mentibus, viueret. Ac mihi quidem non tam humano quam diuino consilio fieri videtur, vt laboriosissima eius vitæ ratio eo potissimum tempore nostris hominibus expromatur, cum ex regionibus ab illo cultis maximas percipi fruges videmur animorum. Nuper quippe complures Iaponiæ Dynastas Regesque cum suis fere populis ad Christi religionem traductos, & in Sinas aditum, quem Satanæ calliditas vndique septum atque obuallatum tenebat, diuinitus Euangelij præconibus aliquando patefactam accepimus. Quod vtrumq; profecto secundum Deum XAVERIO potissimum acceptum referre debemus, qui nostris hominibus non solum ad illarum gentium conuersionem sese præbuit ducem, sed etiam procliue ac facile id negotium tradidit. Huius igitur ego vitam sane variam atque multiplicem scribere aggredior, voluntate vtique maiore quam facultate; nec tam satisfaciendi spe, quam studio obtemperandi. Cæterum simul Francisco deprecatore; cuius causa hic à me susceptus est labor, simul diuina obedientiæ vi subnixus, futurum spero, vt & vires animo, & conatus expectationi hominum, aliqua forsitan ex parte respondeant. Quod si assequi nequiuero; illud certe assequar, vt meo hoc qualicunque studio ad idem opus studia excitem aliorum. Me quidem, vtcunque erit, iuuabit paruisse optimo Parenti, & sanctissimi viri memoriæ, quantum in me fuerit, consuluisse. Perficiam enim fortasse, vt posteritas intelligat, cuiusmodi ex semente tanta in desertis illis locis nouorum Christianorum extiterit seges: ex qua nauus ille atque experiens agricola, qui flens mittit semina sua, retulerit cum exultatione manipulos suos. Etsi autem maioribus nostris magis cordi fuit præclara FRANCISCI facinora factis reprimere, quam mandare litteris; ego tamen ex iis quæ extant, quæque ad manus meas peruenerunt, duntaxat colligam certis comperta auctoribus, qui scilicet aut viderunt ipsi, aut ab iis, qui viderant, acceperunt. Ac de prima eius ætate pueritiaque pauca quædam exponam, quæ ex Martino Azpilqueta Nauarro, homine cum probitate tum doctrina inclyto, eodemque XAVERII cognato, atque olim familiari, & æquali, paucis ante eius obitum mensibus, ipse cognoui. Reliquæ autem vitæ facta familiares FRANCISCI ipsius, primo quidem, cum minus clara esset eius virtus, negligentius obseruarunt: deinde vero, vt illustrior esse cœpit, accuratius Lusitani Regis Imperio conquisita litteris prodiderunt. Quo factum est, vt non æque omnes eius vitæ partes virtutibus ac factis instructas haberemus. Nec dubito quin plerique, qui P. N. IGNATII cognouerint vitam, XAVERII tyrocinium, primaque illa efferuescentis virtutis opera, magna ex parte nota, minus iucunditatis præbitura sint festinantibus ad illa, quæ præclare gessit in India. Verum hos meminisse oportet, & ex illo tyrocinio XAVERIVM tantum Christi extitisse militem, nec oportuisse eius facta, quanquam iustis de causis narrata alieno loco, reticeri suo. Sed iam FRANCISCI Vitam ab eius genere, cuius permagna vis est in vtramque partem ordiamur.

[illegible] ... altera Nauarræ parte, quæ vergit ad Hispaniam, sub Pyrenæi radicibus, Xauerium castellum est situ & operis munitum, peruetusta ac gentilitia sedes Xaueriæ familiæ: vbi Francisci Xauerij incunabula hodieque visuntur. Castella quippe, gentis more, ferme nobilitas incolit. Et Xauerium haud procul ad nodum Pompelone abest vrbe Regia Nauarræ. Francisci maiores bellica virtute, eximiaque erga Reges suos fide, multa ac magna decora simul & præmia sibi ac posteris pepererunt, haud minus factis suis quam regis beneficiis insignes. Maternum genus in primis [illegible]rum, ac nobile: vtpote cuius antiquitas, longissima clarorum bello virorum serie, per plurimas deinceps ætates, [illegible]d dubiis testata monumentis, ab anno prope millesimo repetatur. Maternus auus Martinus Azpilqueta fuit, [illegible]rissimæ familiæ iam ad paucitatem redactæ propemodum stirps relictus, vir non maiorum gloria quam sua virtute cla-

Xauerium castellum gentilitium Xaueriæ familiæ.

te clarior. Is Ioannam Xaueriam, pari splendore ac nobilitate Virginem, spem item Xauerij generis, duxit vxorem. Ex ea Mariam vnicam filiam suscepit, stirpem ac spem familiæ vtriusque: vt duæ nobilissimæ pene Nauarræ totius familiæ in vnius ferme puellæ capite consisterent. Et fuit Maria egregia pariter forma ac pietate, tam excellenti [illegible] mine non indigna. (Parentes Xauerij.) Hanc Ioannes Iassus sibi matrimonio iungit, homo genere copusque, maxime vero doctrina & prudentia nobilis, idemque apud Ioannem Regem Nauarræ gratiosus in paucis, consiliique regii longe primus. Qui soceri hortatu ex Iasso castello paterno auitoque in Xauerium dotale castellum coniugis cum demigrasset, felicior quam socer matrimonio vsus, soceri magis consuluit genti, quam suæ. Pluribus enim ex Maria liberis (inter quos Franciscus hic noster fuit) genitis; grauis eius animus incessit cura, duas antiquissimas Nauarræ familias iam deficientes ab interitu vindicandi. Ergo statuit posthabito gentis suæ nomine (quanquam nec humili, nec obscuro) transmittere gentilitia coniugis suæ nomina liberis suis posterisque. Quocirca eius filij, paterno cognomine emisso, partim Azpilquetæ, partim Xauerij appellati. (Ann. 1497 incitca nascitur.) His igitur parentibus ac maioribus Franciscus Xauerius nascitur, Ioanne Rege Nauarræ, Innocentio VIII. Pont. Max. ANNO post Christum natum circiter M. CCCC. XCVI. Fratrum quidem natu minimus, sed, tanquam alter Dauid, summi parentis destinatione maximus. (Educatio.) Nec vero illi ad destinatum sanctitatis fastigium adiumenta vel diuina, vel humana, vnquam defuere. Ab incunabulis in sinu optimorum parentum educatus, pueritiam egit ex eorundem sanctissima disciplina: primamque eius ætatem soleis magistrorum cura iis artibus erudiuit, quibus ingenia ad summum excitantur decus. Erat in ea iam indoles animi, egregia corporis forma, constitutioque, magnum & acre ingenium studium literarum (vt est captus puerorum) nō vulgare. Nihil illo probius, nihil festiuius, nihil comius. Quibus ille rebus assequebatur, vt notis, ignotisque carus esset. (Virginalis pudicitiæ. Cant. 2.) Nec mortalibus eodem tempore carior fuit quam cœlestibus. Vel illud argumento est, quod in tanta affluentia rerum, iuuentæque licentia, præclara specie habituque corporis adolescens, pudore cupiditatem frenante, sui potens fuit: singularique Dei beneficio virginalis integritatis florem intactum illibatumque seruauit: vt cœlestis ille sponsus, qui pascitur inter lilia, iam tum videretur certam in eo sedem sibi delegisse. Acuebat, vt fit, castimonia ingenium, animumque ad sapientiæ satus accipiendos, tanquam purum solum, diligentius præparabat. (Doctrinam armis anteponit.) Igitur contemptis militaribus fratrum vocibus ad domesticum armorum decus reuocantium, institutum tenuit: ac siue recenti patris exemplo incitatus, siue scientiæ dulcedine delinitus, siue etiam diuino instinctus afflatu, doctrinæ gloriam bellicæ prætulit laudi. Sed interuenit rectissimis studijs auitum malum, honorum cupido. Etenim (vt eximia nobilitas fere auida est excellentiæ) cum illa ipsa puerili disciplina ingentes hausit spiritus: cœpitque nixus ingenio magna quædam & alta spectare, vt familiæ decus, quod amplum a maioribus acceperat, maius & auctius posteris suis traderet. Decreuit itaque maximarum artium præsidia, quæ ad dignitatem opesque augendas viam facerent, sibi parare, consilio specioso magis quam salubri.

(Academia Parisiensis.)
II Erat illis temporibus Parisiensis Academia non solum vetustate famaque sapientiæ inclyta; sed etiam ob magistrorum præstantiam, diuturnitatemque pacis, maxime celebris, acerrimis vndique ingenijs eo confluentibus, vt inde referrent eruditionis eximiæ famam. Franciscus ergo haud scientiæ auidior quam gloriæ, vt primum satis imbutus literis sibi visus est; Lutetiam ipse quoque iter intendit. (Collegium S. Barbaræ. Studet Philosophiæ Parisijs.) Quo vt primum peruenit, in Collegium S. Barbaræ doctoribus iuxta discipulisque florentissimum adscriptus, totum se Philosophiæ tradit, facilius deinde ac totius operam diuinarum rerum scientiæ daturus. Magno incepto adhibet maximarum rerum effectricem constantiam. Non illum assiduus frangebat labor: non ludus intempestiuus, non voluptas, cæteræque lubricæ ætatis pestes aut auertebant ab instituto cursu, aut retardabant: contraque in tanta Gymnasij frequentia, præstantium ingeniorum æmulatio, maximum studiorum incitamentum, cupidam excellentiæ mentem acerrime stimulabat. Itaque conatui respondit euentus. Philosophiæ cursu vt constanter, sic feliciter confecto, non doctrinam sibi modo, sed doctrinæ etiam decus peperit. (Aristotelē Parisijs publice interpretatur.) Namque Gymnasij moderatoribus industriam cum egregie probasset suam; de more philosophici magisterij laurea & insignibus ornatus est: Philosophiæque insuper tradendæ præpositus, Aristotelem Parisijs publice, nec sine laude, aliquamdiu explicauit. Inde animo à naturalibus rebus ad diuinas verso. (Studet Theologiæ.) Theologiam persequitur eodem vel animi ardore, vel tenore vitæ. Inter hæc Franciscus tuendæ inter æquales, vt fit, nobilitatis & dignationis auidus, extra modum sumptu prodibat. Mouit ea res Ioannem Iassum patrem, vt de illo domum reuocando agitaret. (Vaticinatio de eius Apostolatu in nouo Orbe.) Erat Xauerij soror maior natu Gandiæ (vrbs est Hispaniæ nobilis) antistita sacrarum virginum, quas ob summam vitæ asperitatem, Discalceatas appellat, virgo sanctimonia insignis. Hæc patris consilium odorata, &, quantus tandem vir Franciscus esset futurus, edocta diuinitus, Iassum patrem impense monuit, vt Francisco Parisijs ingenium maximis artibus excolenti affatim suppeditaret omnia; nec sumptui parceret, etiam si domesticas in eam rem opes exhauriri oporteret: quippe illum à Deo noui Orbis vltimique Orientis Apostolum destinatum. Extant hac, quas dico, literæ in Xauerio castello testes vaticinationis, quam suo deinde tempore comprobauit euentus. Igitur Iassus filiæ, cuius eximiam sanctitatem exploratam habebat, prædictione erectus, necessario subinde sumptus Francisco abunde subministrauit. Cæterum dum Xauerius dignitatis magis quam salutis memor, studia scientiæ diuinæ ad humana refert præmia, inanibus eius contentionibus, cœlestis vis interuenit: hominemque auidum gloriæ, ad gloriosius piæ sanctæque vitæ curriculum aliquando traduxit. Versabatur Franciscus (vt paulo ante diximus) in Collegio S. Barbaræ, Contubernalem habebat Petrum Fabrum Allobrogem, virum ingenio quam genere nobiliorem. Eodem tempore Ignatius Loiola (is qui postea Societatis IESV parens & auctor fuit) studiorum optimarumque artium causa Lutetiam profectus, ad Philosophiam primum, inde ad Theologiam applicuit animum. (Familiaritas eius cū Ignatio.) Igitur vt in Fabrum Xaueriumque incidit, contraxit eos celeriter (vt fieri solet) ingeniorum studiorumque similitudo. Demum Ignatius ab eisdem in contubernij vitæque societatem benigne receptus, gratiam vtrique bene cumulatam retulit. Eximia quippe in ambobus indole ingenij animaduersa, amborumque sensibus perspectis, paulatim eos officijs delinire, (Ignatii monita) salubribus præceptis pro re nata excolere, atque ad Christianæ vitæ perfectionem allicere cœpit. Reputarent secum non ad breuem hanc & miseram vitam natum esse hominem immortali [illegible] præditum; sed ad sempiternam illam beatamque: & meminerint, quæcunque oculis cernerent, mortalibus non tam [illegible] fruendum vtendumue tradita, quam proposita ad cognoscendum diligendúque Deum, æternis bonis ac propria [illegible] duca & commodata ducerent leuiora. (Matth. 16.) Quid enim prodesse homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero [illegible] detrimentum patiatur? Iam si ipse Dei Filius certissima salutis præsidia reliquisset hominibus, quod tandem consilium esse, sine his munimentis inter infesta hostium tela versari? Quocirca subinde, & (si ipsum audirent) octauo [illegible] que die Sacramentis, Confessionis & Eucharistiæ, animum salutemque suam communirent: quippe cœlestibus h[illegible] tectos facile hosti resistere, nudos iugulum dare. Eadem monita haud iisdem ab vtroque auribus animisque audiri. Faber, qui humanum nihil magnopere expeteret, auide arripuit: at Franciscus, animo amplitudinis cupidine occupato, penitus exclusit. Erat Xauerio viuidum, sed tractabile ingenium, nisi naturam mala consuetudo corrumperet. (Xauerij ferociam Ignatius permulcet.) Itaque ingenti spiritu iuuenis proterue procaciterque obloquens vltro Ignatij dicta, ipsumque Ignatium carpere, pietatemque eius egregiam petulantius interdum illudere. Ille contra iuuenili ferocia exultantem obsequijs omnibus permulcere. Nec frustra. Vicit denique patientia peruicaciam. Xauerius (vt erat generosus ac nobilis) paulatim

tanta

tanta moderatione ac facilitate mitigatus, respexit primo quem exagitarat: ad extremum diuino tactus Spiritu [illegible] [illegible] regendum gubernandumque tradidit. C[illegible] rum magis refert, quam vacuo liberoq; animo ad D[illegible] cedas. Fabrum quidem rerum mortalium contemptorem, vt quadriennium iam ex Ignatij præscripto sacra [illegible] rialsq; [illegible] ntantem, haud ægre pellexit cœlestis vitæ dulcedo, vt Christum ducem expeditus miles sequeretur. At Xauerius, vt qui adhuc imaginarijs honoribus, speiq; suæ indulgeret, quanquam idem vitæ genus amplexus, tamen Spiritui sancto obstinate resistebat; quo minus Christum ducem secutus: egrederetur ad eum extra castra, eius improperium portans. Iuuenis cætera pius ac facilis, ab hac vna parte durus erat. Eo impensius illum Ignatius flens deprecabatur à Deo: nec incassum missæ preces. Tandem assiduis eius lacrymis animus Francisci mollitus flectitur: tristitiaque diuinitus ingenti salutis cura, aliquando colligit se: & quæ in vtramque partem hinc cupiditas, hinc pietas subijciebat, inter se conferre & æstimare tacitus cœpit. Vocantem Deum audiam, nudumq; Christum nudus sequar? At durum vitæ genus & abiectum erit subeundum. Dei voce contempta, vitæ splendorem meumq; retineam institutũ? Enimvero periculum est, ne si, vocante Deo, tenuerim; iratus ille in meo interitu rideat. Qui tandem crucis acerbitatem probrumq; perferre potero? Quid igitur? malimne aggregari inimicis crucis Christi, quorum finis interitus, & gloria in confusione ipsorum? Quo ore notorum oculos, quibus auribus sodalium feram voces? At sermonibus hominum ab honesta beataque vita reuocari, summæ non modo leuitatis est, sed etiam dementiæ. Quid? inopinatus hic nuncius quam acerbum cognatis & parentibus inuret dolorem? Parentumne aut cuiusquam mortaliũ amor me plus quam mea salus, plus quam Dei Christiq; ipsius caritas tangat? Talibus curis in diuersa trahentibus, anceps ac dubius nutabat animus. Diebus aliquot inter has cogitationes absumptis, ad vltimum pertinacia victa est, vrgentiq; Deo manus dedit. Exemplo in contrarium mutatus aspicere cœpit in auctorem fidei, & consummatorem Iesũ, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Ac primum quidem, quo adminiculo erectus erat, eodem innixus Ignatio stetit. Inde quasi ab secunda origine lætius ac felicius renatus, egregios Christianæ virtutis edidit fructus, Ignatij iam similior quam sui.

Hebr. 13. — Francisci deliberatio de vitæ ratione mutanda. — *Philip. 3.* — *Hebr. 12.*

III. NAM breui ardentius sui abiectionem & crucem quæsiuit, quam dignitatem antea & honorem quæsierat. Id adeo proprium est ferme præstantium ingeniorum, vt quamcunq; in partem se dederint, eo toto animo ferantur impetu. Francisco itaq; sanctitatis palmam petenti, prima (vt assolet) orta est pugna cum corpore. Cum caro concupisceret aduersus spiritum, edomandum sibi esse corpus statuit, ne illius retractio peruicaciaque Christianæ perfectionis cursum moraretur. Quocirca vsitatas inediæ, verberum, ciliciorum asperitates, velut cupiditatum moderatrices, delictorumque vindices, non minus sæpe quam auide tum florente ætate adhibuit, tum in omni vita. Et fortitudinis eius indoles inter primum nouæ militiæ rudimentum haud leuibus se prodidit argumentis. In campo suburbano adolescens, inter æquales gregalesque suos, saltu (vnus hic ludus cordi fuerat) libenter se impigreq; exercens, aliquando corporis agilitate, qua reliquos longe anteibat, nimium sibi placuerat. Igitur vbi resipuit, leuem noxam, minimeque diuturnam, vindicauit grauissimo multorum dierum supplicio. Dies quippe aliquot continuos exegit, noxijs membris funiculo non sine acri dolore constrictis. Eodemque tempore animi quoque elationem expiandam ratus, assidua rerum piarum meditatione exercuit mentem, vt pœnæ magnitudo in posterum & animum cohiberet & corpus. Nec minus ad mentem excitandam, quam ad culpam eluendam, iuueniles domuit motus. Inter ipsas humanarum diuinarumque rerum pias commentationes (quæ exercitia spiritualia vocamus) cum nimis effrænatam ac retractantem corporis vim fame debilitare atque comprimere conaretur, peruincendi studio prouectus est longius: quatuor dies totos cibo abstinuit, audaci quidem incepto, verum nõ improbo: quippe quod tyrocinij ipsius, ætatisque feruor excuset. Nulla vtiq; res est nec difficilior, nec efficacior ad virtutem, quam sui ipsius victoria: vt autem in medio ardore certaminis modum nunquam excedant tyrones, optandũ magis quam sperandum est. Quocirca Xauerius secum assidue certans, ac semet vincens sedulo, in dies & fortior seipso fiebat, & melior. Præcipue adiumento erat crebra ac pia Christi cum vitæ mortisque, tum vero eximiæ illius caritatis meditatio, maximum diuini amoris incitamentum, Christianæque virtutis. Quo plus materiæ ea commentatio addebat diuinæ caritati, hoc magis in Francisci pectore exardescebat humanæ salutis ac martyrij cupido. Eo demum res euasit, vt Dei Filio, qui suum caput pro eius salute deuouisset, inuicem totum se pro ipsius gloria, & salute hominum, in perpetuum deuoueret. Ergo vt nulla eum res à caritate Christi separaret, Ignatij hortatu, simul cum socijs, qui tum erant numero nouem, palam statuit certis se Deo votis obstringere, quibus peteretur martyrij decus. Anno igitur huius seculi XXXIV. huic negotio dicunt ipsum diem Assumptioni sacrum B. Mariæ, eam scil. promissorum suorũ & testem & præsidem habituri. Is dies vbi venit, in ædem suburbanam, cui Mons Martyrum nomen est, (vt locus ipse accensam martyrij cupiditatem inflammaret) ardentibus diuturna meditatione animis coeunt. Ibi sub sacrificiũ Missæ, diuinasq; epulas, gaudio alacres, votis nuncupatis, Deo dicant sese. Votorũ summa fuit, vti confecto Theologiæ curriculo, rerum omnium possessione exuti, in paupertate perpetua, diuinæ gloriæ inseruirent, salutiq; animorum: vt ad certam diem Hierosolymam nauigarent, operam Turcarum conuersioni vel cum aperto capitis periculo daturi. Si quis forte casus id consilium impedisset, anno circumacto, Romã contenderent: suamq; operam Põtifici Max. ad animorum salutem atq; auxilium, sine vlla temporum locorumue exceptione, nulla facta viatici aut subsidij mentione, deferrent. Votorum nuncupationem nouus, sed pius eadem vota sępius instaurandi mos excepit. Vt crebra veterum votorum instauratio innouaret eorundem memoriam religionemq; non eo solum anno hæc fecere vota, sed eadem, quamdiu Lutetiæ studiorum causa fuerunt, quotannis eodem die, loco, cæremonia, pari cum alacritate fructuque renouarunt. Cæterum Xauerius hoc auidius id per semetipsum identidem vsurpabat, quo certius experiebatur frequenti votorum renouatione mentis suæ sicut aquilæ iuuentutem renouari. Atq; hæc quidem tanta perfectæ virtutis cupido nihil interim studio eruditionis officit. Sed incidit tempus, cum Franciscus haud dubie ostenderet, sibi Christi militiam, cuius gratia iam rerum scientia quærebatur, discendi studio esse potiorem.

Mortificationes. — Agilitas corporis. Membra funiculo perstringit. — Quatriduũ inedia traducit. — Sui victoria. — Christi vitæ mortisq; meditatio. — Anno 1534. — Votis se Deo obstringit. — Annua instauratio votorum. Frequens votorum renouatio.

IV. PAVLVLVM iam aberat à meta Theologiæ, cum ei in Italiam demigrandum fuit. Conuenerat iam inter Patres, vt ad dictam diem (is dies erat ad 8. Kalend. Februarias anni M. D. XXXVII.) Venetias ad Ignatium, qui eo certis de causis antecesserat, se pariter conferrent. Interea dum præstituta profectioni expectatur dies; Carolo Cæsare contra Gallos arma ferente, ingens in Gallia bellum exarsit: qui casus constitutum iter maturauit, omissa Theologici cursus conficiendi cura. Ægre scilicet Xauerius, sed tamen sapienter, eam iacturam tulit, haud pulchrius ratus doctrinæ studia Dei causa persequi, quam relinquere. Idibus ergo Nouembris, alienissimo anni tempore, rebus omnibus, præter viaticum, & scripta, vti vouerant, in pauperes distributis, ex composito simul & socijs dat sese in viam. Itineris ratio erat talis. Vestitus plebeius obsoletusq; suus cuique baculus & scortea, pauperum videlicet peregrinorum ritu B. Mariæ Corona, Catholicæ religionis inter hæreticos index, è collo suspensa præferebatur: mantica scriptorum custos pendebat ex humero. Solenne erat, ad vires animosque ex viæ laboribus recreandos, cęlesti pane, vnico ærumnarum solatio, refici quotidie. In exitu diuersorij committere se Deo, in introitu gratias agere. In ipsa via commentari primum aliquamdiu de diuinis rebus, deinde cum comitibus colloqui. Itineris laborem ac molestiam canendis inuicem hymnis, psalmis, canticisque spiritualibus identidem leuare. Hoc potissimum modo per

Anno 1537. — Theologiæ cursum abrumpit nõ procul a meta. — Itineris ratio.

[illegible] Romanum, belli [illegible] d[illegible] inand [illegible], Italiam pe[illegible] [illegible] nas [illegible] et. Et quanquam pedes [illegible] nequaquam [illegible] frigida [illegible] tamen ad [illegible] longinqua in ardor[illegible] [illegible] & [illegible] Accedebat [illegible] [illegible] asperitatem, voluntaria quædam [illegible] corporis afflictatio: tantum animi ad [illegible] f[illegible] Antequam [illegible] exercendi, huc edomandi corp[illegible] [illegible] iampridem [illegible] habebat funiculi: quiniam ob [illegible] in d[illegible] corpus a[illegible] intumescente circum carne, artus fœdum in modum laccrabant [illegible] amor [illegible] [illegible] vt via non minus longam quam asperam [illegible] pedibus, d[illegible] sibi tam [illegible] vincula. [illegible] ad [illegible] sponte [illegible] bum acc[illegible] fuisset [illegible] difficile, nec [illegible] ad [illegible] plurimum. Ille tamen non in suscipiendis quam in perferendis ærumnis fortior, sp[illegible] to non solum d[illegible] dolore perg[illegible]bat. Quippe eas similiter, vt cæteras quas expertus erat corporis vex[illegible], [illegible] vsu & consuetudine mitigari. Cæterum cum non modo in dies, sed in horas [illegible] atrocitas [illegible] carnificinæ, fœditcia in solitudinem versa, non ille quidem animo, sed viribus deficere cœpit. Ad extremum igitur, postquam nec d[illegible] vltra vim poterat [illegible] necessitate [illegible] socios [illegible] sibi [illegible] quidem præ [illegible] fatigatione eo redactum, vt non valeat iam mouere vestigium. [illegible] hominis [illegible]: inde vbi pallor [illegible] suffusus intestini mali magnitudine [illegible] de [illegible] [illegible] quid tandem accidetet noui. Tum Franciscus recepto paulisper spiritu, qu[illegible] dolor, ne [illegible] totam vigentibus aperit. Quod [illegible] eius [illegible] palam vicem dolentes, clam [illegible] quam commodissime interquiescat, quoad parumper vis tanti remittat mali. [illegible] satis [illegible] vires [illegible], & [illegible] pedetentim eum ad proximum hospitium deferunt, consilium [illegible] adhibent: [illegible] vmbra [illegible] contemplatus, leuere pronunciat, vincula iam d[illegible], [illegible] vlcera tamen effecisse talia, vt d[illegible] [illegible] Ignet [illegible] morbus artem, morbi causa consuetudinem vincebat [illegible] d[illegible] ad vltimum parum prosperæ curationis euentum veritus, nullis Francisci [illegible] sociorum precibus [illegible] potuit, vt ægris membris tanto cum periculo admoueret manum [illegible] non modo [illegible], sed [illegible] [illegible] Patris solicitudo incessebat, anxios non de Francisci tantum salute, sed de [illegible] [illegible] magno cum [illegible] incommodo inte[illegible] [illegible] socij comit[illegible] [illegible] Francisco haud [illegible] socij [illegible] causa hæc [illegible] cura, quam fuit. Ergo [illegible] humana op[illegible] ad [illegible] si, cœlestem medicinam pro se quisque supplicitet implorare, superosque omnes deprecatores adhibere. Nec [illegible] catio irrita fuit. Suppleuit medici vicem Deus, & desperato [illegible] subito medicinam. [illegible] die mane Franciscus surgens reperit funiculos omnes disfractos excidisse: tumorem [illegible] omnem [illegible] mali atrocitatis, [illegible] mali, [illegible] vestigia, [illegible] Tum [illegible] admirabundus, [illegible] mag[illegible] lætus [illegible] Numinis [illegible] voce gratulari. Accurrunt socij noui lætitiæ causam [illegible] omnes haud dubio miraculo obstup[illegible] certatim laudes [illegible] Deo [illegible] & tendentes ad cœlum manus, manant [illegible] præ gaudio lachrymis, præ[illegible] cœlestis [illegible] exim[illegible] tempore articulo benignitatem efferre cœperunt. Inde [illegible] itinere, [illegible] læti, [illegible] [illegible] Domino [illegible] accendunt. Ac toto illo itinere, vt semper antea, Francisci præcipuum [illegible] sociis, [illegible] studium & alacritas extitit. Nam cum omnes inter se sum[illegible] hoc vnum [illegible] officijs [illegible] certarent; Xauerius siue animi ardore, siue [illegible] comitate, [illegible] [illegible] vincebat. Nec plus [illegible] commoditate [illegible], quam in aliorum salute curanda, sedulitatis erat ardorisque [illegible] proximos [illegible] monitis, exemplis iuuandi, arripiebat eam auide [illegible] etiam [illegible] Neque is labor inanis fuit. Catholicorum plures ad honestam vitam [illegible] nonnulli hæreticorum ad sanitatem viamque veritatis [illegible] [illegible] sociis tra[illegible] vestig[illegible] pressa, quæ [illegible] Catholicis etiam exemplo forent. Itaque sæpe [illegible] venit, vt hæretici [illegible] non [illegible] capti, commercij [illegible] locorum difficultates, itineris duces, vbi opus erat, semet sua sponte præberent. Adeo vera ac germana virtus enitebat, & [illegible] monet [illegible]. Franciscus [illegible] omnibus viarum incommodis ac periculis [illegible] superis mortalibusque fauentibus, ad vj. Idus Ianuarias anni insequentis incolumis vna cum comitibus Venetias peruenit. Ibi Ignatium Loiolam reperit, dulcissimos socios [illegible] auidissime opperientem. Sequuntur [illegible] salutationes lætissimæ, complexusque [illegible] Societatis mos, summæ beneuolentiæ indices. Ea lætitia [illegible] laborum memoriam abstersit omnem.

COMMVNI iam in consilio Patres decreuerant proficisci Romam, vt a Pontifice Maximo peterent [illegible] tem [illegible] Hierosolymis, Euangelijque prædicandi. Placuit igitur [illegible] [illegible] gere, Venetijs quasi tyrocinium [illegible] militiæ ponere. Ergo Patribus publica valetudinaria [illegible] inter se [illegible] ægrotorum insanabilium curatione, [illegible] ipse [illegible] popul[illegible] [illegible] prouinciam gessit, quam expetiuit [illegible] & [illegible] consolans, perditos cœlestis vitæ [illegible] spes [illegible] dos, omnes ad patientiam, ad [illegible], sanctitatemque vitæ [illegible] mores quacunque [illegible] sanabat. Adhæc facilius [illegible] animus [illegible] corporibus, ipsemet valetudinariorum cubicula [illegible], lectos sternere, purgare sordes, [illegible] quæque [illegible] Christianæ [illegible] rudimenta, [illegible] mortuos demque ipsos [illegible] ablutos [illegible] sepelire. Inter hæc munera [illegible] quædam [illegible] ex eius vultu [illegible] oculis eminebat: Christum ab illo in affectis [illegible] [illegible] quodammodo, [illegible] operam, crederes. Gerebantur hæc in luce celeberrimi valetudinarij [illegible] [illegible] tam insolita alacritate atque lætitia, vt multis ad nouæ rei famam concurrentibus, spectaculo Francis[illegible] [illegible] non Deo solum & Angelis, sed etiam hominibus: vtique cum eius in affectos [illegible] B. Rochi (cuius nomen ab [illegible] huius generis benignitate Venetijs celeberrimum est) [illegible] renouaret memoriam. [illegible] ergo Xauerius, quantum poterat, oculos hominum, Patri cœlesti, qui videt in abscondito, placere cupiens. Grati[illegible] [illegible] spectaculum eius virtus superis præbuit. Ægrum nactus [illegible] tabe confectum, hoc impensius ei ministrare instituit, quo magis ab illo abhorrebat animus natura [illegible] delicatus. [illegible] ibi pugnas [illegible] nobilesque de se tulit victorias. [illegible] ratio contumaciam naturæ [illegible] horrorem virtus diuina [illegible] vigebat tamen interdum vlcerum fœditas grauitasque odoris adeo [illegible] (vt assolet) animus [illegible] [illegible] Non se [illegible] dæmonis siue naturæ dolus sed [illegible] Xauerius [illegible] [illegible] caritatem, sibimet infensus, suamque animi mollitiem increpans, [illegible] atque illud [illegible] animi fastidium penitus cauere statuit. Nec mora: [illegible] Christi caritate pectus, &, S. Cath[illegible] Senensis

Voluntaria in mite corporis afflictatio.

[illegible]

Ex curato [illegible] de[illegible] medico

Diuinitus repente sanatur.

Ministrat [illegible]

In via proximos iuuat.

Hæreticorum [illegible] mittigat.

Anno 1538 Venit Venetias.

Venetijs dat operam valetudinariorum [illegible] bilium.

[illegible] Vincendo præcipua cura [illegible]

V.

S[illegible] exemplo, manantem ex vlceribus saniem semel atque iterum vnicus sui victor exsugit: eximia virtus diuinitus eximio donata est præmio. Hæc victoria non modo illum in præsens sui potentem fecit, sed etiam in omne tempus, aduersus vlcerosos & elephantiacos eius muniuit animum. Morbos enim quorum cæteri vel aspectum ipsum horrere solent, ipse deinde cum voluptate tractauit, non tantum sine molestia. Tanti refert ad animi libertatem vel semel semet egregie vincere. Quocirca in omni Francisci vita, & perpetua omnibus in rebus sui victoria enituit, & benignitas in pauperes ægros singularis. Hoc tyrocinio imbutus, curas omnes ad destinatam animo expeditionem intendit. Vere primo nullam moram interponendam existimarunt Patres, quin quamprimum Romam, vti nouerant, ad Pontificem Maximum adirent. Erant tum imbres maximi, itinera admodum lutulēta: & aderant solennia Quadragesimæ ieiunia, religiosis viatoribus haud sane commoda. Verumne rem Deo gratissimam minus gratam cunctatio faceret, tanta fuit apud omnes voti religio, vt dum ieiuniorum tempus præteriret, dum idonea tempestas vias lacunis & voraginibus teterrimas aliqua ex parte siccaret, dum vernæ remitterent pluuiæ, neutiquam censuerint expectandum. Adeo non sibi vota, sed se votis accommodabant. Itaque inita Quadragesima, omnes pariter Romam ire maturāt. Ad superioris itineris paupertatem hoc accessit, vt sine viatico omnes viæ simul ac diuinæ prouidentiæ committerent se. Porro in itinere vetera illa instituta perpetuo retinebantur, atque hoc amplius, quoniam id temporis erat, etsi pedestres viatores necessarij itineris labor, cibusque parce emendicatus plurimum vexabat, tamen rite quotidie ieiunabatur; nullusq; omnino capiebatur cibus, nisi emendicatus: vt dubitari possit, vtrum maior imperati ieiunij religio fuerit, an Euangelicæ paupertatis. Nec piorum hominum fiduciam vlla ex parte Dei prouidentia frustrata est. Magnis imbribus grauique tempestate vexati, procedere tamen quo destinarant perseuerantes, lutulentas in primis ac lacunosas eo potissimum anni tempore Longobardiæ vias pedibus sine vllo grauiore incommodo peruasere. Interdum autem vsu venit, vt frustulo duntaxat cibarij panis sumpto maximo imbri, campis longe lateque stagnantibus (vt alicubi vix summo pectore extarent) millia passuum vno die prope xxx. nudis conficerent pedibus, non æquo solum tranquilloque animo, sed hilari lætoque. Demum illos Deus necessarijs subinde rebus ac viribus suppeditatis, precario victu, periculisq; itineris defunctos, quo intendebant, saluos incolumesq; perduxit. Romam vbi ventum est, nihil eis potius fuit, quam vt limina Apostolorum adirent, sanctissimisque vrbis atque omnium gentium patronis salutatis, communem per eos causam enixius commendarent Deo. Exinde tantorum Præsidum patrocinio & gratia freti, ad Christi vicarium (is tum erat Paulus III. ex inclyta familia Farnesia, vir consilio prudentiaque longe clarissimus) aditum sibi quærere cœperunt destinata petituri. Erat Romæ eodem tempore Petrus Ortizius Hispanus, Cæsaris procurator, homo summa auctoritate patiq; humanitate præditus: à quo ad Pontificem introducti atq; vltro etiam commendati, benigne comiterq; ab eo accipiuntur de more ad osculum pedis. Inde periclitandæ eorum doctrinæ, gratia ad Philosophicas Theologicasq; disputationes super mensam (vti optimi Principis consuetudo ferebat) non semel adhibentur. Quo in genere cum omnes, & Franciscus in primis, egregium, qua eruditionis, qua modestiæ specimen dedissent; editis de Hierosolymitana profectione postulatis, quæ volebant, impetrant omnia, non modo nihil repugnante, verum etiam valde approbante Pontifice: cuius paterna in gentes omnes caritas adeo peregrinorum hominum est complexa virtutem, vt eos, pro egregia ipsius benignitate ac munificentia, cum fausta precatione pariter & copioso viatico dimitteret. At illi ne in copia quidem paupertatis obliti, attributam vorsuræ peregrinationi pecuniam apud argentarium custodiendam deponunt, tantisper dum profectionis tempus adesset: ipsi victum interea per vrbem mendicando palam conquirunt: modestia vtique quam doctrina insigniores, vtpote qui à familiaritate principum virorum vltro ad tantam vitæ humilitatem descenderent.

Saniem exsugit.

Sui victoria.

Voti seruandi religio.

Quadragesimalia iter pedibus faciens & mendicans rite ieiunat.

Frustulo panis sumpto, per lacunas iullum iter pedibus conficit.

Romam cum socijs venit.

Paulus III. Pont. Max.

VRBANIS negotijs feliciter simul celeriterq; confectis, Hierosolymam primo quoque tempore transmissuri, eodem fere modo, quo Romam venerant, reuertuntur Venetias. Ibi cœlestis vitæ auidi, vt pluribus pignoribus obstricti Deo tenerentur, re familiari dudum consecrata, semet Christo penitus consecrare decernunt. Igitur cum ad eam rem interiore se parassent cura, sub Missæ sacrificium apud Hieronymum Verallum, Apostolicum Legatum, paupertatis castitatisq; perpetuę nuncupant vota. Nunquam alias ante Franciscus diuinis gaudijs cumulatior conspectus est. Quippe admodum lætus (quod ex vultu notari poterat) super fundenti se Deo totum dicare pectus: & veteris instituti sui memor, vota semel nuncupata quotidie instaurauit deinceps in omni vita. Cæterum dum destinatæ nauigationis opportunitas expectatur, ad intermissa itineribus, retenta animo benignitatis officia refert curam, auctamque cessatione industriam. Et eximiam Francisci in ægros caritatem hoc etiam maior Veneti populi admiratio approbatioq; excepit, quo labor eius fuit, quam ante, diuturnior. Euenit quippe vt Palæstinam, quę semper antea patuerat peregrinis, illo ipso anno exortum inter Turcas ac Venetos bellum clauderet. Maria vtiq; omnia infestis Turcarum classibus adeo obsidebantur, vt sine manifesto cædis seruitutisve periculo nemo posset ex Italia petere Hierosolymam. Quæ res Hierosolymitanam Patrum expeditionem primum distulit, deinde discussit; Deo meliores in vsus illorum operam reseruante. Conductos enim operarios ita destinauit in vineam suam, vt relicto essœto Turcarum solo, partim syluescentia Christianorum vinea, partim desertos Indorum campos, intactasque æuo Iaponum syluas excolerent. Ita dum Franciscus diuini ignarus consilij inter spem metumque suspensus, optatissimę nauigationis tempus in dies oppetitur; menses plures in ijs, quos dixi, valetudinarij laboribus abiere, nunquam aut remittente se industria, aut refrigescente caritate. Verum enimuero Hierosolymitanæ profectionis spe demum vndique abscissa ingenti cum dolore petenlit, mœstum eodem tempore, cum facultate visendi sacra illa Palæstinæ loca, martyrij quoque ademptam sibi esse occasionem. Inde vnicum casuum humanorum solatium diuinam prouidentiam respiciens, euentum illum, quamuis acerbum, æqui boniq; consuluit. Et re communiter deliberata, cunctorum versæ alio curæ. Visum erat Patribus, quo impensius & pietati suæ & alienæ saluti seruirent, omnes sacris ordinibus initiari. Itaque mense Iunio, ipso S. Ioannis Baptistæ natali die, non sine egregia præparatione, sacerdotes (nam cæteris sacris ordinibus rite paulo ante initiati fuerant) ab Arbensi Episcopo consecrantur. Fama est eos tanta inter consecrationem lætitia perfusos, vt ea in ipsum redundaret Episcopum. Is enim confirmasse deinde fertur, sese eo ipso tempore inter cæremonias nouum quendam & insolitum fructum cœpisse diuinæ voluptatis. Spes transmittendi in Palæstinam ita præcisa iam erat, vt voti religione propemodum soluti viderentur. Placuit tamen, ne quis omnino in eorum animis vel tenuissimus resideret scrupulus, ad annum vsque vertentem (vti nominatim in votorum formula cautum erat) votiuæ peregrinationis occasionem captare: hoc interim spatio, propediem libaturos Deo Sacerdotij sui primitias, colligendi sui causa, ex tanta celeberrimæ vrbis frequentia excedere. Ergo ad finitima loca digressi, alius alio. Franciscus cum Alfonso Salmerone in Montem Celsum (vicus is est passuum millia xv. à Patauio) recepti se ibi solitudinis cupidus, vt proxime ad Deum accederet, quam longissime à cœtu hominum recessit, desertamque ac semirutam deuio in loco casam nactus, tecto è stramentibus refecto, qualecunq; sibi diuersoriolum parauit, hoc gratius, quod repræsentaret Christi Domini sui præsepe, summamque illam rerum omnium inopiam. Inde vt pueri Iesu paupertatem, eiusdemque iam viri solitudinem experiens meditaretur, talem vitæ rationem instituit. Emendicato cibo parce ac duriter victitabat, humi super stramina cubitans in tugurio imbribus,

Paupertatem castitatemque perpetuam vouet.

Sacerdos consecratur.

Primi sacri præparatio. Solitaria vita.

frigori-

frigoribus [illegible] obnoxio. Animum porro ad cœlestium rerum contemplationem excitaturus [illegible], vel [illegible] quotidie pœnis corpus afflictabat suum. Nec immemor Dei animam ducentis in solitudinem, & ibi loquentis ad cor eius, intentius audiebat quid in se loqueretur Dominus Deus: identidem [illegible] & quietem [illegible] atque, in sacrorum lectione librorum, & pia cœlestium rerum meditatione consumens. Quid [illegible] ærumnarumque in eo loco pertulerit, quas suauissimas & liquidas ex cœlestis sponsi consuetudine perceperit voluptates, facilius est cogitare quam dicere. Illud constat, stipem ab eo coactam fere ita fuisse exiguam, vix vt [illegible] emendum satis foret. Quod si quando aliquid olei aut obsonioli accederet, tum vero illum opiparas sibi [illegible] putasse visum. In hanc autem solitariæ vitæ rationem, ipso quadraginta dies (cœlesti magistro videlicet auctore, qui totidem in solitudine dies versatus est) iucundissime absumpsit. Nec dubium est, quin ex diuino congressu, pro summo illo suo ardore animi, flagrantique in Deum caritate, non minus donorum quam gaudiorum cœlestium hauserit.

O [illegible] Psal. 84

[illegible] populum docere [illegible]

Subinde igitur progressus in publicum, Christi quoque exemplo institutoque populum docere, & [illegible] hausta impertire hominibus cœpit. Concionandi modus hic erat, vt Christi sermonum in campis, montibus, litoribus habitorum memor, vbicunque spes eum inuitaret rei bene gerendæ, in cœtus hominum concionabundus inferret se, eosque potissimum erudiret, qui maxime institutionis indigentes, minime interesse sacris concionibus solent, quo Deus etiam à non quærentibus inueniretur. Quocirca in triuio aut platea corrogatis auditoribus, sumptoque ex aliqua taberna scabello, ex eo de honesta beataque vita apud desidiosos ac ludibundos vehementius quam speciosius verba faciebat: vt nonnulli etiam qui risus captandi gratia ad concionem accesserant, orationis grauitate diuinaque vi permoti, pro risu referrent fletum. Non alia res maiorem habebat admirationem, aut ingentium adiuuabat magis, quam pecuniæ abstinentia, gratissimum omnibus sanctitatis iudicium. Quippe neque ipso quicquam petente à circumfusa multitudine, neque vltro datum accipiente, nemo non sensit illud haud quisquam suis commodis seruire, sed alienæ saluti. Studio atque opera non minus vtiliter in alijs iuuandis, quam in se ipso excolendo, in Monte Celso collocata; Ignatij accersitu venit Vicetiam. Ibi animo, quanta maxima potuit cura, præparato, maturum tam ratus, quod pridem pia mente conceperat, nouus sacerdos cœlestem illam ac salutarem hostiam diuinæ maiestati, mistis gaudio lacrymis, immolat. Non tam credere illum, quod sacrosanctis illis [illegible] continetur, quam cernere atque intueri, diceres. Ardor sane mentis ac vultus is erat, vt cum qui conspicerent tam suauiter lacrymantem, temperare ipsi nequirent lacrymis. Et ille deinceps excellentem hunc pietatis sensum haud secus retinuit in reliqua vita, quam si nouus quotidie sacerdos ad aram accedens, primorem illam sacrorum dulcedinem delibaret.

Abstinentia pecuniæ in concionibus.

Primum sacrum facit.

IAM præstituta Hierosolymitanæ peregrinationi dies abierat, neque tamen (obnoxio adhuc hostium classibus mari) spes transmissionis dabatur vlla. Restabat vt ex votorum formula Pontifici Max. addicerent se. Patres ergo communi consilio statuunt, vt Ignatius, Petrus Faber, Iacobus Laines Romam petant; Pontificemque adeuntes, et vota & operam suam sociorumque offerant ad auxilium animorum. Interim cæteri in celeberrimas Italiæ Academias diuisi studiosos literarum adolescentes pietate imbuerent pellicerentque, si quos Deus ad suum numerum aggregatos vellet. In Academiarum partitione Xauerio Bononiensis obuenit, non minimo illius ciuitatis bono. Namque vt Bononiam attigit, ad S. Dominici sepulcrum, cuius perstudiosus erat, sacris operaturus accessit. Forte interfuit rei diuinæ Elisabetha Casilina Bononiensis virgo Deo sacra, ex Dominicanorum sanctissima disciplina. Quæ Francisci sanctimoniam odorata, imperare sibi non potuit, quin cum eo colloqueretur sub sacrum Colloquium [illegible] fuit, vt illa viri sanctitate capta teneretur. Erat Elisabethæ patruus Hieronymus Casilinus nomine, vir doctus iuxta ac nobilis, idemque S. Petronij Canonicus, & Rector S. Luciæ, in cuius ædibus habitabat. Hunc igitur Elisabethæ rogatu Franciscus adijt, & qua sermonis comitate, qua suauitate motum adeo sibi deuinxit, vt ille vltro ac prolixe eum domum suam inuitaret. Et Xauerius talis viri hospitio libenter vsus, conuictum hospitis recusauit, mendicato (vti consueerat) victitans cibo. Obseruabatur interim à Casilino eius virtutum admiratore, qui deinde etiam illarum præco extitit. Franciscus ergo, etsi quod tum infirma erat valetudine, plus animi attulerat quam virium; tamen virtutis ardor, quod viribus deerat, abunde suppleuit. Haud secus quam si optime valeret; adeo immensa erat de hominibus bene merendi cupido, per omnia fere Christianæ charitatis munia, eximia eius benignitas vagabatur. Quotidie re diuina de more facta, ægris in valetudinarijs, vinctis custodijs inseruire, pueris & idiotis hominibus Christianæ doctrinæ rudimenta tradere, accedentium confessiones audire instituit. Insuper in triuijs compitisque ad multitudinem verba facere, non assidua magis quam salubri ratione. Neque enim nouum hoc speciosum & declamatorium concionandi genus, sed vetus illud ardens & prorsus Apostolicum sequebatur. Nullus rationis fucus, ornatusque verborum, sed maximus ardor animi spiritusque; grauissimæ certissimæque sententiæ, quas veritatis index orationis simplicitas & quasi negligentia commendabat. Oris totiusque corporis conformatio ad modestiam & humilitatem, spirabat eam, quæ in animo latebat, sanctimoniam. Emicans ex ore atque oculis pietas facile declarabat, quicquid diceretur, ex intimo animi sensu ardentique pectore proficisci: quo feruentiora [illegible] ad auditorum mentes verba, tanquam faces, permanebant, eorumque voluntates accendebant vehementius vt satis appareret quam ignitum sit eloquium diuinum, cum ita iactatur ab hominibus, vt suppeditatur à Deo. Nempe erat Xauerio propositum, non gratiam hominum & popularem captare auram, sed in mentibus auditorum Dei timorem amoremque ingenerare, animorum vtique saluti, non suæ existimationi consulere. Summa porro concionum, vt acerbissimos sempiternosque cruciatus apud inferos improbis constitutos, rursusque æterna cumulatissimaque præmia, quæ bonos manent in cœlo, proponeret: vitiorum quoque fœditatem & virtutum speciem pulchritudinemque non venuste sed grauiter demonstraret. Sic iactum satumque Dei verbum nec segnibus excipiebatur animis, & optatos Deo Franciscoque ferebat fructus. Complures quippe mortales, Deo bene iuuante, è flagitiorum extracti cœno: non pauci ad frequentem Sacramentorum vsum perducti: magna insuper pecuniæ vis eleemosynæ nomine collata: cuius tamen ille ne teruncium quidem attingebat, sed ea in pauperes diuisa, ipse ostiatim victum sibi quæritabat, simul egentium necessitati prospiciens, & concionatoriæ dignitati. Quo factum est non modo quod agebat, vt quamplurimi respicientes piam Christianamque viam insisterent; sed etiam quod non laborabat, vt eius nomen omnium sermo ac fama celebraret. Nec in concionibus magis, quam in priuatis sermonibus officijsque, mirabilis extitit. Casilinus eius hospes, de quo ante diximus, dicebat fuisse XAVERIVM verbis parcens eius obseruator, sic commemoratum, sed mire efficacem. De rebus vtique diuinis tanto animi ardore verba facere solitum, vt auditorum pectora inflammarent. In sacro faciendo, præsertim eo, quod de Christi Domini Passione appellamus, solenne illi fuisse, ab intimo animi sensu ingentem profundere vim lacrymarum. Quo in sacrificio nonnunquam ab se visum in commemoratione viuorum, cum eius animus adeo abstractus esset à sensibus, vt ministri vestem identidem trahentis reprehensionem nullo modo sentiret; nec ante circumactam horam ad societatem rediret corporis. Illum vtique (quod a Daniele dicitur) virum desideriorum extitisse, multæque orationis. Igitur hæ res multos ciuium, ipsumque imprimis hospitem, ad studium egregiæ pietatis adduxere; & apud eos Francisci etiam post discessum, memoriam gratam ac celebrem fecere. Itaque Bononiæ haud

Bononiam venit

Hospitio vtitur Hieronymi Casilini

Sedulitas eius in proximis iuuandis etiam cum minus valeret

Concionandi ratio.

Summa concionum.

Concionum fructus. Paupertatis amor.

Xauerius verbis parcus, sed mire efficax.

In sacro de Passione Domini abstrahitur a sensibus.

haud minus diuturna sanctimoniæ suæ quam industriæ reliquit vestigia. Nam Casalinus diuersorium illud Xauerij deinde honori habuit, & sociorum eius vltro citroque commeantium hospitio addixit. Procedente autem tempore, cum Societas Iesu domicilium quæreret Bononiæ, non sine Dei nutu ac voluntate, proxima Francisci diuersorio domus ei obuenit, ipsaque ædes S. Luciæ, vbi ille sacrum factitauerat. Quo tempore Xauerianum hospitium sancti viri memoria, locique religione, in sacellum vertit: vt idem Xauerij foret & diuersorij & sanctitati monumentum. Porro id sacellum, cum ædes S. Luciæ reficeretur, nouo templo includi, & Iesu circumcisio dicari placuit. Credat idem Societati sedem diuinitus per Xauerium destinatam. Bononiensi prouincia bene gesta, Franciscus Romam, vti conuenerat, media circiter Quadragesima venit, ANNO M. D. XXXIX. Diuersabantur tum Patres precario sub radicibus Collis Hortulorum (Montem Trinitatis vocant) in villa, quam eis Quirinus Garzonius, ciuis Romanus, honeste pariter ac pie concesserat. Ibi omnes emendicato victitantes cibo, nec minus salutis alienæ quam suæ virtuti auidi, rei Christianæ communi consensu operam nauare, & in Christi vinea pro se quisque elaborare statuerunt, rati ex vrbe religionis sede, plurimoque martyrum cruore optima, vberrimos capi fructus posse pietatis. Primum igitur rectum consilium recte atque ordine exequentes, Pontificis Vicarium & Parochos adeunt. Facta vbicunque vellent concionandi potestate, præcipua vrbis inter se diuidunt templa, Xauerio & Petro Fabro S. Laurentij in Damaso ædes obtigit, celebris in primis ac nobilis, vbi alternos inuicem ad populum sermones haberent. Hac igitur in æde, frequenti ac fecunda concione, de rebus non dictu speciosis, sed vsu necessariis, subinde disserens, haud disparem messuit sementi messem; auditoribusque non tam admirationi, quam (quod caput est concionatoris) saluti fuit. Nam populum Romanum crebris sermonibus ad honestatem, ad temperantiam, ad crebrum Sacramentorum vsum, pro virili parte compulit: cæterisq; eius sociis eodem summa ope incumbentibus, Romanæ pietas rursus accendi, & antiquæ Romæ species paulatim redire visa. Nec populum excolens Xauerius teneram non neglexit ætatem, sed eam vicatim Christianis præceptis ac mysteriis imbuere intentiore cura instituit, haud dubius quin ciuitatum conformatio penderet potissimum ex disciplina atque institutione puerili. Inter hæc, Patrum consultationibus decretisque, Societas Iesu in Religionis formam redacta: nec domi solum ipsa fundari cœpta est, verum etiam virtus eius atque industria probari foris; adeo vt Ignatij sociorum nomen vltimas quoque terras peruaderet, Deo nouam gentem disseminare toto orbe terrarum parante.

Domus, vbi diuersatus est in sacellum versa.

Anno 1539. Romam venit.

Collis hortulorum.

In æde S. Laurentij in Damaso conciones habet ad populum.

NONDVM erat Societas Iesu Pontificis Max. auctoritate confirmata, cum Ioannem Lusitaniæ regem hoc nomine tertium Ignatij & sociorum eius fama perpulit, vt aliquot ex iis à Pontifice & ab Ignatio per Petrum Mascarenam Legatum suum postularet. Causa postulandi fuit, quod Lusitani per ea tempora regis instructi classibus, non minore successu quam ausu, per ignota maria, clausas omni antiquitati vias ac terras aperuerant, ferisque ac barbaris nationibus subiectis, trans Indum & Gangem, in vltima Orientis penetrarant. Ad eas gentes Christianis sacris imbuendas, Rex optimus, haud ignarus quantum id esset negotij, veros germanosq; Euangelij præcones destinabat animo: ratus Christiani regis nomine se dignum non esse, nisi populos in suam ditionem redactos, in Christi redigeret ditionem. De Ignatij sociorumque eius egregia virtute, summaque in adiuuandis hominibus industria, multorum literis multa cognorat. Quocirca talium virorum auidus, Mascarenæ Legato suo magnopere mandauit, vt simul à Pontifice ipso, in cuius potestate illos esse acceperat, simul ab Ignatio, Societatis conditore, curaret, suo nomine, Sociorum quamplurimos. Nec defuit Regis studio sedulitas Legati. Rem cum Pontifice Ignatioque ita transegit, vt duos (plures enim tanta Sociorum paucitas non sinebat) ad eam rem impetraret. Erat vtique non laboriosa magis quam periculosa prouincia. Quippe cum continenti multorum mensium nauigatione, per immensam Oceani vastitatem, per maria insanis fluctibus horrenda, in alium quasi orbem terrarum traijciendum foret; & barbaræ ac feræ nationes, haud minore in horas singulas periculo excolendæ quam adeundæ. Cæterum hæc mortalium terricula viros Christi crucisque amatores, quibus viuere Christus esset, & mori lucrum, vltro etiam inuitabant. Itaque vbi cognitum est ipsorum duos in Indiam ituros, erecti expectatione, eamque sibi quisque prouinciam expetentes, tantæ rei taciti opperiebantur euentum. Socios tum Ignatius auctoritate magis quam imperio regebat, vir vel sanctitatis miraculo, vel Societatis institutione venerabilis. Is primo Indiam Simoni Roderico & Nicolao Bobadillæ decreuerat, non sine pia quadam æmulatione cæterorum. Sed Francisco vtique diuinitus ea prouincia debebatur. Iam Simon, etsi quartanæ obnoxius febri, per nauis occasionem in Lusitaniam transmiserat; & Bobadillam adhuc Romæ aduersa tenebat valetudo, quominus cum Regis Legato profectionem maturante ire posset. Quocirca Ignatius, consulto intentius per preces Deo, Franciscum ad se accersi iubet nonnihil iam suspicantem. Tum hilari vultu vt solebat: Nimirum, inquit, Francisce, Indiam Prouinciam tibi Deus ipse destinauit. Bobadilla, cui à me destinata erat, longinquo implicitus morbo, vt vides, eam obtinere nequit: reliqui socij maxima ex parte, Pontificis iussu, piis per Italiam negotiis destinentur. Te ego alios ad vsus apud me retinere statueram; sed Deo aliter visum, qui segregauit te in Euangelium suum. Age igitur macte virtute vir Ducem sequere Deum, qui te haud dubiis signis in Indiam vocat. Iam te ad tantum opus cœlestis illa excitet flamma, qua te semper ardentem vidimus, iam altitudine animi tui, iam magnitudine prouinciæ, iam mortalium cœlestiumque expectatione dignos spiritus cape. Ne pluribus super tanta re tecum agam, tua mihi haud ignota virtus facit, & scilicet illa nutum, non modo imperium, peruertere solita obedientia. Cui hæc ipsa superuacanea videri possunt, cum satis superque foret dicere, id est, sequere in Indiam vocantem Deum. Ad hæc Xauerius virginali suffusus rubore, cum dixisset se Christi causa paratum esse ad omnia, manantibus gaudio lacrymis, ingentes illi secundum Deum gratias egit, quod suum votum impleret. Sensisse quidem se olim ad Indorum salutem curandam diuinitus impelli; sed iam accessisse ad diuini numinis instinctum eius, quem diuinæ voluntatis interpretem duceret, auctoritatem. Quocirca se id quicquid esset siue oneris, siue periculi, non dubitanter subire. Nam vt cætera sibi humana diuinaque præsidia deessent ad obsequendum Deo, propensam obsequendi voluntatem certe non defuturam: eundemque fore & obedientiæ finem, & vitæ. Spectata est in ea re Francisci non obtemperandi tantum propensio, sed magnitudo quoque animi singularis. Nullum tum erat in India, aut vspiam omnino prætterquam Romæ, Societatis domicilium, quo diuertere, vbi diuersari posset. Societatis in Lusitania Indiaque ea conditio futura, quam ipse fecisset. Indicum porro iter, & barbararum gentium peragratio haud minus periculorum habebat, quam ærumnarum. At ille martyrij auidus, sperare cœpit ab India, quod Hierosolyma denegarat. Quocirca omnes difficultates ac discrimina, ab animi fortitudine Deique fiducia contemnens, protinus Ignatio, quasi cœlesti voce iussus, dicto audiens fuit. Ab eo digressus extemplo parare se ad iter, lætus optatum negotium diuinitus delatum sibi esse in sinum. Nec quisquam omnino domesticorum fuit, quin liquido æstimaret diuino prorsus consilio nutuque factum esse, vt Xauerius potissimum eligeretur ad nouam illam Indiæ prouinciam delibandam. Subibant quippe eorum animos crebri illius sermones, quibus immensam Indiæ messem efferre, & Indorum per inscitiam pereuntium cladem deplorare consueuerat. Proinde eum maxime idoneum censebant ad depellendam calamitatem, qui maxime miseraretur. Recensebat etiam visum quoddam, quod Iacobus Laines olim sibi à Francisco contubernali suo indicatum enuntiarat alijs. Visus enim sibimet sæpe Xauerius per quietem humeris Indum aliquandiu vectare adeo grauem

Rex Lusitaniæ aliquot e Societate postulat.

Philip. 1.

Ignatij oratio.

Rom. 1.

Francisci obedientia, & magnitudo animi.

Francisci somnium

nem, vt ipso pondere fatigatus excitaretur e somno. Quod quidem rei [illegible] Indicum pol[illegible] quam [illegible] ludibrium fuisse, deinde ostendit euentus. Franciscum [illegible] ipse & cogitatione [illegible] in Indiam [illegible], tam longinqua profectione in postremum diem parata, documentum fuit, quam [illegible] humana [illegible], qui totus [illegible] ex Deo penderet.

Cæterum prius quam se in viam daret, ita demum omnia prospere ac feliciter successura [illegible] existimans, [illegible] ex auctoritate Christi Vicarij tantam difficilemque prouinciam suscepisset; Paulum Tertium Pontificem Maximum [illegible] que de more [illegible], benedictionem ab eo precationemque certasque indulgentias petit, tacito vtrique ip[illegible] In-diam iturus. Et Pontifex Indica expeditione [illegible] excepit eum comiter benigneque [illegible] de [illegible] tis [illegible] liberaliter, non solum libenter concessis, in hanc ferme sententiam locutus est: E[illegible] [illegible] que, quod me Pontifice renouatura sit in Indiam fides, quæ ab Apostolo [illegible] paullatim barbarie [illegible] moribus. Tu vero non modo nostra auctoritate, sed etiam Dei, cuius personam gerimus, impulsu excitatus, pari animi magnitudine [illegible] capesse prouinciam, memor te [illegible] per hominem vocari a Deo. Quis vocet, non quis sis, tecum reputa. Memento te ab illo vocari, qui vocat [illegible] quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Neque enim tam idoneos ad opus quærit, quam ipse deligendo facit. Qui [illegible] elegit, hic & animorum suggerit & virium satis. Nisi forte obscurum est, vel ipsos Apostolos per [illegible] ab omnibus [illegible] imperitos fuisse. Atqui iidem piscatores, rerum verborumque imperiti, quid [illegible] Dei nutu ductuque [illegible] quæ regna, quos populos, quas gentes Christo non subegerunt? Atque vt cæteros [illegible], Thomas Apostolus quam bene rem Christianam gessit in India, quo tu nunc eodem Deo auctore tendis! Quot barbaras nationes [illegible]! quot inanium Deorum aras euertit! quot regnis suaue Christi iugum imposuit! Nec vero te ærumnarum aut mortis terror ad audendum facere debet segniorem. Vilis hæc est vita æterni [illegible] tanti; & mortali honesta beataque mors omnibus votis expetenda: mortem vero contemnenti, aut etiam optanti, quid grauе, quid [illegible] ceteris, quod horrendum videatur? Perge igitur, & Dei ductu, S. Thomæ exemplo, Christianæ religionis fines longe lateque profer in Oriente. Non est abbreuiata manus Domini. Ecclesiam quam olim per Apostolos fundauit, subinde per Apostolicos viros auget ornatque. Tum Franciscus vultu demisso [illegible] animi præferens, in hunc ferme modum respondit: Quid tandem in hoc genere effic[illegible] queam, Pater beatissime, cur ego potissimum [illegible] deligerit, equidem non video; cæterum existimandum iis relinquo, qui delegerunt. Non obtemperanti [illegible] est, quid possit considerare, sed imperantis. Ego vero quantum meis ipse diffido viribus, tantum diuina ope prouidentiaque confido, quæ infirma mundi elegit, vt confundat fortia, ne glorietur in conspectu eius omnis caro. Proinde sic in animum induco meum, quo auctore tantam prouinciam susceperim, eodem adiutore m[illegible] [illegible] sententia gesturum. Pontifex ingenti indolis specimen ex aspectu ac sermone Xauerij cum cepisset; [illegible] religionis apud Indos maiore quadam auctoritate opus esse vltro suam illi potestatem, quod opus fore [illegible]. Quippe Franciscum Apostolicum Legatum in India constituit, eiusque rei diploma Lusitani Regis Legato dedit tradendum Regi, quo, si videretur, Xauerium in Indiam abeuntem ornaret. Franciscus igitur, qui haud [illegible] tanto oneri ferendo esse sibi videretur, delato munere, quam si delatum esset, lætior reuertitur domum. Inde [illegible] ne mutuis lacrymis digreditur a domesticis, magno sui desiderio cunctis relicto; nihil omnino præter [illegible] [illegible], & Romanum Breuiarium secum ferens. Profectus est ab vrbe in Lusitaniam cum Mascarena Regis Legato, Paulo Camerte comite (is per eos dies Ignatio se adiunxerat) anno post Christum natum M. D. XL. [illegible] nusque in [illegible] itinere non obscuriora dedit signa modestiæ, quam sanctitatis suæ. Nam cœlestium licet rerum contemplationi deditus, humanitatis tamen memor, officiosum ideo se omnibus præbebat, vt in diuersoriis [illegible] cubiculo comitibus cederet, deterrimis rebus ipse contentus, cessantibus insuper famulis, in curandis comitum quis, aliisque eiusmodi ministeriis, ad omnia descenderet, famulus verius quam comes. Cæterum in [illegible] illo iucundus in consuetudine, [illegible] ad omnium rationem humanitatis ac commodatius omnes omni ratione demereri, benigne omnes vnumquemque alloqui, comiter, & ipse ad alios accedere, & ad se accedentes accipere, hilari semper esse vultu, facile alijs ac libenter obsequi, gratos iucundosque miscere sermones. Sed talibus in rebus (id quod difficillimum est) adeo tenebat modum, vt grauitate comitatem moderante, omnia eius tum facta, tum dicta sanctimoniam redolerent. Proprium ac perpetuum eius erat, colloquia valde piis rebus, vel pietate condita serere; omnesque quibuscum promiscue versabatur, occasione aliqua obiecta, aut illato sermone ad odium vitiorum, ad virtutem [illegible] nem impellere, admonitos vt vitia quasi remedia grauius ferrent. Salubrem talium sermonum amaritudinem multa humanitatis condimenta mitigabant. Et varij casus Xauerij sedulitatem non verbis, quam rebus ad [illegible] fecere. Legatus Prodomo [illegible], quod negligenter curasset hospitium, acriter eum obiurgarat. Ille digressus a Domino (vt erat æque promptus ira [illegible]) apud comites intemperantius in absentem inuectus erat, audiente Francisco. Qui expectandum ratus, dum ira decederet sedatusque animus admitteret curationem; in præsentia rem dissimulauit. Postero die obseruare hominem, occasioni reprehensionis imminens. Inclinato in vesperam die, præcurrere de more Prodromus cœpit, ad præparandum hospitium. Franciscus ergo conscenso protinus equo, (plerumque enim, etsi erat equi copia, paupertatis studio pedibus iter faciebat) stimulos subdit, & incitato cursu subsequitur præeuntem. Iamque assequebatur, cum peropportune Prodromi equus corruens sua mole equitantem oppressit. Haud procul exitio erat, cum superuenit Xauerius, eumque [illegible] eximit. Mox admonitione viam aperiens, quid de te futurum erat, inquit, si repentina mors, quæ haud procul abfuit, occupasset immissum Deo, nondum expiata hesterna iracundia, & intemperantia linguæ? Ea vox Prodromi animum (cum tanti periculi, quo [illegible], species oberraret oculis) adeo perculit, vt resipisceret. Quocirca [illegible] animum [illegible] ria hesterni furoris, [illegible] impotentiam, & linguæ temeritatem agnouit: ac deinde Xauerij [illegible], comitibus, quos offenderat, satisfecit. Franciscus porro cum fatigatos ex itinere comites omni obsequio refoueret, periclitantibus, si manu non posset, succurrebat prece. Vnus e primoribus Legati asseclis torrentem amnem, dissuadentibus cæteris, equo transire ausus, ad vltimum periculi venerat. Iam rapidos in gurgites delatus, regere nequibat equum; iamque vorticibus implicitus, præcipiti fluminis impetu ad certum auferebatur exitium, cum aliis pauore obstupefactis, Francisci virtus tantum periculum discussit. Nam cæteris ad numen comprecandum incitatis, ipse intentius cœpit orare. Nec frustratæ sunt eum preces. Repente ille profundo emersus flumine, qua lenior [illegible] ferebatur amnis, equum statuit in vado; additoque diuina ope comitumque hortantium vocibus animo, ad vlteriorem ripam euadit. Francisci vtique precibus omnium consensu a præsenti morte reuocatus. Inde cum in Alpium iugis iter fieret, plurimum nix cumulata vento, inuiæ rupes, & saxa vestigium subinde fallentia, ingredientium equos [illegible] sine equitum periculo fatigabant. Igitur Legati Secretarium forte ex equo prolapsum ingens metus acceptus hausit. Erat is locus lubricam in rupem atque præcipitem, quam minax subibat torrens. Discriminis magnitudo a ferenda ope comitum proximos absterrebat, veritos ne illi adiuuantes traheret potius, quam sequeretur: ita occupatis metu animis, alius alium intuentes in eodem hærebant vestigio. Cunctantibus superuenit Xauerius, qui alienæ magis, quam suæ salutis memor, protinus ex equo desiliit, illumque summa vi inde extractum manifesto periculo exemit,

pati

Margin notes:
[illegible] Indo[illegible] [illegible] gestis
[illegible]
Cantium [illegible] positum die [illegible]
[illegible] Pontifice [illegible]
[illegible]
Rom. 4.
Isaiæ 49.
Francisci responsum
Franciscus Apostolicus Legatus [illegible]
Comitum equos curat.
Reprehensio [illegible]
Comitem [illegible] fluminis [illegible] eripit.
Legati Secretarium [illegible] eripit.

pati cum periculo suo. Hoc ille tanto Francisci promerito deuinctus, eum deinde semper tanquam vitæ salutisque suæ parentem coluit. Ipse quoque Legatus & egregiis illisce factis, & sanctissimorum simul eius morum captus, Xauerium eximie diligebat. Nec Franciscus sat habuit comitibus omni ratione prodesse, sed obuios quoque, vtcunque poterat, iuuabat; in diuersoriis præsertim cauponisque, per occasionem omnem docendo monendoque ad honestam Christianamque incitans vitam. Egregia vero eius pietas subinde Euangelicæ perfectionis exemplum edidit, non minus imitationis apud religiosos viros, quam admirationis apud cæteros, habiturum: Pyrenæo saltu superato, in Pompelonis fines ventum erat. Haud procul patria iter habebat, eius mater, propinqui ac necessarij minime deuij, si eam occasionem demisissent, non erat ignarus, propter Indiæ longinquitatem, nullam prorsus eos visendi facultatem posthac futuram. Simul intelligebat, nihil sibi à matre, pia fœmina, (nam pater mortem obierat) nihil à cognatis periculi fore. Instabant comites, vrgebat ipse Legatus, vt eos ex itinere salutaret. Xauerius tamen, veritus ne quem forte sociorum minus cautum olim suo exemplo impelleret in fraudem, nullo modo flecti potuit, vt ad suos saluandos paulisper diuerteret, ita pio erga propinquos odio declarato, & verum se Christi discipulum præbuit, & documentum fuit hominibus Deo sacris, vt multo magis si diuino obstarent obsequio, inimicorum loco domesticos haberent suos. Verum noua insolitaque res offenderat Legatum, eiusque comites cælestis huius philosophiæ rudes; conatus est sermonis comitate aptisque rationibus suam illis probare causam. Peragrata igitur celeriter Hispania, Olyssipponem ad Regem Lusitaniæ cum Legato ire contendit. Et Legatum ex diuina intimaque familiaritate Xauerij tanta iam admiratio ceperat viri, vt sibi imperare non potuerit, quominus certum ad Regem tabellarium cum literis de Francisci laudibus destinaret ex itinere: quæ res ingentem Regi visendi ornandique Xauerij cupiditatem iniecit. Itaque Olyssipponem iam fama notus expectatusque peruenit.

Patriā præterit cognatis ne salutatis quidē.

X. OLYSSIPPO vrbs regia est non longe ab Oceani littore, Lusitaniæ totius longe maxima, eademque portu egregio, quem flumen Tagus vrbem præterfluens efficit, Indicarumque rerum commercio celeberrima. Huc igitur vbi peruentum est; Xauerius eo se venisse lætus, inde in Indiam solueretur, Simonem Rodericum, Indicæ expeditionis socium, qui iamdudum (vt ante diximus) eo transmiserat, offendit adhuc quartana laborantem: & forte illo ipso die febris erat reditura, mirum dictu: ægrum hominem ex insperato amplexans tanta perfudit lætitia, vt febri in perpetuum exclusa, siue gaudij magnitudo, siue potius virtus Xauerij, vim omnem excusserit morbi. Itaque simul ex defatigatione itineris refecit vires, cum Simone iam valente Regem adit, se suamque illi operam ad Indorum auxilium offerens. Rex qui de Francisci eximia virtute ex Legato multa comperisset, benigne vtroque excepto, in magno procerum corona. Summopere, inquit, lætor, Patres, de vestro in Lusitaniam ad Indiæ salutem aduentu. Nec dubito, quin eadem vobis haud minoris lætitiæ sit causa quam hi. Aperitur quippe vestræ industriæ immensa vastitas Indiæ, quæ diligenter, vt spero, & constanter exculta, vberrimos fructus promittit animorum: tanta vbique cernitur ad Christi fidem propensio. Equidem per omne regni tempus antiquiorem religionem quam regnum habebo; tum demum illarum me gentium Regem exist maturus, cum eas cœlesti Regi parere cognouero. Quocirca nihil mihi, spero etiam Deo, à vobis gratius accidere potest, quam vt mecum totis viribus in eandem incumbatis curam Orientis Christo communi Domino adiungendi. Si cum vestri dissimilibus agerem, hortarer vos, ne obstantis naturæ difficultates, exæstuantis Oceani minas, infiniti pene itineris ærumnas, barbararum gentium congressum formidaretis: neu quo illorum cupiditatis sacris aduolat, vestra pietas cunctaretur ire. Verum quid ego vestram virtutem accendere verbis coner, cum sit nouerim vos Christo & Euangelio militantes, diuinam gloriam, salutemque hominum, ex periculis accersere? nec quicquam optabilius ducere in vita, quam pro Deo honesta morte defungi? Nihil profecto natura ita clausit, quo non valeat vera virtus perrumpere. Deo bene iuuante, non Indiam solum Euangelio aperietis, sed vltima quoque Orientis. Ibi vos aut vita meritis conspicua, aut gloriosus vitæ exitus manet. Proinde dum classis se instruit, vernum tempus expectans, vos quoque ad iter necessaria comparate. Nobis curæ erit præstare, vt neque in Lusitania, neque in India, quicquam requiratis. Tum illi, maximis Regi gratiis actis, ita respondent. Iampridem se exploratam habere summam eius cupidinem diuini cultus augendi: liberalitatem autem religioni parem non Romæ solum ex multorum sermone cognouisse, sed nuper etiam ipsosmet in itinere multis esse documentis expertos: vt magis conniti deberent tanti Regis meritis respondere, quam dubitare an sui similis esset futurus. Et quoniam omni voto expeterent Indiæ cæteræque Barbariæ afferre Euangelij lucem; haud cunctanter qualicunque ipsorum opera vteretur ad Indorum & Orientis auxilium. Etsi enim & se & illum nossent, sentirentque semet tantæ moli, tantoque ipsius ardori nec animis esse, nec viribus pares; confidere tamen. Deum, qui onus imponat, quod virium desit addditurum. Deo duce, ac pro Deo, quid discriminis recusandum? Sibi vtique primam curam diuinæ gloriæ esse oportere, honestamque mortem quacunque vita potiorem. Certamen inde ortum inter Regis liberalitatem, & Francisci Simonisque modestiam. Rex prolixe eis omnia pollicitus, benigno sermoni facta benigniora adiicere: illi contra votiuæ paupertatis tenaces, delatis ab Rege commoditatibus vti nolle. Postremo vicit beneficam Regis naturam constans seruorum Dei in proposito voluntas: cessitque Rex non æquitate causæ victus, sed etiam admiratione virtutis. Dimissi ab Rege, protinus recusato lauto domicilio, quod vltro offerebatur, ad publicum valetudinarium tendunt, cum ingenti laude non modestiæ magis quam pietatis. Satis quippe constabat, eos ibi potissimum diuersari voluisse, vt liberius ægris Christi causa ministrarent. Nec illorum benignitas & industria expectationem frustrata est ciuitatis. Vitæ ratio in valetudinario huiusmodi fuit. Ante lucem per horam res diuinas meditati, sacerdotalis officij penso rite persoluto, sacrum faciebant prima luce: quod supererat temporis in ægrorum corporum cura, animorumque salute, impense simul & hilariter absumebant, alias mœstis & afflictis solatia & subsidia afferentes, alias moribundos roborantes ad vltimum illud certamen discrimenque; nunc excipientes peccatorum confessiones, interdum consulentibus de rebus salutaribus respondentes. Neque is labor aut obscurus aut irritus fuit. Ciuium pleriique, fama eorum sanctitatis illecti, cœperunt vulgo ad eos ventitare. Et illi perpetuo de rebus piis ac salubribus non minori animi sensu quam ardore disserentes, plurimos ad odium vitiorum, amoremque honestatis, & scilicet ad pium frequentemque Sacramentorum vsum compellebant, vitæ iam prioris oblitos. Quæ consuetudo sacra mysteria frequentandi Olyssipponem tum primum longo interuallo reuocata, totam deinceps persuasit Lusitaniam, vel cum singulorum ciuium salute, vel cum vniuersarum emolumento ciuitatum. Innumerabiles enim vbique mortales (vt Lusitana gens est ad pietatem satis propensa) antiquam illam pie sancteque viuendi rationem innouarunt. Multi cœlestis vitæ capti dulcedine, diuino instinctu ad varias religiosorum hominum familias aggregarunt se. Nonnulli quoque ipsorum expetierunt Societatem, per id tempus à Paulo Tertio Pontifice Maximo rite comprobatam. Itaque ingenti morum facta mutatione, alia forma, alia facies ciuitatis esse. Neque iam plebs tantum, sed nobilitas quoque, Sacramentorum consiliorumque causa, illorum diuersorium frequentabat. Et loci hominumque humilitas rem illustriorem faciebat, egentium aduenarum hospitium primoribus ciuium celebrantibus. Ad vltimum eximia illorum virtus rerumque humanarum despicientia cunctæ ciuitati miraculo fuit. Iam in vulgus relatum erat duodecim Romæ Sacerdotes (duo enim ad decem illos accesserant) Societatem inter se coegisse: Ex quo numero in duobus illis, quos

Olyssipponis descriptio.

Simonem Rodericum quartana liberat.

Regis Oratio.

Responsum Xauerij & Roderici.

Recusato lauto domicilio ad valetudinarium diuersatur.

Vitæ ratio in valetudinario.

Ciuiū plures ad honestā vitam reuocantur. Sacramētorū frequens vsus in Lusitania introducitur.

apud se haberent, internique ibi videbantur nescio quod specimen vitæ Apostolicæ. Itaque eos populus, non ex pari numero, siue ex quadam vitæ similitudine, Apostolos, nimis amplo scilicet vocabulo, appellare cœpit, & quamuis inuitos & reclamantes vocitare perseuerauit. Quippe recto Lusitana non minus in cœptis constans, quam in ... lii pia, nullis perpelli rebus potuit, vt reuocaret quod semel dedisset, vt credebat, veritati. Quin etiam eo progressum est, vt ad cæteros quoque è Societate, tota ferme Lusitania, idem cognomen peruenerit.

In Lusitania Apostolus appellatur.

Profectio eius in Indiam à fe ... st aimpeditur.

EGREGIA vero Lusitanorum pietas, Patribus tali nomine oneratis veriu quam ornatis, expeditionem Indicam nonnihil deinde turbauit: sed ita, vt variantibus hominum voluntatibus, de Francisco fieret Dei voluntate. Nam primorum ciuium nonnulli, Xauerij & Roderici admodum studiosi, vtilitatem ciuitati non praesenti solum fructu, sed etiam futuri spe emolumenti æstimantes, rationem tales viros retinendi in Lusitania, inter se inire cœperunt, iactis suum commodum prætendentes alieno. Rem igitur primum cum regni primoribus agitata: denique cum his multo tam gratiosque & auctores & adiutores haberet, defertur ad regem. Ostendunt proceres prosequntque quantum emolumenti ab Ignatij socijs tam breui temporis spatio regia ciuitas cœperit: quantum ab ijsdem opus sperare Lusitania posset vniuersa, si eos non hospites ad breue tempus, sed perpetuo incolas haberet. Lusitaniæ profecto vrbisque regiæ salutem, quippe quæ propior sit quam India, etiam potiorem Regi esse oportere. Cur igitur, vt barbaris gentibus consuleret, patriam ipsam tam præstanti nudaret præsidio? aut tanto ac tam salutari bono Indiæ potius quam Lusitania frueretur? Quocirca si idem Regi videretur quod cæteris, eximios illos viros velut cœlo gratissimum munus mandaret Lusitaniæ: vt Seminarium ad manum foret, vnde idoneos Sacerdotes in Indiam submitteret. Rex probata procerum sententia, proximisque primum consulendum ratus, omisso in præsentia Indicæ missionis consilio, ambos instituendo talium Seminario virorum retinere decreuit in Lusitania. Quod cum inaudiuissent Rodericus Xauerius, postquam rescissent; enimuero nec opinato nuntio commoti, protinus Ignatium per literas de nouo Regis consilio admonitum, quid opus facto sit consulunt. Qui re cum Pontifice communicata, totam rem ad Regis arbitrium reijciendam censuit, haud dubius quin ei præsens rerum tractatio certiora consilia esset subministratura. Dantur literæ eodem tempore a Pontifice ad Regem, ab Ignatio ad socios: id negotium omni ex parte permissum Regi. Quod cum is super ea re Ignatij sententiam exquireret, commodissimum videri, rem omnem ita diuidi, vt Simon hæreret in Lusitania, Franciscus in Indiam pergeret. Rex ergo Ignatij consilium secutus, ambos ad se accersiri iubet. Accurrunt illi haud securo quidem animo, sed ex diuina prouidentia suspenso. Tum Rex benigne, vt solebat, quid sibi ab Vrbe de ipsis permissum esset præfatus, quid iam deliberatum haberet, expromit. Simoni manendum in Lusitania, qui Collegium Conimbricæ inchoaret, Seminarium submittendorum in Indiam: Francisco in decretam sibi Indiæ prouinciam proficiscendum. Proinde vterque ad suum se munus, quanquam dissimile, pari studio quam primum pararent, haud ignari sæpe dissimillimorum munerum paria esse præmia, Deo non tam opus spectante, quam studium. Ibi Xauerius repente ex magno metu in magnam lætitiam versus, ingentes Regi grates agere, quod se voti compotem fecisset; & cum talis comitis desiderio suum miscere gaudium: demum pro tanto beneficio non gratam modo, sed etiam solertem operam polliceri. At Rodericus spei votique irritus, primo insperatæ denuntiatione perculsus, oculis vultuque motum prætulit animi: deinde vbi se collegit, in hanc ferme sententiam, æquo animo vultuque respondit: Tantum quidem doloris Indiam adempiam suo incussisse pectori, quantum dissimulare nequierit: sed quoniam diuinam voluntatem, Ignatij, Regis, Pontificis consensio satis declararet; haud ægre eius causa eam suscepisset prouinciam, eiusdem imperio depositurum. Quocirca fore vtique se in Regis potestate, lætum Seminario instituendo aliquid se quoque operæ Indis nauaturum, cum, quod ipse non posset, per alumnos disciplinæ excoleret suæ. Ita ab Rege digressi, ad suum vterque munus vertere curam.

Nauigaturus in Indiam, ab Rege Pontificium diploma legationis accipit. viaticū recusat.

Regis Oratio.

FRANCISCVS igitur suam expeditionem tam euidentibus mortalium Deique iudicijs comprobatam, non commeatu rebusque opportunis, sed appositis commentationibus & salubribus consilijs instruere cœpit. Nolebat scilicet nouus ac rudis, sed meditatus paratusque ad tantæ prouinciæ molem accedere; & per otium cogitare, quæ deinde vsui forent, ne agendi tempus in cogitando consumeret. Vbi adsunt Indicæ profectionis dies, Rex, Francisco ad se vocato, in hunc maxime modum locutus dicitur: Paratæ sunt naues, Francisce Xaueri; tempus instat tibi adeo expetitum transmittendi in Indiam. Ego vero adhuc satis multa magnaque habeo documenta vel virtutis vel prudentiæ tuæ: vt nostram tibi hortationem superuacaneam esse credam, ex præteritis futura coniectans. Cæterum ne nostro videamur defuisse officio, currentem, vt dicitur, incitabimus. Primum igitur Ethnicas gentes nostro Imperio additas, Ecclesiæ addendas tibi committo, ne latius imperium meum, quam Dei Religio proferatur. Deinde Lusitanos homines illis in locis versantes, pro mea in eos paterna charitate, tuæ sic trado commendoque fidei, vt cupiam te nostræ beneuolentiæ vicarium succedere. Non ignoras profecto Regibus ad regnorum administrationem multis & manibus & oculis opus esse. Quocirca te ego oro quæsoque per illum ipsum Deum, qui tibi huius expeditionis dux est & comes, vt præsidia nostræ ditionis (quod tuo commodo fiat) obeas lustresque sedulo, nosque de omnibus rebus ad religionem spectantibus subinde facias certiores. Ita demum impedimentis, si qua sunt, celeriter sublatis, Christiana religio tuo consilio atque opera, nostra ope ac præsidio, Indiam Orientemque percurret. Me quidem prius regnum deficiet, quam studium augendæ religionis. Hanc omnibus opibus, hanc omnibus neruis propagare certum est. Tuæ sunt partes, nec susceptæ causæ, nec nostro studio deesse. Quicquid diuinus cultus, quicquid res Christiana opis subsidijque desiderare videbitur, fidenter postula: fiet quod postulaueris, & ego sumptum pro religione reponam in lucro. Quare age Francisce, & quoniam haud dubio diuini numinis instinctu ductuque ad difficillimam ex omnibus prouinciam tendis, gere animos quos huc attulisti: & qua virtute emines in Lusitania, hanc fer tecum in Indiam. Inde Rex, prolato Pontificis diplomate, adiecit: Atque vt intelligas maximam tibi rerum gerendarum potestatem non à me solum, sed etiam à Christi Vicario permitti dariqque; en tibi Pontificium diploma, quo Apostolicus Legatus in India constitueris, simul testimonium potestatis, & incitamentum industriæ.

Responsum Xauerij.

Tum Xauerius, qui dudum ad laudes suas erubuerat, diplomate non verecundius quam reuerentius accepto, Si quam bene te, Rex optime, existimare de me video, inquit, tam vere existimare sentirem, sane talis & Regis & viri iudicio admodum lætus, Deo bonorum omnium largitori gratularer. Sed nimirum eximia tua probitas fallitur opinione virtutis alienæ. Ego meæ tenuitatis ac nequitiæ conscius, non insaniam, si de me plus alijs ipse credam, quam mihi? Profecto homuncioni nequam ac prorsus nihili (veritatis hæc verba sunt, non submissionis) vel abs te, vel a Pontifice longe plus oneris imponitur, quam mea imbecillitas ferre queat: malo tamen oneris magnitudine opprimi, quam quod Dei nutu imponatur, ab infirmitate animi aut nunc detrectare, aut vnquam deponere. Nimirum Deus vires addit cum onere, & facultatem cum potestate largitur. Quocirca cœlesti subnixus ope, in omni vita efficere nitar, vt omnes intelligant, meminisse me, quam personam à Deo, à Pontifice, ab Rege Lusitaniæ impositam hac mea sustineam tenuitate: omnibusque in dictis ac factis citius me deficiet vita, quam fides. Hæc elocutum Rex familiariter admonet, videret etiam atque etiam ecquid vel in Lusitania vel in India desideraret: eum imperasse se vtrobique magistratibus, vt ei, quæcunque vellet, impigre curarent: & simul regias ei literas tradit, non commendationis magis plenas, quam auctoritatis. Franciscus, actis Regi gratijs, manumque eius de more osculatus, domum reuertitur, vt, amicis valere iussis,

[illegible], & ascendere nauim. Nec Regis deinde facti benigniores fuerunt. Magistratibus procuratoribusque regiis [illegible] demandaret, vt Francisco eiusque sociis tum in Lusitania, tum in India suppeditarent quæcunque, vel ad ipsorum vitam tuendam, vel ad Dei cultum augendum, opus forent. Itaque Xauerius cæterique e Societate IESV, Regiis deinceps facultatibus opibusque in India, Malaca, Moluco, Iaponia, vitam atque itinera sustentantes, longe lateque Christi cultum protulere. Cæterum etsi omnia benigne suppeteret eis, modestia tamen cum egregia sufficientia certabant: vt ne quid vltra visum necessarium sumerent, de aliena benignitate, vt percenset foret, parce hauriendum rati. Quocirca in suis commodis curandis, cum vbique semper, tum vero sub profectionem Indicam, ærario pepercerunt. Igitur Xauerium à paupertatis amore magis quam ab verecundia nihil omnino postulantem, Magistratus ipsi vltro, in gratiam Regis, adeunt: demonstrant sibi ab Rege magnopere imperatum, vt ei, quæcunque requireret ad iter, munifice præberent. Rogant quam primum indicem edat earum rerum quas desideret, vt curari possint in tempore. At Franciscus magnam habere se quidem gratiam respondit, & regiæ liberalitati, & ipsorum diligentiæ, cæterum nihil requirere, nihil desiderare omnino. Id cum fecissent sæpius Magistratus, idemque à Francisco responsum semper tulissent, precibus vrgere, acriusque instare, vt aliquid saltem acciperet. Ad vltimum Xauerius, vrgendi modum nullum facientibus (ne obstinatior abstinentia præberet speciem pertinaciæ) ita morem eis gessit, vt suum ipse teneret institutum. Centonem seu vulgarem lacernam postulauit, ad arcenda summa hyemis frigora, quæ circa Boreæ spei promontorium nauigantibus subeunda sciebat esse, paucosque libellos magno sibi vsui in India futuros. Neque vllæ eum preces flectere potuerunt, vt quicquam præterea dari sibi pateretur. Itaque Comes Castanerius, Indicæ classi instruendæ Præpositus, Franciscum in Prætoria naui Regis iussu locatum, & viatici securum, eius vicem sollicitus, ipse conuenit; eique ostendit Regis puerum, eiusdem missu, ad se venisse cum mandatis, vt illi res ad profectionem opportunas abunde subministraret. Tum Franciscus, At ego oro te quæsoque vehementer, inquit, ne quicquam cuiquam mea causa tribuatur. Nihilo secius Comes instare, vt saltem secum duceret seruum necessariis in rebus ministraturum. Tum Franciscus: Mihi vero, inquit, harum manuum vsus dum erit, alio haud erit opus ministro. Quo Xauerij responso idem Comes, deinde rem aliis referens, affirmabat se obmutuisse: & simul singularem eius abstinentiam egregiis ferebat laudibus. Ita Franciscus non alio viatico, quam Dei fiducia instructus, inito iam veris in Indiam soluit.

XIIII. Olim stante Imperio Romano, & Christiana religione in Asia vigente (Asiæ enim regio India est) duo ferme itinera trita erant in Indiam, vnum per Syriam Euphrate flumine, ac Tigri, sinuque Persico; alterum per Ægyptum, Arabico sinu, & mari Erythræo. Sed iam his regionibus Saracenorum armis ac superstitione occupatis, non perinde tutus ac breuis Europæis Christianis aditus est per infesta hostibus loca. Quocirca Lusitani homines Africæ oram, quæ Atlantico Oceano alluitur, legentes, Africa, quam vasta est, Arabiam, Persidemque circumuecti, longissimo circuitu in Indiam traiiciunt. Quippe hisce Oceani anfractibus, abest India ab Lusitania Leucarum millia amplius quatuor. Leucas dico Lusitanis nautis familiares, quæ ternis passuum millibus constant. Et hoc spatio linea æquinoctialis, quæ ab æstu solis est maxime torrida, mediam fere Africam intersecans, bis transeunda necessario est. Hanc tam longam ac difficilem viam Henricus Princeps, Ioannis Primi Lusitaniæ Regis filius, (vt erat Mathematicis insignis) iter eò tendens primus omnium, non minore animo quam ingenio, tentauit. Causa tentandi fuit, vt Æthiopiæ Regem (vulgo Preste-Iannem appellant) quem cognorat in extrema ferme Africa, non procul Arabico sinu, regnare, noua aperta via, sibi Lusitaniæque commercio adiisceret. Cum rei bello succederet, eius cœpta tres deinceps Lusitaniæ Reges Alphonsus V. hoc nomine, Ioannes II. & Emmanuel Primus prosecuti, paulatim viam vsque in Indiam fortiter iuxta ac feliciter aperuerunt, munieruntque. Quippe & obiacentes Africæ insulas, & opportuna loca complura, in ipsa ora Africæ occuparunt, quæ etiam hodie Lusitanorum præsidiis tenentur. Hoc igitur circuitu Xauerius Indiam petens, è Lusitania soluit, anno post Christum natum M. D. XLI. VI. Idus Aprilis. Vehebatur eadem naui, qua Martinus Alphonsus Sosa, nouus Indiæ Prætor. E Societate comites habebat omnino duos, P. Paulum Camertem, Sacerdotem egregia virtute, qui cum ab vrbe secutus erat, comes additus ab Ignatio; & Franciscum Mansillam Lusitanum, qui Olyssipone semet illi socium adiunxerat. Occurrebant multa in ipso itinere visenda, doctis vtique hominibus, & Geometriæ, rerum naturalium, astrorumque studiosis. Monstrabantur in Mari Atlantico, Africæ dorso adiacentes Insulæ plures haud ignobiles, aliæ propius, aliæ longius distantes, & inter se, & à continenti. In his Fortunatæ (vulgo Canariæ dicuntur) & Promontorij Viridis insulæ, quas, propter eximiam locorum amœnitatem, nonnulli Hortos Hesperidum, fabulosis Poetarum carminibus inclytos fuisse memorant. Et hæc loca ad cognoscendum non inutilia ita classis prætereuehebatur, vt pleraque in conspectum se darent. Accedebant sereno cælo syderum, tranquillo mari piscium noua & inusitata spectacula, quæ vectorum pene omnium, non sine admiratione, tenebant oculos animosque. At Xauerius, etsi à talium cognitione rerum haud sane abhorrebat, tamen non doctrinam aut voluptatem ex India, sed diuinam gloriam salutemque animarum petendam ratus, gratiora Deo, vtiliora hominibus spectacula edere ipse intra nauem cœpit. Et erat prætoria nauis oppidi instar, non solum nautis, sed militibus, asseclis Prætoris, mercatoribus, seruis referta, ad summam capitum circiter mille. Itaque Franciscus vt primum iter est ingressus, vna cum sociis in proximorum salute procuranda summo studio elaborare instituit, nauticam turbam vectoresque Christianis præceptis imbuens, deprauatos omnium corrigens mores, vniuersos ad abluendas animi sordes inuitans. Nec frustra. Temere iurandi consuetudo sublata: multorum restincta odia, plurimorum confessiones auditæ, plures à perdita vita ad honestam piamque reuocati. Erat in Xauerio perpetua oris hilaritas, omnium animos comitatis dulcedine alliciens. Itaque homines quoque flagitiis sceleribusque coopertì, vulgo à religiosorum virorum consuetudine congressuque abhorrentes, iucundissimam Francisci familiaritatem auidius expetebant. Et ille haud rudis cuiusque generis animos tractandi, paulatim eos beneuolentia delinitos reflectebat à vitiis: demum iam fræni patientes in omnem virtutis ac pietatis partem incitabat impellebatque. Inter hæc Deus patiendi animo ac virtuti materiem obtulit. Diutina difficilisque nauigatio, vt fere fit, adeo afflixerat vectores nautasque, vt iam alij super alios in morbum inciderent: & super cætera, vim mali augebant alimenta. Salsamentis enim perpetuo, sæpe etiam nautico pane mucido atque corrupto vitam trahentes, vitiatam insuper ac verminosam ferme potabant aquam: quæ & genere ipso liquoris, & exiguitate, accenderet magis quam restingueret salsamentis excitatam sitim. Nec vero ergo insalubrium ciborum succi in venas diffusi, morbos creabant non atroces minus quam exitiales. Quippe gingiuæ fœde excrescentes, atrociterque exulceratæ, non cruciatum solum afferebant laborantibus, sed etiam (quod miserrimum erat) eripiebant edendi facultatem. Ad hæc vis pestilens morbi ægritudine animorum rerumque inopia sensim roborata, cœpit per confertam artis in locis turbam serpere vagarique. Nam etsi Rex, præter necessarium commeatum, suam cuique naui tabernam medicamentariam, haud leue ægrorum subsidium, attribuit; tamen affectorum multitudini nulla satis esse benignitas poterat. Imminentis etiam terror mali necessarios ipsos à suorum cura, vt fit, ad famem tuendi curam auerterat. Ita ægri pariter medicamentis ac ministeriis destituti, non minus illa, quam (quæ tetrior pestis est) fame interibant. Et ne quid mali deesset, miseros illos nauticæ vrgebant sordes, longe fœdius ægrorũ quam valentium corpora infestantes. Xauerius igitur posteaquam conspexit nauim, qua vehebatur, affectis corporibus refertam,

Xauerio & sociis è Societate Iesu, Regis Lusitaniæ liberalitate sustinentur in India.

Paupertatis studium in minare.

Itinera in Indiam.

Leuca Lusitana.

Henricus Princeps nouum iter aperit in Indiam.

Anno 1541. Indiã petit.

Horti Hesperidum.

Nautas & mercatores [illegible] in [illegible]

Com[illegible] circu[illegible]

Diffi[illegible] nauigatio-nis.

terram, memor eius quod in ipso nouæ vitæ tyrocinio sibi iubebat, insigni benignitate virtutisque suæ [illegible] dit. Extremuisset alumni, quod illum stimulauit strato videbat [illegible] [illegible] tantum, sed [illegible] contagione vulgari sciebat: fœda impendentis morti facie [illegible] oculo erat. At ille, formidine in [illegible] versa, satis gnarus martyrij genus esse, humanæ salutis causa obijcere se pestilentiæ, affectu omni ope iuuare statuit. Ergo morientium peccata expiare; ægrotorum corporum sordes abstergere, linteas eorundem lauare vestes, coquere & condire cibos, eosque comminutos in os inserere; medicamenta ac sorbitiones sua manu præbere languentibus, mœstos benigne solari; ad vtriusque saluti spem excitare torpentes. Ita promiscue ægris comiter hilariterque interuiendo, omnium etiam sanorum in se oculos animosque conuertit.

Magnitudo animi incredibilis.

MIRABANTVR vtique in eo vniuersi eximiam vitæ sanctimoniam, assiduum statis horis studium orationis, XIV
contemplationisque rerum diuinarum; paternam promiscue in omnes indulgentiam caritatemque. Quibus [illegible] effecerat, vt cum cæteris omnibus, tum præcipue Sosæ prætori, carus simul ac venerandus esset. Franciscum quippe Sosæ ab Rege ipso sub profectionem impensius commendatum, quotidie magis efficacissimum commendationis genus, virtus ipsa, commendabat. Proinde Prætor, & Regis imperio, & voluntate sua, prolixe illi benigneque omnia deferebat. Xauerius tamen victitabat semper precario: res sibi necessarias à vectoribus corrogans, aliorum benignitatem excitabat studio paupertatis suæ. Quod ille institutum adeo constanter retinuit, vt neque [illegible] honestis ac nobilibus ex Prætoris cohorte & comitatu, neque Prætor ipse potuerit eum ab amore suæ paupertatis abducere. Cæterum hoc maiorem Xauerius apud Deum simul hominesque gratiam & gloriam tulit, quod fraudans se ipse victu suo, perinde res corrogatas à vectoribus, vt à Prætore assignatas, benignissime dispertiret ægris. Tenax vtique disciplinæ suæ, parco parabilique defungebatur cibo, ad naturæ desideria sedanda verius quam explenda. Nec vero interim noua ægrorum subleuandorum cura intermittebat vetus institutum tradendi Cathechismi. Quotidie seruos, nautas, milites, reliquosque vectores, salubrium rerum ignaros, simul religionis nostræ mysteriis præceptisque imbuebat, simul ad Christianæ vitæ rationem aptis sermonibus accendebat. Credere illum non frangi laboribus, sed roborari. Id adeo non alias magis, quam in illo ipso Indico cursu, intellectum est. Namque ad summum eius laborem ille quasi cumulus accessit, quod in his communibus Zonam torridam, lineamque ipsam æquinoctialem, haud ita multo post æquinoctium transiit. Quo ferme tempore in illo maris tractu, vel ex immenti ardore solis, vel ex tranquilli æquoris tepore cursu, tam intolerandus exstat æstus, vt nulla prorsus afflante aura, valentissimi quoque robustissimique viri æstuantes, ac sudore fluentes, miserere [illegible]: vtique cum in illis nauium angustijs conferti vectores vix liberum spiritum ducant, & per idem tempus nullum fere capere [illegible] ex potione aut cibo solatium. Liquores quippe omnes & cibaria feruidi solis vapore corrupta, maxima ex parte (quæ ad lineam illam transgressæ sint naues) suos vsus amittunt. Sæpe autem cessantibus ventis, multorum dierum atque adeo hebdomadarum malacia existit tanta, vt ingenti cum vectorum tædio naues mouere se loco nequeant. Itaque intolerabilis solis feruor per totam fere torridam Zonam pertinens, vt hebetes graniores, ita crebriora funera inferre prætereuntibus solet. Eo igitur ipso tempore ingruentibus morbis, in tanta nauticorum vectorumque strage, sanis & otiosis ægre vitam trahentibus; Franciscus, oblitus sui, tantam incommodorum molem pari virtute sustinuit, quantum ad ægrorum molestiam accederet, tantum ad suam diligentiam addendum ratus. Et quamquam ipse quoque totus sudore manans, incredibili æstu oblanguesceret; tantus tamen animi vigor, tanta sancti Spiritus (qui est in æstu temperies) vis fuit; vt laborantibus, moribundis, ipsisque mortuis haud segnius quam antea nauaret operam. Ingenti hac æquinoctialis plagæ molestia perfunctos, iamque circiter duo leucarum millia emensos, maior metus; quia grauissimo periculo defungendum erat. Nihil enim leuiorem pestem cladem que Bonæ spei promontorium fœdissimis tempestatibus naufragiisque infame minitabatur. Quod promontorium ex eo nomen accepit, quod eius [illegible] & periculis vitatis, tum demum spem concipias secundæ nauigationis. Quippe eo loci Africa cuneata in finitum excurrit in Australem Oceanum, versus glacialem plagam: ibique duo maria longe maxima ex ambobus Africæ lateribus continenter procurrentia, adhuc itaque agitata ventis, perpetuo inter se acerrime confligunt. Id vero potissimum vsu venit Iunio & Iulio mensibus, quo tempore illis locis, prorsus Europæ contrarius, hyems est summa; quibus ferme ipsis mensibus id promontorium transeundum est Indiam è Lusitania petentibus. Etsi autem naues, quo vesanos illius promontorij furores atque impetus quam maxime declinent, in altum prouectæ, longissime recedere solent à terra; tamen periculum magis fugiunt quam incommodum. Dum enim cursu longo ttinere circumflectunt, quo magis discedunt à Promontorio, hoc magis ad glacialem Zonam accedunt, ita neque procellas satis curant, & intoleranda incurrunt frigora. Quocirca vt naufragij periculum absit, insolitam certe nauium iactationem effusa vectorum consequitur nausea. Hæc igitur nauticæ molestia, vt ægris morbum, ita Francisco laborem auxerit oportet: præsertim cum algens, nauseans, (quod tempus ac res ipsa ferebat) & sibimet displicens, sua illa charitatis munia exsequeretur. Sed vicit diuina vis imbecillitatem naturæ, & animi constantia perturbationem compressit stomachi. Ita cum sibi ipsi deesset, nullo, ne difficillimo quidem tempore defuit ægrotis. Nec solum in præsentia vectores Indicæ nauigationis comites omni ope atque opera iuuit; sed etiam socijs eodem deinceps profecturis, itineris Indici ac vitæ regulam in posterum reliquit, quam illi hodie Francisco auctore enixe tenentes, nauibus quibus vehantur, non minori solatio sunt, quam adiumento. Sosa igitur Prætor cæterique Lusitani, Bonæ spei promontorium circumuecti, eiusque minis longissimo circuitu aliquando tandem superatis, lætitia ex timore gestientes, Deoque & inter se, vt solet fieri, gratulantes, per alterum Africæ latus, quod inter meridiem & orientem solem spectare diximus, nauigare cœperunt. Inde DC. fere leucas a promontorio prouecti, cum quinque iam totos menses cæteri in perpetua nauigatione, Franciscus in assiduo labore absumpsissent, Mozambicum, plurimis maximisque defuncti periculis, in Augusti mensis exitu peruenerunt, nauigatione tota magis quam opportuna. Nam iter in Indiam semestre ferme esse solet: nauesque e Lusitania mense Martio profectæ, Goam tenent fere inito Septembri. Quod si incommoda tempestas, aduersusque venti, aut malacia cursum earum moretur (quod tum accidit) Mozambici hybernare coguntur.

In naui precario victitat.

Tenacitas paupertatis.

Laboris patientia.

Zonæ torridæ incommoda.

Bonæ spei promontorium.

Mozambicum appellit.

MOZAMBICVS (Prasus olim dicebatur) Insula est modica, in Africæ ora vergente ad ortum Solis, non tam cæli temperie (subiecta est enim Zonæ torridæ) quam portu commoda & opportuna. In ea oppida sunt omnino duo, Lusitanorum vnum, Saracenorum alterum amicorum. Distat ab Lusitania non quidem recta regione, sed adiectis nauigationis anfractibus, leucarum millia amplius tria; ab India leucas circiter nongentas. Multo maxima pars itineris confecta iam erat; restabat pars ferme quarta. Sed Mozambicum serius, quam opus erat, applicuit classis; cum scilicet iam idonea tempestas ventusque deficeret. Itaque naues ibidem omnes hybernare necessitas coegit. Mozambici ergo, cæteris corpora ex diuturnæ nauigationis iactatione reficientibus, vnus Franciscus, laboris quam cessationis patientior, nullam pene partem quietis capiebat, rudes instituendi subleuandique ægros cupiditate flagrans. Non dubito quin toties iam Francisci operam in rudium institutione ægrorumque ministerio versatam legentibus, præter satietatem, illud quoque succurrat, quod mihi ipsi idem animo ex repententi miraculo fuit: vnde tantæ illi vires suffecerint, quæ toties tot ac tanta vno tempore onera sustinerent. Sed eximius ille vir, vt erat incredibili corporis & animi robore præditus, diuina caritate præualidam naturam accendente, vigorem concipiebat tantum, vt XV

Mozambicus insula.

[illegible] Deo [illegible] omnia [illegible] pol[illegible]. Assiduæ autem [illegible] Christianæ charitatis munia [illegible], nihil [illegible] ebat [illegible] quæ [illegible] [illegible] comparabat [illegible]. [illegible] perinde ac [illegible] & nusquam libare [illegible], vt in [illegible] valetudinario tegio, quod Mozambici est [illegible], vt in [illegible] Lusitanorum [illegible] sedem suam [illegible]. Haud minus negotij in terra ac valetudinario fuit, quam in mari nauigantí fuerat. Quippe Mozambici longe maxima erat eo tempore vel morborum grauitas, vel laborantium multitudo. Et ad morbidam pestiferamque vim Autumni illa causa accesserat, quod naues pariter omnes, quæ eo anno è Lusitania in Indiam soluerant, incommoda vsæ tempestate, parique lue afflictæ, eodem hybernabant loco. Ea res Xauerij curam & sedulitatem acuit, vt tantam ægrotorum subiret molem. Nam cæteris etiam nauibus benignitatem suam impertiendam ratus, quantum diurnis nocturnisque laboribus consequi poterat, enixe operam nauare afflictis, solennia sacramenta laborantibus ministrare, mœstis solatium, morientibus Dei fiduciam adhibere instituit. Itaque ægri omnes Franciscum Dei immortalis dono vnicum classis affectæ remedium sibi missum ducere. Nec ægris addictus, aliorum immemor fuit. Per idem tempus festis diebus in Indiæ Prætorem ac populum, maxima hominum frequentia, sermones habebat, vt valentium quoque animis subueniret. Inter hæc dum in ægros valentesque omni ope iuuandos totus incumbit, puerum ignotum sibi, qui tamen eadem qua ipse naui vectus erat, subito interiisse morbo cognoscit. Confestim igitur rogitare, (vt quemque obuium habebat) an puer ille Christianæ disciplinæ rudimenta didicisset. Vbi rudem omnino talium rerum obiisse comperit, tantus repente dolor eius perculit pectus, vt in vultu semper alioqui læto insignis mœstitia emineret. Quocirca Sosa Prætor ex mœroris causam [illegible] sciscitatus, vt illo narrante cognouit, rogare pergit, ecquid ipse scisset, puerum illum Christianarum esse rerum ignarum eidemque. Tum Franciscus: Enimuero, si scissem, haudquaquam mœstus essem: illum ego cum cæteris vtique docuissem. Vrgenti subinde Sosæ, cur igitur culpæ insons mœroris pœnam vltro subiret, respondit, quod puerum eadem vectum naui Christianæ institutionis expertem esse nesciuerim. Tantum curæ eius animo inhærebat hominum salus, institutoque puerilis. Cæterum quid tandem haberet vtilitatis & commoditatis [illegible] benignitas, ægri carendo etiam magis quam fruendo senserunt. Paucis enim interiectis diebus, Xauerius, dum afflictorum subleuare morbos summa ope nititur, ipse in morbum incidit, exemplum futurus quibus [illegible] solatium. Nec sane fortitudinis illi materia defuit. Febris eum inuasit adeo grauis ac periculosa, vt paucis diebus septies incisa [illegible] vena, miserit sanguinem: quam tamen ille febrim non leu[illegible] tantum, sed velut à Deo [illegible], libenter ferebat. Ecce autem, vt infracta eius virtus foret euidentior, graui corporis valetudini ægritudo mentis grauior, phrenesis, additur. Ea totum triduum tenuit, quo tempore sancte adiurarunt medici, qui eum curabant, in rebus quidem ad corpus ac valetudinem pertinentibus (id quod morbi natura fert) delirasse illum, & insanisse; sed in diuinis atque ad animum spectantibus (quo maxime erumpere solet insania) magna cum ipsorum admiratione adeo mentis compotem fuisse, nullum vt omnino ei verbum à recta ratione alienum excideret. tantam vim habet vsus, habitusque virtutis. Nec pietatis magis in eo morbo quam paupertatis tenax Franciscus fuit. Curabatur in publico valetudinario cum cæteris, pari lectulo & conditione victus. Non deerant viri honesti & copiosi, qui certatim eum ab initio morbi in sua transferre tecta, & curandum sibi dare conarentur, idque vt per ipsum liceret, vel [illegible] etiam atque etiam instarent. Verum ille sanctæ paupertatis studiosus in paucis, collaudata eorum humanitate, vti liberalitate noluit. Quamdiu ægrotauit, nullo discrimine in ægrotorum iacuit turba. Vis porro mali periculosior fuit quam diuturnior. Igitur breui discusso periculo, melius habere cœpit. Nec vero recens casus alacritatem [illegible] in suo instituto, sed potius auxit sedulitatem: vt qui cum ipsemet, quantopere humanæ etiam opis indigerent ægri, vsu proprio didicisset. Ergo vt primum remisit morbi vis, suimet oblitus, nihilo segnius valetudinarium obire, mœrentes consolari, confitentibus aures dare; vtcumque poterat conari, vt etiam ægrotus subleuaret ægrotos. Non vnquam alias ante Francisci benignitas clarior atque admirabilior exstitit. Quippe medicus iacentes de more ægrotos visens, in Xauerium incidit, qui non leui ipse affectus febri, cubantibus tamen adstans, non secus ac si valeret, summa inseruiebat ope. Ibi medicus rei miraculo stupens, parumper hæsit. inde venarum pulsu explorato, haud dubius quin ipsemet magis indigeret ministro, quam quibus ministraret, orare eum obtestarique, vt ad lectum suum [illegible] quiesceret, saltem quoad febris decederet, noxio calore restincto, tum sane, si vellet, ad ægrorum rediret curam. Franciscus & medico parendum, nec tamen periclitantes deserendos existimans, respondit proxima nocte aliquid sibi negotij cum ægro quodam fore, haud satis ad impendentem mortem parato: eius salute in tutum recepta, se quietem esse capturum. Is quem describebat, erat vltimæ sortis nauta, qui ex febri insaniens, nondum peccata sacra confessione expiarat. Postero igitur die medicus Franciscum cum nauta illo colloquentem offendit. Iacebat æger in lecto Xauerij, ipse assidens ei operam dabat enixe: quippe illius vicem miseratus, temere in suo lectulo collocarat. Et noua benignitas nouo decorata videtur miraculo. Satis constat nautam insanientem, posteaquam ab illo in suo lectulo est positus, ad mentis sanitatem redisse. Nec vanus de illius morte vates Xauerius fuit. Eodem nauta die sub vesperam sacramentis rite procuratis, plenus bonæ spei excessit è vita. Tum vero apparuit idcirco Xauerium tantopere de illo laborasse, quod imminens ei vitæ salutisque discrimen prouideret. Franciscus nauta[illegible] admodum læ[illegible]us, ex templo stratum repetit, valetudinique suæ seruit, medico vsquequaque obtemperans, haud minore obedientiæ exemplo, quam Christianæ charitatis. Vt vero ex morbo conualuit, nihilo segnius ad pristinos valetudinarij labores retulit se. Atque vt rem bene ac fortiter cœptam perseueranter [illegible], eundem prorsus industriæ cursum tenuit, vsque ad extremum profectionis diem. Illo autem semestri spatio (tamdiu enim Mozambici hyematum est) ea exempla edidit eximiæ sanctimoniæ, vt incolæ, classisque omnes, illum tanquam virum sanctum vulgo suspicerent. Quocirca nonnulla, quæ per id tempus ei prospere euenerant, Xauerio haud dubie sed [illegible] tribuebantur, tanti viri virtute ac meritis factum esse memorantes, vt pro morborum grauitate, ingentique ægrotorum numero, tam pauci eo anno in Mozambicensibus hybernaculis interirent, profecto eiusdem & industria [illegible] morbos, & sanctitate depulsos. Aderat iam profectionis dies, nec tamen ægrotorum plerique conualuerant. Qui etiam ipse Prætor tentari iam cœperat febri: proinde in Indiam peruenire festinans, optimum facto ratus est, eos qui per valetudinem sequi non possent, hoc est, totam ferme classem, in hybernis relinquere, donec [illegible] ex morbo viribus, transmittere in Indiam valerent. Itaque P. Paulo & Mansilia, Xauerij sociis, facile exorat[illegible], vt Mozambici remanerent apud ægros; Xauerium ipsum secum ducere statuit, itineris solatium, &, si quid grauius [illegible] adiumentum.

XVI. MENSE igitur Aprili ineunte anni insequentis, Sosa phaselum ingentem (galeonem vulgo vocant) tractus Indici causa comparatum, cum valida manu conscendit, classe, cum primum per valetudinem liceat, sequi iussa. Discessit cum Prætore Franciscus, Lusitanis simul & incolis eius discessum lachrymis magnisque [illegible] prosequentibus. Sosa aliquot dierum secunda nauigatione passuum millia [illegible] a Mozambico prouectus, & Melindam (Saracena vrbs est, amica Lusitanorum) delatus, paucos ibi dies substitit. In ea vrbe Lusitani mercatores plerumque versantur: & si quos forte ibidem occupauerit mors, tumulis cruce insignibus conduntur. Propter vrbem ingens ac præclara crux è marmore inaurato visitur à Lusitanis constituta. Quam conspicatus Xauerius ex insperato, efferri gaudio cœpit, tantam vim & gloriam cruci gratulans, quod in media Saracenorum [illegible]

Cum [illegible] animorum.

In morbum incidit.

Phrenesi laborans delirat nulla verba.

Et valetudinario in priuatas ædes transferri se vetat.

Æger ægros iuuat.

Nautæ insanienti Franciscí lectum sanitas restituitur.

Opinio de Francisci sanctitate.

Anno 1542.

Melinda.

Crucis honor ex Saracenos.

tatem; memor eius quod in ipso nouæ vitæ tyrocinio imbiberat, integre benignitatis virtutisque suæ specimen dedit. Exterruisset alium, quod illum stimulaui strato videbat toto contactæ non ægri tantum, sed sentiri ... contagione vulgari sciebat: fœda impendentis mortis facies ante oculos erat. At ille, formidine in ... versa, satis gnarus martyrij genus esse, humanæ salutis causa obijcere se pestilentiæ, affectos omni ope iuuare ... Ergo morientium peccata expiare, ægrotorum corporum sordes abstergere, lintea eorundem lauare, vestes, coquere & condire cibos, eosque comminutos in os inserere, medicamenta ac sorbitiones sua manu præbere, languentibus, mœstos benigne solari, ad vtriusque salutis spem excitare torpentes. Ita promiscue ægris enixe hilariterque inseruiendo, omnium etiam sanorum in se oculos animosque conuertit.

Magnitudo animi in ... cecidibus.

MIRABANTVR vtique in eo vniuersi eximiam vitæ sanctimoniam, assiduum statis horis studium orationis, XIV contemplationisque rerum diuinarum; paternam promiscue in omnes indulgentiam caritatemque. Quibus ... rebus ... vt cum ceteris omnibus, tum præcipue Sosæ prætori, carus simul ac venerandus esset. Franciscum quippe Sosæ ab Rege ipso sub profectionem impensius commendatum, quotidie magis efficacissimum commendationis genus, virtus ipsa, commendabat. Proinde Prætor, & Regis imperio, & voluntate sua, prolixe illi benigneque omnia deferebat. Xauerius tamen victitabat semper precario: resque sibi necessarias à vectoribus corrogans, alteriam benignitatem excitabat studio paupertatis suæ. Quod ille institutum adeo constanter tenuit, vt neque viri honesti ac nobiles ex Prætoris cohorte & comitatu, neque Prætor ipse potuerit eum ab amore summæ paupertatis abducere. Ceterum hoc maiorem Xauerius apud Deum simul hominesque gratiam & gloriam tulit, quod fraudans se ipse victu suo, perinde res corrogatas à vectoribus, vt à Prætore assignatas, benignissime dispertiret ægris. Tenax vtique disciplinæ suæ, parco parabilique defungebatur cibo, ad naturæ desideria sedanda verius quam explenda. Nec vero interim noua ægrotorum subleuandorum cura intermittebat vetus institutum tradendi Cathechismi. Quotidie seruos, nautas, milites, reliquosque vectores, salubrium rerum ignaros, simul religionis nostræ mysteria præceptisque imbuebat, simul ad Christianæ vitæ rationem aptis sermonibus accendebat. Crederes illum non frangi laboribus, sed roborari. Id adeo non alias magis, quam in illo ipso Indico cursu, intellectum est. Namque ad summum eius laborem ille quasi cumulus accessit, quod in hisce mensibus Zonam torridam, lineamque ipsam æquinoctialem, haud ita multo post æquinoctium transiit. Quo ferme tempore in illo maris tractu, vel ex immensis ardore solis, vel ex tranquilli æquoris repercussu, iam intolerandus existit æstus, vt nulla prorsus afflante aura, valentissimi quoque robustissimique viri æstuantes, ac sudore fluentes, nisi se largiantur: vtique cum in illis nauium angustiis conferti vectores vix liberum spiritum ducant, & per idem tempus nullum fere capere liceat ex potione aut cibo solatium. Liquores quippe omnes & cibaria fœtido olere saporeque corrupta, maxima ex parte (quæ ad lineam illam transgressæ sint naues) suos vsus amittunt. Sæpe autem cessantibus ventis, multorum dierum atque adeo hebdomadarum malacia existit tanta, vt ingenti cum vectorum tædio naues moueri se loco nequeant. Itaque intolerabilis solis feruor per totam fere torridam Zonam pertinens, vt febrium ardores, ita crebriora funera inferre prætereuntibus solet. Eo igitur ipso tempore ingruentibus morbis, in tanta nauticorum vectorumque strage, sanis & otiosis ægre vitam trahentibus; Franciscus, obitus sui, tantam incommodorum molem pari virtute sustinuit, quantum ad ægrotorum molestiam accederet, tantum ad suam diligentiam addendum ratus. Et quamquam ipse quoque totus sudore manans, incredibili æstu oblanguesceret; tantus tamen animi vigor, tanta sancti Spiritus (qui est in æstu temperies) vis fuit; vt laborantibus, moribundis, ipsisque mortuis haud segnius quam antea nauaret operam. Ingenti hac æquinoctialis plagæ molestia perfunctos, iamque circiter duo leucarum millia emensos, maior metus; quia grauissimo periculo destinguendum erat. Nihilo enim leuiorem pestem cladem que Bonæ spei promontorium fœdissimis tempestatibus naufragiisque infame minitabatur. Quod promontorium ex eo nomen accepit, quod eius nimiis & periculis vitatis, tum demum spem concipias secundæ nauigationis. Quippe eo loci Africa cuneata in finem excurrit in Australem Oceanum, versus glacialem plagam: ibique duo maria longe maxima ex ambobus Africæ lateribus continenter procurrentia, aduersisque agitata ventis, perpetuo inter se acerrime que confligunt. Id vero potissimum vsu venit Iunio & Iulio mensibus, quo tempore illis locis, prorsus Europæ contrarius, hyems est summa; quibus ferme ipsis mensibus id promontorium transeundum est Indiam è Lusitania petentibus. Etsi autem naues, quo vesanos illius promontorij furores atque impetus quam maxime declinent, in altum prouectæ, longissime recedere solent à terra; tamen periculum magis fugiunt quam incommodum. Dum enim cursu longo iter circumflectunt, quo magis discedunt à Promontorio, hoc magis ad glacialem Zonam accedunt, ita vt qui procellas fauis curant, & intolerandis incurrunt frigora. Quocirca vt naufragij periculum absit, insolitam certe nauium iactationem effusa vectorum consequitur nausea. Hæc igitur nauseæ molestia, vt ægris morbum, ita Francisco laborem auxerit oportet: præsertim cum alginus, nauseans, (quod tempus ac res ipsa ferebat) & sibimet displicens, sua illa charitatis munia exsequeretur. Sed vicit diuina vis imbecillitatem naturæ, & animi constantia perturbationem compressit stomachi. Ita cum sibimet ipsi deesset, nullo, ne difficillimo quidem tempore defuit ægrotis. Nec solum in præsentia vectores Indicæ nauigationis comites omni ope atque opera iuuit; sed etiam sociis eodem deinceps profecturis, itineris Indici ac vitæ regulam in posterum reliquit, quam illi hodie Francisco auctore enixe tenentes, nauibus quibus vehuntur, non minori solatio sunt, quam adiumento. Sosa igitur Prætor ceterique Lusitani, Bonæ spei promontorium circumuecti, eiusque nimia longissimo circuitu aliquando tandem superatis, lætitia ex timore gestientes, Deoque & inter se, vt solet fieri, gratulantes, præter alterum Africæ latus, quod inter meridiem & orientem solem spectare diximus, nauigare cœperunt. Inde DC. fere leucas à promontorio prouecti, cum quinque iam totos menses ceteri in perpetua nauigatione, Franciscus in assiduo labore absumpsissent; Mozambicum, plurimis maximisque defuncti periculis, in Augusti mensis exitu peruenerunt, nauigatione tuta magis quam opportuna. Nam iter in Indiam fere confici ferme solet: nauesque è Lusitania mense Martio profectæ, Goam tenent fere inito Septembri. Quod si incommoda tempestas, aduersusque ventus, aut malacia cursum earum moretur (quod tum accidit) Mozambici hyemare coguntur. XV.

Bonæ spei promontorium.

Laboris patientia Zonæ torridæ incommoda.

In naui precario victitat. Tenacitas paupertatis.

Mozambicum appellit.

MOZAMBICVS (Prasos olim dicebatur) Insula est modica, in Africæ ora vergente ad ortum Solis, non tam cæli temperie (subiecta est enim Zonæ torridæ) quam portu commoda & opportuna. In ea oppida sunt omnino duo, Lusitanorum vnum, Saracenorum alterum amicorum. Distat ab Lusitania non quidem recta regione, sed adiectis nauigationis anfractibus, leucarum millia amplius tria; ab India leucas circiter nongentas. Multo maxima pars itineris confecta iam erat, restabat pars ferme quarta. Sed Mozambicum serius, quam opus erat, applicuit classis; cum scilicet iam idonea tempestas ventusque deficeret. Itaque naues ibidem omnes hybernare necessitas coegit. Mozambici ergo, ceteris corpora ex diuturnæ nauigationis iactatione reficientibus, vnus Franciscus, laboris quam cessationis patientior, nullam prope partem quietis capiebat, rudes instituendi subleuandique ægros cupiditate flagrans. Non dubito quin toties iam Francisci operam in rudium institutione ægrotorumque ministerio versatam legentibus, præter sanctitatem, illud quoque succurrat, quod mihi ipsi idem animo ex repenti miraculo fuit: vnde tantæ illi vires sufficerent, quæ toties tot ac tanta vno tempore onera sustinerent. Sed eximius ille vir, vt erat incredibili corporis & animi robore præditus; diuina caritate præualidam naturam accendente, vigorem concipiebat tantum, vt

Mozambicus insula.

[illegible] vt [illegible] quodammodo [illegible] & [illegible] Assiduus [illegible] ut [illegible] Christianæ charitatis [illegible], nihil [illegible] hac [illegible] Dei grata constabat [illegible] Ergo perinde ac si integer & nunquam [illegible] viribus [illegible] in valetudinario regio (quod Mozambici est [illegible] vt in [illegible] Lusitanorum arce [illegible]) sedem suam locauit. Haud minus negotij in terra ac valetudinario fuit, quam in mari nauigio fuerat. Quippe Mozambici longe maxima erat eo tempore vel morborum grauitas, vel laborantium multitudo. Et ad morborum pestiferamque vim Autumni illa causa accesserat, quod naues pariter omnes, quæ eo anno e Lusitania in Indiam soluerant, incommoda vsæ tempestate, parique luе afflictæ, eodem hybernabant loco. Ea res Xauerij curam & sedulitatem acuit, vt tantam ægrorum subiret molem. Nam ceteris etiam nauibus benignitatem suam impertiendam ratus, quantum diurnis nocturnisque laboribus consequi poterat, eximia opera tam naualis afflictis, solennia sacramenta laborantibus ministrare, mœstis solatium, morientibus Dei fiduciam adhibere instituit. Itaque ægri omnes Franciscum Dei immortalis dono vnicum classis afflictæ remedium sibi [illegible] ducere. Nec ægris addictus aliorum immemor fuit. Per idem tempus festis diebus in Indiæ Prætorem ac populum, maxima hominum frequentia, sermones habebat, vt valentium quoque animis subueniret. Inter hæc dum in ægrotis valentibusque omni ope iuuando totus incumbit, puerum ignotum sibi, qui tam in eadem qua ipse naui vectus erat, subito interiisse morbo cognoscit. Confestim igitur rogitare, (vt quemque obuium habebat) an puer ille Christianæ disciplinæ rudimenta didicisset. Vbi rudem omnino talium rerum obiisse comperit, tantus repente dolor eius perculit pectus, vt in vultu semper alioqui læto insignis mœstitia emineret. Quocirca Sosa Prorex mœroris causam ex eo sciscitatus, vt illo narrante cognouit, rogare pergit, ecquid ipse fecisset, puerum illum Christianarum esse rerum ignarum? ademque? Tum Franciscus: Enimuero, si scissem, haudquaquam mœstus [illegible] illum ergo cum ceteris [illegible] docuissem. Vrgenti subinde Sosæ, cur igitur culpæ insons mœroris pœnam vltro subiret, respondit, quod puerum in eadem vectum naui Christianæ institutionis expertem esse nesciuerim. Tantum enim eius animo incerat hominum salus, instituto que puerilis. Ceterum quid tandem haberet vtilitatis & commodi egregia eius benignitas, ægri carendo etiam magis quam fruendo senserunt. Paucis enim interiectis diebus, Xauerius, dum afflictorum subleuare morbos summa ope nititur, ipse in morbum incidit, exemplum futurus quibus fuerat solatium. Nec sane fortitudinis illi materia defuit. Febris eum inuasit adeo grauis ac periculosa, vt paucis diebus septies incisa saluatave vena, miserit sanguinem: quam tamen ille febrim non leniter tantum, sed velut a Deo [illegible], libenter ferebat. Ecce autem, vt insita eius virtus foret euidentior, graui corporis valetudini ægritudo mentis grauior, phrenesis, additur. Ea totum triduum tenuit, quo tempore sancte adiurarunt medici, qui eum curabant, in rebus quidem ad corpus ac valetudinem pertinentibus (id quod morbi natura ferret) delirasse illum, & insanisse: sed in diuinis atque ad animum spectantibus (quo maxime erumpere solet insania) magna cum ipsorum admiratione adeo mentis compotem fuisse, nullum vt omnino ei verbum a recta ratione alienum excideret: tantam vim habet vsus habitusque virtutis. Nec pietatis magis in eo morbo quam paupertatis tenax Franciscus fuit. Curabatur in publico valetudinario cum ceteris, pari lectulo & conditione victus. Non deerant viri honesti & copiosi, qui certatim eum ab initio morbi in sua transferre tecta, & curandum suscipere conarentur; idque vt per ipsum liceret, vehementer etiam atque etiam instarent. Verum ille sanctæ paupertatis studiosus in paucis, collaudata eorum humanitate, vti liberalitate noluit. Quamdiu ægrotauit, nullo discrimine in ægrotorum iacuit turba. Vt porro mali periculum fuit quam diuturnior. Igitur breui discusso periculo, melius habere cœpit. Nec vero recens casus alacritatem illius minuit in suo instituto, sed potius auxit sedulitatem. vt qui eum ipsemet, quantopere humanæ etiam opis indigerent ægri, vsu propiore didicisset. Ergo vt primum remisit morbi vis, suimet oblitus, nihilo segnius valetudinarium obire, mœrentes consolari, confitentibus aures dare; vtcunque poterat conari, vt etiam ægrotus subleuaret ægrotos. Non vnquam alias ante Francisci benignitas clarior atque admirabilior exstitit. Quippe medicus [illegible] de more ægros inuisens, in Xauerium incidit, qui non secus ipse affectus febri, cubantibus tamen adstans, non secus ac si valeret, summa inseruiebat ope. Ibi medicus rei miraculo stupens, parumper hæsit: inde venarum pulsu explorato, haud dubius quin ipsemet magis indigeret ministro, quam quibus ministrabat, orare eum obtestarique, vt ad lectum suum se reciperet quiesceret, saltem quoad febris decederet, noxio calore restincto, tum sane, si vellet, ad ægrotorum rediret curam. Franciscus & medico parendum, nec tamen periclitantes deserendos existimans, respondit proxima nocte aliquid sibi negotij cum ægro quodam fore, haud satis ad impendentem mortem parato: eius salute in tutum recepta, se quietem esse capturum. Is quem describebat, erat vltimæ sortis nauta, qui ex febri insaniens, nondum peccata sacra confessione expiarat. Postero igitur die medicus Franciscum cum nauta illo colloquentem offendit. Iacebat æger in lecto Xauerij, ipse assidens ei operam dabat confitenti: quippe illius vicem miseratus, temere in suo lectulo collocarat. Et noua benignitas nouo decorata videtur miraculo. Satis constat nautam insanientem, postea quam ab illo in suo lectulo est positus, ad mentis sanitatem rediisse. Nec vanus de illius morte vates Xauerius fuit. Eodem nauta die sub vesperam sacramentis rite procuratis, plenus bonæ spei excessit e vita. Tum vero apparuit idcirco Xauerium tantopere de illo laborasse, quod imminens ei vitæ salutisque discrimen prouideret. Franciscus nautæ salute admodum lætus, extemplo stratum repetit, valetudinique suæ seruit, medico vsquequaque obtemperans: haud minore obedientiæ exemplo, quam Christianæ charitatis. Vt vero ex morbo conualuit, nihilo segnius ad pristinos valetudinarij labores retulit se. Atque rem bene ac fortiter cœptam perseueranter tueretur, eundem prorsus industriæ cursum tenuit, vsque ad extremum profectionis diem. Illo autem semestri spatio (tamdiu enim Mozambici hyematum est) ea exempla edidit eximiæ sanctimoniæ, vt incolæ, classicique omnes, illum tanquam virum sanctum vulgo suspicerent. Quocirca nonnulla, quæ per id tempus ei prospere euenerant, Xauerio haud dubie sed [illegible] tribuebantur, tanti viri virtute ac meritis factum esse memorantes, vt pro morborum grauitate, ingentique ægrotorum numero, tam pauci eo anno in Mozambicensis hybernaculis interirent, profecto eiusdem & industria sublatos morbos, & sanctitate depulsos. Aderat iam profectioni dies, nec tamen ægrotorum plerique conualuerant. Quin etiam ipse Prætor tentari iam cœperat febri: proinde in Indiam peruenire festinans, optimum factu ratus est, eos qui per valetudinem sequi non possent, hoc est, totam ferme classem, in hybernis relinquere, donec recreatis ex morbo viribus, transmittere in Indiam valerent. Itaque P. Paulo & Mansilla, Xauerij sociis, facile exoratis, vt Mozambici manerent apud ægros; Xauerium ipsum secum ducere statuit, itineris solatium, &, si quid grauius incidisset, auxilium.

XVI. Mense igitur Aprili ineunte anni insequentis, Sosa phaselum ingentem (galeonem vulgo vocant) tractus Indici causa comparatum, cum valida manu conscendit, classe, cum primum per valetudinem liceat, sequi iussa. Discessit cum Prætore Franciscus, Lusitanis simul & incolis eius discessum lachrymis magnique beneuolentiæ indiciis prosequentibus. Sosa aliquot dierum secunda nauigatione passuum millia circiter septingenta a Mozambice prouectus, & Melindam (Saracena vrbs est, amica Lusitanorum) delatus, paucos ibi dies substitit. In ea vrbe Lusitani mercatores plerumque versantur: & si quos forte ibidem occupauerit mors, tumulis cruce insignibus conduntur. Propter vrbem ingens ac præclara crux è marmore inaurato visitur à Lusitanis constituta. Quam conspicatus Xauerius ex insperato, efferri gaudio cœpit, tantam vim & gloriam cruci gratulans, quod in media Saracenorum & dæmo-

nu... di-

Cura salutis animarum.

In morbum incidit.

Phrenesi laborans de[illegible] verba.

Ex valetudinario [illegible] priuatas ædes [illegible] vetat.

Æger ægros iuuat.

Nautæ insanienti Franciscus lecto [illegible] sanitatem restituit.

Opinio de Francisci sanctitate.

Anno 1542.

Melinda.

Crucis honor inter Saracenos.

num ditione victrix emicaret. Subinde haud cui dictu re [illegible] hanc eius lætitiam auxit. Saracenus quidam [illegible] ibis primarius, qui testus apud Franciscum Saracenorum pietatem consenuisse, percontabatur Xauerio, an [illegible] et Christianis. Quippe ex se ptendecim fanis, quæ Mahomedæ stant, tria duntaxat, eaque à paucis admodum [illegible] obstupescebat, ignarus cur tandem suorum pietas deficeret. Et tantum illud mali profecto ex nefario aliquo [illegible] rum scelere dicebat ortum. At Xauerius lætus obiectu crucis vim dæmonis repressam, negauit tam mirandum, vanam Mahometis religionem iam deficere, quam tamdiu viguisse. Deum vtique, veræ religionis auctorem, a superstitiosorum Saracenorumque precibus abhorrere; & hanc scilicet esse causam, cur preces, quas auersaretur, extingui funditus vellet. His forte auditis Saracenæ superstitionis antistes (Cacizem ipsi appellant [illegible] Magister Mahometicæ disciplinæ sane eruditus, propalam confirmauit, nisi Mahomet is intra biennium eos [illegible], nutrum [illegible] illis [illegible]; adeo iam in anxiis illorum mentibus Mahometis reuerentia exoleuerat. Cæterum Franciscus animos superstitione captos, nec vllius salubris consilij patientes, cum nequiret tam breui tempore liberare, quod erat reliquum, excitauit eos ad cupidinem Christianæ libertatis, magnopere monens, vt ab hominum conditore Deo opem lucemque identidem implorarent. Repetito deinde itinere, vetus illud suum institutum tenebat ardore animi nouo, vt vectoribus, ægris maxime (neque enim deerant) quibuscunque posset rebus opem ferret. In

Ægris de suo [illegible] lectoque commodat. Anchorarij funis volumine pro lecto vtitur.

quo quidem genere eo vsque progressus est, quoad progredi benignitas potest: benignus vt esset in alios, durus fuit in seipsum. Namque vt de sua habitatione ac lectulo commodaret ægroto, magna illius itineris parte in publico inter turbam nauticam cubitauit: & lectum ei anchorarius funis in spiram conuolutus, ceruical anchora ipsa præbebat. Exinde noua Francisco benemerendi de hominibus ac de religione oblata materies est. Omnem Africæ oram circumuectus Prætor, ad Socotoram insulam, à Mozambico passuum millia prope M. D. C C. nauigium appulit. Ea insula adiacet vltimæ Africæ promontorio. Guardafum appellant hodie, Aromatam olim vocabant, & [illegible] est è regione sinus Arabici, fretique Mecani, cui [illegible] Mecanomen dedit, vrbs execrando Mahometis sepulcro nobilis. Socotora autem circuitu ad c. millia passuum amplectitur. Terra saxis aspera ac vasta, sine vllo fere indicio humani cultus: non triticum, non oryzam, non vinum, non poma fert; sterilis prorsus, nisi quod dactylis, ex quibus panem incolæ conficiunt, & pecore abundat: & super cætera, cæli intemperie grauis, ingenti torretur ardore solis. Gens

Socotora insula.

plane rudis & imperita: nulla apud eos monumenta literarum: nemo qui legere saltem sciat. Vicis habitatur, suus cuique vico Caciz est, instar Curionis. Et Cacizes nihilo doctiores aliis, precationes tantum quasdam peregrina lingua compositas, quas ne ipsi quidem intelligunt, recitant memoriter. At incolæ, Christiano se esse gloriantes, eximia veneratione Thomam Apostolum colunt. atque ad priscos illos olim in ea insula ab Apostolo baptizatos, originem referunt suam: multaque (cum iam Christiani mores exoleuerint) religionis ostendunt vestigia. Sacella pie magis quam ample extructa & ornata: cruces in altaribus cum lychnis præpendentibus: & quoniam paupertas tintinnabulorum adimit vsum; ligneis crepitaculis (vti apud nos sancta hebdomada assolet) conueniendi populo signum datur. Cacizes porro quanquam connubio implicati, tamen abstinentia sunt insignes: quoties ieiunant, non

Cacizes instar Curionum.

Cacizes abstinentia insignes.

solum carne ac lacte, sed etiam pisce, cuius magna est copia, prorsus abstinent; vt adeo moriantur citius, quam quicquam tale degustent: dactylis duntaxat & oleribus victitant. Quin etiam quadragesimas quotannis binas, quarum altera bimestris est, reiiunant: & si qui forte profani homines carnem per ea tempora gustauerint, templi aditu prohibentur. Cæterum satis constabat, à Cacizibus, vtpote imperitis, iamdiu neque institui quenquam Christianis præceptis, neque baptizari. Accedebat Saraceni Domini, qui indigenas per vim subegerat, vesana impietas: quippe non solum ipsos miseris vexabat modis, sed etiam eorum paruos filios, è complexu parentum abreptos, execrandis Saracenorum sacris initiare gestiebat. Itaque ex incolarum aspectu congressuque haud minus moleste Xauerius quam lætitiæ cepit, indigne ferens illos à maioribus degeneres, religionis, quam profitebantur, ignaros, à Catholicis sacerdotibus destitutos, in Saracenorum ditione esse, velut oues in potestate luporum. Cumque eo (quod per tempus liceret) instituere exoptaret; vernacula in peregrino homine lingua non suppetebat voluntati animoque. Sed nimirum nihil est difficile charitati. A propriis nationum signis ad communia confugiens, nutibus & quibuscunque rebus poterat, tantisper dum ibi fuit, homines rudes Christianis imbuit ritibus. Puerorum quoque complures, libentissimis eorum parentibus baptizauit: mox pro se quisque ad eum liberos suos deducere cœperunt, enixim orantes, vt apud eos commorari ne grauaretur, pollicentesque neminem prorsus, qui non Baptismo ablueretur, tota insula futurum. Xauerius ergo etsi loci vastitas & incommoda erant ante oculos; omnium tamen præterquam illorum salutis immemor, Prætorem adit; messemque iam maturam ac paratam ostendens, precatur, vt per eundem aliquamdiu ibi morari liceat. At Prætor satis gnarus eam insulam Turcarum populationibus expositam, committendum sibi ratus non est, vt talis vir in seruitutem abduceretur à Turcis. Ergo egregia eius in miseros homines benignitate collaudata, ipsum admonuit, ne præsenti specie boni se falli sineret. Noli (inquit) auidius hærere in primis, ne omittas meliora. Quid tantopere istic laborare expetis, vbi maior fructu labor est, minora periculis præmia? Alia te regio, alia gens, alij Christiani manent, apud quos vtique operam & tutius ponas & melius. Tum Franciscus, quoniam ei secus videretur, quem sciret plus videre quam se, in ipsius potestate se omnino fore respondit. Indigenas inde solatus, promittit eorum sibi salutem, vbicunque terrarum esset, cordi futuram. Ad extremum omnes ad rectam interim religionem in medio generationis prauæ retinendam cohortatus, certam illis spem maturæ ostendit opis. Nec

Socotoræos tum eius caritate [illegible].

M[illegible] vim puerorum baptizabat.

In Socotoræ insulæ vastitate operam dare periculis expositum.

Francisci epistola ad Regem Lusitaniæ.

promissum fefellit. Ab eis digressus, vt primum occasio se obtulit, ad Ioannem Lusitaniæ Regem literas dedit, quibus Socotoræos Christianos, tanquam oues errantes sine pastore, desertos ab omnibus, Saracenorum insuper tyrannide oppressos, vehementer regiæ prouidentiæ commendaret. In ea quippe insula Saracenum per vim contra ius fasque omne dominari, vt qui Christianos indigenas, siue in Christianam fidem propensos, oriundos ab alumnis Apostoli Thomæ, miserandum in modum opprimat ac diuexet: ad hæc eorundem liberos per vim è gremio parentum raptos initiare studeat Mahometi Satanæque. Prospiceret pius Rex, ne paulatim in Saracenorum more ac ritus abirent, & quibus eorum corpora vis dedisset, vltro ipsi animos darent. Actum de illis fore, nisi in Lusitani Regis vmbra delitescerent. Cæterum non dubitandum, quin Deus, cui hoc dedisset, vt vnus ex omnibus Christianis Regibus posset, eidem hanc mentem esset daturus, vt vellet, miseros illos & afflictos protegere ac tutari. Proinde ne cunctaretur, quos communis Dominus diuino redemisset sanguine, hos ipse regalibus opibus Domino suo conseruaret. Præsertim vero cum totum hoc negotium nullo periculo, nullo sumptu, nutu solo Regis confici posset: classi modo regiæ illac iter vtique facturæ imperaret, vt Socotoræos suo præsidio ab immanissima Saraceni Domini tyrannide vindicaret. Haud irritæ fuerunt Francisci literæ ac preces. Causa nec honestior Xauerio quam Regi visa, nec magis cordi fuit. Itaque haud segnius, quam eius pietate dignum erat, classem eo destinauit. Et bellum fuit tam felix quam pium. Socotora pulsis Saracenis vi capta, indigenæ seruitio impotentis Domini [illegible]; [illegible] quoque [illegible] præsidium, vt libertas non gratior esset quam tutior. Xauerius deinde, eo non contentus [illegible] libertatem [illegible] adiecit. In eam insulam quosdam è Societate misit, qui syluescentem illam Domini vineam denuo colerent, & Saracenorum tyrannide depulsa, etiam Satanæ tyrannidem depellerent. E Socotora cum [illegible], Xauerius ad suum se munus pensumque reuocauit: eodemque benignitatis & industriæ tenore, quo Indicum iter [illegible],

Socotoræi, Francisco rogante, Saracenorum tyrannide liberantur.

præter-

prætervectus Arabiæ oram ac Persidis, aliquando peruenit in Indiam. Goam egregiam Indiæ vrbem applicuit prid. Non. Maias eiusdem anni M. D. XLII. ipso die S. Ioanni ante portam Latinam sacro, Indis sane memorabili. Quippe eo die Franciscus Xauerius, summo Dei beneficio ac munere illis gentibus natus, magna ex parte lucem salutemque in Indiam secum aduexit. Namque & ipse perditas illas nationes recreauit maximis beneficijs, simul cum Euangelij lumine allatis; & cæteris socijs viam ad Indorum aliarumque gentium conuersionem aperuit. Id adeo planum omnibus faciet reliqua narratio. Posthac enim res gestas Xauerij copiosius, quam adhuc fecimus, præscribemus. Nam superiora magna ex parte non quidem dubia, sed tamen subobscura sunt, quod ferme literarum luce caruerunt. Deinceps vero narraturi sumus ea, quæ partim ab ipso sunt memoriæ prodita; partim ab ijs, qui cum illo diu ac familiariter in India versati, eundem non modo obseruarunt viuum, sed etiam mortuum contrectarunt.

I. INDIA Poetarum Historicorumque monumentis inclyta, regio est Asiæ, duplo fere in longitudinem quam recta regione spatiosior, humanæ linguæ exsertæ maxime similis: quippe à Septentrionibus Caucaso commissa monti; ab occasu, Indo flumine, à quo nomen traxit; ab ortu Solis, Gange coercita, exserit se è temperata Zona in australem Oceanum. Amnes autem illi è Scythiæ montibus profluentes, magno aquarum diuortio, quo longius manant, hoc latius inter se terræ spatium relinquunt: passuumque fere decies centena millia, hoc est, dimidiatam ferme Indiæ longitudinem emensi, prorumpunt in mare. Inter horum ostia fluminum, vbi latissima est India, circiter octingenta millia passuum patet. Inde paulatim in arctum coit, vsque ad Comorinum promontorium, vbi cuneata longe excurrit ex Asia. Interiora Indiæ Ethnici indigenæ colunt: ora quæ ad Indum vergit, fere indigenas habet Reges, quæ Gangem spectat, Saracenos. Nam Saraceni iampridem ex Arabia ac Perside eo profecti, sensim plures Indorum populos, qua consilio, qua armis, suæ ditionis fecerunt. Lusitani quoq; libero commeantes mari, ignotam alijs terram sæpius adeundo, per occasionem in vtraq; ora maritima vrbes nec paucas, nec ignobiles, occuparunt: magnumque est Lusitanorum nomen in India, totoq; Oriente. Oram Indiæ maritimam, quippe magna ex parte torridæ subiectam Zonæ, perpetuus ferme Solis ardor vrget; qui æstiuo vapori persimilis, omnes anni partes vno prope tenore percurrit. Cæterum tempestiui imbres atq; Etesiæ sic æstum temperant, vt haud sane incommode habitetur, quanquam æstiuis mensibus (& quia bis Sol æquinoctialem lineam transit quotannis, binæ in anno æstates existunt) omnia feruidissimus Solis incendit ardor. Regio fertilis est, maxime Oryzæ, quæ apud eos tritici vicem præstat, secundum Oryzam, palmæ cuiusdam, ex qua non modo fructus tum recentes tum aridos carpunt, verumetiã (incredibile dictu audituq;) vinum, acetum, oleum hauriunt: ad hæc, materiam tectorum, nauium, funium, librorũ petunt; omnium pene rerum facultatem in vna arbore præbente natura, Pisce quoq; ac pecore abundant. Margaritarum in primis est terra diues, quas conchylijs inclusas in latentibus scopulis incolæ solertissime rimantur. Nec alia celebratæ à veteribus Indorum opulentiæ causa maior, ex quo luxuria purgamentis maris pretium fecit. Gens indigena colore nigra, corpus cætera nudum ab vmbilico ad genua carbasis velat. Seruilia vulgo ingenia & fraudulenta. Paupertas in tam diuite regione latissime patet, diuitijs, ob Dynastarum ac Regum impotentiam, ad paucos redactis. Nec tamen luxum inopia excludit. Omnibus vulgo etiam viris aurium, aut certe aurichalcum, pendet ex auribus, quas deliciarum causa, artificio quodam productas ad humeros ostentant. Pleriq; brachia quoque armillis ornant: adeo in muliebrem degenerauere cultum. Alia præterea multa de Indorum moribus traduntur, quibus persequendis huiusce historiæ cursum morari operæ pretium non videtur. Indiæ caput Goa est, vbis in insula eiusdem nominis, ferme è regione sinus Persici posita, ab Indo ostijs millia passuum circiter CCC. Hæc manu ac natura minuta (insulam enim exiguam, vbi sita est, angustum fretum à continenti dirimit) pulchritudine ac tectorum frequentia, cõmercio, diuitijs, ciuium & incolarum numero, cum præcipuis Europæ vrbibus haud immerito conferri potest. Itaq; & Archiepiscopi Prætorisq; Indici sedes est, & à Lusitanis maxime celebratur. Satis constat, Indiam olim S. Thomę Apostoli non solum vestigijs impressam, verumetiam sanguine imbutam, compluresque illius opera factos inibi esse Christianos. Sed horum posteri Ethnicis ac Saracenis immisti, paulatim degenerant ad eorum mores ritusque. Et iam (paucis admodum vicis exceptis, quorum incolæ à S. Thoma nomen acceperunt) nihil ferme Christianæ religionis præter famam in India durabat; cum Lusitani Goa & alijs Indiæ oppidis potiti, Indis Saracenorum Tyrannorumque iugo exutis, Euangelij lucem reddidere. Namq; & ipsi inter eos habitare, & indigenas ad Christum sensim aggregare cœperunt. Erat tum Goanus Episcopus (idem autem, quia tum solus erat in India Episcopus, cunctæ Indiæ præsidebat) Ioannes Alboquercius, vir è Franciscana familia, pariter doctrina & religione insignis. Is cum paucis suæ disciplinæ hominibus, etsi maiorem quam pro numero Christianæ rei nauabat operam, tamen Sacerdotum penuria minus proficiebat, quam opus erat. Nulli tota India tum erant religiosi, præter eos, quos dixi Franciscanos, quibus Lusitanorum instituto vix instituendis Ethnicos spatium dabat. Inter omnes Fratris Iacobi Borbani Franciscani vel eruditio ac virtus, vel Christianæ fidei propagandæ cupiditas eminebat. Hic Indos aliquot pueros ab se cõuersos ac baptizatos cum Christianis mysterijs simul & Lusitana imbuisset lingua, eosdem in conuertendis Ethnicis interpretes adhibuerat, inuento nõ magis solerti quam felici. Itaq; piorum ac locupletium hominum opibus fultus, maiora agitabat animo: & Indicarum gentium Seminario instituto, ipse in alumnis docendis totus erat. Quocirca etsi Episcopus cæterique Franciscani, pro egregia sua pietate, exoptarent Christianæ religionis proferre fines in India, tamen tot locis tanta paucitas sufficere haudquaquam valebat. Ergo non tantum in alijs oppidis Lusitanorum, sed in ipsa vrbe Goa, Ethnicorum Saracenorumque vigebant superstitiones. Gentiles Saracenique sane opulenti, vbique misti Lusitanis, palam luce execrandis superstitionibus operabantur, conniuentibus Lusitanarum arcium Præfectis, seu quod nondum recentis imperij opes satis stabilitas haberent; seu quod nemo foret, qui illos erroris conuictos ad Christi traduceret cultum. Proinde si qui ex ijs Christiana susceperant sacra, adeo ab opulentioribus vexabantur, vix vt se Christiano profiteri sustinerent. Ethnicorum vtriusque Saracenorumque negociatorum regias merces ac vectigalia tractantium tantæ erant opes etiam Goæ, vt apud Lusitanos ipsosque Magistratus, plurimum & gratia pollerent, & viribus. Ita nouis Christianis oppressis, Ethnicorum conuersio frigebat. Haud multo melior conditio erat Lusitanorum. Multis locis apud eos Sacramentorum rarus vsus, sacrarum concionum fere nullus: quod tota India duos tresue ad summum habebat concionatores, haud sane multo plures Sacerdotes. Quocirca pleraque Lusitanorum præsidia Missæ quoque sacrificio, non solum concione sacra, totos sæpe carebant annos. Super hæc vigebat eos fœda perditaque consuetudo Saracenorum Ethnicorumque. Nihil morbus eorum corruptius, nihil ad irritandam libidinem efficacius: vtrique n. in obscœnas effusi voluptates, nihil ferme vxorum pudicitia leuius ducebant. Quocirca Lusitani quamquam natura temperantiæ frugalitatisq; estudiosi, in tanta corruptione [illegible] epulis, & ijs quæ epulas sequuntur, dediti, vulgo pellices plures vndique coemptas habebant [illegible]. Eoque [illegible] vitia reprehendente) libido peruexerat, vt, pudoris obliti, vitam flagitiosam vel [illegible] iniquum, nullum turpe existimarent, adeo cupiditas malo vsu corroborata [illegible] speciem. Plerique vero confessionis & Eucharistiæ vsu annos complures transigebant: & sæpius quam [illegible] anno confitentes, simulatæ pietatis vulgo arguebantur. Si quis forte, conscientia stimulante, expiare peccata vellet, oculus ac voces hominum

Indiæ descriptio.

Goa Indiæ caput.

Iacobi Borbani Franciscani studium religionis.

Goa Collegij initia.

Neophytorum misera conditio.

Lusitanorum profligati mores in India.

minum fugiens, clam, & velut Nicodemus olim, noctu veniebat ad Iesum. Lusitanorũ porro coniuges [illegible] digenæ etsi Christianæ, tamen, ob Christianorũ mysteriorũ inscitiã Ethnici Saracenisq; superstitionib. [illegible] bantur: & liberi parentibus similes, aut etiam nequiores. Sic rerum status erat in India, cum eo Franciscus [illegible] mire lætus se aliquando (quod omni voto expetiuerat) in Indiam peruenisse, rebus hisce cognitis, ad medendum [illegible] ac tantis malis curam intendit: &, quod in illo ardore animi permirum est, cautius quam studiosius admouit manum.

Non erat ignarus, inter Episcopos, & alios curatores Ecclesiasticos, si vtriq; summo iure agant, [illegible] mittant iure, facile controuersias & contentiones oriri, non minore damno, quam offensione populorum. Omnium II.

2. Cor. 8.

Indiæ Episcopum adit.

igitur primum oẽm certaminum materiam de medio remouendam ratus, vt prouideret bona non solum corã Deo, sed etiam coram omnibus hominib. Episcopum sibi omni ratione demereri statuit. Ergo Deo & Archangelo Indiæ Præside (vt eius institutum ferebat) inuocatis Episcopum adit, eiq; comiter simul ac reuerenter salutato [illegible] at, se Pauli III. Pont. Max. & Ioannis III. Lusitaniæ Regis missu venisse in Indiam, vt Ethnicos ad Christi fidem adduceret, Neophytos ac Lusitanos ad Christianam erudiret pietatem. Cæterum parere magis q̃ imperare assuetum, alieno arbitrio vti malle quam suo. Proinde se in Episcopi iudici potestate futurum: nihilq; facturum prorsus, nisi ex ipsius sententia ac voluntate. Tum Pontificijs Regijsq; literis prolatis, Apostolicæ suæ legationis testibus, ad eius pedes

Goanum Episcopum summa demissione sibi conciliat.

prouolutus, ea omnia se illi tradere ait, ne secus vteretur, quam Episcopo visum foret. Non facile alias magis apparuit, quam cito animos conciliet vera humilitas. Alioqui eius tantam talis viri demissionem modestiamq; admiratus, summæ facilitati demittentis se, pari facilitate respondit. Nam confestim iacentem comiter alleuat, ideq; diploma ac literas reddit, gratum sibi futurũ confirmans, si Apostolicus Legatus data auctoritate ad Pontificu Regisq; vteretur arbitrium. Neque n. dubitandum, quin ita vsurus esset, vt talium virorũ de se iudicia cõprobaret. Ex eo tempore inter Episcopum & Xauerium obsequio obseruantiaq; adeo certatum est, vt inter se sua consilia amicissime communicarent. Franciscus ergo lætus sibi in Christiana re curanda adiutorem Episcopum fore, statim Goæ, velut primum instituti sui, summa vt ægros iuuare instituit. Ex̃plo sede in valetudinario regio collocata, [illegible] omni ope inseruire: hortari nunc singulos, nunc vniuersos: confessionis & Eucharistiæ Sacramentis expiare nõ ante desistere, quam morum mutatio spem vitæ fecisset meliorem. Præcipuus labor erat grauiter laborantib. [illegible] non interdiu solum, sed etiam noctu præsto erat, omnibus eximiam eius benignitatem amoremq; in alienos plus quam

Franciscus lectus apud periculosissime ægrotantem.

paternum mirantibus. Quippe Franciscus lectus esse vulgo dicebatur ad pedes eius, qui grauissimo inter omnes esset morbo implicitus: ibi n. instituto suo pernoctabat, vt omnibus horis, si quid grauius incidisset, periculo ingruẽti celeritas obuiam iret. Inter quæ nihilo minor cura paupertatis tuendæ, quam nauandæ benignitatis, fuit. Xauerij vestimenta erant ea, quibus e Lusitania indutus venerat, cultu haud sane a vilioribus vulgaribusq; Lusitanorum Sacerdotum abhorrentia. Cæterum veritus ne dispar vestitus abalienaret ab se animos Indorum statuit ab Sacerdotibus, qui

Studium paupertatis in vestitu.

ibi degebant, non differre vestitu. Itaq; satis gnarus, Societati Iesu vestis habitum certum ac proprium nullũ esse, sed communem Sacerdotum eius loci vbi versetur, valetudinarij custodem facile exorat pro familiaritate, vt tunicam sibi plebeiam compararet, quali pauperes indigenæ Sacerdotes vulgo vti solerent. Sed ille non tam postulati quam decori memor, pro Francisci dignitate atq; auctoritate, defert ei ex vndulata veste confectam togam: liberali facto liberaliorem addit orationem: talem ibi Sacerdotum vestitum esse, propter maximos Indiæ calores: vestis genus, etsi vndulatum sit, rude tamen esse, plebeiumq;. At Xauerius illas vestimentorum delicias auersatus; Tum tu igitur (inquit) istam vndulatam togam cuipiam istorum, quos dicis, Sacerdotum, si voles, dabis: mihi, si videbitur, cannabinam curabis tunicam. Quippe hominem, qui paupertatem vouerit, ea vestis decet, quæ & iudicium sit & monumen-

Tunica cannabina vtitur, sine toga aut pallio.

tum paupertatis. Huius ille responsi veritate victus, talarem ei tunicam cannabinam, qualem requirebat, conficiendam protinus curat. Ea deinde Franciscus, illorum Sacerdotum ritu, est vsus sine zona & pallio, malens de vestitu quam de paupertate detrahere. In eo autem non magis moderatio enituit, quam constantia. Eũdem deinceps vestitum in India perpetuo vsurpauit. Et valuit eius auctoritas apud socios, qui diu Francisci instituto talem habitum tenuere. Cæterum hodie, Lusitanorum more, quem complures tam peregrini Sacerdotes in India sequuntur, & zona

Calceos laceros ac detritos nouis mutare recusat.

vtuntur, & pallio. Porro cum Nosocomij Præfectus detritos ac laceros Francisci calceos, & simul soleis corijsq; temere assutis deformes notasset, e nouo attulit. At ille, vt erat vbiq; sui similis, nullis precibus perpelli potuit, vt veteres calceos mutaret nouis, suos illos satis adhuc vtiles esse dictitans: adeo tenax erat paupertatis. Agebat tum Xauerius annum circiter quintum & quadragesimum, quæ ætas fere consilio magis quam viribus pollet. Verum ille virtute erectus, nulli cedebat labori. Etsi n. per id tempus ægrorum subleuandorum præcipua erat cura: nequaquam tamen valentibus deerat, quos grauior siue animorum, seu corporum casus vrgeret. Post operam ægris impense datam, mane adeuntibus confitendi gratia faciles aures dabat: sæpe à primoribus ciuitatis ob eandem causam euocabatur. Erat tanta confiteri cupientium multitudo, vt ne decimæ quidem eorum parti eximia Xauerij sedulitas sufficeret. Post

Vinctos corrogata stipe iuuat.

meridiem fere vinctos in custodijs visitans, corrogata iuuabat stipe: tradita q; eis recte confitendi ratione, plurimas totius anteactæ vitæ confessiones audiuit. Nec nihil Xauerij apud alios valuit exemplum. Prætor ipse Sosa semel in hebdomada & ægros benigne inuisere, & vinctos, causis eorum cognoscendis expediendisque, solari instituit: idq;

Leprosis ministrat.

solenne habuit quamdiu in India fuit. Dominicis porro diebus Xauerius leprosos (quorum Nosocomium est in suburbano) iuuabat, eis cum cæteris in rebus ministrans, tum vero, post exceptas confessiones, Christi corpus impertiens. Nec quisquam omnino fuit eorum, qui non illo auctore sacrorum mysteriorum particeps fieret. Vbi satis operæ ægris nauasse visus est, in ædem B. Mariæ, valetudinario proximam, demigrauit, valentibus quoque operam laturus.

Concionatur.

Ibi Dominicis ac festis mane concionem habebat ad Lusitanos, à prandio indigenis Symboli capita cum summa cu-

Priuata colloquia.

ra explicabat, maiore hominum frequentia, quam pro ædis, vbi docebat, modo. Inde inimicos ad pacem, dissidentes ad concordiam reducebat. Nec quicquam in priuatis colloquijs inexpertum omisit, quod ad sanandos ciuium animos pertineret. Ille Lusitanos sermonis affabilitate captos comiter de ipsorum vitijs admonuit. ille [illegible] nunc mortis nunc gehennæ terrore, perditos homines à flagitijs reuocauit. Quos vt primum permotos esse sensit, modo ad expiationem noxarum, modo ad vitæ emendationem rogando alternis, suadendoq, pel[illegible] instituit. Satis constat plerosq; ita affectos atq; animatos, vt à confessione nouam vitæ rationem instituerint pellicibus electis, & male

Fructus sermonum.

parta pecunia restituta.

Cæterum haud paulo plus in pellicibus, quam in alienis pecunijs, laboris atq; operæ fuit. Illa tempestate III.

Lusitani Goæ, ob Lusitanarum mulierum inopiam, alienigenarum erant amoribus implicati. Pleræq, Simoniæ, aut Peguanæ, nonnullæ ab Iaponia Sinisue. Quippe hæ Indicæ fœminæ specie corporis, & decore habitus, longe præstant. Eas ferme Lusitani, quia coniugio non dignabantur, in delicijs habebant. Ergo Xauerius tanto huic malo obuiam eundum ratus, summa ope expedire illorum animos cœpit. Primum igitur eos omni obsequio demereri. Inde, vt quisque obuius erat, hilari vultu eum rogare, vt Sacerdotem egentem conuiuio acciperet familiari. Annuente illo, mensæ pariter accumbebat. Super cœnam vel à cœna orabat hospitem, suos vt liberos accersiri iuberet. Mox patris iussu prodibant parui filij, quos Franciscus manibus sublatos collo suo admouebat, grates Deo agens qui tales ei pueros spem stirpis dedisset: & simul honestam eis sanctamque vitam exposcebat precibus. Subinde

temeritas

(temeritas in alio foret, quod illius sanctitas facile sustinebat) puerorum matrem acciri desiderabat; accitam benigne alloqui, hospiti eius commendare formam nuptijs viam muniens. Eam vtique egregia esse indole ac specie, vt Lusitana posset videri: liberos ex ea genitos haud dubie Lusitano homine dignos. Quæ res igitur connubium moraretur? quam coniugem expeteret illa meliorem? Proinde ne cunctaretur filiorum famæ, tali feminæ pudori consulere. Nec salubria dicta in irritum cadebant. Francisci vox & auctoritas haud ægre eos impellebat ad pellices sibi matrimonio iungendas, ipsomet inspectante. Quod si quem nactus esset, qui ex Inda muliere ac deformi filios matri similes haberet: indignabundus exclamabat: Deus bone, quid hoc est monstri? Diabolum domi alis? cum isto portento consuetudinem habes? hinc suscipere liberos potes? me audi istud monstrum ac prodigium extemplo te ctis eijce; & te dignam coniugem quære: ita ille, amandata pellice, ducebat vxorem. Nec sinebat Franciscus, quantum in ipso erat, nigras ancillas à Lusitanis in matrimonium duci, sed albas, minimeque deformes; vt scilicet adulterijs abstinerent, sua quisque vxore contenti. Interim vero ad studium pietatis Christianæq; vitæ omnium animos pellicere atq; instituere non desistebat. Nec frustra id fuit. Cœlestis hæc disciplina adeo ciuium incolarumq; formauit mores, vt alia quædam videretur esse Goæ facies, quam paulo ante fuerat. Et Franciscum ipsum cum diurna Christianæ pietatis ministeria, tum vero nocturnæ orationis assiduitas clarum & celebrem fecerunt ad Lusitanos pariter Indosq;. Cæterum vir vere sanctus nominis celebritatem non superbiæ incitamenta habuit, sed industriæ. Quippe humanæ salutis quam laudis auidior, nouas subinde excogitans iuuandorum hominum rationes, ad omnia descendebat. Illud autem in tali viro admirabile Christianæ simplicitatis exemplum, & vtilius quam speciosius institutum. Homo id ætatis atque auctoritatis vias plateasq; cum tintinnabulo circumibat: adeo nihil quod Deo gratum, hominibus salubre foret, sibi indecorum ducebat: puerosq; ac seruos ad Christianam doctrinam conuocans, ad viarum angulos & compita subinde tali carmine incolarum pietatem excitabat: Fideles Christiani, liberos vestros seruosq; pro vestra in Christum caritate, ad Christianam disciplinam dimittite. Ad hanc rei nouitatem maximi puerorum ac mancipiorum vndique se proripientium, aliorumq; hominum concurrebant greges. Quos ille omnes in ædem B. Mariæ quasi agmine adductos Catechismum modulans docebat, ratus pueros cantus suauitate delinitos & libentius conuenturos ad audiendum, & facilius illa tanquam carmina memoriæ mandaturos; quod vtrumque rei euentus comprobauit. Verum ad id negotium non plus solertiæ adhibuit quam prudentiæ. Namq; haud dubius ita demum vtilem suum laborem futurum, si probe intelligerentur quæ edisci oporteret; singula rerum capita decãtata, pro auditorum captu & intelligentia, explicabat breuiter appositeque. Apud rudes homines ac seruos rudi & abiecto dicendi genere vtebatur de industria; quo facilius sermo notus in illorum aures atque animos influeret. Nec vero huius laboris fructus aut exiguus aut caducus fuit. Hinc tantus ille Christianæ institutionis docendæ discendæq; vsus, qui hodie viget in India. Nam cum ex ea re fructus hominum spe maior extaret: Episcopus ab alijs idem in reliquis vrbis templis fieri iussit. Itaq; certatim socij quidem Francisci instituto, cæteri autem partim Episcopi iussu, partim illorum exemplo excitati, idem postea tota India factitarunt, cum ingenti rei Christianæ emolumento. Quippe hic mos cum alibi, tum vero Goæ adeo percrebuit, vt passim in scholis, in vijs, in compitis, in tectis, agris, nauibus, pro ineptis ac vecordibus cantilenis, Christianæ disciplinæ rudimenta & canantur iucundissime, & audiantur. Quocirca iam vsu venit, vt vix dum balbutientes infantes carmina illa magna ex parte percepta cantitare gestiant. In hoc autem, quod dixi, munere obeundo Xauerius haud illustrius industriæ quam abstinentiæ ac modestiæ exemplum edidit. Ex his quæ eleemosynæ nomine ad illum plurima afferebantur, nihil admodum sumens sibi, omnia egentib. atq; ægrotantibus quam occultissime dispertiebat, ne quid laus humana de diuina mercede decerperet. Nec gloriam solum, sed etiam honorem (in quo pauci fortes & constantes reperiuntur) repudiabat ex animo. Cum vulgo honos illius virtuti debitus haberetur, honorem æque & honorantes gestu ac toto corpore, non tantum voce vultuque, auersabatur; indignum scil. ratus, Christianum hominem veneratione delectari, Christi opprobria secum animo reputantem. Audiant quod dicturus sum, qui vanos honorum titulos aucupantur. Xauerius quidem rerum humanarum maximeq; sui ipsius contemptor, nihilomin⁹ celebritatem nominis honoremq; aspernabatur, quam vulgo homines expetunt: vt iam constaret inter omnes, nihil illi grauius ac molestius accidere posse, quam prædicationem rerum suarum, suiq; venerationem. Cęterum vt honor fugientem maxime sequitur, hęc ipsa honoris fuga vt fit, honorem & admirationem auxit. Admirabantur omnes Sacerdotem eruditionis ac virtutis eximiæ, peregrinum ex alio orbe terrarum, tam multa gerere tamque præclara, nulla omnino mercede, ne laudis quidem & gloriæ. Ergo vt antea in Lusitania, sic in India, Apostolus vulgo cœptus est appellari, non minore vtique eius stomacho, quam pudore. Sed vicit multitudinis siue pertinacia dicenda est, siue constantia. Hæsit enim deinceps Xauerio Apostoli cognomen adeo, vt excuti ab eo nullo modo potuerit. Idemque postea cognomen à Francisco, quasi capite, ad eius manauit socios. Verum hi denique effecerunt, vt nouo nomine (de quo mox dicemus) assumpto, vetus illud nimis magnificum deponerent nomen.

Pellices formosas connubio iungit, deformes eijci iubet.

Nolebat Lusitanos vxores ducere deformes, vt pellicibus abstinerent.

Pueros ac seruos tintinnabulo coactos docet.

Plebeio sermone vtitur de industria.

Tradendi Catechismi fructus.

Honoris fuga.

Apostolus in India appellatur.

IV. PAVCIS ante Xauerij aduentum mensibus, Goę pij quidam homines, auctore F. Iacobo Borbano, rei Christianæ augendæ societate inter se inita (vt supra ostendimus) Indorum Seminarium inchoarant. Iamque rerum vsu docti consenserant, optimum facta esse, pueros adolescentulosq ac quamplurimos, omnium fere Indicarum nationum, Christianis moribus & literis imbui; ac deinde suam quemque domum remitti, partim Sacerdotes, partim interpretes futuros. Igitur communi consilio ad Ferdinandum Rodericum Quæstorem Regium (is tũ, Stephano Gama Indiæ Prætore absente, eius loco Goæ præerat) rem deferunt, ab eodem consilium & auxilium petentes. Ex eius ergo auctoritate Sodalitas instituitur his legibus, vt Goæ ex omnibus ferme Indiæ nationibus (nominatim autem appellabantur Canarini, ad quos Goa ipsa pertinet, Cingalæ, Malauares, Cellanij, Bengalenses, Peguani, Malacenses, Sinæ, Abyssini) pueri Christianis mysterijs ac præceptis erudirentur, qui deinde Sacerdotum aut interpretũ implerent vicem. Quod si qui ad neutrum munus essent idonei, alerentur tamen, quod artem aliquam addiscerent. Et rei quidem familiaris procurationem penes delectos à Sodalitate curatores, puerorum verò institutionem apud Franciscanos esse placuit. His rebus ita compositis, Quæstor regius Prætoris Indici & Regis Lusitani nomine stipendium ex publico octingentorum aureorum, quo tum Deorum Sacerdotes fruebantur, Goano Seminario attribuit, Dæmonis opes ad Dei cultum diuina prouidentia vertente. Id vectigal deinde duplicatum ab eodem, & ab Indiæ Prætore & Regia auctoritate firmatum: ædes quoque cum templo ædificari cœpit: Collegio, quoniam ad Christianæ fidei propagationem referebatur, à Sancta fide nomen est inditum. Redituum iam & eleemosynarum tanta vis erat, vt centum alumni sustineri facile possent: alebantur tum sexaginta. Præerat Collegio F. Iacobus Borbanus, is, qui eius auctor fuerat. Cæterum id Collegium Societati IESV diuinitus erat destinatum: quod ipsemet Borbanus, ex quo tempore Societatem nosse cœpit, lætus euentu non semel prædixit. Ille igitur Xauerij egregia vitæ ratione perspecta, studioque instituendæ teneræ ætatis valde probato, Seminarij administrationem vltro ei detulit. Ille; vtpote, qui disseminando Euangelio totam Indiam peragrare in animo haberet, id oneris scilicet recusauit. Instare primo acriter Iacobus; negotij magnitudinem proponere; vberrimos fructus percensere; Seminarium illud Sacerdotum atque interpretum, Ethnicarum nationum subsidium, maximum ad religionem propagandam momentum esse

Seminarij administrationem recusat.

rum esse veris laudibus memorans: Vbi nihil se proficere animaduertit; cum ipsemet, tum per Sosam Prætorem Indiæ agere cœpit, vt si Xauerius eam curam suscipere ipse aut non posset, aut nollet, at alium [illegible] e [illegible] daret. Paulum & Mancillam socios Franciscus e Mozambico propediem, alios item deinceps e Lusitania [illegible]. Itaque animo Collegij illius amplitudinem atq; vsum maximum præsagiente, rem complexus, Paulum [illegible] sui muneris Vicarium: alumnorumque Magistros è societate inde vsque ab vrbe Roma exciuit, haud nisi [illegible] Prætoris quam Borbani voluntate. Inde redditibus annuis regia liberalitate auctis, cum ad augendum alumnorum [illegible] eorum laxari tecta placuisset; Sosæ Prætoris non auctoritate magis quam largitas negotio fauit. Nouum [illegible] descriptæq; denuo ædes, eiusdem potissimum ope atque opera, breui tempore absolutæ sunt. Templum [illegible] Apostolo Paulo: inde Collegium S. Pauli appellatum. Ex eo deinde homines è Societate nomen acceperunt [illegible] id Collegium postea, saluo Indorum Seminario, Societati Iesu ab Rege Lusitaniæ attributum esset, Fratribus in Indiam & Orientem destinatis instituendis; Patres cognomen traxerunt ex loco. Id hodie regia munificentia locupletatũ bonis, ædificijsq; ornatum est, egregiũ sane Lusitanorum Regũ munificentiæ monumentũ, amplissimumq, o-

Goanum Collegium Societatis Iesu.

cionatorum, Sacerdotũq; ad vsũ Indiæ Orientisq; Seminariũ, Conimbricensi Seminario in Goanũ ab Rege Lusitaniæ verso. Hic n. (præter plurimos ex Indorũ populis alumnos, qui separatas colunt ædes) ad centũ partim ibidem adsciti in Societatẽ Iesu, partim à Lusitania submissi, bonis artib. ac morib. instruuntur, donec satis idonei sint ad Indiæ Orientisq; gentes exẽplis & sermonib. iuuandas. Hanc primũ Societati sedẽ diuina prouidentia cõstituit in India, priusquam ibi esset Societatis nomen auditum: eademque sedes parens est & caput sedium cæterarũ, quæ deinceps in Oriente plurimæ quæsitæ cõditæq;. Cæterũ vt ad ordinẽ rerũ, vnde opportunitas Goani Collegij per Xauerium parti auerterat, redeamus, Seminario, quod diximus, Societati assignato, nouum Indiæ campũ Xauerio excolendũ Deus attribuit.

Ora Piscaria.

IAM prolapsam Goæ Christianam disciplinam Xauerius restituerat, cum Comorini promontorij oræq; Piscariæ incolæ nuper ad Christi fidem adducti, desertique à Sacerdotibus ingentem eius animo iniecere curam. Piscaria regio vicis magis quam vrbibus frequens, à piscatoribus (Parauas vocant) incolitur: margaritis [illegible], quocirca, ex margaritarum maxime piscatu, Piscaria nominatur. Verum incolæ, opum vernacularum expertes, in V.

Exitiosissima causa internecinum belli.

margaritis piscandis operam suam locabant Saracenis. Turuchurinum oppidum est illius oræ non ignobile, vbi [illegible] ductores, grauissimi belli causa, & imminens genti clades, Christianæ fidei occasio fuit. In iurgio Saracenus [illegible] genus hominum impotens & contumeliosum, Parauæ cuiusdam aurem, gentis more perforatam, [illegible] contumeliam annulo, lacerat: quod apud illos probrum ducitur maximum. Itaque Saraceno illo interfecto [illegible] riam Parauæ vlti sunt. Cæterum (vt in rixis accidit, iusto certam [illegible] animorum, cædes alia ex alia nascitur, [illegible] cædendi finis, nisi pax intercurrit) res quæ primo per vlciscendi libidinem à duorum iurgio ad necessitudinum certamen venerat, inde ab horum certamine ad internecinum bellum venit nationum. Nam Parauæ demum maiore [illegible] intulerant accepta clade, impositam sibi contumeliam [illegible], hostium sanguine luendam rati, clam per magnam ex vicis fere omnibus contrahunt manum: ac de improuiso, impetu in Saracenos facto, magnum eorum numerum interficiunt. Tum enimuero Saraceni ira frementes, omnibus viribus in Parauas consurgere, eorumque nomen ad internecionem redigere statuerunt. Proinde ergo quantam maximam possunt, comparant classem, ipsosq; Parauarum Regulos magnitudine pecuniæ in suos populares incitant, haud dubij, si hostes nullum neque [illegible] que [illegible] habere effugium, circumuentos haud ægre ad vnum omnes posse deleri. Hic Parauæ, cum viderent quæ se cinctos periculis, ab hostibus circumsessos, ab Regibus suis proditos cernerent; fluctuantes animis circumspicere externa auxilia, cõsilia vndecunque exquirere. Versabatur tum forte inter eos Christianus eques (Ioanni Crucio nomen fuit) homo do-

Ioannes Crucius.

mi suæ honestissimus, natione quidem Malauar, cæterum Lusitanis similior quam suis, qui virtutis ergo ab Rege Lusitaniæ Christi eques factus, eo ipso tempore equos aliquot ad Parauarum regulos adducebat. Ad hunc igitur primores Parauarum pro familiaritate coeunt, rem demonstrant, consilium petunt. Et Crucius vir æque prudens ac pius, illorum trepidationem Euangelij occasionem ratus, vt simul belli ac superstitionis arceret cladem, censere se dixit, in vltimo discrimine ad vltima remedia decurrerent: & quoniam à suis Regibus contra ius fasque proditi, vnde que hostium vrgerentur armis, à præpotenti cœli Rege, Lusitanisque, eum pie ac religiose colentibus, implorarent opẽ. Quippe hac vmbra Lusitani cœlestique auxilij, non tegi solum ipsos posse, sed etiam de hostibus triumphare. Nam si Lusitanorum, hoc est, Christianam religionẽ amplexi, eis se vltro dedidissent, haud dubie illos pro religione ac delicijs suis bellum aduersus communes hostes in pugnæ susceptũ, feliciter iuxta ac fortiter cœlesti ope gesturos. Et Saracenis, æternis Christiani nominis hostibus, victis debellatisq;, fortassis piscatum margaritarum, iure belli eis adẽptum, Parauis, quod Christiani facti essent, vltro donaturos, velut auctoramentum religionis. Haud surdis hæc auribus dicta. Nec Parauas eques, et equitem Lusitanus fefellit, omnia prorsus, vt ille prædixerat, euenere. Cum terror hostium & equitis auctoritas trepidos Parauarum animos ad Lusitanorum amicitiam religionemque perpulissent, prope e summis eorum Magistratus (Pattangatini appellantur) honestissimos suæ nationis viros Cocinum ad Lusitanos ablegant. Legatis mandatum, vt Cocini primo quoq; tempore ipsi fiant Christiani: & Parauarum rebus Lusitanorum ditioni ẽ datis, opem ab eis ad imminentẽ Saracenorũ rabiem arcendam, Sacerdotes ad cæteros Christi sacris

Cocinum

initiandos petant. Cocinum Lusitanorum oppidum est maritimum, inter Comorinum promontorium & Goam positum, amplitudine ac dignitate vni Goæ in India secundũ. Huc ergo Parauarum legati, millia passuũ ferme CC. emensi, cum appulissent, nacta opportunitate Michaelem Vasæũ Proepiscopum (generalem Episcopi Vicarium vocabant) virum propagandæ religionis auidissimum [illegible] à quo comiter accepti, & ad Præfectum vrbis introducti, nõ enixius quam efficacius cõmendantur. Præfectus Parauarum legationem benigne audita, & beneuolentiam eis in præsentia præstitit & studium apud Prætorẽ Indiæ detulit suum. Benignus etiam quam locutus est, fecit: vtiq; postea quam Legati Baptismũ efflagitarunt. Et Prætor Indiæ à Cocini Præfecto certior de tota re factus, vt erat homo eximiæ pietatis, eo nuntio lætus, celeriter Parauis ferri iussit auxilium. Inter hæc Parauarũ Legati Baptismo lustrati, cognomen à cruce, in gratiam Ioannis Crucij, qui hoc illis consilij dederat, acceperunt. Idq; cognomen [illegible] salutaris consilij gratia, à reliquis deinceps eius gentis primorib. adscitum. Præfectus igitur [illegible], confestim validam classem adornat, oram Piscariam petit, cum hoste confligit. Haud humanæ opis res visa. Saraceni primo impetu victi, vnoq; prælio debellati. Inde Parauis belli metu liberatis, ad eorum Baptismum cura Præfecti versa. Missis

Comorinenses baptizantur.

eo sacerdotibus, baptizata capitum ad 20. millia dicuntur. Lusitanus inde victor, haud contentus ditioni eorum suorum salute, piscatum insuper margaritarum (vti Crucius coniectauerat) eisdem susceptæ religionis præmium vltro concessit: vt versa vice Saracenis, non nisi facta à Parauis potestate, piscari liceret. Ita Deo incommoda in bonos e-

Comorinenses a Sacerdotibus deseruntur.

uentus vertente, vnius auris laceratio in vniuersæ gentis salutem & emolumentum cessit. Cæterum diuino consilio humana imbecillitas defuit. Sacerdotes illi, quos diximus, Parauis magna ex parte baptizatis, summa loci intemperie, & alimentorũ inopia territi, domos protinus remigrarunt. Itaq; miseri neophyti, quos fortassis non tã veræ religionis amor, quam metus ac fuga periculi ad Christi aggregauerat cultũ, deserti à pastorib. Christianæ disciplinæ pene ignari, ad pristinos ritus ac mores reuoluebantur. His rebus ex ipso Michaele Vasæo cognitis, Xauerius varie affectus est: nam tanto rei Christianæ incremento admodum lætus, ingentem ex illorum solitudine cepit dolorem: quam

tamen

tamen breui haud dubia spes leniit, neophyto illo posse sua opera erigi colique. Quippe ethnici & neophiti Vrbi Goæ finitimi, ad quos tum eius industria vocabatur, F. Iacobi Borbani & aliorum opera egregie iuuabantur. Ipse autem ei subuenire gestiebat omni ope destitutis. Exemplo igitur in oram Piscariam proficisci decreuit, piscatorum ipsorum animas piscaturus, longe pretiosiores margaritis. Mox Episcopum sua consuetudine adit: quid sui consilij sit, docet: eique totius rei permittit arbitrium. Ille, probato consilio, bene precatus eum dimittit. In digressu oborta Alboquercio lacrymæ facile prodidere, quantopere Xauerij modestiam diligeret. Franciscus inde Episcopi auctoritate subnixus, Sosam inde Prætorem conuenit; ac re demonstrata, vt facultatem negotij conficiendi, si videatur, det, impense rogat. Tum ille testari Deum, se talis viri discessum permoleste ferre: sed quoniam non ambigeret, quin eius profectio Parauis saluti foret; hoc solatio desiderium, quod ex ipso caperet, leniturum: & simul quicquid ad iter illud opus esset, non minus benigne quam libenter, & Regis imperio, & sua sponte curaturum. Egit gratias Xauerius, tam officiosæ voluntati, negans se quicquam desiderare aliud, nisi eius itineris facultatem; vt, quoniam terrestre iter hostibus obnoxium diceretur, mari quamprimum eo contendere liceret. Extemplo morem gerit Sosa; nauim attribuit: & nihilo secius imperat suis, omnibus eum instaurant rebus. Sed in viæ vitæque commodis fortiter constanterq; repudiandis, Xauerius sui similis fuit. Offerentibus atq; adeo obtrudentib. magistratibus ad iter illud necessaria, gratias comiter agens prorsus omnia remisit. Verum cum iidem obstinate, non modo enixe, instarent; cessit nonnihil eorum precibus, haud minore facilitatis laude, quam abstinentiæ: thoracemque ex corio atq; ocreas sumpsit, aduersus Solis æstum, quem illis in locis, quippe æquinoctiali plagæ proximis, longe maximum cognorant esse. Hisce rebus impigre curatis, pro se quisque amici eius ac studiosi instrumenta itineris conferre cœperunt. Quibus ille benigne remissis, quod impedimenta verius quam adiumenta sibi esse diceret, vna cum Præfecto oræ Piscariæ, qui eodem pergebat, anno seculi huius XLIII. Octobri mense inito, discessit.

Episcopi in Xauerium amor. *Prætoris Sosæ humanitas erga Franciscum.* *Studium paupertatis.*

VI. COMORINVM promontorium pari fere interuallo ab Indo & Gange distans, ad æquinoctialem lineam procurrit, ab vrbe Goa millia passuum fere CCCC. Hinc velut ex cubito se flectit India: indidem & ora Piscaria inter Orientem ac meridiem spectans, ferme CC. millia passuum Gangem versus porrigitur. Tota regio tam alimentorum inops, quam diues gemmarum. Quippe incolæ oryza, lacte, pisce, carne viuunt; pane, vino, pomis, cæterisq; eiusmodi rebus carent: & medicorum medicamentorumque vsus vulgo apud eos nullus. Gentis quidem ingenia (vt est captus barbarorum) satis sedata & quieta, cæterum admodum rudia & incondita sunt. Nec aliam Indiæ regionem Sol magis exurit: vbi enim vapor iacentes arenas accendit, æstus igne torrentur. Hanc tamen tantam cœli locique intemperiem, pari ciborum medicamentorumq; inopiæ iunctam, inuicta Xauerij virtus vltro subijt, auidior scil. animorum, quam cæteri margaritarum. Enimuero precium est operæ, quæ deinceps expositur sumus de immenso infinitoque Xauerij labore, maximis ærumnis, omnimumque rerum inopia, in Comorinensi promontorio, cognoscere eos, qui vel modicis laboribus & incommodis perfuncti placent indulgentque sibi; perinde quasi Christi nomine malorum vltima perpessi. Nimirum vehementer nos nostri pudeat pigeatque, si nostros labores cum Francisco conferamus, in Comorinensi Christi vinea laborante. Habitabatur longissimus ille tractus piscatorum partim vicis, partim oppidis, ad XXX. Horum XX. erant Christianorum, in quibus præter XX. neophytorũ millia Christianis præceptis imbuenda, complures supererant baptizandi vel infantes vel adulti: luctandum sæpe non magis cum ardore Solis, quam cum arena; feruido litore non tantum fallente, sed etiam exurente vestigia. At Franciscus ad omnia intertitus, tam duram prouinciam, maiore etiam animi robore sustinuit quam suscepit. Namq; vnus multorum Sacerdotum animos ac vires gerens, contempto Solis ardore, continenter circum illius oræ maritimæ vicos & oppida pedibus sæpe nudis (vtique post detritas vsu ocreas) feruida arena cursare: infantes ac pueros cæterosque quotidie ad Christi fidem accedentes baptismo abluere: Idolorum sacrificia miris artibus impedire: sponsos ac sponsas rite matrimonio collocare: omnes, pro cuiusque intelligentia, catechismo erudire: dissidentes ad pacem reuocare instituit: quamuis æstuans & sudore pene perpetuo fluens. Nec vero suum ipse corpus in tantis laboribus indulgenter habuit. Solenne illi fuit cubare humi, gentis more oryza victitare, eaque exigua, & scilicet male condita; vtpote quam sibi ipse in summis occupationibus coqueret. Ad oryzam admodum raro piscem, aut lac plerumque acidum, à neophytis Ethnicisue vltro allatum, adhibebat. Multis etiam ac grauibus molestiis, quas peregrino homini locorum insolentia, rerumque omnium inopia necessario afferebant, defatigabatur. Et cætera quidem incommoda haud ferebat ægre; sed patrij ipsorum sermonis inscitia vehementer curam eius intenderat. Namque incolæ interrogari de rebus ad Christi religionem legemque pertinentibus, id modo respondebant, se esse Christianos; & quod Lusitanæ linguæ omnino rudes essent, Christianorum instituta ac præcepta cognoscere nequiuisse. Deduxerat secum Franciscus alumnos Goani Collegij duos, iam adultos, & Malauarici sermonis, quo illa gens vtitur, Lusitanique non ignaros: sed puerorum & idiotarum institutionem per interpretem & tardam & minus efficacem expertus, maluit eos magistros habere quam interpretes: adeo incensa erat cupido non celeritatis solum in docendo, sed etiam sedulitatis. Itaq; ab ijs, quos diximus, Christianæ disciplinæ capita in Malauaticam linguam celeriter vertenda curauit. Inde homo id ætatis in Christi gratiam velut repuerascens, illa quamprimum edisceres: mox tintinnabulo puerorum greges ac virorum cogens, vicos obire: vnum in locum coactis illa, quæ dixi, capita inculcare. Magistri ardor, discendi alacritatem discipulis attulit. Omnia quæ tradebantur, rudes pueri vnius mensis spatio memoriæ bellissime commendarunt: vt nec Franciscum industriæ suæ, nec illos assiduitatis pœniteret. Tanta porro eos ceperat discendi cupido, vt ab illo alias ex alijs precationes edíscendas subinde flagitarent, adeo obstinate, vt pene odiose interpellarent etiam diuini pensum officij persoluentem. Neque finem vllum faciebant instandi, donec illorum postulatis satisfacturum se promitteret. Xauerius ergo, vbi initia ex sententia succedere animaduertit, paucorũ emolumento minime contentus, rationem init iuuandi quamplurimos. Vt ea institutio latius pateret, pueri præcipit, vt i suos quisque parentes, cognatos, domesticos, vicinosque omnes paulatim docerent eadem illa, quæ ipsi in schola didicissent. Ita pueri è discipulis repente doctiores facti, rem Christianam haud sane mediocriter adiuuerunt. Nec vero Xauerius, hisce adiutorib. vtens, quicquam de labore remisit suo. Diebus Dominicis in magno puerorum, mulierum, ac virorum cœtu, orsus ab Symbolo Apostolorum, breuiter duodecim fidei capita ac præcepta Decalogi, alia alio explicabat tempore. Audiebatur attente ac diligenter, obstupescentibus non modo Christianis, sed etiam Ethnicis; qui frequentes conueniebant, demirantes Christianam legem adeo consentaneam & congruentem esse rationi. Cæterum Xauerius haud ignarus in diuinis rebus recte tradendis plus diuinam vim valere, quam humanam industriam, ad singula Symboli ac Decalogi capita ipse apposito carmine præibat: quo carmine opem separatim à Christo & à B. Maria peterent, ad illa ipsa siue credenda, siue exequenda: illudque subinde pronunciabat, si illa quæ tum peterent de fide ac lege Christiana seruanda, à Deo impetrassent, deinceps multo plura ac maiora diuinitus accepturos, quam ipsi taciti auderent optare. Eadem autem opera & Neophytos instituebat, & catechumenos: ad quos vtique, quia magis periclitabantur, plus etiam curæ atque operæ detinabat. Tantus vero numerus erat Christiana sacra capessentium (vicos enim totos singulis diebus non semel expiauit) vt inter baptizandum, manibus brachiisque defatigatis, sæpe langueret. Sæpe etiam talium rerum inculcatio docentem frangebat

Comorinum promontoriũ. *Æstus intolerabilis.* *Labores Xauerij.* *Oryzam sibi ipse coquit.* *Comorinensium inscitia.* *Comorinensium puerorum ardor discendi.* *Pueris vtitur ad parentum & aliorum instructionem.* *Christiana lex Ethnicorum iudicio congruit rationi.* *Totos pagos singulis diebus baptizat.*

Virtus labore multa. Teneræ ætatis informatio.

adeo, vt vox pariter viresque deficerent. Non tamen illius virtus [illegible] labori, sed nouum [illegible] bat benemerendi. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animum vinci posse dic[illegible] Plur[illegible] quotid[illegible] que conquisitos rite sacra lustrabat aqua. Præcipue vero teneram ætatem ad religionem infor[illegible] ignarus plurimum momenti esse in puerorum institutione; vtpote quos prouideret, à primæ ætate co[illegible], longe meliores parentibus euasuros. Habebat eius rei argumenta & multa & illustria. Neophyto[illegible] Christianæ doctrinæ perdiscendæ cupidos, non auidius arripere ipsos explicata, quam alijs traderet ab Idolorum cultu, omnique superstitionum genere adeo abhorrere, vt parentes ipsos in hoc genere peccantes, nec ip[illegible] dere vererentur, & ad Franciscum protinus deferrent. Nec ille accensi puerorum studij d[illegible], sed [illegible] vindicandum, & dux eis erat & comes. Siquando tale aliquid illorum indicio enunciatum esset, prop[illegible] contracta puerorum manu contendebat ad eam domum, quæ tantum admiserat nefas: extemplo, velut signo dato, inuadebat lararium. Tum pueri facto impetu, pro se quisque Deorum simulacra comminuere, conspuere, conculcare pedibus, omnibus contumeliis onerare, diaboli cultum in ludibrium vertente Xauerio.

PAGUS, qui primi occurrerant, satis Catechismo eruditis, Tutucurinum oppidum petens, ad ign[illegible] Ethnicorum pagum diuertit, qui contempto proximo accolarum exemplo, Christi asp[illegible]bantur fidem. Instanti Francisco vt vniuersæ oræ Piscariæ auctoritatem sequerentur, id sibi per Regem suum fas [illegible] omne, pati [illegible] bant, non tam vere quam obstinate superstitioni honestum obsequij titulum præt[illegible]. Incerto consilio Xauerio, egregiam rei bene gerendæ occasionem diuina prouidentia obtulit. Per id tempus [illegible] mulier quædam honesta ter[illegible] iam diem periclitabatur difficultate partus: nihil illa desperatius. Iam surdæ manium Deorum [illegible] frustra pro illius salute pulsatæ, coniugem eius cognatosque fatigauerant; cum Franciscus, re compe[illegible], Deo f[illegible] cocum interprete accurrit, spem aliquam opis ostendens. Mox domesticorum perm[illegible] [illegible] cum illa, vt, desperata [illegible] salute, animo consuleret; & simul nostræ fidei capita breuiter explicare cœpit. Qu[illegible] bus mulier, diuinitus iacta, [illegible] [illegible] tiretur, percontatur ex ea Xauerius, velitne fieri Christiana. Et libenter quidem, inquit illa. Tum Franciscus, VII.

Mulier periclitans difficultate partus baptismo liberatur.

Euangelio recitato, moribundam fœminam rite baptizat. Mirum dictu: baptismus ita facilem illi partum præb[illegible] vt protinus innoxia fœtum effunderet. Lætus euentu Franciscus, primum modo natum infantem, de[illegible] d[illegible] omnes baptismo lustrat. non minus miraculo attonitos, quam lætitia gestientes. Factum tam admirabile [illegible] testatum celeriter (vt fieri solet) fama vulgauit. Xauerius ergo populi animos stupore perculsos [illegible], pagi primoribus instare, vt suscipere ne dubitarent religionem, cuius documenta tam recen[illegible] evidentia habere[illegible] N[illegible] [illegible] primo id se Regis sui iniussu esse facturos: deinde, potestate à Regio procuratore facta, omnes [illegible], cum sua quisq; familia, Christianis initiati sacris. Primores baptizati cæteros omnes suo exemplo incitarunt. Ita pagus vni[illegible] sus ad Christi fidem accessit. Inde Franciscus Punicale (oppidum, id est sane frequens) profectus, benign[illegible] ab [illegible] excipitur. Confestim infantibus suo instituto baptizatis, populum ac pueros Catechismo imbuere instituit. Et grassabatur tum in oppido lues. Itaq; permulti quotidie ad eum conueniebant vndique rogatum, vt ipsorum [illegible] adiret, super affectos Deum rite precaturus: plures quoque grauiter laborantes, qui deprecatores nullos haberent, ij fim[illegible], vt poterant, ad illum candem ob causam adrepebant. Commouebatur sol. Xauerius tum insita misericordia, tum miserabili spectaculo. Miseris hominibus iusta petentibus abnuere nefas ducebat, veritus ne quid forte de fiducia aut opinione Christianæ religionis cunctatio demeret. Itaq; in adeundis ægrotis, recitandoq; super eos Euangelio, plurimum & operæ ponebat & temporis. Nec male tempus & opera posita.

Pagum vniuersum baptizat.

Ægros sanat energumenos liberat. Tres à mortuis excitat. Adolescens à mortuis excitatur. Masculus [illegible] puteo extractus reuocatur ad vitam.

Satis constat plurimos ab eo in illa maritima ora ægros sanatos esse, multos energumenos liberatos. Nec obscura aut dubia fama est, tres inibi excitatos à mortuis præter puellam Cangoximanam, de qua suo loco dicetur. Punicale oppidum est in ora Comorinensi ([illegible] ex mus) haud sane ignobile: hic adolescens quidam minime obscuro loco natus mortem obierat. Qui confestim ad Franciscum delatus à suis, cum ingenti comploratione ante eius pedes ponitur. Itaq; cum Pater manu prehensum Christi nomine surgere iubet. Ille continuo surgit haud dubie redinuus. Id Xauerius humilitati suæ indulgens, quantum potuit, dissimulando suppressit, sed frustra. Neque n. testi præ[illegible] onesque gra[illegible], quam[illegible] magni rei auctores, defi[illegible]: & huic miraculo consimile deinde miraculum affirmaunt fideni. Ibidem Christiana mulier Franciscum adij; & flens, ac suam orbitatem deplorans, suppliciter obsecrabat, vt ad paruum filium suum, nuper in puteo extractum accedere ne grauaretur. Tum ille negans puerum esse mortuum, bono esse animo mulierem iubet, eiq; protinus morem gerit. Ad eius tecta vbi ventum est, procumbit in genua. Deum aliquamdiu precatus, exanime pueri corpus signo crucis. Extemplo exilijt puer e feretro non viuus modo, sed etiam valens. Eam vero circumstantes Christiani obstupescere, & miraculum clamitare. At Xauerius enixe eos obtestatus, vt rem omni ope tacerent, repente inde proripuit se. Cæterum illi, vt rem tam admirabilem silentio supprimerent, nequaquam sibi impetrare potuerunt. Et Xauerij dissimulatio illustriorem insuper eius sanctimoniam fecit. Porro Ioannes Triaga Lusitanus (vt de alijs taceam) vir iuxta pius & grauis, idemque Francisci familiaris, post eius decessum a Goani Episcopi Vicario tunc interrogatus, pro testimonio dixit. Punicale interfuisse se, cum Franciscus puerum quendam, itemq; puellam, reuocaret ad vitam. Accepisse etiam se à multis, alium præterea ab eodem in vico (cui Bembari est nomen) à mortuis excitatum: de quo interrogatum ab se Xauerium, ita rem humilitatis studio suppressisse, vt tamen suppressa veritas emineret. Et hæc satis testati, atq; ab Indiæ Prore[illegible], Lusitani Regis iussu, conquisita obsignataq; penes nos habemus. Dum ægris mortuisq; operam dat Xauerius, non cessabant interea quotidianæ occupationes instituendi pueros, Ethnicos conuertendi, baptizandi conuersos, sepeliendi mortuos, consulentibus respondendi.

Puella ad vitam reuocata.

Ægrotorum autem negotium, pro multitudine ægrotantium, & fama curatorum infinite crescebat in dies: vt iam vnus omnibus satisfacere haudquaquam valeret. Ad hæc contentiones, vt fit, inter eos existebant, quod suam quisq; domum primus eum certabat adducere. Igitur iustis eorum postulatis, salua pace, morem gerens, pueros idoneos suo loco dimittere instituit, consilio non magis necessario quam salubri. Pueri domos adeuntes ex præscripto Xauerij, primum domesticos ac vicinos omnes cogere: deinde simul cum ijs qui conuenerant, Symbolo fidei recitato, ægros ad spem certam que Dei fiduciam, cuius beneficio valetudinem recuperaturi essent, excitare: ad vltimum, omnibus qui aderant spe & expectatione erectis, certas adhibere preces. Nec vanum id inuentum fuit. Puerorum, circumstantium, ægrotum, & vero Francisci auctoris fides, hic laborantibus tum corporum tum animorum peperit sanitatem. Permulti quippe neophytorum in suscepta religione confirmati: Ethnicorum non pauci ad Christi fidem, cuius vim experti forent in valetudine recuperanda, perducti. Quod si quis puerorum precatoriam Francisci coronam habere poterat, (ea tactos ægros haud dubie sanabat) præclare secum putabat agi. Itaq; illa prodigijs nobilis certatim expetebatur; & ad ægros perpetuo circumlata raro admodum ad Franciscum redibat, miraculis magis, quam precibus seruiens. Nec ægris solum, sed [illegible] energumenis, & obsessis à dæmone, per pueros consultum est. Energumenus quidam miseris modis a vexato diabolo exercebatur. Ad quem Franciscus rogatus, cum per occupationes ire non posset ipse, pueros aliquot, Christianæ doctrinæ ministros, ablegauit cum cruce, monitos quid facto opus esset. Adeunt ad vexatum hominem pueri. Xauerij crucem, ex eo præscripto, illi osculandam offerunt: ipsi precationes quasdam, quas tenebant memoria, super eum recitant: extemplo non tam puerorum vtique quam Francisci fide ac virtus vexatum liberat, omnibus qui aderant

Ægros per pueros curat.

Energumenum per pueros liberat Xauerij humilitas.

tant admiratione defixi. Hæc fama non sine magna Xauerij laude manans, clariorem eius animi demissionem fecit: nam miracula diuinitus ab se, circummissis pueris, edita, ipse à semet abiudicans, adiudicabat fidei puerorum ægrorumque. Cæterum dum omni ratione abijcere se, suamque vim occulere conatur, auxit splendorem sanctitatis suæ. Quocirca, vt erat non egregia virtute solum, sed etiam Christiana humilitate conspicuus, vulgo iam Pater Sanctus appellabatur: adeo occultata virtus existit illustrior.

(Xauerij humilitas. — Pater Sanctus appellatur.)

VIII. SPECTATA in depellendis morbis neophytorum fides atque industria, ad communicandum cum eisdem laborem plebis erudiendæ, Xauerium accendit. Itaque delectu habito, quibus haud minus sedulitatis erat quam pietatis, eos quoquo versus dimittebat, monitos vt in domibus, viis, plateis Catechismum, ita vt acceperant, rudibus traderent. Vbi rem pulchre institutam suis iam viribus niti videbat posse; in alium vicum ipse cum pueris commigrabat, eadem ratione pagos aliquos eruditurus. Quos omnes vt obierat, quietis immemor, labore in orbem redeunte, ad primum vicum reuertebatur, confirmaturus si quid forte labaret: eodemque ordine pagos deinceps reuisebat omnes. Inter hæc non modo ad præsens tempus, sed etiam in posterum rem Christianam stabiliendam ratus, in singulis pagis oppidisque Christianæ institutionis relinquebat exemplum, scribendi gnaris, vt id describerent; rudibus, vt ediscerent, quotidieque memoriter recitarent, præcipiens. In omnibus etiam vicis instituit, vti festis diebus omnibus neophyti vnum in locum congregati, Christianam doctrinam cuncti pariter decantarent. Vt autem rectum institutum recte atque ordine procederet, Vicarios muneris sui relinquendos existimans, in oppidis vicisque singulis vnum aliquem Christianæ rei curatorem (Canacapolam ipsi appellant) constituit. Et Canacapolis (ne quando tam necessarium institutum interiret) à Prætore Indiæ certam quotannis pecuniam attribuit ad victum. Canacapolis instituendis causa hæc fuit, vt essent, qui paruis pueris periclitantibus baptismo succurrerent in tempore; cæterisque in rebus, quæ moram dilationemque non patiuntur, neophytis subuenirent, quoties ipsius Francisci occursum locorum longinquitas moraretur. Proinde omnibus in locis singulos binosve delegit, qui disciplinæ Christianæ intelligentia, grauitate vitæ, pietatis ardore, morum integritate inter cæteros eminerent: his baptismi ratione tradita, mandauit, vt, si quando necessitas vrgeret, impigre baptizarent infantes; si quid incidisset grauius, referrent ad se. Hi in suo quisque pago, ob Sacerdotum inopiam, instar Curionum seu Parochorum erant: ædem sacram curabant: bis in die Catechismum tum Latino tum patrio sermone, mane viris, post meridiem mulieribus, tradebant. Nuptias quoque de more pronunciabant, inquirentes ecqua connubiorum forent impedimenta: præcipue vero periclitantes ætatis imbecillitate infantulos baptismate abluebant. Iidem lustranti vicos Xauerio numerum puerorum eo anno natorum, itemque habentium apud se pellices, inimicitiasque inter se exercentium, edebant statim; quo ille hisce rebus remedium quam maturime adhiberent. Ita res omnes præcipuas celeriter singulis in locis cognoscebat pariter & componebat, vt, quam minima mora interposita, transiret alio. In hos omnes Canacapolas, Xauerij rogatu, quadringenti aurei ex publico à Prætore Indiæ attributi, ab Rege Lusitaniæ confirmati deinde sunt. Ea pecunia Reginæ Lusitaniæ soccorum & crepidarum nomine pensitabatur. Quocirca Franciscus ad Catharinam Reginam tam salse quam pie scripsit: Non alios fore soccos aut crepidas aptiores, quibus ipsa scanderet in cælum, quam pueros Christianos oræ Piscariæ, eorumque institutiones. Quare orare se, vt soccorum crepidarumque suarum vectigal, ad sternendam sibi in cælum viam, illorum præceptoribus attribueret, læta tali commutatione, qua nullam potiorem optare potuisset. Illa, vt erat femina insigni religione, totam rem valde probauit: suumque illud tributum Canacapolis, neophytorum magistris, volens ac libens concessit. Ita auctore Xauerio, liberalitate Reginæ, Regis auctoritate, constituta res, stabilitaque, non maiore illorum merito, quam rei Christianæ emolumento.

(Catechismi tradendi laborem cum pueris communicat. — Canacapola Francisci Vicarij. — Epistola ad Reginam Lusitaniæ. — Liberalitas ac pietas Reginæ Lusitaniæ.)

IX. INTER hæc haud nihil cum Brachmanis Francisco negotij fuit. Inter omnes Indorum gentes, non solum nobilitate, sed etiam sapientia eminent Brachmanes, stirpis Regia eadem & Sacerdotalis. Vnum ipsi Deum colunt (Parabiam vocant) principium rerum omnium, omni ex parte præfectum; quippe conditorem terræ cælique. Sed fabulas innumerabiles, ad decipiendum vulgus, affingunt vero: ab illo tres filios progenitos, mundique administrationi præpositos, quorum tamen vna sit natura, vna diuinitas. Id adeo Brachmanum ipsorum significant cingula, quibus in extremis terni ex nodo funiculi pendent; acceptam olim trini Dei veritatem, siue improbitate hominum, siue dæmonum calliditate adulterante. Fana quoque Diis illis dicata visuntur cum ternis turribus ab imo seiunctis, paulatimque in vnum coeuntibus. Eorundem simulacra variis formis, quas olim induerint, ficta, Pagodes ab ipsis vocantur. Et Brachmanæ quidem apud Indos doctrinæ & abstinentiæ fama nobiles, in Comorino promontorio inscitia sunt nequitiaque insignes. Quippe in ea Indiæ parte paupertatis, quam locus ipse fert, impatientes, ingenitæ nequitiæ nefarium adiiciunt dolum. Ipsi, remotis arbitris, festo tympanorum sono epulantes, persuadent imperitis, Deorum simulacra epulari: Deorumque nomine ab eis postulant, quæ ipsi ad sustentandas familias suas desiderant; denunciata Deorum ira, nisi faciant imperata. Xauerius ergo eos palam fraudis conuictos criminari apud populũ, eorumque fallacias aperire cœpit. Ea res multis, qui relicta inanium Deorum superstitione ad Christum se aggregarunt, saluti fuit. Brachmanes autem siue doctrinæ, siue virtutis miraculo attoniti, odio in venerationem verso, Franciscum donis atque omni ratione demereri connitebantur. Sed paupertatis amorem nulla deuinciunt dona. Ille, remissis muneribus, ita libertatem conseruabat suam, vt tamen Brachmanum amicitiam retineret. Et Christianorum pagos circumiens, ad illorum sedes (Pagodes eodem quo Deos nomine appellant) sæpe diuertebat, ex Brachmanum numero aliquos traduci ad Christum posse credens, cum salute plurimorum, forte ad Pagodem venerat, vbi Brachmanes erant facile ducenti: qui, Xauerij aduentu nuntiato, frequentes ad eum coeunt. Consalutatione facta, multisque verbis vltro citroque habitis, sciscitatur ex eis Franciscus in consessu, quid tandem illorum Dij præciperent in cælum ad ipsos ituris. Post longum certamen, quis eorum potissimum responderet, ad senem octogenarium, natu maximum ex omnibus, communi consensu delata res est. Is callide tergiuersans percontatur inuicem de Xauerio, quid Christianis hominibus eorum imperet Deus. At ille, senis improbitate cognita, negauit se de Christianis rebus verbum prius esse facturum, quam ipse (vti par erat) respondisset de suis. Tum vero senex, necessitate cogente, inscitiam suam aperiens, duo Deorum præcepta esse dixit: vnum, vt vaccarum cæde, quarum specie Dij colerentur, abstinerent: alterum, vt Brachmanas, Deorum antistites & administros, benigne colerent donis. Ibi Xauerius simul hominis impudentia, simul rei indignitate motus, repente exurgens, illos rogat, vt se vicissim audiant: & magna voce Symboli capita, ac præcepta Decalogi, ipsorum sermone pronunciata breuiter explanat. Sub hæc, quæ foret beatorum in cælo, quæ miserorum apud inferos sedes & conditio, docet; & simul, quibus hominibus cælum pateret, qui detruderentur ad inferos. His illis auditis, repente consurrexerunt vniuersi, eumque pro se quisque amplexari, & Christianam religionem, tam consentanea mysteria ac præcepta continentem miris efferre laudibus. Tanta apud peruersos quoque animos vis est veritatis, si cæleste eis lumen affulserit. Multa deinde per contraria ridicula fortasse, atque abhorrentia ab auribus nostris, & ingenia & tempora cultiora, Dei benignitate, sortitis. An hominibus anima similiter vt cæterorum animantium intereat vna cum corpore. Morientis hominis qua animus exeat. Qui tandem fiat, vt per quietem in remotis etiam locis cum amicis esse nobis videamur, an quod dormientis animus, destituto corpore, exiliat foras. Deus albus an

(Brachmanes eorumque religio. — Brachmanum improbitas & nequitia. — Brachmanes Francisci amicitiam expetunt. Pagodes. — Francisci congressus cum Brachmanis. — Brachmanæ Christianas leges [illegible] probant. — Ridiculæ Brachmanum percontationes.)

 ater sit:

Brachmanes Deum nigrum esse putant.

atet sit. nam ipsi, vtpote natura subnigri, suo indulgentes colori, nigrumque Deum esse rati, Deorum simulacra identidem perungunt oleo, vt non atro modo, sed etiam tetra sint horrenda, ut Dæmones ipsos, non Deorum imagines, videre te credas. Hisce interrogationibus Xauerius haud ignarus sermonem accommodandum auditoribus, non tam subtiliter quam apposite ad eorum ingenia ita respondit, vt nemo prorsus ex tanto numero contra quidquam hiscere auderet. Vrgenti deinde Xauerio, vt Christianam religionem satis eis probatam susciperent, [illegible] vereri se aiebant hominum sermones, & rerum necessariarum inopiam, vitæ ratione mutata. Itaque [illegible], cum eis pudor salute potior esset, neglecta luce, quam despicere cœperant, obstinati hæserunt in tenebris. Et quanquam Brachmanum (vt diximus) sapientia inter Indos eminet, tamen vnus omnino inuentus est tanto nomine non indignus, homo è schola & ex celebri Indiæ Academia, qui Xauerio, pro familiaritate, quædam illius Academiæ mysteria nunciauit.

Brachmanum mysteria

Vnum esse Deum mundi conditorem, quem in cælo regnantem à mortalibus coli oporteret. Octauum quemque diem (nos Dominicum appellamus) festum agendum esse. Venturum tempus cum vnam omnes sequerentur religionem. Huic Christianæ fidei mysteria inuicem exquirenti Franciscus salutarem illam Christi vocem, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, pluribus explicauit.

Marc. 16.

Quibus ille verbis simul cum explanatione in libellum relatis, cum rogauit, vt se certis conditionibus baptizaret. At Xauerius, nec æquas nec honestas conditiones aucupatus, Baptismo supersedendum censuit. Demum hominem dimisit, monitum vt mysterium illud de vno Deo colendo in vulgus ederet, confidens se aggregatum iri Christianis. Huius digressus haud nullam iuuandæ rei Christianæ spem dedit.

Brachmana baptizatus Catechismum pueris tradit.

Brachmanæ alterius adolescentis lætior non spes solum, sed etiam euentus fuit. Is optima indole ac moribus à Francisco institutus baptizatusque, eodem auctore munus Catechismi pueris tradendi suscepit, Christo sibi è Dæmonis quoque schola disciplinæ suæ magistros deligente. Per idem tempus Deus, quam sibi cordi esset Xauerius, haud dubio indicio declarauit.

Illata Francisco iniuria diuinitus vindicata.

Dynastam Ethnicum certis de causis adibat, qui, vt erat inhumanus ac barbarus, virum sanctitate insignem aspernatus, non minus rustice quam contumeliose, venientem domo sua exclusit: & simul irridens adiecit, si quando ipse Christianorum adiret templum, se inuicem excluderet. Francisci iniuria per eos qui aderant vulgata, neminem minus, quam ipsum cui illata fuerat, irritauit. Enim vero indignum facinus non minus Lusitanis quam neophytis visum, & diuinitus profecto vindicandum. Igitur relictarum iniuriarum vltor ac vindex Deus, contumeliosum hominem celeriter debita persecutus est pœna. Paucis interiectis diebus, is Dynasta, quem dixi, non procul æde sacra Christianorum, in armatos inimicos inermis incidit. Ergo cum manu non posset, fuga saluti consulere: illi infestis telis in tergo fugientis hærere. Ventum erat ad templum Christianorum, quod miser ille suæ fugæ receptum destinabat animo, pristinæ magniloquentiæ oblitus. Sed neophyti, clamore ac tumultu exciti, sacræ ædis aditum complexerant: vrgentibusque, vt fit, vltimis primos, perfugium fugienti aperire, vt maxime vellent, nequibant. Ibi noscitantes hominem, pro se quisque Deum, Francisci vltorem, aperuisse oculos fatemur: diuina vtique non humana opera asylum illi, quod peteret, interclusum. Ita exclusor ille, instantibus inimicis, in Christianorum templum confugere frustra conatus excluditur; eo modo clusus à Deo, cuius ipse fecisset exemplum.

QVAM solidos autem diuinæ voluptatis fructus ex suis maximis laboribus Xauerius cœperit, incredibile dictu est, ipsemet in epistola Romam Societati missa significauit. X.

Cælestium gaudiorum copia.

Operæ pretium est audire eos, qui præ humanis commodis diuina contemnunt, piorum hominum vitam iucunditatis omnis expertem rati: quasi nullus esse queat voluptati locus, vbi non delitiæ atque opes affluant. In clausula igitur epistolæ socios ad eosdem labores inuitans adiecit: Tanta vis est solatiorum cælestium, quæ Deus impertit iis, qui in hac vinea, Indisque ad Christum conuertendis, elaborarent, vt, si quod est in hac vita gaudium, hoc vnum mihi esse videatur. Nec vero hoc temere affirmauit; sed aliis scripsit, quod expertus erat ipse: sæpius enim in eiusmodi laboribus superfundente se cælesti lætitia, auditus est, cum remoto ab arbitris (vt credebant) loco ita diceret: Quæso te, Domine, noli, si placet, noli tanta me gaudiorum mole obruere in hac vita: aut certe si pro tua infinita benignitate vis tantis circumfluere me lætitiis, transfer in domicilium beatorum: nam, qui tuam semel dulcedinem interiore gustauit sensu, vitam sine te acerbam viuat necesse est. Versatus est itaque in ora Piscaria Xauerius annum totum summo cum labore, parique lætitia, & (qui lætitiæ cumulus fuit) maximo Christianæ rei incremento.

Baptizatorum multitudo.

Constat quippe ex ipsius literis, amplius mille infantes ab eo baptizatos sub Baptismum in cœlum euolasse. Ex quo coniectari licet, quanta tandem summa fuerit vel superstitum infantium, vel adultorum, quos ad Christi aggregauit Ecclesiam. Satis etiam constat, in illa ora complures pagos, & oppida quædam tota ab illo ad Christianam religionem esse traducta. Re Christiana in ora Comorinensi ita gesta, & constituta, in exitu anni post Christum natum M. D. XLIII. repetiit Goam, de grauibus quibusdam religionis Christianæ negotiis cum Indiæ Prætore coram acturus. Per eam occasionem aliquot è prima eius gentis nobilitate adolescentulos secum deduxit, literis in Goano Seminario instituendos, pignora simul & subsidia fidei Christianæ. Iam Goanum Collegium magna ex parte ædificatum atque instructum erat. Quocirca Borbanus passus non est Xauerium in Valetudinario consuetudine sua diuersari, sed et domum abducto administrationis summam permisit vltro: quam ille de eiusdem sententia Paulo Camerti (is nuper è Mozambico aduenerat) tradidit.

P. Camers primus Rector Goani Seminarij.

Præcurrerat Xauerij reditum fama rerum admirabilium in ora Piscaria ab eo gestarum: plurimumque illi adiecerat venerationis, cum apud cæteros, tum vero apud Indiæ Prætorem, cui notus imprimis & carus erat. Itaque haud difficulter ab eo, quæcunque voluit, impetrauit. Inter quæ hominum in ora Comorinensi ad vitam reuocatorum fama Goam perlata, Xauerij nomen passim celebrabat. Ergo cum Iacobus Borbanus pro veteri familiaritate seducit, enixe orans & obtestans, vt ad Dei laudem sibi enunciet de iis, quos in Comorinensi regione eius precibus à mortuis excitatos fama ceperat.

Insignis Francisci in suis laudibus pudor.

Ad hæc Francisci vultum pudor, non modestiæ magis quam veritatis index, virginali suffudit rubore. Igitur rem sibi gloriosam, salua veritate, tegere moliens, Borbanum comiter amplexatur, atque subridens, IESV bone, inquit, egone vt mortuos ad vitam reuocauerim? O me hominem nequam! Iuuenem ad me quidam detulerunt mortui specie: is à me Christi nomine iussus surgere, repente surrexit. Id videlicet, & alia huiusmodi, qui aderant, pro miraculis vulgauerunt.

Miraculorum dissimulatio.

Hæc miraculorum dissimulatio (vultu vtique prodente veritatem) [illegible] quicquam apud Borbanum & alios de illius famæ detraxit fide, & ipsis pene miraculis admirabilior fuit. Xauerius porro rebus, quarum causa venerat, confectis, & Francisco Mansilla socio assumpto, in oram Piscariam reuertitur VI. Kal. Martias anni insequentis, seque protinus ad intermissa munia refert caritatis.

Adiutores adducit in oram Piscariam.

Iam præter Mansillam adiutores aliquot habebat, Ioannem Lesianum Hispanum sacerdotem, indigenasque Sacerdotes duos, qui eo partim Goa, partim Cocino, ob eandem causam, Xauerij rogatu contulerant se. Cum his igitur prouinciam partitus, vicos circumire, baptizare infantes, aliosque, vt idem facerent, per literas admonere non desistebat. Labor idem qui antea, difficultas etiam maior fuit. Versabatur homo peregrinus & Malauaricæ linguæ ignarus (nam præter illa Catechismi capita nullum fere eorum tenebat verbum) inter Malauares neophytos sine interprete. Sed ea res incitabat potius eius conatus quam retardabat. Neque enim ad baptizandos infantes requirebat interpretem: & egentes ac miseri suas illi miserias per semetipsos ita ostendebant, vt facile apparerent: ipse quoque studio ac meditatione assequebatur, vt sibimet esset interpres. Namque etsi vernaculi sermonis imperitus, tamen, vtcumque poterat, verba faciebat ad populum, vultu ac gestibus verborum sæpe vicem implentibus. Cæterum vt ordinis & decori ratio haberetur, non promiscue omnes, sed

nes, sed separatim viros ac mulieres alternis diebus conuenire ad Catechismum iubebat. Præcipue Baptismum infantium atque institutio puerorum illi cordi erant, propterea quod cælestis beatitudinis, ex qua adulti rursum complures ad pristinos mores reuoluti exciderent, infantes profecto puerique compotes forent, qui prius vitam quam baptismalem innocentiam amitterent. Id adeo non modo ipse faciebat, vt teneræ ætati potissimum operã daret, verum etiam Mansillæ socio suo diligentissime præcipiebat. Neque vero animis solum neophytorum, sed etiam corporibus, quoties res locusque posceret, ferebat opem. Finitima oræ Piscariæ ab ortu Solis gens est fera & inhumanis, Badagæ appellantur. Horum magna manus, siue odio religionis, siue prædæ cupidine stimulante, populabunda Comorinensium Christianorum inuaserat fines. Illi subita hostium incursione conterriti, relictis trepide vicis, in scopulos opportunos breui maris spatio transmisso, abdiderant sese. Ibi sub dio atque in Sole (cuius æstum illis locis maximum esse diximus) miserrime torrebantur: & subsidia vitæ deerant adeo, vt nonnullos extrema absumeret fames. Trepidus hic nuntius non misericordiam solum mouit Xauerio, sed curam etiam acuit ad ferendum in nouo casu nouum auxilium. Strenue igitur viginti nauiculas onustas commeatu ad miseros illos ipse perducit. Literas quoque ad finitimæ oræ Pantagatinos ac magistratus dat, eorundem vt miseriam, corrogata ex locupletioribus stipe, subleuarent: ita perditis hominibus non magis in præsentia quam in posterum subuenit. Vt primum vero hostium discessu tempestas illa sedata est, diuersas oues colligens, nullum boni pastoris officium prætermisit. Ille adiacentes etexit, ille afflictos tum oratione, tum omni ope recreauit. Ecce autem noua procella exoritur, hoc grauior, quo diuturnior. Qui oræ piscariæ præerant, auidi homines & impotentes, superbe auareque neophytis imperare cœperunt. Xauerius rei indignitate haud secus, quam par erat, motus, primo eorum cupiditati fortiter restitit: ad vltimum, vbi non satis virium ad obsistendum in se esse vidit, opem ab Indiæ Prætore, qui tum Cocini erat, implorandam ratus, ad eum proficisci statuit. Sed nouæ subinde res id consilium susceptumque iam iter auerterunt.

Separatim viri ac mulieres ad Catechismo instituti.
Puerorum baptismus quanta ei curæ fuerit.
Badagarum gens immanis.
Comorinensium calamitas.
Franciscus subsidia ad Christianis neophytorum miseria.

XI. SESQVIANNVM per hosce labores absumpserat in ora Piscaria: iamque tantum studio & assiduitate profecerat, vt qui xx. partim vicos, partim oppida sane rudia accepisset, xxx. probe culta ac morata tuenda sociis traderet. Rebus igitur, quoad eius fieri potuit, compositis, neophytorum curam Mansillæ mandat, Cocinum ipse per Trauancoridis oram, Piscariæ proximam, transiturus. Trauancoris ora maritima in altero Indiæ latere, in quo Goa est sita, vergit ad occasum Solis. Inter Comorinum promontorium & Colanum oppidum interiacet, à Cocino millia passuum ferme xxx. Eius longitudo perhibetur millium facile LXXX. In eo tractu illis temporibus vici erant ad xxx. maritimi, quos partim Ethnici piscatores (Machoas vocant) partim Saraceni incolebant. Franciscum igitur, siue quod nauigij facultas deesset, siue quod ex itinere illorum animos tentare vellet, per eorum fines Cocinum petendi cupido cœpit. Non defuerunt eius amici ac necessarij, qui eum à suscepto deterrere itinere conarentur denunciantes summum esse in ipsum odium Machoarum Saracenorumque, Parauas accolas Christianos factos indigne ferentium. Ille tamen per illorum fines diuino numine magis (vt postea euentus docuit) quam necessitate subigente, ire non dubitauit. Diuino itaque fretus præsidio, & simul, si accideret, pro Christo mori lucrum existimans, infestam hostibus ingreditur viam, anno seculi huius XLIV. iam medio. Ex itinere obuios Machoarum vicos circumiens (vt Dei benignitas longe vincit spes omnes piorum) cælesti numine haud minus hostibus quam sibi propitio est vsus: adeo pacata omnia ac pene parata ad Euangelij semen accipiendum offendit. Igitur conciliato primum eorum Rege, barbarorum pectora hinc spe, hinc metu versans, modo Lusitanorum amicitia proposita, modo minis cælestibus additis, haud ægre perpulit, vt Christi sequerentur fidem: vtique posteaquam Christianæ charitatis officiis ab eo deliniti, mutandæ religionis potestatem regio edicto factam esse viderunt. Franciscus ergo successu lætus, pagos obiens, Christianis mysteriis imbuere plerosque, & Baptismo expiare instituit. Quam ingens mortalium numerus ad Christum eius opera sit aggregatus, vel ex eo existimari potest, quod capitum amplius decem millia simul vno tempore baptizauit. Institutionis baptismique ratio talis erat. Vbi ad vnum aliquem pagum Baptismi causa accitus venerat, viros omnes, pueros, mulieres vnum in locum contractos, cum vnum esse Deum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, docuisset, ter sibi quemque, ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, Crucis signum adhibere ex præscripto iubebat. Inde lineatus Christianæ religionis mysteria ac præcepta clara pronuncians voce, eadem ipsorum lingua, vtcunque poterat, explicabat breuiter. Postea vero quam satis instituti videbantur, eos à Deo veniam anteactæ vitæ publice petere iussos rogitabat, an vniuersa ac singula Christianæ religionis capita haud dubie crederent. Vbi illi, brachiis in crucis modum compositis, se vere omnia omnino credere annuerant; tum demum Baptismo rite expiabantur, & suum cuique scriptum tradebatur nomen. Ad vltimum baptizatis omnibus, Xauerius fana disturbari, Deorum simulacra confringi protinus imperabat. Non aliud gratius illi iucundiusve spectaculum erat, quam cernere idola modo ab eis suppliciter culta, eorundem proculcari pedibus. Nec sane inultus tantam iniuriam tulisset Diabolus, nisi Francisco quantum animi fuerat ad contumeliam, tantum ad periculum fuisset. Quippe Badagas, de quibus supra diximus, non minus acres nominis Christiani hostes, quam natura ac moribus immanes, in tenerum adhuc Christi incitauit gregem. Itaque permagna eorum manus in Trauancoridis fines irrumpit, Christianorum vicos depopulatura. Extemplo incolarum ortus clamor, muliebri puerilique ploratu mistus cuncta turbauit: fit fuga: sed ea, circumfusis hostibus, exitum non habebat. Ibi Xauerius (nam forte aderat) tumultu excitus, facinus edidit memorabile. Alienata ob periculum alienum sui memoria, in medium prouolat: mox oculos circumferens summa animi ac vultus constantia hostes miraculo audaciæ obstupefactos increpat: mancipia Satanæ, suæ libertatis ac salutis oblitos, ad alienam oppugnandam ruere. Inde bonus pastor semet in primam Christianorum turbam conicit, aut tecturus sua auctoritate gregem suum, aut, si id nihil valeret, certe simul cum grege moriturus. Cæterum mentis ardorem ex vultu & oculis micantem Badigæ, quamuis barbari ac feri, non tulerunt, Francisci que verecundia cæteris pepercerunt. Nec nulla ipsemet discrimina subiit necis. Sæpe Ethnici ab odio Christianæ religionis eæ struxerunt insidias; quas ille partim prudentia sua, partim diuino præsidio elusit, vt tum accidit. Ad cædem quæsitus aliquando, in syluam proripuit sese: & arbore strenue conscensa, ibi pernoctans, præsens periculum, Deo magis quam arbore aut nocte tegente, vitauit. Hostium vero insidiæ adeo crebræ erant, vt neophyti semper aliquot fide ac pietate insignes eius salutem, etiam noctu pro diuersorio excubante, sua sponte tuerentur. Ad assiduas barbarorum insidias accedebant non solum nocturæ preces, quæ vix binas horas quieti dabant; verum etiam diurna sub ardenti Sole itinera: quippe cum pedibus nudis, in lacera tunica, cum vulgari galero, circumiret pagos. Nec tamen neglecti corporis cultu, viri sanctitas obsoleuit, sed magis enituit. Vulgo Magnus Pater vocabatur. Et Trauancoridis Rex toto regno suo edixit, vt Magno Patri omnes obtemperarent haud secus quam sibi. Nulla tum erant in illa ora Christianorum templa: quocirca aut sub arbore quapiam, aut sub velo nauali, sacrum Missæ facere cogebatur. Sed paulatim in illo tractu amplius xx. sacella excitasse dicitur. Concionabundus autem, cum suggesti copia non esset, ex opportuna aliqua arbore ad infinitam multitudinem verba faciebat: quippe in campum concionis causa exeuntem, sæpe quina aut sena hominum millia prosequebantur. Nec solertior in quærendis Christo gregib. quam in tuendis, exstitit. Vt neophytorũ disciplina etiam post suum discessum maneret, discedens in singulis pagis non tantum Christianæ institutionis exemplũ relinquebat, sed eius antemeridianis ac pomeridianis horæ exercendæ

Trauancoris ora.
Egregia magnitudo animi.
Dei prouidentia.
Numerus baptizatorum.
Baptismi modus.
Fana ac simulacra Deorum euertit.
Trauancoridensium tumultus.
Francisci facinus memorabile.
Necis pericula Deo benignitate vitat.
Magnus Pater appellatur.
Multitudo eorum qui concionabundum sequebantur.

Indi mediterranei minime apti ad Christi religionem. cendæ rationem moderatoremq;. Inter hæc ab Indis mediterraneis ferme abstinebat, [illegible] in qua Lusitanus imperitaret, longe opportuniorem esse ad capessendam, tuendamque Christi fidem, quam interiora Indiæ, quæ Brachmanes, acerrimi nostræ religionis hostes, obtinerent. Ita vicatim totam illam maritimam [illegible] regionem, plurimos vbique Christianis sacris ac præceptis imbuens. Iamque omnes prope Machoarum Paruarumque Pagi, Francisco auctore, suaue Christi acceperant iugum, cum hæc fama in adiacentes insulas perlata Manariorum, vicinos populos, ad æmulandam eorum pietatem accendit.

Manaria parua insula est è regione oræ Piscariæ, millia passuum à continenti circiter [illegible] Intra Pat[illegible] pagus erat tum obscurus, nunc incolarum martyrio nobilis. Huius pagi incolas ingens cupido Christianæ religionis incessit, de qua simul & de Francisco Comorinensibusque multa egregia ad eos pertulerat rumor. Itaque eo Franciscus summis Manariorum precibus baptismi causa vocatur. Verum cum grauissimis religionis negotiis implicatus, coram non posset; Sacerdotem quendam suo loco misit, qui Catechismo institutos baptismo ablueret. Baptismum grauis sed vtilis procella excepit. Quippe Rex Iafanapatanæ, in cuius ditione Insula est, Christiani nominis odio barbaram ferociam stimulante, sic exarsit ira, vt, immissa militum manu, pagum omnem ferro flammaque vastaret. Cæsi dicuntur pro religione amplius DC. Ita vasta illa solitudo recentes cælo effudit martyrum flores. Ex eo, Pagus martyrum, loco nomen factum. Opportune per eos dies Iafanapatanici Regis germanus, idemque regni hæres, fraternam rabiem veritus, ad Indiæ Prætorem confugerat, si in regnum paternum Lusitanis armis restitutus foret, semet cum regni Proceribus, maximaque popularium suorum parte, Christiana suscepturum sacra promittens. Prætor simul augendæ religionis studio, simul innocentium cæde motus, quam fama audierat, ingentem in tyrannum iram XII.

Nagapatanũ oppidũ. concepit. Protinus itaque ad Negapatanum (quod oppidum maritimum in continenti est fere contra insulam Manariam, à Comorino promontorio passuum millia circiter CC.) validam adornari classem, Iafanapataniæ Regem bello peti, victum captumque interfici, aut ad Francisci arbitrium tractari, Regnum Regis germano restitui iubet. Interea dum Cocini esset Xauerius, eo præsens affertur lætitia, Ethnicorum plurimos nuper in remotissimo Macazariæ Regno Christianis esse mysteriis imbutos.

Macazaria insula. Macazaria ingens insula vltra Indiam flumenque Gangem est amplius decies centena millia passuum, à Moluccis insulis in Orientem circiter CXXX. In eo Regno Dynastæ [illegible], aliique quam plurimi è populo, nuper ad Christi fidem per Antonium Paiuam, Lusitanum mercatorem, pellecti baptizatique fuerant; Deo etiam per institores pios Euangelium inuehente. Itaque ad vrbem Lusitanorum, Malacam nomine, certos legauerant homines, postulatum Sacerdotes, à quibus ad Christianam religionem erudirentur. In mandatis illud fuit, se Christi initiatos sacris summa ope annisuros, vt qui ad id tempus pecudum vixissent ritu, posthac hominum vitam viuerent, & simul Deum colerent caste pieque. Quocirca Præfectus vrbis, probatis eorum postulatis, Sacerdotes aliquot eis concesserat. Franciscus etsi haud dubius, quin illi nauaturi forent egregiam rei Christianæ operam, tamen ipse quoque in parte laboris esse expetiuit, ratus in tam amplo Regno magnum esse campum; & ad Euangelium disseminandum colendumque, industriam requiri multorum. Eisdem ferme diebus tristes quidem prima specie nuntij, sed euentu læti, ex Ceilano insula perferuntur. Dynasta eius regni præcipuus, idemque Regis filius natu maior, Lusitanorum (hi quoque non mercium magis, quam Euangelij institutores erant) oratione commotus,

Regis filius cum aliis DC pro religione interfectus. vna cum aliis multis decreuerat fieri Christianus. Id Rex barbarus vbi resciuit, instinctus rabie, filium suum cæterosque eiusdem consilij participes (ad DC. fuisse feruntur) propalam trucidari iussit. Cæterum baptismi hostis suo illos sanguine baptizauit, & Christianam religionem, dum opprimere conatur, erexit. Satis constat, sub idem tempus vulgo ab incolis visam esse igneam in cælo crucem: eodemque in loco, vbi cædes facta est, satiscente terra, haud du-

Crucis prodigia. biam crucis figuram notatam; sæpiusque ab Ethnicis ingesta oppressam humo, tamen extitisse. Itaque hisce prodigiis moti plures incolarum, atque inter hos Regis ipsius filius natu minor, vna cum sobrino suo, & aliquot cohortis regiæ Principibus, ad Christi fidem adiecerant animum. Xauerius hoc nuntio lætus, etsi iam eius animus in Macazariorum finibus versabatur; tamen huic negotio aliud, quod iam in manibus erat, prætermittendum existimauit. Igitur mense Aprili, anno post Christum natum M. D. XLV. Mansilla Comite, Cocino soluit ea mente, vt Ceilanum insulam peteret, exploraturus animos incolarum; atque inde Nagapatanum, vbi classis ad expeditionem instructa dicebatur, primo quoque tempore traiecturus.

Ceilanus insula. Ceilanus insula est, cum gemmarum & aliarum mercium, tum maximè cinnamomi fertilitate celebris, XIII è regione oræ Piscariæ posita. Patet in longitudinem millia passuum CL. Vlteriori Ceilani angulo adiacet insula Manaria, vbi cæsos à Rege Iafanapataniæ neophytos diximus. Incolitur quidem Ceilanus à Malauaribus, quos Cingalas vocant, sed à Lusitanis mercatoribus commercij causa frequentatur. Oppidum inibi Lusitanorum hodie est: & sacella quædam ab eis olim ad vsum sacrorum excitata visuntur in littore. Huc igitur delato Xauerio, res accidit memorabilis. Gubernator nauis familiaritate inductus, quam cum Francisco contraxerat, ingenue semet illi in itinere

Ioel 2. re indicarat, ostendens, se iamdiu certo quodam flagitio obstrictum teneri, quo minus à Sacerdote posset absolui. At ille medicus animorum vnicus, Dei clementia ac misericordia, quæ est præstabilis super malitiam, proposita, (quod ei in hominibus ad confessionem illiciendis solenne erat) negotium procliue ac facile reddiderat: seque (quoniam tum otium ac facultas non esset) vbi ad portam ventum foret, illa vincula disrupturum promiserat. Cum res ita inter eos conuenisset, nauicularius simul Ceilani tenuit portum: perinde quasi salutem in tutum recepisset, abiecit

Iob 5. consilium confitendi. Quocirca tergiuersari, congressum aspectumque Francisci vitare, ne promissis stare cogeretur. Cæterum elusit gubernatoris astutiam, Xauerij, aut Dei potius, prouidentia, quæ prudentes in apprehendit in astutia sua. Etenim Franciscum, sublatis ex consuetudine sua in cælum oculis, inambulantem in littore gubernator offendit imprudens. Cum congressionem subterfugere iam ab illo conspectus nequiret, ne leuitatis & inconstantiæ argueretur, sedulitatem eius eludere voluit. Igitur vltro quærit ex eo, quando tandem sibi operam dare confitenti velit. Hæc ore confuso, & magnæ perturbationis notas præferente, cum dixisset, sensit illico Xauerius ex vultu ac re-

Prudẽtia in Cõfessione demendo horrore. spiratione, quam vehementer abhorreret ab eo quod requireret: tamen oblata occasionem, qualiscunque ea esset, haudquaquam omisit. Itaque vt inani cum metu liberaret, ore hilari ac iucundo, vt solitus erat, Iesv bone, inquit, confiteri vis gubernator? Ego vero tibi libentissime, ac, si lubet, vel in hoc ipso littore ambulans iam aures dabo. Tum ille non tam flagitiosæ tabis tædio quam summa Francisci facilitate victus, & scilicet impulsu diuino, induxit in animum vniuersæ vitæ peccata confiteri. Xauerius timide ac verecunde rem aggredienti operam primum inambulans, vti pollicitus erat, dedit in littore. Postea vero quam paulo maiore animo ac libertate pergere eum cernit, manu comiter prehensum in proximam ædiculam sacram deducit. Et ille quidem sacri loci admonitu moliebatur de more genua submittere, confessionem institutam absoluturus. Sed Franciscus ægre id eum facere animaduertens, in præsentia inhibuit: atque vt faciliorem illi inposterum redderet confessionem, idoneum locum, vbi ille sederet, storea ipse substrauit. Paulisper ille sederat, cum Deus adeo eius permouit animum, vt repente assurgens, suapte sponte procumberet in genua, & multis cum lachrymis ac gemitibus totius anteactæ vitæ detegeret noxas. Ita è cœno emersus, animo semel expedito, sacram confessionem, cuius iam fructum salubritatemque gustauerat, auide frequentare cœpit, ac serio animæ saluti consulere. Inter hæc Xauerius, cum se in Ceilaniorum consuetudinem insinuasset,

ad Re-

ad Regis filiam peruenit. Repertum sit fratris exemplo, siue prodigiis, de quibus ante diximus, impulsum, esse simul cum sobrino esse baptizatum; iamque cum illo & nonnullis regni primoribus ad Indiæ Præfectum esse confugere, patrum eius auxilium aduersus immanem patris sæuitiam, innoxio etiam proximorum sanguine resperso, & insuper suum quoque cruorem sitientis. Ex eodem cognoscit cælestis terrestrisque crucis prodigio Cellanenses permotos, ad Christianam fidem spectare; sed pius eorum studius obstare terrorem tyranni. His rebus adductus Xauerius, literis Goam ad Paulum datis, præcipit, vt duos è Patribus, qui propediem ex Lusitania expectabantur, ad Ceilanum cum Dynastis illis in regnum restituendis mitteret, curaturos in ea insula rem Christianam. Et confestim remisso in Comorinum promontorium Mansilla, ipse ex Ceilano ob eam, quam supra demonstrauimus, causam traiicit Nagapatanum. Sed totus ille apparatus, Francisciqque expectatio cum, haud procul à multo bello ac victoria abesse videretur, sub ito ad nihilum recidit. Quippe eodem tempore nauim Regis Lusitani (ea preciosis onusta mercibus è regno Peguano Indiam repetebat) in Iafanapataniam vi tempestatis appulsam, exie ipsi barbarus inuaserat Rex. Quapropter Prætor regio negotio seruiens, donec regia bona reciperarentur, supersedit in bello: ita interposita, vt fit, bellum differendo discussit. Cæterum idipsum deinde Xauerio indulsit Deus. Haud ita multo post Tyrannus ille à Constantino, Indiæ Prorege, multis cladibus fractus: Manaria insula eidem adempta: incolæ omnes ad Christum adiuncti: ita paucorum mors pro Christo obita, multis libertatem ac salutem peperit. Franciscus igitur, ne gratuitus esset suscepti itineris labor, & simul vento obsequens, qui ad rursus regredienti, progredienti secundus erat; casum in consilium vertit.

XIV. Ædes Thomæ Apostoli, & sacris eius reliquiis, & Indorum peregre visentium frequentia maxime inclyta, aberat ab eo loco non amplius CL. millia passuum. Eo igitur pauperis peregrini ritu ire decreuit, eo consilio, vt Apostolum veneratus Malacam, inde (nisi Deo aliter visum foret) ad Macazarum pergeret, quo lætis subinde nuntiis vocabatur. Cognorat enim nuper illis locis magnam esse animorum præparationem ad Euangelij satus accipiendos, plurimorumque conuersioni atque Baptismo nihil præter Sacerdotum penuriam obstare. Ergo inexitu ferè Quadragesimæ Nagapatano soluit, vento secundiore quam cursu. Iam ad XL. millia passuum profectus erat, cum aduersa tempestas nauim in obuio quodam portu septem subsistere coegit dies. Ibi Xauerius peregrinationis susceptæ magis quam humanæ imbecillitatis memor, insigne abstinentiæ documentum dedit. Quippe totum id tempus (vt postea is, qui eius corpus curabat, iuratus affirmauit) sine vllo penitus traduxit cibo, vtpote qui Apostoli visendi cupidine accensus, cælestibus cogitationibus pasceretur. Inde nautis vela facientibus, quærit ex gubernatore, satisne firma sit nauis ac valida: respondetur, veterem esse, infirmamque. Tum ille, Nagapatanum, inquit, ni mirum reuertendum est: sæua enim nobis impendet procella. Nec irrita, etsi minus credita, vaticinatio fuit. Cum gubernator cæli marisq; re specie deceptus, nihilo secius porro pergeret, repente fœda tempestas coorta, Nagapatanum (vt Franciscus prædixerat) non sine periculo repetere subigit nauim. Tum vero notata res à vectoribus nautisque, & pro vaticinatione habita. At Franciscus etsi locum destinatum aduerso reiectus vento tenere non potuit, propositum tamen animi constantia tenuit, atque eo pedes maiore tum labore, tum merito, deinde peruenit. Oppidum est Meliapora Lusitanorum, sane frequens & copiosum, in ora maritima Indiæ, pari ferme spatio (si maritimos anfractus spectes) leucarum scilicet fere ducentarum, à Comorino promontorio & à flumine Gange positum, in Salaminæ nobilis quondam vrbis fortasse excitatum ruinis. Eo in oppido ædes est Thomæ Apostoli, vbi illum indigenæ cæterique Indi sepulturæ mandatum perhibent. Eius rei multa hodie haud sane contemnenda extant indicia. Visitur ibidem locus, vbi Apostolus mortem oppetiisse, sacellumque vbi rem diuinam fecisse dicitur: quod sacellum Lusitani, pro sua religione, magnifico decorarunt templo; & oppidum ipsum S. Thomæ nomine appellarunt. In eo sacello nuper, cum ad nouæ ædis fundamenta terra altius effoderetur, corpus Apostoli cum ferro, quo interfectus est, & vasculo arenæ cruentæ pleno, repertum, ac deinde ibidem repositum fertur. Nec vana fides, aut dubia. Hanc inueteratam indigenarum aduenarumque de Thomæ Apostoli corpore ac martyrio opinionem Deus anniuersario ac perpetuo confirmat miraculo. Quippe saxum est apud eos Apostoli sanguine respersum, quod adhuc conseruat quasi recentis cruoris vestigia, triduoque ante diem S. Thomæ sacrum (quo illum die pro religione interemptum esse tradunt) interea dum Missæ sacrificium ibidem peragitur, saxum, quod dixi, natura candidum, sensim rubescit, sudatque quasi sanguinis guttis vndequaque manantibus. Absoluto demum sacro, ad pristinum colorem reuertitur. Quocirca Apostoli sepulcrum ab Ethnicis iuxta Christianisque eximia veneratione colitur. Huc quippe maximi fiunt vndique peregrinorum etiam Ethnicorum concursus, Apostoli martyrium & sepulcrum celebrantium. Eodem itaque Xauerius, pro suo erga S. Thomam Indiæ patronum studio, peregrinantium ritu habituque venit, Apostolici sepulcri celebritati fauens, pariter & accolarum saluti. Erant tum in oppido, præter indigenas plurimos, familiæ circiter centum Lusitanorum, qui fortunarum ibi suarum domicilium collocarant. Huc igitur, vt peruenit Xauerius, Indorum Apostolum (cuius egregiam gloriam admirans, quantum mortali fas erat, virtutem æmulabatur) non minus religiose quam auide salutauit. Ac primū Deum intentius precatus est, vt quando ipse homuncio nullius pretij diuinitus ad tanti Apostoli qualemcunque in Indis ad Christum conuertendis imitationem vocaretur, aliquid sibi Apostolicæ inspiraret virtutis. S. Thomam deinde impense orauit pro sua Indorum tutela ac patrocinio, vt illo deprecatore in India cæterisque barbarorum regionibus peragrandis colendisque, nec animus ipsi ad discrimina subeunda, nec vires ad deferendos labores deessent; nec sua aut cuiusquam delicta impedirent, quo minus ipse quoque in Domini agro messis reliquias, Rutæ Moabitidis exemplo, messorum sequens vestigia, colligeret, & tritici aliquid pro virili parte in Christi reportaret horreum. Inde, cum suum Apostoli desiderium paulisper expleuisset, ad Episcopi Vicarium (quod facere solebat, vbi valetudinarium aut Xenodochium religiosorumve hominum sedes nulla erat) diuertit: eumque sibi non solita modo erga Præpositos Ecclesiæ modestia, sed insita etiam affabilitate sermonis, & nuda simplicitate, deuinxit. Nam semet illi totum indicans; pectusque, vt dicitur, aperiens, facile eum pellexit, vt inuicem ipsi pectus ostenderet suum. Hac, quam dixi, ratione non magis ad parandos amicos, quam ad iuuandos quos amicitia dignos iudicasset, Xauerius vtebatur: nimirum, vt perspectos iam eorum animos paulatim impelleret quocumque ipsorum salus diuinique obsequij ratio postularet. Comem igitur Xauerij sermonem pari comitate Meliaporensis Vicarius excepit: virumque egregium in præsentia complexus, nemini deinde in eius charitate & obseruantia cessit: vtique postea quam certissima sanctitatis illius indicia emicare cœperunt. Ex sermonibus cum Francisco habitis, eiusque confessionibus, Vicarius penitus perspexit (vt deinde illo mortuo iuratus affirmauit, cuius rei testimonium rite obsignatum est apud nos) Xauerium eadem castimonia virginali florere, cum qua natus esset. Fuit in hospitio Franciscus apud Vicarium Meliaporæ tres quatuorve menses, magno vel oppidanorum bono, vel suo. Plures enim ex flagitiorum cœno extraxit: meretricios amores, quos dissoluere nequiuerat, nuptiis conglutinauit: dissidentes odiis inter se in pristinam restituit gratiam: diuturnis ac grauibus flagitiis scelestibusque irretitos expediuit. Nec vero, dum prodesset aliis, deerat sibi. Erat diuinarum rerum contemplationi deditus noctu maxime, cum ab vsitatis occupationibus vocaret. Quocirca sæpe vsu venit, vt eū comites diu ac multū requisitū demū orantē in ædis Apostolicæ quopiā offēderēt angulo. Quippe per id tēpus dubius animi, & pergeretne ad Macazarios, an in Indiā rediret, satis incertus,

in san-

Septem dies sine cibo traducit.

Prædicit nautis imminentem tempestatem.

Meliapora oppidum S. Thomæ.

Corpus S. Thomæ Apostoli.

Anniuersarium miraculum. vide Osorium lib. 9. de rebus Lusitan.

Ratio parandi iuuandique amicos.

Virginalis Xauerij castimonia.

in sanctissima Apostoli æde consulebat Deum: totasque fere noctes cum magno animi motu perp[illegible] agens, modo sanctissimam Christi parentem, modo Thomam Apostolum, cæterosque cælestes d[illegible] bebat. Demum incredibili diuin[illegible] gaudio delibutus, sensit Deo cordi esse, vt proced[illegible] ad Ma[illegible] qui-dem (quod postea intellectum est) vt ipsos erudiret, sed vt alios, qui erant in via, mi[illegible] noto[illegible] gentes, adiuuaret. Ergo diuinæ voluntatis exseq[illegible] auidus, occasionem transmittendi primo quoque [illegible] Malacam captare cœpit, si Lusitanæ nauis facultas [illegible], Saracena Ethnicave vtrique vsurus: [illegible] habere dicebat, vt si nullius nauis on[illegible] foret copia, & scapha quæpiam Malacam versus [illegible], di[illegible]na o-pe fretus, illa ipsa vtrique traiecturus esset. Adeo certum ac fixum habebat omnino exsequi quod auctore [illegible] Deo.

Diuino instinctu in vlteriora Orientis [illegible]. De fiducia.

INTER hæc apud Vicarium, vt ostendimus, diuersanti, quiddam in hoc genere sine memoria d[illegible] accidit. XV.
Erant æd[illegible] Vicarij templo Apostoli proximæ, vnde ille, ianua facta, ad[illegible] sibi pat[illegible] in templ[illegible]. [illegible] ex consuetudine, vt Vicarium, cuius in cubiculo pariter dormiebat, sopore oppressum [illegible] vllo strepitu surgebat è lectulo, atque in ædem Apostoli susp[illegible] gradu. Non t[illegible] Vicarium, qui subito experrectus, sæpius illum surgere è lecto persens[illegible]. Ver[illegible] primo [illegible] mi[illegible] pro amicitia denunciauit, ne de nocte iret ad templum; [illegible] vitæ committeret, quam constaret [illegible] Diabolum [illegible]: occursuras horribiles illorum facies, cum minime crederet. Ad hæc [illegible] Xauerius, ca[illegible] [illegible] dicitatus, & denunciatione Vicarij per d[illegible] nihilominus nocte [illegible] tempe-sta, vbi somno illum sopitum senserat, ad sacram ædem silentio obrep[illegible]. [illegible] humani generis hostis [illegible]: Francisci securitatem ipsorum cont[illegible] interpretati. [illegible] furente[illegible] ab [illegible] abst[illegible], nocte concubia ante aram Beatæ Virginis suppl[illegible] ex compo[illegible] mitu, clamoribus variis, horrendoque cuncta complent sono. Mo[illegible] cadunt, factis d[illegible] plagarum [illegible] constantia, quam de tergo suo solicitus, D[illegible] pa[illegible] sui certaminis spectatricem implorat, va-tio hostium [illegible] ultus magnitudine animi eludere, orationem [illegible] fortiter solum, sed etiam constanter [illegible]. Quocirca molestus illos & importunos interpellatores [illegible] atque inuicta perseuerantia, acerrimum ma[illegible] [illegible] dæmones telum, facile abegit. Et Franciscus quidem [illegible] spernendoque eorum impetu adeo fre-git, nunquam vt posthac in eum sustinuerint aliquid tale conari. Cæterum propulsati hostium incursio[illegible], do[illegible] [illegible] haudquaquam vitauit. Iuuenis quidam in cubiculo sacræ ædi iuncto cubabat, qui nocte [illegible] excitatus tumultu, Xauerium, sub Dæmoniorum verberibus clamitantem, ac B. aræ Mariæ [illegible] idem [illegible] exaudierat: hanc etiam notauerat vocem, ab illo sæpius iteratam: Domina opitulare, Domina mihi non o-pitulaberis? Igitur is ab se audita Vicario, cæterisque domesticis, non sine omnium risu (vt fit) commemorat [illegible] iu-cundis sermonibus domi celebratur, Francisco inscio. Qui postero die ex recrudescentibus plagis [illegible], surgere, cum cuperet, nequiuit è lecto: triduumque [illegible] debilitatus iacuit, morbum simulans, vt [illegible] occuleret. Visitat autem Vicarius: rogitat an ægrotet: annuit Xauerius; morbi genus sciscitanti alia omnia respondit, de[illegible] a-lio [illegible] sermonem. Tum Vicarius, qui rem omnem iam [illegible], per iocum eandem illam imitando vsurpauit vocem, qua[illegible] Franciscus vapulans vsurpauerat; Domina opitulare, Domina non mihi opitulaberis? Francisc[illegible] vbi rem in vulgus editam [illegible], erubuit ille quidem, sed æquissimo animo arridens, haud minus fortis contra hominum sermo-nes quam contra Dæmonum plagas fuit. Vt primum conualuit, satis gnarus Diabolum plus terroris quam virium habere, & timidis [illegible] instare, resistentibus cedere; alacrius etiam quam solebat (victorem diceres) [illegible] ad certamen [illegible] locum. Igitur Dei, maxime diabolicam vim frænantis, præsidio confisus, eand[illegible] [illegible] supplicandi causa, de nocte solus frequentare sustinuit: inf[illegible] illas belluas, ad vanos tumultus accom-modat[illegible] cont[illegible], documento fuit, nihil diaboli esse contemptius atque infirmius, si eos audeas contemnere. Namque illi semel egregie victi, cum aperta vi minus [illegible] ad dolum versi, eius orandi studium si minus [illegible], at aliqua ex parte mouere conabantur. Itaque [illegible] ille, instituto suo, media nocte oraret in templo, in odium conueniunt, & precationi obstrepentes, quasi Matutinas recitare, & clericorum inuicem canentium cho-ros per ludibrium imitari: vt molesti forent, cum terribiles esse non poterant. Sed quam parum profecerint, illud ar-gumento est, quod Xauerius, qui cantores essent, quid canerent, nihil admodum attendens, clericos matutinas ca-nentes esse credidit. Postero igitur die percontatur ex Vicario, quinam illi fuerint clerici, qui, [illegible], Matuti-nas proxima cecinerint nocte. Ille, quos clericos, quas Matutinas diceret, primo miratus, ad vltimum intellexit, non tam clericos, quam clericorum imitatores Diabolos fuisse. Idemque post Francisci obitum rem [illegible] non semel expo-suit.

Constantia in verberibus dæmonum.

Ex verberibus ægrotat.

Æquitas animi in [illegible] hominum [illegible].

[illegible] ad pugnam cum Dæmonibus.

Orantis Xauerio Dæmones [illegible] obstrepunt.

INTER quæ Xauerius, ne Meliaporam ab se incultam relinqueret, suo more adultos qua priuatis, qua publicis XVI.
sermonibus, pueros Catechismo excolere instituit. Nec diuinæ virtutis exercendæ materia defuit. Ex quo genere il-lud accidit memorabile. Ciuis erat prædiues misere a Diabolis obsessus vexatusque. Ad hunc Franciscus accersitus, vnum è pueris Catechismi [illegible] cum cruce misit. Qui Euangelio, vt Petrus præceperat, super energumenum [illegible] recitato, protinus [illegible] illos Dæmones expulit; hoc magis indignantes, quod per puerum pellebantur, & eum neophytum. Aliud porro [illegible] alio genere proditur, non minus fortasse mirabile. Ioannes Durus mercator erat adolescens, qui Franciscum [illegible] confitendi gratia. Is, confessione facta, cum Franciscum de diuinis rebus dis-serentem audisset; sensit aliasesse quasdam merces longe potiores suis, quales nunquam ipse concepisset animo. Quocirca, omissa mercatura quam exercebat, cælestis mercaturæ auidus à Francisco flagitat, vt se met vitæ socium adsciscat. Primo ille fortasse qui durum iuuenis ingenium, occultamve leuitatem introspiceret, præcise abnuebat: ad postremum tamen vrgendo atque instando peruicit Durus, &, rebus suis compositis, fortunas omnes pauperibus dispertire cœpit. Sed auidius quam constantius destinata exsequutus est. Dum in eam curam intentus diuenderet merces, solicitatus est adeo à communi hominum hoste, vt posita manu sua ad aratrum respiceret retro; & auidissime repeteret ea, quæ paulo ante contempserat. Itaque in contrarium versus, mercibus omnibus in expeditam nauicu-lam quam occultissime impositis, adornabat fugam. Cæterum, vt alios falleret, Franciscum ipsum, quem maxime cupiebat, fallere haudquaquam potuit. Iam omnibus, quæ in rem esse videbantur, comparatis, nauigium conscensu-rus erat; cum subito Xauerius eum ad se acciri iubet. Et ille rei dissimulandæ magis, quam obtemperandi studio, ad eum venit. Franciscus continuo, remotis arbitris, gemitu vultuque dolorem præferens animi, Peccasti inquit Dure, peccasti. Tum vero ille, repentina denunciatione perculsus, attonito stupentique similis primo hæsit, qui tandem re-scisset Xauerius, quod mortalium nemo præter semetipsum suspicari potuisset, secum requirens. Inde pudore simul ac lachrymis perfusus, stimulante conscientia respondit, Peccaui Pater, peccaui. Et Franciscus exhilarata fronte, Confessionem igitur, fili, confessionem. Durus ergo simul Xauerij voce, simul diuino rore mollitus, spatio sumpto confitetur. Remedium non magis salubre quam opportunum fuit. Sacræ confessionis beneficio non tantum noxa depulsa, sed pristina illi mens reddita est. Quocirca re omni familiari cum fide in pauperes distributa, socium se, vti ante

Obsessum a diabolis per puerum liberat.

Ioannem Durum æternæ socium adsciscit.

Luc. 9.

Occultæ fugæ consilium [illegible] cognoscit.

ante statuerat, Xauerio constanter adiunxit, Iesu nitari memoria roborante constantiam. Per eadem tempora alijs quoque socijs auctus est. Antonius Criminalis Parmensis, & Ioannes Beira Callaicus è Societate Iesu, exiguum quidem sed opportunum auxilium, è Lusitania missi in Indiam appulerant. Quorum aduentu per literas cognito (vt primi subsidio venerant) mire lætus Xauerius, eorundem opera quamprimum vti in tanta Sacerdotum penuria decreuit. Ipse ne Indiæ finibus suus circumscriberetur labor, occasione nauigij data, vlteriora Orientis petere intendit.

XVII. Solvit ex Meliapora S. Thomæ Malacam versus, anno post Christum natum M. D. XLV. Causa eundi fuit, vt Lusitanis eius vrbis incolis excultis, ad Macazares Christianis præceptis instituendos pergeret. Malaca regio peninsula est trans Indiam, flumenq; Gangem, à veteribus (vt quibusdam placet) aurea Chersonesus appellata. Quippe continenti non dato coniuncta Isthmo, & in altum protecta, ad Insulam Somatram Taprobanam olim dictam volunt) aurifodinis celeberrimam procurrit. In hac Chersoneso, è regione Somatræ Malaca vrbs est Lusitanorum, copiosa in primis ac nobilis, quæ Chersoneso nomen dedit, ab vrbe Goa leucas prope DC. Ea quidem sub æquinoctiali ferme linea sita est; cæterum quotidianis fere imbribus maximos æstus temperantibus, vere fruitur pene perpetuo fruges ac fructus bis in anno binis æstatibus percipit. Cæterum amœna magis ac fertilis est quam salubris: quia ex iisdem causis terræ fœcunditas & cœli grauitas oritur. Accedit pestis grauior, vicinitas Saracenorum Ethnicarumq;. Neutra tamen res Franciscum à proposito deterruit; altera, vt vicinorum vitio periclitantibus subueniret, etiam accendit. Malacam vt appulit Præfecto vrbis adito, suum Macazaricæ expeditionis consilium exponit. Tum ille Xauerio narrat, eo nuper ab se missam cum Sacerdote spectatæ virtutis non contemnendam Lusitanorum manũ, Christianis (si quis forte inibi motus existeret) præsidio futuram. Proinde monet, vt si videatur, subsistat Malacæ, quoad nauis, quæ illo deuexerit, reuersa, quo in statu Macazaricæ res essent, renuntiet. Franciscus Præfecti consilium secutus, interim nullo spatio ad quietem sumpto, Lusitanorum saluti consulere cœpit. Erant tum Malacenses accolarum penitus infecti moribus, Ethnicis profecto Saracenisq; similiores quam Christianis. Namq; ob Sacerdotum inopiam magis quam incuriam, labente paulatim disciplina, mores quoque magis magisq; lapsi cœperant præcipites ire. Iamq; illi salutis & honestatis immemores, quicquid liberet, aut expediret, ferme etiam licere credebant, tantam ad nequitiam contagio valet consuetudinis. Itaq; Franciscus illorum animos adeo grauiter affectos intuens, vt iam nec vitia sustinerent, nec eorum remedia ferre possent; perditas mentes mira adoritur arte. Primo comiter, vti solitus erat, cum illorum se familiaritatem dare, in peccatis conniuere, medendi voluntatem dissimulans. Inde vsu & comitate illorum animis deuinctis, sensim ad inueterati morbi curationem sibi viam facit, modo diuinis legibus proposita flagitia ipsorum ostendens, modo intentatis variis humanæ vitæ casibus Dei terrorem incutiens. Ad vltimum mentibus præparatis ad mouet manum: auaritiam resecat, libidinis illecebras remouet, recrudescentia conscientiæ vulnera diuinæ misericordiæ oleo delinit, sanatque. Laborem bene positum perceptus inde fructus ostendit. Satis constat, Francisci opera male partas pecunias à plerisque restitutas: permultis pellices complures admirabili ratione subtractas: nonnullis ægre eas dimittentibus, vt matrimonio secum iungerent, persuasum: plurimos sacra expiatos confessione, atque ad pium vitæ genus adductos. Nec priuatim magis sermonis facilitate profecit, quam publice grauitate orationis. Diebus Dominicis in maximæ vrbis templo conciones habebat ad populum, non minore fructu, quam approbatione auditorum. Quos vt magis vrgeret, atque vt altius in eorum animos salutaris descenderet metus; quæ diuinitus imminebant ciuitati, ingenti animi ardore prædixit. Animaduersum est à multis sæpe illum, cum pro concione perditam ac profligatam Malacensium vitæ rationem incusaret vehementius cœlestem iram impendentem ciuibus pœnasque deprecari solitum eas ipsas, quas ab eisdem paulo post Deus expetijt. Quippe anno insequenti Malaca ab Iauis Saracenis graui obsidione afflicta est, circumque agri depopulati. Et belli calamitatem fœda pestilentia excepit, quæ vniuersam peruagata vrbem, miras ciuium aduenarumque edidit strages. Ita vrbs assiduis funeribus propemodum exhausta est, Deo vetera ciuium delicta vindicante, nouamque condente ciuitatem. Xauerius ergo imminentia mala diuinitus prouidens, siue vt iram diuinæ iustitiæ aliqua molliret ex parte, siue vt incolarum animos ad impendentem cladem perferendam præpararet; talibus calamitatibus subinde intentatis, Malacenses admonebat, vt aliquando ad consilia salubriora se verterent. Nec frustra id fuit, plures irarum cœlestium horrore ac religione perfusi, tandem exitiali animi sopore discusso resipuerunt. Inter quæ haud leuiter ciuitatem admirabile Francisci facinus mouit. Adolescens indigena (Antonio Fernando erat nomen) diabolo exagitante linguæ vsum amiserat, & simul in periculosum inciderat morbum, ex quo desperata à medicis salute iacebat iam triduum. Adhibentur ergo à cognatis superstitiosis atque impiis hominibus venefici, nefarium medicorum genus. Cæterum postquam veneficia nihil proficiebant, accersitur Xauerius. Quo in cubiculum, vbi ille iacebat, ingresso, subito æger furere, vociferari, vultus, oculos, ora fœdum in modum distorquere: sentires dæmonem acuere se ad pugnam, quam instare cerneret. Ibi Franciscus simul adolescentis miseratione, simul diaboli odio commotus, ingemit: mox genibus humi positis, Deum enixe orare primum, deinde furentem iuuenem rite exorcizare cœpit. Nec prius pugnare precibus destitit, quam is mentis compos factus ex iactatione illa conquieuit. Postero die Xauerius, sacro B. Mariæ ad idipsum facto, erectus & alacer redit ad pugnam. mirum dictu: repente victo excussoque importuno exagitatore, & loquendi facultas ægro, & mentis sanitas reddita: mox etiam valetudo corporis secuta. Non alia res magis Franciscum apud Christianos Barbaresque fecit sanctimoniæ fama insignem. Quippe vulgo sanctus Pater appellari cœptus est, veteri cognomine, quod in India reliquerat, Malacæ renouato. Subinde etiam vaticinatio clarum eius nomen ac celebre fecit. Percontabatur pro amicitia Lusitanum institutorem Indiam periturum, quo is nauigio vehendus esset. Illo certam designante nauim, Nolim, inquit, ista veharis. Cumque mercator se in eam iam merces imposuisse diceret, cæterum, si quod immineret incommodum, malle rem quam semet perire: collegit se parumper Xauerius. Inde velut consulto Deo fundens oraculum, Quando, inquit, merces isti nauigio credidisti, eidem caput quoque tuum credas licebit. Cæterum si qua tempestas aut casus ingruerit, caue mercium facias iacturam, satis fidens diuinam tibi adfuturam opem, quæ periculo eripiat te tuaque. Nec vaticinatio fefellit. Oneraria in medio cursu vi tempestatis abrepta, hæsit in syrtibus. Iamque cæteri periculo territi, vasorum onerumque iactura leuare nauigium parabant; cum mercator ille, Francisci præceptorum memor, id fieri vetuit, sancti viri prædictionem enuncians, & illius verbis cœleste auxilium pollicens. Nec mora. Superfuso repente mari nauis emersit; & periculo desuncta, portum incolumis tenuit, fauente Xauerio. Huius rei fama Malacam deinde perlata, mirum quantum eius nomini ac famæ sanctitatis adiecerit. Franciscus interim non modo vetera Christianæ pietatis ministeria non omisit, sed etiam excogitauit noua. Post Solis occasum ipsemet vrbem obiens incolas tintinnabulo excitatos subinde solenni carmine admonebat, vt pro cruciatis purgatorio igni animis, proque hominibus scelerum veterno sopitis, diuinam clementiam implorarent. Quod institutum, non mortuis quam viuis salubrius, Malacensiũ animos non parum accendit. Ad hos labores, quibus lapsam Malacensis ciuitatis disciplinam restituit, accedebat in cumulum haud leuis occupatio, vt Christianam institutionem, adhibito interprete, in eiusmodi verteret linguam, quam Macazarij intelligerent, quibus imminebat lætis identidem nuntijs incitatus. Iisdem enim ferme diebus allatum est,

Anno 1545

Malaca.

Ethnicorũ consuetudo Christianis perniciosa.

Mira ars perditos homines conciliandi.

Vaticinationes.

Energumenum ægrotum diabolo ac morbo liberat.

Animos Purgatorij & lethali noxa saucios sub noctem commendat.

tum est,

Macazariũ præparatio ad Euangelium excipiendum.

tum est, eius gentis animos ad Christianæ fidei semen excipiendum satis esse propensos. Nulla apud eos delubra idolorum, nullos Sacerdotes, à quibus ad Deorum cultum impellerentur: Solem dumtaxat plurimi orientem [illegible] colì; præterea nullum omnino Deum. Nihil iam Xauerio longius videbatur, quo die, cum conuersio in illam [illegible] monem catechismo, exploratoque insulæ statu, ad eos instituendos tenderet. Verum [illegible] ad iam am [illegible] etiam diuinarum rerum contemplatione, cœlestibusque maxime instruebat opibus. Nam cum à [illegible] officijs poneret; nocte somnum fraudans, inuigilabat precibus meditationique; vt, cœlesti igne [illegible], ad Macazarios Dei hominumque caritate flagrans veniret. Iam mense Malacæ aliquot absumpserat, [illegible], cuius reditum expectabat; nuntius afferebatur. Quocirca bona cum Præfecti venia Macazariam [illegible], gentem illam erudire festinans.

Anno 1546.

Vbi primum transmittendi, quo destinauerat, facultas data est, Malacæ conscendit, Duro socio & comite, XVIII
quarto Idus Ianuarias anni M. D. XLVI. prospero vectus cursu, non sine nullis incommodis portum tenuit. Amboinum insulam cum caperet gubernator, præteritum ab se portum ratus, grauiter angebatur, desperans posse [illegible] adhuc eo vento destinatum teneri locum: Tum Franciscus gubernatorem bono esse animo iubet, non dum [illegible] locum, quem crederet, prætereuectam: postridie mane cum ipsum portum, quem peteret, [illegible] Id ita prorsus euenit, quamuis incommoda tempestate. Postero die, albente cælo, portus in conspectu fuit. Peter [illegible] ad eam horam ventus adeo, vt ad exponendum Xauerium, cuius causa insula petebatur, nullo modo anchoræ iaci posse viderentur.

Vaticinatio

Ventus Xauerio morem gerit.

Cæterum vt ad os aditumque portus ventum est, subito ille vehementior flatus, quasi Xauerio morem gerens, ita remisit, vt commode nauis caperet portum. Ecce autem in ipso portu periculum. Xauerius [illegible] scapham cum paucis desiderat, ad terram applicaturus, cum ei repente duo piratici myoparones occurrunt. Ergo Lusitani, qui vna cum Francisco vehebantur, cursum auertere, & quam maxime prædonum occursum vitare [illegible] altum [illegible] te fuga, à terra prouecti sunt longius. Deinde vero vitato periculo terram repetentes, vereri cœperunt, [illegible] in piratas inciderent.

Vaticinatio

At Franciscus rursus vaticinans, bonum illos animum habere iubet, & scapham ad littus appellere, Dei vtique benignitate ipsos incolumes in portum esse peruenturos. Prædictionem exitus comprobauit. In terram expositus Xauerius, vt erat sanctitatis fama incolis commendatus, benigne hospitaliterque excipitur.

Amboinus.

Amboinus circiter millia passuum complectitur ad LXXX. Imperij Lusitani insula celebris in primis, & mercatoribus indigenis [illegible] frequentata. Distat ab vrbe Malaca millia passuum amplius D. CCCC. In ea insula, præter Lusitanorum præsidium, pagi tum erant Christianorum omnino septem, sine vllo Sacerdote. quippe is, qui v[illegible] erat, paulo ante [illegible] ferat.

Circumeundi ratio.

Franciscus igitur desertos pagos impigre circumiens, plurimos infantes ac pueros baptizauit. Circumeundi ratio hæc erat. Puero crucem præferente, ipse ostiatim ecqui ægroti, aut pueri baptizandi, ecqui mortui sepeliendi forent, quæritabat. Siquidem laborantem morbo nactus esset, sublatis pariter in cœlum oculis manibusque Symbolum Apostolorũ & Euangelium super eum recitabat: ac sæpe medebatur vna opera eiusdem corpori animoque. Mortuorum quoque corpora, post preces funebres, rite mandabat sepulturæ: tum pro eorum animis sacrũ faciebat: vt dubitari posset, vtrum viuis plus opis ferret, an mortuis. Sed conquirenti [illegible] hominibus materiam diuina prouidentia longe maximam præbuit.

Ferdinandus Sosa, Hispanorũ Dux.

Sub id tempus Ferdinandus Sosa, Hispanorum Dux, è noua Hispania (quæ regio in alio terrarum orbe posita, haud sane longius ab Amboino distat, quam ab Hispania) Moluccam petens, classem ad Amboinum appulit. Naues erant plures maximæ, nautarum & classiariorum numerus, ægrotorum incredibilis multitudo: plurimosque Hispanorum sæua absumebat lues. Tum vero facile apparuit, Dei benignitate opportunum auxilium ei præmissum Xauerium.

Hispanæ classis calamitatem sanat.

Extemplo enim pestiferi morbi vi accensus illius caritas certare cœpit, alios ministerio sublëuans, alios Sacramento expians confessionis: & nunc grauiter affectos consolabatur, nunc aderat morientibus, nunc mortuis iusta soluebat, vnus multorum munia exequens. Præcipuus labor erat, [illegible] ægrotis adiuuandis necessarias suppeditare; & medicamenta, quorum ibi magna erat inopia, vndique cum summa cura conquirere. Itaque [illegible] ab Ioanne Arausio, Lusitano mercatore, talibus mercibus abundante, cũ peteret sæpius, enimuero ille molestè ferre, indignari, nullum esse petendi modum. Quocirca cuidam, Francisci nomine nonnulla eius generis roganti, cum ægre admodum & cunctanter quod rogabatur dedisset, adiecit ita se id ipsum Francisco dare, vt in posterum nihil prorsus ab se peteret.

Vaticinatur mortem Arausij imminere.

Quod vbi Xauerio nuntiatum est; repente diuino instinctus Spiritu, Quid? censet (inquit) Arausius possessionem eorum, quæ habet, fore diuturnam? errat. Abi, denuntia illi meis verbis, ne tã tenax sit mercium, quas mors breui erepturæ est. ipsum paulo post in hac ipsa moriturum insula, & eius bona in v[illegible] pauperum cessura. Proinde, si sapiat, sua ipse ægris pauperib. Dei causa benigne largiatur: occupet que suum facere beneficium, quod sit mortis futurum. Denuntiationi respondit euentus. Haud ita multo post eodem in loco, nullo herede relicto, Arausius moritur, eius bona, tradito ibi more de hæreditate caduca, pauperibus diuiduntur. Cæterum Arausius in præsentia imminentis mortis terrore obiecto, scil. factus est vt cautior ad viuendum, sic ad largiendum benignior. Menses tres (tamdiu enim Hispana classis ad Amboinum substitit) in ægrotorum ministerio absumpti sunt cum corporum & animorum pariter salute. Cæterum nihilo salubrior ægrotis, quam valentib. Xauerij sedulitas fuit. Horum namque animos vitijs laborantes Sacramentorum medicamentis, priuatis publicisque sermonibus, subleuare non destitit.

Fructus ex Hispanorũ classe perceptus.

Nec incassum is cecidit labor. Fructus pacis sane vberes ex bellicosa gente percepti: multorum simultates sublatæ: plurimorum sanatæ mentes, & ad honestæ piæque vitæ studium traductæ. Inter quos Cosmus Turrianus, (is Hispanorum classe aduectus fuerat) eximia Francisci sanctitate permotus, statim deinde institutum Societatemque aggregare sese. Franciscus porro, re Christiana Amboini bene gesta, sub Hispanæ classis discessum Macazariam petens, Ternatem insulam ab Amboino millia passuum CC. ex itinere tenuit.

Moluccæ insulæ.

Molvcvs regio est modicis discreta insulis (Moluccas vocant) aromatum ac præcipue caryophylli fertilitate & commercio nobilis, ab vrbe Malaca millia passuum circiter M. C. Habitatur frequentibus qua Ethnicorum, qua Saracenorum pagis, terræ vbertate non detinente solum indigenas, sed etiam aduenas inuitante. Moluccæ insulæ plurimæ numero sunt, pleræque magnitudine exiguæ: maiores et modicæ. nulla quippe supra 22. millia passuum circuitu cõprehendit. Æquatori subsunt à Borea in Austrum porriguntur sexagenis ferme passuum millibus inter se disiunctæ. His aliæ minores circumfusæ. Cæterum Moluccis ferme omnis Saraceno Regi paret, stipendiario Regis Lusitani. I

Ternate Moluccarũ insularum præcipua.

Harum insularum longe celeberrima Ternate vrbem habet cognominem Lusitanæ ditioni, quæ vrbs à Lusitanis, alijsque Christianis indigenis, maxime incolitur. Huc igitur cum venisset Xauerius, diuersatus est in suburbana B. Mariæ æde, quæ Barræ dicitur. Ibi loci præside certissima patrona sua inuocata, extemplo solita pietatis ministeria obire cœpit. Ternatini iam palam suas cupiditates soluerant, tanto profligatiores Malacensibus, quanto ab India remotiores. Quippe ex Ethnicorum Saracenorumque vsu & consuetudine, tam cæca rerum etiam humanarũ insedit a eorum mentibus se offuderat, vt in negotijs contrahendis, vbicunque lucri aliqua affulsisset spes, nihil contra ius fasque esse ducerent, adeo omnia in exteruerant lapsa iam morem.

Prudentia in flagitiosis hominibus corrigendis.

Hanc ergo ciuitatem pene depositam Xauerius Malacensi illo suo artificio curare orsus, incolarum animis dissimulatione & comitate conciliatis, paulatim eorũ vitia aperire ac sanare instituit. In quo quidem singularis eius enituit prudentia. Si quem vesano irretitum amore teneri cõperat, qui alicuius auctoritatis esset ac pretij; hac potissimum illum arte adoriebatur. Blande primo ac familiariter ho-

ter hominem effectus, si minus inuitaretur, comitem se illi offerebat ipse conuiuam, iucundoque sermone conuiuium celebrabat, ad tum salubri admonitioni præparans. Inde vbi in eius familiaritatem se bene penitus dederat; ingressus orationem de vitiorum turpitudine, sensim ad libidinis fœditatem delabebatur, eiusdemque incommoda, & simul cælestes adiiciebat minas. Ad vltimum, vt permotum eum senserat, manu familiariter prehensum ad peccatorum inducebat confessionem. ita demum illi concubinam nullo negotio adimebat: aut certe, si ægre careret, in matrimonio collocabat. Constat ab eo in plurimos ad concubinarum nuptias traductos, vt luxuriæ flammam coniugii honestas extingueret. Consimilem rationem in detrahenda fœneratitia fraudulentaq; pecunia seruabat: cuius tanta vis fuit, vt misericordiæ Sodalitas ex tenui atque inopi locuples fieret & opulenta. Eam rem crebræ conciones institutionesq; ac puerorum haud mediocriter adiuuerunt: quibus ciuitatis mores emendati, iniquæ pactiones rescissæ, teneræ ætatis aures & linguæ catechismo adeo imbutæ, vt passim omnia Christianæ doctrinæ carminibus personarent. Præcipue vero Francisci vaticinatio quædam Ternatanorum permouit animos. Ioannem Arausium mercatorem, quem in Amboino breui moriturum prædixerat, longe absens moribundum diuinitus prospexit. Itaq; sacrum magna hominum frequentia faciens, cum post Offertorium de more se conuertisset ad populum, Orate fratres, inquit, & Ioannis Arausii animam, qui modo in Amboino expirauit, commendate Deo. Equidem & heri pro illo feci & hodie facio. Mirati qui aderant alii alios intuentes; quærentesque inter se qui tandem id rescire potuisset, cum Amboinus ab eo loco abesset passuum mille amplius ducenta, & neminem per eos dies inde venisse constaret? Admiratione deinde in expectationem versa, notatur res, diesque, ab iis qui audierant: & paucis interiectis diebus, nauis ex Amboino de Arausii morte nunciat. Temporibus ac rebus inter se comparatis, omnia cum Francisci prædictione prorsus congruere comperta. Tum enimuero nemini dubium esse, quin id Xauerius diuinitus cognouisset. Quocirca illum tanquam prophetiæ dono præditum omnes suspicere cœperunt. Iam Xauerius Macazariam, quæ bidui ferme aberat, meditabatur. Cæterum Macazarios illos, qui satis auxiliorum haberent, à Francisco iuuari, Deo vtique cordi non fuit. Per idem tempus haud vanis auctoribus comperit, in Maurica (regio Mauri vulgo dicitur) Christianos esse quamplurimos: quorum, quippe Sacerdotibus carentium, salus ad vltimum esset adducta discrimen. Itaque his potius succurrendum ratus, qui grauius laborarent, omissis Macazariis, quibus aliorum auxilia non deerant, ad iuuandos destitutos ab aliis conuertit animum.

Vaticinatio.

II. ABEST Maurica regio à Ternate prope C C. millia passuum. Terra aspera ac prærupta, omniumque ferme rerum sterilis. Frumentum vinumque incolæ ne fama quidem acceperunt. nulla apud eos armenta aut greges, præter sues admodum paucos, quos mirandi potius quam gustandi copia est. Aquæ dulcis penuria: oryzæ tamen satis magna vis aprorum: ingens modus arborum, vnde sibi panem qualemcunque & vinum petunt. aliæ porro arbores, quarum cortice depexo vestem vulgo conficiunt. Gens ipsa prorsus barbara & expers humanitatis. quippe nullo omnino literarum habet monumenta: feritate autem inter omnes nationes eminet, cum ferro tum veneno sæuiens etiam in suos: tantum abest, vt ferocia ingenia vsu efferata alienis & aduenis parcant. Sacerdotem ipsum ac parochū, qui vnus illorum salutis curam agebat, de medio sustulerant. Itaq; iamdiu orbi erant pastore. Regio magna ex parte crebris terræ motibus impense concutitur: ignes ac cineres euomit: ingentibusq; exæstuantis maris incessitur fluctibus. Deum credas de nefariis illorum sceleribus supplicium sumere. Quocirca multiplex hic metus aduenas absterrebat omnes. At Franciscus aduersus omnia pericula interritus, omissa (vt diximus) Macazarica profectione, cuius causa venerat; in animum induxit suum, sibi vt illorum animos ab interitu vindicaret, vel manifestum vitæ discrimen esse subeundum. Qua de re ad suos scribens in Lusitaniam, ait se ad opem miseris illis cum perspicuo suo periculo ferendam, illa Christi voce incitatum: Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdiderit propter me, inueniet eam. Quam illi sententiam facilem & apertam videri dicebat cogitanti, experienti non item, nisi Deus ipse interior interpres accederet. Nunquam alias magis singularis Francisci fortitudo diuinaque fiducia enituit. Vbi in Amboino insula percrebuit, Xauerium in Mauricam regionem cogitare; incolas partim admiratio virtutis cepit, partim etiam periculi miseratio. Et amici, vt illum iam profectionem parare nuntiatum est, trepido nuntio exciti, protinus ad eum coeunt. Docent illud belluarum verius quam hominum receptaculum esse: incolarum plurimos coniugum, liberorum, parentum, Sacerdotum sanguine manus imbutas habere. Ergo manifesta Superum ira assidue omnibus terræ, maris cæli pestibus afflictari: iisdemque aduenas ab illorum rabie procul arceri. Denuntiant haud dubia vitæ discrimina in singula pene momenta subeunda fore, apud homines per ludum iocumque sicas vibrantes, spargentes venena, nihilque magis quam humanum cruorem sitientes. Quod tandem esse consilium infesta loca pacatis præferre? Qui conuenire, vt peregrinus homo suam committat salutem, quibus constet, nihil tam esse in deliciis, quam trucidationem cædemque etiam proximorum? Talia inculcantibus amicis, neminem minus tangebant obiecta pericula, quam ipsum, qui erat aditurus. Tum vero illi flentes orare, ne tam vilis suus sibi spiritus foret: & simul indignantes precibus lamenta miscere. Quis ferat non modo Lusitanorum, sed indigenarum ac barbarorum, qui modo Xauerium norit, eius capite ignobilis regionis institutionem emi? Quis iam ferret Orientis columen, quod perpetuum esse oporteret, fore diuturnum, si tam auide manifestis periculis caput efferat suum oblitus tot gentium animas ab se eundem in casum trahi? Meminisset Indiæ vniuersæ & innumerabilium nationum salutem ex suo spiritu pendere. Si incredibili virtute atque animi altitudine pericula omnia contemneret; at certè tot populorum salutem secum in discrimen ne adduceret. Vinceret paucorum caritatem caritas vniuersorum: vtique cum constaret tam feram gentem instituere operæ pretium haudquaquam esse, vtpote quam sui Sacerdotes non magis periculi metu, quam proficiendi desperatione deseruerint. Quare per Christum, humanæ salutis auctorem, ne committeret, vt spes dubia paucorum salutis in apertum discrimen caput ipsius atque innumerabilium gentium salutem, obiiceret. Semet (vt sua prudentia virtuteque dignum esset) Orientis Ecclesiæ conseruaret: aut ad ea saltem seruaret pericula, quæ forent tantæ animi magnitudini paria. Amicorum pietas gratior Francisco quam iucundior fuit. Itaque singulos familiariter amplexatus, mutuisque perfusus lacrymis, in hunc fere modum eos affatur: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? agnosco fidem beneuolentiamque vestram: grates ago habeoque, quod nullum erga me amoris indicium omisistis. Sed nihil me istorum periculorum mouet, diuina imperia intuentem. Deus ista viderit, haud dubius huius auctor consilii: cuius ego præsidio tectus, nihil omnino pertimesco. Cui enim melius me, caputque committam meum, quam ei, qui mortalium tempora vitasque disponit? Non est mortali extimescenda mors, quæ timidissimum quemque consequitur. Honesta autem mors, quippe aditus ad immortalitatem, vel voto expetenda. Quod si ego cecidero, Deus certe non cadet, cui & gentium salus cordi est haud paulo magis quam mihi, & facillimum mittere operarios in vineam suam. Nec vero exiguus fructus ex Maurica percipietur: parum haud putandum, vbi magno est merito locus. Equidem si nihil aliud, pro periclitante illorum salute, cui consulere debeo, nullum periculum ac discrimen recuso. Vt fuerit voluntas in cælo, sic fiat. Tum illi amore stimulante, à precibus ad vim conuersi, perpulerunt arcis custodem, vt ei prorsus nauis adimeret facultatem. Is igitur iisdem illis periculis hostium, ac præsentis terrore mortis, Franciscum ab eo consilio dimouere frustra conatus, ad vltimum ei nauigium denegat. Cui Xauerius nulla pericula, nullum

Maurica regio.

Gentis Mauricæ barbaries.

Mauricæ terræ incommoda.

Zelus animarum.

Ioan. 12.

Deterretur à consilio feræ gentis adeundæ.

Amicorum preces.

Responsum Xauerii plenum diuinæ fiduciæ

Act. 21.

Mach. 1. 3.

Sublimatum aconitum, [illegible] in [illegible] abstinet. Remedia aduersus venena a[illegible] mittit.

genus mortis, vbi Dei cultus & animarum salus agatur, formidare se ait: nec vllos hostes ducere, nisi q[illegible] ostent obsequio. Sibi certum ac deliberatum esse, in Mauricam Deum vocantem sequi: neque [illegible] desit, semet Deo incubantem vtique transnaturum. Itaq; cum eum amici cœlesti præsidio [illegible] obstinato animo esse cernerent; quod vnum restabat, remedia quædam aduersus venena pro se quisque lacrymans ad[illegible] afferre. At Franciscus veritus ne anxio animo inanes periculorum species fingens sibimet sollicitudinem strueret, neue humani auxilij spes detraheret aliquid de diuinæ opis ac prouidentiæ fiducia; gratijs eorum beneuolentiæ actis, adiecit, Profecto sibi illa onera verius, quam remedia futura. Proinde orate, ne [illegible] Dei [illegible] Cæterum si salutem aduersus omnes pestes ac venena munitam velint, assiduis precibus [illegible] numen. Eo [illegible] nullum præsentius inueni. Ita, dimissis amicis, profectionem ad [illegible] hæc tantum discrimen adituro lætiex India nuntij fiduciam accenderunt. Iisdem temporibus nouem e Societate Iesu Goam è Lusitania aduecti erant, Sacerdotes quinque, Franciscus Peres, Alfonsus Cyprianus, Henricus Henriques, Franciscus Henricus, & Nunnius Ribera; cæteri nondum sacris initiati, Balthasar Nunnius, Adamus Franciscus, Nicolaus Nannius, & Emmanuel Morales. Antequam igitur ex Amboino discederet Xauerius, cum de horum aduentu cognouisset, opportuno auxilio admodum lætus, suam cuique prouinciam destinauit: statimque literas Goam ad socios dedit, quibus Franciscum Peren Goæ ad alumnorum institutionem manere, Cyprianum & Henricum ad Comorinenses Neophytos iuuandos proficisci iubebat: duos autem illos, qui apud Comorinenses tum versabantur, itemque cæteros, ad se in Molucas euocabat, eo consilio, vt exiguis illis copiis circum omnes regiones cursaret, omnibus, quoad eius fieri posset, opem laturus. Et Mauricæ expeditioni Deus haud dubie fauit.

Anno 1546. Mense Maio anni M. D. XLVI. ex Ternate cum soluisset, ad insulam Mauricam incolumis appulit.

Maurica. Rupes flagrantes. Cinis e rupibus effunditur. Terræmotus horribiles.

MAVRICA (vt accepimus) bipartita est: altera pars incontinenti Mauronia vocatur: altera duabus insulis constat, quæ Mauronides appellantur. Harum insularum vna rupibus horrenda flagrantibus, ex quibus sæpe saxa grandia instar a[illegible] eorum erumpunt, tanto impetu ac fragore, quanto nulla tormenta [illegible], quamuis magna, globos iaculantur: ac nonnunquam, vbi acrior exstitit flatus, indidem ingens cineris modus egeritur, quo longe ac late diffuso, viri fæminæq; laborantes in campis cinere oppleti domos reuertuntur: dæmones magis quam homines diceres. Apri quoque in saltibus complures oppressi, pisces extincti passim offenduntur in littore. Eadem insula, ne quid incommodi desit, adeo perpetuis pene terræ quassatur motibus, vt qui forte præteruehuntur, conterriti, naues in obiectas incurrere cautes arbitrentur. Ad hæc ingens ventorum cauernis obluctantium fremitus incredibilem omnibus incutit horrorem. Tartari speciem videre te credas. Vnde etiam libenter Franciscus occasionem captabat intentandi pœnas æternorum ignium, quibus apud inferos Deorum cultores improbique Christiani cruciantur.

Gens mire inhumanis.

Gens etiam est in his locis ab Euangelio aliena, inauditæ feritatis, Iauaros vocant: quorum vnicum votum est homines trucidare. Quocirca vbi alienorum copia deest ad cædem, coniuges liberosque vertunt rabiem: ijdemque Christianis hominibus aliquid subinde cladium inferunt. Nec desunt qui humanam carnem, maxime vero cæsorũ in prælio, habeant in delicijs. Prô Deus immortalis, quantum præsidij in Numinis fiducia situm, quantum securitatis in ipsis periculis Deo tegente; nihil [illegible] nil formidandum, nil dubitandum auctore Deo. Hisce ipsis in locis

Psal. 4.

inter [illegible] belluas verius quam homines, Xauerius, qui habitaret in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commoratus [illegible] tres præter omnium opinionem, maiore cum emolumento incolarum, quam periculo suo. Hoc quippe temporis spatio feros illos homines, moribus ingenijsque imbutos, ad Christianæ vitæ mores reuocauit. Erant [illegible] omnino in Christianis rebus rudes, vana prorsus Christianorũ nomina. Franciscus ergo cõ[illegible] Christianorum viros numero prope triginta obijt, infantes baptizando, erudiendo adultos, [illegible]

Publicos [illegible] orum [illegible]

impediendo sacrificia, neophytorum miserijs, vel animi vel corporis, subueniendo. In publicis vero priuatisq; sermonibus barbaram gentem cœlestibus simul terrestribusq; territabat minis, inferorum sedem (quod identidem erumpens flamma ac cinis [illegible] indicaret) proximam illis esse denuntians: eo conscelleratos homines deturbari. Idem præfectò significare ingentes illos terræmotus, quibus pene dehiscens terra nefarios homines ac Deo inuisos absorbere velle minitetur. Proinde cauerent omni ratione, ne in sempiterna illa incendia, quorum facies ipsis quædam obuersaretur ante oculos, ruerent præcipites. Talibus ille sermonibus, alijsque Christianæ disciplinæ præceptis,

Christiana [illegible] barbariem mitigat.

mire illorum feritatem mitigauit. Igitur barbara gens illa vniuersa, qua non alia vsquam (vt diximus) terris inhumanior, qua ad eam [illegible] ex eo tempore non modo mitis & facilis, sed etiam erudita fidei nostræ mysterijs cœpit esse: tantum Christiana disciplina virium habet ad humanitatem. In hac insula Francisci animi magnitudo spectata est. Forte ipsis Michaelis Archangeli ferijs in æde sacra, magna incolarum frequentia, rem diuinam de more faciebat; cum repente insula tota contremuit adeo, vt ara ipsa videretur funditus euerti. Exemplo cæteri diffugere, qua quemque

Animi magnitudo in terræmotu.

agebat pauor. At ille seu dissimulato, seu potius spreto metu, sacrificium constanter peregit, id euentum interpretatus, quod Archangelus Michael diabolos omnes illius regionis diuino cultui aduersantes male mulctatos deturbaret in Tartarum. Itaque plus ei negotij cum hominibus, quam cum dæmonibus fuit. Quippe non defuerunt peruicaces simul ac potentes Deorum cultores, qui cursum Euangelij obiectis minis ac terroribus morari niterentur. Sed frustra, inuicta Xauerij virtus, cœlesti ope subnixa, vicit omnia. Paucis mensibus omnes Christianorum vici lustrati, innumerabilis incolarum multitudo partim Christianis instituta præceptis, partim [illegible] ad Christi religionem

Fructus [illegible] laborum.

traducta. Quantum profecerit, vel hinc existimari potest, quod in vno oppido (Tolum vocant) ad xxv. capitum millia a Francisco Christiana facta traduntur. Par fructui labor fuit. In tam aspera regione vltro citroque cursans, ferè quicquid malorum subiri potest, tolerauit egestatem, æstum, famem, sitim, [illegible], pericula. Cæterum

Psal. 94

vt fermè [illegible] spondet dolori voluptas, secundum multitudinem dolorum consolationes tuæ lætificauerunt animum eius. Quæ quidem quantæ fuerint, ex quodam ipsius epistolæ ad socios capite coniectari licet. Vbi locorum illorum sterilitate atq; omnium rerum inopia commemorata, Hæc, inquit, eo vobis exposui, vt intelligeretis, quanta in hisce locis sit cœlestium copia gaudiorum. Siquidem hæc omnia pericula & labores vnius Dei causa sponte suscepti, thesauri

Consolatio in laboribus & ærumnis.

sunt diuitijs maximisq; gaudijs refertissimi: vt hæ insulæ inprimis aptæ atque appositæ, ad oculorum aciem ex iucundissima lacrymarum vbertate perdendam esse videantur. Equidem nunquam me tot, tantis, tam continuis animi voluptatibus circumfluere meminerim, prorsus vt omnem laborum atque ærumnarum sensum obruerent. Ita Franciscus ex feræ gentis cultura haud plus laboris ac meriti, quam fructus lætitiæque percepit.

Ternatinos denuo excolit. Conciones variæ.

MOLVCVM inde repetens, Ternatem reuertitur. A Ternatinis ingenti gaudio exceptus, torpentes ad studium virtutis excitat, vacillantes confirmat corroboratq;. Ratio autem erat talis. Dieb. festis bis in die concionabatur, mane ad Lusitanos, post meridiem apud indigenas: illos quidem ad honestam piamq; vitam incitans, hos vero Christianis mysterijs maxime erudiens, & à vana Deorum religione deterrens. Quotidie ante meridiano pomeridianoq; tempore conciones [illegible] vtrisq; promiscue dabat aures. Quarta quaq; & sexta feria ad Lusitanorum coniuges fermè indigenas de Symboli capitib. de præceptis Decalogi, de Sacramentis Confessionis & Communionis separatim verba faciebat. Erat tum Quadragesimæ tempus. Quo etiam [illegible] plerique Paschale Sacrosanctæ Eucharistiæ conuiuium, à quo ad id tempus abstinuerant, pie religioseque celebrarunt. Cæterum iamdiu peregrinantem Xa-

uerium

uerium domestica Goensium sociorum cura in Indiam reuocabat. Itaque quam primum in Amboinum traijcere decreuit, ibi Indicam transmissionem expectaturus. Sed Præfecti arcis Ternatinæ, sodalium Misericordiæ, aliorumq; Lusitanorum summæ preces eum coegerunt Ternate diutius commorari, quanquam non inuitum, quod operæ apud illos positæ nequaquam eum pœniteret. Inter hæc Franciscum cupido incessit barbari Regis animum tentandi. Rex Maluci, Regis Lusitani stipendiarius, Saracenus erat, non tam professione, quam vita. Quippe is, quo minus Christianus fieret, non Mahometis religione impediebatur, sed libidinis immodica licentia. Nam præter pellicum greges, coniuges centum regiam implebant. Rex igitur, siue comitate, siue etiam sanctimonia Xauerij captus, omni eum honore colebat, regni proceribus palam indignantibus: ac mirum in modum eiusdem amicitiam expetebat, spem ostentans suscipiendi aliquando Christiana sacra: cum diceret eundem à Saracenis & Christianis Deum coli, & fore aliquando tempus, cum vtrique in vnam religionem coirent. Cæterum etsi Francisci congressu colloquioque delectari videbatur; tamen immoderata vitæ libertas Christianæ obstabat religioni. Id modo expressit tum ab eo, vt polliceretur se vnum è liberis suis, quos habebat plurimos, ad baptismum daturum, ea conditione, vt is deinde Christianus Mauricarum Insularum regnum obtineret. Itaque Xauerius, quia nondum matura res erat, spe lætus, ita Regis amicitiam tuebatur, vt in popularibus colendis haud segnius elaboraret. Namque Ethnicorum animos tentans, reperiebat eos, quamquam à Saracenis ad Mahometicos ritus compellerentur, longe minus à Christo abhorrere, quam à Mahomete. Saracenos porro ipsos, vtpote suæ disciplinæ ignaros, minime in ea esse pertinaces. Quocirca vtrorumque conuersionē in expedito futuram ratus, si Societatis domicilium in Moluco institueretur, id omni ratione curare statuit, ac deinde fauente Christianæ rei Lusitaniæ Rege perfecit. Præcipuum interim opus erat, Lusitanos ac Neophytos instituere, quod haud sane irritum fuit. Nam sex mensium labor vberrimum illi ex Ternatinis retulit fructum. Quippe oppidanorum animos diuinis sermonibus, Sacramentis, cæterisque rebus adeo excoluit, vt omnium iudicio alius populus, quam erat antea, videretur. Constat ex maximo pellicum numero duas omnino Christianis incolis reliquas esse factas. Nec vlla res magis profecit, quam sanctitatis opinio, maximum in persuadendo momentum, diuinis indicijs confirmata. Per id enim tempus inter concionandum auditores subito rogauit, vt supplices Pater & Aue pro Iacobo Ægidio, classis Lusitanæ Præfecto, in Amboino animam agente, recitarent. Idque postea ita fuisse, certis auctoribus compertum. Ea tum res venerationem Francisci auxit, deinde etiam desiderium. Sexto mense postquam eo appulerat, discedere parabat, Amboinos reuisurus. Itaque, pro eximia in eum caritate, cuncta se in portum ciuitas effudit. In discessu vero tantus vndique cum fletu clamor extitit ciuium, magistrum, custodem parentem confusis appellantium vocibus; vt Patrem singulos amplectentem, velut oblitum itineris, misericordia moraretur. Commota sunt quippe viscera eius super grege suo. Demum eos blande solatus, ægre admodum se ab illorum complexu diuellit, omnibus ingenti fletu atque ciulatu digressum discessumque eius prosequentibus.

Regis Moluceñsis vxores centum.

Rex Molucanus amicè colit Xauerium.

Ethnici Moluceñses minus à Christo quam à Mahomete abhorrent.

Vaticinatio.

Ternatinorum amor in Xauerium.

V. LÆTUM Ternatinorum pietate Xauerium tristis de Tolanorum perfidia nuncius perculit. Tolum alterius Mauricæ insulæ oppidum est (sicut ante diximus) neophytis à Francisco initiatis sane frequens. Oppidanorum plures Geliol (externi Tyranni) siue arma veriti, seu gratiam initam, simul à Lusitano Rege Christoque desecerant. Et sacra æde euersa, cruces, sacrasque Diuorum effigies, per ludibrium fregerant. Ad hæc, bona innaserant fidelium piorumque. Itaque Xauerius mœstus rem Deo permisit, causam suam iudicaturo. Cæterum illata superis mortalibusque iniuria, vtrorumque in eos armauit iram. Deus prior & grauior vltor extitit. Primum igitur illorum ager ex feracissimo squalidus ac sterilis factus, fruges etiam in horreis dira tabe consumptæ: aquæ subito amaræ noxiæque è salubribus redditæ: fame quoque ac lue multi mortales absumpti. Cœlesti ita afflictis Lusitani belli incubuit moles. Quippe Molucarum insularum Præfectus, Francisci pij belli felicem exitum spondente, classem aduersus perfidus misit, cum delecta Lusitanorum manu. Et classis Dux, Sancti viri prædictione ac spe diuinæ opis erectus, haud segniter bellum capessebat. Placuit tamen, priusquam inferrentur arma, experiri per legatos, an spes veniæ oblata posset rebellium mentes ad sanitatem reuocare. Postquam superba eorum responsa afferebantur, Lusitanus pœnæ auidus in hostem ducit. Arx est in edito loco posita, nec minus manu quam situ munita. Et fraus hostium accesserat. Quippe imminentis belli haud ignari, circa muros longe ac late stimulos muricesque ferreos defoderant, in quo Lusitani sese inducrent, si propius accessissent. Exitialis non solum irrita oppugnatio extitisset, nisi præsentem pestem Francisci auertissent preces, interclusumque aditum aperuissent. Nondum Lusitani exscensionem fecerant, cum mira opportunitate stare cum eis Deum ac pugnare apparuit. Sol circa meridiem repentina caligine offusa, haud dispatem nocti tempestatem dedit. Et simul ex vicini montis vertice, cum horrendo mugitu ac fragore, tetrum fœdumque erupit incendium, quod tres dies noctesque tenuit. Itaque ingens cineris pumicumque vis (quod nunquā antea euenisse constat) inde egesta; quæ non modo murices ferreos oppressit, sed etiam arcis fastigium æquauit. Ecce autem improuiso malo attonitis barbaris, maior ex vicino terror incutitur. Per idem tempus terræ motus insolito tectorum vrbis ingentem edidit stragem. Tolanis tam atroci tempestate defunctis, Lusitanus superuenit armatus. Nec prælium illud fuit. Plerosque hostium aut ruinæ tectorum oppresserant, aut pauor compulerat in fugam. Et aggeratus pumex facilem in mœnia ascensum dabat. Ergo arx, oppidum, totaque regio sine vllo certamine subacta: victis certis conditionibus pax data: quarum illæ præcipuæ, vt templum euersum reficerent, bona pijs adempta restituerent, suscepta semel Christi sacra in posterum sancte colerent pieque. Tam memorabilem victoriam diuina magis quam humana ope partam etiam inter barbaros constitit. Cæterum tam opportunum flagrantis montis auxilium, cum subita cineris ac pumicum congerie, communis Lusitanorum consensus acceptum Francisco retulit. Qui velut alter Moses, ipsis cum perfido hoste bellantibus, Diuinam opem conciliarat, vt, cuius belli fautor extiterat, præcipuus quoque existeret adiutor.

Toli oppidi defectio à religione diuinitus vindicatur.

Ager è feraci sterilis. Aquæ è salubribus noxiæ.

Mira prodigia victoriam pariūt Lusitanis.

VI. INTERIM Christiana in Ternate insula satis aucta stabilitaque. Amboinum repetijt, renauigaturus in Indiam; ac Societatem, cui præerat, nouorum aduentu sociorum satis iam auctam longo interuallo reuisurus. In medio cursu victoribus hilariter inter se colloquentibus, Franciscus è concessu repente exiliens, summo impetu atque angore animi exclamat: Iesu bone, quid hoc est? illi hominem occidunt. Confestim cæteri, rei nouitate permoti, ad Xauerium accurrere: quid tandem rei sit, percontari. Tum ille, cum ad se redijsset, re dissimulata, nihil esse respondit: seq; in eorum cœtum comiter sessum recepit, perinde se gerens, quasi nihil ipse aut fecisset insolitum, aut dixisset. Cæterum res ab illo celata, paruo intermisso spatio, patefacta est. Vt nauis ad Amboinum appulit, comperiunt Lusitanum hominem ibi à prædonibus interfectum, eo ipso tempore, quo Xauerij clamor ad eorum aures acciderat in naui. Erant in portu Amboini Lusitanorum onerariæ quatuor. Franciscus igitur, caritate ardens, rationem inijt incolas pariter atque aduenas quam maxime iuuandi, quoad facultas nauigandi in Indiam foret. Itaque siue paupertatis studio, siue portus vicinitatem secutus, in ipso littore sibi ac socio medicum è stramenti extruit casam. Huic eodē opere sacram ædiculam adijcit, vbi nautis & classiarijs Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta ministraret. Opere absoluto, in ijs quæ dixi officijs assiduus erat: plures quoque capitali odio dissidentes adducebat ad pacem. Ægrorum præcipue commodis & scilicet saluti seruiebat: quo in numero vnus erat grauissimo implicitus morbo; hunc

Amboinum reuisit. Vaticinatio.

Casam sibi extruit in littore.

Assiduitas apud ægros.

non prius Xauerius quam vita ipsa deseruit. Igitur vetus in Francisci compl... vitæ ... d... singentes Deo laudes gratesque egit, quod, si nihil aliud, ad ... in Amboinum ... fit. Inde Christianorum vicos impigre lustrans, baptizauit infantes, rudes Christianis præceptis imbuit, ... nore cum fructu quam labore. Concionibus insuper ... detere..., ad honestatem pietatis ... pellere instituit. Quam porro carus & acceptus summis ... & infimis esset, digressus ostendit. Vigesimo quam venerat die Xauerius id ipsum prouidens, vt populi comploratione, qualem Ternatæ nuper expertus erat, ... tet; silentio de media nocte nauem conscendere parabat. Sed, vt difficile est amantem fallere, consilio ... noctu concurritur ad portum. Repente ingens virorum, mulierum, puerorum, seruorum cum ... oritur, se iam orbitatem ac solitudinem lamentantium, talemque virum ac patrem ab se diuelli & abrumpi querentium, qui ... noctu ... tactus gemitu, obortis lacrymis, dum flentes ... amplexans ... ege... ab inhærentibus sibi, tanquam à visceribus suis, auelli potuit. Ad postremum, exorato Sacerdote quodam, vt per binas illas horas quotidie operam daret in exercendo catechismo, omnes dimisit, monitos, vt Christianæ doctrinæ ... haud segniter vigerent. Aderat iam tempus profectionis ... Lusitanorum naues ad iter paratæ, Xauerius in regiam inuitabatur, quæ per multos ... fæpius ... constanter abnuebat. Nauarcho causam cur tantopere recusaret roganti, haud ... futura diuinitus præsagiens animo, pertimescere se ait, ne quid ... in itinere accideret incommodi, ... ab ... diuina maiestas ... expeteret pœnas. Nec vanus is metus fuit. Nauis illa deinde aduersa tempestate ad ... appulsa sane deperijt. Cæterum ... (deprecatione fecisse Xauerium, præter ...) tenuit cursum. Inde transacto maris impetu vasta ... ita ... tamque, non solum ... sed etiam vectorum salus complorata erat, cum in ... Dei vices alternantis opem experta, ... maris æstu syrtibus euadit innoxia. Franciscus autem ipse, qui alienæ incommoda præsagierat, prosperam nauigationem vsus, quo intenderat, sine vlla offensione peruenit. Malacam tenuit anno huius sæculi XLVII.

Amboinensium in Francicum amor.

Præsagientis animi diuinatio

Anno 1547. Malacam reuertitur. In valetudinario ... diuersatur.

VII. Malacenses ergo suis perstudiosos ex interuallo recusens, benigne ab illis excipitur. Cæterum ipse pristino more ... amicorum hospitio, statim in valetudinarium consuetum hospitium suum, diuertit. Eodem tempore Malacam tres alij è Societate Iesu appulerant. In his Sacerdotes duo Ioannes Beira, & Ioannes Ribera, quos ... incredibili animi iucunditate amplexus Xauerius, apud se habuit. Inde diebus pluribus ad quietem datis, ... quemadmodum cum Moluccensibus ... in Moluccum dimisit ab se sata culturos. Inter hæc ipse ... ministrando, concionando ad populum, militum tollendo simultates, confitentium peccata expiando, ... pueris, ... tradendo, rem Christianam adiuuari non desistebat. Præcipue mysterium de aduentu Christi, Euangelicamque historiam, identidem inculcabat neophytis; vt percepta tantæ rei veritas ex illorum mentibus ... bul ... Deorum. Iam ... instituit ... non minus pij quam salutaris memor mortuos in purgatorio ... versantes, viuosque letali ... vulnere affectos, quotidie ... piorum precibus ... dos curarent. Ciuitas quippe Malacensis Xauerij hortatu certum constituit hominem, qui altera manu laternam, altera ... bulum gerens, primis tenebris ... vrbem, & in compitis ac triuijs incolarum animos nocturno ... tinnabuli strepitu, lugubrique carmine ad id ipsum composito excitaret. Eares vt admonebat bonos officij, ita improbis ... incutiebat cœlestis iræ. Hoc Francisci institutum ab vrbe Malaca in Indiæ, Molucci, ... vrbes ... oppida manauit, hodieque viget magno bono mortuorum viuorumque. Per id ... tempus ... gionumque ... paupertati Euangelicæ, quæ seueritatis documentum Xauerius dedit. Ioannes Durus ... eius socius & comes erat. Is ... commoditati seruiendum ratus, illo inscente, nummorum aliquid ... quam prudentius, a Lusitanis acceperat, eleemosynæ nomine. Quod vbi resciuit Xauerius, ... non minus acer vindex, quam diligens cultor paupertatis, eum protinus in proximam insulam ad breue tempus relegauit. Ea in ... regione portu Malacæ ... non infrequens incolis, illa tempestate deserta erat. Durus igitur cum ibi in æde quadam sacra moraretur, D. ... (incertum vigilanti an somnianti) ad aram ... lo ... ornato, in puluino sedentem conspicit. Apud ... puer Iesus erat, qui Durum verecundantem ad matrem suam pellicere conabatur. Illa primo infensæ similis cum auersari ac repellere, deinde pacem ac veniam suppliciter orantem admittere. Ad vltimum, ... dimitten..., simul cum puero Iesu sublimis abiit. Res penitus occulta fuit, quam nullus mortalium præter Durum sciret, ipse autem ... nunciaret. Itaque Malacam deinde reuocatus, cum ... debet. Francisco de more confiteretur, ... præcepta, silentio ... At Xauerius, ... cognita, sub confessionem ... quærit, quid ... in desertæ insulæ ... acciderit nuper. Mihi vero ... Instare benigne Pater: abnuit te Durus ac pernegare. Sæpius interrogatus ... obstinato ad rem supprimendam animo) immemor obedientiæ ac religionis, ad alia omnia respondebat. Tandem Franciscus, vt dicit eum ... sibi rem esse: vltro ipse met visum illud narrare orsus, singula persequi cœpit, non secus ac si præsens adfuisset. ... vero Durus attonito similis hæsit: Mox, facto perfusus horrore, omnem rem ordine, vti gesta erat, exponit. Ita demum cum Patre redit in gratiam. Cæterum diu ... expressa veritas ... & Xauerij obseruantiorem fecit, & patientiorem veritatis. Itaque ipsemet Durus, Francisco vita functo, hoc, quod à nobis memoriæ proditum est, iuratus enarrauit, ... testificatione eius eximiæ sanctitatis.

Historiam de Christi aduentu neophytis ... Vespertinæ preces pro mortuis & viuis ... instituit.

Acer vindex paupertatis.

Diuinatio ... & ...

VIII. Svbinde nouitas incidit, quæ Xauerij nomen Malacæ longe celeberrimum fecit. Res vtique varijs casibus & varietatibus ... ac propterea fusius enarranda, ne de rei magnitudine narrationis breuitas detrahat. Valida Regis Aceni classis è Somatra insula, quam e regione Malacæ esse docuimus, intempestæ noctis silentio Malacam appulerat. Mox diuisa inter barbaros munia, vt pars arcem inuaderent, pars Lusitanas naues, quæ in portu erant, incenderent. Igitur barbari in terram expositi, scalis impigre admotis, arcem ex improuiso occupare conantur. Sed non fefellere Lusitanos. Præsidiarij milites propterea à vigilibus excitati arma capiunt ... pellunt. Haud æque feliciter in portu gesta Lusitanis res. Interim naues, qui in barbara classe ... Lusitanos nautas opprimit incautos: præcipuisque ... noctis tenebris iniecit ignem, tanto nauticis terrore ... vt consilij auxiliique inopes torperent. Itaque barbari Christianarum nauium incendio impune oculos animosque pauerunt suos. Ad vltimum cum ingenti clamore plausuque discedunt Lusitano Christianoque nomini insultantes, velut præclara parta victoria. Neque eo contenti, in discessu cum piscatores aliquot Christianos forte cepissent, edidere in eos barbaræ crudelitatis exempla. Quippe naribus auribusque & calcaneis mutilatos, ad Malacensem Præfectum cum literis mittunt, ipsorum sanguine exaratis, quibus superbe contumelioseque eum ad pugnam prouocabant, perlatæ à piscatoribus ad Præfectum literæ in conuentu militum recitantur. Mouit enim nec non minus superba feritas hostium, quam miserabilis species suorum, quos vulnera & effusus cruor deformauerant: ... animos misericordia simul and ... versabant. Motus forte superuenit Xauerius recens ab re diuina, quam fecerat in suburbana æde Nosocomij, vbi veteri consuetudine sua diuerti... apparebat Acenos ab ... Christianæ religionis odio, contemptuque Lusitanorum, talia ausos. Ergo Præfectus, Simoni Mello nomen fuit, Franciscum consulere, quid tandem in tali re ac tempore faciendum censeret. Ille diuino, vt deinde apparuit) instinctu optimû factu sibi vi-

Barbaræ crudelitatis exemplum.

sibi videri, ait, classe aliqua in primis instructa abeuntem hostem strenue insectari, vltroque inferendo arma, contemptum sui demere: vt, malo docti, ab iniuria temperent barbari. Id vero eo magis faciendum, quod illam contumeliam non tam Lusitanis, eorumque Regi, quam Christo, nominique Christiano, illatam esse constaret. Etenim vero nullo modo ferendum, celebratam Lusitanorum Christianorumque fortitudinem ad ludibrium recidisse. Quem enim ignorare actum esse de re Christiana, si contemptu, non solum odio apud barbaros laboret? Proinde Christianis militibus dignos spiritus caperent: in barbarum hostem ducerent alacres, & spei ac fiduciæ pleni; quippe qui, etsi inferiores viribus, causa tamen & diuina ope superiores forent. Deum vtique pium bellum pie gerentibus non defuturum; &, eodem fauente, victoriam pro meliore causa staturam. Auditus est summo omnium assensu Xauerius. Cæterum salubri consilio penuria nauigiorum obstabat. Septem omnino biremes hostilis flamma reliquas fecerat, quas tempestatibus laceras, vt bello vtiles forent, refici oportebat: ideo non armamenta solum, sed etiam aluei nauium quassati erant. Franciscus igitur ostendenti Mello inopiam nauium, Est mihi tanti, inquit, vltro suscipere hoc oneris operisque. Quoniam hic & Regis & scilicet Dei maiestatem agi sentio, & in re trepida cæterorum consilia torpent; egomet hoc mihi munus classis comparandæ, te annuente, deposco. Exin ad milites versus adiecit: Deus nimirum nobiscum stat, fratres; cuius nomine vobis ego denuncio, ne quenquam metus aliave res vlla huius gloriosi belli, ad quod vos ille haud dubie vocat, exsortem faciat. Quin etiam me comitem ac socium periculorum offero ad pium bellum ituris, vt barbaros istos vlciscamur, pij Regis hostes, inimicos Crucis Christi. Hæc vox ita militum animos accendit, vt cuncti, velut repentino Numinis afflatu, in tam pium bellum nomina certatim darent, haud dubia spe felicem belli exitum futurum, auctore atque adiutore Xauerio. Et Præfectus tanto militum Ducumque consensu lætus, Francisco cuncta permisit. Qui rem omnium sententia difficillimam, comparationem classis in recenti nauium clade, haud animo maiore quam consilio est aggressus. Armamentarium inane erat: nec vlla subsidia suppetebant ex publico. Ergo septem Nauarchos, nobilitate ac diuitiis præstantes, ex omni numero deligit. Hos nominatim appellat blandisque dictis amplexus miscens, enixe rogat, vt pro Regis sui, pro Christi communis Domini, pro Christiani nominis maiestate, id, quicquid sit, siue laboris, siue impensæ, suscipiant; septemque illas naues a bello inutiles, singuli singulas (suam cuique assignat) instaurandas strenue curent; sumptum in eam rem centuplicato fœnore vtique recepturi. His verbis tantus Nauarchorum animis iniectus est ardor, vt, certamine inter eos celeritatis orto, intra quatriduum classis instructa omnibus rebus in portu staret. Extemplo Franciscus Saa, Melli Præfecti affinis, classi præpositus: eique CLXXX. Lusitani milites assignati. Iturus erat cum his Xauerius, nisi obnixa Malacensium studia obstitissent. Hi frequentes ad Præfectum vrbis coierunt: & qua suam orbitatem ac solitudinem lamentando, qua denunciando se vrbis tecta deserturos, si Franciscus, vnicum solatium & columen ciuitatis, discederet; tandem vrbis classisque Præfectos perpulere, vt illum in diuersis hominum studiis consilij ambiguum Malacæ iuberent manere. Xauerius ergo Duces militesque in templum contractos pro concione solatus, bonum habere animum iubet. Se quidem, quia corpore eos sequi non liceat, animo ac precibus, quibus liceat prosecuturum. Ipsos vero sic affectos animatosque esse oportere, vt pro Christo Dei filio, in cruce ipsorum causa mortuo, mortem sibi omni voto expetendam putarent. Quocirca ponerent sibi ante oculos illam iuxta amabilem miserabilemque Domini sui speciem; eamque animo intuentes, capesserent bellū, inirent prælium, consererent cum barbaris manus. Porro inter pugnandum diuini Numinis implorarent auxilium, satis fidentes, Deum pro ipso pugnantibus præsto futurum. Hæc locutus, operam eis dare confitentibus cœpit. Inde solemnibus mysteriis expiatos armatosque pergere in impium hostem, Deo duce, ad exploratā victoriam iubet. Protinus illi, diuino instincti Spiritu, certatim ante præsentē Deum sua sponte profitētur, se pro Christo, si res ferat, mortē oppetituros. Ergo, quia Christo sacramētū dixerāt, honorifico sane vocabulo, Iesu Christi cohors a Xauerio appellati; ac pleni bonæ spei, multis ciuium prosequētibus ad classem deducti.

IX. SED paratum ac procliue bellum inopinatus casus inhibuit, vt Francisci virtus ac sanctitas magis eniteret. Ibat iam vexillis ac festo bombardarum strepitu læta Lusitana classis; & populus Malacensis visendi studio, vt fit, litus omne compleuerat; cum Prætoria biremis, inspectante ciuitate, in ipso portu (incertum quo casu) deprimitur; marisque hauritur gurgite, omnium rerum præterquam nauticorum ac militum damno. Id vulgo prodigium visum. Ergo ciues fremere, illud profecto manifestum esse indicium cœlestis iræ Lusitano imminentis, si classis in hostem pergeret. Perstringere verbis Præfectos vrbis classisque, belli exitialis auctores; nec Xauerio ipsi parcere. Cui enim dubium esse, quin flos ille ac robur Lusitani præsidij ad certum exitium mitteretur, cum hostes nauium copiarumque robore, non solum numero, longe præstarent? Eo Deum, repræsentato Præfecto classique periculo, tantum non voce missa denunciasse, expeditionem illam sibi non esse cordi. Igitur Mellus, tantam populi inuidiam querelarumque procellam non sustinens, nuncium propere ad Xauerium destinat, rogatum, vt ad se primo quoque tempore venire ne grauetur. Is Franciscum nactus in Cosocomij ædicula sacris operantem, voluit e vestigio id, cuius causa venerat, nunciare. Cæterum nutu ab illo inhibitus, ad rei diuinæ finem silentium tenuit. Tum demum Franciscus, prius quam ille verbum vllum faceret, Abi dum, inquit, ac Præfecto renuncia, me quidem extemplo adfuturum, sed ipsum bono animo esse oportere, quod Deus in ipso temporis articulo suis adsit. Hæc ita dixit, vt appareret, eum rem omnem diuinitus indicatam. Secutus inde nuncium Xauerius, offendit omnia plena consternatione tumultuque. At ipse lætitiam ac fiduciam vultu præferens, Quid est, Melle? inquit; tantulane res animum frangit tuum? Omnipotens est, cuius prouidentia paterna nos protegit. Hæc effatus, singulos Duces militesque amplexatur; & alternis rogans monensque, ad tam pium, salubre, & gloriosum opus hortatur. Nec destitit deinde, pios animos sic amentes, qui se Christo deuouerant, monitos ad officium reuocare: præsertim cum læti omnes alacritate Xauerij, spem magis ipsam, quam spei causam, intuerentur. His permotis, ad Mellum redit, accensa Ducumque militumque studia nuncians. Gratum id Præfecto fuit, Francisci cœptis fauenti. Cæterum ne quid temere fieret, consultari rem, & ad militare consilium primores quoque ciuitatis adhiberi placuit. Dicuntur sententiæ. Quis credat? Vrbani extra aleam certaminis futuri, omnes ad vnum expeditionem illam temerariam censebant. Cuius enim consilij esse, sex nauigia classi sexaginta nauium obijcere, & minus CC. milites Lusitanos quinque millibus pugnacium barbarorum? Contra vero Duces vniuersi primoresque militum, pugnæ discrimen adituri, omnino pium bellum suscipiendum esse clamabant. Quippe satius ipsis fore, in prælio (si ita res ferat) honesta morte defungi, quam semel datam cælesti Regi fidem fallere. Idque adeo certum fixumque esse omnibus, vt nouo sacramento etiam Numini obligarent fidem. Ac protinus vniuersi denuo rite iurarunt, se ad bellum ituros, &, si opus sit, pro Christi fide morituros. Cæteris stupore attonitis, Franciscus lætus assurgit: & Ducibus militibusque collaudatis, illud inculcare cœpit, vt spem omnem victoriæ repositam haberent in Deo, cui non esset difficile saluare vel in multis vel in paucis. Nec dubia esse diuinæ opis indicia, quibus crederent Deum stare secum. Pro vna bireme amissa, duas classi accessuras eo ipso die. Nec prædictio fefellit. Ante Solis occasum Lusitanas biremes duas præter Malacam velis ferri conspiciunt. Hæ priuatæ erant Iacobi Soarij, instructore nobili. Qui, ne portorium Malacæ penderet, rectum tenebat cursum. Cæterum, Xauerij rogatu, Malacam appulit, belli se socium offerens. Ea demum res cunctos spei ac fiduciæ impleuit.

X. ERGO vniuersis fausta precantibus, alacres gaudio milites vela faciunt, anno seculi huius XLVII. VIII. Cal.

Munus cōparandæ classis sibi deposcit.

Ardor Lusitanis militibus a Xauerio iniectus.

Per septem Nauarchos locupletes classem instruit.

Præcepta militibus ad bellum ituris data.

Lusitani milites Iesu Christi cohors a Xauerio appellati.

Prætoria Lusitanorū nauis amittitur.

Absens diuinitus prospicit.

Eius magnitudo animi in consternatione aliorum.

De bellando aduersus barbaros.

Lusitani milites renouant iusiurandum moriendi pro Christo.

Eius vaticinatio.

Anno 1547.

Cambionũ promontorium.

Nouembris. Octo erant omnino naues longæ, milites non amplius c c x x x. Quarto die secundis ventis ad Cambilanum promontorium ventum est, intra quod hostem venari à Simone Mello iussi erant. Et Saa Præfectus omni cura vestigans, quam regionem hostilis classis petijsset, comperire nequiuerat. Itaq; spe irrita domum redire oportebat. Dum tristes inde, flexa retro classe, Malacam repetunt, aduersa tempestas subito coorta, subegit eos subsistere complures in anchoris dies.

Tempestas victoriam adiuuat.

Cæterum ea tempestas reditum morata, victoriam adiuuit; incommoda quoque ad bonos euentus diuina prouidentia dirigente. Iam eos cibaria deficiebant, cum, remissa aduersi venti vi, ad proxima Ethnicorum amicorum oppida classem applicuerunt, commeatum petituri. Necessarijs ad vsum rebus comparatis, cum de Acenorum classe nihil comperirent, Malacensem repetunt cursum. Veruntamen omnium animus spes consequendi hostis magis quam cura deceßerat. Itaque aliquantum inde prouecti ex piscatore cognoscunt, in proximo amne (Perlensi nomen est) Acenorum classem, propopulata omni circa regione, subsidere in insidijs, ea mente, vt Lusitanas naues, quas è Bengala Malacam propediem iturus fama erat, interciperent; direptisque nauigijs, Christianos omnes ad internicionem cæderent.

Lusitanorũ alacritas instãte prælio.

Ad hunc nuncium Præfectus classis insperato gaudio gestiens, assumpto splendido amictu lætitiam ostendit suam. Neque eo contentus, large omnibus ad epulas præbitis, milites naualesque socios benigne tractari; cunctarumque bombardarum displosione effusum classis gaudium significari iubet, victoriam partam, non pugnam, instare dicens.

Male commissum, Dei prouidentia bene vertit.

Quod male fortasse commissum, Dei prouidentia bene vertit. Inter hæc exploratores ab eo tribus scaphis aduersum subire flumen iussi, totidem hostium scaphas cubias cepere. Ex captiuis cognitum, barbaros, tormentorum bellicorum strepitu excitos, direxisse in pugnam naues, concitatoque impetu in mare ferri, ratos adesse Lusitanam prædam, quam opperiuntur.

Perlensis amnis.

Perlensis amnis, etiam vbi coercetur ripis, valde in latitudinem diffusus, qua erumpit in fretum, speciem maris facit. Quippe profundo est alueo, nec pro spatio aquarum late stagnantium coercet impetum, sed torrens ac rapidus fertur; nec vsquam aperit vada. Igitur Saa promontorij, quod in fluminis ripa eminet, opportunitatem secutus, in eius recessu, vbi leniore tractu fluebat amnis, classem impigre ad prælium instruit, mox paruo nauigio singulas biremes circumuectus, impense monet Lusitanos Duces militesque, subiret animos dies ille, quo die ante aram sua sponte pro Christi religione cultuque capita sua deuouerint; ex quo I E S V Christi cohors fuerint appelati.

Hortatio Præfecti Lusitani ad milites.

Obuersetur oculis Xauerius, pij belli auctor, pro ipsorum salute ac victoria supplicans. Ne excideret salubre eius præceptum, vt Christum Dei Filium Cruci pro ipsis affixum intuentes, pro illius gloria, vitæ immemores, fortiter capesserent pugnam. Meminissent, quod obliuisci non possent, sacramentum ab se Christo Regum Regibus dictum, bis vitas & capita sponte deuota. Pro Deo pie pugnantibus diuinam vtique opem non defuturam. Et Xauerij prædictionem haud dubiam illis afferre victoriam, si modo vincere auderent. His accensi vocibus milites conclamare vniuersi: Se vero paratos vitas Christo Domino non semel deuotas reddere: & Xauerij præceptorum memores, eiusdem opem promissumque in prælio expectare. Interim classis hostilis in pugnam directa, secundo amne defluebat; horrendoque vlulatu ac dissono tympanorum strepitu ripæ littoraque resonabant.

Barbaræ classis apparatus ad pugnam.

Primum agmen ducebat barbaræ classis Præfectus, quatuor triremibus Turcicis latera cingentibus. Senæ deinceps biremes nouem ordinibus sequebantur, omnes ingenti etiam sclopetorum copia, non modo bombardis affatim instructæ. Ergo Lusitanus Præfectus, vt promontorium primam barbarorum aciem aperuit, ex improuiso cum tribus nauigijs occurrit hosti; cæteris, vt directa erant in aciem, subsequi iussis.

Certamen classium.

Sorte quadam, seu diuino potius consilio, barbarus furore præceps, globos in hostem tormentis omnibus ante tempus excussit, itaque vano ictu in vndas innoxij recidere. At liberator Lusitanus ingentem globum maiore bombarda excutiens, Prætoriam Acenorum nauim tam certo perculit ictu, vt eam deprimeret mergeretque. Id non omen solum, sed initium victoriæ ac summa certaminis fuit. Quippe Turcicæ triremes cursum inhibentes, omissa pugna, Duci ac cæteris primarijs viris natantibus opem ferre cœperunt. Id exitio fuit ipsis classique.

Turcicæ triremes barbaris exitio sunt.

Nam Turcæ suas triremes in obliquum statuerant, bonamque fluminis occupauerant partem, vt adnantes exciperent, periculi, quod ipsis instabat, obliti: adeo eis Deus eripuerat mentem.

Barbarorũ nauigia inuicẽ implicita confliguntur.

Ergo barbaræ sex biremes, quæ primum agmen subsequebantur, secundo amne delatæ, in Turcicas triremes incurrere, cæteræque deinceps biremium acies incidere in priores. Incuti puppibus proræ; quique antecedentes vrgebant, ipsi à sequentibus premi. Collidi inter se nauigia, abstergerique inuicem remi: crederes inter duas classes esse certamen. Sensit Lusitanus manifestam superum opem; nec defuit diuinitus oblatæ victoriæ. Exemplo salutare I E S V nomen inclamans, explicare aciem, hostilemque classem sibimet cohærentem, & impeditam ad pugnam, vndique vno tempore incessere bombardis cœpit.

Barbara classis impune a Lusitana oppugnatur.

Tot effusa in hostem omnium tormentorum procella. Telum nullum in confertas nauigia missum incassum cadebat: naues vtrique impune petebantur. Quocirca breui nouem nauigia hostium demersa, plura afflicta, cum ingenti barbarorum strage. Præsentis periculi facies superstitum animos horrore perstrinxerat. Itaque plerique remigum ac militum, proiectis armis, pauore cæci, in rapidum flumen desiliunt, natatu effugium petentes: sed frustra. Omnes ad vnum fluminis impetu abreptos, rapidi vortices hausere, ne nuncio quidem tantæ cladis relicto.

Barbarorum clades. Incruenta victoria. Præda ingens.

Lusitani, parta tam insigni incruentaque victoria, Deo, cuius præsens auxilium in prælio experti erant, enixe gratulantes, spolia hostium legere cœperunt. Nec fuit prædæ minus quam gloriæ. Vniuersa classis, præter decem illas naues in prælio demersas, in potestatem redacta. Bombardæ iustæ magnitudinis ad c c c. captæ. Ad hæc ingens vis armorum, & cuiusque generis prædæ.

Numerus barbarorũ in prælio extinctorum.

Compertum ex captiuis est, ad quatuor barbarorum millia ea pugna in certamine interijsse. In his maximum nobilium numerum ex cohorte Aceni Regis: complures etiam Turcas ianizarosque. Egregiæ fama victoriæ regionem illam statim peruasit. Igitur Rex Perlensis, quem metus Acenorum in tutiora loca compulerat, hostium clade erectus audere cœpit: & Acenorum præsidium, quod propter Perlensem amnem relictum erat, valida manu ex improuiso aggressus, occidione deleuit, & prædam ablatam recepit.

Rex Perlensis vltro se Lusitani Regis stipendiarium facit.

Et valuit apud barbarum Regem memoria dati etiam à non cogitante beneficij. Mox simul victoria gaudens, simul gratulabundus, ad Lusitanæ classis Ducem liberatorem suum tendit: seque vltro, pro tam insigni Lusitanorum merito, Lusitani Regis stipendiarium facit. Hic reportatæ, Francisco auctore, victoriæ cumulus fuit. Saa classis Lusitanæ Præfectus, his rebus ita gestis, x x v. naues ex omni hostilis classis numero selegit, quas secum deduceret: cæteris, quod inutiles viderentur, iniecit ignem: exin præda & gloria onustum deportat exercitum.

Francisci preces pro victoria.

Hæc vnius ac dimidiati mensis ferme spatio gesta. Quo tempore Francisci victoriam à Deo precibus exposcentis inuicta constantia extitit. XI.
Non priuatim solum cæleste Numen propitiabat ipse etiam publice populum ad idem faciendum identidem incitabat. Bis quippe in hebdomada, die Dominico ac feria sexta, concionem Malacæ habebat ad populum. Et solenne illi erat in perorando rogare concionem, vt, pro Lusitaniæ classis victoria de barbaris semel Pater & Aue secum orarent. Paruit initio populus non inuitus per x v. aut x x. dies, quoad scilicet spes fuit victoriæ. Cæterum cum per id tempus nullus omnino de classe nuncius afferretur; suspecta nostrorum clades multos ciuium a pio instituto auertit, ac penitus alienauit.

Mœror Malacensium ex falso Lusitanæ cladis nuntio.

Auxit Malacensium solicitudinem dissipatus temere à Saracenis accolis rumor: Lusitanos prælio victos ab Acenis, & occidione occisos. Falso rumori fidem vera opinio faciebat: namque hostes pugnacissimos & longe superiores viribus esse constabat. Ergo ciuitas omnis mœrore afflictari: matronæ effusæ in lachrymas, virorum, liberorum, cognatorum interitum, suam orbitatem ac solitudinem deplorare.

Præfectus

Præfectus ipse vrbis, quod cladis auctor haberetur, oculos declinans ciuium, publico carere. Inter quæ Franciscus de more verba faciens ad populum, spe meliorum inanem mœrorem abstergere conabatur. Et nunc in quosdam, qui sordibus ac veneficiis Lusitanæ classis euentum exquisierant, inuehebatur, eorum superstitionem vehementer accusans: nunc ciues, quos diuinæ prouidentiæ immemores plus æquo suorum cura solicitaret, grauiter increpitos ad spem erigebat. Ad vltimum perorans, omnium preces, ad impetrandam à Deo victoriam, exigere non desistebat: etsi non erat nescius, suam illam rationem in multorum odia incurrere, frementium, illas preces, quæ exigerentur, pro cæsorum venia potius, quam pro virorum victoria, fundi oportere. Sed breui Xauerianæ vaticinationis fides extitit. Aderat iam dies memorabili victoria insignis futurus. Franciscus igitur eo ipso die (forte Dominicus erat) in templo concionem habebat. Et erat eadem hora, qua se Lusitana classis parabat ad pugnam. Igitur inter perorandum ad Christi crucifixi effigiem repente orationem sequę conuertit: diuinique Spiritus instinctu cum effusa corporis iactatione vaticinans, primum classium congressum verbis describere per ambages cœpit, auditoribus admiratione defixis. Inde ardentibus oculis vultuque, effusius lacrymans, exclamare: O Iesu Christe, Deus cordis mei, obsecro te, quæsoque per supremos vitæ tuæ cruciatus, ne deseras quos tuo sanguine redemisti. Hæc & alia quæ sancto viro hinc metus, hinc spes, in tali re ac tempore subiiciebat, elocutus, inclinatum ac deficiens corporis iactatione caput summa suggesti sponda paulisper excepit. Exin, velut ex ingenti defatigatione requieuisset, caput attollens subito proclamat, vultu alacri lætoque: Nunc demum, Malacenses, mœrore deposito, iucunditati vos ac lætitiæ date. Modo hostem nostri incruento quidem prælio deuicerunt, non amplius tribus è nostris desideratis: tantulo impendio tam insignis victoria stetit. Nec mora, iam victoria ouantes, hostium spoliis prædaque onusti cum captiuis nauigiis reuehentur domum. Propediem (certumque designauit diem) aderunt incolumes. Agite dum ergo, & Deo, victoriæ auctori, gratulantes, semel orationem Dominicam, Angelicamque salutationem, pariter recitemus: iterumque pro nostris, qui in pugna ceciderunt. Francisci prædictionem non edicta solum supplicatio, sed ingens etiam concionis admurmuratio excepit. Tantique viri auctoritas, hilaritasque oris insolita, omnium excitauit animos, mœrore torpentes. Viris expectatione erectis, eadem die matresfamilias separatim in alio templo pro concione solatus est, diemque ipsum definiuit, quo die certus ad eas de suorum incolumitate ac victoria nuncius esset venturus. Prænunciationem omni ex parte exitus comprobauit. Biduo triduove intermisso, nuncius adfuit partæ victoriæ: nunc enim victores ipsi cum ingenti præda, magnoque numero captiuarum nauium, secuti. Immensum scilicet, veluti ex insperato, gaudium Malacensibus affulsit: adeo res ipsa expectationem omnium vicit, cum ab octo nauigiis naues XXV. captiuas agi viderunt. Cōfestim igitur victrici classi ad vrbem applicanti, cuncta ciuitas, ab ingenti metu alacris, sese obuiam effudit. Franciscus in primis, magna victoriæ ac lætitiæ pars, procedit ad litus. Egressum in terram Ducē, aliosque primores classis, gratulabundus amplectitur. Inde in communi gaudio & gratulatione, cum tempus victoriæ accuratius exquireretur; nō tantum dies cōstitit, verum etiam res ipsa mirifice cum prædictione conuenit Xauerij. Eoque plus admirationis res habuit, quod locus, vbi pugnatum erat, amplius CC. millia passuum aberat Malaca. Ex eo tempore Franciscus Malacæ haud magis sanctitate quam vaticinatione conspicuus fuit. Cæterum iisdem temporibus sanctitatis eius fama Orientem peruagata, ex vltimis terris homines ad Xauerium visendum exciuit.

Malacenses solatur.

Lusitana classis victoriam prospicit ac prædicit.

Vaticinatio.

Vaticinatio.

Lætitia Malacensium ex suorum victoria.

Octo Lusitanorum nauigia XXV. captiuas barbarorum naues agunt.

XII. Mensibus circiter quatuor in Malacensi ciuitate iuuanda consumptis, nauigandi facultatem nactus, in Indiam cogitabat, cum ad eum Malacam Iapon quidam, Anger nomine, inde vsque ab Iaponia venit, vir domi suæ honesto loco natus, & ingenio singulari præditus. Causa veniendi fuit, vt animi vulneribus, quæ iuuentutis inflixerat feruor, ab eo peteret medicinam. Quippe homicidio facto in Iaponia, conscientiæ stimulis inimicorum telis pariter exagitatus, ad Bonziorum (religiosi apud illos homines sunt) cœnobium confugerat, simul conscientiæ remedium & vitæ refugium quærens. Sed vtraque eum spes fefellit; atque id ipsum ei saluti fuit. Cum nihil opis ac præsidij in Bonziis reperisset, alienato ab illis animo, externa auxilia circumspicere cœpit. Peropportune eo commercij causa naues aliquot appulerant Lusitanorum, è quibus Alfonsus Vasius illi antea notus, re cognita, pro veteri amicitia vltro suam obtulit operam, si occulta fuga subtrahere se periculo vellet. Ille enimuero, gratiis actis, se eius liberalitate ostendit vsurum. Itaque Vazius prospiciens animo, suam nauim diutius ibi in negotiis expediendis moraturam, vt primo quoq; tempore amici hominis saluti consuleret, Ferdinando Aluaro, necessario suo, ex alio portu soluenti in Indiam, eum per litteras commendat diligenter: commendatitias literas Angeri ipsi tradit. Eas ille nocte intempesta cum perferret gemini cognominis errore deceptus, Georgio Aluaro nauarcho reddit, errore salutari. Is hominis Iaponis demerendi occasionem neutiquam sibi prætermittendam existimans, errore dissimulato, perhumaniter exceptum auexit eo consilio, vt Malacam ad Xauerium familiarem suum adduceret. Itaque vt erat vir pius, vel Angeris sibi conciliandi, vel ad Christianam religionem præparandi studio, multa ei tum de insigni Xauerij sanctimonia, rebusque gestis, tum de Christianorum institutis identidem exponebat in via. Anger ergo talis & viri & instituti cognoscendi auidus, Malacam properabat, Xauerium, quem tanquam diuinum hominem ex Aluari ore mirabatur, aliquando videre & audire festinans. Cæterum iniecta mora, eius cupidinem primo, vt fit, turbauit, deinde magis accendit. Malacam Anger aliquot mensibus ante Francisci ex Moluco reuersionem appulit. Ibi eum auidissime quæritans, reperit iam diu abesse Malaca. Quocirca, re infecta, domum repetere decreuit, tristis admodum, frustra tam longo itinere suscepto. Abest quippe Malaca ab Iaponia leucis circiter DCCC. pari fere spatio Indum inter & Iaponiam sita. Malaca ergo cum soluisset, ad Sinarum fines trium fere mensium nauigatione traiecit, leucas à Malaca circiter D. Ibi paulisper substitit, in Iaponiam (ea inde aberat millia passuum fere DCCC.) propediem transmissurus. Ab Sinis deinde profectus, sexto septimove die in conspectum iam venerat Iaponiæ, cum repente reuersus ventus, quasi dissuasor consilij, obstitit: fœdissimaque totius quatridui tempestate iactatum, in eum ipsum Sinarum portum reiecit, vnde conscenderat. Ibi ei incerto iam animi, fluctuantique, non sine Dei vtique consilio, idem ille Alfonsus Vasius fit obuiam, qui ei auctor fuerat Iaponia excedendi. Huius ergo suasu Malacam, quo iam Xauerius aduentare ferebatur, reuertitur, anno seculi huius XLVIII. Egrediens è naui, Georgium Aluarum, à quo primum ex Iaponia deportatus fuerat, mira opportunitate offendit: ex eo cognoscit de aduentu Xauerij. Georgius igitur Angeris reditu mire lætus, eum continuo in templum ad Franciscum, cuius causa venerat, deducit; qui sit, quid velit, exponit. Tum ille quasi diuinans fore, vt per eum via sibi fieret in Iaponiam, quantum ex hominis Iaponis aduentu percepisset voluptatis, haud sane obscure vultu verbisque declarauit. Et Anger, haud rudis Lusitanicæ linguæ, sine interprete cum Francisco agere de suis rebus cœpit. Quem ille benigne exceptum, & indulgenter habitum, ita diligenter Christianis mysteriis ac præceptis excoluit; vt, omnibus ex eius animo scrupulis exemptis, quædam semina piæ beatæque insereret vitæ. Itaque Anger ex aspectu & consuetudine Xauerij maximum se vitæ & peregrinationis suæ fructum cepisse præ se semper tulit. Simul illud memorabat, totam itineris sui rationem haud dubie administratam diuinitus, vt auidius arriperet, quod diutius expetisset. Et eius cupido discendi se prodidit breui: nam Catechismi explicationi cum interesset, sua sponte Symboli capita in codicē relata in cœptu populi, homo id ætatis, subinde recitabat memoriter: multa quoque percontabatur, multa obiiciebat, non minus prudenter quam acute. Iapones in scribendi ratione longe à cæteris nationibus abhorrēt: quippe à summo orsi, directo ad ima descēdūt. Id Franciscus in Angeris

Bonzij Iaponum Sacerdotes.

Anger Xauerium alloqui expetit.

Malaca quā longe absit à Iaponia.

Dei prouidentia.

Anno 1548.

Angeris aduētu lætatur Xauerius.

Angeris cupiditas discendi.

Iaponū scribendi ratio.

libello ob rei nouitatem miratus, quærit ex eo, cur nostro more non scriberent: & ille: Quin vos, inquit, potius more nostro, naturam vtique magistram sequentium? Namque vt hominis caput summum est, pedes imi; sic par est in scribendo à summo deorsum directo ferri hominis manum. Xauerius igitur cum magnæ indolis specimen ex Angeris dictis factisque cœpisset, rursus instituit quærere, an Iapones, si Euangelium ad eos deferretur, id accepturi viderentur. Tum ille, non protinus eos quidem his, quæ dicerentur, assensuros ait; sed tum religionem ipsam, tum vero vitam dicentis exploraturos. Cuius si & doctrina percontationis, & vitæ probitas experimentis illorum satisfaceret; ad vltimum (vt gens vniuersa ducem maxime sequitur rationem) re cognita atque perspecta, adultos haud grauate ad Christum aggregaturos se. His vocibus excitatus Xauerius, & simul mercatorum mira quædam de Iaponum indole prædicantium sermonibus accensus, Iaponiæ Euangelio imbuendæ animum adiecit. Octauo quam Anger Malacam venerat die, cum Franciscus, ex itinere neophytos Comorinenses reuisurus, vna cum eodem illo Georgio Aluaro Goam præmisit, in Goensi Collegio Christianis mysteriis institutisque accuratius excolendum. Cæterum ipse Malacensi ciuitati efflagitanti, vt duos è Societate Malacam mitteret, qui suo loco eadem pietatis munia exequerentur, negare non potuit. Extemploque Sacerdoti cuidam indigenæ mandauit, vt sui muneris vicarius neophytos tantisper antemeridianis erudiret horis.

Vitæ probitas doctrinæ respondens.

INDE naulum consecuturus, nauicularium exorauit, vt pueros quosdam (eos è Moluco abduxerat in Goensi XIII.
Collegio instruendos) deueheret in Indiam. Quos illi committens, repentino diuini Spiritus afflatu ter denunciauit, male se metuere, ne magnum in itinere ea nauis acciperet incommodum. Nec vana denunciatio cecidit. Insulam Ceilanum nauis prætereiens, hæsit in syrtibus: iamque spes salutis nulla erat, cum repente, B. Mariæ ope simul ab omnibus implorata, diuina benignitate periculo eripitur, & Cocinum appellit incolumis. Haud secundiore cursu, sed meliore conditione, nauis vsa, quæ Xauerium vehebat. Per triduum teterrima tempestate vexata est, vt vectores, iactura iam facta, mortem in horas ac momenta singula exspectarent. At Franciscus intrepidus ad ea, quæ cæteros terrent, sedato animo cælestes omnes ordine deprecari, cælestiumque Regem ac Reginam impense inuocare instituit. His illis deprecatoribus præsidiisque septus (vt ipse postea indicauit) longe maiore lætitia affectus est in ipsa tempestate, quam deinde tanto defunctus periculo. Quippe in summa illa omnium trepidatione, vitæque discrimine, tantum diuinæ hausit dulcedinis, vt eodem tempore cæteri præ mœrore, ipse præ gaudio, ingentem vim lachrymarum profunderent. Itaque Deum vehementer orabat, vti eum, si ex illa eximeret tempestate, in alias consimiles, aut etiam grauiores, coniiceret; dummodo suis periculis aliquam diuinæ gloriæ nauaret operam. Crederes Xauerij patientiam cum diuina liberalitate certare; illo in Dei gratiam acerbissima expetente: Deo contra iucundissima subministrante. Indiam vt attigit, Comorinensium Christianorum vicos, qui velut primi suæ industriæ fœtus in primis ei cordi erant, obire strenue cœpit. Ibi sociorum aliquanto plus reperit, quam discedens reliquerat. Quocirca Goam properans, illorum fidei ac prudentiæ multa permisit: pro vsu autem quem eius gentis habebat, saluberrima illis præcepta tradidit. Quorum hæc erat summa, vt recens natos infantes ostiatim conquisitos baptismo expiarent, ne forte eius ætatulæ salus parentum aut Sacerdotum socordia periclitaretur. Vti pueros gregatim Christianis mysteriis ac præceptis quam diligentissime imbuerent, quod teneræ ætatis institutio vel plurimum momenti ad honestam beatamque faceret vitam. Iuberent præterea, Dominicis ac festis diebus omnes (præmonitis magistratibus, vt pietatis cultusque in Deum exemplum cæteris proderent) ad sacram ædem orandi diuinique verbi audiendi causa conuenire: atque inibi publica vitia publice increpantes, ab iis auditores deterrerent, propositis & huius & æternæ vitæ suppliciis pœnisque. Cognoscerent insuper qui inter se simultates atque inimicitias gererent: ac viros Dominicis, mulieres Sabbati diebus in templum conuocatos reducerent in gratiam: si quis casus difficilior incidisset, ad Lusitanorum referrent Ducem. Stipem vero ad pauperum subsidium à viris fœminisque collatam ita diuiderent egentibus, nihil vt omnino eius apud se residere paterentur. Ægros subinde viserent, &, Euangelio super eos recitato, eorundem animos rite curarent; morientibus adessent, mortuos sepelirent. Viris autem fœminisque separatim edicerent, vt suorum quisque ægrotantium numerum deferrent ad se: & simul hoc eis denuntiarent, quorum nomina delata non forent, eos Christiana sepultura cariturος. Cum Lusitanis hominibus nullos, nisi de piis rebus diuinisque, sermones haberent; ne inania colloquia (vt plerunque fit) Sacerdotalium munerum occuparent locum. Lusitanorum Ducem amice tractarent comiterque: & cum eo quauis interposita offensione, pacem & amicitiam retinerent. Idem, quoad eius fieri posset, etiam cum cæteris quoque seruarent Lusitanis: eosque omni ratione ad Confessionis & Eucharistiæ frequentationem perducerent. Indigenis Sacerdotibus enixe piis in rebus fauerent: eosdemque ad frequenter peccata expianda, & rem diuinam faciendam, pellicerent. Cauerent ne quidquam cuiquam, quod illorum existimationem lædere videretur, narrarent, scriberentve, præterquam ei qui remedium (si quando res posceret) afferre posset. Vt videlicet Sacerdotum vitia is sciret vnus, qui posset etiam curare. Neu de neophytis apud Lusitanos, neu de Lusitanis apud neophytos detraherent; sed vtrosque collaudarent apud alteros; vt vtrique mutuæ imitationis studio tenerentur. Nusquam cuiusuis Dynastæ aut Regis accessitu, nisi potestate facta ab eo Patre, qui illi præesset oræ, discederent; sed obedientiæ memores, rem integram ad eundem reiicerent. Præcipue vero efficerent, quoad eius fieri posset, vt diligerentur ab omnibus: nulla quippe re magis animos hominum flecti in omnes partes, quam amore. Quocirca homines traherent in funiculis Adæ; nullamque omnino (nisi consulto Comorinensis oræ Præposito) cuiquam infligerent pœnam. Quibus ex præceptis Xauerij, non solum quales socios esse vellet, sed qualis esset ipse, intelligi licet; quippe cum optimus magister ex suis factis præcepta depromeret.

Diuinatio præsagientis animi. *Magnitudo animi in tempestatis periculo.* *Solatia in periculis.* *Præcepta sociis Comorinensibus data.* *Sacerdotũ famæ maxime parcendum.* *Alij apud alios collaudandi.* *Amore homines regendi.*

HISCE præceptis datis, Antonium Criminalem Parmensem, eum qui deinde primus è Societate IESV deportauit Martyrium ex India, Comorinensi oræ præfecit: ipse in exitu Februarij mensis, anno post Christum natum XIV.
M. D. XLVIII. venit Cocinum. Ibi otium nactus, missis in Lusitaniam ac Romam litteris, quam maximum Sociorum numerum, atque ipsum Simonem Conimbricensis Seminarij curatorem, ad culturam inuitauit Orientis. Regem quoque Lusitaniæ commmonefecit, vt sui officij memor Indicis Lusitanorum præsidiis concionatores idoneos curaret, ex quibuscunque religiosorum hominum familiis. Præfectis quoque & procuratoribus suis in India seuere ediceret, vt omni ope propagationem iuuarent religionis: & scilicet neophytos tegerent, fouerentque. Non aliam vtique potiorem esse Christianæ fidei proferendæ viam. Simul ab eo petijt, vt, populariuni suorum vicem miseratus, Lusitanorum indigenarumque pupillis instituendis domicilia certis locis vectigaliaq; attribueret. Inde Cocino cum soluisset, Cranganorum venit: oppidum id est Lusitanorum à Cocino millia passuum circiter XV. Cranganoro deinde profectus, Goam Martio mense iam inito peruenit. Erant tum in Goano Collegio è Societate complures: P. Paulus, alumnorum custos, Franciscus Peres, eorundem magister; P. Nicolaus Lancellottus, Rector Sociorum, partim recentium à Lusitania, partim adscitorum in India. Quorum plerique Xauerium, fama duntaxat cognitum, de facie iam nosse diu cupiebant. Franciscus igitur peregre rediens, tum à veteribus, tum à nouis sociis incredibili amore & gaudio tanquam communis Pater exceptus, opportunam Cosmo Turriano lucem ac salutem attulit. Is in Insula Amboino (vt supra ostendimus) egregiam Francisci sanctimoniam admiratus, eiusdem expetierat Societatem. Inde Goam profectus, in Collegium receperat se, vt, Dei voluntate per exercitiorum spiritualium meditationes

Francisci litteræ ad Regem Lusitaniæ. *P. Nicolaus Lancellottus Collegij Goani Rector.* *Cosmus Turrianus ab anxietate animi vindicatur.*

tiones

tione exploratá, de suæ vitæ ratione tandem statueret. Sub finem eiusinodi commentationum, cum grauissimis curis incerto fluctuaret animo; repente Francisci quasi felicis sideris aspectu tranquillitatem mentis consecutus, semet Societati, haud cunctanter addixit. Iam alumnorum Seminarij satis extabat fructus. Nam præter interpretes ac Sacerdotes, qui inde euocati, adhuc in ora Comorinensi haud segniter versabantur, plures alumni iam adulti in suburbanos vicos emissi, multos subinde Ethnicos Goam adducebant, Christianis sacris initiandos. Quibus rebus lætus Xauerius, operæ pretium duxit intentiore cura erudire alumnos tanto vsui futuros. Inter hæc, Ioannem Castrum Proregem Indiæ, maleuolorum sermonibus alienigenarum, minus fauere Societati sentiens, primo quoque tempore eum conuenire ac placare decreuit. Sed haud parua dictu res interuenit, quæ accensum eius in meditando studium ostendit. Andreas quidam Indus Goani Collegij alumnus erat, idemque Francisci comes. Huic ille à prandio de more operam cælestium rerum meditationi daturus præceperat, vt simul atque altera post meridiem hora audita foret, ipsum commonefaceret sedulo. Quippe sibi conueniendum esse Proregem super re magni momenti. Paruit Andreas, ac præstituto tempore ad Franciscum in cubiculum adit. Reperit hominem sedentem ardenti vultu, apertis oculis, alienatisque à corpore sensibus: oculorum auriumque vsum amisisse eum crederes. Igitur Indus sæpius voce nequicquam compellatum, cum non vehementius excreando, non obstrependo pedibus, non fores quatiendo eum excitare potuisset, tactu excitauit. Hæc inter, quarta iam à meridie hora data erat. Itaque eius quoque rei admonitus Xauerius, confestim ire ad Prætorium pergit. Cæterum idem ille animi sensus atque ardor alienatam à suscepto itinere mentem agebat. Quocirca errabundus per vrbem reliquum diei meditando consumpsit. Iamque nox appetebat, cum Pater comitis admonitu ad se redit, ac semet aberrare aliquando sensit. Proinde ad comitem versus: Alio die, inquit, cum Prorege agemus; hunc enim diem sibi Deus vindicauit. Postero igitur die Proregem adit, placatque.

Goani Seminarij fructus

Proregem reconciliat Societati.

Pomeridiana meditatio.

Diuina meditatione abstrahitur à sensibus.

Per vrbem errat alienatis e suscepto itinere sensibus.

XV. SVBINDE comperto veterem amicum in ancillarum amores effusum insanire, eum de industria sub meridiem conuenit: pransuroque superueniens, vltro se offert hospitem conuiuamque. Videbat ille Xauerium haud sane tempestiuum conuiuam fore. Sed abnuere non ausus, comiter excepit eum, simulatis obsequiis, compositoque ad hilaritatem vultu, motum animi tegens. Apparato prandio pariter accumbunt. Formosæ ancillæ, eædemque hospitis pellices, ministrant. Cœperat dominum verecundia, quod nemo præterea domi seruus esset: & tanta ancillarum copia ipsum insignis intemperantiæ suspectum facere poterat. Ergo cum Xauerius dissimulans super mensam de ea re verbum nullum fecisset; sub prandium obiurgationem extimescere hospes velut in manifesto flagitio deprehensus. Cæterum Franciscus gratiis actis, & illi ancillisque bene precatus, discedit. Plus dissimulatio ad corrigendum amicum valuit, quam obiurgatio valuisset. Hospes metu liberatus, cum tantum adeoque manifestum probrum ac dedecus tacitum tulisset; de cætero fidentius Franciscum adire, sua sponte domum inuitare, & adducere conuiuam cœpit. Et ille benigne eum accipiens, ac blande salutans, identidem sciscitabatur, qui tandem valerent illæ eius sorores germanæ. Nec quicquam vltra adiiciebat, aculeum in illius animo reliquisse contentus. Nec frustra id fuit. Paucis intermissis diebus, venit hospes ad ædem S. Pauli, euocat Xauerium. Protinus ad eius pedes prouolutus. En, Pater, adsum, inquit, imperata facturus. Enimuero tuum illud silentium tantis clamoribus meam perculit mentem, vt dies noctesque agitata non queat vllo modo consistere. Proinde grauissimum mihi erit, si de meis rebus ex Dei gloria, animique mei salute, statueris. Ergo Francisci suasu de peccatis rite confessis, pellices enuptas ablegat, initque rationem vitæ honestæ, præeunte eodem Xauerio magistro. Nec vero is amicis modo ac familiaribus, sed etiam alienis, quorum salus deposita, ac desperata videretur, omni ope subueniebat. Lusitanus miles classiarius erat pene ad extremum perditus, qui, fatiscente spe salutis, iam duodeuigesimum annum sacra abstinebat confessione: iamque nauim conscenderat, cum classe ad Heram Macanum iturus; cum Franciscus de illo forte cognouit. Igitur eius salutis auidus, eadem naui impigre conscensa, socium se illi nauigationis adiungit. Inde comiter appellando, assidendo ludenti, omnibus obsequiis demerendo, hominem adeo sibi deuincit, vt iam vltro ab eo expetatus, colatur que. Vbi maturum visum est exsequi, quod animo destinarat, adoritur incautum. Et sermone de militiæ periculis illato, amice eum percontari cœpit, vt paratus esset ad mortem, quam mortalitas quidem effugere non posset, militia etiam accerseret? Quampridem delictorum confessione animum expiasset, scelerumque vindicem placasset Deum? Ad hæc ille ingemiscens: Plurimos iam annos in flagitiorum cœno hærere se ait, sacræ confessionis exsortem. Magis id adeo aliena culpa, quam sua. Quippe ante classis profectionem sibi certum fuisse, conscientiam tot flagitiis ac sceleribus exonerare; sed peccata confesso absolutionem à Vicario negatam: nec iam spem vllam salutis ostendi. Tum Franciscus, depositorum medicus animorum vnicus, mirari se dicit totam illius Vicarij seueritatem, si quidem ipse rite confessus esset. Inde bono illum animo esse iubet, faciles se aures daturum pollicens. Ac monito vt peccata omnia ab vltima pueritia, quoad eius consequi posset, in memoriam reuocaret, facilem commodumque præscribit modum. Quod ille, ad spem salutis erectus, per multos dies fecit libenter seduloque. Iamque satis erat paratus, cum classem ad subsistendũ obuiæ vrbis opportunitas inuitauit. Multis ergo in terram egressis, Franciscus quoque cum milite descendit. Ibi remoto ab arbitris loco, operam dare confitenti cœpit. Et veram esse pœnitentiam ostendebant crebri gemitus ac lacrymæ confessionem subinde interpellantes. Qua tandem peracta, Franciscus eum absoluens, Pater & Aue semel orare iussit; se de cætero pro illo satisfacturum Deo. Protinus milite relicto, se in proximum insinuat saltum. Ibi nudato corpore, tergum aculeato flagello acriter pulsare: nec finis aut modus verberibus fieri. Interim miles imperata prece persunctus, Patris vestigia sequens, deuenit ad siluam: & plagarum crepitus eum ad Francisci latebram perduxit. Qui vt horribile illud flagrum cruentumque ac lacerum tergum aspexit, primo stupore defixus hæsit. Inde, obortis lachrymis, in medium prosiliens, ad Xauerij genua prosternit se; nec surgit prius, quam ille aliena peccata suo luere supplicio desinat. Nec irritum Xauerij inceptum fuit. Hæc inusitata species militis pectus iam confessione mollitum vsque adeo flexit ad studium pœnitentiæ, vt omnis anteactæ vitæ maculas ipsemet deinde voluntariis elueret pœnis, & recte factis delicta sarciret. Xauerius porro voti compos, facultatem nauigij nactus, reuehitur Goam.

Tempestiua delictorum dissimulatio plus valet, quam reprehensio.

Xauerij silentium clamat.

Zelus animarum.

Facinorosum militem omnibus obsequiis demeretur, vt ad confessionem inducat.

Pœnitenti leuem pœnam imponit, ipse pro ea satisfacturus.

XVI. SECVNDVM hæc Goani Collegij rebus compositis, cum per id tempus nouum Sociorum supplementum è Lusitania venisset, alias Societatis sedes circumspicere cœpit. Itaque Nicolaum Lancellottum in oppidum Coulanum, Alfonsum Cyprianum Meliaporam S. Thomæ, Malacam Franciscum Peten, Alfonsum Castrum in Molucam, Melchiorem Consaluum Bazainum, Gasparem Belgam Armuziam (quod oppidum inprimis nobile ac celebre est in faucibus sinus Persici) dimisit. Atque Armusiam quidem ad opprimenda nefaria scelera, quæ ibi superstitionum omnium colluuio pepererat, Xauerius ipse ire decreuerat. Sed Iaponica profectio vetus mutauit consilium, fecitque vt Gasparem, quem diximus eximia virtute ac sanctimonia virum, suique simillimum, in suum substitueret locum. Fuit hoc omnino in Xauerio, vt neminem fere è Societate quoquam iuberet ire, vbi ipse antea non fuisset. Explorabat quippe prius ipse loca, simul vt apposita locis præcepta traderet, simul vt datam Regi Lusitano fidem proferendi fines religionis præstaret sedulo. Patres autem ad disseminandum Euangelium quoquouersus dimittens, suum cuique administrum & adiutorem è Societate addebat: ac præter illa propria, communia quædam dabat præcepta, quorum caput erat: Ante omnia vt attenderent; nullamque rem ducerent casto pioque Dei

Sedes Societati locis pluribus parat.

Armusia

Neminem fere e Societate mittebat, vbi ipse non fuisset.

Præcepta Sociis data.

culiu

cultu & animorum suorum salute ac perfectione potiorem. His præditos bonis, non solum tuto ac facile ... saluti consulturos esse, sed etiam ad res quamuis humiles & abiectas (sine quibus rei Christianæ administratio ... iaceat) alacriter libenterque descensuros. Ita Sociis in omnes ferme Orientis regiones ad colendas nouellas Domini vineas dimissis, ipse maiora quædam agitare animo, moliriique cœpit. Per eos dies Anger ille Iapon, quem a Xauerio Goam permissum diximus, satis iam Christianis mysteriis eruditus, ab Episcopo baptizatus est cum seruis duobus, & Collegij nomine Paulus Sanctæ fidei appellatus.

Anger Iapō baptizatur.

Tantum apud gratum hominem loci meritique ... morta valuit. Ex hoc didicit Xauerius (id quod etiam ex Lusitanis è Iaponia reuersis cognouerat) Iapones Insulas numero plurimas esse, incolarum multitudine refertissimas, ingeniorum bonitate præstantes, ab vrbe Goa leucas amplius M. CCC. Iapones porro humanas diuinasque res cognoscendi mire auidos. Quæ simul competit Xauerius, & ex Paulo aliisque Iaponibus, eius seruis, Iaponicorum ingeniorum specimen sumpsit; tanta eum cupido cepit tam docilis colendæ gentis, vt sine cunctatione eo migrare decreuerit. Primum igitur Iapones illos, quos apud se habebat, Lusitano sermone litterisque (vt pro interpretibus essent) satis excolendos curat. Inde, æstate atque hyeme in domesticis negotiis Goæ exacta, oram Comorinensem, atque Piscariam, omnesque illos Christianorum greges bonus ac diligens pastor interuisit.

Comorinēses interuisit neophytos.

Ibi certior fit, Henricum, vnum è Sociis, subiniquo animo in proximo Trauancoridis tractu versari, quod operam Indere sibi videretur in illis neophytis, vtpote qui, vigente nouo Rege, acerrimo nominis Christiani hoste, ad Deorum superstitionem identidem reuoluerentur. Itaque Xauerius Henricum per litteras paterne solatus, bonum habere animum iussit, memorans longe plus illum proficere, quam crederet. Nam si nihil aliud, non ex guos infantum ac puerorum greges, quos immatura mors ad sempiternum raptura foret interitum, ab ipso baptizatos vtique coseruari.

Socios paterne consolatur.

Vt enim adultorum pauci ad beatorum sedes peruenirent, certe exploratam salutem esse eorum, qui prius vitæ huius vsuram, quam baptismalem animi candorem, amitterent. Proinde caueret, ne diaboli instinctu in aliam migraret regionem, vnde minores fructus caperet animorum. Ac Franciscus Sociis in Domini vineam impigre laborantibus non modo solatia adhibebat ipse, verum etiam interdum per litteras ab ipso Ignatio adhibenda curabat, veritus ne alacritas perpetuis oppressa ærumnis labori succumberet. Quocirca Henricum Henriquen, virum egregiæ virtutis & exempli, in eodem promontorio desudantem, valde in epistola quadam collaudatum commendauit Ignatio, vt eum per literas consolari ne grauaretur. Comorinensibus rebus compositis, Goam reuertit, Iaponicam profectionem adornaturus. Confestim igitur vt certa Molucensium negotia cum Prorege transigeret, qui tunc Cambaiensi bello erat implicitus, in Cambaiæ regnum ire contendit. Ex itinere Basainum venit. Oppidum id est Lusitanorum, pari ferme interuallo inter Goam & Indum flumen situm. Inde protinus in Cambaiam profectus, à Prorege benigne admodum accipitur: negotiisque feliciter confectis, reuertitur Goam. Ibi Antonio Gome Goani Collegij Patribus præposito, Pauloque Vicario suo constituto, semet ad Iaponicam expeditionem celeriter comparat. Vbi Franciscum in Iaponiam nauigaturum fama vulgauit, confestim nonnulli amicorum accurrunt: eumque à tam periculoso consilio deterrentes, plurima ac maxima tam longinquæ & ignotæ nauigationis (quippe cum in vltimum rerum humanarum, mundique terminum, penetrandum foret) pericula proponunt.

Iaponicæ nauigationis difficultates.

Abesse Iaponiam à Goa leucas amplius M. CCC. iterque illud nuper vtique patefactum, nondum satis notum esse & exploratum ad scopulos syrtesque vitandos. Ad hæc procellas & tempestates illius maris horribiles enarrat, quibus reliqui Oceani æstus & concitatio comparatus lusus esset. Enimuero autumni maxime tempore perflare illa maria furiosissimum quendam ventum (Typhonem indigenæ appellant) tanto impetu ac rabie, quantum, qui oculis non subiecerint, animo concipere non possint.

Typhon ventus.

Quippe quamuis ingentes ac validas naues immensis fluctibus verberatas, laxatis compagibus labefactari dissoluique, nullis neque proræ neque puppis munimentis tantum impetum sustinentibus. Factas insuper antennis gubernaculis aliisque armamentis abreptis, nauigia in vltimum venire discrimen; ac sæpe plus nimio exæstuante Oceano, aut gurgitibus haustas, aut afflictas scopulis, misere interire. Tantopere autem venti illius aut furiæ potius nomen horreri, vt gubernatoribus, ac nautis, quamuis peritis & audacibus, Iaponicum iter non laboriosum magis, quam formidolosum sit, impotenti vi maris artem & consilium superante. Præterea, multis locis syrtes obiectas esse plurimas, maximeque fallaces; vbi naues siue locorum insolentia, siue tempestatis impulsu, certa cum pernicie adhærescant. Super hæc addunt, omnia ferme illa maria prædonibus crudelissimis obsideri.

Prædonum multitudo.

Quippe non in sinu modo Malacensi Acenenses, capitales Lusitanorum hostes, cum magnis classibus volitare, sed in Sinico etiam mari plures immanissimorum piratarum classes passim occurrere, certissimam captiuis pestem afferentes. Ibidem alias item classes Sinarum magistratuum, prædones illos insectantium, obuiar fieri, nihilo magis aduenarum nauigiis parcentes, quam piratarum: vt nescias vtrum perniciosius sit, in piratas an in piratarum insectatores incidere. Omnino haud facile licere euenire, si tertia quæque nauis teneat cursum. Hæc & alia haud sane vana certatim inculcantes, in maius omnia (vt fere fit) extollebant fidelissimi amicorum, homines prudentes, & illorum locorum haudquaquam imperiti. Cæterum Francisci animum, mortis contemptorem, diuinæque prouidentiæ fiducia subnixum, nihil abiecta pericula mouebant. Itaque illi extremum manantibus lachrymis etiam atque etiam orare obtestarique cœperunt, ne certo cum discrimine capitis eas sibi terras adeundas putaret, quas mortalium oculis natura subduxerit. Tandem ex ærumnarum satietate abstrusarum gentium conuersioni modum faceret, saluti que parceret vel suæ vel publicæ. At Franciscus cum illorum fidei ac beneuolentiæ grates egisset, Nihil eorum dixit se Deo duce & comite pertimescere. Nisi forte crederent, quo ipsi peregrinarum causa mercium issent, Franciscum pro Dei gloria, & animorum salute, ire non audere. Ego vero (inquit) tam certa habeo indicia pignoraque diuinæ prouidentiæ, vt vel apertum ac perspicuum periculum timere, nefas mihi esse ducam.

Francisci oratio ad amicos Iaponicum iter dissuadentes.

Quippe Dei benignitate immensa Oceani spatia emensus, Bonæque spei promontorium circumuectus, in Indiam, alium Orbem terrarum, incolumis appuli. Trauancoricolium rabiem, Badagarum insidias, piratarum occursus effugi. Malacam in aurea Chersoneso, Molucas pene in finibus mundi positas perlustraui. Mauricæ regionis feram gentem, fœdis latrociniis infamem, impune adij, institui, mitigaui. His diuinæ prouidentiæ pignoribus documentisque, videorne vobis aut Dei patrocinio diffidere, aut in amplificanda eiusdem gloria, cui vni me deuoui, cessare posse? Eccui terrori, eccui discrimini cedere debere? Equidem instituto meo nulla de causa decro. Vbicunque versabor, meminero me in orbis terræ theatro, in cælestis Regis ac superum oculis versari. Neque enim cum Oceanum transmitterem, Indiam solum, & vicina Indiæ loca, sed vltima Orientis Euangelio destinabam. Vere dicam, pudet me nondum Christi religionem inuexisse in eas regiones, vnde iam dudum institutores caducas exportauerint merces. Itaque, Deo approbante, aperiam aliquando Euangelio terras, quas tam longe à nostro orbe natura submouit. In his operibus extingui (si res ita ferat) non modo pulchrum, sed etiam beatum puto. Tum vero amici simul incredibili constantia victi, simul magnitudinem animi interritam, admirantes, incepto pariter desistunt: faustumque illi iter precati, non sine desiderio ac solicitudine dimittunt tanta discrimina subiturum.

GOA discedens Xauerius, Paulo Goani olim Collegij Rectori, quem sui muneris Vicarium tantisper constituebat, præcepta sane salubria consignata literis reliquit. XVIII

Paternum imperium.

Quorum illud caput erat, vt Christianæ magis demissionis quam potestatis memor, in Patres omnes imperium gereret paternum: eorum incōmodis omnibus ac difficultatib. sedulo

sedulo atque impense subueniret: deque omnibus rebus ad Societatem ac socios pertinentibus, ad se in Iaponiam semel in anno præscriberet. Inde Xauerius Socios certatim in Iaponiam eum sequi cupientes ita solatus est, vt spem ostenderet, aditu pati facto, omnes euocandi: interim ipsos in sua mente & corde insidentes secum ituros. Rebus igitur omnibus compositis, & profectione comparata, vna cum Paulo S. fidei Iapone, Cosmo Turriano, Ioanne Ferdinando, paucisque alijs socij Goa soluit, Aprili mense, anno post Christum natum M. D. XLVIII. Vehebat Franciscum ingens tostrata nauis, cui præerat Iacobus Noronia. Hunc igitur cæterosque vectores sua illa comitate sibi deuincire cœpit, aditum ad eorum curandos animos parans. Quocirca spectare ludentes latrunculis; alios verecundantes ad ludendum hortari; multa super ludum facete ac falsè dicta miscere. At Noronia, qui nondũ posset eum familiariter, etsi comitate captus, tamen sanctimoniæ eius famam obterebat verbis. Nam cum familiaribus de illo colloquens dictitabat, vnum è populo Franciscum videri, nec illius sanctitatem respondere famæ. Cæterum breui celatæ virtutis fulgor enituit. Cum aquandi necessitas nauigium applicuisset ad terram, Xauerius cum alijs quibusdam descendit: illisque aquantibus, terræue desiderium, vt fit, paulisper explentibus, ipse in desertum ac solitarium secessit locum; cœleste numen sine arbitrijs oraturus. Iam nauis, aquatoribus receptis, erat vela factura; cũ sensit Noronia abesse Xauerium. Extemplo igitur certos homines dimittit, qui propere eum reuocent ad nauim. Hi oculis ac vocibus nequicquam per littora diu quæsitum, tandem in secessu reperiunt, alienata à sensibus mente, supplicantem Deo. Ex in huius rei fama per totam nauim vulgata, tantum Noroniæ cæterisque stuporis iniecit, vt Francisci sanctimoniam eximiam, pari comitate iunctam, cuncta pariter suspicerent, obtrectationem in obseruantiam versa. Quæ res, ad sanandas eorum mentes, vitiaque abolenda, momenti vel plurimum fecit. Franciscus porro ex itinere Cocinum tenuit: mox ad Franciscanos suo instituto diuertens, benigne ab eis accipitur. Ibi primores ciuitatis Franciscum adeunt, & aliquot è Societate ad puerilem ætatem ciuitatemque vniuersam instituendam efflagitant, sedem idoneam ac necessaria omnia pollicentes. Xauerius tam iustum postulatum reijcere veritus, totius rei arbitrium Petro Consaluo; Episcopi Vicario, permittit in Iaponiam petuenire festinans, in quam omnes intenderat curas. Inde secunda amplius LX. dierum nauigatione vsus, pridie Kalendas Iunias appellit Malacam. Et apud Socios, magno cum eorum gaudio, diuersatur. Per id tempus Alfonsus Castrus è Societate Iesu (is qui postea in Moluco ab Saracenis ob Christianam religionem occisus est) primum inibi sacrum solenni ritu fecit, ingenti vtrique neophytorum lætitia, quorum oculos cærimoniæ illius nouitas ad sese conuerterat. Eius sacri celebritatem Xauerij concio cohonestauit. Per id tempus Malacensem Vicarium, veterem Francisci amicum, non pertinacior quam perniciosior vrgebat febris: & corporis morbum animi ægritudo cumulabat. Is igitur simul ac primũ de Xauerij cognouit aduentu, morbi vi (vt solet fieri) percitus vestimenta poscit, amicissimum hominem salutandi studio aditur". Cęterum inter inducendum tibialia linquente animo, inter domesticorum collabitur manus. Franciscus ergo certior factus, propere ad eum venit: sed insanientem offendit, nec minus de animi quam de corporis salute desperantem. Itaque pro amico aliquot Deo sacrificia vouet: idque votum Deo cordi fuit. extemplo ille sanitatem mentis recuperat: peccata confitetur: æquissimo animo moritur. Haud sane inutilius, dum Iaponicæ nauigationis facultatem expectat, in ciuibus Malacensibus operam posuit, quam in Vicario posuerat. Perditorum quippe mortalium plurimos, maximeque meretricus illecebris captos, ex inferni Draconis eripuit faucibus; quo in numero (vt ex vno de reliquis fiat coniectura) mercator quidam fuit, septem domi suæ alens verbo ancillas, re vera pellices. Id enim vbi resciuit Xauerius, tem primo dissimulauit, aptum tempus expectans: deinde festo quodam die perditum hominem nactus, (Christo videlicet auctore, qui Zachæo publicano vltro se ad cœnam obtulit) comiter velle se apud eum, nisi molestum sit, prandere dixit. Ille enimuero ancillis suis timens æstuare primo, versare se in omnem partem. At vltimum pudore stimulante, ne inuitus talem virum domum suam recipere videretur, annuit. Igitur, composito ad humanitatem vultu & oratione, Xauerium deducit ad prandium. Conuiuium laute apparari iubet: discumbitur: formosæ famulæ ministrant. Suppudebat hospitem scilicet, quod cum seruos haberet nullos, tales ancillæ ministrarent: ac solicito suspensoque animo Francisci existimationem verebatur. Id cum ille, vt erat homo sagax ac prudens, persensisset, verecundantem omni metu liberandum ratus, consilium altius suppressit suum. Ergo protinus, quasi omnia in meliorem acciperet partem, apposita fercula commendare, famulas ipsas condimentorum artifices comiter alloqui, nominaque & patriam sciscitans, quampridem Christianæ essent, exquirere. Mercator, vt facilitatem illam ac simplicitatem aspexit hominis, de tot venustis ancillis, in tanta famulorum solitudine, nihil (vt videbatur) suspicantis, respirauit primo: denique cum nullum omnino super ea re verbum illo die factum esset, securus reprehensionis, Xauerium iterum ac sæpius suapte sponte inuitauit ad cœnam. Et Franciscus perpetuo suum illud artificium tenebat, vt rem solerti dissimulatione premeret; donec in eius familiaritatem bene penitus se dedit; sensusque oduratus peruestigauit, quam ex illis mulierculis præcipue haberet in delicijs. Ad vltimum, vbi, quod mente conceperat, bene maturum visum est; comiter (vt solebat.) Quorsum tandem, inquit, tantum ancillarum, præsertim vbi nulli sunt famuli? si me audies, vnam aut alteram ex hoc numero dimittes. Cum ille, Francisco comiter instanti morem gerens, vnam missam fecisset: alio die ad cœnam adhibitus Xauerius, factum laudando haud ægre perpulit eum, vt dimitteret alteram. Neque interea desistebat, quacunque ratione poterat, clam eius oppugnare delicias; vt amore labefactato, nequitiæ arcem facilius expugnaret. Aliquot dierum spatio intermisso, rursus super cœnam tertiam subducit, deinde quartam. Ita paulatim singulas detrahendo, detraxit vniuersas. Ad extremum, mercatorem ipsum, diuino iam instinctum numine, ad peccata confessione expianda perducit: mulieres illas honeste collocandas curat, haud in multiplici morbo sanando, quam in morbi causis in perpetuum tollendis, prudentior. Consimili ratione cum immodicæ linguæ hominibus vtebatur, non in vrbe solum, sed etiam in naui. Si quando aliquid ab aliquo contumeliose aut improbe dictum audisset, nullam in præsentia præ se ferebat indignationem, neque statim ad reprehendendum accedebat: sed in admonendi occasionem imminens, temporis ac loci captabat opportunitatem: ne forte (vt plerumq; fit) sauciam mentem exulceraret magis admonitio, quam sanaret. Itaq; medicus vitiorum mirificus, vt lenitis iam animis remedium adhiberet, primum se in eius, qui admonendus erat, familiaritatem insinuabat: deinde seducebat eum, & sine arbitris comiter pro amicitia monens mirari se dicebat talia illi verba excidisse. Ita consequebatur, vt qui peccassent, & agnoscerent peccatum, & corrigerent.

Comites Iaponicæ nauigationis
Anno 1548.
Orat Deum alienata à sensibus mente.
Ad Franciscanos diuertit.
Malacensis Vicarius insaniens sanitatem mentis recuperat.
Mercatori septem subducit concubinas.
Prudentia in dissimulando.
Prudentia in reprehendendo.

XVIII. DVM Malacæ in Christianæ caritatis munia intentus maxime elaborat, tandem aduenit Iaponicæ profectionis dies. Igitur seu Lusitanæ nauis facultate destitutus, seu potius neophytorum, quos secum ducebat, saluti consulens, caput suum barbaro prædoni (adeo omnia tuta rebantur diuina curantibus) committere sustinuit. Verebatur quippe ne Iapones tres neophyti, itineris comites, grauius offenderentur in Lusitanis, si Christianos homines aliqua in re peccare sensissent. Proinde Sinam Ethnicũ nactus, cui haud ex vano cognomen erat Latro, agit cũ illo, vti Sinas prætervectus, se vna cum Sociis in Iaponiam tecta transmitteret. Ergo pignoribus cum sibi cauisset diuina consisus ope magis quam fide barbari hominis, lembo piratico (iunceum ipsi vocant) credit sese. Soluit è Malaca mense Iunio, ipso S. Ioannis Baptistæ natali die. Et vsus est satis quidem secunda commodaque nauigatione: cæterum nauiculario parum strenuo fideliique. Is quippe (vt Ethnicis non magna est fidei religio) mutata repente voluntate, in Iaponiam

Ethnicorũ perfidia.

niam tendere abnuens, in obuijs insulis temere, temporis terendi gratia, subsistebat. Itaque Xauerius [illegible] solicitus, cum videret illum maxime idoneam tempestatem de industria, intermisso subinde cursu, consumere, [illegible] metuere cœpit, ne exacta deinde alias hyemare nauim cogeret in portu aliquo Sinarum. Quocirca [illegible] cum gubernatore nauis expostulare, pignora commemorare, denique orare ac supplicare instituit, ne fallere [illegible] datam Lusitanis fidem. Cum nihil proficeret, [illegible] batur dolore animi necessario, sed tamen eum premebat, totam tamen [illegible] prouidentiam, quam semper propitiam expertus erat, rejiciens. Cæterum magis eum mouebat nefaria [illegible] tarumque superstitio, quam eorundem perfidia. Naui idolum vehebatur, cui subinde execranda [illegible], nequicquam reclamante Xauerio. Sæpius etiam sortibus consulebant Diabolum, an idonea vsuri essent [illegible], si Iaponiam peterent. Stomachabatur scil. Franciscus, atque indigne ferebat, eos existimare suam profectionem, Dei causa susceptam, ex diaboli sorte ac voluntate pendere. Diuina tamen nixus benignitate, diabolicos conatus penitus contemnebat. Igitur nutu præpotentis Dei in Iaponiam cursus dirigitur. In itinere duæ res acciderunt dignæ memoria. Emmanuel Sina, vnus è Francisci comitibus, ingenti nauis iactatione prolapsus, in apertam forte sentinam inciderat præceps. Nec casus longe ab exitio abfuit. Nam & alte ceciderat, & à capite demersus aliquamdiu hæserat in [illegible] omnium opinione mortuus, ægre tandem extractus, paulo post diuino beneficio, & Francisci precib. [illegible] Magnum in capite acceperat vuln.; sed plus timoris, quam periculi fuit. adhibita curatione, paucis diebus [illegible] aluit. Subinde casus alius ex alto, pari quidem discrimine, sed dispari exitu. Dum Emmanuel curatur, Nauarchi filiam consimili agitatio nauigij [illegible] in mare. Cum nauis magno ventorum impetu ferretur, & atrox tempestas [illegible], implorantibus opem nulla ratione potuit subueniri. Quocirca sub patris ipsius atque omnium oculis infelix puella tumultuis hauritur fluctibus. Tum vero lugubris clamor barbaro vlulatu planctuque permistus exoritur, qui diem illum, noctemque insequentem vniuersam tenuit. Et diabolus Xauerio iampridem infestus, non aliam aptiorem eius opprimendi fore occasionem ratus, multiplices ei dolos [illegible] ex idolo [illegible], [illegible] Nauarchi filia interisset, [illegible], si Emmanuel homo Christianus [illegible], puellam in mari non fuisse perituram. Animaduertit illico Franciscus [illegible] sorte sibi ac suo [illegible], & apud Nauarchum [illegible] in inuidiam adduci. Simul sensit animum identidem a tetra illa bellua miris tentari modis. Cæterum diuina ope implorata, non modo acerrimi hostis eluit insidias, sed etiam imminens sibi ab Ethnicis periculum propulsauit. Nautarum ac Sinarum in illum concitatam rabiem nulla res compressit magis, quam eius animi magnitudo. Nec nullum ex illo certamine fructum Xauerius cepit. suo namque periculo didicit, quam horribiles homini [illegible] diaboli [illegible], occasionem [illegible] tatemque nactus, incutiat. Extat eadem [illegible] litera quæ iam ad Gocinse socios epistola, cuius sententia est: Nullam [illegible] tationem ad Satanæ [illegible] cludenda [illegible] reperiri, quam si tibi penitus diffidens, maximeque confidens Deo, magno præsentique animo [illegible] belluæ illius impetus minasque contemnas; diuinoque præsidia [illegible] xeris, summa vi obsistere [illegible]. Nihil [illegible] magis tali in re ac tempore timendum esse, quam Dei diffidentiam: cum satis constet hostem nobis, nisi Deo permittente, nocere, vt maxime velit, nequaquam posse. Victis dæmonibus, noua Xauerio cum [illegible] pugna. Vbi ad Cantonium Sinarum portum ventum est, Nauarchus nautæque [illegible], quoniam consulto iterum sortibus idolo haud læta redderentur de Iaponica nauigatione responsa; iactis [illegible] sibi prorsus hybernare destinabant. Id sentiens Xauerius, sibi ipse non defuit. Nauarchum primo supplex [illegible], vt staret promissis [illegible], cum preces nihil proficerent, à precibus ad minas versus, [illegible] damna [illegible], Præfectique Malacensis ac Lusitanorum, quibus fidem dedisset, metum [illegible]. Itaque ille [illegible] paulisper cedens, sublatis anchoris prouehi cœpit. Sed non illi plus constantiæ fuit, [illegible] ad ingenium. Et ea perfidia haud dubie morata foret iter Xauerij, nisi Nauarchum [illegible] diuina prouidentia Xauerio indulgens auertisset. Nauis secundo vento Cincheum Sinarum portum [illegible], [illegible] capturi vt ibi [illegible] quod æstas in exitu iam esset; cum repente nauicula occurrit [illegible], Cincheum portum prædonibus [illegible] denuncians. Nauarchus præsenti periculo territus, colligit [illegible] Cantonium portum repetenti aduersus erat ventus, [illegible] [illegible]. Ita Nauarchus [illegible] Iaponicum cursum [illegible] nauis coacta est: ipsoque Assumptioni B. Mariæ sacro die in Iaponiam, multo magis Deo, ac Deipara fauente, quam vento ac tempestate obsecundantibus, aliquando peruenit. Cum alios portus [illegible] tenere quiuisset, ad Cangoximam, Pauli Iaponij patriam, (quæ Vrbs in regno Saxumæ [illegible] appellatur. Ibi [illegible] comitis Pauli cognatis, & a [illegible] incolis, etiam ab ipsis Magistratibus, Franciscus cum [illegible] exceptus [illegible] aduentus, cunctis notus [illegible] Sacerdotes (vt [illegible] non sine admiratione [illegible] celebrauit.

Iaponiæ descriptio.

IAPONIA vltimi Orientis Regio, vltimæ adiacet Asiæ: tota insulis constat, mediocri [illegible] discreta. 1.
De eius magnitudine (quantum ex Lusitanis hominibus, talium rerum peritis, qui nuper eam [illegible], obseruatione cognoscere potuerunt) hoc compertum habemus. In longitudinem millia passuum circiter D. CCCC protenditur, specie haud admodum absimilis Italiæ, nisi quod hæc continenti adhæret, & [illegible]. Spectat à Septentrione vltimos Scythas, quos Tartaros vocamus; ab Occidente [illegible] Sinas, ab Oriente [illegible] Hispaniæ obuersa est, minus quingentorum millium interuallo. Abest ab vrbe Goa [illegible] duo. Continet omnino regna sex & sexaginta; & (quod permirum est) vna tantum lingua [illegible], haud ea ad cognoscendum difficili. Iaponia [illegible] quoniam tres sunt insulæ magnitudine [illegible] partim [illegible], quæ ab insulis maioribus [illegible] insularum minorum complures [illegible]. Harum pars vna longe maxima, eademque ab India remotissima, proprio vocabulo Iapon dicitur, [illegible] nomen dedit. Hæc insula millia passuum DCCL in longitudinem porrigitur. Latitudo eius [illegible] est max [illegible] parte circiter CLXXX passuum millibus patet. In ea tria & quinquaginta regna sunt, parua scilicet. Quippe etiam singulatim [illegible] Dynastas ac Regulos liberaliori appellatione Reges vocant: etsi complures [illegible] magni [illegible] pollent, præsertim qui regnis pluribus potiuntur. Ibi Meacum est, vrbs olim Iaponiæ omnis, nunc plurium [illegible] regnorum caput.

Ximus insula.

Secundam Iaponem magnitudine atque opibus præstat Ximus: cuius longitudo millia passuum CL. patere proditur, latitudo ad LXX. eadem Sinis proxima, minimeque distant ab India. [illegible] distinguitur nouem, in quibus Saxumanum est, quo Xauerium appulsum diximus. Tertia insula inter has intercepta Xicocus vocatur, ferme dimidio minor Ximo: regna continet omnino quatuor. Hæc autem omnis regio antiquis [illegible] ignota, casu Lusitani eo tempestate abrepti, decennio antequam eo veniret Xauerius, inuenta, [illegible] commercio cœpta est. Terra est perfrigida, imbribus, niue, glacie horrida; multis locis montosa ac sterilis, maxima tamen ex parte campestris, & amnibus frequens; naturaque fertilis, nisi cultui agrorum [illegible] bella obstarent. Quocirca oleis vbique magis apta, quam contra, vineas perpaucas, olitoria [illegible] oryzæ magis quam tritici ferax. [illegible] caret, [illegible] conflandi solertia. Cæterum argenti [illegible] maxime nobilis, [illegible] Argentaria [illegible] appellata: [illegible], quia Sinarum commercio incolæ excluduntur, [illegible] pluribus [illegible]. Quam [illegible] nuper Lusitanorum commercia subleuarunt, non sine magno ipsorum [illegible]. [illegible] portuosa, Ximus tamen insula, & quia portubus maxime frequens, & quia prima ex India nauigantibus occurrit, maxi-

me [illegible]

Marginalia: Execranda Ethnicorum sacrificia. — Francisci comes in sentinam decidens, ab interitu vindicatur. — Nauarchi filia hauritur fluctibus. — Diaboli insidiæ ex occasione. — Animi magnitudo aduersus terrores dæmonis. — Ratio eludendi tentationes diaboli. — Dei prouidentia indulgens Xauerio.

me celebratur ab institoribus Lusitanis. Vnus tum Rex vniuersæ Iaponiæ imperabat. Dayrum incolæ appellant, cuius imperium, obsolescente iam apud Proceres Regia maiestate, precarium esse cœperat. Iaponica porro gens, si cum Indis conferatur, colore alba, natura bellicosissima, cæteras nationes nuper repertas virtute ac probitate longe antecedit. Xauerius igitur Cangoximæ (quæ vrbs est Saxumani regni præcipua) subsistens, priusquam Iaponum animos oppugnare aggrederetur, omnes sibi aditus lustrandos, moresque eorum, ac religiones cognoscendas, ratus est. De quibus cum quæreret, sic fere comperiebat. Gentem omnem ingenio esse facili, ac ferme à fraude abhorrenti: auro, diuitijs, copijs haudquaquam affluere; verum (vt quo minus pecuniæ, hoc minus ferme auaritiæ est) talium rerum studio minime teneri. Nec aliud magis in contumeliam accipere, quam mercatura, aut arte alia, rem augere. Itaque eorum disciplinam paupertate magistra stare, sed ita, vt paupertatem munditia & cultus corporis tegat. Eosdem dignitatis existimationisque retinentes esse, vt qui maxime ingenia priscis illis Romanis simillima diceres. Omnes vulgo, etiam pueros, armorum præcipuo studio duci: nec quicquam vulgo præter arma habere in delicijs. Cæterum (quod dictu audituque incredibile sit) in tanta animorum ferocia, armorumque impunitate à rixis temperari; armorum vsu ad bellum aduersus hostem reseruato. Quippe Iapones sui atque iræ potentes adeo sunt, vt è Stoica disciplina esse videantur: monstrique simile est apud ipsos, iurgans, iratus, altercaus Iapon cum altero. Etenim ad iurgia contentionesque vitandas, negotia grauia & controuersa nunquam ipsimet, semper per internuntios agunt: idque non cum alienis solum, sed cum necessarijs quoq; domesticisq;. Ita & ipsi æquitatem animi, & pacem cum alijs tuentur. Venatione delectantur inprimis: nec carnem gustant, nisi venatione quæsitam: à verueciua, suilla, bubula, vitulina non minus abhorrent, quam nos à canina equinaue. A lacte autem & caseo abstinent, similiter vt nos à crudo sanguine. Gallinas & anseres alunt, non tam cibi quam animi voluptatisque causa. Itaq; raro carne, eaq; ferina, vescuntur: plerunque pisce, pomis, oleribus, oryza viuunt: temperantiæque beneficio commoda secundaq; vtuntur valetudine, plerique ad extremam perueniunt ætatem; nisi vis aut casus aliquis interueniat: vt vel hæc gens, quæ tam bene viuit paruo, documentum sit, naturam paucis esse contentam, etsi cupiditas nunquam expleatur. Adulteria apud eos grauissime vindicantur. A balea ludisque similibus penitus refugiunt, tanti hisce rebus homines alieni cupido fieri. A furtis vero ac latrocinijs tam longe absunt, nihil vt homine indignius iudicent: quocirca latrones in crucem extremum suppliciorum, agunt. Munditiem in victu, in cultu corporis elegantiam, vrbanitatis officia in congressibus, salutationibus, omnique vitæ consuetudine, non accuratius viri quam pueri, nobiles quam rustici, colunt. Crederes in vna omnes pariter aula Regia ad vrbanitatem & elegantiam institutos. Verum tantis naturæ bonis insitum genti malum superbia officit. Nationes cæteras præ se adeo contemnunt, vt arroganter vulgo & insolenter excipiant aduenas. Alioquin eis ad omnem honestatem (si qua vsquam gens) natis quodammodo factisque nihil mag s, quam Euangelij lumen, deest. Etenim omnes etiam rusticani ingeniosi admodum sunt, auidique discendi: vt quidque maxime rationi congruere videtur, ita libentissime amplectuntur. Sermones de Deo potissimum, diuinisq; rebus, arripiunt auide. Ad hæc, literis vulgo satis imbuti sunt, eoque impensius ad Christianam disciplinã capessendam apti. Hæc & alia multa, quæ, ne longum faciam, prætermitto, cum de Iaponum ingenio ac moribus cognouisset Xauerius, de eorundem regionibus & Sacerdotibus quærens, hæc ferme reperit. Deorum numero eos maxime duci, quorum iuuentur ope. Itaque ab alijs Solem, Lunam ab alijs, alios ab alijs Deos coli. Haberi etiam nonnullos ex hominibus Deos adscitos ab Sinis: inter hos Xecam & Amidam. Cæterum eorum Sacerdotibus (Bonzos appellant) nihil flagitiosius esse, nihil impurius; vt Dei administros facile agnoscas. Hos, nefando præpostetæ libidinis genere infecto, Iaponum animis tantum offudisse caliginis, vt ad tales impuritates cœci, teterrimum nefas vulgo peccatum esse abnuant. Ergo haud dubia Numinis ira ex eo tempore illorum ciuitates (Regib. popularibusque pariter contactis scelere, ac velut iniecta rabie temere ruentibus ad arma) tumultuantes, intestinis odijs bellisq; perpetuo conflictantur: vt ad tantam obscœnitatem fugiendam aliquando aperiant oculos. Interim Bonzijs, ne peccandi materia desit, optimates suos liberos, oues scil. lupis, committunt traduntque in disciplinam. Bonziorum Bonziarumque plurima cœnobia, variusque similiter vt apud nos cœnobitarum vestitus, diabolo Christi Ecclesiã æmulante. Etsi autem æque omnes Bonzij impuri haud falso habentur; tamen adeo tutatur eos siue religio sacrorũ, siue eximia de illorum abstinentia opinio, vt insuper apud plebem iuxta Proceresq; maximo in honore habeantur: quippe quos carne, pisce, vino penitus abstinere, oleribus modo atq; oryza victitare, ac semel duntaxat in die cibum capere, gloriosius quam verius fama ferat.

II. His cognitis, Franciscus primum sibi ipse (id quod res mouebat) abstinentiæ arctioris legem imponendam ratus, etiam parcius duriusque viuebat, quam Bonzij viuere dicebantur: vtique cum non modo rerum inopia illum, verumetiam penitus diuersus exciperet cibus; famesque ac necessitas consuetam victus rationem, palatumq; ipsum, mutare quodammodo cogeret. Nam pro pane oryza, pro obsonio pomis fere & herbis barbaro quodammodo conditis, trahebat vitam. Quod ille nouum frugalitatis genus pro sua animorum fame libenter arripuit, vtpote cuius cibus esset, facere voluntatem eius, qui se misisset. Et magnam habere se dicebat Iaponiæ gratiam, quod conuiuio quoque ab incolis adhibitus, delicijs omnino carebat ijs, quarum dulcedine decepti mortales, voluptati magis quam necessitati seruiant, obruentes potius vires quam recreantes. Itaque ipsa ciborum condimentorumque insolentia maiorem illi præscribebat temperantiam. Neque tamen idcirco minus ei virium, quam antea fuit, non alibi melius quam in Iaponia valuit, adeo vires ac valetudinem non minuit, sed auget frugalitas. Cæterum haud paulo plus negotij fuit in lingua, quam in palatio assuefaciendo. Iaponicum sermonem, quanquam natura haud sane difficilem, tamen studia Iaponum ad summam difficultatem perduxerant. Nihil iam illa lingua copiosius est. Ad varias rerum notiones varie significandas, permagnam habet verborum idem significantium syluam, & in hisce vsurpandis elegantiam quandam, & quasi saporem vernaculum. Non temere quælibet assumuntur vocabula, sed (vt alia grandiora, alia humiliora sunt) ad rerum personarumque accommodantur decorum. Atque etiam (quod permirũ est) longe aliter loquuntur ac scribunt. sermo alius virorum est, alius mulierum, alijs literarum notis epistolæ, alijs libri conscribuntur. Quæ copia varietasque tum loquendi, tum scribendi, ad perdiscendum, multum & operæ requirit & temporis. Nec licet cuiquam vrbano in hoc genere esse negligenti. Si quid n. ab eorum ratione deflectas, tanquam homo imperitus ac rusticanus ludibrio sis, haud secus quam apud nos, qui in Latina lingua barbaris odiosisque verbis aures offendunt delicatas. Franciscus ergo Iaponum linguam vtcunque sibi addiscendam existimans, cum capita Christianæ religionis à Paulo Iapone literis mandanda curaret, in magnas incidit salebras. Paulus quippe, homo idiota, nihilo melior interpres erat, quam magister. Et quanquam plus etiam eniteretur, quam poterat; minus tamen efficiebat, quam res postulabat. Nam capita illa adeo perperam interpretabatur, vt oratio nunquam cohæreret: ita porro scribebat imperite, vt eius scripta ab Iaponibus literatis legi non possent sine risu. At Xauerius, vt erat animi semper difficultatibus obluctantis, irrisiones hominum contemnens, vbi eorum salus ageretur, negotium vrgere perseuerauit. Quocirca agens vtcunque poterat cum populo, vitæ sanctitate ac diuino quodam ardore animi consequebatur, vt plus ipse per se proficeret, quam per Paulum, aut alium quempiam interpretem. Ad rei religionisque nouitatem indigenæ frequentes concurrebant, partim aduenas habitu ac moribus omnino ab ipsis dis-

Iaponica gens qualis.

Iaponum moderatio in ira frenanda.

Iaponum frugalitas.

Iaponum vrbanitas.

Iaponum Dij.

Bonzij Iaponum Sacerdotes.

Francisci summa frugalitas in Iaponia.

Iaponicus sermo.

crepantes videndi studio, partim etiam explorandi quid tandem ex alio orbe religionis afferrent. Sed quoniam ex linguæ inscitia non animi sensa explicare, non percontantibus satisfacere licebat, alij sacrilegam comam irridere, alij peregrinum vestitum ac mores illudere, alij denique miserari aduenarum vicem, tam viros ex alio terrarum orbe, nouæ religionis inuehendæ gratia, vsque in Iaponiam profectos, nec stultos oportere, nec nullius momenti res afferre. Ita aliam alij sermonis materiam dando, excitati ad nouam religionem cognoscendam animi, non nihil proficiebant. Inter hæc Paulus Iapon, rebus compositis, miraculo esse cœperat popularibus suis, vtpote qui peragrata India multa sane mira & illis inaudita narraret. Ergo ad Saxumanum Regulum xv. ab oppido passuum millibus salutandi causa profectus, benigne ab eo accipitur. Post mutuas gratulationes, Regulus multa de rebus Indicis, de Lusitanorum opibus moribusque sciscitatur. Quibus expositis, Paulus tabulam egregie pictam profert, aduectam ex India, in qua B. Mariæ, puerique Iesu in matris gremio sedentis, imago erat. Hanc cum Paulus, pauca præfatus de Christianorum religione, ostenderet Regulo; protinus ille venerabundus submisit genua; idemque ceteros, qui aderant, facere iubet. Ceterum vltra imaginis venerationem progressus non est. At Reguli mater tabulæ specie capta, eius expetijt exemplum. Sed pro mulieris studio artifex defuit. Eandem cupido incessit Christianæ legis cognoscendæ. Igitur postulauit, vt eius capita Iaponicis literis sibi traderentur. Paruit quidem mulieri Paulus; sed illa Deo haudquaquam paruit. Itaque ille irrito incepto reuertit Cangoximam: feliciusque multo operam posuit domi, quam foris posuerat. Quippe homo pius atque impiger, siue Xauerij instinctu, siue sua sponte, domesticos excolere aggressus, propinquos, affines, necessarios noctes diesque docere, hortari, monere nunc singulos, nunc vniuersos, non destitit prius, quam eos plerosque ad Christi perpulit fidem. Itaque breui eius coniux, filia, multique præterea cognati, tum viri, tum fœminæ, Catechismo instituti, baptismoque expiati, populo haudquaquam illorum consilium factumque improbante. Xauerius porro haud dubius populi studia Bonziorum auctoritate niti; proinde, ea euersa, omnia sibi in expedito fore; primum omnium Bonziorum nomen quasi arcem superstitionis, sibi expugnandam existimauit. Opportune igitur Bonziorum Antistitem nactus (Ninxit ipsorum lingua appellatur, non ætate solum ac dignatione, sed etiam eruditionis fama inter omnes eminens) comiter in eius familiaritatem insinuauit se. Inde aliunde ex alio sermonem serens, paulatim cum illo de religione congredi cœpit. Nec frustra id fuit. Eum tum alijs, tum in certamine de immortalitate animorum, parum sibi constantem reperit, sed (vt in vtramque partem impulsu lababat) sæpe nutantem. Itaque haud sane ægre hominem deiecit statuitque. Is tamen vel ingenio vel comitate Xauerij captus, magno cum honore coluit. Et ceteri Bonzij, Ninxitis exemplo incitati, consuetudinem Xauerij ambitiosius quam auidius expetebant. Nec aliud magis in illo admirabantur, quam animi magnitudinem; quippe cum religionis duntaxat causa tam longinqua ac periculosa nauigatione, inde vsque ab Lusitania totum ferme Oceanum emensus, in vltimas oras penetrasset. Illud autem summa pariter admiratione ac voluptate audiebat, piis Christum sancteque colentibus beatitudinem propositam esse in cœlo sempiternam. Ita Bonzijs partim conciliatis, partim conuictis, res in procliui videbatur esse. Sed quoniam cum populo sine interprete agere non poterat, conatum eius scilicet morabatur ignoratio linguæ vernaculæ. Quocirca de tot animorum pereuntium salute sollicitus, Iaponicæ linguæ iam degustata rudimenta celeriter deuorat. Inde, vt liberius ageret cum populo, aditum sibi quærit ad Regem. Et ad eam rem egregiam illi operam Paulus Iapon dedit. Namque is Saxumanum Regem, auidum amicitiæ commerciique Lusitanorum, haud ægre perpulit, vt Francisco, eiusque socijs, quippe apud Lusitanos, auctoritate plurimum pollentibus, impensius faueret. Franciscus ergo Rege deinde adito, præparatas nactus aures, in illoquendo negotio eum adduxit, vt Christianæ religionis suscipiendæ veniam suis popularibus daret. Facta potestate, Bonzij duo, alijque Iapones complures, ad Christi fidem adiuncti. Paucorum mensium spatio ciues amplius centum, libentibus quidem propinquis, Christiani facti. Quos interiore cura instituens Xauerius, cum Iaponicas literarum notas verbis, vt diximus, difficiliores nondum teneret, nostræ fidei capita in Iaponicam conuersa linguam, nostratibusque literis consignata, ipsemet tradebat neophytis de scripto pronuncians. Inde ex neophytorum numero nonnullos in Indiam destinat, ingenuis disciplinis in Goano Collegio instruendos; vt bonis deinde artibus ac moribus exculti, suis popularibus plus non solum admirationis, sed etiam opis, afferrent.

B. Mariæ imaginem Iapon a Regulus supplex veneratur.

Pauli Iaponis studium propagandæ Christianæ fidei.

Bonziorum Ninxit siue Antistes.

MIRA subinde res & Christi gregem auxit Cangoximæ, & Francisci nomen illustrius fecit. Cangoximanus cuius erat honestus ac diues, sed a Christiana religione alienus. Huic dulcissimam filiolam immatura mors subito abstulerat. Itaque dolore amens, multa indigna faciebat dicebatque. Conueniunt ad eum inter alios neophyti aliquot cognati amicique, solandi gratia, & funeris celebrandi. Qui acerbissimo necessarij sui gemitu eiulatuque moti, eum hortantur, vt Franciscum Xauerium, virum sanctum ex alio orbe, quam primum adeat, eius auxilium implorans: illum vtique vitam extinctæ puellæ redditurum. Haud ægre ei persuasum. Ergo mœstus pater, desiderio filiæ stimulante, ad Xauerium accurrit: lacrymans rem exponit: suppliciter orat, suæ vt orbitati ac solitudini consultum velit. Hic Franciscus, vicem illius miseratus, statim cum Ioanne Fernando, socio & comite suo, recipit se ad orandum Deum. Exinde gaudio alacer surgit, hominemque bono animo esse iussum dimittit, filiam eius viuam esse confirmans. Mouit ea vox iram barbaro, qui modo filiam haud dubie exanimem reliquisset. Quocirca seu quod ipse mendacij quodammodo argui, sed quod Franciscus ab eius tecto abhorrere videretur, indignabundus recessit. Domum repetenti domesticus puer occurrit, puellam viuere ac valere nuncians. Itaque paterfamilias, repente mœrore in gaudium verso, domum properat, reducem ab inferis filiam videre festinans. Quam vt conspexit, suis vix oculis credere: manantibusque gaudio lacrymis, sciscitari ex ipsa qui tandem redisset ad vitam? Respondet illa sibi vita functæ teterrimos satellites præsto fuisse, qui protinus correptam deturbatum irent ad horrenda igníbus loca: ceterum repente duos egregios aduenisse viros, quorum beneficio ex satellitum manibus erepta extiterit a mortuis. Adhæc parumper hæsit pater, stupore attonitus. Inde Xauerij profecto id esse beneficium sentiens, puellam deinde ducit grates acturus. At illa, Franciscum comitemque eius intuita primo obstupuit: mox ad patrem conuersa succlamat: En, pater, hi ipsi sunt, qui me ab inferis excitarunt. Tum ille cum filia ad Xauerij genua prouoluti, obortis lacrymis grates ei agere cœperunt. Qui protinus manu alleuatos Christo Dei Filio, humanæ salutis vindici, gratiam habere iubet. Nec frustra tantum miraculum fuit. Vita vni puellæ reddita, compluribus salutem peperit animorum. Quippe pater & filia, ceterique domestici, ad Christum aggregati. Et hoc exemplo alij ad implorandam Xauerij opem, Christique fidem expetendam, accensi. Inter quos leprosus fuit honesto loco natus. Hic certum hominem ad Franciscum allegauerat, rogans vt ad se curandum accederet. Ille legatione benigne audita, occupationis excusans, eo vnum ex comitibus suis mittat, monitum quid facto opus esset. Is igitur ægrum, ex Francisci præscripto salutatum, ter interrogat, num fieri velit Christianus? annuentem manu in crucis morem ducta protinus signat. Mira dictu res: subito crux lepram abstersit. Quocirca ille Christianis præceptis imbuitur, ac deinde baptismo lustratur. Hæc in Cangoximæ ciuitatis oculis gesta, cum alij, tum Vincentius Pereira Lusitanus Nauarchus in India Francisci Socijs enarrauit, grauis quamuis magnæ rei auctor, idemque Xauerij, vt proditur, familiaris. III.

Mortuam puellam ab inferis reuocat.

Leprosum sanat.

LÆTVM rei Christianæ successu Xauerium haud leui dolore affecerunt literæ eisdem fere diebus ad eum ex IV.

India

India perlatæ, ex quibus de Antonij Criminalis morte cognouit. Is (vt supra ostendimus) Comorino promontorio à Francisco præpositus, re Christiana per quadriennium præclare gesta, anno 1549. haud multo prius, quam in Iaponiam appulit Xauerius, martyrij decus laborum suorum præmium adeptus est. Nam cum magna Badagarum manus, Christianæ religionis odio accensa, ex finitimo regno Bisnagæ Comorinensem populabunda inuasisset oram; Christiani, vt in re trepida, tecta protinus & vicos deserere: ad naues Lusitanorum, quæ tum forte aderant, pro se quisque confugere cœperunt. Ibi in maximo puerorum ac mulierum tumultu Antonius, multis simul anxius curis, cohortabundus fugam trepidantibus expedire, instare cunctantibus, imbecillis opem ferre. Inter hæc aduentante hoste, veritus ne forte neophytorum aliquos à barbaris interceptos tormentorum acerbitas à Christi fide abstraheret; decreuit, si res posceret, bonus pastor animam suam dare pro ouibus suis. Inuitabatur à Lusitanis in sua nauigia, vt præsens periculum effugeret: sed ille, sui oblitus, suorum consulebat saluti, pueros maxime ac mulieres, quorum imbecillitas propior periculo erat, in tutum recipere festinans. Ita dum alios à barbarorum crudelitate vindicat, ipse interuentu hostium interclusus à nauibus, in præcursores incidit. Tum ille Dei amore ardens, æternæque magis quam huius vitæ memor, positis humi genibus, tollensque manus in cœlum, incredibili fortitudine offert se neci. Neque barbarorum sæuitia eius virtuti defuit. Tribus hastis confossus, mortem occubuit. Fertur, cum grauiter vulneratus spoliaretur, ipse in veste detrahenda prædones illos vltro iuuisse, ne vestis tenacior esset, quam vitæ. Hic nuncius varie (quod necesse fuit) animum affecit Xauerij. Nam & tali se adiutore priuatum doluit, & tanto eiusdem bono, velut paris decoris sibi quoque destinati pignore, mire lætatus est. Itaque lacrymis simul & laudibus debitis tam memorabilem sancti viri mortem prosecutus, sperare cœpit, agrum illum, martyris rigatum sanguine, vberiores in dies fœtus editurum. Nec Xauerij spem rei deinde fefellit euentus. Ex eo tempore nusquam lætiores extiterunt, quam in ora Comorinensi, Euangelij fruges; adeo multiplex subinde soboles orta neophytorum, non facilitate magis, quam pietate præstantium.

De Antonij Criminalis martyrio cognoscit.

Ioan. 11.

Antonij Criminalis martyrium.

V. DISPAR in simili causa Cangoximanæ ciuitati Franciscique conditio fuit. Cum enim is, martyrij auidus, auctoritatem obtriuisset Bonziorum, iamque læta neophytorum seges nitteret; subito procella, à Bonzijs concitata, rei Christianæ ingentem intulit calamitatem, quæ Xauerio grauior omni martyrio accidit. Multi iam, cœlestis Numinis instinctu, Christiana susceperant sacra: plures ad Christi religionem perspecta veritas pelliciebat: cum Euangelij cursum (id quod tanto ante Franciscus prouiderat) Bonzij auerterunt. Nam Christiana religione inducta, cuius incrementum eos fefellerat, Deorum religionem, suamq; auctoritatem, ad ludibrium recidisse intuentes, enimuero flagrare ira, odio furere cœperunt. Ergo non magis dolore, quam diabolo stimulante, ad Regem frequentes coeunt, grauiter sane seuereque illi denunciantes, Videret etiam atque etiam quid ageret; dum integra res esset, suæ communique prospiceret saluti. Si suos populares peregrinas religiones suscipere pateretur, profecto Deos patrios passurum ludibrio futuros: quibus iratis, cui dubium esse, quin Cangoxima, Regnumque eius vniuersum breui euertendum foret? An vero non videret Christianam religionem Iaponicæ penitus aduersari; tantumque de illa demi quotidie, quantum Christianæ accederet? An ignoraret acerbissimum patrijs Dijs inurere dolorem, quicunque patria sacra postferret peregrinis? vtique leuiorem culpam esse peccantis populi, quam Regis in peccato alieno conniuentis. cœlestes iras mora fieri acriores. Iaponicæ quippe religionis conditores haud dubie, pro tanta contumelia, debitas de Cangoximanis expetituros pœnas: & paucorum impietatem Regi Regnoque exitio futuram. Quare si quis patriarum cæremoniarum, si quis Deorum respectus memoriaue esset; eorum vel gratiam spectaret, vel formidaret iram. Hac Bonziorum oratione ille perterritus, & simul commercij Lusitanorum spe frustratus, protinus cum vinculorum mortisque minis edicit, atque interdicit, vt omnes patriam retineant religionem: neu quisquam in posterum Christianis mysterijs initietur. At Xauerius, meliora quotidie sperans, cum summa cura excolebat neophytos: quod ab ea re otij erat, ex consuetudine sua tribuebat Deo, quo cum magis, quam cum hominibus versabatur, diuinum colloquium non tantum virtutis hortamentum, sed laboris etiam solatium ratus. Itaque grauissima famis & frigoris incommoda, aliasque maximas difficultates, homo peregrinus, in barbara & infesta ciuitate, mira æquitate animi pertulit. Cæterum anno in hisce laboribus & ærumnis circumacto, cum penitus obseptum Euangelio iter Cangoximæ cerneret, demigrare statuit alio. Neophytis ergo valere iussis, Paulo eorum tutelam reliquit: Ipse Cosmo Turriano & Ioanne Fernando comitantibus, nouo erectus spe, in Figuenum Regnum, quo iter Lusitani auerterant, petere intendit. Incredibile dictu est, noui Christiani in Francisci digressu quantum profuderint lacrymarum, quippe illum cum alijs nominibus, tum vero ob egregiam eius sanctitatem, eximie carum habebant omnes. Quocirca flentes, eumq; magistrum, ducem, patrem confusis appellantes vocibus, pro se quisq; immortales abeunti egere grates, quod eis tanto suo labore æternæ salutis monstrasset viam. Erant neophyti facile octingenti, tam bene instituti, vt Paulo magistro intra paucos menses orbati, septem ipsos annos, sine vllo duce, omnes ad vnum in Christi fide permanserint, quoad aliquot è Societate Iesu eo missi venere. Figuenum regnum est in eadem Iaponiæ insula, quam Ximum appellari docuimus. Ad huius Regni oppidum (Firando nomen est) millibus passuum à Cangoxima circiter CC. progressus Xauerius, benigne à Lusitanis, & eorum instinctu etiam ab Rege excipitur: apud quem dies aliquot diuersatus, oppidanos facile centum ad Christi fidem cultumque traduxit. Et quanquam eum operæ apud Lusitanos & Firadenses positæ haudquaquam pœnitebat (plures quippe Firandi paucis diebus, quam Cangoximæ multis mensibus, ad Christi adiunxerat gregem) tamen maiora mente complexus, Cosmo Turriano neophytos cõmittit; ipse cum Ioanne Fernando in Iaponem insulam traijcit, Meacum petiturus. Verum edoctus à locorum peritis, Amangucium oppidum satis celebre in via esse: confestim eo, Amanguciani Regis animum ac sensus tentandi explorandique studio, pergit. Oppidum est maritimum in præcipua illa Iaponiæ parte, quam Iaponẽ proprie vocari diximus, Amangucium in primis amplum ac nobile: quippe sedes Amanguciani Regis, qui, opibus præpotens, cum Meacensi Rege omnium maximo de imperio dimicat. Id oppidum, gentis more, tectis ligneis constat: familiarum millia amplectitur circiter decem. Abesse dicitur à Firando millia passuum ferme 300. Huc igitur cum venisset Xauerius, reperit nobiles viros permultos, pluresq; è plebe, auidos cognoscendæ Christianæ religionis, de qua multa rumore ac fama dudum acceperant. Itaque in compitis ac triuijs bis in die de scripto (nondum enim linguam Iaponicam probe norat) Euangelium diuulgare instituit, magna hominum frequentia concursuque. Cæterum sermonem de diuina Lege non æque prospere omnium excipiebant aures, multi audiebant sane libenter: plures contra aspernebantur penitus, nonnulli etiam procacius irridebant. Quocirca per vias euntem deinde Xauerium, velut insanum, magna puerorum vltimæque sortis hominum turba prosequebantur illudentes, atq; ea quæ audierant Christianorum mysteria legesq; nominatim per iocum ac ludibrium inculcantes. Quæ ille omnia, nõ tam contumeliam quam contumeliæ causam intuens, æquo lætoque ferebat animo. Ita plus ferendo quam dicendo profecit. Namq; auditorum prudentiores, cum minime fatuum esse intelligentes, egregiam eiusdem in tot probris, verborumque contumelijs, patientiam æquitatemque animi admirabantur, vtique cum eundem audirent inde vsque ab Europa per immensa Oceani spatia in Iaponiam, duntaxat nouæ religionis tradendæ studio, traiecisse. Ad vltimũ peregrina virtus miraculo esse cœpit, & multorum sermonibus ac studijs celebrari colique. Ergo Dynastæ plures, diligentius explora-

Bonzij cursum Euangelij auertunt.

Regnum Figuenum.

Firandum oppidum.

Amangucium oppidum.

Xauerius velut insanus exagitatur.

A Dynastis domum accersitur.

exploratori [illegible] religionis ex alio aduexisset orbe, cum domum suam accederent, suapte sponte [illegible] [illegible] religionis, quas affertet, ipsis probauisset, haud dubie partim præclaturos. Sed nimirum id opus non [illegible] [illegible] [illegible] sed [illegible] Dei. Eadem res aliter ab alijs, a plerisq; autem auribus magis, quam animo [illegible]. Post dies aliquot in compitis & priuatorum ædibus non sine fructu consumptos, ad Regem [illegible] Xauerius venit. Percontanti genus, causamque sui in Iaponia [illegible], respondet se natione Hispanum [illegible] prædicandæ causa venisse, ad ipsorum salutem [illegible]. Neminem quippe saluum esse posse, qui non Deum [illegible] [illegible] opificem, ac Iesum vnicum Dei Filium, omnium gentium Saluatorem agnosceret, [illegible] salutem [illegible] custodiret. Iussus ergo ab Rege [illegible] eam legem explicare, [illegible] [illegible] exercitauit partem. Auditus est horam circiter attente [illegible] ac diligenter. Sed Rex barbarus, [illegible] [illegible] aptior, audita neglexit. Xauerius inde ad concionandum [illegible] [illegible] [illegible] homines, quamuis [illegible] mitigat, mollitq; [illegible] populi animus, [illegible] concionibus [illegible]. Complures iam egregia Christi facta cupide audiebant. Vbi vero ad acerbissimam [illegible] [illegible] [illegible], lacrymis temperare non poterant. adeo etiam barbaris miseranda [illegible] [illegible] [illegible] aperuit viam, nonnullique Christo aggregari cœpti. Verum Franciscus haud [illegible] [illegible] in ea vrbe versari diutius. Meacum pergere decreuit, ea mente, vt a Meacensi Rege, qui propter [illegible] magnitudinem Magnus Rex dicitur, veniam diuulgandi Euangelij peteret. Meacum quippe vrbem totius Iaponiæ longe [illegible] esse, ac Gymnasio maxime inclytam. De cuius magnitudine vrbis, celebritate Collegiorum, Cœnobiorumq; multitudine, in ipso itinere adeo multa cognorat, vt ei in animo fuerit recta contendere. Meacum [illegible] Cangoximanis fauente, Cangoximam, vt supra diximus, nauis appulsa est, vbi spes Christianæ [illegible] [illegible] [illegible] quam fructuosius cum iet [illegible]. Meacum igitur iturus, dedit se in viam duobus comitibus, [illegible] [illegible] e Societate, & Bernardo Iaponæ neophyto, antiquæ probitatis viro, qui Cangoximæ ad Christi fidem [illegible].

MEACVM vrbis in media ferme insula sita est, velut Iaponis vmbilicus. Distat ab Amangucio, quod in primo insulæ [illegible] est positum, recta quidem regione passuum millia non amplius CL. Sed anfractus maximi [illegible] [illegible]. Eo iter intendit Xauerius anno post Christum natum M. D. L. mense Octobri, quo [illegible] in Iaponia ingruit frigus. Erat autem iter illud non modo [illegible] asperum, sed etiam perpetuis obsitum niuibus, quas [illegible] [illegible] adstrinxerat. Quocirca passim in [illegible] concretæ ex niue glacieq; quasi trabes ex arboribus pendebant, pedites atq; extimum viatoribus minitantes. Accedebant bellorum, quibus tota regio ardebat, haud leuia pericula: crebra etiam latrocinia, quibus itinera erant infesta. Franciscus tamen omnium rerum, preterquam diuinæ prouidentiæ, salutisq; animorum, immemor iter adeo longinquum ac periculosum aliensissimo anni tempore suscepit. Cæterum [illegible] expeditum inter barbaros iter, sine vecturam aliquem talis viæ ducem haberet, equiti indigenæ, Meacum petenti, [illegible] se met adiunxit, seruitutem quoq; pro Christo sibi decoram ratus. Domini ergo equi [illegible] [illegible] suum Missæ instrumentum, cursitans gestabat humeris. Heri squippe cursim magis quam mitiore [illegible] concitabat equum per obnoxia latronibus loca. Ille [illegible] pedibus fere [illegible] nudis, quod [illegible] [illegible] [illegible] iuuarent. Itaque sæpe numero pedibus ex itinere & algoris iniuria intumescentibus, [illegible] [illegible] [illegible] & sarcinarum gestatione fatigatus glacie, aut asperitate viæ fallente vestigia, [illegible]. Quæ omnia non æquo solum, sed etiam [illegible] in Deum & a sensib. alienato superabat animo. Quippe [illegible] contemplatione, vt vicesque dolendi sensibus, subinde in vepres induceret se, ad lapides offenderet [illegible], sine [illegible] doloris. Nec vero noctu conditio melior, quam die. [illegible] imbribus [illegible] rigore confectus ac fame, ad diuersorium veniebat, vbi humanæ [illegible] subsidia solatiaq; [illegible]. Argumento est, quod toto illo itinere oryza, eaque emendicata, vitam tolerauit, non minore alimentorum inopia, quam corporis vexatione [illegible]. Tamas hasce [illegible] ærumnas insolentia exasperabat [illegible] Iaponum, [illegible] peregrinum hominem, Iaponicæ elegantiæ ac morum [illegible] [illegible] contemptim, exagitabant, velut stolidum fatuumque. Quocirca in oppidis ac pagis, qua transibat, [illegible] quibus vehebatur, in vijs passim ac diuersorijs, omnium erat ludibrium. At ille hilariter non modo pati, verum etiam [illegible], cum Apostolo illud, [illegible] propter Christum, & omnium peripsema [illegible]. Mensibus in itinere duobus exactis, [illegible] [illegible] [illegible] perfunctus malis, Meacum Dei benignitate [illegible] & incolumis peruenit. Meacus vrbs est regia Iaponiæ totius longe maxima ac celeberrima. Ea cum floreret (si famæ libet credere) tectorum prope CC. millibus frequentabatur: sed crebris vastata bellis, populationibus, incendijs, prope dimidio minor euasit. Sane murorum circuitus, vrbisque vastitas ea est, quæ veram esse ostendat vastitatis famam. Cum eo venit Xauerius, domorum habebat facile centum millia. Meaci Academia est percelebris: Collegia discipulorum quinq; præcipua: Cœnobia virorum innumera virorum mulierumque. Itaque maxima seges ac materia conuersionum offerri videbatur. Verum (quæ sunt occulta Dei consilia) ea spes prorsus irrita atque inanis fuit. Meacum vt venit, mentem in occasionem Regis adeundi, petendique ab eo vt faceret Euangelij in suo Regno pronuntiandi potestatem, [illegible] [illegible] [illegible]. Iaponicæ quippe consuetudine [illegible] [illegible], vulgaris & obsoleta veste, Christianæ vitæ simplicitate, cum cohorti Regiæ eludendum præbebant. Itaque adeo obstitere, omnes ad Regem [illegible] aditus, vt nequaquam omnino eum adire licerent. Ergo cum [illegible] comperisset, [illegible] Dynasta, Meacensi Regis maiestate obsolescente, nequaquam illud [illegible] audiri [illegible], euraque impetrandi Regis [illegible] omissa, [illegible] Meacenses cœpit, qui tandem animo Christi [illegible] acciperent legem. Repente ciuitatem omnem sollicitam [illegible] expectatione, suspensam metu bellorum [illegible] [illegible] [illegible] auribus animisque omnium, [illegible] terebat. Viro etiam in compitis ad circumfusam multitudinem [illegible], quod idem illi in [illegible] quoque oppidis acciderat, pueris ac fæce plebis passim obsoletus [illegible], aut etiam lapidibus petebatur, exagitabaturque, adeo nihil salutare non modo ad animos, sed ne ad aures quidem admittebat obstinata superstitio. At ille [illegible] bat gaudens, quod dignus habitus esset pro nomine Iesu contumeliam pati. [illegible] [illegible] nec pacatam esse ciuitatem, & ab Euangelio prorsus alienam: cum [illegible] doluit sibi, post tantos in eis labores [illegible], nullo que cum manipulo ex tanta segete discedendum: sed tota se diuinæ voluntati prouidentiæque permittens, Amangucium remigrat, illa se cogitatione consolans, præclarum esse pro Christo magna non solum agere, sed etiam pati.

AMANGVCIVM igitur pari fere labore & incommodo atque ierat, reuersus, extemplo statuit Regem conueniendum; a Præfecto Indiæ episcopoque Goano, literas ac dona, quæ Firandi reliquerat, tradere. Hæc ille munera Meacensi Regi, qui totius Iaponiæ maximus ferebatur, destinarat animo. Cæterum vbi animaduertit illum precariam iam regnantem, non tam imperio magnum esse, quam nomine, Regem autem Amangucij opib. pollere: mutata voluntate huic danda censuit, ratus cum sibi potissimum domis conciliandum, qui rem Christianam suctoritate iuuare plurimum posset. Itaque Firandum celeriter regressus, nouam Regis adeundi rationem, quam fecerat necessitas, iniit. Iam vsus cum docuerat, ab Iaponibus, communi mortalium vitio, homines specie cultuque

corporis

corporis æstimari, pannosos vero vix hominum numero haberi; perinde ac si viri decus vestitus magis quam virtus faceret. Quocirca absoleta veste deposita, vestium elegantiam assumere decreuit, & splendore vestis oculos speciosa magis quam vera bona spectantium capere, vt eorum deinde animis lucem offerret veritatis. Ergo Amangucium cum remeasset, splendida in veste, duobus tribusve famulis comitantibus, adiit Regem. Et consilium comprobauit euentus. Perductus ab aulicis ad Regem introductus, ab eo sane benigne comiterque excipitur. Pauca præfatus, a Prorege Indiæ & Goano Episcopo literas amicitiæ obsides, peregrina munera amicitiæ pignora, atque in his monochordum & horologium Regi tradit, non tam pretio quam nouitate, & admiratione artificij, grata illis locis & accepta. Rex igitur literis donisque Lusitanorum mire lætus, magnum argenti aurique pondus Xauerio inuicem elargitur. At ille memor se non mercatorem esse, sed Sacerdotem, tum illis quæ offerebantur, Regem precari enixe instituit, vt diuinæ Legis in suadendo sibi promulgandæ suis popularibus, accipiendæ, potestatem regio faceret edicto; hoc dono nullum sibi, nullum Lusitanis dari optatius posse. Itaque Rex tantam abstinentiam admiratus, aspernantis quoad alij, per ingentia fretorum terrarumque pericula peterent, non dubitauit eius religioni fauere, cuius suspiceret virtutem.

Splendore vestis aditum sibi facit ad Regem.
Dona Regi offert.
Regis dona repudiat.

Extemplo igitur per omnes vrbis vias pronunciari præcones iubet; placere Regi Christianam religionem proponi suis popularibus, vt, quicunque vellent, fierent Christiani. Proinde nequisquam Lusitanos Sacerdotes facto verbove læderet, neu cuiquam patria sacra deseruisse fraudi foret probrove. Insuper, vt eorum potestati facultatem daret, Xauerio mane Bonziorum cœnobium ad habitandum attribuit. Ea res & nomen Francisco, & religioni existimationem conciliauit. Ergo permulti, cognoscendæ nouæ religionis auidi, ad eum audiendum confluebant. Nec illorum studijs deerat Xauerius, aliquam iam ipsorum linguæ facultatem nactus. Bis in die concionem ad populum habebat, magna semper ciuium frequentia. Vbi perorauerat, aliquantisper cum auditoribus de rebus pro suggestu expositis disceptabat. Aut enim interrogantibus respondendum erat, aut ipsi inuicem interrogandi. Id certamen, alijs super alios vrgentibus, plerunque ad multam noctem tenebat, vix vt esset corporis curandi locus. Nec alia res maiori erat impedimento, quam Iaponicæ linguæ inscitia. Quippe identidem, cum insolens aliquod verbum fastidiosas delicatasque eorum offendisset aures, Francisci inscitia risui erat. Itaque non deerant, qui risus captandi causa quæstionibus eum onerarent. Cæterum is orationis spiritus, ea vitæ ac religionis sanctitas, tamque a Bonziorum vita doctrinaque discrepans eminebat, vt, quod dicta non poterant, ostenderent facta. Quocirca Iapones, ingeniosos vtique & obsequentes rationi, haud fallebat, quam consentanea essent illa, vtcunque dicerentur. Conueniebant multi e cœnobijs Bonzij Bonziæque, plures etiam è nobilitate, è plebe vero quamplurimi. Assidue referta erat domus omnium ordinum hominibus: ac sæpe aduentantium capere nequibat multitudinem. Inde rogationes adeo multæ fuerunt ac variæ, vt discussa demum errorum caligine, ac luce veritatis oborta, non pauci ex Francisci responsis perspicerent, leges suorum Deorum inanes ac falsas, diuinam autem veram esse solidamque. Nec in suscipienda vera religione, quam in exquirenda, segniores fuerunt. Diebus aliquot in percontando respondendoque consumptis, plures Christiani fieri; primi autem omnium ij, quorum præcipue pertinacia Xauerio in concionibus certaminibusque obstiterat, Deo pertinaciam in facilitatē vertente. Quanquam primum decus non doctrinæ fuit, sed patientiæ. Fernando Fernandio socio in triuio concionante ad plebem, Iapon forte quidam prætereuns ad concionem accessit. Inde, vt erat homo insolens, prodit in medium, & collectam in ore saliuam in concionantis os conijcit: eam ille contumeliam adeo patienter tulit, vt nihil omnino commotus, abstersa linteo facie, institutum pertexeret sermonem. Tantæ patientiæ miraculo motus quidam è concione, in animum induxit suum, a viris tanta virtute præditis non posse religionem, nisi sanctam, afferri. Itaque domum ad Franciscum venit, instituitur, ac primus omnium baptizatur. Huius exemplum alij deinceps sequuti. Inter hos Laurentius quidam Luscus tantum animo diuinæ lucis accepit, vt, nuncio rebus humanis remisso, totum se Deo consecrarit, magno cum Iaponiæ emolumento. Is namque in Societatem à Xauerio adscriptus, egregius deinde concionator extitit; populariumque suorum quam plurimos ad Euangelij lumen adduxit. Baptismate deinde lustrati honesti hominnes multi, qui summa Francisco familiaritate deuincti, tantopere ei gratificari studebant, nunquam vt satisfacerent sibi. Quocirca de Iaponum sectis ac religionibus ab illo interrogati, impensius etiam, quam rogabantur, omnia prodebant.

Edictum Regium pro religione Christiana.
Ferdinandi virtus.
Iaponis cuiusdam insolentia.
Patientiæ vis ad Ethnicorum conuersionem.
Laurentius Luscus concionator egregius.

VIII. Ex his igitur ille longe accuratius quam antea Iaponicas religiones disciplinasque cognouit; sectis vigere in Iaponia tam virorum tum fœminarum omnino nouem: liberum cuique esse, quam velit sequi. Itaque euenire vt in ijsdem sæpe tectis, quot capita tot pene sint disciplinæ; domesticique inter se contendant, suam quisque alijs præferre conantes. Ex his sectis nullam de mundi animorumque procreatione quicquam tradere. Nimirum idcirco, quod nullum horum esse principium confiteantur vniuersæ. Inter omnes conuenire, post hanc vitam sedes esse animorum duas, damnatorum vnam, alteram beatorum. Cæterum quale tandem sit beatorum domicilium, cuius imperio animæ detrudantur ad inferos, docere neminem: tantum quasdam decantare fabulas de suarum disciplinarum auctoribus, quorum Xaca & Amida principes numerentur: eos propter aliorum salutem grauissimas vltro subiisse pœnas, maximeque diuturnas. Harum sectarum alias trecentis, quingentis alias præceptis contineri: omnes tamen quinque tantum leges ad salutem necessarias ducere, quibus caueatur; Ne hominem occidant, neu animal vllum occisum comedant, neu furentur, neu mœchi mendacesque sint, neu vinum bibant. Bonzios vero & Bonzias hoc suscepisse, vt pro populo, qui, vrbanis curis negotijsque impeditus, eas seruare nequeat leges, ipsi satisfacerent; hac tamen lege, vt eis domicilia, reditus annuos, cæteraque attribueret vitæ subsidia, & scilicet honorem haberet. Quocirca locupletes è populo, ac Dynastæ, vt peccandi licentia fruerentur, conditione accepta, impense illis quæcunque postularent concessisse, ratos Bonzijs deprecantibus haud dubie vel ab inferorum pœnis se vindicatum iri. Bonzios porro ipsos ab omnibus petere eleemosynam, dare nemini. His alijsque rebus eiusmodi compertis, Xauerius suis Iapones institutis quasi armis oppugnare adortus, sic apud populum cum Bonzijs cœpit agere, vt eorum commenta certis argumentis rationibusque conuelleret. Præcipue vero docebat, ex inferorum supplicijs Bonziorum deprecatione eximi neminem posse; vtique cum Bonzij leges, quas pro alijs seruaturos se recepissent, ipsi minime seruarent. Constabat quippe illos, lapsa iam vetere disciplina, potare vinum, carne clam vesci, palam mentiri mœcharique. Proinde populus, patefactis Bonziorum dolis, indignari vulgo, & illorum fraude se deceptos, bonisque spoliatos, queri. Et ab ipsis Bonzijs demum veritatis confessio expressa est: nisi solertia eos ab inopia vindicaret, enimuero fore sibi pereundum fame. Itaque ex eo Bonzij magna non solum damna, sed etiam dedecora subierunt. Inde Xauerius, comperto ex Iaponum amicorum sermonibus literarumque monumentis, Xacam & Amidam duo annorum millia expleuisse, Xacam vero octies millies natum, aliaque multa his similia, risu quam relatu digniora; extemplo ineptas fabulas exagitare instituit, illos non homines aut Deos, sed diaboli portenta fuisse demonstrans. Quibus Bonzij, venefici, cæterique diuinæ legis aduersarij prorsus conuicti, cum reticerent; gaudebant scilicet Christiani, in suscepta fide ac proposito confirmati: Ethnici vero qui aderant, perspectis magistrorum erroribus, in suis religionibus labantes, paulatim ad Christi cultum transferebant se. Ergo indigne ferentes Bonzij, grauiter eos, quod patrias religiones desererent, accusare: illi contra respondere, nimirum diuinam legem magis consentaneam esse, idque vel ipsis auctoribus, qui Iaponicis obiecta legibus refellere nullo modo sustinerent. Rursus Bonziis obiectare Francisco

Iaponum sectæ.
Xaca & Amida Iaponum Dij.
Bonziorum improbitas & auaritia.
Fabulæ Iaponum de Xaca & Amida.

auctoritatem Sinarum, à quibus religiones petitas Iapones haberent. Nunquam vtique Iapones religionem & cæremonias mutaturos, nisi prius Sinæ mutassent. Proinde abiret illuc, inferret Euangelium, Sinis Christi iugum imponeret: illis subactis, tum demum Iaponiam quoque in Christi fidem vltro esse venturam. Cæterum hæ Bonziorum voces nihil admodum Xauerij conatibus obstabant, qui nihilo minus destinata exsequi studebat. Iapones quidem, qui nihil penitus de Solis, Lunæ, stellarum, orbium cælestium, terræ, maris, animorum, cæterarumque rerum motione inaudierint, huius vniuersitatis opificem & effectorem vulgo nullum agnoscunt. Francisco igitur ostendente, rerum omnium ac nominatim animorum conditorem esse Deum; mirabantur scilicet eiusmodi rerum principium non Iaponibus modo, sed etiam Sinis, vnde ipsi religionem adsciuissent, penitus occultum & ignotum fuisse. Admiratio eo demum erupit, vt non magis Xauerium Christique religionem susciperent, quam Bonzios Iaponicasque contemnerent sectas. Hisce ergo disputationibus adeo Bonziorum rationem conturbauit Xauerius, vt, qui ante eius aduentum de suis legibus inter se contenderent, iam, omisso hoc certamine, oẽs pariter de vna Dei lege loquerentur.

Iapones Astronomiæ ignari.

Ac multi multa quotidie percontabantur ex Francisco; vnumne esset rerum bonarum malarumque principium, idque vtrum bonum an malum? Respondenti, vnum esse rerum omnium principium, & summe bonum, obiiciebant illi diabolos humani generis hostes, quos malos esse constaret: si Deus bonus esset, cur res tam periculosas procreasset? Tum Xauerius illos bonos procreatos à Deo, suo vitio malos euasisse, atque idcirco apud inferos æternis mactari suppliciis. Et illi deinceps quærere instituerunt: Cur Deus homines ab se ad suum cultum conditos, à Dæmonibus in fraudem impelli sineret? Quin humanas mentes ad virtutem propensas fecisset potius, quam procliues ad vitium? Ad ea Franciscus, hominem liberum esse natura; diuinaque præsidia ad pugnam victoriamque parata, si modo vti velit, habere demonstrauit: & simul humanum genus ad honestatem natum, parentum vitio, maloque cultu deprauatum esse docuit. Tum illi ab hominum culpa in seueritatem Numinis versi, sciscitari cur tandem inferorum carcerem malorum vltimum ædificasset? cur hominum æternis addictorum cruciatibus nulla vnquam cum misericordia caperet? Contra Xauerius ostendere, tantam esse Dei maiestatem, tanta eius in homines vel vniuersos vel singulos promerita, vt nullum reperire posset supplicium tantum, quod non homuncioni, cælestis numinis violatori, pro tanto scelere deberetur. Eam tamen esse Dei clementiam, quæ semper aliquid de merita remitteret pœna. Et hæc quidem, aliaque his similia, ingenti assensu audiebantur, cuncti facile acquiescerent. Cæterum illa cura eorum animos solicitabat maxime, quod nec benignus æquus Deus videretur, qui omnium regionum, præterquam Iaponiæ, memor, Iaponibus ante Francisci aduentum nunquam indicasset sese; vtique si quot quot ignotum non coluissent Deum, ad inferorum damnasset supplicia, eodemque fuisset ipsorum maiores, cælesti luce fraudatos, præcipites ferri egique. Ad hæc Franciscus demonstrare, diuinam legem, mortalium animis insitam, legum omnium esse longe antiquissimam. Quippe Iapones etiam ante leges ab Sinis petitas, rationis admonitu non ignorasse, nefas esse hominem occidere, furari, peierare, & cætera quæ diuina lex prohiberet. Itaque si quis tale quidpiam admisisset, conscientia, quasi sceleris vindice, stimulante cruciari. Id adeo in solitario homine explorari licere, qui in desertis syluis sine vlla litterarum legumve humanarum cognitione educatus, tamen diuinarum legum de homicidio, de furto, de periurio, rebusque cæteris, haudquaquam foret ignarus. Quod si in barbaris quoque nationibus cerneretur, quid tandem in humanis ac politis futurum? An non igitur iure mulctari simpliciis, qui diuinam legem naturæ insitam violarint; quam si obseruassent, vtique eis cælestis fuerit oboritura lux? Hoc responso cum silentium esset eis impositum; paulatim salubre Christi iugum accipere cœperunt. Ergo duorum mensium spatio ciuium capita baptizata facile quingenta. Hi flentes vicem liberum, parentum, necessariorum, maiorumque suorum, sciscitabantur identidem de Xauerio, ecqua spes, ecqua via foret æternam ab eis miseriam depellendi: quibus ille obortis lacrymis abnuens suadebat, vt hoc impensius ipsi quibus diuinitus oblata lux salusque esset, Deo gratias agerent, & alienæ cladis sensum suæ incolumitatis spe lenirent; quo necessitatem patientia faceret leuiorem. Inde illi ad alia quærenda versi, rogitabant, quæ mundi figura, qui Solis ac siderum cursus; vnde crinitæ stellæ, venti, fulgura, fulminaque existerent; quæ vis niuem, grandinem, imbres effunderet. Quarum origines rerum Xauerius, haud ignarus Astrologiæ Philosophiæque naturalis, cum expromeret, stupebant scilicet homines ad talia rudes, peregrinum ingenium pariter doctrinamque mirantes. Et harum rerum fama cum peruasisset vrbem, ingens etiam Christianæ legi nomen fecit, vt non in publico tantum, sed etiam in priuatis tectis celebraretur. Et ea res haud minus emolumenti dempsit Bonziorum familiis, quam adiecit rei Christianæ plurimorum animis à patria superstitione auersis. Iamque opinio erat, breui multa illorum cœnobia, compluribus Bonziorum disciplinam deserentibus, deficientibusque vitæ subsidiis, perituta; magno vtique rei Christianæ incremento. Quantum porro Bonziorum auctoritas diminuta atque obtrita sit, vel ex eo intelligi licet, quod eorum studiosissimum quemque iam non tam voluntas quam necessitas in veteri retinebat instituto. Dynasta quidam erat, Amangucij copiosus & opulentus in pancis: is vna cum coniuge impense & Xauerio & Euangelio fauebat. Verum vtrique præteriti temporis temeritas ademit in posterum libertatem. Hi nimirum multa Bonziis domicilia ædificata magnis reditibus instruxerant, Amidam, quem præcipue colerent, sibi ad beatitudinem propitiaturi. Quocirca negabant commissuros se, vt collectam per tot annos tantis sumptibus Amidæ gratiam commutata religio funditus effunderet. Nisi hæc animum remorderet cura, aliud consilij esse capturos. Bis insipientes, qui & temere errarant, & hærere in errore quam emergere maluerint. Sed quod hi vano veteris instituti respectu noluerunt facere, vt spectatam Christi fidem sequerentur, id alij complures, veritatis luce capti, impense fecerunt. Ergo Bonzij, ludibrij damnique impatientes, ira & inuidia furere in Christianos in suis concionibus, eodem tempore habitis, multa in Deum impie iactare: multa contumeliose, quæ in ipsos conuenirent, in Franciscum euomere: minaciter Iaponibus denunciare, Iaponiam, simul quod Christianæ legis iugum accepisset, interituram. Sed eorum contumeliæ magis ipsis odium, quam Xauerio contemptum, creabant. Iapones enim dubij Bonziorum maledicta ex inuidia ac maleuolentia oriri, non solum id ipsum prædicare, sed innoxio etiam fauere cœperunt, inuidorum obtrectatione in laudem fauoremque cedente. Inter hæc Franciscus summa cum cura exquirens, ecquam Iapones notitiam habuissent olim Euangelij Christique, comperit Iaponicarum literarum, siue Iaponum ipsorum testimonio, Iapones, ante ipsius aduentum, Christi nomen ne fama quidem accepisse. Quæ res literatum alioquin in Euangelio circumferendo Xauerium, haud secus quam par erat, stimulauit, me lætum eo religionis propagandæ causa penetrasse; vt Euangelij sonus in vltimis auditus terris, etiam in vltimis insulis audiretur. Pluribus iam ad Christi ouile congregatis, florebat res Christiana, cum magnum ei vel adiumentum vel decus accessit. Banduensis Academia est in Iaponia & celebritate & nobilitate maxime inclyta, vtpote quæ amplius quatuor auditorum millibus frequentatur. Ex hac Academia vnus magna sapientiæ fama ac nomine factus est Christianus, memorabili sane ratione. Genus est Bonziorum, qui commendationibus dediti, quid ipsis futurum sit post vitam, & alia eiusmodi, meditantur. Ex quibus haud sane paucos sedula commentatio in eam demum adduxit sententiam, vt in Iaponum disciplinis nihil esse censerent opis ad salutem animorum. Sic enim ratiocinabantur nimirum, Oportere vnum omnium rerum principium reperiri: de eo in suis libris mirum esse silentium, cum nulla vsquam de huius vniuersitatis conditore mentio fiat. Qui igitur ignaros conditoris sui saluos esse posse? Sed cæteris inter pudorem metumque hæsitantibus, is quem diximus,

Acutæ Iaponũ interrogationes.

Iapones quingenti baptizati.

Iapones nullam Christi & Euangelij lucem acceperant.

Academia Banduensis.

dictimos, ad Christianorum se addidit cœtum, salutis cupiditate verecundiam vincente. Et quidem is in animo habuerat aggregare se ad Bonzios: verum vt ex Francisci disputationibus eorum agnouit errores; suum vtique mundique opificem, quem Christiana religio proponeret, colendum ratus, mutata in diuersum mente, Christo adiunxit se. Ea res quam Bonziis acerba, tam iucunda neophytis fuit. Cum enim is in sua ciuitate eruditione primas teneret, eius auctoritas in vtramque partem valebat plurimum. Quocirca illo ad baptismum ceteros suo exemplo incitante, res Christiana & dignitate & numero auctior cœpit esse. Tantus autem neophytis ea re ardor iniectus, vt pro se quisque cum Ethnicis de religione decertarent; conuictos velut captiuos ad baptismum adducerent; suasque inter se pugnas ac victorias compararent. Qua ex re Franciscus eam percipiebat animo voluptatem, quæ omnem laborum ærumnarumque exstingueret sensum. Igitur Amangucij ingenti incremento Christiana res aucta est (quippe vnius anni spatio ad tria capitum millia baptizata) gregisque incrementum pietatis æquauit. Qui olim suas illas precatorias calculorum series ita percurrebant, vt suæ quisque sectæ conditorem subinde nominatim implorarent; superstitione in religionem versa, studium illud suum auxerunt. Nam B. Mariæ coronas rite decurrentes, salutatione Angelica ad minores orbiculos recitata, identidem inuocabant salubria Iesu & Mariæ nomina: seque in Francisci, velut in vnici exempli, mores (quoad fas esset) formare nitebantur. Tantos porro Amangucciani neophyti progressus in pietate fecerunt sub Xauerio, haud pœnitendo magistro, vt post eius discessum propter Regum importunitatem à magistris suis ac rectoribus destituti quinque & viginti annos, in medio Ethnicorum, institutum vitæ Christianæ cursum tenuerint, ipsi sibi rectores magistrique.

Iaponum neophytorum ardor.

Vnius anni spatio tria millia hominum baptizat.

Iaponum precatoria corona.

IX. MAGNVM iam erat Xauerij nomen in Iaponia, magna sanctitatis opinio, vt iam humanum fastigium propemodum excederet. Quocirca illum Iapones tanquam diuinum quendam hominem venerabantur. Hæc sanctitatis fama longinquas etiam regiones peruagata, Iaponiam prope vniuersam eius nomine egregiisque factis impleuerat. Itaque dum ea quæ exposuimus, maxime gereret Amangucij, ab Rege Bungi literas accipit plenas officij humanitatisque, Lusitanorum nauí ad suæ ditionis portum appulsa, ex eis se de ipsius eximia virtute multa comperisse; illorum sermonibus incensum, cupere coram certas cum eo res communicare. Proinde ad se Bungum primo quoque tempore proficisci ne grauaretur. Et per idem tempus Odoardus Gama, Nauarchus Lusitanæ nauis, ad Bungi portum CLXXX. millia passuum ab Amangucio Franciscum per literas inuitauerat. Ergo Xauerius cum noua vtrobique spe rei bene gerendæ affulsisset, Cosmo Turriano & Ioanne Fernando in neophytorum tutela relictis, impigre se ad nouum iter accingit. Mox duobus tribusve neophytis comitibus dat se in viam. Iam CLXXV. ferme millia passuum confecerat pedibus cum Gama illum iam de via fessum aduentare cognouit. Igitur Lusitanos aliquot cum equis propere ei obuiam mittit. Hi mille circiter passus progressi, Franciscum vna cum neophytis Amanguccianis offendunt. Erant hi domi suæ nobiles copiosi, sed ob Christi religionem ab Rege Amangucij bonis exuti, Xauerium sequebantur Goæ. Ceterum eos splendido vestitu insignes egregij vehebant equi, ita scilicet Xauerio iubente: at ipse pedibus equitantes subsequebatur, sarcina quidem sacræ suppellectilis onustus: tantus erat amor humilitatis crucisque. Ea species Lusitanis non miserationem magis, quam admirationem mouit talis tantique viri, tantopere semet abiicientis & frugantis. Confestim igitur ab equis illi desiliunt, & ei certatim offerunt equum, sed contra ille nullis precibus flecti, vt equum ascenderet. Quocirca Lusitani, quamuis ipso inuito & reclamante, pedibus eum comitantur. Præbuit ea res gratum ac salubre spectaculum neophytis, Christianorum modestiam comitatemque mirantibus. Ita ad Bungi portum ventum est: Figinsem, amnis nomine, incolæ appellant. Bungus vrbs Regia est in altera Iaponiæ parte insulaque, quam Ximum appellari supra docuimus. Rex Bungensis aduolescens consilio doctrinaque præibat ætatem. Per id tempus Bungi tantum imperitabat, Rex apud Iapones prudentia, quam opibus clarior. Nomini Lusitano non alios magis fauebat: quippe Lusitanorum amicitiæ cupidine accensus, ad Lusitaniæ Regem, Prætoremque Indiæ, iamdudum literas cum muneribus destinarat. Vt perlatum est ad Lusitanam nauim adesse Xauerium; exemplo Lusitani cum ingenti gaudio & gratulatione obuiam essent ei, pro se quisque sancti viri aduentum celebrare cœperunt. Eoque progressa res est, vt festa bombardarum omnium (duodeuiginti erant) displosione quater eum subinde salutarent. Docuit inde euentus, id non tam effuso hominum fauore, quam diuino consilio, factum. Ingens creberque tot bombardarum auditus fragor nauali prælij speciem Iaponibus præbuit. Itaque Regem, qui in vrbe haud procul portu erat, grauis cura incessit, iamne Lusitanos depugnare cum piratis. Ergo propere vnum è cohorte Regia ad Nauarchum destinat, sciscitatum quidnam demum rei esset, vt pro re ac tempore Lusitanis offerret auxilium. Huic Gama, post grates Regi actas, id quod erat, respondet. Apud Lusitanos pacata omnia lætaque esse: Franciscum Xauerium, virum sanctum, & ipsi Lusitano Regi venerabilem, aduenisse: eum ab Lusitanis, vt par erat, ingenti fauore, & quibuscunque rebus effusa lætitia significatur, exceptum. Ad hæc stupere Bungensis, & vix credere homini mendico, & ab egestate summa squalloreque vestis infami, tam multiplicem ab Lusitanis honorem habitum. Bonzij quippe veriti ne Franciscus, sanctimoniæ fama ingens, si Bungum venisset, similiter vt Amangucij Bonzio nomini officeret, eius nomen apud Regem populumque indignis infamare ante modis. Ergo Regius ille familiaris, attonito similis, aliquandiu hæsit admiratione defixus. Conspecto deinde Xauerio, cuius ex ore, quamuis exoleta in veste, dignitas ac sanctitas eminebant, fraudem illico sensit Bonziorum. Quocirca strenue in vrbem regressus, ab Lusitanis responsa, ab se visa, nunciat Regi: additque eos perinde gaudio exultare ob aduentum Xauerij, ac si nauis eorum argento onusta ad portum appulisset. Proinde dubitari non posse, quin ex vano hausta ferent, quæcunque de Francisco Xauerio prædicarent Bonzij, vtique eximiæ eius gloriæ inuidentes. Eum vero Franciscum plenum esse dignitatis, adeo vt facile amorem ac reuerentiam conciliet intuentium. Tum Rex admirans, Merito igitur illum, inquit, & Lusitani tantopere venerantur.

Franciscus à Rege Bungi accersitur.

Xauerij studium humilitatis & crucis.

Bungus vrbs Regia.

Rex Bungensis Xauerius omni honore à Lusitanis excipitur.

Bonzij Xauerio nomen infamant.

X. PROTINVS Rex adolescentulum propinquum suum, cum literis amicissime reuerentissimeque scriptis, ad Xauerium mittit, enixe rogans, vt postero die ad se venire ne grauetur: & simul magnum Christianæ religionis cognoscendæ studium præferens. Venit ergo Regius iuuenis ad Lusitanos, triginta nobilibus viris & morum Magistro comitatus. Qui vt Franciscum conspexit, quamuis pannosum, tamen vultu & corporis specie venerabilem, summoque à Lusitanis honore cultum, obstupuit. Itaque post redditas Francisco Regias literas, in digressu Præceptorem suum intuens, Nimirum, inquit, præcellentissimum oportet esse huius generis Deum, eiusque consilia nobis prorsus occulta. Quippe cum homini pauperi Lusitanas naues parere, tantoque bombardarum strepitu declarari velit, quam superis cordi sit merx paupertatis, vulgo tam vilis, adeoque à mortalibus contempta damnataque. Postero die Gama, mercatoribus Lusitanisq; ceteris in consilium adhibitis, summo omnium consensu decreuit, è re Christiana fore, si prima illa Francisci cum Ethnico Rege congressio, quanto maximo posset apparatu instructa, aliquam maiestatis speciem haberet: simul vt Bonziorum obtrectationibus & calumniis obuiam iretur, ne quid promulgationi Euangelij obstarent: simul vt Xauerij dignitas superbissimorum hominum quæsita mendaciis auctoritatem obtereret. Non enim dubium esse, quin, quanti ille à Lusitanis fieri videretur, tantidem apud Iapones esset futurus. Ceterum cunctis Nauarcho assentientibus, vnus Franciscus honoris impatiens, & Euangelicæ simplicitatis tenax, dissentiebat. Verum tamen non tam rationibus quam Lusitanorũ consensu victus, ad vltimum cessit. Ex templo itaq; Lusitani, pretiosissimam pro

Stadiũ paupertatis Iaponibus miraculo est.

Lusitani Bonziorum calumnias obterunt.

Ad Bungi Regem cum pompa Xauerius deducitur.

mam pro se quisque vestem induri, cum Xauerio ad vrbem Regiam pergunt, apparatu memorabili. Parua nauigia illos vehebant, sericis intenta velis, & praeclaris vexillis insignia. Accedebant tubae lituique, festum per interualla alternantes sonum. Igitur ad rei nouitatem magni vndiq; indigenarum cõcursus fieri: ripae omnes fluminis, qua transituri erant, spectatoribus compleri, adeo vt submoueri per satellites Regios turbam oportuerit, vt foret Lusitanis ad exscensum locus. Confestim Regis missu vnus procerum adfuit cum lectica, qua Xauerius veheretur. At ille, gratiis comiter Regi actis, Regio beneficio vti noluit: remissaque lectica, pedibus peruenit ad Regiam, plurimis ex nobilitate Iaponica prosequentibus. Inter quos Lusitanorum comitatus longe eminebat. Triginta erant numero, splendida veste & torque aureo omnes insignes: quos totidem serui haud sane vulgari ornatu sequebantur. Franciscus quoque ipse, iisdem cogentibus, habitu corporis se augustiorem fecerat; subinde exoletam ad vestem rediturus. Tum egregie togatus carbasinam vestem superinduerat. Sacerdotalis stola è serico villoso viridi ad genua pendebat è collo, cum appendicula aurea, quali tum Sacerdotes fere vtebantur. Praeibat eum Nauarchus oeconomi instar, virgam praeferens manu. Quinque ex omni numero lectissimi iuuenes proximi ministrorum speciem gerebant. Quorum vnus Breuiarium serico inclusum sacculo, alter crepidas holosericas, alius scipionem e Bengalensi arundine, aureo capulo insignem, galerum alius, alius denique Deiparae Virginis effigiem cum Damascenae vestis rubrae inuolucro praeferebant. Caeteri deinceps Lusitani velut quadrato agmine sequebantur. Ipsorum inuentum hoc erat, vsurpatumque ab inuentoribus, non tam approbante, quam non prohibente, quia non poterat, Xauerio. Hac pompa nouem celeberrimis vrbis viis ad Regiam ventum est, tanta indigenarum frequentia, tanto visendi studio, vt etiam domorum tecta complerentur.

FRANCISCVS porro Regiam ingressus, Praetorianos milites, numero sexcentos, luculenter armatos offendit in vestibulo atrioque: mox in spaciosa porticu complures cohortis Regiae obuios habet. Hic quinque illi Lusitani, quos diximus submittentes genua, quod quisque ferebat, Xauerio venerabundi offerunt. Ex quo tanta Iaponibus, qui aderant, admiratio incessit, vt vulgo fremerent: Abeant iam Bonzij in malam crucem, nec posthac in conspectum hominum venire audeant homines vanissimi. Enimuero hic Xauerius haudquaquam talis est, qualem ipsi nobis ac Regi describserant; sed talis vtique, vt ad eluendas inuidorum obtrectationes diuinitus cum huc missum sentias. Aula hinc patuit viris nobilibus plena, vbi puer septennis, sed, quod facile appareat, indolis rarae, ab sene ductus, occurrit Xauerio, eumque more patrio salutat. Fortunatum eius in Regiam aduentum Regi perinde carum iucundumque fore, vt tempestiuus imber sit per aestatem segeti sitienti. Proinde ingrederetur laetus, ac memor, se bonis iuxta carum esse, & inuisum malis. Ad quae cum Franciscus comiter ac benigne respondisset, adiecit puer. O te beatum, Pater, qui ex alio orbe in alienas terras veneris, nihil hinc mercium petens, praeter infamiam paupertatis. O immensam Dei, quem colis, bonitatem, ô reconditam sapientiam, cui cordi est in suis Sacerdotibus rerum inopia egestasque! En nostri Bonzij ab egestatis probro vsque eo abhorrent, vt iurati propalam confirment, pauperibus obstructum, obuallatumque esse iter in caelum. Hic Franciscus in spem venire se dixit fore, vt clementissimus caeli terrarumque moderator Deus, discussa tandem errorum nube, quae Bonziorum animos occaecasset, lumen eis offerret veritatis; ipsique, caelesti luce oborta, continuo prauas opiniones abiicerent. Porro is puer, grauissimis de rebus supra aetatem disserens, in vlteriorem aulam Franciscum Lusitanosque deduxit, vbi Procerum filij considebant. Qui, conspecto Xauerio, repente consurgunt vniuersi, & gentis more ter capita in terram inclinantes, eum venerantur. Duo pro omnibus loquuntur. Libitum est eorum orationem effingere, vt intelligi possit, cuiusmodi eloquentia Iaponibus cordi sit. Illi igitur in hunc maxime modum locuti dicuntur: Felix tuus aduentus, Sacerdos sancte, adeo gratus Regi erit, vt infanti dulcissimus risus matri vbera praebenti. Enimuero ipsi parietes, quos conspicis, tua praesentia gestientes, tuum à nobis aduentum ingenti studio ac fauore celebrari iubent; idque in gratiam gloriamque eius Dei, de quo Amangucij mira quaedam enunciasse te, fama vulgauit. Et in altera excipiebat porticu perampla, in interiorem aulam ferens, vbi Ficharondonus, Regis frater, cum Procerum primoribus versabatur. Is Franciscum vt vidit, cum caeteris benigne eum excepit: & salute accepta, redditaque, negauit diem illum Regiae illuxisse laetiorem, vtique cum Rex tanti viri aduentu beatiorem se iudicaret, quam si tribus & triginta (tot enim esse ferunt) Sinarum thesauris auctus esset. Tandem in vltimam longeque ornatissimam aulam à Ficharondono, Regis germano, ductus Xauerius, Regem ipsum offendit, qui stans eius praestolabatur aduentum. Coeperat iam ante Regem, ex fama rerum egregiarum, admiratio viri, sed longe maior ex congressu veneratio coepit: adeo speciem, quantumuis amplam ac magnificam, quam Rex animo subiecerat, Francisci praesentia superauit. Quippe oris maiestatem, quam natura & cana iam aetas dederat ei, quidem adornabat sanctimoniae fulgor contra intuentium oculos pene perstringens. Rex igitur, viso Xauerio, paulululum progressus, excepit eum iuxta reuerenter comiterque. Et procumbentem de more ad genua, confestim inhibuit, atque alleuauit manu. Mox ipse vltro Franciscum inclinato capite ter patrio more veneratus, in pari strato sibimet assidere voluit. Post mutua salutationis & gratulationis officia, Rex Ficharondonum fratrem ac proceres intuens, clara voce, vt omnes exaudirent, sic proloqui coepit: Vtinam fas esset nobis ex illo caeli terrarumque architecto ac rectore Deo arcana eius consilia sciscitari, percontarique, quid tandem causae fuerit, cur aut nos in tantis tenebris iacere sinerit, aut hisce viris, ex alio profectis orbe, tantum lucis ac sapientiae indulserit. Constat quippe inter omnes, quaecunque ab his dicantur, quamuis nostris religionibus contraria, consentaneis firmari rationibus, adeo vt contra dici nihil possit, si rationem ducem sequatis, aut nisi impos sis rationis. Bonzios nostros contra videmus in religione explicanda palam haesitare; eosdemque iam varios inconstantesque esse, vt nunquam sibi ipsis constent, sed iidem eadem de re alias aliud sentiant doceantq;. Itaq; satis apparet, eorum doctrinam religionemq; confusam prorsus esse, & incertam; vt haudquaquam recte ei committatur sempiterna animorum salus. Hac Regis oratione motus Bonzius nobilis, qui forte aderat (Faciandono erat nomen) Regi fidenter sane libereque respondit: Religionis causam non esse eiusmodi, de qua ipse statuere posset, doctrinae interioris ignarus. Proinde si quid eius ambiguam angeret mentem, praesto esse quem consuleret. Profecto se perfecturum, non modo vt scrupulum illi eximeret, sed etiam vt id ipsum, de quo ambigeret, Solis luce clarius foret. Ex quo omnes liquido iudicaturos, & vera esse quae doceant Bonzij, & recte poni apud eos pretia doctrinae. Tum Rex subridens, Age dum, inquit, Doctor vnice, recondita ista ac rettusa vestrae religionis mysteria aliquando enuncia: nos taciti audiemus. Et Faciandonus magnifice se circumspiciens: Principio, inquit, de Bonziorum sanctimonia ambigi nefas est. Satis constat in eo omnes, sanctam ab iis gratamque & acceptam superis agi vitam. Quippe cum castitatem colant, recenti pisce abstineant, teneram erudiant aetatem, moribundis collybistica chirographa tradant pecuniae in caelo exigendae, de nocte surgant ad Deos populo propitiandos; & super haec omnia, familiares sint Solis, Astrorum, Daemonumque caelestium, quibus cum nocturnos saepe sermones, saepe etiam complexus iucundissime misceant. Haec & alia eiusmodi deliramenta praefatus, stimulante inflatum & impotentem animum ita, intemperantius inuehi in Regem coepit. Itaque ille bis terve germano suo significauit, vt silentium imponeret Bonzio. Quo tacere iusso, Rex Faciandonum intuens, se vero satis magnum ex ipso specimen cepisse ait Bonzianae sanctitatis: simul illud confiteri, [illegible] eius licentia ac temeritate linguae ita esse affectum, liquido vt iurare auderet, plus in Faciandonum iuris [illegible], quam Faciandonum in superos. Hic

Bonzius,

XI.

Puer septennis indolis rara.

Procerum liberi Xauerium venerantur.

Eloquentia Iaponum qualis.

Bungi Rex stans Francisci praestolatur aduentum.

Oris maiestas Xauerio eximia.

Regis Bungensis de Christiana fide testimonium.

Bonzij arrogantia.

Bonzij cum deliramenta. Regis imo detrusio.

Bonzius, ad pristinam violentiam intoleranda quoque superbia adiecta, proclamare, Tempus fore, cum Faciandonus mortales omnes infra se positos despiceret, sic prorsus, vt nec Bungi Rex, nec quisquam omnino Regum, ad eius sedem aspirare sustineret. Ad hæc stomachari Rex, & simul Bonzij arrogantiam irridere, Franciscum intuens. Qui Regem admonuit, vt spatium animo daret, exspectans dum Bonzij ira resideret. Rex itaque Faciandonum abire iussum monet, vt in posterum de Deo loquens, ipse apud homines ne glorietur: interim imperet animo, & ad se redeat, priusquam redeat ad Regem. Ergo Bonzius ignominia, ob Procerum qui aderant frequentiam, accensus, exclamat: Regem, talia in Deorum Antistites ausum, cælestis ignis absumat. Et simul exæstuans frемensque, ex aula se repente proripit, cum ingenti indignatione Regis Satraparumque. Exin Rex mensæ accumbens Xauerium ad prandium inuitat. Ille, Iaponici prandij insolentiam causatus, recusat comiter: & simul Regem rite venerans, Deum precatur, cuius gratia tantum sibi honoris haberi, satis vt illi diuinæ lucis opisque impertiat; quo cum bonus Rex sancte casteque colat in vita, ac demum mortalitate exutus in omnem æternitatem perfruatur. Ad vltimum, Rex Francisco roganti abeundi potestatem facit, enixe eum precatus, vt subinde se interuiseret, Christiana mysteria edocturus. Simul annuit Xauerius; extemplo Rex, læto benignoque vultu, appositi cibi particulam sua manu illi offert, rogitans vt sumeret: nec ille, vt Regi morem gereret, abnuit. At Nauarchus cæterique Lusitani, qui Xauerium circumsteterant, in genua pariter procubuere vniuersi, grates agentes Regi, quod tam insigni honore Patrem inuitis Bonzijs affecisset.

Bonzij superbia & linguæ intemperātia.

Xauerium Rex inuitat ad prandiū.

Rex de mensa offert Xauerio.

XII. Sex & quadraginta dies Franciscus in vrbe Regia versatus est, summa ope in salutem institutionemque indigenarum incumbens. Præcipua cura erat, Regis animum imbuere Christianis mysteriis institutisque. Igitur eum sibi tam arcta consuetudine deuinxit, vt per id tempus Bonziorum nemini aditus pateret ad Regem. Quippe ingens illum pudor incesserat flagitiorũ, quæ auctoribus ac magistris Bonzijs admiserat. Ergo Xauerij suasu multa vitia exuit, amores ac delicias suas eiecit domo, pauperum inopiam contra Bonziorum præcepta benignam subleuare ac fouere cœpit. Subinde ad corrigendos populi mores versus, infantium cædem, facinus illis locis vsitatum, aliaque multa scelera ac flagitia, Bonzijs auctoribus in mores inducta, paulatim seuerissimis legibus prohibere: Xauerium, velut hominem cælo lapsum, sibique Superum dono missum, suspicere: illum mirari vnum, in illius ore, tanquam in speculo, cuncta flagitia, quibus Bonziorum hortatu animum suum contaminauerat, verecundantem se intueri dictitans: itaque iam prope esse, vt fieret Christianus. Nec vero Franciscus ita Regi aderat, vt populo deesset; sed sui immemor, plebi forensi concionabundus bonam dabat diei partem. Lusitani vix vnam post occasum Solis ab illo auferebant horam ad pia colloquia; alteram ante lucem ad expiationem animorum. Quocirca Xauerius familiarium quosdam, querentes quod sero nimium se domum reciperet, enixe rogauit, ne se vnquam ad prandium expectarent, neque se de die omnino numerarent in viuis; ingentem sibi molestiam, ni secus facerent, parituri. Nimirum suas epulas, quibus vnice delectaretur, esse incolumitatem animorum: nullasque suas delicias esse maiores, quam vel vnius Iaponis Christo se aggregantis salutem. Nec piæ eius auiditati diuina prouidentia parum indulsit. Ad eum magni fiebant concursus, nõ plebis modo, sed etiam nobilitatis, Bonziorumq;. Quotũ vnus in primis nobilis ad Christi fidem accessit, ingenti rei Christianæ bono. Saquaygiranus hic erat, Bonzius primarius, eruditione iuxta & nobilitate inclytus. Qui cum Xauerio congressus, ad vltimum euictus rationibus, diuinoque instinctus numine, manus veritati dedit. Ergo omnium, præterquam oblatæ diuinitus veritatis, oblitus, propalam in medio foro, maxima hominum frequentia, procumbit in genua: & manus oculosque ad cælum tendens, obortis lachrymis, quanta maxima potest voce succlamat: En tibi, Iesu Christe, æterne Fili præpotentis Dei, totum me dedo dicoque: & quod pectore concepi, libera voce profiteor: tu modo, quem vltro vocasti, ne repelle venientem. Inde, circumfusam Iaponum multitudinem madidis oculis circumspectans, adiecit: Vos vero ciues oro quæsoque, vt mihi & ignoscatis ipsi, & petatis ab alijs, quos obuios habebitis, vt ignoscant, quod toties populo venditaui pro veris, quæ nunc vana esse intelligo. Hæc Bonzij clarissimi confessio mire animos mouit indigenarum, plurimisque exemplo fuit Christianæ religionis amplectendæ. Satis constat, Xauerium ipsum Lusitanis domesticis liquido confirmasse, vno die, si vellet, amplius quingenta Iaponum capita baptismo ab se expiari posse. Cæterum, quod in illo ardore animi vix credas, rem prudentius quam auidius exsecutus est; omnique ope operaque cauit, ne quid temere, ne quid cupide fieret, quod promptum Bonziorum furorem instigaret. Bonzios quippe, Christianæ rei infensos, iampridem in Xauerium eiusque familiares ira stimulabat. Itaque iam populo suadebant, vt quando se perditum ire vellent, magnam à Francisco vim pecuniæ peterent, mercedem mutatæ religionis, ne gratis perirent. Quod Bonziorum consilium eo spectabat, vt nota in vulgus Christiani Sacerdotis inopia multum de eius sanctitatis detraheret fama, tantum erat apud Iapones probrum egestas. Cæterum nihil admodum proficiebat calumnia aduersus cognitam exploratamque veritatem: sed insuper eius cupidinem, velut aspersa aqua flagrantem ignem, vehementius inflammabat. Itaque hærere Bonzij, consilij inopes, & concitari, & in omnes se versare partes. Cum nihil eis ex sententia succederet, vltima experiri. Iam ipsi cum Francisco sæpe congressi, è certamine victi discesserant, vt coram illo hiscere non auderent: iam absentis nomen falsis criminibus nequicquam obtriuerant: iam frustra cælestes iras populo denunciauerant. Quocirca suam in animis ciuium auctoritatem exoleuisse cernentes, scilicet ira in rabiem versa, insanire ac furere cœperunt. Ac primo Xauerium probris ac maledictis onerare, putidum canem, egentissimum omnium mortalium, humanorum cadauerum voratorem, per ludibrium appellantes. Deinde in ipsum comitesque eius iactare minas, periculum [illegible], nisi incepto desisterent. Insensaque illorum ita rabiesque eo demum erupit, vt consilia agitarent Franciscum Lusitanosque, per tumultum ex composito excitatum, in foro interficiendi. Nec fallebant hæc Franciscum Lusitanosque. Sed ille maximum Dei donum ducebat, quod hostes minabantur; id modo cauens, ne improuide præcipites ad iram animos incitaret: hi vero Regis præsidio tecti, inanes vesanorum hominum minas & insidias contemnebant. Ergo Bonzij, postea quam vis non procedit, alio consilia vertunt.

Rex suasu Xauerij corrigit sua & populatium vitia.

Cibi immemor in [illegible] hominum salute.

Bonzius nobilis conuictus, consecutusq; ad Christum, eius fidem in foro profitetur.

Quingenti Iapones Christo conciliati.

Xauerij prudentia.

Callidum Bonziorum consilium.

Paupertas probrum est apud Iapones.

XIII. Bonzius erat Ficarondonus nomine, vnus inter omnes doctrinæ fama maxime inclytus: quippe xxx. ipsos annos in celeberrimo Iaponiæ Gymnasio interiores & reconditas ipsorum literas docuerat. Is cœnobio tum præerat Bonziorum, ab eo millia passuum ferme xl. Hunc igitur Bangenses Bonzij ad certamen cum Francisco ineundum haud sane ægre perpulerunt, ratum sibi pulchrum fore, si (quod procliue videbatur) coram Rege vicisset peregrinum Sacerdotem, à quo cæteros Bonzios victos esse constaret. Confestim igitur, sex septemve doctissimis viris comitantibus, in vrbem Regiam aduolat. Peropportune eo ipso tempore Xauerius Lusitanique Regem adierant, vt eum valere iuberent, postero die vela facturi. Dum grates pro se quisque agentes commeatum petunt, repente nunciatur Regi, Ficarondonum adesse cum lecta Bonziorum manu. Haud sane lætus (quod ex vultu notari poterat) is nuncius Regi fuit, verito ne Franciscus ipsaque veritas doctrinæ abundantia obrueretur. Ergo vt Regem consilij ambiguum vidit Xauerius; causæ bonitate fretus, orare institit, vt Ficarondonum illum, columen Bonziæ nationis, introduci iuberet; satis fidens, vt magna sit vis doctrinæ, maiorem tamen esse veritatis. Itaq; tandẽ, annuente Rege, intromittitur Bonzius. Qui post vsitata venerationis officia, roganti Regi quorsum veniret, respondit, nempe vt Sacerdotem ex alio orbe peregrinum viseret, exploraturus quid tandem hominis foret, quidve afferret noui ex nouo Orbe terrarum.

Hæc tanta

Bonzij superbia.

Hæc tanta confidentia arrogantiaque intonuit, vt facile eum superbissimi dæmonis ministrum esse sentires. Mox defixo in Xauerium, à quo comiter salutabatur, oculorum obtutu, perfunctusque salutationis officiis, (horum Bonzij admodum sunt liberales) supercilio plusquam Bonziano sciscitatur ex eo, an ipsum norit: negante illo, quippe qui nunquam antea eum vidisset; conuersus ad comites, Apparet, inquit, nihil nobis negocij futurum cum isto, qui

Bonziorum deliramenta Pythagorica de migratione animorum.

Ficarondonum de facie non norit. Extra Franciscum intuens, Tenesne memoria, inquit, quas mihi merces Finoramæ vendideris? negabat ille habere se quod responderet de eo quod penitus non intelligeret: neque enim vnquam mercium institorem fuisse, nec Finoramam vidisse, nec antea cum eo locutum: proinde qui conueniret, vt ei Finoramæ vendiderit merces? Bonzius liquido affirmabat, plane id factum esse: illumque, nisi obliuiosus esset, vtique meminisse oportere. Quocirca rogauit eum Xauerius, vt, quoniam se memoria deficeret, ipsi suggereret. Tum vero ille satis fidenter, ac valde insitam superbiam præferens, Redi mecum in memoriam, inquit: millesimus & quingentesimus annus est, cum tu mihi centum numero iudis serici saccos Finoramæ vendidisti: quibus ego distrahendis lucri plurimum feci. Hic Xauerius seuere pariter & comiter eum intuens, sciscitari, quot annos esset natus: cumque ille vnum & quinquaginta respondisset, vrgere Franciscus instituit, qui tandem ab hinc millesimo & quingentesimo anno mercator esse potuerit, qui ante alterum & quinquagesimum annum genitus non esset? nisi forte tum, cum mercaturam exerceret, natus non erat. Iam constare inter vos audio, inquit Xauerius, Iaponiam regionem sexcentesimo ab hinc anno incoli cœptam: qui igitur conuenit, vt ante mille & quingentos annos Finoramæ, quæ illis temporibus mera solitudo erat, exercuerim mercaturam? At vide, inquit Bonzius, quanto notiora sint nobis præterita, quam vobis præsentia. Scito igitur (quoniam adhuc nescis) nullum mundi humanique generis principium fuisse, nullum item extremum fore. Itaque hominum animi, quippe immortales, in alia ex aliis deinceps migrant corpora tum marium tum fœminarum, pro Lunæ cum Sole astrorumque coniunctione, quæ tenera corporum membra fingit, formatque. Proinde mentes, quæ valent memoria (cuiusmodi mea est) facile reminiscuntur omnia, quæcunque in vita gesserint, cum alia corpora animarent; obliuiosæ autem, qualem apparet esse tuam, non item. Haud sane difficile fuit

Pythagorica commenta redarguit.

Xauerio, Philosophorum Theologorumque disciplinis exculto, ista Pythagoræorum Platonicorumque somnia firmis refellere argumentis. Omnium igitur primum ostendit, mundum æternum non esse, sed à certo tempore conditum: quippe cum nec per se ipsum extiterit, nec conditori æqualis & coæuus esse potuerit. Conditum autem, & hominibus cæterisque animantibus instructum, ab omnium rerum parente & auctore Deo. Id cum pluribus ostendisset, procliue ei fuit ostendere, animos quoque hominum principium habere; nec ante corpora, quorum formæ sint, extitisse: sed corporibus à Deo ingeneratos, ministerio sensuum corporumque vti ad capessendas disciplinas. Quem enim adeo cæcum esse, quin videat, animos nec volentes cum tanti boni iactura damnoque noua ac mortalia corpora subituros, & inuitos in custodias corporum æ umnarumque societatem se daturos? Quid quod ratio ipsa conuincat, apud æquissimum hominum Iudicem Deum pro meritis æterna vel præmia vel supplicia mortalibus vita functis constituta? vtique cum ea viuis, non persolui satis appareat. Hæc Franciscus euidentibus rationibus, appositis similitudinibus & exemplis cum illustrasset; Rex quidem ac Proceres illi assentiebantur, illa plane consentanea esse, secunda acclamationibus declarantes. at Bonzius, etsi omnium iudicio euictus, tamen ab insita animo superbia pertinaciaque repugnabat; ne, suo quoque iudicio conuictus, victoriam aduersario cedere videretur. Deserta itaque mundi animorumque causa, acriter inuehi in Xauerium cœpit, qui præpostere tam libidinem, tanquam nefarium flagitium, acerrime accusaret. Satis quippe constare inter omnes, licere illam Iaponum legibus, quæ tamen homicidia, adulteria, furta grauissime vindicent. Ad quæ Xauerius, cum planum fecisset, nefarium illud luxuriæ genus naturæ, rationi, propagationi sobolis, bonis moribus vel maxime aduersari; respondit minime mirandum esse, legum Iaponicarumque latores, hoc ipso vitio obcæcatos, eius fœditatem non vidisse; aut, si vidissent, legi non coercuisse in aliis licentiam, quam sibi vellent esse communem. Cæterum, vt nulla Iaponum lex id vetet, certe naturæ legem, in animis hominum impressam, ipsamque rationem (nisi malo vsu deprauata sit) plane vetare. Maximo argumento esse, quod in talibus maxime flagitiis tenebræ ac recessus quærantur, arbitrorumque oculi summa ope fugiantur; & simul quod maxime promptum sit in probris, si quid tale obiici possit. Iam Ficarondini pertinacia omnium iudicio conuicta cedebat

Bonzij proterua pertinacia.

veritati: ille tamen, quoniam rationes eum defecerant, infestis clamoribus proteruius etiam quam pertinacius decertabat. Mouit arrogantissimi hominis violentia Regem pariter Satrapasque. Itaq; vniuersi acclamare cœperunt, si bellandi causa venisset, in Amanguctanum Regnum facesseret, quod tum foret in armis. ibi prælij copiam illi non defuturam: nam ipsis pacem & otium esse cordi. Quod si disputandi gratia accessisset; abstineret iracundia pertinaciaque: imitaretur peregrinum Sacerdotem, quo cum disputaret: eius vtique moderationem modestiamque in disserendo, ipsi exemplo esse debere. Tum vero Bonzius, vt præceps ingenio in iram erat, prouectus intemperantia linguæ in maledicta Procerum Regisque, furere debacchārique cœpit. Ergo Rex, accensus ira, confestim exturbari hominem Regia iubet, sancte adiurans nisi sacerdotij reuerentia obstaret, ceruices eius frangi fuisse iussurum.

HÆc tam insignis ignominia Bonziorum nomini (vt ipsi interpretabantur) inusta, seditionem eorum maturauit. Itaque ex composito omnium fanorum valuæ in vrbe Regia clausæ; populus Proceresque sacris prohibiti: iam- XIV.

Bungensis Regis prudentia

que res prope seditionem etiam plebis venerat, cum Rex prudenti dissimulatione & gliscentem Bonziorum consternationem, & multitudinis motum, facile sedauit. Inter hæc Lusitani, qua populi tumultum, qua Bonziorum iram veriti, strenue se in portum receperant: auctoresque fuerant Xauerio, vt ipse quoque tempori cederet, seque impendenti periculo eximeret. Cæterum ille, Catechumenorum orbitatem causatus, morem eis gerere abnuerat. Itaque Lusitanis Francisci vicem solicitis, ne talem virum proderent barbaris, placuit Gamam ipsum in vrbem redire, qui inde eum abstraheret prius, quam aliquid acciperet incommodi: ipsos namque in altum profectam in anchoris habere, quoad Nauarchus cum Xauerio remearet. Gama igitur paruo nauigio impigre in vrbem reuectus, Franciscum in humili tecto reperit apud indigenam Catechumenum diuersantem. Protinus illi mandata Lusitanorum exponit, multis rationibus suadens alternis rogansque, vt imminentem eius capiti Bonziorum procellam vitaret. At il-

Xauerij fortitudo animi.

le non solum ad pericula interritus, sed etiam mortis pro Christo appetendæ auidus, O fortunatum, ait, si cui nostrum contigerit, id ipsum subire, quod tantopere extimescit! Equidem sat scio me tam insigni decore dignum non esse: cæterum, si indigno Deus indulgeat, non recusem. Proinde, quod me tam impense monetis, vt fuga saluti consulam, grates ago habeoque amori vestro; monitis parere nec debeo, nec possum. Quæ enim pernicies accidere potest maior iis, quos modo Christo genuimus, quam desertos à parente iræ ac furori obiici Bonziorum? Quid porro optabilius Bonziis, quam credere eorum minis, qui argumentis non cesserit, & turpi fuga partam de ipsis victoriam fœdare, prædam amittere? Ego vero nullo modo committam, vt meus timor nefarios Christi hostium conatus iuuet. Cum his quippe nobis res est, quibus nostra fiducia terrorem incutiat, formido confirmet audaciam. Age dum igitur, quoniam quid animo meo fixum ac statutum sit, non ignoras: reuertere ad socios, tuum reditum præstolantes. Video quid tu illorum mercimoniis debeas: sed idem sentio quantum ego mercedem [illegible] benigno ac miseri-

Nauarcho auctore Lu-

cordi Deo, qui pro mea cæterorumque mortalium salute mortem occubuit, mo [illegible]. Hæc, manantibus lachrymis, tantum verborum vi animique sensu dixit, vt Gama, nihil contra hiscere ausus, a [illegible] similis ad

nauim re-

nauim reuerteerit. Igitur cum Lusitanis quid actum foret renunciasset, adiecit: Debere se, ex pacto, illorum merces ad Cantonem Sinarum portum deuehere: proinde onerariam eis permittere ad suum arbitrium vsuris. Certum sibi ac fixum esse redire in vrbem, ea mente, vt vel tegeret Xauerium, vel cum eo caderet. Permouit Lusitanorum animos egregia Nauarchi fides. Itaque collaudato eius consilio, certatim ipsi quoq; semet in gloriosi periculi societatem offerunt mox, obuersa prora, portum repetunt, rei exitum expectaturi. Is nuncius simul Xauerium catechumenosque erexit, simul afflixit fregitque Bonzios, hominum genus vt aduersus timidos audax, sic aduersus audaces timidum.

Lusitani cum Xauerio periculum subeunt.

Bonzii audaces aduersus timidos, timidi aduersus audaces.

XV. Bonzii ergo ab aperta vi ad suas artes versi, coeunt frequentes ad Regem. Instant, vt intermissum Ficarondoni cum Francisco de religione certamen extemplo integrari iubeat. Ægre id fecit Rex, sed tamen certis conditionibus concessit. Vt sine clamoribus & iracundia res gereretur. Vt ad res controuersas dijudicandas certi arbitri ex alio genere quam Bonziorum constituerentur, quorum munus foret, quæ confirmanda essent, iudicare, & argumétationes ad rectæ rationis normam dirigere. Vt post disputationem de vnoquoque capite religionis staretur iudicio arbitrorum auditorumq; quodque plures eorum iudicassent, id haberetur firmum ratumque. Denique ne Bonzij aut ipsi per se, aut per alios impedirent, quominus, qui si vellent, Christiana sacra susciperent. Has conditiones non tam probarunt Bonzij, quam, quia reijcere non poterant, acceperunt. Postero igitur die Ficarondonus cum amplius tribus Bonziorum millibus in Regiam venit: ad bellum cum exercitu proficisci eum diceres. At Rex omni ex numero quatuor dumtaxat admisit, cautatus periculum tumultus & infamiæ Bonziorum; quibus haud sane decorũ foret, si tria ipsorum millia cum vno peregrino Sacerdote disputasse fama ferret. Nec Lusitanorum studio Francisco defuere. Quippe ad noui certaminis famam exciti, in vrbem reuehuntur, maiore, quam ante, ornatu corporũ insignes. Et eorum splendor eximiaq; aduersus Xauerium veneratio, Bonziorum oculos perstrinxerunt. Vt in consessum ventũ est, Rex percontari ex Ficarondono, quid tandem causæ afferret, cur nouam ex alio orbe allatam, religionem in vrbe Regia vulgandam non esse censeret. Cui ille, iam probro mitior factus, placide respondit, causam in promptu esse: quod nihil illa inimicius foret auitis religionibus, Reipublicæ, nationi Bonziorum, quæ tam sancte casteque Deos semper coluisset, coleretque. Enimuero eius rei grauissima Iaponiæ Regum iudicia ac testimonia exstare: vt nefas esset aliunde ipsos salutem petere, quam vnde patres maioresque eorum per tot secula petiissent. Ad ea iussus ab Rege Franciscus dicere, desiderauit ordine ac ratione pugnam institui. Quocirca Regem orauit, vt quando Bonzij se oppugnatum vltro venirent; si videretur, Ficarondonum nominatim exponere iuberet, quæcunque ipse cæteriq; Bonzij improbarent ex iis, quæ ab se docerentur; vt potestas foret ad singula respondendi. Ad hoc rogauit, vt, vitandæ contentionis gratia, quod ipsemet Rex cum maiore arbitrorum parte de rebus controuersis statuisset, id ratum, firmum, fixumq; esset. Annuit Rex Francisci postulatis: itaq; fieri iussit: nec Bonzius abnuit. Quærit ex eo Ficarondonus, cur sanctissimis Iaponum Diis peregrinus Sacerdos obtrectaret. Et ille, quia eos iudico tam insigni ac diuino indignos nomine, quod recta ratio proprium dicauit ei, qui natura æternus & immortalis est, quique rerum omniũ parens cœlum ac terras condidit, regitque. Dei quippe infinitam vim ac potestatem humanarum mentium vix suspicio attingere valet, nedum capere cogitatio. Itaque pauca hæc quæ oculis cernimus, cœlestium orbium astrorumq; motus, certæ ac ratæ temporum, frugum fructuumque, ac cæterarum rerum vices, illum, qui mundum hunc ab se conditum administrat ac regit, verum germanumque Deum esse clamant. Nam Xacam, Amidam, Gironem, aliosq; qui a vobis in Deorum numero habentur, vestra quoque historiarum monumenta docent, homines præpotentes opibus ac mortales fuisse. Hanc Xauerij ingressionem secunda Iudicum admurmuratio excepit. Itaque Bonzium cõtra dicere parantem. Rex porro pergere ad alia iubet. Id quippe iam ab arbitris iudicatum: eorum iudicio standum esse. Igitur ille percontatur ex Francisco, cur tandem improbaret chirographa collybistica Bonziorum, quibus pecunia mortuis curaretur in cœlo: præterim cum illorum beneficio vita functi apud superos repente diuites existant, cæteroquin egentes futuri. Ad ea Xauerius diuitias ait mortalium euntium in cœlum non Bonziorum chirographis, sed recte factorum meritis, contineri. Recte autem facta esse, quæ recta ratio, veraque religio pepererint: æterno vtique illi Deo, qui pro meritis præmia cuique persoluat, grata acceptaque. Veram porro germanamq; nullam esse religionem, nisi Christianam, quæ verum Deum caste pieque colat. Christianã autem ex eo appellatam, quod à Christo Dei Filio sit mortalibus tradita. Christus enim, inquit, pro hominibus homo factus, egregiam illam doctrinam deuocauit è cœlo: & miraculis clarus, præceptis cœlestibus humana imbuit pectora. Ad vltimum, pro salute mortalium, mortem oppetijt, eorum scelera suo sanguine luens. Proinde quicunque Christianis mysterijs expiati, Christi præcepta ad extremum vsque spiritum custodierint, his demum aditus patet in cœlum ad vitam immortalem, ac bonis omnibus circumfluentem. Neque vero auara angustaque Christianorum religio est, similiter vt Bonziorum: non excludit cœlo pauperes, non mulieres, si modo Christiane pieque vixerint, quibus tamen Bonziorum siue auaritia, siue superstitio, cœli iter inclusit. Ex quo facile apparet, Bonziorum rationem ad emolumentum vtilitatemq; ipsorum magis, quam ad religionis veritatem, dirigi: eisque suum quæstum potiorem esse, quam Dei cultum, salutemq; populorum. Nam cum Deus cœli terrarumque dominus fœminas iuxta ac mares, pauperes æque ac diuites procreauerit; quid est causæ, cur non eosdem, si honestam piamque vitam coluerint, sine vllo discrimine saluos ac beatos velit? Hic Rege cæterisque arbitris vehementer Francisco assistentibus, ingens Bonzios incessit dolor pudorque, victos se Regis Procerumque iudicio è certamine discedere indigne ferentes. Is enim finis disputationis fuit. Haud tamen eorum pertinacia victa. Alij deinceps Bonzij doctrina eloquentiaque insignes, ne debellati viderentur, bellum aduersus Xauerium integrant. Itaque cum ad populum verba facientem multis sane ac varijs interrogationibus vrgere cœperunt. Tenuit id certamen quinque amplius dies: nec vnquam Rex abfuit, seu disputationes fructum capessens, siue hospitem in suam fidem receptum sua auctoritate tecturus. Qui præclara sane & consentanea Francisci responsa pertinacius quam verius oppugnari à Bonziis indigne patiens, acerrimum patronum se præbuit veritati. Ergo vociferantes cateruatimque ruentes in Xauerium Bonzios inhibuit, clamans, si quis religionem rectæ rationi congruentem explorare velit, hunc scilicet haudquaquam oportere, similiter vt illos, abhorrere à ratione. Et surgens, Franciscum manu prehensum, Dynastis prosequentibus, ad hospitalem eius deducit domum. Id vero non magis Xauerio, Christianæque religioni pulchrum & gloriosum, quam Bonzio nomini turpe & ignominiosum fuit: nouaque ignominia nouam insuper iram infestis eorum animis mouit. Ergo furore amentes palam fremere, & magnis vocibus vota facere, vt Rex fulmine ictus deflagraret; quando auitam religionem, tot Regum auctoritate firmatam, peregrinæ probrosæque sectæ posthaberet; & Bonzij nominis auctoritatem putido, vago, & ignobili homuncione duceret leuiorem.

Disputationis conditiones.

Noua Lusitanorum studia erga Xauerium.

Chirographa collybistica Bonziorum.

Bonzij pauperes & mulieres cœlo excludunt.

Nouæ disputationes cum alijs Bonzijs.

Rex deducit Xauerium ad hospitium.

Bonziorum rabies.

XVI. Inter hæc Franciscus rebus præsentibus lætus (Deo aduersa secundis miscente) quæ Amangucij varie gesta essent post discessum suum cognoscit. Iam Cosmi Turriani labor non minus feliciter in Bonziis coarguendis, quam in excolendis neophytis, versabatur; cum intestinum bellum, repente natum, cuncta turbauit. Præpotens quidam Dynasta Regem suum magna armatorum manu ex improuiso adortus, exegerat regno. Et ille haud ignarus quæri se ad necem, ne in hostis popularis sui potestatem viuus perueniret, sibi ipse mortem consciuerat. Interea tumultuante

ciuitate nulla facies mali deerat, cum armatorum crudelitas ac licentia, per omnes ordines atq; ætates vagata, etiam in ipsa sæuiret tecta. In tot cædibus atque incendijs, Christianos, eorumq; magistros, infesti Bonzij haud dubie oppressissent, nisi illos diuina prouidentia præsenti ope texisset. Cæterum sub Regis cædem ex tam tristi bello læta repente pax. Regni primores, compositis rebus, Bungensis Regis germano imperium per Legatos deferunt. Xauerius ergo nouum Regem Amangucianis neophytis conciliandum ratus, Bungi Regem adit, orans, vt Societatis Patres Christianosque, Amangucij incolas, fratri commendaret suo. Fecit Rex impense quod rogabatur, sic prorsus, vt nouus Amangucij Rex Francisco prolixe omnia polliceretur. Nec promissum fefellit. Et Bungensis Rex, vt facta pondus

Rex Bungi domicilium Societati Iesu destinat.

adderent verbis, protinus, quod fratri suadebat, ipsemet in suo regno facere instituit, neophytos fouens, & certum Francisci sociis Bungum venturis domicilium destinans. Cæterum, quo minus religionem, quam tantopere probaret foueretque, ipsemet amplecteretur, amittendi per seditionem Regni metus obstabat. Quocirca Franciscus eum ad Christi cultũ pellicere frustra conatus, postq̃ in irritam spem tempus teri sensit, remque nondum maturam esse vidit; alio consilia vertit, curasque. Porro sub Xauerii digressum Rex, obortis lacrymis, Lusitanos, qui eum comitabantur, intuens, Ego vero, inquit, talem vobis comitem ac socium inuideo, quo ipse orbatus lacrymas tenere non possum: præsertim cum vetear, ne hoc vltimum sim eum visurus. Tum Xauerius, gratiis Regi impense actis de beneuolentiæ erga se indicijs, ait, se vero, si vita suppeteret, breui, Deo approbante, ad eum vtique rediturum, quod promissum manantes Regi lacrymas abstersit. Subinde Franciscus sermonem de Christiana religione ingressus, reuocat illi in memoriam, quæ maxime salubria censebat esse, enixe monens, vt memor se mortalem, secum animo reputaret quam multa piacula (nisi ea viuus expiasset) eius mortem essent consecutura. Sic autem in animum induceret suum, quicunque alieni à Christi fide extremum diem obierint, eos haud dubie æternas apud inferos sustinere pœnas: qui vero Christianam religionem animo factisque seruarint, Christi beneficio ac munere beatos in cœlo perfrui æuo sempiterno. Hæc Francisci verba adeo Regis perculere pectus, vt bis inter audiendum integrato fletu vim profunderet lacrymarum. Xauerius igitur, Rege valere iusso, tandem ab eo diuellitur. Subinde catechumenos maturi reditus aut certe Vicarij spe solatus, excedit vrbe, plenus spei fiduciæque. Quippe Regem ac bonam populi partẽ procliues ad Christi fidem relinquebat. Magna vtiq; eum tenebat spes, tali Regis gratiam illis locis Christianæ rei præsidio futuram. nec fefellit. Ex quo Bungi Rex in Lusitanorum amicitiam venit, Christianæque religionis tutelam suscepit, vno semper tenore fidem & officium coluit. Francisci socijs eo destinari cõmodam in suo regno attribuit sedem, & ad Regum finitimorum familiaritatem gratiamque commendatis literis aditum aperuit. Ad hæc Euangelij propagationem, ac Francisci socios, in maxima temporum varietate fouit, ingenti Iaponiæ bono suoque. Quippe Christiana res, Ethnico Rege fauente, magnis deinceps auctibus creuit. Ipse autem, Christi benignitate qualecunq; meritum suo tempore remunerante, non modo quatuor alia regna paterno adiecit, verum etiam trigesimo ferme post Xauerii obitum anno repente factus est Christianus. Nec nihil ea res ad Francisci demortui meritum decusque pertinet. Rex cum rite baptizaretur, siue suæ erga Franciscum venerationis memor, siue etiam illi, secundum Deum, tantum Baptismi beneficium debere se testatus, Francisci potissimum nomen assumpsit. Sapientissimi Regis exemplum auctoritatemq; plerique Procerum, non nulli etiam Dynastarum secuti, quibus ille non minus pietate, quam dignitate præstitit. Huius Legatum ad Gregorium XIII. Pont. Max. Deus nostræ ætati nuper dedit, vt videremus. Cum iuuenes Regiæ à tribus Iaponiæ partim Regibus, partim Dynastis Christianis, Romam destinati, Pontificem Romanum, religionum Antistitem, gentiumq; omnium parentem, rite agnouerunt: eorumque aduentum ex alio orbe terrarum, reditumq; in patriam, non modo Roma ipsa, sed etiam Italia atque Hispania summis celebrarunt studiis. Quippe illi, quacunque transibat, summis iuxta infimisque, vt inauditum post hominum memoriam, sic iucundissimum præbebant spectaculum: ingentique concursu, admiratione, fauore hominum passim excipiebantur, cum plausibus, clamoribus, cæterisque effusæ lætitiæ argumentis, vt cum ille Xauerij, qui primus Iaponiam Euangelio imbuit, memoria triumphasse videatur. Cæterum illa tempestate vna Xauerium sollicitabat angebatq; cura, quod apud nobilitatem Iaponicam (cuius nomen in vtramque partem apud plebem plurimum valeret) nihil admodum profecisset, nullo Procerum nobiliumque salubria consilia animis accipiente. Aduersabatur negocio primum Sinarum, à quibus Iapones religionem petitam habebant, auctoritas, ad quam conuicti Bonzij Bungensis iuxta & Amangucianі confugiebant, illud vulgo iactantes, Si vera esset Christiana religio, cur eam non probassent Sinæ? Deinde Regis Bungensis obstabat exemplum, qui prudentiæ & eruditionis fama clarissimus, Christiana sacra & instituta quia non suscipiebat, ipse suo indicio damnare videbatur. Franciscus itaque cum videret, nisi expugnata Sinarum superstitione, Iaponum animos capi non posse; decreuit ipsam inuadere arcem, satis fidens, Sinis in Christi castra compulsis, eorum auctoritatem Iapones haud ægre secuturos.

Bungensis Regis studium iucundæ propagandæque religionis Christianæ. Bungi Rex, cum baptizaretur, Franciscum se appellari voluit.

Cur Sinas adire decreuerit.

Sinarum descriptio ac mores.

SINARVM sides à Iaponia, qua breuissimus traiectus est, non amplius CC. passuum millibus distant. Regnum in continenti longe amplissimum pacatissimumque est totius Orientis. Non alia regio pluribus, maioribus, opulentioribus frequentatur vrbibus oppidisque. Nec ea populorum modo, omniumque rerum vbertate atq; copia, sed etiam ingenijs liberalibusq; studijs abundat. Vnius imperio paret vniuersa, omnibus Regis nutum intuentibus. Constat quippe, nulli vnquam Regi toto orbe terrarum, neque populos, neque Magistratus, magis dicto audiẽtes esse. Regem porro ipsum, moderationis potius quam potestatis memorem, non ad libidinem atq; arbitrium suũ, sed de Senatus sententia & ex patrijs Legibus omnia administrare. Rempublicam magis quam Regnum esse credas, adeo consilium & ius dominantur. Gens porro ipsa similiter quidem vt Iaponica alba est, & ingeniosa; cæterum nõ similiter dedita studio armorum. Bonzij autem Deorum Antistites, senescente sanctitatis eorum opinione, iam nullo apud Sinas erant honore ac pretio. Non alia ferme natio ad Christi religionem aptior, nisi luxus & ... dæmonis dolus obstaret. Nam Satanæ suis rebus timentis opera omnis, quasi sub signo & claustris, tenetur regio, Euangelij præconibus prorsus exclusis. Antiquissimus quippe Sinarum Legibus peregrini omnes, præter legatos, aditu prohibentur. Si quis iniussu Regis accesserit, capitale est. His rebus compertis, Xauerius rationem inire cœpit insinuandi se in Sinas. Cogitanti illud occurrit, vt Indiam reuersus, cum Prorege Goanoq; Episcopo ageret de Legatione ad Sinarum Regem destinanda: ipse Legati comes, patefacto introitu, Euangelium Sinis inferret. Atque hoc ipsum, quod tot populi ac prouinciæ vnius regerentur imperio, propagandæ facilius religionis pignus à Deo habere videbatur. Proinde non desperabat fore, vt (quod olim Romano imperio euenisset) ab ipso Rege & capite orsa religione in omnes Sinarum gentes, ac velut Regni membra, manaret. Biennium totum iam in Iaponia versatus erat: præcipuisque in Regnis non solum Christo greges, sed etiam sedes Societati quæsierat; cum cœpit de reuersione in Indiam cogitare. Præter eam, quam diximus, Legationis mittendæ causam, suorum quoque respectus & cura domum illum aliquando reuocabat: non tam quod locorum longinquitate ac suorum desiderio cõmoueretur, quam quod committendum non putaret, vt Ethnicos ad Christum aggregans, commissum sibi à Christo & ab Ignatio desereret gregem. Etsi enim absens per literas, quæcunque à Socijs gererentur, identidem cognoscebat; tamen subibat animum illa cogitatio, frontem (vt dicitur) esse occipitio priorem, ac sedulos pastores suis magis oculis, quam alienis, greges suos lustrare oportere. Itaque statuit Indicos Socios, quibus præerat, longo interuallo reuisere, ac, delectu habito, L

Sinarum regio clausa Euangelio.

Cura Sociorum.

habito, ex his aliquot ſubmittere in Iaponiam: ipſe autem, rebus compoſitis, & legatione inſtructa, pariter cum Legato in Sinas penetrare.

II. Lvsitanæ ergo nauis Sinas petentis occaſione inuitatus, ſimul cum Bungenſi Regis Legato, qui Protegi Indiæ ferebat dona, conſcendit, Nouembri menſe, anno huius ſeculi LI. Ex Iaponia Matthæum & Bernardum Iaponas, ab ſe baptizatos, ſecum deduxit, ſimul ſpecimen gentis Iaponicæ, ſimul idoneos maieſtatis Christianæ ſpectatores Romam deinde miſſurus. Nimirum vt Romanæ in primis Eccleſiæ ornamentis opibuſque exploratis, domum reuecti conciliarent nomini Christiano apud Iapones dignitatem, commemorando alijs quæ ipſi oculis ſubiecissent. Proſpero inde curſu vectos Luſitanos ſane varia & miraculis inſignis nauigatio excepit. Septimo quam ſoluerant die, ſubito atrox tempeſtas coorta nauim in ignota nautis maria vi æſtus abripuit; cæciſque in fluctibus errantem, cum præſenti periculo naufragij, tranſuerſam egit. quippe adeo ſpiſſo cœlo intendere ſe nubes, vt penitus conderent Solem, ita vix vſquam intermittente luce, perpetua pene nox quinque totos tenuit dies. Quo tempore Franciſci ſedulitas, non modo ſanctitas, enituit. Ille non verbis magis quam exemplis adiuuanda nautarum miniſteria cæteros incitare, ille nocturnis iuxta & diurnis laboribus nemini cedere: ille ægros animi ſolari, & ſpe ſalutis excitare torpentes. Ducem illum ac nauarchum diceres. Porro ſæuiente vento, & maiores voluente iam fluctus, gubernatore, quod euenit, repentina procellæ vis ſcapham auferret, validis eam rudentibus ad onerariam religari iuſſit. Nauantes operam ſcaphæ (erant facile XV. præter Saracenos duos) nox oppreſſit. Nec ita multo poſt, abruptis retinaculis, ſcapham violenta tempeſtas abſtulit tanto impetu, vt momento pene temporis omnium conſpectum effugeret. Nauarchus igitur illorum miſeratus vicem, actumq; de oneraria omniumque ſalute ratus, niſi ſcapha reciperetur, curſum dirigit eo, quo illam ferri ſenſerat. Cæterum, exaſperato fluctibus mari, nauis obuallata vndis ingenti procella iactatur, ac pene demergitur. Ad nautarum vectorumque clamorem B. Mariam inuocantium excitus Xauerius, ex Nauarchi cubiculo, vbi tum Deo ſupplicabat, accurrit. Erant vectores nautæque alij ſuper alios ſtrati, oneraria pene obruta ad vltimum periculi venerat. Ergo ille, non tam ſua quam ſociorum vice ſolicitus, exclamat: O Ieſu Chriſte, Deus cordis mei, obſecro te per quinque illa vulnera, quæ tibi in cruce noſtri amor inflixit, Famulis tuis ſubuenias, quos precioſo ſanguine redemiſti. Mirum dictu: repente fluctibus exſuperatis nauigium emerſit, cunctis diuinum auxilium agnoſcentibus. Proprio periculo diſcuſſo, ad alienum diſcrimen curæ omnium verſæ. Vt quiſque cognatos aut neceſſarios in ſcapha habebat, certatim eorum caſum deplorare cœperunt. Inde, cum aliquandiu in deſiderio ſuorum hæſiſſent, in ipſos miſeratio vertit. Quippe in eo mari iactabantur, vt cum ſcapha etiam ſpes ſalutis amitteretur. Xauerius ergo vniuerſos collacrymantes ac ſolicitudine pene exangues intuens, bonum habere cor animū iubet; ac prædicit fore, vt ante triduum filia remearet ad matrem. His verbis per ambages ſignificabat, ſcapham ad onerariam redituram. Haud credita vulgo res, non tamen eos ſpes omnino deſeruit. Poſtero die prima luce Franciſcus læto vultu prodit in medium: & Nauarchum comiter ſalutatum rogat, vt iubeat aliquem, malo conſcenſo, ſpeculari, num ſcapha compareat. Ad hæc ſenior quidam & experiens nauta (Petro erat nomen) reſpondit illudens, tū demum receptum iri ſcapham amiſſam, cum amitteretur altera. Cui Franciſcus: An vero cenſes, Petre, quidquam Deo eſſe difficile? atqui ego non diffido, Dei benignitate, & Deiparæ Malacenſis, cui tria ſacrificia voui, præſidio ſcapham cum miſeris illis incolumem propediem adfuturam. Subinde vbi renunciatum eſt ex malo eam non conſpici, in cubiculum ſe ſupplicabundus abdidit; ibiq; lacrymans bonam diei partem extraxit precibus. Exin procedit in publicum, læta nuntians; ipſos propediem ſcapham reducem eſſe viſuros. Protinus Nauarchum rogitat, vela demittat, ſcapham oppetiatur, haud dubius omnes qui eſſent in ea, ac præcipue par illud Saracenorum, Dei Deiparæq; ope ſaluos fore. Abnuere Nauarchus, reclamare cæteri. ſimul quod fruſtra iam expectaretur ſcapha, ſimul quod ſine manifeſto periculo onerariæ expectari nequiret. oberrabat quippe oculis imago recentis periculi. Cęterum nauarchus tandem Franciſci precibus fatigatus, doloribus, quibus tum ſolis vtebatur, ſubmitti paulisper iubet. Intermiſſo temporis ſpatio, cum nihilo magis, quam ante, ſcapha conſpiceretur, & iam periclitari ipſa videretur nauis, ſæuiente adhuc mari, tolli propere vela imperat. Inſtare Xauerius, rogitare nauticos, vt adhuc paululum præſtolentur, liquido affirmans, ſcapham, nullo periculo onerariæ, paulo poſt affore. Cumque nautæ deſperata re, ac ſtimulante metu, nihilominus vela ſuſtollerent, accurrit Pater manuque antennæ iniecta, inhibitos per Chriſti mortem ac vulnera obſecrare inſtitit, ne pigeret etiamnum morari parumper. Morem gerunt illi, ipſe ſe ad numen orandum dat. Inter hæc eius rogatu Antonius Dias faſtigium aſcenderat mali. Is longe lateque ſpeculatus, nihil diſpicere ſe renunciat. demum rogat Xauerium, vt ſibi bona cum eius venia liceat deſcendere. Ille contra rogare, vt parumper adhuc moraretur. Et ſimul ipſe, ſublatis in cęlum manibus, Deū enixe precatus, nauarchum cæteroſque bono eſſe animo iubet. Interea nauis expectatus, quam Franciſco periculū præſtante, ingentib. agitata fluctib. impune fluitabat in ſalo. Iamq; per tres ferme horas dilata omnium expectatione, pro deſperata res erat; cum repente Dias ſcapham apparere atq; aduentare proclamat. Tum vero læti omnes pro ſe quiſq; Deo Franciſcoque gratulari cœperunt. Vt ſcapha in conſpectu omniū fuit, confeſtim ad eam excipiendam nauis in obliquum ſtatuitur. Et illa, Deo ſcil. ducente, recte ad onerarium tēdit. Aduentanti alacres nautæ funem, de more, eminus inijcere parabant, cum Xauerius, Nihil fune opus eſt, inquit: ipſa per ſe, ſua ſponte, accedet ad onerariæ latus. Idq; omnibus miraculo attonitis, ita euenit: atque ita apte ſe applicuit, vt miſeri illi commode exciperentur. Quin etiam in medijs fluctibus, retinente nemine, tamdiu ſtetit, quoad religaretur ad nauim, vt ſatis appareret, eiuſdem, cuius adducta foret precibus eam retineri. Mira deinde res, ac pene fidem excedens traditur. Fernandus Mendes Pintus, Luſitanus honeſtus & grauis, comes Franciſci peregrinationis ex Iaponia in Sinas, & periculi ſocius fuit. Is cæteris, quæ expoſuimus, enarratis auctor eſt, reduces illos in onerariam receptos, cum vellet nauta ſcapham inanem iam ac religatam ſubmouere, inhibuiſſe clamantes, vt manum prius Xauerio porrigeret, qui adhuc in ſcapha reſideret. reſpondenti nautæ Xauerium in naui eſſe, ac fuiſſe ante ipſorum reditum, certatim illos affirmaſſe, nimirum quamdiu ipſos in ſcapha tempeſtas agitaſſet infeſto vagantes mari; Franciſcum adfuiſſe; cunctoſq; ſolantem, & ad ſpem ſalutis excitantem, ſcaphæ curſum ad onerariam direxiſſe. Tum demum intellectum eſt, Franciſci pro illorum ſalute ſupplicantis ſpeciem eis præſto fuiſſe (quod & de S. Nicolao Myrenſi Epiſcopo memoriæ proditum eſt) vt appareret cuius ope à præſenti exitio ſeruati forent. Res omnium vectorū nautarumque ſermonibus celebratur. At Xauerius diuinum id opus non ſuum eſſe prædicans, gubernatori nauis denunciat, vt vela impigre expediat, haud ita multo poſt, ſedata tempeſtate, ſecundis ventis vſurus. Nec prædictio incaſſum cecidit. Vix nautæ vela aptauerant, cum repente venti vis ac procella cecidit: mox tranquillitas ſecuta eſt, ſecundaque aura prouehi nauis cœpit. Et ſcaphæ ſalus valuit in primis ad Saracenorum, qui cum illa periclitati pariter fuerant, ſalutem. Quippe tam euidenti miraculo moris ſuperuenit Xauerius. Ab eo haud ægre ad Chriſti fidem pellecti, & poſt inſtitutionem baptiſmo expiati, vt eidem, ſecundum Deum, & corporum & animorum ſalutem deberent. Nauis porro, ſecunda tempeſtate vſa, Cinceum Sinarum portum tenuit, quem petebat.

Anno 1551.

Franciſcus periclitanti onerariæ operam nauat.

Nauim pene obrutam periculo eripit.

Vaticinatio de ſcapha ad onerariam reditura.

Scapha ſua ſponte ad onerariam ſe applicat.

Franciſcus cum eſſet in naui etiam in ſcapha eodem tempore verſari viſus.

Prædicit tranquillitatem maris.

III. Ibi Franciſcus in terram egreſſus peropportune Iacobum Pereriam, amiciſſimum ſuum, virum nobilitate ac diuitijs clarum, offendit, propediem Indiam verſus vela facturum. Salute accepta redditaq; cum ingentibus beneuolentiæ ſignis atq; lætitiæ, Franciſcus de ratione ad Sinarum Regem penetrandi cum eo conſulens, ſuum conſilium

expromit. Et ille, vt erat homo prudens, tal umque rerum peritus, opt[illegible] fa&u ce[illegible] fui[illegible] e insuper munera ab Indiæ Protege ad Sinarū Regem expetiua[illegible]. Extemplo auxilium cont[illegible] ad[illegible], & [illegible] (adeo animum eius amor pariter Xauerij & religioque stimulabant) suam ipse operam, nauim, fortunas offert Xauerio, non speciosa oratione magis quam propensa voluntate. Et dicto facta munificentiora adiecit. Sub[illegible] hominem cum eo Goam destinat, triginta aureorum millibus in eam rem assignatis. Franciscus, g[illegible] præmium Pereriæ & à Deo precatur, & ei promittit ab Rege. Igitur Machaum, emporium Sinarum [illegible] delatus est. ibi cum puellam offendisset, cuius pudorem inopia prodebat, pecuniam corrogare cœpit, vt dotem conficeret. Venit igitur ad Petrum Vellium, veterem familiarem, eundemq; institorem [illegible]. Offendit hominem latrunculis ludentem domi alienæ. Re breuiter exposita, aurum ab eo mutuum petit, centuplicato fœnore reddendum in cœlo. Ille, intempestiuo Xauerij interuentu nonnihil offensus, negare illud esse tempus accipiendi quod peteret; se domo sua abesse, vbi aurum haberet. Instare contra Franciscus, mortali semper esse tempus recte faciendi. Itaque ille, hac voce motus, clauem illi (vt erat domesticarum eius rerum satis gnarus) arcæ nummariæ tradit, auferre iubens quantum vellet. Xauerius, tr[illegible] nummis aureis ex arca depromptis, [illegible] clauem, quantum auri abstulisset renuncians. Tum ille, Errasti, inquit, Pater, tuusque pudor mihi [illegible], vtque multo minus sumpsisti quam volebam. Namq; arcæ clauem tradens, dimidiam auri partem tradebam tibi. Inerant nummorum aureorum XXX. millia: hanc summam inter nos ex æquo diuisam oportuit, at tu quotam inde particulam tibi sumpsisti. Sensit Franciscus Vellium sincere & ex animo locutum, eaque verba non conte[illegible] magis quam veritatis. Itaque admirans, Macte vir liberalitate esto: Velli, inquit, grata & accepta Deo est egregia voluntas tua, haud dubie testata factis. Proinde [illegible] ego tibi verbis pollicear, [illegible] Deum [illegible] datum esse, vt supremum vitæ diem ipso prænunciante cognoscas. Nec Franciscum Deus, nec Vellium Franciscus fefellit. Vellius quippe ex eo alius vir extitit: adeo se benignitati addixit pietatique. Post aliquot annos [illegible] instante de cella præmonitus, colligere sarcinulas cœpit. Igitur compositis rebus domesticis, reque [illegible] magna ex parte in pauperes diuisa, adhuc valens vigensque ad vltimum illud d[illegible] se. Adest [illegible] premus vitæ dies, cum ille ad sacram profectus ædem, Parochū perpulit, vt pro Petro Vellio piaculare sacrum (quod à defunctis nomen habet) solenni ritu faceret: cui ipse interfuit, se iam numerans in mortuis. Inde singulos amicos conuenit, eosque valere iubet, peregre abiturus. Sciscitantibus quo tandem iter intenderet, respondit, In cœlum. At illi iocari hominem cæteroquin facetum ac lepidum rebantur. Cæterum postea quam [illegible] asseueratione in [illegible]lum ne perseuerabat, ægritudinem animi & insaniam interpretabantur: vtque fama ad eos pertulit, Petrum Vellium, animo solennibus mysterijs rite procurato, tecto inclusum, præstolari mortis aduentum. Ergo domum eius frequentes coeunt, pro se quisque enim à tristi illa cogitatione abducere conantur. At ille, vultu gaudium præferens, satis ostendit, nullam sub[illegible] animi ægritudinem; & simul Xauerij prædictionem, eiusque euentum, amicis lætabundus exponit. Ad vltimum de tota re edoctos rogat, vt Petri Vellij mox obituri funus, eodem ipso die prosequantur. Atque ita prorsus euenit. Affecta iam [illegible] hominem repentina mors abstulit: eodemque die funere elatum amici ad templum prosecuti sunt, qua Vellij [illegible], qua Xauerij prædictione, attoniti stupentesque. Franciscus interim Pereiræ nauim conscensurus, repente conuersus ad comites, qui frequentes aderant: Deprecemur, inquit, Dominum pro vrbe Malaca, quæ ab hostibus obsessa valde premitur. Quod si quis subsidium ferre laboranti potest, maturet: ne perditis rebus serum veniat auxilium. Ea denunciatio commouit omnes, vel Malacensium periculo, vel miraculo vaticinationis. Quippe aberat ab eo loco Malaca leucas circiter nongentas. Itaque omnes pariter, Francisco auctore, dant sese in preces. Neque irrita supplicatio fuit. Dum nautæ se ad reliquum instruunt iter; Iacobus Pereria, Xauerij, quem probe norat, denunciatione permotus, arma ac milites subsidium obsessorum comparabat. quem ille Malacensis periculi metu sollicitum intuens, Mitte, inquit, Iacobe, timorem, apparatumque bellicum, & nobiscum vrbi Deo gratulare. Iam enim Malacam diuina benignitas obsidione liberauit: vt satis appareret, suas nuper preces Malacensibus saluti fuisse. Inde, cum in Pereiræ naui è Sinarum soluisset portu, quadragesimo quam ex Iaponia soluerant die ad fretum Sincapurani portum CXX. millia passuum à Malaca, nauim appulere: ibique paucos admodum dies substiterunt. Hinc Xauerius ne qua forte res Malacæ sibi iter moraretur, datis ad Malacenses Socios literis, eos de suo reditu facit certiores, monens, vt quamprimum res sibi necessarias ad profectionem Indicam compararent, ne qua festinationi suæ obijciatur mora. Bona iam pars idoneæ ad Indicum iter tempestatis abierat, cum à Sincapurano freto Malacam peruexere, Indiam petituri. Quocirca Pereria sollicito suspensoque animo erat, veritus, ne nulla iam foret reliqua Malacæ nauis, quæ Franciscum transportaret in Indiam. Tum Xauerius, Desine, inquit, Iacobe, vereri, atque istam omitte curam. Antonius enim Pereria, naui ad profectionem parata, nos iamdudum opperitur. Præsentiationem breui res ipsa comprobauit. Malacam vt ventum est, Antonium inueniunt, tertium iam diem Xauerij aduentum instructa atq; expedito nauigio præstolantem. Et simul comperiunt Malacam [illegible] barbara gente ac finitima, obsessam esse ac iter, ac paulo post exemptam obsidione periculoque, omnia pridem [illegible] temporibus, quibus Franciscus prænuntiarat. Vt primum Xauerium ex Iaponia Malacam reuertisse fama vulgauit, extemplo magna ad eum concursu omnium ordinum facti sunt, reuersum incolumi atemque gratulantium. Quippe fuerat is omnium animis in Iaponiam soluens, tam longinquæ periculosæq; nauigationi commiserat se: simul autem illum in Iaponia saluum atq; incolumem peruenisse Malacenses nunciat[illegible], vt[illegible] Malacensis ciuitas, supplicatione ad Societatis Iesu templum indicta, & immortali Deo publice gratulatione facta, satis ostenderat & quam vnice diligeret Xauerium, & quam bene de Iaponica eius expeditione speraret. Quocirca eius reditu, cum lætis de Iaponum conuersione nuntijs, multiplex vniuersæ ciuitati attulit gaudium.

Iacobi Pereriæ eximia munificentia.

Petri Vellij egregia liberalitas.

Vaticinatio egregia.

Sincapuranus portus.

Vaticinatio.

Malacæ ingenti omnium gaudio & gratulatione excipitur.

IV. Franciscvs Malacæ in gratiam Sociorum Malacensium paucos dies moratus in nauim iamdudum paratam conscendit, & secundo cursu appellit Cocinum. ibi pari omnium lætitia & gratulatione excipitur. Cocinum Franciscus teneuerat, cum iam naues Goam petentes essent vela facturæ: mox igitur expeditū nactus nauigium, summa celeritate aduolat Goam. Vt primum in terram egressus est, ex consuetudine ad valetudinarium, post quam ad Societatis domicilium, contulit. Inde ægros blande solatus, domum aliquando venit, summe à Socijs expectatus. Ibi post mutuas salutationes amplexusq; fraterni amoris indices, ne humanior in alienos quam in domesticos foret [illegible] rogitat, ecquis æger iaceat domi. Respondetur vnum esse omnino. E vestigio Xauerius, priusquam se in cubiculum reciperet, hominem adit. Is tum, vigente vi mali, proximus erat morti. & desperata à medicis corporis salute, diem noctemque custodiebatur à Socijs animæ saluti consulentibus. Iam quæ omnia erant ad sepulturam ac funus parata: qui tamen æger ipse, etsi iam pene animam ageret, vitæ retinebat spem, interruptis ac moribundis vocibus dictitans, si Xauerij aduentus (in dies expectabatur) suum præuertisset obitum, eius vtique meritis ac deprecatione perditam valetudinem se recepturum. Nec ægroti spem Franciscus fefellit: moribundum salutat, Euangelium recitat, interitu eximit. Quippe ille confestim relictus morbo, paulo post prorsus conualuit: diuinitus & ægrum Xauerij aduentum expectasse, & Xauerium iter accelerasse, quemque ad illum accessisse credere. Incredibiles inde fuerunt non domesticorū solū, sed primariorū quoq; ciuium, Iaponicas res cognoscere expetentiū, gratulationes. Ibi Xauerius, [illegible]

Semel Goā veniens ægros inuisit.

Socium moribundum sanat.

abse[illegible],

absente, rem Christianam pariterSocietatemq; reperit ingenti auctam incremento. Nam Goæ Lusitani cum Fratrum Franciscanorum & Dominicanorum egregia industria, tum Sociorum opera exculti, cultis vitiorum fibris, in summa rerum omnium licentia honeste pieque viuebant. Viri quippe bellicosi ac pugnaces non modo sine simultatibus, rixis, iniurijsq;, sed etiam sine concessis vulgo voluptatum illecebris vitam degebant; vt portenti simile esset, eorum quempiam habere pellicem. Adeo cœlestium mysteriorum vis militarem coercebat licentiam. Sæpius namq; in anno, & quoties in expeditionem mittendi forent, Confessionis & Eucharistiæ sacramentis se armabant diceres religiosos magis viros quam milites. Paulus item Francisci Vicarius Nosocomio pauperibus curandis Goæ instituto, ad id sustentandum ipsemet per vrbem eleemosynas corrogabat, haud sine minore incitamento piorum, quã egentium commodo. Antonius quoq; Gomes Prætoris & Episcopi missu in Malauariam profectus, Tanoridis Regem nuper à Vincentio Franciscano conuersum, clamq; baptizatum, imbuerat Christianis mysterijs præceptisque. Inde eundem sermones hominum verentem perpulerat tandem, vt religionem metu duceret potiorem; seq; Christianum palam professus Goam contenderet. Vbi omni honore apparatuq; ab Episcopo ac Prorege exceptus, multis Dynastis ac Regibus exemplo fuerat experiundæ Christianæ religionis, popularibus autem suis etiam suscipiendæ. Neque interim Socij a Xauerio in varia loca dimissi non strenue pro se quisq; Domini vineam coluerunt. In Comorino quidem promontorio; quod Antonij Criminalis laboribus excultum, sanguine rigatum diximus, lætissima animorum extabat seges. Quippe ad CCCC. millia Christianorum capitum censebantur: vt dubium sit, vitane illi' an mors Christianam rem magis auxerit. Armuziæ vero, quam vrbem pulcherrimam opulentissimamq; in angustiis ac faucibus sinus Persici sitam esse docuimus, Gaspar Berzeus Belga egregie rem gesserat. In ea ciuitate, propter Ethnicorum, Saracenorum, Iudæorumque colluuionem, Christiani palam cupiditates suas soluerant, iam degeneres, & patrij ritus prorsus ignari. Gaspar igitur Francisci missu institutoque corruptos ac deprauatos eorum mores breui correxit emendauitq; haud indignus illo magistro discipulus. Egregia ei' facta ab alijs prodita sunt: quorum ego vnũ duntaxat hoc loco commemorare non grauabor, vt ex vno facto de cæteris fiat coniectura. Fanum est Armusiæ amplissimum ac celeberrimum Mahometi sacrum. hic summa cæremonia ac religione Mahometes ab Saracenis colebatur. Gaspar ferre non poterat, debitum Christo cultum nefario desertori Christianæ Religionis adhiberi. Itaq; diuino zelo incensus facinus edidit memorabile. Canentium agmen puerorum ingentibus armatum crucibus ducens, luce palam fanum aggreditur: ipse cum cruce in mediam vociferantium Saracenorum turbam irrumpit primus: & inspectantibus attonitisque miraculo barbaris, sex in eo templo per otium defigit cruces: sentires fanaticorum hominum furorem diuina virtute compressum teneri, ne quid ei nocerent, cui præclari facinoris Deus auctor fuisset. Idem planius rei exitu declaratum est. Quippe inuictæ crucis aspectus importunos illo vociferatores Saracenosq; vniuersos adeo fregit terruitq;, vt lymphatis similes, deserto in perpetuum Mahometis fano, item vt dæmones solent, obiectu crucis repente diffugerent. Habitauit primo Gaspar Francisci instituto in hospitali domo. deinde Armuziana ciuitas, eius ac Sociorum virtute perspecta, certum Societati domicilium ac templum extruxit. Quod vtrumque postea Societas certis de causis relinquendum rata, Dominicanis in Christi vinea magna cum laude fructuq; desudantibus, pro sua erga sanctissimam illam familiam obseruantia, concessit vltro. Nihilo segnius in oppido S. Thomæ Cyprianus versatus est. Is cum venisset, concionibus atq; exemplis adeo permouit oppidanos, vt Sedem Societati perpetuam suapte sponte traderent. Multa inibi, eaq; præclara, Cyprianus diuinitus fecit, sed illud egregium. Nauicularius quidam Christianam mulierem viro per vim ereptam imponebat in nauim, non inscio Nauarcho. Cyprianus, re cognita, cum tantum flagitium nulla ratione impedire quiuisset, pro suggestu vaticinans ita pronunciat. Coniugem à viro certi homines abduxerunt: sed haud ita multo post meritas Deo hominibusq; luent pœnas. Quippe nauis, qua mulier auehitur, deperibit: & luscus fiet cæcus, & balbus mutus. Omnia prorsus, vti pronunciauit, euenerunt. Nauis n. illa paucis diebus interijt. Nauarchus furore incitatus, nauiculario, qui luscus erat, alterum effodit oculum: ipse, ob insanam in naufragio vociferationem, ex elingui factus est mutus. Nicolaus quoq; Lancellottus Colani, Balthasar Gagus Bazaini, Malacæ Franciscus Peres, Ioannes Beira in Moluco & Maurica, cæteriq; Francisci socij alius alibi in neophytis alendis, Ethnicisque Christo pariendis, Christo ipso bene iuuante, haud sane inutiliter elaborarunt. Vitæ autem sanctimoniam in tanta humanorum subsidiorum inopia, rerumque difficultate, mire coluerunt omnes. Itaque domicilia Societati facile compararunt, stabilieruntue. Sub id tempus Tanæ (quod oppidum abest à Bazaino millia passuum xvii.) per Gasparem Consaluum Societati sedes quæsita est. vbi oppidani à Patribus ad Christianam pietatem eruditi, omnes fere & boni coloni euadunt, & boni viri: magna autem puerorum manus, pro cuiusque ingenio ac propensione, partim in literis, partim in varijs opificijs exercentur; vt ex eadem disciplina simul cum honestæ vitæ ratione viuendi accipiant facultatem. Huc ad Patres, ab extremis Indiæ finibus, Indus religionis causa venit, affecta iam ætate, & grandi macie torridus, eiusmodi habitu ac specie, vt vnus ex antiquis illis Anachoretis videretur. Is Christianis præceptis breuiter eruditus, cum puerum Iesum lactantem in gremio matris depictum conspexisset in tabula; extemplo diuinum puerum venerabundus amplexari cœpit; & protinus, quasi alter Simeon, in Christi complexu de vitæ exitu admonitus, vrgere Patres, instare vehementius, vt, nulla interposita mora, fieret Christianus: imminere sibi mortem, adesse supremum diem. Ergo quamprimum baptizatus, postridie prima luce moriens, cum iam Dei salutare suscepisset, est dimissus in pace. Xauerius itaque de rebus quæ vbique gererentur, deque difficultatibus suorum certior factus, pro cuiusque loci conditione ac necessitate non subsidia tantum Socijs submittebat, verumetiam præcepta: quæ nos, ne historiæ series interrumpatur, hic prætermittenda duximus, suo deinde loco expposituri. Interim cum cæteri omnes, lætis de Iaponia nuncijs alacres, præcipua lætitia laudeque Iaponicas res vulgo ferrent; vnus qui gesserat, inexplebili animorum diuinæque gloriæ cupiditate flagrans, paruum quiddam præijs, quæ spe atque animo concepisset, imbutam Euangelio Iaponiam ducebat. Iamdudum Sinas, frequentissimasque illas oppidis atque incolis regiones ipsamque amplissimi orbis terrarum Regni spectabat Regiam, velut consummatum suæ peregrinationis munus, salutemque Orientis.

Francisc. anorum & Dominicanorum industria.

Tanoridis Rex baptizatus.

In Comorino Promontorio ad CCCC. millia Christianorum censentur.

Armuzia.

P. Gasparis Belgæ facinus memorabile.

Crucis vis.

Dominicanorum laus.

Cypriani virtus egregia.

Indus quasi alter Simeon, à Christi complexu mortem obit.

V. VIX DVM Goam peruenerat, (adeo de Sinis imminens illi cura erat) cum profectionem suam summo studio parare instituit; quicquid temporis intercederet, id morari Sinarum salutem ratus. Confestim igitur cum Alfonso Noronia, Indiæ Prorege, & Ioanne Alboquercio Goano Episcopo, de Legato ad Sinas mittendo transigit. Decretus est Iacobus Pereria, ob pietatem egregiam, summamque familiaritatem, à Francisco omnibus votis expetitus. Qui haudquaquam eius fefellit spem: quippe pro suo probandæ religionis studio ita rem suscepit, vt in legationis instrumentum, ac donorum apparatum, maximam fortunarum suarum consumeret partem. In eo negotio conficiendo, eximia Xauerij celeritas extitit. Namque vnius mensis spatio non tantum legationem, diplomata, literas, munera à Prorege & Episcopo expressit, sed quæcunq; ad tam difficilem expeditionem opus erant, comparauit. Quam ad rem plurimum momenti habuit. Alfonsi Proregis, viri pij, & Francisci amicissimi, sedula liberalitas. Quippe & Legatum ei ad voluntatem dedit, & res omnes ad iter illud necessarias non impensius quam maturius parauit: Ad hæc, totum negocium Aluaro Tardi, Malacæ vrbis Præfecto, impense per literas commendauit. Nihilo secius Xauerius, sui officij memor, interea dum legationem & profectionem in Sinas curat, quę ad Indiam cæteraque Sociorum loca

Iacobi Pereriæ pietas & liberalitas egregia.

Gaspar Belga Francisci Vicarius.
Dium oppidum.

pertinebant, curare pergebat. Nam Gasparem Belgam, Armuxia euocatum, suum Vicarium eundemque Goani Collegij Rectorem constituit, sapientissimis saluberrimisque præceptis instructum. Eodem tempore Dium (Lusitani imperij propugnaculum est, in ostio Indi fluminis positum) Sacerdos cum suo administro missus, itemque alij alijs suis quisque monitis ad locum aptis ornati. Interim Matthæum Iaponem Goæ mors abstulerat. Igitur Bernardus Romam destinatus. Andreas quoque Fernandus in Lusitaniam ad Regem, & Romam ad Ignatium, Societatis parentem, allegatus, ea mente, vt ad Iaponicam & sc. Sinicam expeditionem Sociorum quamplurimos deduceret, & maxime idoneos.

Caput literarum Francisci ad Regem Lusitaniæ.

Xauerius porro, quid sui consilij esset in Sinarum expeditione, in ijs, quas ad Regem Lusitaniæ per id tempus dedit, literis ostendit his verbis: Tres omnino è Societate cum Iacobo Pereria Legato ad Sinas proficiscimur, eo consilio, vt Lusitanos captiuos in libertatem vindicemus; Sinarum Regem ad Lusitanorum perducamus amicitiam; dæmonibus, & eorum cultoribus, bellum inferamus. Itaq; Regi primum, deinde reliquis, cœlestis Regis nomine denunciabimus, ne diabolum posthac, sed Deum hominem conditorem, & Iesum Christum eorundem vindicem ac Saluatorem colant. Audax inceptum videri potest, barbaros populos ac præpotentem opibus Regem adire, increpandi erroris gratia, prædicandæque veritatis. Verum illud ingentes nobis addit animos, quod hanc nobis mentem haud dubie Deus iniecit: idemq; nos bonæ spei ac fiduciæ adeo impleuit, vt eius benignitate fieri, nihil de immensa eius potentia, quæ infinitis partibus Sinarum Regem superat, dubitemus. Multa præterea scribit Regi Lusitaniæ in eadem epistola, ex quibus incredibilis quædam eius animi magnitudo eminet, pari cum submissione coniuncta: simulq; ardor ac studium singulare Christianæ religionis vel cum certo capitis periculo propagandæ. Sed ea nos, quia persequi operæ non est, hoc loco prætermissa in proprium reseruamus volumen, quo ferme omnes Francisci epistolas, quæ in nostras manus peruenere, coniecimus.

Christianæ humilitatis exemplum.

Goa discessurus, vt humilitatis & obedientiæ studium Socijs iniiceret, in cœtu patrum Fratrumque, obedientiæ magister egregius, omnibus ad obsequendi studium vehementius inflammatis, quod verbis docuerat, facto egregio confirmauit: Nam cum P. Gasparem Belgam Socijs omnibus Indicis sibiq; ipsi præposuisset, eius genibus aduolutus, nouo more professus est, in eiusdem se potestate futurum: nō minus cæteris quam ipso Gaspare attonitis rei admirandæ nouitate. Igitur extēplo reliqui ex intimo animorum sensu flentes, pro se quisq; in genua procumbunt, idemq; ex ordine profitentur, nullo detrectante exemplum, quod ipse occupasset Xauerius. Inde Socios vltimum illud visurus, mutuis perfusus lacrymis amplexatur: & ex omni domesticorum sequi gestientium numero quatuor tantum delegit, non tam in Sinarum ducturus expeditionem, quam in

Anno 1552.

Iaponiam subsidio missurus. Goa discessit XVII. Maias, anni post Christum natum M. D. LII. magnum & sui & illius expeditionis desiderium relinquens. Prouectā in altum onerariam atrox via tēpestatis adorta in vltimū discrimen adduxit. Cum maxime procella sæuiret, & cunctis, ac præcipue Iacobo Pereriæ ipsi nauarcho peritissimo, imminentis

Vaticinatio triplex.

mali species ante oculos esset, Xauerius, perculsis omnibus, quamuis trepida in re, impauidus stabat. Ac Pereriam pauore torpentem intuitus, Bono animo esto, inquit, Iacobe; diuina nos prouidentia tegit: vtinam par esset fortuna nauis alterius, quæ nobiscum vna soluit è portu, cuius breui conspiciemus indicia calamitatis. At vero onerariam hanc, qua vehimur, nauale coagmentauit, nauale dissoluet. Multiplici prædictioni deinceps multiplex respondit euentus. Extemplo quidem ventus cadere, procella sedari cœpit. Subinde tabulæ, vasa, cadauera per vndas fluitantia, nauis alterius naufragium ostenderunt. Porro illa Pereriæ nauis trigesimo post anno in nauale subducta, vt dissoluta reficeretur, Xauerij vaticinationem tanto post tempore comprobauit. Cæterum Xauerius, octauo ferme quam Goa solueret die, Cocinum appulit. Ibi Socios magna & sua & illorum lætitia cum reuisisset, de Comorinensium & Colanensium Sociorum necessitatibus certior factus, literas ad Gasparem Vicarium suum propere dedit, vt eis subueniret quamprimum: & quicquid in hoc genere fecisset, ad se primo quoq; tempore perscriberet, satis gnarus celerius ac diligentius prouisurum, qui sciret eius ipsius rei protinus reddendam esse rationem. Cocini paucos moratus dies, Malacam eodem mense contendit. In medio fere cursu atrox procella vectores nautasq; in maximum adduxit metum. Præsentis periculi species omnium animos horrore perstrinxerat, cum Xauerius, cæteris suam suorumq; vicem effuse

Tempestas a Xauerio diuinitus sedatur.

se deplorantibus, hilari vultu procedit in medium: bono illos esse animo, & omittere timorem, iubet. Statim conscensa puppi, sacrarum reliquiarum thecam funiculo religatam in fluctus deijcit: & simul Deum precatus in cubiculum recipit se, operam confitentibus daturus. Mirum dictu: extemplo venti cadunt, sedatur tempestas, sereno cœlo cursus tenetur. Gratijs (vt par erat) diuino numini actis, sollicitudo, vt fit, in securitate versa est. At Franciscus gubernatorem nauis, vt apud se esset admonens, valde vereri se dixit, ne in eodem itinere alia ipsis nō minora imminērent incommoda. Atque ita prorsus accidit. bis enim nauis latentes per scopulos ac saxa decurrens, prope fecit naufragium; factura fortasse, nisi preces eiusdem, qui præuiderat, periculum auertissent. Nec domestica solum in eo cursu discrimina, sed etiam externas calamitates dissimulanter denunciauit. Aberat etiam tum longe à Malaca, ne quisquam inde per eos aduenerat dies, cum sub ijs vectores impense obsecrauit, vt Deum enixe precarentur pro Malacēsi ciuitate, quam eo ipso tempore afflictam crederet morbo. Diuinam præsagitionem fuisse ostēdit euentus. Vbi Malacam applicuerunt, vrbem graui lue populatam offendunt. Is morbus ex recentis obsidionis angustijs ortus, primū per ciuium capita vagatus est: post incolarum stragem aduenas quoq; corripuit, & in classem, quæ modo è Lusitania aduenerat, serpendo peruasit. Cæterum quanquam in illa ipsa naui, qua aduectus Xauerius erat, ad quadraginta homines eadem absumpsit lues, comitum tamen Francisci nullum Dei benignitate attigit.

XAVERIVS Malacæ à ciuibus, pro malis quibus vrgebantur, benignius quam à Præfecto vrbis exceptus est, VI.
Vt primum in ædes Societatis venit, imminentis certaminis haud ignarus, Socios etiam atq; etiam rogauit, impensis vt precibus Deo commendarent suam in Sinas expeditionem. Pertimescere enim se, ne humani generis hostis omni eam ope per suos administros impedire moliretur. Nec vanus is timor fuit. Præfectus vrbis, minime Lusitani ingenii homo, Iacobi Pereriæ, cui pridem infensus erat, obstare gloriæ cœpit. Apparebat quippe ingenti non solum emolumento, sed etiam decori futurum ei, si Proregis Legatus tenderet in Sinas. Igitur primorum ciuitatis consilio atque opera vsus, per causam obsidionis vrbi imminentis Iacobum Pereriam retinuit, quo minus obire posset Legationem. Ibi Franciscus, de sua expeditione sollicitus, cœpit Præfecti animum omnes in partes versare. Cæterum æmulatio non mentem solum excæcarat, sed etiam aures occluserat. Non illum Episcopi Goani literæ, non Proregis diplomata, non allegationes & preces amicorum quicquam mouebant. Venit ad eum Xauerius, qui modo ipsius egerat negocium cum Prorege: pecuniamq; illi mercedis nomine curarat. summa demissione orat pro amicitia, obtestatur per Christum communem Dominum, vti se cum Legato, quem Prorex Indiæ destinasset, in Sinas ire permittat: ne cursum Euangelij impediat aut moretur; ne hanc à diabolo gratiam, quam ille tantopere velit, ineat: neu tam insignem Christi sanguini ac nomini iniuriam inurat. At homo, hiante auaritia, qui Legationem illam tam spe & opinione deuorasset, non minus ingratus in homines extitit, quam impius in Deum. Quippe vecordia captus, non modo Francisci auctoritate, recentique merito, sed ne obiecta quidem religione commotus est. Et Franciscus miscens precibus minas, magnopere eum mouere instituit, denuncians, caueret, ne in Proregis Indiæ, Regis Lusitaniæ, Dei denique immortalis, incurreret offensionem iramque: vtpote qui in vno negotio simul omnium illorum auctoritatem numenq; violaret. Sed ille obstinate abnuens, contemptum omnia eludebat. Incertus igitur animi Xauerius, cum

cerneret

cerneret vesanum hominem non Regis, non Dei reuerentia metuque tangi, consilium à necessitate petiit. Nunquam ad eam diem publice se pro Apostolico Legato gesserat: verum apud obstinatum animum nihil proficiens verbis, personam ab humilitate positam paulisper sumendam, præsentemque cælestis iræ terrorem illi incutiendum, existimauit. Ergo pontificium diploma diu reconditum, tanquam e vagina gladium, educere decreuit, execrationesque & excommunicationes ostendere, quibus extemplo iugularetur, si qui suis in augenda religione conatibus obstare ausi forent. Non alias magis Francisci moderatio enituit. Quoniam tam atrox Deo potius quam sibi illata iniuria e-

Francisci moderatio insignis in iniuria.

ius mouebat animum; quando ius obtinere nequibat suum, vt æquitatem animi obtineret, laborabat. Quocirca dolorem quamuis iustum vicit, itaque, cuius mire potens erat, compressa, in tanta hominis insolentia non magis auctoritatem suam retinuit, quam modestiam ac lenitatem. Nam (qua erat in omnes homines beneuolentia) illud ipsum diploma ita protulit, vt non ad vulnerandum, sed ad minitandum prolatum vellet. Cæterum si lenitas nihil proficeret, seueritatem adhibere statuit; demumque, omnibus rebus ante tentatis, necessarium illi vulnus imponere. Nec

In excommunicatione infligenda moderatio.

moderatius quam prudentius rem exsecutus est. Vt sine turba ac tumultu res ageretur, optimum factu ratus per internuncium, Iaponum more, negotium gerere, impotentis Præfecti congressum ipse vitauit. Ioannem Soarium, Malacensem Vicarium, adit: rem ostendit: negotium vt suscipiat, precatur. Cum ille se vero id nō pro suo munere magis quam pro amicitia sedulo facturum recepisset; libellum supplicem apud eum Franciscus relinquit, indicem non minus modestiæ quam potestatis suę: quem nos libellum operæpretium duximus historiæ intexere, quo magis appareat Xauerij in tam acerba iniuria æquitas animi moderatioque. Is igitur est huiusmodi: Paulus III. Pont. Max. nostri Re-

Iaponum more per internuntium agit cum Præfecto vrbis.

gis rogatu me in Orientem ad Ethnicorum conuersionem legauit, vt, quantum in me esset, Euangelium diuulgandum, & mundi effectorem ab hominibus ad eius similitudinem conditis agnoscendum colendumq; curarem. Quod negocium vt cumulatius ac maiore cum auctoritate perageretur, idem Pontifex me Legatum Apostolicum creauit: eiusque rei testes Pontificias literas cum diplomate ad Regem Lusitaniæ misit, vt ipse, si videretur, (quoniam quidem

Xauerij libellus supplex.

eius flagitatu me huc legabat) hisce præsidiis auctoritatem instrueret ac muniret meam. Rex igitur, cum ad eum Olysipponem eius accersitu venissem, ipse mihi Pontificium diploma, Legationis Apostolicæ testimonium, simul cum Regiis literis tradidit. Hæc ego, vt primum Indiam attigi, Ioannem Alboquercium Goanum detuli Episcopum, qui, vti par fuit, & agnouit, & approbauit. Itaque idem ratus Christianam rem apud Sinas bene geri posse, eo me allegauit ea mente, vt veram illis populis ac salubrem exponerem religionem. Id adeo ex eiusdem ad Sinarum Regem epistola cognosci licet, quam tibi eo misi, vt in ea Episcopi super mea in Sinas profectione sententiam perspiciat, & voluntatem. Prorex autem Indiæ, è re diuina esse credens tuto me in Sinarum fines penetrare Iacobum Pereriam mecum ad Sinarum legauit Regem. Id ita esse, eiusdem Proregis mandata ac literæ Iacobo datæ testantur. Franciscus item Aluarus, Ares Goanæ custos, idem Regius Procurator, & Regiorum negotiorum Cognitor, omnia, vti Prorex præceperat, fieri imperauit. Atqui Malacensis Præfectus iter tam acceptum Deo, tam hominibus salutare, tot tantisque auctoribus initum morari, Euangelioque obstare non veretur. Hic ego te Dei, & Episcopi Goani, in cuius potestate es, nomine vehementer oro quæsoque, vt, quoniam Episcopi hoc loco personam geris, Præfecto vrbis decreta Pontificia, quorum initium est; Qui vero de cætero; (quibus decretis, quicunque Legatis Apostolicis impedimento sunt, anathemate feriuntur) diligenter explices; eumque per Deum obtesteris, ne iter nostrum ex Proregis & Episcopi auctoritate susceptum inhibeat. Sin minus, denuncies, ei statim sacris interdici, non quidem Episcopi, aut tua, aut mea auctoritate, sed Sanctorum Pontificum, qui decreta illa & canones condiderunt, suprema vi ac potestate. Quocirca cum per Iesu Christi Domini nostri mortem plagasque meis verbis obsecrabis, ne in tam graues pœnas Ecclesiasticas præceps ruat. Nam longe profecto maiores, quam putat, Deo exsolueret pœnas. Hunc ipsum deinde libellum supplicem, simul cum Præfecti responso, ad me remittas oro, vt Episcopo testis sit, non negligentia mea factum esse, vt profectionem in Sinas de ipsius sententia susceptam omitterem. Id autem quamprimum vt peragas, te vehementer etiam atque etiam rogo. Abit enim tempestas ad Sinicam nauigationem idonea. Id si feceris, eadem opera Deo rem gratam, mihi exoptatam, feceris. Neque enim adduci possum, vt credam, Præfectum vsque eo durum ac ferreum esse, vt, decretis Pontificiis cognitis, non continuo nos dimittat. Ergo Vicarius, hoc Francisci libello & precibus adductus, Præfectum conuenit, seuere denuncians, extemplo ei Pontificia auctoritate anathema infligi, nisi desistat Francisci conatibus obstare: orat per Christi mortem ac vulnera, ne committat, vt mortiferam plagam accipiat, summo dedecori iunctam: caueat ne se tam graui & inexplicabili obstringat scelere, pro quo haud dubie maiora omnium opinione supplicia cælesti numini sit daturus. Sed surdæ erant aures vesania obstrepente. Ne Pontificali quidem auctoritate, & anathematis fulmine intentato, homo inuidus (adeo nihil nefas inuidiæ est) incepto destitit; vt sati appareret, non tam hominis illam pertinaciam esse, quam Satanæ Sinarum Regno ac suæ ditioni pertimescentis. Ægre tandem ab illo impetratum, vt pateretur Franciscum in Sinas abire; vt autem Pereriam legatum dimitteret, nullo modo exprimi potuit. Ita constituta Legatio, consilium omne Xauerij (quod postea ostendit euentus) impotentis

Legatio in Sinas impedita.

hominis vitio ad nihilum recidit. Tum vero Franciscus tam proiectæ audaciæ infestus, ne quis in posterum tale aliquid auderet, edendum sibi duxit exemplum seueritatis suæ. Itaque Præfecto vrbis, eiusque administris ac satellitibus, nominatim sacris interdictum esse Pontificia auctoritate rite pronunciandum curat; non quidem vt eis infligeret vulnus, sed vt saucij iam inflictū agnoscerent. Quippe Xauerius ipse dixisse fertur, Nunquam se quidem cuiquam

De excommunicatis Xauerij sententia.

auctorem futurum tam grauem alteri excommunicationis plagam imponendi: tamen omnino esse cauturum, vt qui Pontificum decretis propter contumaciam vulnerati iam essent, eorum vulnera omnibus operirentur; quo cæteros illorum pœna à simili vecordia deterreret, ipsos vero saltem admoneret pudor, vt propere tam fœdis vulneribus remedium quærerent. Cæterum haud leue in eo certamine vulnus accepit Xauerius. Satis constat ex omnibus ærumnis ac molestiis, quas in omni vita plurimas maximasque perpessus erat, nihil vnquam illi acerbius accidisse, quam quod tam salubris profectio ab eo impedita foret, à quo adiutam oportuisset. Itaq; ille mœstus non tam suam quam Præfecti vicem, ipsius vitio periclitantis, cum gemitu exclamasse dicitur. Enimuero breui ille humani diuinique iu-

Vaticinatio grauis.

ris violator insanam pecuniæ & honoris cupidinem non pecunia solum & honore, sed etiam corpore (vtinam non etiam anima) luet. Subinde templum, quod ex aduerso erat, intuens, genua posuit, supinisque manibus numen illi propitiare cœpit. Igitur manantibus lachrymis exclamat: Te ego, Iesu Christe, Deus cordis mei, per acerbissimos tuæ necis cruciatus obsecro obtestorque, vt intuearis ipse tuas cicatrices, quas æterno Patri assidue pro nobis ostentas: easque salubres etiam misero illi esse velis, vt malis edoctus, tua benignitate aliquando resipiscat. Nec irritæ preces, nec vana prædictio cecidit. Haud ita multo post ille, cum & alia multa per summam iniuriam fecisset, & eadem ore atque audacia, quam Xauerij auctoritatem contempserat, Proregis contempsisset imperium; memori numinis cælestis ira in arrogantiæ cumulo debitas pœnas exsoluit. Confestim namque homini contumaci, quasi deficere ab Rege moliretur, Proregis iussu iniiciuntur catenæ. Mox, ita vt erat vinctus, Goam ad Proregem, inde in Lusitaniam ad Regem abripitur. Ibi bonis male partis spoliatus, notatus ignominia, æternis addictus vinculis, lepra insuper teterrima coopertus interiit; vt non magis Rex imperium, quam Deus numen suum, vindicasse videatur. Cæterum malis fatigatus oculos tandem aperuit, & vitæ labes salubri pœnitentia expiauit.

Malacensi Præfecto pœnitentia à Deo precibus impetrat.

Nec vero, fracto consilio, inuictus Xauerij animus fractus est; sed sibi non tam cum hominibus quam cum VII
communibus hostibus esse certamen ratus, ne quid omnino Satanæ cederet, summa ope contra tendendum putauit. Fama acceperat, in Sinarum Regno custodias esse maximas ac teterrimas vincla: peregrinos autem, qui iniussu publico in Sinas penetrassent, æternis vinculis mandari solitos. Quod terrori alijs fuisset, illi inuitamento fuit. Iam tum Christi hominumque amore ardens, sempiterno carceri se deuouebat, vinctis primum, deinde per eos cæteris, Euangelium vulgaturus. Namque spem conceperat, si qui vinctorum Christi fidem secuti essent, hos deinde emissos familiam quemque suam ad Christum aggregaturos: insuper, si Deo cordi foret, curaturos, vt ipse quoque vinculis exemptus, Christianam religionem propagaret. Itaque etsi videbat hominum improbitate humanum sibi auxilium in difficili ac periculoso negotio ereptum esse; nihilo secius tamen diuino fretus præsidio in Sinas pergere statuit, rem per semet vtcunque tentaturus; vt, si minus ipse in Sinarum Regnum penetrare posset, at certe aperiret. Socijs aditum, & posteris exemplum vel facti vel conatus relinqueret. Ergo Balthasarem Gagum, Eduardum Syluam, & Petrum Alcaceuam, socios & comites suos, dimittit in Iaponiam: ipse vero, vno sibi socio & Sina interprete relicto, Malaca discedit. In vrbis porta puluere de calceis (vti Christus præceperat Apostolis) excusso, ciuitati cælestem iram, multasque & graues denunciat clades. Et denunciationi respondit euentus: nam breui bellis, fame, morbis vrbs ita vastata atque exhausta est, vt ex celeberrima ciuitate ad solitudinem propemodum redigeretur. Cæterum Xauerius, quamquam Pereriam Legatum ob impeditam Legationem, maximosque frustra in eam rem sumptus factos, mœrere non ignorabat, cum tamen, ne mutuus conspectus, vt fit, vtriusque augeret mœrorem, discedens alloqui non sustinuit. Itaque illius solicitudine magis anxius, quam sua, amicissimum hominem e naui per literas solatur, pollicens illam damno implicatam contumeliam & emolumento ipsi & honori futuram. Idque ita postea accidit: nam ab Rege Lusitaniæ (cui Franciscus eum impense commendauerat) magnis vel copijs vel honoribus auctus est, ornatusque. Xauerius igitur Sinas petens, in Pereriæ Legati nauim, ipso relicto, conscendit eiusdem permissu, vt nauis illum amantissimi hominis non minus desiderio, quam beneficio, admoneret. Sub profectionem ad eum in nauim Vicarius venit, rogans, vt ad Præfectum vrbis salutaturus eat prius, quam soluat Malaca: videat ne sermonum præbeat materiam, si, prætermisso salutationis officio, tanquam abalienata voluntate discedat. At Franciscus, diuini honoris magis studio quam iusta inflammatus ira; Egone, inquit, vt hominem e fidelium communione eiectum adeam salutandi causa? Enimuero nunquam posthac neque ego illum, neque ille me visurus est in hac vita, ne post mortem quidem, nisi cum apud summum illum Iudicem in valle Iosaphat eum accusaturus sum, quod in improbissima turpissimaque cupiditate obcæcatus, tantam animorum impedierit messem. Nam rumores & suspiciones hominum neutiquam vereor, cum satis constet ei sacris interdictum esse. proinde eius sermonis congressusque contagionem omnibus defugiendam; idque mea potissimum auctoritate exemploque declarari oportere. Quin potius periculum foret, inquit, ne mea exsecrandi hominis salutatio multum de Pontificia nota, deque excommunicationis detraheret pœna. Committerem vtique, vt alij cum illo & congressu & colloquio sine vlla religione, me auctore, iungerentur. Quocirca suas secum ipse res agat; me quidem amicum non habebit, quamdiu habuerit inimicum Deum. Hac oratione Vicarium coniunctum cum dimisisset, mense Iunio soluit, e Malaca quamprimum excedere festinans. Inde ad Sincapuranum fretum cum substitisset, amicorum haud parum memor, Iacobum Pereriam Legatum, recenti casu afflictum, rursus non amica magis quam pia epistola recreauit, enixe orans vt accepto vulneri consilio ac prudentia mederetur: atque illo ipso tempore auidius quam alias per Confessionis & Communionis Sacramenta Deo mentem applicans, certam ab eo solatij peteret medicinam: seque ad diuinam voluntatem in totum fingeret formaretque. Neque enim dubitandum esse, quin illa contumelia ac molestia in decus ac lætitiam esset ei aliquando cessura. Inde nauigatione repetita, comites eius diuturnum in morbum inciderunt, quibus in curandis subleuandisque assidue Francisci benignitas patientiaque exercita est; ne crucis amatori vllo tempore deesset crux. Cæterum secundis ventis vsus, tertio mense quam e Malaca soluerat, ad Sinas peruenit.

Studium propagandæ fidei.

Puluerem de calceis excutit.

Denunciatio calamitatum.

Excommunicati congressum omni ope vitat.

Mœroris & ærumnarum solatia a Deo petenda per Sacramenta.

SINARVM Regio Asiæ pars est vltima: spatio locorum, & oppidorum frequentia, nulli earum gentium secunda: quippe eius longitudo amplius CCCC. leucarum, latitudo CCC. perhibetur; vrbibus autem habitatur ita frequentibus, vt, superante multitudine, etiam flumina ipsa distentis constrata nauigijs incolantur. Ab Oriente ac Meridie Oceano cingitur: a Septentrionibus: muro latissimo ac pene infinito diuiditur ab ijs Asiæ Scythis, quos vocamus Tartaros: ab Occidente vlteriorem spectat Indiam. Sinæ ipsi, pacis quam belli artibus aptiores, vnius Regis nutum intuentur. Nulli apud eos Reguli, nulli Dynastæ, Rex vnus in omnes æque dominatur. Is per Præfectos prouincias administrans, ex his cognoscit grauiora cuiusque loci negotia. Præfectorum vero Seminarium non aula, sed Academia est. Quippe ipsorum legibus, Regis propinqui ac necessarij prorsus abstinent administratione Regni. Ex Gymnasijs viri eloquentia simul iurisque prudentia præstantes delecti, vrbibus ac prouincijs, non vtique suarum ciuitatum aut gentium, præsunt. Deos vulgo adeo contemnunt, vt, seu preces irritæ fuerint, seu grauior aliquis inciderit casus, Deos suos penates tanquam seruos accipiant plagis. Nullos apud illos, præter Magistratus, quorum, propter nimiam seueritatem, numen horrent, Deos esse credas. Complura quidem haud sane vulgaria traduntur de Sinarum moribus, quæ a nostro instituto aliena sciens prætereo. Cæterum illud haud facile dixerim inhumanius sit an imprudentius institutum, quod, cæterarum nationum fugientes mutuos vsus, terrore mortis aduenas omnes procul a suis arcent finibus. Oræ maritimæ adiacet insula inculta desertaque, Sancianus nomine, a continenti passuum millibus circiter LXX. Eo Lusitani ac Sinæ illa tempestate commercij causa commeantes, ibidem stramine aut ramis tuguria sibi, breuis diuersorij causa, raptim construebant. Huc igitur Xauerio quoque sui commercij gratia petente, insulæ oram legens gubernator dubitare cœpit, an Cunianum portum, quem peteret, esset prætereuectus. Iamque ratus adhuc procul abesse, vela facere parabat; cum hæsitanti Franciscus liquido affirmat, eum portum iam esse præteritum. Ille dubius animi supersedit primo; deinde, quia nunquam eum Xauerij affirmatio fefellerat, illi magis quam sibi credendum existimans, iactis anchoris, scapham in mari deijci iubet: certosque homines propere mittit, rem diligentius exploraturos. Paucis horis intermissis, scapha cum Lusitanis aliquot in insula diuersantibus ad fidem rei faciendam reuertitur, portum Cunianum, vti Xauerius confirmarat, præteritum esse renuncians. Quo nuncio admirabundi nautæ conclamant, diuinitus profecto id Xauerio indicatum memorantes: & sublatis anchoris, conuersaque velificatione, repetunt portum. Vbi fama ad incolas perlata est, Franciscum Xauerium, celebre etiam illis locis nomen, aduentare; propere Lusitani omnes læti obuiam se illi effundunt in littore. Vt terram attigit, mutua gratulatione perfuncti, pro se quisque hospitio talem virum excipere certabant. Ille, sine cuiusquam iniuria certamen ita diremit, vt apud Georgium Aluarum, veterem amicum, suique perstudiosum, diuerteret. Tum Lusitanos communiter obsecrat, vt sacram sibi ædiculam, quam minimo sumptu, ex ramis & stramine excitarent: vbi rem diuinam faceret, ministraret Sacramenta, pueros ac seruos, ex sua consuetudine, Catechismo erudiret. E templo illi libentissimis animis Xauerio gerunt morem: & satis strenue administrata res est. In colle qui a summo æqualiter decliuis vergit ad portum, ædicula biduo stetit. Protinus ergo Xauerius, veteri instituto, sacra ibi ministeria impigre obire: & modo ægros in nauibus morbo afflictos omni obsequio recreare: modo egentibus subleuandis ipsemet a locupletioribus corroga-

Sinarum Regionis descriptio.

Sinarum mores.

Sancianus insula.

corrogaret stipem: interdum cum Sinis mercatoribus qua de ipsorum, qua de Christianorum religione dissereret. In his laboribus ac muneribus duos menses ac dimidiatum ingenti animi ardore consumpsit. Quæ res illum etiam apud Sinas non minus sapientia quam sanctitate conspicuum fecit. Interim è Lusitanis ac Sinis percontabatur, ecqua tandem via reperiri posset Euangelij in Sinas inferendi. Verum & Lusitani, & Sinæ ipsi, difficillimum negotium dicebant esse, periculique plenissimum. Regis quippe ipsius iussu omnia Regni claustra acribus septa custodiis teneri; omnes aditus peregrinis penitus esse clausos, morte proposita & aduenæ introeunti, & indigenæ aduenam introducenti. Omnino iniussu magistratus alicuius continentem attingere peregrino homini nefas esse. Veniam autem ab eis petere neque Sinas audere, propter summum illorum imperij terrorem; neque Lusitanos posse, qui haud secus quam reliqui aduenæ excludantur. Quocirca non Lusitanus, non Sina vllus omnino reperiebatur, qui in eius gratiam sustineret manifestum necis aut certæ seruitutis periculum adire. At Franciscus, vt erat inuictus ad ea quibus cæteri terreri solent, perpetua suorum conatuum felicitate ad discrimen adeundum accenditur. Itaque statuit, quoniam nulla præterea rei conficiendæ patebat via, per illa ipsa pericula rem aggredi; molirique omni ope atque opera, vt in vrbem Sinarum aliquam occulte deuectus, Prætorem adiret, negotium transigeret. Hoc Xauerij consilium, tanquam audax ac temerarium, vulgo improbabant Lusitani. Igitur non defuerunt, qui eum pro amicitia ac familiaritate ab incepto deterrere summa vi niterentur, orantes, ne se in acerbissimæ necis seruitutisque discrimen daret. Magistratus quippe (Luthias incolæ, Mandarinos Lusitani appellant) in legibus custodiendis adeo seueros, aut potius acerbos & crudeles esse, vt leuissimas ob noxas, nullo discrimine, indigenas ac peregrinos verberibus cædant vsque ad necem. Recens documentum, & quidem domesticum, esse Lusitanos quosdam, qui superiore anno, tempestate ad illorum littus eiecti, longe sæuiores Oceani fluctibus Sinarum animos experti forent, verberibusque fœdum in modum lacerati adhuc in carcere & squallore iacerent, incisa in perpetuum spe pristinæ libertatis. Proinde quam rationem esse, omissa certa tutaque aliarum gentium cultura, vt efferatæ nationi Euangelium per vim obtrudas, in dubiam libertatis ac seruitij aleam ires? Et Lusitanorum denunciationem Sinarum consensus affirmabat. Ad hæc Franciscus interritus (adeo diuinus amor sanctis viris potior humano timore est) non aliud magis se omni voto expetere respondit, quam vel morte sua Sinarum salutem repræsentare. Quid enim? Num ignorarent, quod ipsos identidem vsus doceret, credere spei metum, vbi maiora sint periculis præmia? An ambigerent, Sinarum ciuitates, si semel Euangelij semen accepissent, propter accuratissimum disciplinæ atque administrationis genus longe vberrimos fœtus edituras? Vt enim dubium esset, an prospere succederet quod conaretur; ita certum esse, conatum & obsequium suum Deo gratum futurum. Nam vincula, cruciatus, mortem denique ipsam pro Christo, beatitudinis & immortalitatis instar sibi esse debere. Iam silentium imposuerat amicis, cum has curas maxime agitanti febris superuenit, qua per dies quindecim afflictatus, demum, Deo bene iuuante, conualuit quidem, sed ita, vt morbus ille aduentantis mortis nuncius esse videretur. Cæterum, vt conualescere cœpit, ad pristinos labores retulit se, nullius rei magis quam otij & quietis impatiens.

Sinæ aduenas [illegible].

Inuictus Francisci animus ad pericula.

Sinarum Magistratuum crudelitas in aduenas.

Zelus animarum.

IX. Nihilo autem segnius idoneum aliquem mercatorem quæritans, à quo transmitteretur in Sinas, Lusitanos primum, deinde Sinas omni artificio tentare cœpit, multas rationes rei celandæ proponens, sibique in tam honesto postulato vt gratificarentur obtestans. Verum obstinatos ad cauendum animos nullæ artes, nullæ molliebant preces. Aures omnium timor clauserat, abnuentium fortunas caputque suum manifesto periculo offerre. Itaque Franciscus non auxilij modo, sed etiam consilij inops, fluctuabat animo. Ac ne quid deesset incommodi, eius comites grauis vrgebat morbus. Et Antonius Sanctæ fidei, natione Sina, Goani Collegij alumnus, quem pro interprete inde vsque ab India secum aduexerat, Sinarum sermonem desuetudine oblitus, vsui esse iam nequibat; vtique cum vrbanæ concinnæque eorum linguæ, qua Magistratus vti solerent, prorsus esset ignarus rudisque. At Xauerius ad omnia inuictus, nihilque inexpertum, nihil intentatum relinquendum ratus, nihilo secius rem vrgere instituit, confidens fore, vt in Deo suo transgrederetur murum. Inter hæc haud parua res eius cupiditatem simul & fiduciam accendit. Eodem tempore comperit Sinarum Regem Legatos quoquo versus dimisisse, exploraturos aliorum leges institutaque Regnorum. Itaque magna spes erat, gratum illi ac iucundum fore, Christianam legem ac disciplinam cognoscere. Ex ipsis etiam Sinis homines locupletes atque honesti, Francisci familiares, eum, vt ad Sinarum Regem sese conferret, magnopere hortabantur, ex ipsius sanctimonia Christianam æstimantes religionem, iisque libris, quos afferret secum, præclaram aliquam legem, suaque meliorem, contineri credentes. Enimuero his rebus multo etiam magis excitatus Xauerius, eam mentem ratus est Sinis eorumque Regi datam diuinitus, vt Euangelium aliquando intraret Sinarum fines, vrbesque incolis frequentissimas peruaderet. Ergo diuinæ spei ac fiduciæ plenus, omnes rei maturandæ vias tentare decreuit. Se enim aut sine vllo periculo magnoque cum rei Christianæ emolumento ad Regem peruenturum, aut, si quid grauius accidisset, in magno positurum lucro. Nam pro Christo excruciatum necari, quod summum periculum videretur, id vero maximum Dei beneficium duci oportere. Cæterum cedentibus, vt fere fit, constantiæ difficultatibus, breui alius se illi interpres obtulit. Inde Sinam mercatorem minime timidum nactus, spe ac pollicitationibus sollicitat atque impellit ad audendum. Cum sine præsenti pretio nihil spes efficeret, pretium à mercatoribus Lusitanis corrogat: & magno piperis numero, quod erat aureis prope trecentis, cum illo transigit, vti se cum interprete ac libellis suis de nocte in Sinas quam occultissime deportatum, in Cantonij portus littore exponat ante lucem. Canton quippe oppidum portu nobile est in continenti, millia passuum ab Sanciano circiter LXXX. Ille igitur ad rem penitus occultandam, ne caput suum committeret dubiæ nautarum fidei, liberis suis seruorumque fidelissimis pro remigibus vti, Franciscumque noctu parua nauicula transmittere cogitauerat. Vltro etiam pollicitus erat Xauerio, biduum aut triduum apud se receptum ac latebras, donec tuto emersus, Cantonis oppidi Præfecto sui in Sinas aduentus exponeret causam: duo tamen in hoc negocio pericula Xauerio ab amicis denunciabantur: vnum, ne mercator, accepta per fraudem pecunia, fidem proderet, ipsumque opprimendæ rei gratia in desertam aliquam insulam aut etiam in altum præcipitem daret. Alterum (vt sancta esset barbaro fides, eumque in Cantonio portu exponeret) ne Præfectus vrbis in aduenam, contra edicta Regis sine fide publica eo se insinuantem exempla ederet; verberibusque crudeliter cæsum aut vltimo afficeret supplicio, aut certe in perpetuam seruitutem redigeret. His ille alia haud pauca maiora opponebat discrimina, quæ cæteros latebant. Primum periculum dicebat esse, ne sua diffidentia verius quam cautio Dei bonitatem ac prouidentiam offenderet, si prouinciam illius instinctu ac monitu susceptam humunciorum terricula excuteret. Deinde, ne Christo indignus foret discipulus, si eum non audiret denunciantem, Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Ergo satis gnarus, animi periculis pericula corporis esse longe leuiora, tutius ratus est per vitæ discrimina perrumpere, quam animi salutem in discrimen adducere; vtique cum haud difficilius quam præclarius foret, Sinas, Deo fauente, inuitis eius hostibus peti, subigique. Per id tempus mira res accidit. Petrus Geira, nauarchus haud ignobilis, Iaponiam petebat, iamque portus, quem capere destinarat, in conspectu erat; cum repente venti vis cecidit, malaciaque consecuta est tanta, vt per biduum triduumve nauis nil prouehi posset. Ergo tristis & indignabundus in Sinas cursum flectere parabat, cum repente nauicula vectus ab Sinis (neque enim longe aberat oneraria) occurrit Xauerius. Qui nauarchum amice saluta-

Crucis amor.

Matth. 10

fa[illegible]rum bono animo esse iubet, monens, vt vela strenue panderet: se quippe confidere futurum, vt, D[illegible], secundu naui vent[illegible] afflaret. Nec vana prædictio fuit. Vix expedierant vela, cum naui [illegible] Zephy[rus] o portum tenuit. Atque, vt diuinum extaret auxilium, naui in portum delata, ventus in Africum est versus, eam, nisi p[illegible] i[illegible] occupasset, haud dubie abrepturus in Sinas. Inter hæc Sinæ mercatoris, cum quo deciderat, [illegible] Fran[cisc]u[s] opperiens, complures & ad Socios & ad amicos literas dedit. Primum quidem ad Gasparem Goani Collegij Re[ct]orem, vt ex Episcopi [illegible] auctoritate (adeo nihil sibi Legat[us] Apostolicus sumebat) Malacensibus [illegible], qui [illegible] in Sinas profectioni impedimento fuissent, Pontificia auctoritate interdictum esse sacris, quam primum rite pronunciandum curaret: quo scilicet miseros illos lethalis plaga resicata aliquando remedij admoneret. Ad Franciscum [illegible] Perez scripsit, vt Malaca [illegible], cuius Prætor [illegible] in Sinas profectionem impedisset, cum omnibus Sociis in Indiam discederet primo quoque tempore. Nec Iacobi Pereiræ sui oblitus, eius mœrorem consolando per literas [illegible] leuauit, quarum literarum hæc est clausula, eximiæ virtutis index. Vtinam nos aliquando in Sinarum R[egno] [illegible] quanquam ego, si ad Sinas peruenero, spero futurum, vt ibi me aut seruitio addictum, aut in C[illegible] [illegible] Regni [illegible] custodia vinctum offendas.

Ecce autem Sinarum conuersionem & martyrij palmam meditanti Xauerio noua magnæque difficult[atis] [illegible] obiecta. [illegible] dum proxima spe lætus profectionem adornat suam, repente [illegible] nouum [illegible] interpretem ab incepto [illegible] alta Lusitanorum [illegible], siue imminentium suppliciorum terror, auertit. [illegible] timoris magis quam fidei memor, Franciscum nihil minus metuentem subito deseruit. Nihil tamen improuiso m[illegible] o[illegible] fit Xauerij constantia. Sed cum veteri interprete, etsi parum idoneo, quod Sinarum linguam, vt diximus, non satis teneba[t], nihilo secius [illegible]. Cont[illegible] igitur ad eum ex composito coeunt Lusitani mercatores, non Xauerij vice solliciti magis quam sua. Circumfusi pro se quisque precantur, vt incepto desistat aliquando. Quod si suo periculo non tangatur, at moueatur alieno. Agi enim re non ipsius solum, sed etiam Lusitanorum omnium salutem. Prætores quippe Sinarum tanta audacia irritatos non vnius pœna contentos fore; omne nomen Lusitanum ad supplicium vocaturos. Proinde [illegible] miserorum fortun[as], vt [illegible]que ipsam, in eund[em] [illegible] traheret casum. Quod si certum ac deliberatum esset, fortunæ [illegible] tentare; [illegible] expectaret, dum opportuna profectio Lusitana, naues iniuriæ subtraher[e]t. Tum Xauerius bonum illos animum habere iubet: se vnum vile caput, si quid impendeat periculi, subire velle. Quocirca nihil omnino tentaturum, priusquam [illegible] receptissent se. Illis ergo iter maturantibus, Franciscus quoque ad expeditionem suam [illegible]. C[illegible] eum in Sinarum fines eum penetrare, Deo vtique cordi non fuit. N[e] quid deesset difficultatis, [illegible] Sinæ, quo cum transegerat, cum fides fefellit. Is quippe, siue casu alicuius interueniente, siue [illegible] etiam duab[illegible] instructa, non stetit promissis. Et Franciscus, cum frustra eum diu [illegible] expectasset, d[illegible] suam [illegible] spem pene damnauit. Igitur nihilo fideliorem Sinam mercatorem quam interpretem ex[illegible] cogitationem in omnes versabat partes. Non tamen illum ab ingenti spe destitutum d[illegible] quin potius humanæ opis desperatio diuinæ fiduciam accendit. Diuinæ ergo bonitati confisus, no[illegible] transmittendi occasionem captare, ignarus transmittendum esse sibi propediem in cælum. Inter hæc [illegible] vana spes affulsit. Cognouit quippe Sionis Regem (quod Regnum Malacæ quam Sinis propius [illegible]) [illegible] ad Sinarum Regem destinasse. Itaque opportuno nuncio lætus, nouæ legationi adi[illegible] statuitque, si Sina ille mercator ad tempus non occurrat, ipse ad Sionem nauigare, atque omni ope ad[illegible], vt cum Regio Legato penetraret in Sinas. Sed iam non in limine operum ac laborũ suorum, vt sibi videbatur, sed in exitu stabat. Ergo dum, si venus destituit spes, noua auxilia moliens, Regnum Sionis cogitat, ad cælestem Sionem [illegible] vocat[illegible]. [illegible] ne sibi in Sina [illegible] oneri atque impedimento foret, [illegible] pertinentibus [illegible] deuehendum tradiderat, ipse cum Antonio Sanctæ fidei, alio[illegible] seruo, remansit [illegible] Sanciano. Et post Lusitanarum profectionem nauium, Franciscus (vt spes pertinax est) adhuc mercatorem illum Sinam expectans, consuetæ caritatis munia haud segniter exequebatur, Sa[illegible], à quo artes omnes ad suos conatus [illegible] adhiberi cernebat, Deo duce & adiutore victurus. Sed Deo, cuius inscrutabilia consilia & [illegible] sunt, [illegible] visum; quippe eius conatu contentus, Sinarum conuertendorum dec[us] (fortasse quod [illegible]) [illegible] reseruabat. Incenso itaque Xauerij agendi patiendique studio [illegible], laboriosissimo hominum veterum laborum, quos plurimos ac maximos sustinuerat, præmia persoluere, quem [illegible] ad nouos labores aperire, malum [illegible] eodem ipso die, quo die in portum Cantonium traijcere destinarat, in morbum incidit, quo deinde extinctus est. Morbi occasio hospitis inhumanitas fuit. Sub discessum enim nauium Indiam petentium, [illegible] Francisci hospes, [illegible] consilio, desertoque iure hospitij, repente discessit. Subita impo[illegible] [illegible] cupiditas [illegible] dementia stimulauit; adeoque præcipitem egit, vt Xauerium veterem amicum atque hospitem salutare, [illegible] a Sinarum insula emptam opperiri, festinatio prohiberet. Franciscus more suo rem diuinam faciebat, cum bonus ille hospes, omisso sacro, cui intererat, & hospite destituto, fugienti magis quam abeunti similis, soluit ex insula. Sacrificio peracto, & precatione funebri pro mortuis de more facta, circumferens oculos Xauerius hospitem abesse cernit. Quærenti quid illo factum esset; respondetur, cum propere admodum Malacam versus [illegible] Sanciano soluisse. Tum Franciscus: Et muero (inquit) vereor ne illum conscientia sceleris alicuius agitet, [illegible]. Quo [illegible] præpropera festinatio? En aduentat nauis quam modo emendam curarat; [illegible] grauata est. Sed abeat sane Malacã, vnde abiturus est nunquam: ibi enim vitam amittet miser. Ex duabus prædictionibus alteram mox, alteram deinceps, euentus excepit. Vix, qui aderant, è templo excesserant, cum nauis illa repente comparuit, mirantibus omnibus, & Xauerium tanquam diuinum hominem intuentibus. Hospes vero (vt postea cognitum est) paucis diebus, quibus Malacam venerat, cum lignatum isset in syluam, à latronibus interfectus periit, fœdam ac [illegible] mortem sortitus, quod Francisco causam immaturæ mortis tulisset. At Xauerius, haud grauate sibi propediem è vita migrandum, idipsum familiaribus prædixit, non admirabili magis [illegible] Lusitanorum cum esset, Numerum inite, inquit, diligenter [illegible], qui hic sumus: nam intra annum plerique [illegible] moriemur. Vaticinatio verior fuit quam lætior. Namque [illegible] septem, qui tum aderant, quinque eo anno sunt mortui, ex quibus ipsemet Xauerius fuit, haud dubie imminentis sibi mortis & gnarus & vates. Et iisdem [illegible] diebus Franciscum, diuturnus mortalitatis oblitum, ingens Dei visendi cupido cepit, haud leue proximæ beatitudinis pignus. Itaque in epistola quadam scripsit, tametsi ad id tempus vitam sibi suppeditari optasset, ad Christi obsequium, Christi[illegible]que nominis propagationem; tamen iam eos igniculos ardenti diuinæ Maiestatis visendæ fruendæque [illegible].

INHOSPITALIS discessus hospitis necessitatem imposuit Xauerio victus emendicandi. Eoque grauior eum inopia vexauit, quo arctiora omnia [illegible] Lusitani [illegible] ceterant, ne quis annonam ex S[illegible] hostibus exportare, interdiore caueri[illegible] cura. Quod [illegible] incommodum, Euangelicæ paupertatis magis quam suæ necessitatis memor, lib[enti]ssime perferebat. Itaque nouum hospitem nequaquam sibi quærendum, sed precario victu defungendum existimauit. V[illegible] anu[illegible] patiendi [illegible] fortiter [illegible] omnium difficultatibus incommodisque; corpus tamen, vtpote iam confectum ætate, assiduis laboribus, & scilicet recenti morbo, ex quo nondum satis conua-

Xauerij humanitas in Lusitanos

Franciscus ab hospite destitutus in morbum incidit.

Duplex vaticinatio

Xauerius emendicato cibo vesci solebat.

X.

XI.

conualuerat, necessario frangebatur. Ad hæc angebant eum ingentes animi curæ, quas ex desiderio suæ in Sinas profectionis capiebat. Itaque æger non corporis solum, sed etiam animi, cum petiisset animæ suæ vt moreretur, XII. Kal. Decembris recidit in morbum. Missæ sacrificium pro mortuo fecerat, cum mortifera illum febris inuasit, quæ aditum ei ad æternam vitam aperiet. Igitur cum febri ad nauim, qua aduectus erat, recipit sese, simul visendi de more ægros, simul inter eos diuersandi studio. Sed tertiodecimo die ingrauescens morbus, cum iactationem nauis ferre non valeret, remigrare eum coegit in terram. Lusitanus igitur quidam talem virum misere febri æstuantem, iacentemque in publico conspicatus, misericordiaque captus, extemplo eum benigne inuitat hospitio, ac domum suam (ea erat deserto in colle casa verius quam domus) deductum pro rerum inopia liberaliter tractat: tum eius saluti consulens rogat atque obsecrat, vt incidi sibi patiatur venam. Et Xauerius quanquam non ignarus quales tandem medicos deserta haberet insula, tamen ait, se in rebus omnibus, quæ ad curationem corporis sui pertinerent, omnino in medentium fore potestate. Idque alacrius fecit quam dixit, vndecumque obedientiæ materiam quærens. Sanguinem misit non sine spasmis ac distentione neruorum. Dolorem corporis subsecutum est fastidium ciborum omnium; quanquam cibi nulli ægrotis idonei suppetebant, præter paucas amygdalas, quæ à Lusitano nauarcho traditæ, ad eum perlatæ sunt sero. Iam enim cibum adeo fastidiebat, nihil vt sumere omnino posset. Interim satis gnarus sibi adesse supremum diem, quæ secum in casam illam extulerat, ne per morbi sui occasionem perirent, in nauim referri iussit. Biduo iam inedia traducto, cum morbus magis magisque ingrauesceret, magis etiam Francisci patientia ac virtus enituit. Humanis subsidiis omnibus destitutus inita iam hyeme, in tugurio ventis atque imbribus peruio iacebat quintum decimum iam diem, maximoque pestiferæ febris iactabatur æstu. Cæterum incommoda omnia ac vim morbi æquissimo subibat animo, patientia autem tanta, vt nihil supra. Nullum prorsus eius verbum excipiebatur, aut de grauitate morbi querentis, aut vllam circumstantium opem (vt in grauibus morbis fieri solet) implorantis: contraque omnia dicta & gestus erant tales, vt satis appareret, morbum, velut solidæ virtutis æternæque materiam gloriæ, ab eo in diuini beneficij loco numerari. Vnum scilicet ægre ferebat, naturali se vulgarique morte extingui in lectulo; omnibusque expeditam votis martyrij palmam sibi pene in manibus infringi. Cæterum haud ignarus, martyrij decus diuinum Dei esse gratuitum, quod sæpe negetur expetentibus, aliud agentibus offeratur; ad diuinæ prouidentiæ rationem animum composuit suum, tam insigni beneficio se indignum existimans. Inde vis mali vehementior penitus insitam Francisci sanctimoniam declarauit. Namque vt in cæteris fere, cum vrgentur morbo, tum maxime vitiosa se prodit natura, ita in Francisco tum præcipue solida atque egregia pietas emicabat. Quippe eadem propemodum faciebat moribundus, quæ sanus facere consueuerat: nunc, defixo in cælum oculorum obtutu, læta fronte ac vultu cum Christo Domino, quasi adesset, colloquens; nunc Psalmorum versus pie admodum vsurpans, identidemque illas iterans voces, Iesu fili Dauid, miserere mei: tu autem peccatorum meorum miserere. Mater Dei, memento mei. Hisce aliisque eiusmodi vocibus biduum extraxit. Aderat iam illi suprema hora. Igitur Christi crucifixi effigiem manu tenens, intentisque oculis intuens, crebros edere gemitus, & subinde succlamare, Iesu Deus cordis mei, lacrymas precibus miscens, donec eum vox pariter ac vita defecit. Ita ad extremum vsque spiritum fortissime cum morbo ac morte luctatus, quarto Nonas Decembris (qui dies Sanctæ Bibianæ virgini sacer est) Iesum & Mariam sæpius inclamans, æquissimo animo obdormiuit in Domino: atque ad eos ipsos, quos viuus in visceribus, moriens in ore semper habuerat, migrauit in cœlum. Vultus adeo hilaris mansit ac lætus, vt species ipsa corporis animi beatitudinem indicaret. Decessit annos natus circiter LV. decennio iam expleto post suum in Indiam aduentum, anno post Christum natum M. D. LII. vir plane admirabilis cum ceteris virtutibus, tum vero incredibili animi magnitudine, studioque conuertendorum Ethnicorum. Nullum vnquam laborem aut discrimen Dei causa recusauit: & Indorum finitimarumque gentium salute non contentus omnem Orientem complexus est caritate illa, cui nimis angustus ad benemerendum orbis terræ videbatur. Itaque Euangelio ac Societate toto pene Oriente disseminatis, in ipsa cura ac meditatione Cantonij portus petendi, defunctus huius vitæ fluctibus, æternæ felicitatis tenuit portũ, Sinas præsentib. apud Deum precib. adiuturus. Nec vero dubitandũ est, quin eius iam beati assiduæ ad Deũ preces aditum in Sinas patefecerint non tantum Societati Iesu, sed Lusitanis mercatoribus, Christianæque religioni. Nam paulo post Francisci obitum, ad Cantonium portum accedendi, ibique commercij causa commorandi, vulgo facta copia est Lusitanis. Et eorũ opinio fuit, Xauerium suis precibus obseptos Sinarum fines aperuisse. Anno autem post Francisci excessum circiter XXX. remissa paulisper à Sinis finium custodia, Patres aliquot è Societate Iesu, Francisci virtutis æmuli, aliquando penetrarunt in Sinas, ibique Deo propitio Christianæ religionis fundamenta iecerunt.

Recidit in morbum. — Tugurio excipitur à Lusitano. — Dicto audiens est medico. — Morbi dolores. — Cibi fastidium. — Patientia eximia. — Anno 1552. Decedit è vita. — Mortuus aditum patefecit in Sinas.

XII. Vbi Francisci mortem fama vulgauit (quippe febris perniciosior quam minacior omnes præter ipsum fefellerat) Lusitani pene omnes, qui reliqui erant in insula, tam tristi nuncio exanimati, confestim ad eius velut ad communis parentis funus conuolant. Ac primo gemitibus ac lamentis tota circa tugurium personabat area: deinde triste silentium consecutum est, ad contemplandum Xauerium dolore conuerso. Cæterum eius corpus, imaginem animi, effigiem cælestis felicitatis, intuentes, fletum integrabant, iucundissimoque aspectu neque animos neque oculos satiare poterant. Corpore Franciscus fuit satis amplo robustoque, statura procera, iustam haud sane multum excedente, colore candido, facie honesta ac liberali, vultu hilari quidem, sed viuido & ardenti, cæsiis vegetisque oculis, naso modico, barba & capillo natura nigro, sed iam ætate, aut curis potius, cano; vestitu tenui vulgarique, sed mundo. Tunica talari, vt supra diximus, induebatur (Indorum ritu Sacerdotum) distincta, vt togæ etiam vicem haberet. Itaque subibat spectantium animos eximia illius comitas benignitasque in omnes singularis: magnitudo animi periculis ac difficultatibus inuicta: mortis, cuius cæteri nomen horrent, perpetua contemptio: diuinæ gloriæ ac religionis proferendæ infinita cupido: submissio magnitudini animi par: pietas ac sanctitas prorsus egregia. Igitur illam suauitatem morum, illud exemplum fortitudinis, illud ægrorum auxilium sibi ereptum, talem præconem religioni, tantum præsidium ademptum esse rebus humanis, nouum sydus, quod perpetuæ pene Indorum nocti illuxisset, quod Euangelij lucem caliganti attulisset Orienti, subito occidisse querebantur. Quem propagaturum in vltimas terras religionem? Quem ægris Lusitanorum corporibus atque animis saluti fore? Quem in Francisci locum successurum? Interea dum Lusitani grabato circumfusi iucundissima Francisci specie memoriaque oculos & animos pascunt suos, tantamque iacturam, lacrymarum pleni, suique iam immemores, lamentantur, Antonius interpres, qui Francisco ægrotanti ac morienti præsto fuerat, accurrit ad nauim, Sacerdotalem Francisci habitum (ibi enim asseruabatur) petiturus. Lusitani qui erant in naui, Xauerij obitu nunciato, obortis lacrymis crebros edidere gemitus, non præsenti suo tantum, sed futuro quoque Pereriæ domini sui absentis dolore perculsi. His igitur comitatus interpres, non sine fletu domum reuertitur. Francisci deinde corpus sacerdotali vestitu rite indutum, de sententia Lusitanorum, ligneo loculo (vti Sinarum mos est) includere statuit. Quod quidem diuino potius quam humano consilio factum ostendit euentus, vt ea scilicet, quæ sancto corpori diuinitus contigerunt, essent hominibus notiora. Corpus igitur arca lignea inclusum, postero die multis prosequentibus effertur: & funere, quantis maximis in illa rerum inopia studiis potuit, celebrato, in ipso portus litore rite mandatur sepulturæ. Iam terram erant iniecturi, cum repente, diuino vtique instinctu, placuit, ad carnem excedendam, viuam

Lusitanorũ sensus in morte Xauerij. — Francisci forma ac figura. — Sacerdotali vestitu sepelitur.

Loculo viua calce induti.

corpori calcem adhiberi; vt nuda deinde ossa in Indiam deferrentur. Itaque aperto loculo magna vis calcis inditur, quæ citius conficeret carnem; tum arca diligenter occlusa ibidem humatur. Tumulo grandes lapides sepulcri indices impositi; vt si quis è Societate id quæreret, illis indicijs admonitus nullo negotio reperiret. Discessum est a tumulo multis cum lacrymis, incredibili cum mœrore, ac desiderio talis ac tanti viri.

XIII. VERA deinde primo, cum adesset tempus, quo tempore nauis, quæ Franciscum aduexerat, Malacam solueret, Sina interpres, quem diximus, siue Xauerij caritate, siue diuina magis, vt stimulante, nauarchum adit, & ingemiscens, Itane vero, inquit, Franciscum Xauerium, qui nobiscum vna inde vsque ab India huc venit, hic in deserta Sinarum insula apud barbaros relinquemus populos? At qualem virum! nempe eum, cuius egregiam vitæ ac mortis sanctitatem nos ipsi perspeximus, posteritas omnis intuebitur. Quin potius sacrum eius corpus deferimus in Indiam, vt ibi potius sit, vbi colatur; quam hic, vbi contemnitur. Tum ille: Ego vero libenter mecum in Indiam eius asportarem reliquias, si, consumpta carne, ossa deferenda forent. Proinde rem extemplo per certum hominem explorabo. Quod si spes responderit voto, enimuero facturus sum quod rogas, non tua magis causa, quam mea. Neque enim ignoro quantam hoc munere gratiam Iacobi Pereriæ, Domini mei, sim initurus, cui haud sane leue solatium erit, si Franciscum, quem viuum eximia caritate dilexerat, videre atque habere apud se licuerit mortuum. Protinus igitur spectata

Corpus Francisci integrum reperitur quatro post mense.

virum fide mittit, qui effosso apertoque loculo, an Francisci corpus calce absumptum esset, intentius explorare, recumque, si videretur, afferret. Venit ille ad tumulum, arcam effodit, excussaque calce inspicit corpur, mirum dictu, prorsus integrum reperit, modo humatum crederes. Nullus grauis odor, sed potius suauis: nulla tabes, ne in naso quidem, qui primus mortuis effluere solet: color viuax, caro plane recens, vestimenta nulla ex parte labefacta læsave. Ne vigor quidem, qui ex spiritu constat, destituerat vultum: vix vt ille Xauerio, velut spiranti, admouere manus sustineret. Attonitus ergo tanti miraculo, diuinum beneficium agnoscere, integritate corporis integritatem æstimans animi. Et hoc maior eum cœpit admiratio, quod Xauerius natura non siccus, sed succi plenus erat, & ipse exploratum habebat, eundem quartum iam mensem iacere viua obrutum calce. Ergo veritus ne vana afferre crederetur, tantillum carnis è coxendice desectum, incorrupti corporis specimen, nauarcho affert, cap lorata renuncians. Fecit abscissa caro fidem miraculi. Extemplo igitur nauarchus, nautæ, vectoresque admirabundi ad tumulum accurrere. Re comperta, nonnulli qui aut necessaria Francisco viuo maligne suppeditarant, aut de illius mortui fama detraxerant, vbertim flere, & ora palmis conuerberare cœperunt, semet ipsi incusantes. Cæteri Deum collaudare, cui etiam cadauera cordi sint seruorum suorum. Tum Nauarchus Francisci corpus, sic vt erat, in arca deferri ad nauim imperat, miraculum vel certius exploraturus ipse, vel planius alijs ostensurus. Ad vltimum, satis explorata re atque perspecta, venerabundus arcam cum calce, vt erat, imponit in nauim: & è Sanciano profectus mense Martio, secundissima nauigatione peruenit Malacam. Francisco ventos ipsos obsecundare sentires. Onerariæ aduentum scapha præcurrens Xauerij corpus

Malacensiũ studia in excipiendo Xauerij corpore.

integrum repertum aduehi Malacam nunciarat. Quo nuncio exciti Malacenses, & simul veterem iniuriam officio nouo compensaturi, quem viuum cum aliqua dimiserant contumelia, mortuum summo cum honore excipere decreuerunt. Ardor Xauerij & vultus concionantis ad populum, perditos ad salutem reuocantis, ægros curantis, & energumenos, futura absentiaque prædicentis, occurrebant animis oculisque. Itaque contumacia in venerationem versa, pro se quisque funus celebrare tanti gestiebant viri. Iacobi Pereriæ Legati, qui etiam tum Malacæ morabatur, inter cæteros vt desiderium, ita studium eminebat. Namque is dolorem ex amici morte perceptum, eius aduentu corporis abstergi posse ratus, maximam vim cereorum, cæteraque ad funebrem pompam necessaria, egregia sedulitate comparauit. Inter hæc, applicata ad terram naui, loculum in sacras ædes portui proximas inferunt, dum ciuitas obuiam prodeat, exspectantes. Vt primum in vrbem fama perlata est, integrum Xauerij corpus in terram expositum; cuncta illi ciuitas obuiam se plenis portis effudit, tum visendi studio, tum etiam rosarij contingendi. Processit etiam

Funus Malacense Xauerij.

eo cum Sacerdotum agmine Malacensis Vicarius: apertaque palam arca, inuenit corpus integrum ac recens, nulla tabe aut liuore corruptum, nulloque tetro ardore, sed magis suaui ac iucundo. Confestim omnes stupentibus similes pro se quisque diuinum numen efferre, sanctas reliquias deosculari, coronisque contingere cœperunt. Pereria præcipue ex magno luctu in magnum gaudium versus, extincti amici aduentum quantis maximis poterat studijs celebrabat. Cæterum vt humanis iudicijs iudicium diuinum adderet fidem, æger quidam, tacto Xauerij corpore, ex-

Tactu corporis ægrũ sanat.

templo conualuit. Postero ergo die mane Sacerdotum ac totius ciuitatis agmen, accensis candelis ac funalibus, processit obuiam, summo cum festiuæ lætitiæ pietatisq; sensu. Nullus tum erat Malacæ è Societate Iesu: nuper enim ipsius Francisci iussu Patres omnes decesserant. Placuit tamen ciuitati, eiusdem corpus templo, quod Societatis fuerat, inferri, vt eiusdem reuersionis prædem ac vadem haberent Xauerium. Quocirca supplicatione frequentissima celeberrimaque, multis vndique collucentibus facibus, ad id quod dixi, templum arca defertur. Ibi post sacrum solenni ritu ac cæremonia decantatum Franciscus, excussa calce, in nouo loculo, celeberrimo loco sepelitur, collacrymantibus plerisque, & recentis lætitia miraculi, & misto dolore, ac desiderio tanti viri. Mox miraculum miraculo additur. Noui loculi breuitas coegerat eos, qui operam dabant funeri, Xauerij corpus nonnihil comprimere, atque inflectere. Itaque ex humeris repente profluxit sanguis miram afflans odoris suauitatem. Quæ res obiecta oculis animisque, omnes

E mortuo Xauerij corpore sanguis effluit mense quinto.

qui aderant stupore ac miraculo attonitos defixit. Quippe cum corpus, quod quintum iam mensem vacabat animo (adeo rarum pariter ac diuturnum miraculum fuit) non modo carnem, succum, & colorem, sed etiam sanguinem, eumque odoriferum, retineret; vt ille odor non tam sanguinis videretur esse, quam sanctitatis. Quocirca cum sine loculo condi placuisset, arca exemptum, non honorifice solum à Malacensibus humatum est, sed velut diuinæ clementiæ pignus asseruatum. Nec vero sua illos frustrata spes est. Iisdem diebus, haud dubia Dei ira contagiosa tota vrbe grassabatur lues, quæ bonam ciuitatis partem depopulata, terrore omnes perculerat. Subibat anxios religione animos Xauerij prædictio ex interminatio: iratique numinis causam non aliam esse credebant. Hæc lues eo, quo Xauerio præsentatum est, die compressa, satis ostendit, eundem iam placatum, iratum cælestium veniam, pestique finem, attulisse.

IDIBVS porro Augusti Ioannes Beira, Sacerdos è Societate Iesu, cum aliquot Socijs Molucum petens, diuertit Malacam. Is, pro sua erga Xauerium obseruantia pietateque, corpus eius, quod incorruptum esse fama acceperat, inspicere mirum in modum expetebat. Nocte igitur intempesta cum Socijs in templum occulte venit: sepulcroque XIV.

Francisci corpus integrũ mense post obitum nono. Velum recenti cruore unbutũ.

patefacto, Franciscum velut spirantem, & nihilo minus integrum ex humo, quam antea ex calce, reperit mense post obitum nono. Ergo omnes collaudato Deo, qui mirabilis est in sanctis suis, venerabundi sacra, quæ extabant, membra multis cum lacrymis exosculantur. Nec nouum miraculum defuit. Velum, quo eius facies operta fuerat, ob superingestam compressamque inhumatione terram, animaduertunt velut recenti imbutum cruore. Tum Beira, manifesto motus miraculo, ad Xauerium ornandum animum vertit. Igitur re cum Iacobo Pereria communicata, in conclaui ædium asseruandum Francisci corpus censuit: & Pereria nouam curauit arcam ab interiore parte Damascena veste subsutam, extrinsecus aureo vestitam textili. Itaque Beira, Xauerio in nouum loculum incluso, discedens, Emmanuelem Taberam, vnum è Socijs, Malacæ relinquit, qui tantum thesaurum primo quoque tempore deueheret Goam. Inter hæc Ioannis Mendozæ, Lusitani mercatoris nobilis & copiosi, nauis Sinarum mercibus onusta Malacam appu-

eam appulerat. Huius procurator expeditas merces in vrbe asseruabat, idoneam tempestatem opperiens. Cæterum, vbi nauigationis tempus adfuit, facultas defuit nauigij. Vna erat omnino in portu nauis, eaque vetustate inutilis. Carina inprimis debilis, ac pene dehiscens. Itaque homines nauticæ rei experti ac periti pronunciabant fore, vt in medio cursu, haud dubie laxatis compagibus, aquam accipiens mergeretur. Quocirca Procurator tristis hærebat. Verum vt Xauerij corpus illa naui Goam vehendum esse cognouit; non merces solum, sed suam quoque illi salutem credidit, satis fidens, sancti viri ope, cuius diuinam virtutem satis exploratam habebat, onerariam incolumem futuram. Petrus Alcaceua interim è Societate Iesu Malacam Cosmi Turriani missu venerat, Francisci reliquias Goam deuecturus. Is igitur cum Tabera sacram arcam in nauim imponit, magna nautarum iuxta vectorumque lætitia, quippe qui multum in ea aduersus tempestates præsidij ponerent. Extemplo cubiculum sacro corpori assignatum in naui. ibi loculus serica amictus veste positus: ad eum odores & cerei. Pro his officijs gratiam Franciscus cumulatissime retulit. Cum essent in cursu, oneraria cæcis impacta scopulis tenacibus inhæserat adeo, vt neque progredi nec regredi posset, sed velut affixa staret immobilis. Postea vero quam nautici onerariam molientes per multas horas nequicquam cum cautibus luctabantur; omnium animos ingens desperatio incessit. Ergo humana ope damnata, diuinam spectare cœperunt. Protinus ad Alcaceuam frequentes coeunt, impense orantes, vt Francisci corpus in apertum proferat. Haud grauate ille morem gerit monitis, vt cuncti pariter Francisci implorent opem. Nec mora. vniuersi cum accensis cereis ante sacrum corpus supplices Xauerium inuocare & manantibus lacrymis orare cœperunt, vt diuinam ab ipsis auertat iram. Nec frustra id fuit. Cum maxime id facerent, repente scopulus, amissa tenacitate, onerariam cum ingenti fragore dimisit, & illa vadis expedita prospero afflante vento cursum tenuit. Sæpe etiam alias in manifestum naufragij discrimen adducta, Xauerio, quem vehebat, à vectoribus nautisque implorato, præsens euasit periculum; ac demum Cocinum peruenit innoxia. Simul incorruptum Francisci corpus adesse fama nunciauit, cunctam ciuitatem rei nouæ miraculo conciuit. Extemplo cerneres portum hominibus compleri, scaphas à primis occupatas accelerare ad onerariam, cæteris eorum reditum opperientibus in littore. Transgressi alij super alios in nauim ad cubiculum tendunt: mox pro se quisque sacras reliquias manu osculoque contingere; admirabundi integrum corpus intueri, diuinamque benignitatem prædicare, quæ in sanctorum virorum etiam mortua redundaret corpora. Nauis paucos dies Cocini morata Goam petens, ex itinere ad Baticalum Indiæ oppidum, millia passuum à Goa octoginta, subsistit, haud exiguo incolarum bono. Ibi Francisci beneficio primaria fœmina Lusitana graui morbo liberata est; alia præterea edita miracula, quæ à nobis suo deinceps exponentur loco. Cæterum aduerso vento nauim morante, quo minus Goam perueniret, nauarchus ipse, actuaria naui Goam præcurrens, rem Xauerij socijs nunciat. Mora atque expectatio (vt fit) cupiditatem accendit. Itaque cum Patres diutius Francisci desiderium nequirent ferre, Melchior Nunnius, Collegij Rector, Prorege adito, ab eo celocem haud ægre impetrat, ad sacram arcam propere deportandam. Erat ea celox Alphonsi Noroniæ, viri pij, & Francisci studiosi, qui, nauigium impensius quam exigebatur commodans, operam quoque suam ad eam rem prolixe deferebat. Ad hæc nauarchus, qui Xauerij corpus Malaca deuexerat, reclamare obtestarique, ne (quando sua nauis iam prope abesset à Goa) tam certo ac salutari nudaretur præsidio. Sed vicit Xauerij visendi cupido postulati eius æquitatem. Ergo Melchior, inhibita domesticorum comitari cupientium turba, cum præcipuis aliquot Patribus, & orphanorum agmine celocem conscendit, &, quanta maxima celeritate potest, applicat ad onerariam. Confestim in eam transgressus, cubiculum, vbi loculus asseruabatur, intrat, offenditque Xauerium summa integritate, eademq; specie, qua viuus fuerat: vt modo vita defunctus aut potius adhuc spirans videri posset. Quocirca manantibus gaudio lacrymis, vultum illum cœlestis felicitatis indicem paulisper contemplatus, magno cum pietatis sensu sacras manus pedesque suauiatur. Idem cæteri certatim faciunt. Inde arcam ornatam atque compositam efferunt è cubiculo. Inter quæ nauarchus onerariam multis vexillis ac tapetibus exornari, tormenta bellica veste serica integi iusserat. Vbi in forum nauis corpus delatum est, pueri qui Goa aduenerant, floribus coronisque redimiti, ramos tenentes manibus, Zachariæ canticum pie admodum, nec sine suis aliorumque lacrymis decantare cœperunt. Hoc concentu arca in celocem demissa, sensim locatur in puppi. Oneraria interim festa bombardarum displosione Francisci discessum prosecuta, lætitiam lacrymasq; omnium integrauit, reputantium animo summam Dei liberalitatem, qui tam magnifice seruum suum vel in medio honestaret mari. Cæterum nauis reddito Francisci corpore & mercibus leuata, velut suo perfuncta munere, eodem loco, tranquillo mari, sua sponte demergitur, vt appareret eam Xauerij præsidio inter fluctus & saxa incolumem extitisse. Porro celox sub vesperam applicuit ad ædem S. Mariæ cognomento Rabandariæ, passibus circiter mille & quingentis ab vrbe Goa, propter flumen quod Goam insulam præterit. Ibi Melchior, Xauerij corpus per otium inspiciendi contemplandique auidus, de media nocte remotis arbitris, valuisque clausis, Franciscum in Sacerdotali ornatu, sicut erat, ex arca eximit, mense post obitum sexto decimo. Reperit eadem prorsus facie, habituque corporis, quo constabat eum fuisse cum viueret, caro succi plena, cutis recens, color viuidus. credere eum sopitum potius quam extinctum. Erat carbasina veste indutus, quam ille secum in Sinas detulerat, eo consilio, vt illa, gentis more, amictus, Sinarum Regem adiret. Hac quia viuus nunquam erat vsus, indutus est mortuus pro subucula. Ex ipsa, nisi extincta membra tot menses proxime vestierat, viua quidem calce vel humo obsita, tamen adeo integra videbatur, ac munda, vt eam modo illi iniectam diceres, & seruatam magis à corpore, quam vlla ex parte læsam. Post actas (vt par erat) numini grates laudesque, Melchiorem memorem quantum incitamenti ad virtutem Antonius in palmea S. Pauli Heremitæ tunica, quantum præsidij Eliseus in Heliæ pallio reperisset, cupido cœpit subuculæ Xauerij auferendæ. Itaque illi detractam apud se diligentissime seruauit, vel pignus Francisci, vel ornamentum suum. Quippe eandem postea in Iaponiam detulit secum, vt illa indutus Iaponiæ Reges ac Dynastas conueniret; Franciscoque Deum propitiante, non oculos solum, sed etiam animos eorum caperet. Et voto respondit euentus.

Gotorum studia in viseno Xauerij corpore.

Honos Xauerio exhibitus à nautis alijsque.

Corpus Fran. … integr… …

XV. Hoc interim spatio Prorex (is tum erat Goæ) de Xauerij aduentu prima nocte certior factus, pro sua erga illum veneratione, magnum ex eo nuncio gaudium cœpit, statimque solemnem pompam atque apparatum in posterum imperauit diem. At Patres quos inuitos Melchior domi reliquerat, tanta exultarunt lætitia, vt, pectoribus visendi carissimi parentis cupidine occupatis, somnum aut quietem ea nocte capere nequirent. Neq; eorum tam remisso aut languido animo aut corpore quisquam fuit, qui illa nocte conquieuerit. Tanta erat Francisci expectatio, ita eius caritas omnium ad se trahebat animos. Quocirca intempesta nocte cum surrexissent omnes, pro se quisque templum frondibus, peristromatis, ac veste stragula exornatum, optatissimum parentem apparatu quam maximo excepturi. forte res in sextam feriam, quæ antecedit sanctam hebdomadam, inciderat: tamen læto festoque cultu aras quam elegantissime exornari placuit. Sic enim statuebant, sanctum virum, cuius funus insigni pompa Deus celebrari vellet, festo potius quam funebri sacræ ædis apparatu excipi oportere. Destinatus erat funeri dies XV. Kalend. Aprilis, Anni post Christum natum M. D. LIV. Qui dies vt primum illuxit, Iacobus Pereria, qui per [illegible] Malaca reuerterat, moræ impatiens, cum amicorum manu in nauigium actuarium conscendit, & cum ca[illegible] fa-cibus amicissimo suo occurrit obuiam. Confestim sex naucalæ obsecutæ, quibus vehebantur ad quinq[illegible] nta

viri amici & admiratores Xauerij. Sua cuique fax accensa, & puer cum cereo. Vt ad ædem ventum est, [illegible] corpus asseruabatur, cuncti pariter humi prosternunt corpora, obortisque lacrymis, sacras reliquias venerantur. Superat omnes Pereriæ pietas eminebat, qui Xauerium vnice dilexerat. Inde alij super alios phaselis ad duodecim [illegible] Lusitanorum, Sinarum, Malacensium honestissimorum, cum pari vel vestium vel luminum apparatu. Qui Franciscum venerati cum cæteris, in suum quisque nauigium se receperunt. Multa iam die loculus, [illegible], in myoparonis puppi reponitur, plurimis circum cereis collucentibus. Mox Patribus in alba veste, & pupillis [illegible] coronatis, diuinos circa hymnos ac laudes inuicem canentibus, aduehitur Goam. Myoparonem naniculæ [illegible] viginti cum facibus cereisque accensis longo ordine prosequebantur, funebris pompæ speciem augentes. Columbarum e flammis, littora cantibus personabant, & plerisque piæ animi sensus eliciebat lacrymas. Vt vero nauis [illegible] teorum fulgore insignis in vrbis conspectu fuit, & ex inusitata luminum copia intellectum est adesse Xauerium; tam vero ingens cunctæ ciuitatis extitit motus, exultare eam ac triumphare gaudio credere. Etsi enim Patres modestiæ memores sedulo cum Prorege & Episcopo egerant, vti Xauerius non tanquam vir sanctus, sed velut Dei [illegible] (quoad Pontifici Maximo aliter visum foret) acciperetur, habereturque, tamen Proregis ipsius iussu campanæ vrbis omnes percrepare læto festoque cœperunt sono. Qua significatione vniuersa ciuitas excita, sese Franci conuibiam effudit. Littora, vrbis muri, fenestræ, summa tecta, solaria vnde conspici modo nauis aduentans posset, hominibus complebantur. Quo propius spes, naui accedente, admouebatur, hoc magis concurrentium [illegible] pidoque te visendi crescebat. Itaque plurimi, impetu quodam ardoris ruentes, certatim desiliebant in mare, vt sacrum loculum contingerent primi. Iam Prorex, cunctaque nobilitas, & maxima ciuium frequentia in portu cum cereis ardentibus præstolabantur nauim. Et maximæ ædis Canonici cæterique Sacerdotes linteati cum suis processerant [illegible]. Aduenerat quoque Sodalitas misericordiæ cum suis vexillis atque insignibus argento auroque fulgentibus. Sequebantur magnificum sane feretrum, Attalica veste constratum: vbi Sodales misericordiæ sacrum loculum reponendum censuerant, magnificentiorem vtique speciem præbiturum. Vt prima area in terram à Patribus exposita est, quasi signo dato, omnibus in vnum conuolantibus, tanti repente concursus vndique facti adire, contingere, osculari eam cupientium, vt se mutuo prementes alij super alios corruerent. Ad loculum porro cum recessum primus vltimi non dederent, adeo constipauerant se, vt necesse foret multos coarctatos atque oppressos exanimari, nisi prudentia obuiam isset periculo. Prorex, satellitibus immissis, ruentem submoueri turbam, supplicationemque aliquando [illegible] iussit.

Concursus ad Xauerij corpus.

Funus terrestre.

Multitudine ægre submota supplicatio instituta est, peractaque quanta maxima potuit pompa. Nouissime feretrum magnifice exornatum Patrum humeris ferebant, duobus pari ornatu feretri manibus latera cingentibus. Prorege cum cohorte, omnique nobilitate, & ciuitate vniuersa prosequente, tanta funalium ac luminum copia, vt vrbs ardere videretur; tam insolita omnium ordinum lætitia, plausuque, vt non funus, sed triumphum videre te crederes. Loculus quippe aurea fulgebat veste. Totum iter erat frondibus floribusque constratum: tectorum fenestræ parietesque veste pretiosa ornati: in via multa passim ab vtroque latere odoramenta disposita. Feretri porro latera thuribula gerentes cincta perpetuis odoribus complebantur. Hoc igitur triumphali funere Franciscus è Sinarum expeditione rediens Goam in Societatis templum inuectus: vt intelligeretur cuiusmodi tandem honore insignis eius animus esset in cœlo, cuius corpus exanime etiam, propter animi sanctitatem, in terris quodammodo triumpharet.

Vbi ad Societatis ædem ventum est, Missæ sacrificium solenni ritu ac cæremonia decantatum. Feretrum intra cancellos aduersus impetum multitudinis constitutum. Fama exierat, sub sacrum, area patefacta, fore omnibus corporis visendi copiam. Quocirca ingruente multitudine, septa haud difficulter perfracta sunt: sed clausam aream nihil magis, quam multitudo semet impediens, tutabatur. Ibi Collegij Rector, auidæ plebis impetum veritus, petere vehementer cœpit atque etiam a Prorege, vti domum cum vniuersa nobilitate reciperet se, plebem vtique suorum exemplum secuturam: ipsos deinde luxato sacello, turbaque semota, commodius corpus Xauerij conspecturos. Igitur Prorex illi morem gerens discedit. Eum cuncta nobilitas sequitur. At cæteri obfirmato animo hærere in vestigio, instare, flagitare, vt area detegeretur, se, nisi voti compotes, haudquaquam inde vestigium moturos. Demum perseuerantia inceptum obtinuit. Cum enim mora nihil proficeret, Melchior ad vltimum cessit tempori. Itaque submota paulisper multitudine, singulisque restitutis atque obfirmatis, Xauerij corpus amictu Sacerdotali, vt delatum erat, eminus ostentatur. Quod conspicata multitudo tanto cominus visendi desiderio exarsit, vt ingenti impetu ruens, iterum sacelli perrumperet septa. Proinde, repentinus Patrum metus, ad vim arcendam, loculum confestim operuit, obstinatque [illegible]. Ergo pars spe inspiciendi spe & expectatione defatigati, qui proximi steterant, Xauerij que integrum, conspexerant corpus, aliquando recesserunt: & quod ipsi viderant, cæteris enarrarunt. Et illi hac commemoratione accensi, obstinatione quadam animi vsque eo institerunt, dum, cancellis denuo obiectis, ipsis quoque monstraretur. Eodem ipso die sub vesperam Antonius Pereira Lusitanus, cum muneribus ac literis Regis Bungensis ad Proregem Indiæ, appulit Goam. Is Regis missu venerat, Xauerij reditum in Iaponiam sero iam curaturus. Epistolæ Regiæ summa hæc fuit: Franciscum Xauerium sæpius apud se de mundi conditore ac vindice Deo verba fecisse, & eius verba hæsisse in visceribus suis medullisque. Itaque certum iam sibi ac deliberatum esse, Christi sacris initiari Francisci manu, vel cum periculo excidendi regno. Franciscum quidem in digressu promisisse, breui se ad eum, si vita suppeteret, rediturum: sed quoniam illius reditus spe tardior foret; placuisse certum hominem Goam mittere, qui exploratam renunciaret causam tam longæ moræ. Proinde oratum velle Proregem, vt Xauerium primo quoque tempore ad se destinaret. Eius vt que aduentum ingentis simul inuitamentum religionis Christianæ, simul Lusitanæ amicitiæ vinculum fore. Prorex igitur, regiis literis recitatis, Melchiorem Nunnium (is vnus è primoribus Societatis Iesu erat in Indis) haud ægre perpulit, vt ipse pro Xauerio ad Bungi Regem iter maturaret. Interim Xauerij corpus Goæ non spectaculo solum, sed etiam miraculo erat. Cæterum non explebatur videndi cius [illegible] videndo, sed excitabatur magis. Ita iidem reuisendi gratia sæpius redibant: nona etiam in horas multitudo visendi causa confluebat in templum. Ergo necessitas consilium mutauit. Vt infinitæ multitudinis cupiditati satisfieret, corpus in sacello, validis cancellis præsepto, triduum totum omnium oculis expositum fuit; potestas vt esset omnibus per ordinem contemplandi. Tum vero incredibiles vndique concursus facti visentium Xauerium, coronisque [illegible], magna vi lacrymarum, sensuque pietatis. Inter hæc quorundam dubitatio rem non tectiorem modo, verum etiam illustriorem fecit. Quoniam rei miraculum excedebat fidem, non defuerunt aliquot cœnobitæ, viri graues, qui Franciscum exemptis intestinis curatum, balsamoque oleo conditum esse propalam dictitarent. Ergo Prorex, rem exploraturus, Cosmum Saraiuam, inter medicos artis eximiæ, tentare atque inspicere corpus iubet. At ille ventrem secare aggressus, cum animaduertisset recentem adhuc manare sanguinem, miraculo attonitus incepto destitit. Insertis deinde in vulnus digitis, integra ac solida intestina comperit, nullo balsami oleive indicio. Idque iuratus publico testimonio confirmauit. Quocirca re perspecta, atque vulgata non magis cæteri, quam illi, quos dixi, Xauerij corpus celebrare venerarique cœperunt, pro se quisque, [illegible], manusque rosariis contingentes. Tanta autem insederat animis omnium de Xauerij sanctitate opinio, vt [illegible] aliquid ex eius corpore aut vestimento surripere conarentur. Itaque interea ad præcauendum Patrum cura ægre valuit piam arcere vim populi. Inter hæc passim Franciscus [illegible]

Concursus incredibilis ad Xauerij corpus.

Proregis iussu medicus eius corporis integritatem explorat.

XVI.

ferebat-

celebrabatur, egregiaq; eius facta, vaticinationes, miracula, ab ijs qui aut ipsi viderant, expertique erant, aut ex idoneis cognouerant auctoribus, memorabantur. India vniuersa velut vno ore Xauerij sanctitatem celebrante. Et vetera miracula nouis affirmata sunt. Complures eorum, qui ad id spectaculum confluxerant, iurati confirmarunt accessisse complures hominum partim membris captos aut debilitatos, partim varijs morbis laborantes; tactoque Francisci corpore abijsse sanos ac valentes. Exacto triduo, etsi nondum expletis oculis animisque multitudinis, arca propter aram maximam ad dexteram sepulcro, per eos dies parato, ad tempus condita est, dum pro dignitate talis viri, Patrumq; studijs, & Goanorum religione, monumentum eius satis exornaretur; si Rex Lusitanus, vt spes erat, eum in numerum cœlestium referendū à Pontifice curasset. Decimo circiter post sepulturam die D. Antonius Ribera, Goano Episcopi Vicarius & Inquisitor generalis, pro suo munere atque officio, suis ipse oculis explorare decreuit, verane de Francisci integritate fama emanasset. Igitur aperto circa meridiem sepulcro multis collucentibus facibus, omne pertentauit, perspexitque corpus. Cumq; nihil non integrum reperisset, suum testimonium consignatum literis ad posteros tradidit. Interim Xauerij veneratio cultusq; crescebat in dies. Ad eius sepulcrum plerique venerabundi accedere: multi flores & coronas afferre: non pauci candidos adhibere cereos, qui perpetuo lucerent. Et hominum studia Deus approbauit. Satis constat, cereum cubitalem ibi accensum totos duodeuiginti dies noctesq; perpetuo arsisse. Deum quoq; honorem famulo suo haberi sentientes. Rex porro Lusitaniæ his nuncijs commotus, cum egregia Xauerij facta atque miracula per Indiæ Proregem conquisita perscribi sedulo iussisset, ea Romam ad Legatum suum misit, vt ageret cum Pontifice de Francisco Xauerio in Sanctos reponendo. Cæterum pios optimi Regis conatus intempestiua occupauit mors. Patres igitur, nouo templo absoluto, ac veteri disturbato, Xauerij loculum in domesticum transtulerunt sacellum: vbi hodie eius memoriæ ac nomini priuatim honos habetur, donec per Pont. Max. (si Deo cordi erit) publice solennes haberi honores liceat.

Episcopi Vicarius rem suis explorat.

Rex Lusitaniæ Franciscum in Sanctorum numero reponendum curat.

I. ETSI diuina dona ac munera, quibus Franciscus cumulatus fuit, in omnibus eius vitæ partibus, quas demonstrauimus, identidem eluxerunt, tamen non erit abs re, quæ cursim & obscure significata sunt, propalam otioseque contemplanda proponere: vt, explicatis rerum generibus, vno in conspectu omnia liceat intueri. Atque (vt primum exponamus ea, quæ vulgo plus admirationis habent, eaque in se æquos iniquosque conuertunt) non solum in toto vitæ cursu, sed multo etiam magis in ipso funere permulta Francisco contigere diuinitus, quæ nulla naturali causa à miraculo eximi queat. Ea nos igitur diuina indicia ac testimonia eius sanctitatis diligentius persequemur. Omnium autem rerum eos auctores citabimus ac testes, quorum de auctoritate ac fide dubitare nefas sit. Ioannes ergo Lusitaniæ Rex hoc nomine tertius, cuius missu, vt ante diximus, Franciscus Xauerius in Indiam contendit, cum cognitam exploratamque haberet eius sanctimoniam, non minus honoris habuit mortuo, quam viuo habuerat. Nam Xauerij morte nunciata, haud secus quam par erat, tanti viri iactura motus, Orientis ingemuit cladem, qua nullam fortasse maiorem ab irato Deo accipere potuisset. Inde vbi animum laxauit dolor (vt eum egregia sua pietas ac prudentia facere admonebat) vnde dolorem acceperat, indidem remedium petijt dolori. Plurima per Franciscum vt in vita, sic post mortem diuinitus edita ad eum fama pertulerat. Itaque tum hominis, tum Religionis studio accensus, Francisco Barreto, Indiæ Proregi, negotium per literas dat, vt illustria Xauerij facta miraculaque omnibus indicijs peruestigata perscribat ad se. Sibi enim in animo esse, eam testificationem Romam mittere ad Pontificem Max. vt illi, si ei videretur, viro sanctimonia & miraculis inclyto cœlestes honores rite decerneret. Verum vt optimi Regis de Xauerij virtute opinio nota ac testata sit omnibus, operæ pretium duximus exemplum regiarum inserere literarum. Prorex amice, tibi ego Rex salutem plurimam. Francisci Xauerij vita ac labores exempla adeo salutaris extiterunt, vt Deo gratissimum fore existimemus, si ea ad diuinam gloriam laudemque proferantur in lucem. Quocirca vt illa in vulgus edita quam par est apud omnes auctoritatem habeant, ac fidem: magnopere tibi mandamus, vt vsquequaque in India, vbicunque locupletes atque idonei huiusmodi rerum testes esse videbuntur (qui scilicet cum Francisco vsum consuetudinemque habuerint) tabulas publicas ac testificationes, testibus iureiurando adactis, rite conficiendas quam diligentissime cures, cum de vita eius ac moribus, deque rebus omnibus ab eo ad hominum salutem & exemplum laudabiliter gestis, tum vero de ijs quæ diuinitus ille & viuus patrauit, & mortuus. Eas tabulas simul cum testimonijs auctoritatibusque omnibus tuo chirographo subscriptas, annuloque obsignatas, triplici ad nos transmittes via. Hoc si sedulo & celeriter si feceris, magnam à nobis inieris gratiam. Olysipone V. Kal. Apr. M. D. LVI. Prorex igitur Indiæ, perlectis regijs literis, ex ijs cōfestim per idoneos homines in eam rem inquiri iussit, non solum Goæ in Indiæ metropoli, verum etiam in ora Indiæ vniuersa; adhæc Malacæ, cæterisque locis, vbi Franciscum versatum esse constabat. Comperta sunt haud dubijs auctoribus permulta per Franciscum & in vita & post mortem vel salubriter gesta, vel patrata diuinitus. Ea Prorex in tabulas publicas relata, suaq; subscripta manu, atq; annulo obsignata, ad Regem celeriter perferenda curauit. Res eo loci iam erat, vt Rex, ijsdem tabulis Romam transmissis, per Legatum suum ageret cum Pontifice, vti Xauerium rite in Sanctorum virorum numero reponeret, cum pijs eius conatibus immatura mors interuenit. Extat apud nos regiarum tabularum exemplum, rite obsignatum, subscriptumque Proregis manu, vnde sunt ea, quæ adhuc exposuimus, quæq; deinceps exposituri sumus, magna ex parte deprompta. Et quoniam superioribus libris illorum pleraque comprehendimus, iam reliqua subtexemus; quæ de industria huc reiecim°, quia suis intexere locis haud tam facile, varias ob causas, videbatur.

Regis Lusitani epistola ad Proregem Indiæ.

Proregis inquisitio in facta Xauerij.

II. MVLTIS quidem Xauerius præclarisque Dei muneribus, sed non alio magis quam multiplici Prophetiæ dono conspicuus fuit. Eius rei haud dubia indicia elucent in omnibus ferme vitæ eius partibus, sed illa maxime excellunt. Cosmus Ioannes, Procurator regius, adamantem eximia magnitudine coemerat in India octo aureorum millibus, quadruplo pluris in Lusitania futurum. Hunc Ferdinando Aluaro in Lusitaniam soluenti crediderat deferendum ad Regem. Sub id tempus Franciscus Goam ad eum venit: pro familiaritate, vti mercimonia eius habeant, rogat. Ille cum de cæteris mercibus in Lusitaniam missis, tum vero de adamante illo narrat, feliciter secum agi ratus. Tum Xauerius rogitat cui tandem naui tam pretiosam commiserit gemmam. Simul nauis nomen accepit. Nollem, inquit, isti naui credidisses. Cur tandem? inquit ille, an quia superiore anno aduersa tempestate iactata pene interijt? Minime, inquit Franciscus, sed quia grauius ei impendet periculum. Tum vero ille Xauerium etiam atque etiam rogare, vt Deum pro illo nauigio orare ne desisteret; præsertim cum adamantem illum suo periculo mitteret Regi. Anxio deinde Cosmo de nauis illius euentu, nunciatum est, eam, tabula vi tempestatis reuulsa, prope haustam fluctibus, cæterum denunciato perfunctam periculo, afflantibus Xauerij precibus, Lusitaniam secundo cursu tenuisse. Pridie vero quam Malaca Franciscus in Sinas solueret (vti eius socij, qui præsentes adfuerant, commemorarunt) cum inusitato quodam more super lectulum toto pronus corpore inter somni vigiliæque speciem iaceret, diutissime constantissimeque in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, durauit, alienato à sensibus animo. Nam socios, qui forte interuenerant, rei nouitate attonitos tanti viri reuerentia tenebat, quo minus eum affari aut excitare sustinerent. Itaque à stupore ad curam versi solicito animo, atque suspenso, rei præstolabantur euentum. Demum ille velut ex alto experrectus somno, & ingenti aliqua molestia emersus, certum hominem, qui tum in Lusitania versabatur, nominatim appellans, crebro inclamauit, Deus tibi ignoscat. Atque in præsentia quidem quorsum

Malacæ prospicit animo periculum quod Societas Iesu subibat in Lusitania.

tandem illa conquestio spectaret, ipso, qui vnus norat, reticente, omnes [illegible] verum [illegible] tania rem pat[illegible] fecerunt; per id tempus vitio [illegible], quem totus [illegible] nominis appell[illegible] Xauerius, [illegible] cietati Iesu in Lusitania detrimentum illarum: quod tamen Dei beneficio, & sol. deprecatione Xauerij, cessit [illegible] dum. Ex quo satis apparuit, Deum illi, quid in Lusitania, tum ag[illegible] retur, ostendisse, vt imminens Societati [illegible] lum precibus auerteret suis. Nec longinqua solum Malacæ, sed etiam futura prædixit, nec [illegible] ista magis quam læta. Si[illegible] leo populationes agrorum, obsidionem vrbis, pestilentiam ciuitatis, [illegible] hacque incommoda [illegible] conc[illegible], vel in sermonib. priuatis, tanto ante Malacensibus prænunciata sic prorsus, vt postea venerunt. Sub ca[illegible] mum[illegible] tabilis illa de Acem. barbaris victoria vaticinatio, que Xauerij tot vaticinatio[illegible] insign[illegible], tot d[illegible] indicij nobilis. Iam vero ad Amboinum Moluccasque insulas quam multiplex ac varia prædictio! Quam [illegible] nunciationes de Tolana victoria, de aduentu scaphæ, quam vis tempestatis abstulerat! Sed hæc non [illegible] nouum. Sinas cum peteret, in Malacensi cursu, rostrata nauis, qua vehebatur, inter insulas Sama[illegible] te subito iactata, apertum naufragij ad hoc periculum. Ingens iam omnium mentes desperatio [illegible], [illegible] tis imminentis species omnium obuersatur animis. Ibi tum Franciscus Iacobum Sosam [illegible] cæteros qui aderant, bonum habere animum iubet: eodem ipso die sub vesperam sedata tempesta[illegible] [illegible] capturam. Idque, vt prædixerat, prorsus euenit. Ante solis occasum auster cadit, mar[illegible] datur, port[illegible] salutem aduenientem modo, sed mortem etiam impendentem, multis sæpe prædixit. Nam, vt de Ioann[illegible] [illegible] ita morte taceamus, Malacæ cum Antonio Sosa familiariter colloquens, mentione [illegible] qu[illegible] affirmauit, illum, etsi optime tum valeret, haud ita multo post è vita cessurum. Prædictionem mors [illegible] mensem comprobauit. Soluens inde in Sinas, Iacobum Pereiram, [illegible] locupletem, cum [illegible] hendum erat, pro[illegible] monuit, animi vt substitueret curatorem mercium suarum, nam, quem destin[illegible] Sinas haudquaquam [illegible] peruenturum. Et vaticinationi [illegible] spondit euentus. Curator ille in ipso cursu [illegible] est, prius quam Sinarum fines attingeret. Moluccum deinde lembo petens, è portu pariter soluit, cum Ioanne Galuano mercatore qui alio lembo veh[illegible] tur. Haud multo post vi tempestatis abreptus Xauerius, destinatum tenuit portum. Ibi cæteris Galuanum audere expectantibus, ipse pro concione repente auditores pro Galuano modo extincto ad comprecandum Deum hortatur. Et triduo post Galuani merces repertæ in littore, domini naufragium & interitum ostenderunt. Illa quoque eius vaticinatio admirabilis, quam nuper res ipsa comprobauit. Nauis erat in India adeo vetustate fluctibusque labefactata, vt plerique vererentur, ne, si mari se commisisset, tempestate dissolueretur prius, quam a [illegible] portum. Tum Xauerius (nam forte aderat) diuino instinctus Spiritu, Bono animo estote, inquit: neque enim hoc itinere est interitura nauis illa hæc, sed demum in ne cuiusquam damno peritura E[illegible] fuit prædictioni fides, nec defuit euentus. Quippe institore haud dubio, quamuis id, vt alii multi, à Francisco prædixisset diuinitus, pro[illegible] quisque in eam nauem suas merces imponere certabant, [illegible] quod [illegible] [illegible] discrimine illa naui vlterius citroque [illegible] posse. Nec [illegible] sua fefellit opinio. Nauis, quamuis vetusta & cariosa, vsque ad annum huius seculi LXXXII in tot cursibus ac tempestatibus incolumis semper mansit, annos prope XXX. ipsi superstites Xauerio. Tandem cum mercibus vacua steteret in portu, sua sponte dissoluta, sine cuiusquam damno interijt, haud certior incolumitatis sua, quam interitus, testis Francisci vaticinationis. Nec vero futura solum, absentia, ac remota Prophetarum more prænunciauit, sed animos etiam hominum, cogitationes, & vitæ maculas introspexit. Id adeo etsi arcanum [illegible] ab Ioanne Duro initium, a Francisco diuinitus cognitum, (vt suo loco demonstrauimus) satis ostendit; tamen multo etiam magis declarabunt ea, quæ deinceps dicturi sumus. Bazainum oppidum est Indiæ quod inter Goam & Indum flumen situm, dix[illegible] pa[illegible] vtrinque distare spatio. Huc Xauerius suo Iaponicam profectionem Proregi [illegible] uenendi causa, qui in Cambaia versabatur, diuerterat. Erat autem Malacensis quidam, [illegible] studiosus atque [illegible], obituo complex[illegible] ferebat. Hunc Franciscus à perdita vitæ ratione ad honestum plenumque viuendi genus perductum, vt anno [illegible] consuleret saluti, instillit [illegible] causis in Lusitaniam remigrare iusserat, & Sacramentum frequentare confessionis. Cæterum is etsi primo receperat se vtrumque facturum, deinde tamen in vtroque fefellerat fidem, [illegible] Lusitaniæ profectionis consilio, tertium iam annum sine confessione traducens. Ergo vt eum in India adhuc hærentem conspexit Xauerius, simulque conscientiæ eius vulnera diuinitus vidit; amici complexum amicumque ipsum pariter auersatus, Apage te, inquit, licentiæ, bonæ vir, itemtibi promissi [illegible] (vt sileam cætera) ex quo in Indiam à me [illegible] nunquam. Ego vero te non qui alloquar, neque amicum agnoscam prius, quam delicta confessione expiaueris. Tum ille, qui & dilatæ confessionis & flagitiorum suorum conscius sibi [illegible], hac voce perculsus, facile animaduertit, id ipsum diuinitus (neque enim humanitus poterat) à Xauerio obiectum. Quocirca culpam agnoscens ac præteritus suam, extemplo confessione eluit animi sordes, quas Francisco senserat sub[illegible]olu[illegible]. Alium item amicum Cocini cum rogasset vt valeret, illeque recte, respondisset; Corpore tu quidem recte vales, inquit Xauerius, sed animo non item. Tum enim vero ille, vt qui nescio quid fraudis ac sceleris illo ipso agitaret tempore, conscientia ictus fatetur ingenue, Franciscum verius quam se de sua valetudine iudicare. Itaque peccata apud eum [illegible] expiat; scelesto que illo consilio abiecto, mentis recuperat sanitatem. quam ille Xauerius dec[illegible] perseuerat. Pridie vero quam excederet vita, alterum è comitibus, qui sibi ægrotanti præsto erant, a[illegible] intuens oculis, miserabili voce ter inclamauit, Væ tibi. Nec irrita denunciatio fuit. Haud ita multo post ille, cum meretricis iampridem amoribus im[illegible], sub [illegible], vt triplex illa Xauerij comminatio videatur triplicem illi pestem denunciasse, conscientiæ vulnus, corporis [illegible], interitum animi.

Vaticinatio tranquillitatis necnon naufragij.

Prænuncat maturam mortem bene valentium.

Vaticinatio de naui in portu peritura.

Amici recessi diuinitus vidit, & quamdiu is confessionem distulerat.

Amici animi morbos & infelicis introspicit.

Moribundus comitatio penitentiam prædicit.

III. IAM per omnia ferme miraculorum genera Xauerij virtus vagata est, quorum nos hoc loco pauca referemus, cætera ad [illegible] exposita generatim perstrinxisse contenti. Dæmones quidem non tantum ipse [illegible] sæpe vicit, cum Meliapori in æd. S. Thomæ, quamuis acriter cæsus, illorum terrores minasque contempsit; iterumque in Iaponica nauigatione, cum eorum incursiones atque terricula magnitudine animi superaret; verum etiam sæpe in ora Comorinensi, Malacæ, & alibi ex obsessis eiecit corporibus, qua ipse per se, qua per neophytos. Haud minor in morbis, quam in dæmonibus diuinitus depellendis, eius vis extitit. Atque vt complures prætereamus, quibus in eadem ora Comorinensi (vt ostendimus) tum ipse met, tum per pueros Catechismi ministros, febrim aliosque expulit morbos; in insula Ceilano Michaelem Fernandum, grauiter ex calculo laborantem, inuisens, bono animo magnaque Dei fiducia esse iussit: se postridie rem diuinam pro illo facturum: nec dubitaret, quin, propitio Deo, spe maturius animi corporisque recuperaturus esset vigorem. Idque ita prorsus euenit, vti prædixerat. Nec nullam moribundis, aut ijs, qui naturæ vitio casuve aliquo sentibus membrisue captiuant, attulit opem. Amangucij quidem facta constat claudo [illegible] mutis duobus loquendi, totidem surdis audiendi facultatem a Francisco redditam: moribundos etiam multos ad eum deportatos crucis signo, vel aquæ sacræ aspersione, desperatam sanitatem corpori restitutam. Goæ vero (vt ante ostendimus) socium iam depositum [illegible] sepulturæ destinatum, è Iaponia rediens cum inuiseret, Euangelio super eum recitato, ex faucibus eripuit mortis. Nec moribundos solum à morte, sed etiam mortuos ad vitam reuocauit. Satis constat, tres ab illo in ora Comorinensi à mortuis excitatos: his Cangoximanam puellam quartam accessisse. Permirum autem est, in alio genere, quod de illo memoriæ proditur. Institor erat quidam Lusitanus (nomini parcimus,

Calculos diuinitus sanat.

parcitur, vt famæ parcatur) nauus in paucis industriusq;. Is quo primum tempore Franciscus diuertit in Sinas, magnã cum eo familiaritatem contraxerat. Cæterum aliquot annis interiectis reuectus in Indiam, vitam cautius quam castius agebat. Huic igitur Xauerius (incertum an longe absens, an vita functus) se obtulit, Deum iamiam ex ipso pœnas expetiturum denuncians. Illo confitente, se vero id meritum esse; adiecit: Enimuero tu es meritus, qui nefarium illud facinus (certumq; designauit flagitium) admiseris. Erat res eiusmodi, quę mortales omnes lateret, pręter ipsum. Itaque occulti flagitij commemoratio repente mercatoris perculit pectus. Ergo admirabundus exclamat: Nimirum, Pater, diuinitus isthuc tibi est indicatum. Age igitur, quoniam vulnus inspexisti, præscribe curationem, ostende erranti salutis viam. Tum ille, Franciscanum ergo institutum sequere: quam tu disciplinam si obseruaueris sedulo, nae tu saluus eris. Ad illam quippe potissimum disciplinam te video natum factumque. Paruit extemplo ille quasi cœlesti voce iussus salubri consilio; ac deinde totam rem alijs retulit lætus euentu.

Flagitiosum hominem diuinitus redarguens flagitij, ad Franciscanum institutum impellit.

Complura porro aliorum etiam generum miracula Xauerius patrauit. Semorrum oppidum est vltra Malacam, quod latus pariter altusq; amnis præterfluit. In huius ripa accolæ mali dæmonis instinctu Franciscum lapidibus petebant, sagittisque. Itaque is cum à barbaris acrius premeretur, ingenti trabe, quæ in aggere fluminis in transuersum defixa obstabat fugæ, haud ægre submota, facilem receptum habuit. Ea res stupore ac miraculo torpentes defixis hostes, & ab insequendo deterruit. Cõstabat quippe, trabem illam vix à magna hominum manu moueri posse: & diuinam vtique vim, non humanam, salutifuisse Francisco. Illud pene inauditum. Amangucij ad Bonzios aliosq; Ethnicos de Christiana religione quotidie verba faciebat. Sub sermonem (vt gens est non magis acri, quam aduersus aduenas insolenti ingenio) alij super alios permulta illis de rebus odiose percontabantur. Xauerius ergo cum multis multorum vno tempore sane varijs diuersisque vrgeretur interrogationibus; vno sæpe responso (mirum dictu) satisfaciebat vniuersis, perinde ac si separatim singulis respondisset. Id testificatus est Bernardus Iapon, vir antiqua probitate ac fide, qui tum certaminibus illis interfuit, remq; non semel ipsemet cum alijs obseruauit plurimis.

Vno responso varijs Iaponum percontationibus satisfacit.

Haud minus testatum est, & admirandum, quod in Indiæ oppido (Coramandeli nomen est) accidisse memorant. Hic cum esset Xauerius naufragus quidam mendicus ad eum venit pro sua calamitate petitum aliquid opis atq; subsidij. Franciscus, etsi benigne voluntati deerat facultas; non potuit tamen miserum illum spei irritum dimittere. Ergo cum suæ egestatis immemor in sacculum suum inseruisset manum, nihil prorsus inuenit. Nec tamen incepto destitit, sed respicere cœpit eum, cuius est aurum & argentum. Igitur tollens in cœlum oculos, mendicum diuinæ confidere largitati iubet. Nec Xauerij spem Deus, nec mendici decepit Xauerius. Diuinæ fiduciæ plenus, manum rursus inanes in loculos iniectam aureis nummulis (fanos incolæ appellant) plenam educit: protinusque pecuniam diuinitus suppeditatam naufrago elargitur omnem, inexhausto diuinæ spei thesauro satis fidens.

Naufrago aureos nummulos diuinitus suppeditatos largitur.

Subinde Lusitanus miles alea ludens sexcentos aureos amiserat. Igitur tristis, & inops consilij auxilijq; ad Franciscum confugit. Tum ille ex veneno ipso medicinam morbi petendam ratus, aleam ab eo poscit: suaque manu permistam reddens repetere ludum iubet: eo, quod reliquum ludus fecerat, amissa recuperaturum. Nec fefellit. Repente mutata cum auctore ludi sors: & miles secundo vsus ludo cuncta recuperauit. Suo recepto, ludere pergentem Franciscus inhibuit. nec miles abnuit, sed beneficij memor salubribus eius præceptis impense paruit. Quin etiam vltro promisit, se in posterum nunquam alea lusurum: & extitit promissi fides: ex eo tẽpore aleam in manus sumere sustinuit nunquam: tantum illius ludi odium eum ceperat, auctore Xauerio.

Aleatorem mira ratione ad ludi odium adducit.

Erat hoc Francisco solenne, vt mari iter faciens, quicquid viatici nomine attributum intulisset in nauim, vectoribus nautisue egentibus distribueret, ipse emendicato victitaret cibo. Itaque cum oleum petentibus haud maligne præberet, breui exhaustum est vasculum. Venit deinde qui oleum peteret. Et Xauerius ei dari iussit. negare eius socius quicquam reliquum esse olei. iam guttum exinanitum esse, inuersum ab se, & circumactum, ne guttam quidem olei iam inesse. Tũ Franciscus, Abi dum, inquit, ac reuise. Paret ille, ac subinde ad eum reuersus guttum, quem inanem paulo ante reliquisset etiam olei plenum esse nunciat. At Xauerius, miraculum de more dissimulans, Abito igitur, inquit, & petenti benigne dato.

Vasculum oleo exhaustum diuinitus impletur.

Porro cum forte in puerum ægrum & vlcerosum incidisset, misericordia captus substitit. mox alleuatum in humeros suos extulit, eumque complexu fouit, dictitans, Deus te sanet. Vix ea verba iterum aut tertio enunciarat, cum puerum sanum ac vegetum restituit matri. Hæc Vincentius Pereria nauarchus, idemq; Xauerij familiaris (cuius alio loco meminimus) Indicis Francisci socijs retulit. Sed innumerabilia sunt eiusmodi à nobis exposita in eius vita. Hæc autem hunc in locum eo reiecimus, quod tempora, quibus gesta essent, haud satis comperta haberem⁹.

Vlcerosum precibus sanat.

Illud quoque admirabile, quod in Sanciano insula accidit. Saracenos complures eximia corporum magnitudine baptizans Xauerius, visus est Lusitanis, qui eminus rem spectabant, longe eminere. Itaque tanta eos cepit admiratio, vt propius accederent, exploraturi an baptizaret è suggestu. Verum cominus intuentes, reperiunt Franciscum ex æquo loco exercere baptismum. Tum vero intelligunt animi magnitudinem tantũ eius adiecisse corpori, vt humanæ magnitudinis formam excedere videretur. Nec leue est virtutis pietatisque eius monumentum, quod mare Sancianicũ furioso quodam vento (Typhoni nomen est) & crebris naufragijs antea infame, ex quo tempore Franciscus Sancianum insulam, sacris mysterijs inibi peractis, velut expiauit, adeo sedatum placatumque est, vt Typhone ferme cessante, raro admodum sæuiat in naues. Tantum seu Xauerij pietas, seu Missæ sanctitas valuit.

IV. NIHILO autem magis Xauerij vita quam mors talibus sanctimoniæ notis clara fuit, & insignis. Quippe De⁹, qui mirabilis est in Sanctis suis, Francisci corpus, templum dum viueret, Spiritus sancti, post mortem multis illustribusq; adornauit miraculis. Namque (vt antea diximus) eius cadauer effossum, cum tertium iam mensem in calce viua fuisset, prorsus integrum repertum est, cum odore quidem iucundo suauique. Quod sane miraculum & perpetuum fuit, & multiplex. Eandem enim integritatem suauitatemque odoris perpetuo retinuit, etiam posteaquam Malacæ menses 6. humatum iacuerat sine loculo. Ad hæc diuina illa corpori impertita vis redundans in vestimenta, ea quoque penitus incorrupta atque intacta ab omni seruauit tabe. Atque etiam (quod admirabilius est) quinque post obitum mensibus, cum Malacæ humaretur, effudit cruorem, cuius vestigia vsque ad Goanam sepulturam, hoc est, ad decimum sextum post excessum eius mensem, recentia manserunt. Itaque non magis inclyta Francisci sanctitas, quam fama de eius corporis integritate, Goanos quoque, cunctamq; pene Indiam, ad eius funus exciuit. cuius quidem species (vt ostendimus) triumpho fuit, quam funeri similior. Tanti porro omnium ordinum vndique ad sanctum corpus etiam sub funus concursus facti sunt, quantos nemo vnquam meminerat, vt triduum totum, vt diximus, omnium oculis expositum relinqui oportuerit. Adde huc, quod sacri illius corporis religio adeo cunctorum perfuderat animos, vt omnes certatim sacras illas reliquias rosarijs contingere, & aliquid inde surripere niterentur. Denique hoc ipsum corporis miraculum Deus ipse ita multis & apertis miraculis (quæ deinceps exponentur) honestauit, vt æquis iniquisque omnibus animi beati fecerit fidem. Atque hæc quidem, quæ de Francisci commemorauimus corpore, adeo testata sunt, vt tot habuerint testes, quot per eos dies Goæ fuerunt; hoc est, Indiam propemodũ vniuersam. Cæterum ne forte tam insigne Dei immortalis beneficium apud aliquem plus admirationis haberet, quã fidei; humano pariter diuinoque consilio factum, vt priuatis testimonijs accederent publica. Namq; Ambrosius Ribera, Inquisitor, idemque Goani Episcopi Vicarius Generalis, cum tanti miraculi fama totam Indiam peruasisset, eam rem pertinere ad munus suum ratus, vna cum peritissimis medicorum ad Francisci corpus, prius quam sepeliretur, in-

Inquisitoris & Vicarij testimonium de sanctitate Xauerij

rur, inspiciendum accessit, exploraturus, an integrum incorruptumq; penitus esset, quod ferebat fama. Is ... perspecta in præsentia corporis integritate fidem excedente, ac deinde eximia viri sanctitate, Regis Lusitaniæ ... quærendo explorata, clarissimum dedit testimonium veritati. Quod totidem verbis interponere hoc loco, operæ pretium visum est. Testificor ego D. Ambrosius Ribera, Inquisitor, & Vicarius Generalis, idemque adiutor Episcopi Goani atque Indici, nouem iam annos, quibus hisce in locis versor, Franciscum Xauerium oppida ac vicos Indiæ, Malacæ, Molucæ, Iaponiæ, & alia remotissima Barbarorum loca circumcursasse concionando, & Christianæ fidei mysteria ac præcepta tradendo, tum Lusitanis hominibus, tum vero cæteris gentibus ac nationibus, ... in locis maximum Ethnicorum numerum ad Christi conuertisse cultum: complura passim templa excitasse ... ærumnis ac laboribus ad extremum vsque spiritum esse perfunctum.

Eiusdem testimonium de integritate corporis.

Eiusdem porro corpus Goam aductum, solemniq; exceptum pompa, ab vniuerso clero ac ciuitate ad Collegium S. Pauli delatum, sepultumque. Verum quia rumor de eius corporis integritate percrebuerat, cum videretur supra vires naturæ, ac diuinum prorsus miraculum, corpus tamdiu vita functum, quippe quod menses vndecim humatum fuisset tres apud Sinas, octo Malacæ (vti Prorex Indiæ Alphonsus, Noronha, & ego, haud dubijs auctoribus comperimus) ab omni tabe alienum atq; immune perstare mensem iam sextumdecimum, ... mihi pro meo munere cognoscendam atque explorandam existimaui. Itaque templum, vbi iacebat, adij: arcam aperire iussi: facibus accensis, vna circiter ante meridiem hora, Francisci corpus inspexi: brachia, crura, vsque ad genua & coxendices, & maximam corporis partem (vt ex apertis facilius ... de partibus coniectura) diu multumq; tentaui, tractauique: ac totum corpus integrum inueni, omnisq; plane tabis expers; atque insuper omnino recens, carne solida, natiuo succo & colore. Vidi etiam in coxendice sinistra, paulum supra genu, quasi vulnus, vnde frustulum carnis instar digiti abscissum erat. Itemq; aliud vulnus in ventre, in quo egomet, digitis insertis, nihil non integrum atque incorruptum reperi, & sine graui odore. Ad hæc os meum ori illius admoui, totamque faciem summa cum cura pertentaui atq; perspexi. Quæ hæc omnia explorata, vti à me comperta erant, tabellionem meum literis consignare iussi, & ipse mea manu testimonium subscripsi, obsignauique. Kal. Decembris, M. D. LVI. Proregis quoque medicus nobilis, Dominicus, perspecto Francisci corpore, nihilo obscurius eius integritati tribuit testimonium, quod eiusmodi fuit:

De corporis integritate eximij medici testimonium

Testificor ego D. Cosmus Saraina, medicus Alphonsi Noronæ Proregis Indiæ, cum Francisci Xauerij corpus Goam delatum foret, inspectum à me, ac pertentatum, præcipue vero ventrem, quæ pars maxime obnoxia solet esse tabi: ibique perspecta à me intestina integra prorsus, solidaque, cum neque balsamo, neque oleo, nec alia re vlla aduersus tabem condita illa fuisse constaret. Inde cum me auctore in plagam, quæ propter cor in sinistro patebat latere, quidam è Societate Iesu digitos immisisset, aqua mistus effluxit cruor, quem ego olfaciens, haudquaquam grauiter olere sensi. Crura quoque & reliquas corporis partes integras comperi, carne adeo solida atque natiua, vt medicorum opera illo modo conseruari nequaquam possit. Quippe iam fere sesquiannum id corpus vacabat animo, & prope annum totum iacuerat in sepulcro. Hæc ego iuratus testificor, pro eo, quod mihi datum est in hac re, negotio. Goæ xiv. Kal. Decembris M. D. LVI. Cæterum humana testimonia diuinis cumulantur indicijs. Permulta enim per idem tempus miracula edidit diuina vis, ad testificandam Francisci sanctimoniam, cœlestemque felicitatem. Ioannis Mendez æ nauis, quæ reuehebat Xauerij corpus in Indiam, maxima pericula diuinitus euasit, maxime vero ad Insulam Ceilanum. Inde ad Baticalum Indiæ oppidum vbi ventum est, Maria Sarra, regij Procuratoris vxor, femina Lusitana satis honesta, graui affecta iacebat morbo, quæ de Xauerij corpore certior facta, extemplo eo se deuehi, sistique imperat, sancti viri non minore fiducia, quam pietate opem implorans. Haud incassum mulier preces: protinus deprecatione Xauerij, diuinoque munere, conualuit.

Ægra mulier Francisci corpus venerata sanatur.

Eadem mulier cinguli, quo præcinctus Franciscus erat, frustulum summis precibus expressum in argenteam inclusit thecam, eamque suspensam è ceruice gestauit, vel momentum Francisci, vel morborum remedium. Nec sua illam pietas frustrata est. Paruum filium sextum iam mensem graui febri conflictatum theca illa admota sanauit, eundemque deinde reuelauit diuturna oppressum apoplexia. Ancillæ item periculose parturientis collo alligata, facilem et præstitit partum. Febrim quoq; viro ægrotanti discussit: pustulosisque pueris duobus grauiter laborantibus pustulas ac morbum abstersit omnem. Hæc omnia ipse met Procuratoris Baticalensis coniux iurata narrauit.

Xauerij cingulū multis & grauibus morbis medetur.

Goæ porro satis constat ægros plures Francisci corporis contactu valetudinē recuperasse. In his ancillam inter parturiendum exanimatam, ac morti proximam (quippe fœtus materno in ventre extinctus, & in transuersum iacens, extrahi nulla poterat arte) aliquot Francisci capilli, qui in theca religiose asseruabantur, admoti, repente præsenti periculo ereptum, fœtu mortuo effuso. Idem eius dominus Antonius Saa maritus testificatus est: qui etiam adiecit, domi suæ mulierem indigenam, partus difficultate iam deploratam, eadem reliquiaria theca admota statim fœtum incolumem enixam esse: constat alios item plures varijs eiusdem reliquijs variis depulsisse morbos. Illud memorabile. Antonius Rodericus, vir minime obscurus, diutina pituita adeo captus erat oculis, vt ne eos quidem cerneret, quibuscum cominus loqueretur. Id damnata medicorum spe, quorum medicamenta frustra expertus fuerat, ad Xauerij sepulcrum duci se iubet. Patres exorat, vt loculū aperiant. Francisci manus oculis admouet suis, repente caligine excussa cernere incipit; breuique pristinum recipit lumen oculorum.

Vir nobilis Francisci manus oculis suis admota lumē recipit.

Id adeo ipse iuratus exposuit. Nec minus memorabile est quod contigit Balthasari Dias Sacerdoti. Is angina fauces premente, nihil prorsus deglutire poterat. Itaque, humana ope desperata, vertit se ad diuinam clauem loculi, vbi Franciscus asseruatur, petit, attingit, sanatur: adeo que repente pituita defluxit, vt clauis illa, beneficio Xauerij, gutturis claustra aperuisse videretur.

Loculi clauis pituitā depellit.

Cæterum illud longe clarissimum. Ioanna fœmina primaria diuturno afflictata morbo, iamq; morti proxima erat, cum diu noctuque ad eius lectum domesticis excubantibus Xauerij corpus delatum est Goam. Ergo simul festo campanarum sono, simul sanctimoniæ miraculorumq; eius fama excita, mulier Christophorum Peteiam, virum suum, aliosq; qui aderant, rogat etiam atq; etiam, ad Xauerij funus deferri se sinant. Negant illi sine manifesto vitæ eius discrimine fieri posse; atque in eo obstinato animo perstant. Non tamen mulieris pietas incassum cecidit. Ex eo tempore melius habere cœpit, magnisque in dies virium incrementis haud multo post conualuit prorsus. adeo non solum tangendi, verum etiam visendi cupido ipsa ægris saluti fuit.

Primaria fœmina cupida visendi Xauerij ex graui morbo conualescit.

Certis etiam auctoribus compertum, flagella ex funiculis, quibus Franciscus se diuerberare solitus erat, à neophyto quodam pie admodum asseruata, atque horum beneficio sanitatem redditam nonnullis, aliaque multa sane admirabilia perpetrata.

Francisci flagellum multis salutare.

Quocirca Francisci Xauerij nomen in India, totoque Oriente, & est, & fuit magna apud omnes non gloria solum, sed etiam veneratione: vulgoque mortales eius fidem & patrocinium implorant. Itaque nautæ & vectores, quoties Sancianum insulam, vbi primum Xauerium humatum diximus, prætereuehuntur, Franciscum consueuerunt inuocare, velut sanctum virum, in beatorum cœtu collocatum. Neq; vero Indiæ & Orientis finibus Xauerij vis & fama se tenuit; sed Oceanum transgressa peruasit in Europam. Ebora vrbs est Lusitaniæ, egregia in primis ac nobilis, vbi Collegium est Societatis Iesu, ab Henrico Cardinali, qui deinde Rex fuit, exædificatum, nec illius munificentia nec amplitudine verbis indignum. Hic per id tempus, quo nuncij de Xauerij obitu miraculisque allati sunt, (vt mihi talia scribenti vir haudquaquam vana fide narrauit) primores Patrum duo Leo Henricus Collegij Rector, & Andreas Capreda Confessarius eximius, graui vrgebantur febri; quos admirabilium Francisci rerum fama ad

spem

spem recuperandæ sanitatis erexit. Leo igitur Indicas literas, vbi felix Francisci excessus, & illustre miraculis funus perscribebatur, afferri sibi recitarique iussit. Quibus recitatis, extemplo quasi diuino instinctu numine, & Xaueriana virtutis admiratione excitatus, super lectum, vbi iacebat, cubito alleuat se: & manus oculosque tendens in cœlum, pari pietate ac fiducia contra vim morbi Franciscum implorat; ne minus benignus in suos foret, quam fuisset in alienos. Nec vana spes aut imploratio fuit: preces sanitas excepit. Continuo Henricus febrim sibi, quasi diuina manu depulsam, vires præterea redditas sensit. Ergo gaudio exclamans, obortis lacrymis, suppliciter gratulatus Deo, Francisci que vim prædicat, omnibus qui aderant, stupore attonitis. Mox sanus ac valens exilit è lecto, & ad Capredam morbi socium lætus accurrit. Ille haud ignarus quam grauiter modo Leo ægrotaret, stupere scilicet, & quid tandem rei esset rogitare. Tum Leo, tota re breuiter exposita, non verbis magis quam rebus ostendit, in sui morbi depulsione quam præsentem Xauerij expertus sit opem: simulque monet, idem ipse vt faciat, profecto simili in causa par eiusdem auxilium experturus. Haud mora, paret ille, excitat fiduciam, Xauerium inuocat. Nec spe frustratur sua: ipse quoque citius omnium exspectatione febri liberatur. Ita gemino miraculo sociorum duplicata lætitia, & Francisci sanctimonia clarius comprobata. Horum, quos nominauimus, Leo Henricus hodieque superstes est in Lusitania, expertæ Xauerij virtutis testis luculentus. Quæ deinde fama cum emanasset; plures non modo è Societate, verum etiam alieni homines, Francisci virtutem mirari, sanctitatemque venerari cœperunt. Parisiis (vt minora omittamus) supererat, cum hæc scriberemus, vir quidam honestus ac pius, non minus probitate quam ætate venerabilis. Is ita commemorabat, se, cum primum allatum esset de obitu Francisci Xauerij, quem fama tantum & auditione cognouisset, mire ad illius venerationem excitatum. Itaque cum per id tempus vxor sua ex labore partus iaceret moribunda, desperata à medicis valetudine; quædam illi de Xauerij sanctimonia ac virtute narrasse; ac magnopere suasisse, vt sancti viri imploraret auxilium, haud dubie affuturum. Paruisse illam impense monenti viro. Ne multa. Implorata Xauerij ope, coniugem incolumem facili felicique partu enixam esse fœtum. Sic matrem simul, ac prolem, Xauerij deprecatione à præsenti periculo vindicatam. Nec vero natale Francisci solum eximiam alumni sui sanctitatem eodem tempore ignorauit. Compertum est domesticis prodigiis præsignificatam eius mortem eodem loco, vbi acceperat vitam. In Xauerio castello, atque adeo in ipsa natali Francisci domo, sacellum est, vbi Christi crucifixi effigies religiosissima & illis locis antiquissima visitur: hic prodigium fuit visu euentuque mirabile. Constat ligneum hoc, quod dixi, Christi simulacrum, quoties Xauerius grauius aliquid pateretur in India (quod ex eius literis domesticis collatis temporibus competerunt) haud dubio sudore fluxisse: porro eo ipso anno, quo Xauerius extinctus est, feriis sextis deinceps omnibus, per annum totum sudasse sanguine: sudandi autem initium feria item sexta fecisse. Quod homines sic sunt interpretati, perinde quasi Francisci (qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore portauerat) mortem post maximos ac diuinos labores Christi causa exsudatos portenderet.

Francisci inuocatio duos Patres è Societate sanat in Europa.

Parisiis imploratus fœminæ moribundæ partum facilem præbet.

Christi effigies in Xaueria villa sudat sanguine.

V. Res admirabiles, quæ (vti demonstrauimus) partim diuina vi patratæ sunt à Xauerio, partim ei diuinitus contigere, testimonia quædam fuerunt atque indicia eximiarum virtutum atque donorum, quæ in eius animum diuina bonitas plena (vt dicitur) congesserat manu. Neque enim miraculis quam cœlestibus virtutibus insignior fuit. Ex quo numero aliquot à nobis (quæ etsi sedulo ab illo occultatæ, tamen sua sponte foras eminebant) in vulgus edentur. Eoque libentius hæc quam superiora persequar, quod sanctimoniæ sint non indicia solum, sed etiam exempla: quippe cum illa in admirationem tantum, hæc etiam in imitationem cadant. Atque vt ab ea virtute initium capiamus, quæ caput est ac fons aliarum; orationis, contemplationis, meditationisque studium in illo eximium extitit. Etsi enim mentem in Dei diuinarumque rerum cognitione defixam perpetuo habebat, statum tamen ac certum quotidie seponebat tempus, quod ereptum negotiis, tribueret meditationi rerum cælestium. Maxime vero in Christi vitæ mortisque meditatione acquiescebat: satis gnarus ibi eximia omnis exempli documenta in illustri posita monumento intueri atque imitari licere. Hoc meditationis genus maxime salubre ac frugiferum (præcipuum vtique exemplar Christianæ vitæ, & ingens iuuamentum diuinæ charitatis) impense & complectebatur ipse, & aliis commendabat. Quo in negotio haud maiore mentis ardore versabatur, quam animi constantia. Id adeo non alias magis intellectum est, quam cum daret operam valetudinariis. Etenim cum assiduæ occupationes nullam ei diurni temporis partem ad orandum vacuam relinquerent; orationis magis, quam somni memor, nocturnæ corporis quieti detrahebat horas semper aliquot, ne animus cœlesti illa optatissimaque fraudaretur requie pabuloque; adeo eius mentem diuini dulcedo colloquij ceperat. Binas ferme, cum plurimum ternas somno horas tribuebat: sed ita, vt ne somnus quidem vacaret oratione. Sæpius enim per somnum emittebat eiusmodi voces: O Iesu bone, ô Creator mi; aliasque consimiles: orare illum, non dormire crederes. Constat orandi morem ab eo ne in summis quidem Comorini Promontorij occupationibus intermissam: quippe cum meditandi occupationem præcipuam duceret. Meliapotæ quoque ad ædem S. Thomæ cum diuersaretur (vt supra docuimus) de nocte surgens ibat in templum, nec vllis aut hominum sermonibus, aut plagis, ac turbis dæmonum, à diuinis colloquiis deterreri potuit. Sæpe etiam ibidem totas pene noctes extraxit precibus. Malacæ vero cum in cubiculo è storeis habitaret, quidam, sanctitatis eius opinione suadente, ex insidiis per storearum rimas (vt ipsi postea narrarunt) quid tandem rerum noctu Franciscus ageret, obseruarunt sæpius: ac semper eum videri, cum nixis genibus ante Christi crucifixi imaginem iam ad multam orasset noctem, vegeto tamen animo ac corpore perseuerare, donec, ingruente somno naturæ necessitati paulisper cedens, humi procumberet. Inde in saxum instar ceruicalis recumbentem fracto diuino nocturnoque labore membra reficere parumper: sentires illum somno vti pro medicamento, & in quiete capienda nihil minus amare quam quietem. Cæterum haud dubius quin Deus in sacris locis, vbi sanctius colitur, benignius audiret orantes, quotiescunque copia erat, haud paulo libentius in sacris orabat ædibus. Itaque vbicunque res ferret, cubiculum sibi quærebat proximum templo, eo se de nocte clam supplicandi causa recepturus. Obseruatum est Malacæ à sociis, cum fere in sacrario, quasi alterum Samuelem, humi cubitare solitum: intempesta inde nocte in templum obrepere, & ante aram maximam, sacrosanctamque Eucharistiam, submissis genibus orare: cruribus autem defatigatis, super aræ gradus proiectum, aut manibus innixum, perseuerare in negotio, donec aut somni necessitas, aut auroræ lux superueniret. Quod si facultas templi deesset, non tamen studium deerat orandi. Sacerdos quidam Xauerij hospes narrabat, sæpe illum ab se repertum domi suæ, multa iam nocte supplicantem, & (siue quod aptior locus non esset, siue quod fractis iam genibus niti vltra nequiret) sediculæ subnixum precibus insistentem. Malacensium porro nonnulli ciues honesti commemorarunt, Franciscum sæpenumero cum ipsis summa affabilitate sermonis versantem, sensim se clam omnibus subduxisse de circulo: inde cum ab eis diu multumque requisitus foret, in sylua aliqua aut solitudine suppliciter orantem, aut corpus suum verberantem, esse deprehensum: ita ne molesti interpellatores interuenirent, re penitus dissimulata, relictum. Nec terra quam mari constantior Xauerij pietas in orando fuit. Eius rei indicia ita multa euituerunt in eius nauigationibus à nobis expositis, vt exemplorum conquirendorum labor non superuacaneus tantum futurus sit, sed etiam molestus. Quippe in dissimillimis etiam locis ac negotiis semper sui similis, vitam omnem vno quasi tenore traduxit. Illud tamen, quod maris proprium fuit, reticendum non est. Constat eum in naui ex media ferme nocte ad lucem vsque in oratione pernoctare solitum, & in mediis tempestatibus, summisque periculis, æquissimo animo

Noctu una oratio.

Quoties copia erat, orabat in templo.

In solitudinem secedit orandi gratia

Oratio in naui.

Deum orare: itaque persæpe nautæ perinde ac vectores suam nauisque salutem Francisci precibus acceptam retulere. Erat Xauerij oratio ardens semper & accensa, plerumque cælestibus quoque gaudiis affluens. Id quod plurimis ac maximis argumentis declaratum est. Atque vt omittam eximias illas in Comorinensibus & Mauricis laboribus diuinitus haustas voluptates, de quibus suis locis diximus; obseruarunt enim sæpe Goæ Patres quidam intempesta nocte, fixo in cælum oculorum obtutu, in hortis domesticis inambulantem, totumq; ex Dei cogitatione atque amore pendentem: vt non ambigeres eius animum à sensibus abstractum eminere foras. Inde ad se cum redisset, tunica de more ab æstuanti pectore manibus diducta, hanc identidem vocem iterantem exaudierunt, Sat est, Domine, sat est; eo vocis sono, qui facile ostenderet tantam vim esse superfundentis se lætitiæ cælestis, quantam capere vix posset mortalitas. Goæ quoque in cœtu Patrum comitem agentem sæpe immensa quædam animi lætitia subterfugere hominum cogebat oculos: quod tantum gaudiorum dissimulare haudquaquam valeret. Quanquam in negotiis etiam humanis ita diuina quædam in eo elucebat species, vt qui cum illo versabatur, veneratione capti, oculos vultumque, quasi alterius Moysis, nequirent aduersum intueri. Denique in Malacensi itinere sane aspero impeditoque (vti ante diximus) cum iucundissime diuina meditans animum in Deo defixum abduxisset à corpore, crura ac pedes stirpibus lapidibusq; offensans, sine vllo lacerabat sensu: tantisque mecdebat lætitiis, vt beatorum gaudia præcipere, non solum vitam meditari, videretur. Et sane mirabile est, tantam in illo contemplationis cum actione coniunctionem esse potuisse. Quippe fidem excedit, quod de illo accepimus, hominem ingentibus negotiis, quotidianis itineribus, difficillimis nauigationibus perpetuo implicatum, eundemque in vitæ consuetudine comem ac iucundum, tam eximio diuinæ contemplationis dono fuisse præditum, tanto Sancti Spiritus cælestisque fluminis impetu lætificatum. Verum enimuero diuinus ille vir, vbicunque esset, quicquid ageret, secum semper & cum Deo habitabat. Itaque ex ipsis negotiis, cœtuque hominum, vsque eo vegeta & electa eius mens veniebat ad meditandum, vt statim in iucundissimam cælestis sponsi consuetudinem penitus sese daret, immergeretque. Crederes eum in summa solitudine vitam degere: ideo in maximis etiam negotiis & congressibus hominum fixum ac locatum animum habebat in Deo. Haud multo minor in oratione vocali, quæ dicitur, psalmisque & hymnis recitandis, vel pietatis sensus, vel sedulitas in illo fuit. Antiquissimum quippe habebat, diuinum officium, horasque canonicas, diligenter simul ac pie recitare. Initio igitur Ecclesiasticum audiens monentem, Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum, interiore cura cōparabat sese. Namq; ad mentis attentionem ac pietatem vehementius accendendam, hymno, Veni creator, ante singulas horas pronunciato, haud segniter Sancti Spiritus exposcebat opem. Quem quidem ille hymnum tanto semper pronunciabat ardore, vt cor e pectore exilire, animusque deficere videretur. Et satis constat, persæpe eum hominum interuentu alloquioque, vt fit, interpellatum, eundem illum à principio iterasse hymnum tam intento animo, quam si nemo interuenisset. Insignem vero eius in hoc genere religionem fecit illorum licentia temporum. Nuper nouum ternarum lectionum Breuiarium (sanctæ Crucis dicebatur) occupatorum hominum leuamen editum erat: eiusque vsus Francisco propter occupationes ab initio concessus. Ille tamen, quamuis ingentibus curis negotiisque distentus, nunquam permissa vti voluit licentia: vetusque Breuiarium nouenarum lectionum haud paulo longius perpetuo recitauit; vt, qui iucundissime cum Deo ageret, cum eodem quam diutissime colloqueretur. Super cætera in Sacro faciendo pietatis ardor in illo præcipuus eminebat, vtique cum ad consecrandam Eucharistiam, sumendamq; ventum erat. Tum enim, manantibus gaudio lacrymis, ora complebat, sinumque. Tantus porro diuinæ pietatis sensus in pronunciatione, vultu, totoque corpore eminebat, vt in circumstantes redundaret, eosq; pia quadam admiratione defigeret, rerum omnium oblitos. Nec defuerunt, qui confirmarent, eum, dum rem diuinam faceret sublatum paululum à terra, sublimemque ab se visum. In Missæ porro Sacrificio conuersionem Ethnicorum præcipue à Christo Domino, per eius mortem illorum causa obitam, enixe petere consuerat. Ad eam rem quoq; precationem ab se compositam frequenter adhibebat. Ea erat eiusmodi: Æterne rerum omnium effector Deus, memento abs te animas infidelium procreatas, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce, Domine, in opprobrium tuum his ipsis inferous impletur. Memento Iesum filium tuum pro illorum salute atrocissimam subiisse necem. Noli, quæso Domine, vltra permittere, vt filius tuus ab infidelibus contemnatur; sed precibus Sanctorū virorum, & Ecclesiæ, sanctissimæ filij tui sponsæ, placatus, recordare misericordiæ tuæ; & oblitus idololatriæ & infidelitatis eorum, effice, vt ipsa quoque agnoscant aliquando, quem misisti Dominum Iesum Christum, qui est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem saluati ac liberati sumus, cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen. Sub Sacrum porro, gratiis Deo rite actis, solemne illi erat, certam pro mortuis recitare precationem, vt etiam cum pro viuis faceret, subleuaret animas mortuorum. Nec minus insignis eius religio in ministrando sanctissimo Christi corpore, quam in consecrando conficiendoque, fuit. Proprium Francisci erat, vbi commode id fieri posset, sacrosanctam Eucharistiam submissis genibus ministrare populo. Et euentus docuit eam rem Deo cordi fuisse. Cosmus quidem Saraiua, Medicus nobilis, aliique complures viri honesti & graues liquido affirmarunt. Xauerium in Goano templo positis genibus sacratissimum Christi corpus præbentem populo sæpe ab se esse conspectum, cum amplius cubito sustineretur diuina vi sublimis à terra. Submissionem eius efferri à Deo sentires. Egregia vero pietate in sanctissimam Trinitatem fuit, quippe solitus eam summa religione & colere, & appellare. Christum humanæ salutis auctorem vnice diligebat. Beatæ Mariæ, Deiparenti, benignissimæ æque hominum patronæ, maxime addictus erat. Itaque moribundus sacrosanctæ Trinitatis, Iesu Christi, Beatæ Mariæ, vsus magisterio, identidem exposcebat opem; vt quorum cum eximia veneratione moreretur. Secundum hos, Archangelum Michaelem cælestium principem, ac propugnatorem Ecclesiæ, egregio colebat studio: inde beatorum omnium ac fidelium cœtum, Christique sponsam Ecclesiam, eiusque auxilium sæpius implorabat. Angelum quoque custodem suum, itemque Archangelos locorum, vbi versaretur, aut quo tenderet, Præsides frequenter in suis conatibus, ærumnis, periculis, inuocabat.

Oratio ardens. Tunicam diducit à pectore vi orationis æstuante.

Vultus, ardor ac species.

Summa actionis cum contemplatione coniunctio. Officium diuinum recitat summa præparatione & intentione animi.

Eccl. 18

Breuiarium lōgius præfert breuiori.

Ardor Xauerij in Sacrosacrificio.

Oratio Xauerij pro conuersione infideliū.

Sub Missā oratio pro mortuis.

Submissis genibus Eucharistiam ministrat. Sublimis à terra diuinitus sustinetur.

Eius pietas in S. Trinitatem & B. Virginem.

Pietas eius in Archangelum Michaelem.

VI.

HANC Francisci excellentem in orando pietatem par animi mundities acuebat ad videndum Deum. Id adeo declarat talis munditiæ index innocentia vitæ, multorum eius familiarium testimonio comprobata. Hi quippe professi sunt, nihil se vnquam in illo deprehendisse, quod cuiusquam oculos aut animum offenderet. Illud quoque indicio est, quod & sæpius in die diligentius conscientiam excutiebat suam, & cæteros ad idem faciendum magnopere hortabatur, in eo perfectæ vitæ cardinem verti ratus. Sacramento vero confessionis, vt Sacerdotis copia erat, vtebatur quotidie. Animi porro sanctitatem perpetua corporis sanctitas honestauit. Satis constat, ab eo virginalem florem ad extremum vsque spiritum custoditum. Id & Meliaporæ Vicarius ex sermone cum Francisco ibidem habito se compertsse liquido confirmauit, & alij eius confessiones excipere soliti se prospexisse testati. Insignis profecto in illo amor castimoniæ, insigne odium libidinis fuit; adeo vt vel minimas huius generis labeculas exosus, ipsum horreret libidinis nomen. Quod vel ex eo, quod subiiciam, existimari licebit. Olyssippone profectionis Indicæ diē opperiens, cum Simone Roderico in eodem diuersabatur cubiculo. Ibi intempesta nocte repente excitatur è somno, adeo commotus, vt è naribus magnam vim cruoris profunderet. Eius deinde rei causam Simonem rogitantem obstinato silentio celauit, quamdiu in Lusitania fuit. Ad vltimum, vbi soluendi aduenit tempus, sub digressum in nauis angulum

Sæpius in die cōscientiā excutit. Solitus cōfiteri quotidie.

Virginalis pudicitia.

Horror impurarū cogitationū.

cum eo

cum eo secessit. & sine arbitris, Nunc demum, inquit, tempus est enunciandi, quod toties ex me, Simon, frustra es sciscitatus: quippe hoc vltimum (vt arbitror) sum te in hac vita visurus. Scito igitur illa nocte impuram speciem per somnium mihi oblatam; summaque vi repellere conanti tantam illam copiam sanguinis erupisse. Hisce signis humanisque testimoniis diuinum indicium ac testimonium extincti corporis accessit integritas. Quod eximium Dei beneficium inter alia egregiæ virginalis castimoniæ concessum accepimus. Cæterum Franciscus, vt tantum custodiret thesaurum, non castior fuit, quam cautior. Etsi enim vir sanctissimus cælestium rerum contemplationi maxime deditus, excellentisque temperantiæ armis tectus, nullo negotio tela nequissimi ignea extingueret; tamen adeo timidus in hoc genere & cautus erat, vti si maxime obnoxius esset libidini. Nunquam cum fœmina vlla, nisi luce palam, & adhibitis arbitris, de rebus vtiq; necessariis collocutus est, ratus mulieres ferme adiri minore emolumento, quã periculo.

Cautio in pudicitia seruanda.

VII. VITÆ quoque asperitas, integritatis custos, in Xauerio eximia fuit. Namque & ad edomandam lasciuientem ætatem (vt antea dictum est) nudos artus funiculis sæpe ac diu constrictos habuit, cum acri sensu doloris, & in omni vita tum frequentibus ieiuniis, tum crebris verberationibus corpus afflictauit suum. Victus tenuis semper, ac parabilis, isque aut precario quæsitus, aut eleemosynæ nomine vltro delatus. Cæterum foris apud alienos cœnans, Christo auctore, promiscue comedebat quæcunque apponebantur: ita nec molestus erat hospitibus; & singularem illam suam abstinentiam occultans, deinde hospitalis mensæ lautitiam priuata victus duritie vindicabat. Omnino cibi potionisque modus naturali desiderio finitus, non voluptate. Mos illi erat semel duntaxat in die cibum, & vnius ferme generis, capere, qui non tam delectaret palatum, quam sustineret naturam. Cibus quemcunque occupatus parasset, satiabat. Carnem ac vinum raro admodum gustabat, nisi apud conuiuas hospitesque: ne pane quidem ipso (etiamsi suppeteret) explebat famem. In Meacensi itinere sane longo, impeditoque, oryza assa perpetuo vixit. Quamdiu autem in Iaponia versatus est, adeo insulsis Iaponum cibis, insolitaque frugalitate assueuit, vt Goam deinde reuersus, nostratium pristinorumque ciborum gustum haberet nullum. Vino multos abstinuit annos, quoad affecta ætas & laboribus attenuata valetudo subegit adhibere paululum vini bene diluti. Itaque cum ad eum in Comorinensi promontorio versantem Alphonsus Sosa, Indiæ Prætor, duos vini cados dono misisset; id ipsum vinum Xauerius ingustatum dispertiuit pauperibus. Iam lectuli mollitiem ita non amabat, vt, quicunque locus ad cubandum aptus videretur, illi esset pro lectulo. Itaque ei sæpissime humus (quod in Promontorio Comorino, in Moluco, in Iaponia solenne fuit) nuda, inquam, humus cubile præbuit. In naui aut asseres, aut anchorarij funis volumina stratum dederunt. Si qua lectuli esset facultas, eam ferme omittebat, ægris suapte sponte concedens. Atque etiam in ora Comorinensi, vt liberius cubaret humi, culcitram cum ceruicali ad se ab Indiæ Prætore missam donauit ægrotis. Terrestria itinera, quanquam sæpe esset equi copia, fere confecit pedes, idque etiam in Iaponia, vbi passim cum saxis, niue, glacie, torrentibus erat luctandum. Verum nihil antiquius illi fuit, quam vt cupiditates, motusque animi abhorrentes à ratione atque honestate, quam maxime frangeret, seque ipsum (quod difficillimum ac pulcherrimum victoriæ genus est) omnibus in rebus penitus vinceret. Argumento est quod Venetiis valetudinario insanabilium inseruiens (vt supra ostendimus) in vlceroso homine, à quo animus abhorreret, in perpetuum se ipse vicit. Socios autem identidem admonebat, vt semet paruis in rebus vincere assuescerent; ita demum magnorum certaminum fore victores. Itaque ipse hanc quam aliis præcipiebat, rationem secutus, omnes animi motus domitos compressosque in sua ditione ac potestate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, & idem semper vultus. Quod si quando vitium aliquod aut delictum grauiter incusandum erat, seueritatem velut reprehensionis aculeum ita sumebat, vt sub obiurgationem, quasi persona deposita, ad pristinam comitatem ac facilitatem rediret. Cæterum illi animi moderatio afflictatione corporis potior erat. Prauos quippe atque impotentes animi motus maxime domandos ratus, eo referendam esse censebat corporis vexationem, vt externa mortificatio interiorem iuuaret. Quocirca eas maxime mortificationum genera probabat, quibus interiores sensus perstringerentur, acueretur virtus pietasque. Ita perinde potens fuit, quasi nesciret irasci. Eximia eius mansuetudo cum sæpe alibi, tum vero Malacæ spectaculo fuit, vbi cum insana Præfecti vrbis insolentia certauit. Nam cum ille Sinica legatione per summam iniuriam intercepta (vt antea docuimus) impudenter æque & obstinate egregios Francisci conatus Euangeliique impediret cursum; tanta Xauerij extitit lenitas, vt demum temerario homini ac vesano Pontificalis excommunicationis fulmen intentans, Nuncius Apostolicus supplicem Episcopi Vicarium ad eum sæpius allegarit. Crederes Franciscum non accepisse iniuriam, sed fecisse; & vulnus deprecari potius, quam minari. In grauissimis vero contumeliis, ærumnis, & vexationibus nunquam de quopiam querebatur, sed pro vexatoribus suis orabat numen, vt eos misericordia potius exciperet, quam diuinæ reseruaret iustitiæ. Itaque illo ipso tempore à Malacensis Præfecti emissariis vltro omni contumeliarum genere appetitus, pro importunissimo homine quotidie fecit Sacrum, ne, qui semel ruere cœperat, interiret. Haud minor emicuit in eo voluntariæ paupertatis amor, quam animi moderatio. Nam diu multumque meditatus egestatem Christi, qui propter nos egenus factus est, cum esset diues, Euangelicam paupertatem vnice dilexit: vtque cum quotidie magis eum vsus doceret, quam opulenta foret eiusmodi paupertas, quæ animum anxiis curis solutum ac liberum cælestibus affatim ditaret bonis, efficeretque vt nihil habenti nihil deesset. Quocirca fere etiam in Goano Collegio, vbi vltro omnia suppetebant, mendicato victitauit cibo. Nec terra solum, sed etiam mari, sine viatico & commeatu iter fecit. Eximiæ illius paupertatis exempla tota illius suppeditat vita. Atque, vt minus illustria sileantur, subeat animum memoria profectionis Indicæ ex Lusitania, cum Magistratibus regis Regis imperio etiam atque etiam instantibus, præter centonem aduersus Bonæ spei promontorium, antarcticis frigoribus infame, paucosque necessarios libellos, accepit nihil. In ipsa vero naui nullis neque primariorum hominum, nec Prætoris ipsius precibus deduci à precario victu vestituque potuit. Quippe non solum alimenta, sed etiam calceos, indusia, cæteraque necessaria à militibus classiariis Christi nomine mendicare, quam a Prætore Prætorisve comitibus vltro oblata accipere malebat: tanta erat dulcedo Euangelicæ paupertatis. Indico itineri haud absimilis fuit Comorinensis profectio, solis ocreis contenta. Cæterum vestitu erat Franciscus cultuque corporis vulgari. Pannosus ex Vrbe in Lusitaniam, atque inde in Indiam peruexit. In India honesto vestitu, qui offerebatur, repudiato, cannabinam adamauit tunicam sine pallio, veritus ne splendorem habitus (vt fit) aliqua animi elatio sequeretur. Francisci toga detrita vsu iam erat laceraque: amici nouam ei offerebant. at ille, sua paupertate se inuolens, nunquam passus est veterem sibi detrahi, vt indueret nouam. Itaque missus ab eis, qui intempesta nocte dormienti Xauerio laceram vestem auferret, nouamque eius substitueret loco. Ille ante lucem surgens, quam reperit vestem induit pro sua: eaque indutus deinde prodiit in publicum, nihil penitus benignam amicorum fraudem sentiens. Erat forma nouæ togæ longe alia quam veteris. Ergo eodem die cum apud Franciscum Paiuam, aliosque amicos rei conscios, cœnaret; illi velut admirabundi super cœnam, quidnam illud vestimenti esset, per iocum rogitare cœperunt. Tum demum Xauerius togæ aduertit animum. Vt vero oculis manibusque nouam esse persensit, obstupuit scilicet: mox fraude intellecta subridens ait, nimirum alienum illum vestitum aliis conuenire, non sibi. Subinde autem summis precibus eos tandem exorauit, vt subductam togam redderent, subiectam reciperent. Igitur summa Iaponiæ frigora, quanquam sæpe algens ac tremens, consueta in toga tolerauit. Ex Iaponia porro cum egregiis paupertatis

Victus tenuitas.

Cibum sumit semel in die.

Vino abstinuit.

Humi cubitabat.

Mortificatio animi, sui que victoria.

Victoria sui in paruis rebus.

Idem semper vultus.

Mortificatio animi.

Ira potens.

Orat pro inimicis.

Paupertatis Euangelicæ studium.

Togam detritam præfert nouæ.

insigni-

insignibus, galero obsoleto, subucula detrita, tunica lacera, variisque temere assutis pannis de[illegible] [illegible] dummodo triumphans reuertit Goam. Quam libenter autem paupertatis incommoda subierit, quanteque [illegible] nium rerum angustiis tanquam in cælestibus deliciis gestire sit solitus, facile intelligi potest ex clausula eius [illegible], quam ex Maurica misit ad socios Romanos: vbi regionem illam describens, cum omnibus eam victus [illegible] modis carere dixisset, affirmat nunquam alias maiores ac liquidiores diuinitus se hausisse voluptates. In [illegible] quoque quas ad Goanos socios ex Iaponia misit, Quæso vos, inquit, fratres charissimi, vt me in agendis Deo gratiis pro tanto beneficio adiuuetis. Iam singulari Dei munere in Iaponiam peruenimus, vbi summa est rerum [illegible] pia. quod quidem in maximis diuinæ prouidentiæ beneficiis numero: namque aliis in locis ciborum [illegible] rumque copia plerumque homines inuitat ad effrenatas corporum cupiditates explendas. Itaque & eorum a[illegible] Euangelicæ paupertatis expertes, cælestium donorum diuitiarumque inopia laborant; & sæpe etiam corpora, morbis aliisque incommodis afflicta, haud leues breuesque intemperantiæ luunt pœnas.

N[illegible] cæterarum rerum facultate magis quam sua libertate arbitrioque abdicauerat, in quo summa obe[illegible] tiæ laus cernitur. Quæ virtus præcipuum Societatis Iesu decus in Francisco inde vsque ab initio maxime en[illegible] ab Ignatio missus in Indiam est. Satis constabat, nauigationem Indicam non minus periculosam esse, quam longinquam. Et Societas, qualiscunque erat, tum non imperio Ignatij, sed auctoritate, administrabatur. Franciscus tamen omnium præterquam obedientiæ immemor, promptius etiam paruit, quam iubebatur: nullaque interposita mora, [illegible] postridie iter pene infinitum parauit se: vt summæ illius in obsequendo alacritati Deus vltimas Orientis [illegible] aperuisse videatur. In Lusitania porro Indiaque incredibile dictu est, quam libenti prolixoque animo exsequ[illegible] quæcunque illi per literas præcepisset Ignatius. Itaque hominum cuncta ad obedientiæ normam exigeret ad[illegible]

Ignatio quantum tribuerit.

cit, vt non alius obsequij laude clarior fuerit, dignus prorsus tali magistro discipulus. Franciscus quippe tanto [illegible] babat Ignatij sanctimoniæ, vt eum tanquam cælestem diuinumque virum suspiceret. Quocirca [illegible] in sermone, illum [illegible] nominans, semper aut benedictum appellabat, aut sanctum. In reliquiaria quoque theca, quam [illegible] pendentem gestabat e collo, Ignatij nomen ipsius manu scriptum (absciderat enim eius epistolæ subscriptionem [illegible] cum sacris reliquiis, suæque professionis formula, incluserat. Socius autem præcipiens adijcere solitus erat. Hoc vobis pro vestra reuerentia obedientiaque aduersus sanctum Patrem nostrum Ignatium præcipio. Haud minus fiduciæ Ignatio erat in modestia obsequioque Francisci. Eius rei vel illud certissimum indicium fuit, quod res quas [illegible] sane fidenter ei imperabat, haud dubius quin [illegible] quendum foret, quicquid imperasset Xauerio. Proinde [illegible]

Ignatij opinio de Xauerij obedientia.

velocem fore depositionem tabernaculi sui, cum [illegible] ac se eum præcipuum Societatis columen Romam re[illegible] consuluisset, epistolam ad eum ita scripsit, vt, expositis sui consilij [illegible], ad extremum vna litera, seorsum sibi [illegible] ni adiectam designaret omnem. Significabat scilicet adeo se Francisci obedientiæ confidere, vt nō dubitaret, quin Romam vel ex [illegible] terris, & ex medio Euangelij [illegible] reuocanti, etiam nulla talis itineris causa demonstrata, obtemperaturus esset, vna duntaxat litera, qua id iuberetur, inuitatus. Neque sua Ignatium de Francisci obedientia opinio fefellisset: omnino enim illud, Lemma perpulisset animum vt è vestigio ab vltimo fere Oriente in Europam [illegible], nisi ante Ignatij literas perlatas ille iam ad suorum laborum præmia abijsset in cœlum. Franciscus porro, vt [illegible] omni vita obsequendi studio præstitit, ita sociis omnibus huius virtutis primam voluit esse curam. Ergo [illegible] labind

Obedientiæ cōmēdatio.

& coram & per literas admonens inculcabat, sine vita germanaque obedientia, hoc est prompta atque hilari, verum germanumque Societatis alumnum ac filium esse neminem: siquidem [illegible] a virtute vacuus cum animi lætitia fructuque in Societate perseuerare non posset. Præcipiebat igitur Sociis, vt ex animo obsequentes, totos se ad arbitrium Præpositorum Societatis Ecclesiæque fingerent, ad eorum non modo imperium, sed etiam nutum intenti. Longe e[illegible] [illegible] regi quam regere, & parere quam imperare. Itaque Paulum Goani Collegij Rectorem, quem [illegible] bo [illegible] bano è Francisco [illegible] Collegij curatori parere iusserat, ad obsequendi studium incitans, ad [illegible] scripsit [illegible], si ipsius esset loco, nihil antiquius habiturum, quam vt obtemperaret imperanti. Quippe non a[illegible] certiorem [illegible] rationem, recta, ac sine errore, quo intendas perueniendi, quam perituum [illegible] qui ducem, contraque nihil periculosius, quam suo arbitratu viuere, eorum, qui præsunt, præcepta spernentium. Erga

Obedientia [illegible] erga Episcopos eorumque Vicarios.

Episcopos vero, eorumque Vicarios, Xauerij veneratio iuxta & obedientia insignis fuit. Numen diuinum in eis [illegible] venerans, ex illorum auctoritate se a nutu obire gerebat: eisdemque prorsus omnibus in rebus dicto audiens erat. Idem cæteros è Societate facere iubebat, à nostris hominibus obedientiæ in Præpositos Ecclesiasticos prodendum exemplum ductans. Omnino cuicunque disciplina Societatis, quæ obedientia maxime continetur, cordi non esset, hunc à Societate censebat alienum: nec exspectandum putabat dum grauius aliquid contra Societatis existimationem committeret, quam (vti principia se d[illegible]bant) commissurum aliquando prouideret. Proinde, incolumi Societatis dignitate, [illegible] vt & ille amandatus, quod facturus erat, faceret citius, & cæteri illius exemplo fierent in eodem genere cautiores. Eandem obedientiam aduersus Præpositos Ecclesiasticos exigebat à sociis, vt

Obedientia aduersus Præpositos Ecclesiasticos.

non conciones haberent ad populum, non Societatis munera obirent, nisi facta ab Episcopo aut Vicario potestate: neve committerent vt Præpositi Ecclesiastici [illegible] offenderentur, neve vnquam ab illis, quamuis nulla causa oblata, sese [illegible] Quod si quando secus accidisset, sane grauiter ferebat. Itaque cum duo Vicarij de Patribus duobus, qui apud e[illegible], cum Francisco questi essent per literas, protinus [illegible] ad illos scripsit, vt extemplo Vicarios adirent, & [illegible] genibus [illegible] exosculati, peterent veniam; atque in posterum summam obseruantiæ significationem [illegible] hebdomadis ad eos irent salutandi gratia. Talem vero tantamque modestiam ac submissionem necessariam esse [illegible]: cum ad diabolum superbiæ caput debellandum, tum vero ad Ecclesiæ Præpositos insigni obsequio promerendos; vt illis secundis ac propitiis Christianæ res melius gererentur. Iam o-

Humilitas.

bedientiæ parens & diuinæ humanæq; beneuolentiæ conciliatrix humilitas in Francisco vel maxime enituit. Cuius indicia in eius vita nec pauca sunt, nec obscura. Nam proficiscens in Lusitaniam, vt supra docuimus, [illegible] sedulo curauit equos: & perpetuo tum domi, tum in valetudinariis, ad abiectissima quæque ministeria audentissime descendit. Goam autem Legatus Apostolicus cum venisset; Episcopi genibus aduolutus, [illegible] regias ac Pontificium diploma tradidit, his non secus, quam illi visum foret, vsurus. Quæ modestia sic Episcopi deuinxit animum, vt non magis in Xauerio potestatem vereretur, quam suspiceret modestiam. Præcipua vero Francisci in Ecclesiæ Præpositos ve-

Reuerentia Xauerij erga Ecclesiæ Præpositos.

neratio fuit, quos quasi Dei faciem præferentes diuino propemodum honore coluit. Namque & venerabundus eorum osculari solitus est manus; & interdum ad eorum genua sese prostrauit. Cæterum (quæ eius humilitas erat singularis) non solum aduersus Episcopum, eiusq; Vicarios, verum etiam erga priuatos Sacerdotes & Clericos maximam semper obseruantiam ac submissionem adhibuit, pro omnium seruo magis, quam pro Legato Apostolico, se gerens.

Interior humilitas.

Nec vero exteriorem modo humilitatem coluit, indicem interioris; sed multo magis interiorem illam, quæ sita est in sui ipsius cognitione, despicientia. Etenim cum propter eximiam sanctimoniam haud secus quam vir Apostolicus suspiceretur, se tamen ipse nequissimum omnium mortalium iudicabat. Id quod vel ex plurimis eius literis perspicitur.

Honoris o-dium.

Itaque sui contemptor vnicus non minus laudem & honorem, inuitamenta arrogantiæ, quam cæteri vituperationem ac dedecus, horrebat. Quippe honorem prorsus, honorantes ita auersabatur, vt iam constaret inter omnes

vt[illegible]

Occultatio donorum cælestium.

veterem illi ſemplicitatem eſſe cordi, fuci omnis & ambitionis expertem. Proinde laudabiliter & præclare ab ſe facta ſolerter occultans, ſi quando ea vulgare aliorum vtilitas cogeret, ita expromebat, vt ad alium quempiam credere pertinere. Veluti ex Comorino Promontorio de rebus ab ſe geſtis ad ſocios ſcribens, valetudinem ægris pluribus per ſe reſtitutam attribuit pueris, quorum qualicunque vſus erat opera. Itemque de cæleſtibus gaudiis, quæ eodem loco Deus ſua cauſa laborantibus impertitet, exponens, quod ipſimet vſu venerat, quaſi de alio quopiam citra mēdacium narrat.

Inſignis pudor Xauerij in ſuis laudibus.

Nec eius egregiam modeſtiam vlla res magis prodebat, quam inſignis quidam in ſuis laudibus audiendis rubor, intimæ humilitatis index. Quam vnius rei exemplo notaſſe ſatis erit. Goam ex ora Comorinenſi reuerſus, Iacobo Borbano ſciſcitante, verene mortuum ab eo ad vitam reuocatum fama vulgaſſet, adeo pudore exanimatus eſt, vt Borbanum miſericordia ſimul & verecundia inſtandi vrgendique ceperit.

Titulorum fuga.

Dignitatis porro titulos adeo non amauit, vt eum Legatum eſſe Apoſtolicum per decennij ſpatium (tamdiu enim aliis in locis vixit) præter Goanum Epiſcopum ſciret nemo, ipſo rem ſolerti conſilio tegente. Neque prius ſuam aliis auctoritatem aperuit, quam neceſſitas ſubegit: nimirum ad protectam Malacenſis Præfecti audaciam retundendam. In quo tamen ipſo ita auctoritate eſt vſus, vt multo etiam magis modeſtia extiterit quam poteſtas. Iam (quoniam ex abundantia cordis os loquitur) pleræque eius cohortationes ad ſocios, totæ ferme ponebantur in arrogantia & propriæ virtutis opinione radicitus ex animis euellenda.

Cohortationes de vera humilitate.

Quantus quiſque Dei iudicio & exiſtimatione eſſet, tantum quemque dicebat eſſe, nihiloque maiorem, etſi mortales omnes ſecus exiſtimarent. Quocirca eos monebat, ne quiſquam bona de ſe hominum opinione efferretur, ſed ſui cognitione libratus demitteret ſe, illud animo reputans, alium ſe ſua opinione ac Dei iudicio eſſe, alium hominibus videri. Cæterum qui ſui ipſorum notitia vacent, facile mortalium inflatos laudibus extolli, ratos ſe tales eſſe, quales ab hominibus habeantur; veluti ſi Deum perinde poſſint & homines fallere. Illud autem ingemiſcens ſubinde in ore habebat: O arrogantia venenum Chriſtianæ virtutis! quantum obfuiſti, obes, obfutura es orbi terrarum! quam es inſtituto & perfectioni Societatis Ieſu contraria! Quantopere piis & ſalutaribus Sociorum conatibus aduerſaris! Negabat enim quenquam germanum Societatis Ieſu alumnum eſſe, ac Deo fideliter operam nauare poſſe, niſi contemptorem ſui, & de ſeipſo ſuiſque rebus abiecte demiſſeque ſentientem. Itaque, vt immodicos ſui æſtimatores, qui per humilitatis ſimulationem, aut propter nobilitatem maiorum ſuorum, in honore haberi vellent, nequibat concoquere; ſic vere humiles, ſeq; ac ſua contemnentes, quanquā infimæ ſortis homines, eximie diligebat.

LX. Nec vero hæc Franciſci humilitas eius abiiciebat mentem, quominus auderet alta ſpectare, ingentiaque conari; ſed nixus Deo, nihil arduum, nihil nimis amplum ducens, immenſa quadam magnitudine animi maxima quæque moliebatur. Vbicunque enim diuinus honor ageretur, nulli cedebat difficultati periculove: ita nihil moliebatur, quod non efficeret; nihil inchoabat, quod non abſolueret. Eſt hoc ſeruorum Dei proprium, vt apud ſeipſos humiles & abiecti, in diuinis negotiis mire fortes ſint atque conſtantes. Hæc altitudo animi, difficultatumque & periculorum contemptio, paſſim eminet in eius vita; & quidem ſæpe communis fortitudinis tantopere vſitatum excedit modum, vt temeritas cenſeri poſſet, niſi diuinis magis quam humanis conſiliis auxiliiſque niteretur. Nam & Trauancorenſi itinere, quod per medios erat hoſtes, manifeſtum periculum adire viſus eſt; & longe manifeſtius cum Moricæ incolis feritate inſignibus excolendis animum adiecit, nulla re aduerſus barbarorum infeſtiſſimorumque hominum rabiem, niſi Dei fiducia, armatus. In Iaponiam quoque, vltimam Orientis regionem, piratico vectus lembo ire ſuſtinuit, ſecurus periculorum, quæ ab amiciſſimis peritiſſimiſque hominibus & plurima denunciabantur, & maxima. Qua de re ad Præpoſitum Prouincialem Luſitaniæ ſcripſit ipſe his verbis: Obſtupeſcunt ſtudioſi mei omnes & amici, quod tam longinquum & periculoſum ſuſcipere iter non verear. Multa mihi tempeſtatum, ſyrtium, piratarum pericula proponunt. Cæterum haud paulo magis ego illos inuicem obſtupeſco, quod tam exiguam habeant Dei fiduciam, cuius illa omnia in ditione ſunt, ac poteſtate. Equidem cum Dei nutu atque imperio omnia gubernari certo ſciam; nihil omnino metuo, præter ipſum Deum; ne ſcilicet is de mea, in ſuo obſequio religioniſque ſtudio, negligentia inertiaque meritas exigat pœnas.

Nihil metuit præter Deum.

Quocirca reliquos terrores, diſcrimina, ærumnas, cruces, nihil admodum pertimeſco. Vnum quippe timeo rerum omnium effectorem ac moderatorem, Deum; quod res cæteræ, quamuis noxiæ, non niſi quatenus ille ſinit, nocere hominibus queant. Merum quantum ille ſpei in diuina reponeret ope. Itaque Dei vnius præſidio per tot maris terræque diſcrimina, per tot gentes ſermone moribuſque diſſonas, ad vltima Orientis penetrauit; Oceanoque toties remenſo, Chriſtianis myſteriis feras ac barbaras inſtituit gentes, mitigauitque. Nec vero vnquam illum Dei fefellit fiducia; ſed hoſtium, tempeſtatum, cæterarumque cladium periculis ſemper exemit.

Barbarorū ſagittis petitus.
Ter naufragium fecit.
Periculis vatus ete prius.
Crucis amor.

Atque, vt mittam cætera, quæ ſuis locis expoſuimus, in Iaponicorum fretorum traiectu, non ſemel, cum peteretur barbarorum ſagittis, tela omnia, Deo propitiante, innoxia ceciderunt. In mari Molucico ter naufragium fecit; at ſemel tabulæ incubans, biduum, triduumque fluctibus impune iactatus, euaſit. Armatum in ſe Saracenorum furorem effugit, plures dies in proxima latitans ſylua. Venena quoque, non ſolum tela hoſtium, eluſit; & mari piratarum, terra latronum, ſæpiſſime vitauit occurſus. Quanquam ille Dei amore ardens, ærumnarum periculorumque non contemptor modo, ſed etiam amator fuit. Itaque patiendi auidus, in ipſis incommodis ac periculis Deum enixe precabatur, ne his ipſum eriperet malis, niſi ad maiora mala diuinæ gloriæ cauſa reſeruaret. Igitur diuino numine egregiæ illius virtuti indulgente, ærumnis pariter ac meritis cumulatus eſt, haud minore Chriſti approbatione, quā lætitia ſua. In difficillima porro Sinarum expeditione ſui ſimilis fuit. Cum enim in Sinarum fines (vt ante diximus) inſinuare ſe ſine capitis aut ſeruitutis periculo peregrinus nemo poſſet, pari pœna aduenę introeunti & aduenam inuehenti conſtituta; tamen Deo vitæ conſiliique auctore ſatis confiſus, Sinæ mercatoris fidei, quæ non minus anceps ac periculoſa erat, quam ipſe Sinarum introitus, ſuum credere caput decreuerat. Super ea re ipſe in epiſtola ad Franciſcum Perez Malacam ita ſcripſit: Duo mihi in hoc negotio ab amicis pericula denunciantur: vnum, ne mercator ille accepta mercede prodat fidem; meq; in deſertam aliquam inſulam, aut etiam in altum præcipitet, ne tranſmiſſionis pactum vllis pateſiat indiciis. Alterum, ſi ille ſteterit promiſſis, ne Præfectus vrbis in aduenam, qui contra Regis edicta ſine fide publica eo ſe inſinuauerit, edat exempla; meque aut cruciatibus affectum necet, aut in perpetuam redigat ſeruitutem. His ego periculis alia haud paulo maiora pericula oppono: quæ cæteros latent. Primum enim periculum eſt, ne de diuina bonitate ac prouidentia diffidamus: ſiquidem Dei vnius cauſa huc venimus, vt ſacroſanctam eius legem, eiuſdemque filium Ieſum Chriſtum, humani generis ſaluatorem, his gentibus prædicemus: cuius rei ipſe mihi conſcius eſt, qui hanc mihi mentem iniecit Deus. Proinde diuinæ nunc prouidentiæ atque poteſtatis ſpem fiduciamque abiicere, propter diſcrimina quæ eius cauſam agenti impendere dicantur, næ id haud paulo maius periculum eſt exiſtimandum, quam quicquid periculi mihi creare Dei atque hominum hoſtes poſſint. Præſertim vero cum neque dæmones ipſi, neque eorum ſatellites ac miniſtri, quicquam nos lædere queant, niſi Dei permiſſu ac voluntate. Quid quod, ſi Deus noſtros conatus probat ac iuuat, non modo eiuſdem nutu omnibus eripiemur periculis, ſed etiam Chriſtum Dominum audiemus admonentem: Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo propter me, inueniet eam? Quocirca cum hæc animi pericula longe maiora corporis periculis iudicemus; ſatius ac tutius eſſe ducimus, per vitæ diſcrimina perrumpere, quam in diſcrimen adducere animi ſalutem.

Inuictus periculis animus.

Omnino deliberatum eſt mihi in Sinas, Deo fauente, inuitis eius hoſtibus penetrare. Nā ſi Deus pro nobis, quis cōtra nos? Magnū omnino adimus peri-

mus periculum; si nihil aliud, perpetuæ seruitutis. Veruntamen hæc me cogitatio consolatur, latius [illegible] conti[illegible]nitatem seruire, quam crucis fuga per tum libertat[illegible]. Quibus sane in verbis interritus ad omnia pericula anim[illegible] eminet. Quantopere autem Xauerius quicquid malorum est contemneret, apparet ex epistola ad Iacobum [illegible]riam, cuius clausulam suo subteximus loco. Haud minor animi magnitudo aduersus Christianorum homin[illegible]tiam, quam aduersus barbarorum minas ac terrores, f[illegible]it. Oræ Comorinensis Præfectus, homo Lusitan[illegible] [illegible]rens, acerbe auareque imperabat neophytis. Qua re cognita, Xauerius minatus est homini, nisi humanio[illegible] p[illegible]stetum se Christianis præberet, de eius iniuriis ac tyrannide cum Rege Lusitaniæ per literas expostulaturum. [illegible]no item Duci nouos Christianos iniuriose tractanti denunciari per socium iussit, nisi crudelitate d[illegible]sisteret, [illegible]sum multo immaniorem Herode: quoniam i[illegible]le corpora duntaxat innocentium puerorum, ipse etiam an[illegible] [illegible]deret. Id enim prorsus futurum, si, Patribus propter eius importunitatem ex illa ora digressis, infantes pu[illegible]rent sine baptismo. Malacensi porro Præfecto suum in Sinas iter per summam iniuriam peruicaciamque [illegible] (vt supra diximus) demum patientia in seueritatem versa, sacris interdixit: eamque rem pro sacris ædibus p[illegible]ciandam rite curauit, vt cæteros in officio contineret similis ignominiæ metus. Cæterum nulla res magis [illegible] [illegible]lem eius animi magnitudinem ostendit, quam infinita quædam cupido Euangelij toto orbe terrarum circum[illegible] d[illegible]. Nam Indiæ vastitate non contentus, Malacam, Moluccas insulas, Mauricam, Iaponiam, Sinas, omnem de[illegible] animo atque industria complexus est Orientem: omnes vtique terras deinde complexurus, si animi ad[illegible] [illegible]spondisset. Vltima quippe Orientis tanta celeritate lustrauit, vt eius animo angusta videretur immensa vastit[illegible]sis.

PAR tantæ fortitudini, Dei hominumque charitas fuit. Namque in omnibus vitæ partibus non al[illegible]s [illegible]git, quam diuini cultus proferendi, hominumque conseruandorum eminet studium. Nimirum charitat[illegible] tanta flagrauit, quantum existere oportuit in eo, qui, humanis rebus penitus contemptis, assiduæ rerum c[illegible] contemplationi deditus foret. Hinc in Deum, summum bonum, munificentissimumque conditorem [illegible] [illegible]i amorem [illegible] [illegible]cta, vel in mediis hominum congressibus iucundissimos sermones miscebat cum Deo. H[illegible] [illegible]mmatus ille [illegible] Iesum Christum, benignissimum Dominum Saluatoremque suum, amor, identidem [illegible] [illegible] [illegible]ludac [illegible] nomen dulcissime vsurpans. Indidem accensa illa martyrij cupiditas, quæ à Turcarum h[illegible] [illegible]clusa, ad vltimas terrarum oras progressa, ex feris atque immanibus nationibus, ex pestilentiæ, naufragior[illegible] dominique manifestis periculis martyrij decus quæsiuit millies; vt illi martyrium potius, quam ipse m[illegible] [illegible]it. Immensa hæc Dei charitas haud disparem in Francisci animo charitatem hominum accenderat, quæ [illegible] vnquam illum, nec desatigari patiebatur. Hæc illum vbique ægris, vinctis, miseris quasi seruum addixit, c[illegible] [illegible]que morbis inter ipsa funera obiecit intrepidum. Hæc ad barbaras efferatasque gentes, vel cum aperto capi[illegible]mine instituendas impulit; atque apud eas, quamdiu opus fuit, retinuit omnium rerum inopia laboratem. H[illegible] [illegible]sique contemptis exæstuantis Oceani fluctibus, piratarum latrociniis, incommodis infinitæ nauigationis [illegible]mas vsque gentes perduxit, vt Iapones quoque Euangelij penitus ignaros aggregaret Ecclesiæ. Et [illegible] te[illegible]as, tot maria emensus, omnibus prope maritimis regionibus Orientis Euangelio lustratis, ad vltimu[illegible] [illegible]nimum peruenisset; eadem hominum charitas eum perpulit, vt Sinarum claustra seuerissimis legibus & [illegible] [illegible]mata tentaret, vel cum aperto capitis periculo: adeo inexhausta animorum auiditas nihil [illegible], nihil [illegible] videri sinebat. Quin etiam tot gentibus ac populis ad Christi fidem adiunctis, ferebat ægerrime prohiberi [illegible] aditu, vtpote qui totius Orientis salutem mente complexus, in primordio suorum operum stare se crederet [illegible] [illegible]bium, quin si ei contigisset, vt Sinarum expeditioni superstes, Romam, quo ab Ignatio accersebatur, pert[illegible] [illegible] [illegible]c denique, depositisque Ecclesiæ partibus, suam pariter saluti facturus. Quippe siue Præpositus Genera[illegible] Præp[illegible] adiutor, contactas hæc si nationes per socios curandi non prius finem fecisset, quam illum aut cu[illegible] gens, aut vita ipsa deficeret. Incredibile dictu est, quantopere ille fuerit in mortalium salutem intentus. Mal[illegible]æ q[illegible]dem & alibi confessionibus audiendis, reconciliandis dissidentibus, ægris subleuandis, cæterisque pietatis officiis assiduam dabat operam; adeo cibi ac potionis oblitus, vt sæpe biduum triduumve traduceret ieiunus: sentiret eum ta[illegible]libus ministeriis diuinoque obsequio pasci. Nimirum adeo intimus erat illi hic iuuandorum hominum propagandæque religionis amor, vt fere innatus videretur. Hunc ille toto in pectu ferri, in hoc totus esse, hoc omnibus expetere votis, in hoc maxime acquiescere, vt Christo aggregaret quamplurimos. Nec minor quærendi nouos greges, quam tuendi partos cura erat. Quippe ita eos præcipit atque institutis instruere erat solitus, vt externi pastoris opera non magnopere indigerent. Ludouicus quidem Froes, e Societate Iesu, vir iuxta prudens ac pius, ita narrabat, se, cum primum Iaponem [illegible] obiret, forte ad arcem deuenisse in insulæ angulo sitam: ibi tres incolas sibi occurrisse, rogitantes quid factum esset Francisco Xauerio. Qua inopinata interrogatione attonitum se primo hæsisse; deinde haesitando comperisse, apud eos aliquandiu diuersatum esse Xauerium; & plerisque incolarum ad Christi fidem perductis, sacram ibi excitasse ædem: porro neophytos adeo diligenter ab illo edoctos, vt sine vllo doctore Christiana disciplina cursum teneret suum. Quippe discessurum Xauerium illis in posterum consuluisse, & Christi vitam, summamque Ecclesiasticæ historiæ ipsorum sermone conscriptam, Romanum item Calendarium, cum ratione festorum mobilium; implorationem cælitum, quam Litanias vocamus; septem Psalmos, formamque baptismi eis tradidisse, monitis, vt festis diebus vniuersi pariter conuenirent; in conuentu de Christi vita sacraque historia aliquid audirent, festos dies cognoscerent, superumque ope implorata, septem Psalmos recitarent. Cæterum Ducis scriba (nisi necessitas aliud suaderet) baptismo lustraret infantes. Et neophytos, Francisci præceptorum memores, adeo Christianis rebus instructos extitisse, vt nihil admodum cederent Europæis. Itaque affirmabat Froes, nihil se habuisse quod adderet: sed illud didicisse, Xauerij exemplo ita vbique serendam colendamque religionem, vt per se nisi suis ipsa viribus posset. Quanquam Franciscus, quoad eius fieri poterat, neophytos per socios excolere non desistebat. Nec vero Xauerij charitas ita ciuitates gentesque totas adiuuabat, vt singulos negligeret homines, quamuis pertinaces obstinatosque. Ternate decedens, ex maximo Ternatinorum numero duntaxat reliquerat duos, quibus detrahere nequiuerat pellices. Amborum igitur reuersus (misericordia indignationis locum occupante) literas ad Ternatinum amicum dedit, rogans vt duos illos suis verbis quam bellissime salutatos commonefaceret, si quando in animum tandem induxissent è flagitiorum cœno emergere, confestim se illuc aduolaturum; interim nunquam cessaturum eorum salutem à Deo communi parente deprecari. Malacæ vero cum identidem verba faceret ad populum, audiebatur interdum ab Iudæo, erudito illo quidem, sed (quod illius gentis vitium proprium est) peruicaci, nec minus Xauerij irrisore, quam veritatis. Is vitiis simul & erroribus implicatus obstinate obstabat Euangelio: eiusque auctoritas cæteros Iudæos à Christi fide deterrebat. Hunc igitur Franciscus omni obsequio demulcens, & comiter apud eum cœnitans, adeo flexit, vt in contrarium mutatus, è pertinaci Iudæo probus ac pius fieret Christianus. Hæc porro proximorum charitas haud fortior quam solertior fuit. Cananorum arx est Lusitanorum, portu celebris, inter Goam & Cocinum interiecta. Hunc portum petens ex itinere Xauerius, quendam in ipsa naui ad confessionem pe[illegible]catorum perducere frustra conatus, incœpto paulisper destitit, vt securum ex improuiso adoriretur. Nam ille c[illegible]

Proximis [illegible] cibi & potionis oblitus.

Zelus animarum.

Iudæum conuertit.

Mira solertia in flectendis obstinatis in scelere hominibus.

vige[illegible]

vrgeretur acrius, vt erat obstinato ad negandum animo, confirmat iureiurando, se nunquam omnino id esse facturum. Franciscus ergo, vbi in terram descensum est, statuit in exitiali morbo vltima experiri auxilia. Itaq; aliud quiddam agere simulans, peruicacem hominem comiter, per speciem animi relaxandi, in saltum (vt regionis natura fert) frequentibus palmis consitum ducit. Vt in locum ab arbitris remotum ventum est: subito deposita veste, tergoque nudato, procumbit in genua. mox stupente illo, & quid tandem rerum tanto impetu acturus esset exspectante; flagrū depromit aculeis ferreis sane asperum, atque in eius conspectu tergum suum strenue diuerberans, exclamat se eius causa id quicquid esset supplicij, subire, vt cœlestem ab eo auertat iram. Inter hæc palmetum resonabat ictibus plagarū: spectator ille stupens & attonito similis Francisci cruore respergebatur. Ergo admiratione in misericordiam versa, statim ad pedes Xauerij prouolutus rogat, alienam culpam suo tergo luere desistat: se paratum esse sua aliquando expiare peccata. Itaque Xauerius victoria lætus, extemplo induit vestem; eiusque confessione audita, perditum hominem in viam ac spem salutis reducit. In ægra vero ac prope deposita Malacensi ciuitate curanda haud paulo plus & prudentiæ adhibuit, & industriæ. Etenim cum animaduerteret Malacensium animos vsque eo flagitiorum senio ac tabe confectos, vt remedia funditus repudiarent; medicus animorum eximius nouam ac salutarem inijt medendi rationem. Mira illos dissimulatione adortus, inserebat se militum lasciuientium circulis; ludentibus de industria superueniebat, se illorum lusibus & consuetudine delectari simulans. Si quis eius interuentu verecundiaque desisteret a lusu, comiter eum ad vitæ hilaritatem reuocabat, se quoque talis oblectationis studio teneri; milites vtique monachorum ritu viuere non debere. si nulla intercederet iniuria diuini numinis, satius esse ludere ac iocari, quam detrahere de alijs, aut quidpiam patrare flagitij. Inde conciliatis comitate animis, per omne obsequium in quam maxime familiarem vsum insinuare se, vt arcanos illorum eliceret sensus, morbisque demum per occasionem mederetur. Vltro etiam alij, pellicum amore implicatis ad prandium aut cœnam condicere: super mensam familiari sermone illato, probare apposita fercula; de famula, quæ illa tam scite condidisset, percontari; rogitare hospitem, vt eam accerseret; collaudatamque de solertia in cibis condiendis dimittere: sat habens in præsentia, viam sibi ad destinata fecisse. Si cui gratus conuiua futurus erat, ex improuiso instabat, vt sibi eius tecta inspicere liceret. Introductus mira comitate demulcebat hospitem; dissimulatoque consilio, velut feram vestigans, nullum omittebat angulum, quem non perlustraret oculis. Si in hospitis incidisset pellicem, quænam illa mulier, & cuius esset, sciscitabatur, seque omnia quæ videret, probare simulabat, occasionem rei bene gerendæ captans. Adeo autem omnia omnibus fiebat, vt inter milites miles, inter mercatores mercator esse videretur. Itaque non modo Lusitani, verum eorum etiam pellices ipsæ, propter singularem eius comitatem, illum hospitem, illum conuiuam expetebant, quid tandem moliretur ignaræ? At Xauerius vbi se totum in illorum insinuarat familiaritatem, tum vero dissimulanter affectis animis mederi aggrediebatur. Si quem nactus erat formosæ ancillæ amore captum, huic mulierem commendare: eam vero, propter egregiam formam atque indolem, dignam quæ pudica foret, dignam quæ honesto alicui nuberet viro. Inde percontari ex hospite, cur, si vnice illam amaret, cum vtriusque dedecore perniciequе concubinam, quam honestissimam itaque coniugem, habere mallet. Ita mali causa in remedium versa, flagitia mutabat nuptijs. Sin autem mulier deformis erat, rogitabat hospitem, satisne sanus esset, qui adeo deformē famulam in delicijs haberet, propter quam in Lusitanorum incurreret sermones, irrisionesque? Quin potius se dignam coniugem quæreret? Id illi magno vtique honori item vt alijs futurum esset (quos nominabat) futurum. Alios porro minus ad nuptias expeditos, quod multarum ancillarum amoribus irretiti tenerentur, alia adoriebatur via. Quærebat primum cur tandem domi suæ tantam alerent ancillarum, quæ nullum pene vsum haberent alium, nisi vt dominorum salutem ac rem familiarem perderent, domestica eum otium contentionibus rixisque turbarent? Quod si omnes dimittere aut non possent, aut nollent; magnopere monebat, vt certe vnam aliquam missam facerent. Inde ad eosdem intermissis aliquot dieb. reuersus, amice instabat, vt alteram, deinceps vt reliquas omnes dimitterent, præter vnam. Minus quippe inuisos esse Deo, ac facilius veniam impetrare vnius mulieris quam multarum amore implicatos. Demum nouam nactus occasionem, vrgebat, vt illa ipsa, quam libido sibi reliquam fecerat, dimissa, aut in matrimonium ducta, cœlestem aliquando placarent iram. Ita paulatim perditos homines, demptis omnibus peccandi illecebris, ad honestatis salutisq; viā reuocabat. Fuit autem hoc proprium ac perpetuum Xauerio, vt facinorosissimi cuiusque familiaritatem ambiret maxime, ratus grauissimis morbis potissimum opus esse medico, medicinaque. Nec prius eos dimittebat, quam ad sanitatem perduceret mentis. Illud vero summæ semper curæ Francisco fuit, vt suis ac sociorum exemplis oēs ad virtutē pietatemq; accenderentur, offenderetur nemo. Nec aliud magis Socijs aliquo ituris solitus erat inculcare, quam vt prouiderent bona coram Deo, & omnibus hominibus. Certa etiam hac de re præcepta abeuntibus tradita, identidē per literas in memoriam redigebat. Quod si quid à quopiam offensum esset vspiam: adeo angebatur animo, vt in eū quadraret illud Apostoli: Quis scandalizatur, & ego non vror? Quocirca Gaspari Goani Collegij Rectori plane mādauit per literas, vt quicunq; è Societate offensioni publicæ foret, eum dimitteret omnino, dimissumq; nullo modo reciperet: grauiorem famæ Societatis, quam cuiusuis Socij, iacturam ratus. In quo illam quotidiano vsu comprobatam vsurpabat vocem Apostoli: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Cæterū vbi offensum esset, ibi censebat satisfieri oportere, vt præsens satisfactio offensos sanaret animos. Nec offensis modo, sed etiam infensis, satisfaciendum putabat. Cocini cum sodales quosdam, qui Societati Iesu templum concesserant, Patribus infestiores esse cognouisset, ipsemet maxima honestissimorum hominum frequentia prostratus, claues templi ante eorum posuit pedes: eaq; demissione infensos animos penitus mitigauit. Illud autem habebat in ore, se, quicquid diuitiarū, quicquid opum esset in terris, bono Societatis nomini posthabere: vtiq; cum Deus pijs hominibus sua cōmoda præ cōmuni religionis existimatione contemnentibus, meliores diuturnioresque redderet opes, quam quibus sui iuris atq; vtilitatis retinentes cum existimationis detrimento iactaraque fruerentur. Quocirca literis ad socios datis, illud solitus erat adscribere, sibi modicum fructum sine offensione, quam ingentem cum aliqua offensione, esse potiorem. Exiguam quippe segetem animorum sine offensionibus, velut sine noxijs herbis, crescere ac permanere: at quamuis magnam sementem offensionibus, quasi inimicis herbis, oppressam extenuari & euanescere. Atque hæc multo etiam impensius seruabat ipse, quam alijs præcipiebat, exemplis vtique quam præceptis clarior.

Omnibus omnia fit, vt omnes Christo lucrifaciat.

Rom 1.

Quantopere vitarit scandalum proximorum.

1. Cor. 11.

Ædificatio nis proximorum cura.

XI. Ad salutem porro hominum procurandam vel plurimum valebat grauitati iuncta comitas: quæ virtutes specie dispares ita in illo copulabantur, vt, neutra quicquam detrahente de alterius vi, idem & grauissimus esset, & suauissimus. Quippe incredibilis quædam in Xauerio, vt supra ostendi, comitas ex vultu, gestu, sermone, consuetudine facile eminebat, quæ à natura insita, à Deo cumulata, quemuis facile caperet, teneretque. Mira in ore hilaritas, in congressu facilitas, in consuetudine vsuque suauitas. Aspectus adeo iucundus, vt ægris solatium, valentibus lætitiam afferret. Itaque sæpe vsu venit, vt multi Sociorum nulla alia de causa viserent eum, nisi vt cœlesti illo aspectu exhilarati, ad beatæ vitæ studium, illius eximiæ alacritatis ardorisq; cogitatione accenderentur. Nunquam enim tristes aut languentes ab eo recedebant, quoties haurire potuerant ipsius alacritatem, & tanti animi spiritum. Eximia vero vultus ac sermonis iucunditas malos iuxta ac bonos, summos æque & infimos pelliciebat: adeoque cunctorum tenebat animos, vt eos, quocunque liberet, impelleret: nihil à quoquam postularet, quamuis magnum arduumque

Aspectus Xauerij videntibus iucundus.

cuius

[illegible] non facili negotio fieret compos. Porro salubres sermones, ne satietatem afferrent, magna [illegible] [illegible] que varietate [illegible] sermo [illegible]. Astrologiæ Philosophiæque [illegible] [illegible]. Q[illegible] [illegible], leuando vix [illegible], [illegible] de cœlestium orbium [illegible] motibus interebat. [illegible] [illegible], d[illegible] ctiones multo ante prænunciabat. Rursus [illegible] causas exponebat [illegible]orum, quæ in cœlo mundoque [illegible] fieri videmus, quæ grandinis, pruinæ, niuis, pluuiæ origo: vnde nubes, nebulæ, venti, tonitrua existant: quæ [illegible] maritimos ac freta cieat. Adijciebat [illegible] generi [illegible]m, quæ plurimum vt admiratio[illegible], sic iucunditati [illegible] bent: eaq; demum referebat ad Dei cultum [illegible]que. De his igitur tam [illegible] iucundeque, apud Iaponios [illegible] [illegible] lium rerum ignaros, disserebat, vt vulgo [illegible], Xauerio comite totam Iaponiam sine vllo labore [illegible] peragrari. adeo eius comites pro vehiculo [illegible], vt [illegible] sibi Deoque obnoxios faceret. C[illegible] mit[illegible] [illegible] rabatur par grauitas, vt in summa consuetudinis iucunditate omnia tum dicta, tum facta, [illegible] sanctitatem. Cum quidem tanta erat apud omnes opinio, vt quamquam vulgo cum flagitiosissimis hominibus per familiariter versaretur, nihil tamen turpissimorum hominum consuetudo Xauerij pollueret nomen, constaretque tam [illegible] suspiciones hominum non solum sermones [illegible]. Quin etiam tum hoc Francisci proprium, [illegible] [illegible] [illegible] non minus [illegible] reuerentiam, sed augeret eius sanctitatem, quasi gemmam, vsu & tractatione [illegible] dicere[illegible]. Consaluus Fernandes, nauicularius nobilis, Xauerij perfamiliaris fuit. H[illegible] [illegible], sæpe Goæ hospitio vsus, vtrobique cum eo familiarissime versatus. Cæterum erat in Consaluo X[illegible] [illegible] tanta, vt quoties ille ad se domum accederet, venerabundus cum tota familia occurreret, cunctiq; [illegible] [illegible] corporibus eum exciperent: nec vero is, quamuis sæpe à Francisco rogatus, ne id faceret, morem [illegible] [illegible] Sancti viri veneratio eius animum occuparat. Iacobus quoq; P[illegible]reria, quo nemo Xauerio amicior, [illegible] [illegible] coram illo nunquam sustinuisse, vt capite operto esset, quamuis ipso rogitante. En [illegible] quot[illegible] cum col[illegible] [illegible] [illegible] gione perfundi solitum, vt Deum in illo intueri sibi videretur. Nec Franciscus, si quando [illegible] pol[illegible], g[illegible] aculeus, seueritas d[illegible] fuit. Rem vno aut altero exemplo notabimus. Matrona quædam honesta [illegible] [illegible], quoniam [illegible] adesset, de peccatis confiteri consueuerat. Hanc (vt ipsamet religioso viro deinde narrauit) [illegible] [illegible] hominem, [illegible] & eleganter ornatum, esse intuita, grauiter Xauerius incusauit, increpans, [illegible] hominem suspexisset [illegible] vt te Deus despiceat. Quæ vox adeo castum pium[illegible] perculit pectus, vt illa nunquam deinde [illegible] omni vita aspiceret [illegible] viri eamsquam sustin[illegible]. Acerrimus vindex præcipue contumaciæ fuit. In Comorino promontorio cum cognouisset idolum à neophyto quodam esse consecratum, nimirum [illegible] facinoris [illegible] commotus, protinus sacrilegi tecti iniici iussit ignem; vt pœnæ magnitudo cæteros a tam nefario abstereret [illegible] [illegible] tis honestis viris supplicij grauitatem deprecantibus, hoc solummodo permisit, vt rem familiarem domo [illegible] [illegible]ferre: domum ipsam, sacrilegij receptaculum, omnino incendio absumi voluit.

IAM cæterarum moderatrix virtutum prudentia non modo in conciliandorum conuertendorumque hominum solertia, quæ passim in tota Francisci emicat vita, verumetiam in propagatione religionis & administratione Societatis, enituit. Quippe satis gnarus nihil æque obstare Christianæ fidei, ac vitia prauaque exempla improborum Christianorum, non prius ad Ethnicos religione imbuendos accessit, quam lapsos veterum Christianorum restituit mores. Neophytos autem ingenti labore ac patientia Christo partos ipse primum maxima assiduitate coluit, [illegible] Socijs alijs, idoneisque hominibus, excolendos tradidit. Socios porro ipsos nulla in loca misit vnquam, [illegible] ab [illegible] lustrata. Quos vero mittebat, aduersus omnia incommoda salutaribus ac proprijs armabat monitis, rudes imperitosq; [illegible] docens, quæ ipse longo vsu diuinoque instinctu didicerat. Et quoniam in ijs, quæ dixi, præceptis vel maxime Francisci lucet prudentia, haud salubrior [illegible]orum hominum magistra, quam aliorum, operæ pretium me facturum censui, si magnam [illegible] partem eius monitorum: quippe quæ non magis illum ad[illegible], quam nos prouidos, facere queant. Paulo igitur Goani Collegij Rectori constituto hæc præcipua [illegible] [illegible] [illegible]: Omnium primum te oro quæsoq;, vt pro tua [illegible] Deum caritate, obseruantiaque in Patrem nostrum Ignatium, Societatemque Iesu vniuersam, Patres, fratres[illegible] omnes, siue ex Lusitania venientes, siue tota India sparsos, benigne modesteq; accipias, tractesque. Equidem de Sociorum omnium virtute eam habeo opinionem, vt [illegible] quantum conte[illegible] potui) nequaquam [illegible] Rectore: tamen vt nec alijs desit obediendi materia, & [illegible] atque ordine res administrentur, placet [illegible] vnum [illegible], cui me absente obtemperent cæteri. Proinde tua [illegible] bonitate, prudentia, sapientiaque fretus, cunctis Socijs te præficiendum censui, vt omnes qui extra Goam sunt è Societate pareant tibi, quoad aliud statuatur. Antonius Gomes præerit Goano Collegio, vectigalia exiget, atque in res necessarias suo impendet arbitrio. Hanc [illegible] à me potestatis permissa: quocirca tuam auctoritatem nunquam interpones. Si quid secus visum erit, consilio cum eo agas potius quam imperio. Iterum te oro, quæsoque vehementer, vt pro [illegible] P. Ignatio [illegible], intentius caueas, ne qua forte res inter te & Antonium Gomem serat discordiam, neu domesticis aliis causæ materiam aliquam præbeat sermonum: contraq; omni ope tendas, vt perpetuo concordibus [illegible] animis studijsque. Si quando Socij Comorinenses, cæteriue qui in Christi vinea laborant, rem aliquam [illegible] petierint ad animorum salutem quoquo modo pertinentem, sedulo eis atq; impense curabis. Quoties vero ad [illegible] illos maximis ærumnis oppressos dabis literas, caue quicquam durius scribas, quod offendere queat afflictos. Cæterum strenue Dei causa laborantibus res necessarias impigre benigneq; submittes, maxime vero Comorinensibus & Malacensibus, qui grauissimam ferentes crucem, portant pondus diei, & æstus. Itaque eis non modo animarum, sed etiam corporum subsidia ad animos pertinentia enixe simul ac tempestiue subministrabis. Quod si quis eorum colligendi causa Goam receperit se, haud [illegible], [illegible] te illisque dignum est, excipies fouebisque. Idq; ego tibi Dei & P. Ignatij nomine mando ac præcipio. Ad hæc oro te, mi frater, vt quotidie in virtutibus procedas, atq; omnibus omnium virtutum exemplum sis, vti adhuc fuisti; crebroque in Iaponiam literas des, quæ me sigillatim edoceant de tuis domesticorumq; rationibus, & scil. de amore & concordia inter te & Antonium Gomem, cæterosque Socios, deq; numero & facultatibus vel humanis vel diuinis Patrum deinceps aduectorum è Lusitania. Id omnino bis in anno facies, Aprili mense, atque Septembri. Ac de singulis Patribus fratribusque tota India sparsis, quæ me scire velle arbitraris, per domesticum quempiam (vt alienus labor tuum minuat laborem) perscribenda curabis. Quod si quid erit arcani, id tua subscribe manu. Rogo te etiam atque etiam, vti hæc præcepta tibi cordi sint, eaque singulis hebdomadis perlegas: & simul vt mei memor assidue pro me & ipse deprecere Deum, & tuis studiosos ad deprecandum accendas. Alia porro præcepta P. Gaspari Belgæ, Armuziam ituro, alijsque Patrib. Indiæ cultoribus data. Præcipue attende tibi, simul de cultu Dei tuaque salute sollicitus. Profecto enim duobus his[illegible] præsidijs fultus, & alijs plus opis afferes, & ipse ad Christianæ humilitatis religionisque ministeria eris paratior. Itaque Lusitanorum liberos, & seruitia, cæterosque idiotas Christianis præceptis erudies: neque hoc munus (quippe quod ad salutem animorum, hominumque beneuolentiam, plurimum habet momenti) committes alteri. In valetudinario miseros subinde ægros reuises, monitosq; morbum fere per[illegible] [illegible] peccati, allicies ad conscientiam excutiendam, delictaque expianda. Inde eorum confessionibus per[illegible] [illegible], cœlesti refectos pane, valetudinarij Præfecto commendari, necessarijsque subsidijs iuuari oportebit. In custodias quoq; itare conuenit ad vinctos, co[illegible] hortari,

Omnium de virtute Sociorum.

Cura concordiæ.

Præcepta Gaspari data.

Catechismi cura.

Opera misericordiæ

hortari, vt totius anteactæ vitæ confessionem instituant. Ex eo enim hominum genere plerosque inuenias, qui conceptas animi labes rite expiauerint nunquam. Et omnes quidem Sodalitio Misericordiæ commendabis, ne qua cuiquam fiat iniuria; cæterum egentibus res insuper corrogabis ad victum necessarias, vt miserorum subuenias egestati. Misericordiæ autem Sodalitati, quantum in te erit, prospicies. Proinde si quando incertorum dominorum pecunia restituenda sit, eam magnopere cocoilli Sodalitati potissimum attribuas. Etsi enim non desunt gentes, quorum inopia recte talibus subleuetur auxilijs; sæpe tamen mendicantium aut fraus, infamia inquinare hoc negotium solet. Quæ pestes quamuis facilius quam Misericordiæ sodales fallant, quorum prudentiam satis vsus erudiuit ad præcauendum. Quocirca optimum factu est, rem omnem sodalibus permittere, qui egentibus notis spectatisque eleemosynam illam pro portione distribuant. Id adeo faciendum multis magnisque de causis. Primum, quia si per te ipse pecuniam pauperibus diuidas, profecto multi abs te petant subsidia, maxime corporum: quod scil. haudquaquam facient, si te animorum tantum difficultatibus subuenire constabit. Deinde, vt suspiciones rumoresque fugias eorum, qui illas tibi pecunias egentibus diuidendas tradiderint. Namque (vt proni sunt hominum ad deteriora credenda animi) verendum est, ne quam auaritiæ suspicionem præbeat exactio pecuniæ: perinde quasi exactum ab eis argentum per speciem iuuandi pauperes, moliaris in tuum vsum & commodum auertere. Itaque præstat id muneris in alios transferre, in quos nulla cadit suspicio. Quod si quando tamen res ipsa contra suadeat; sequi licebit maiorem Dei gloriam, maiusque animorum emolumentum.

Per externos eleemosynæ diuidendæ pauperibus.

Et apud eos, quibuscum versaris, quamuis amicos & familiares, ita semper te geres, vt si aliquando futuri sint inimici. Hæc cogitatio lasciuientem licentia vitam facile cohibebit, vt ne quid amicitia ac familiaritate prouectus offendas; simulq; talis cautio illos in verecundiam adducet, sine vlla causa amicitiam tibi renunciandi. Hæc inquam, cautio non alienam modo arcet improbitatem, sed nostram etiam pietatem fouet. Quippe si apud te sis, & magis fruaris Deo, & maiorem notitiam habeas tui. Nimirum ignoratio atq; obliuio sui ipsius multorum vitiorum monstra parit, quæ amicos alienant, irritant inimicos; vt nostrorum haud ignari morum, acrius in nos vehementiusque cooriantur.

Apud amicos viuendum vt si futuri sint inimici.

Aduersus Episcopi Vicarium egregiam semper adhibebis reuerentiam obedientiamque. Quocirca simul atque oppidum, vbi is versatur, attigeris; protinus eius genibus aduolutus de more osculaberis manum. Inde petes vt tibi potestatem faciat concionandi, audiendi confessiones, cæteraq; pietatis munera obeundi. Nec vnquã te ab eo quantacunq; offensio alienabit, sed accender potius ad illi' pectus omni comitatis genere permulcendum; vt is aliquando pijs meditationibus excultus, & commodior fiat, & melior. Cæterorum quoque Sacerdotum gratia captanda tuendaque, quo impensius ipsi quoque ad salutares illas meditationes pelliciantur.

Reuerentia erga Vicarium Episcopi.

Oppidorum vero Præfectis dicto audiens eris: omniq; obsequio, & (quoad eius fieri poterit) familiaritate eorum tibi deuincies animos. Neque vlla de causa, quamuis iusta, in eorum offensionem atque odium incurres. Si quid sceleris illorum admiserit quispiam: primum, opportuno sermone illato, amice comiterque ei ostendes, magnum te capere dolorem ex infamia, quæ eius dignitatem nomenque fœdarit; tum pari comitate ac submissione ita exponens rumores de illo vulgatos, vt peccatum suum per se ipse & agnoscat, & corrigat. Id autem tũ fieri oportet, cum spes lætum prosperumque spondet admonitionis euentum. Sin minus, omitti totum hoc negotium præstat, quam frustra niti, nec aliud, vt dicitur, laborando quam odium quærere.

Admonendorum Principum ratio.

Dominicis ac festis diebus post meridiem seruis & ancillis, itemque libertis ac liberis Lusitanorum, tintinnabulo in sacram ædem conuocatis, præter fidei Christianæ capita, ratio quoque orandi tradetur, animæque curandæ. Atque huius rationis vsus idiotis hominib. confessione expiatis pœnæ loco imponetur ad certum tẽpus, vt paulatim assuefactos salubris illa consuetudo deinceps sequatur. exploratum habeo multis eam rem saluti fuisse. Eadem ratio in tabella perscripta proponetur in templo, vt potestas describendi sit ijs, qui vti velint. Aliquid etiam temporis atq; operæ pacificatio inimicorũ, dissidentiumq; inter se reconciliatio, vindicabit. In controuersijs litibusq; tollendis illud inculcandum, plerunque plus impensæ in lites fieri, quam quanti id sit de quo litigatur. Video hoc officium Iurisconsultis ac tabellionib' ingratum atq; inuisum fore. Quocirca isti præcipue captandi sunt, & appositis meditationibus ad æquitatem conformandi. Nam si recte considerabimus, istos controuersiarum ac litium (quippe quę in ipsorum cedunt lucrum) architectos ac machinatores esse reperiemus.

Litium dirimendarũ modus.

Si quando incideris in homines fraudibus, libidinib. odijs adeo implicatos, vt non solum hisce vitijs expediri non laborent, verum necessaria respuant remedia; omni humana diuinaq; ope annitendum erit, vt eorum animi, quamuis iam deplorati, aliqua tandem ratione sanentur. Proinde illis, nisi plane insaniant, amor & reuerentia quam Christo Deo ac Domino suo debeant, proponenda, mortis impendentis ac gehennæ incutiendus metus. Si quos neque amor Dei, neque timor, flectet; eos vero acerbissimis pœnis, quas cœlestis ira ex improbis etiam in hac vita expetit, territari oportebit. Itaq; denunciandi graues diuturnique morbi, damna & iacturæ rei familiaris, orbitas ac solitudo liberum, coniugum probra, pericula tum maritima, tum terrestria, casus inopinati & atroces, atque alia generis eiusdem, quibus inueterata maxime scelera ac flagitia solitus est Deus vindicare. Quippe multos videmus esse, quos multo magis talium incommodorum timor moueat, quam cruciatuum æternorum.

Scelerator homines conuertendi ratio.

Verumenimuero tam effusæ vecordiæ atq; insaniæ causa, vel diuini nominis obliuio, vel ingens negligentia conscientiæ, vel cœlestis fidei tenuitas est, hominibus vtique nequam & sceleratis: qui velut pecudes rebus ijs quas oculis cernunt, quasq; ante pedes habent, cuncta metiuntur, immemores bonorum cœlestium, vltimiq; discriminis, in quo ipsorum æterna vertitur sors, vtrum scil. beati an miseri futuri sint in omnem æternitatem.

Causæ obstinationis in scelerib. & flagitijs.

Nonnullos etiam interdum reperies in peccatorum hærentes cœno, qui tuam amicitiam familiaritatemque capient, non vt è vitijs extrahantur suis, sed simul vt meritam obiurgationem vitent, simul vt tua consuetudine ad opinionem cõmendentur probitatis. Idcirco moneo, vt apud te sis: ac si quando te isti homines ad cœnam aut prandium inuitent, donisue colant; videas ne tua libertas deliniatur muneribus, quo minus acriter peccantes admoneat. Itaque ad prandium inuitatus non recusabis tu quidem, sed inuicem illos ad sacram inuitabis confessionem. Quod si animaduertes, te nihil omnino proficere, prorsus ludere operam, seuere denunciabis, nisi resipiscant, illis iam te amicitiam & consuetudinem renunciare. Neque vero ego cum quicquam à quoquam accipi veto, parua ac rara munuscula intelligo, qualia sunt poma, & alia eiusdem modi, quæ remissa grauiter offendunt eos, qui inferunt, sed dona magna ac preciosa, quę si accipias, capiaris. Si quando magna vis missa fuerit cibariorum, ea valetudinario, carceri, cæterisque egentibus diuidentur: vt omnes intelligant, istarum etiam rerum maximam partem dispertiri pauperibus, tibi vix minimam quãdam particulam reseruari. Hæc benignitas plus ad exemplum abstinentiæ valebit, quam talium recusatio munerum, cum præsertim qui ea mittunt, sibi ducant dedecori domum remitti, quæ miserint.

Concionatoribus dona respuenda.

Inuitatio ad prandiũ quatenus accipienda.

Cuiusmodi munera accipi conueniat.

Iam prauos cuiuspiam mores emendaturus, non prius manum admouebis, quam intimos eius perspexeris sensus. Itaque magnopere tibi suadeo, vt primum odoreris, atq; inuestiges, an is vitio aliquo aut mentis perturbatione occupatus ab animi sui salute abhorreat. Si æquo erit animo, & ad accipiendam admonitionem parato; tum vero cum sedulo, quæ videbuntur, monebis. Sin autem ita aut quauis molestia perturbatum senseris; supersedendum erit monitori officio, & affectus animus insinuatione quadam ac dulcedine orationis deliniendus. Inde ad saluti suæ cogitationem curamq; traducẽdũ oportebit, leuioribus initio tentando monitis: quæ si belle processerint, grauioribus inde oppugnando. Ad vltimũ, vbi eum in tuam redegeris ditionem, obnoxio ad arbitrium tuum leges impones, & quæcunq; opus erunt, plane a-

Corrigendi modus

Iræ sedandæ molestiæue leuandæ remedium.

perteque præscribes. Ac leuandæ molestiæ, iræue sedandæ, vnicum remedium est, angoris iracundiæue causam prudenter extenuare eleuareq; verbis. Suasurus sit, iniuriam imprudentiæ potius quam maleuolentiæ attribuere, [illegible] delictorum eius pœnas diuinitus expetitas dicere: ipsum fortasse in parentes, propinquos, amicos, aut alios innocentes commisisse aliquando aliquid, pro quo nunc pœnas cœlesti numini iustas ac debitas soluat. Hæc aliaque eiusmodi, quæ ad extinguendam valent iram, inculcanda sunt. Quod de ira præcepi, ad cæteros impotentes animi motus transferendum. Illud autem vrgebitur, etsi aliqua veri species, obiecta animum eius commouerit; tamen si colligat se, cogitationemq; ad ipsam referens veritatem, res omnes consideret atq; circumspiciat intentius, profecto inueniet [illegible] causam, quamobrem tantopere moueatur, nullam esse. Ita demum hilari lætoque vultu illam animi abstergere molestiam: ac pro hominis conditione, & propensione voluntatis, quid facto opus sit, nisi certæque commonebis.

Efficiendũ vt quos excolis suas tibi tentationes aperiant.

Iam omni ope efficere niteris, vt quos erudis ad pietatem, suas tibi tentationes, incursiones; animum cogitationes, aperiant. Hoc quippe ad virtutis absolutionem præcipuum præsidium est rudibus in hoc genere pugnæ, aut non satis peritis exercitatisque. Cæterum si seuerior in eos quam benignior fueris (vt seueritas excludit fiduciam) facile illi, quibus a Satana oppugnentur modis, silentio supprimerent, leuius rati dæmonis insidias ferre, quam acerbitatem magistri.

Benignitas magistro necessaria. Vitia corrigendi ratio.

Ita necessario nudati præsidio, telisque acerrimi hostis expositi, vsq; eo [illegible] [illegible], donec malis dediti faciant ditionem. Si quos aut superbia, aut libidine, aut alio quopiam vitio tentari senseris, optimum erit, spatio ad cogitandum dato, iubere ipsos remedia aduersus illa ipsa vitia excogitare. Quod si succedat ex sententia, [illegible] primum aperies ad eiusmodi res inueniendas: deinde præcipies vt rationes exquirant, quibus ipsi in cohortationibus [illegible] [illegible]os, victos, aut alios à talib. deterreat vitijs. Ita medentes alijs ipsi medebuntur sibi. Quippe & illa alijs cõmunicata proderunt, & ipsi sua sponte ad ea, quę alij suadent, incitabũtur. Eadẽ regula etiã cæteris vsui esse põt, quos propter impedimentũ aliquod non licet absolui. Scitum n. est ex ijs percontari, si quẽ ab illiusmodi, quo vigentur ipsi vitio reuocare conarentur, quã tandem essent inituri rationẽ, ad vltimũ suadere, vt id sibi consilium capiant, quod in tali re ac tempore alteri forent daturi.

Modus adhibendus in exercenda virtute.

Illud etiã videndum, vt in exercendis alũnis nostræ disciplinæ, virtutumq; muneribus iniungendi, adhibeatur modus, & onera pro cuiusq; imponantur virib. Nam si maiora erunt, quam vt ferri cõmode queant, nõ excitabunt virtutem, sed opprimẽt. Itaq; illi fracti animo, ac debilitati, imponendũ onus detrectabunt, impositum abijcient.

Regis Lusitani munificentia. Libertas tuenda.

Et quoniã Rex Lusitaniæ pro sua munificentia iussit omnia nobis necessaria vbiq; suppeditari, eius potius quam alterius cuiusuis liberalitate vtaris censeo. Nam profecto qui alienas res accipit, libertatem amittit suã: quippe cum beneficentia necessitatẽ imponat obsequendi beneficio, emptaq; beneficio libertas adeo fruitur, vt etiã si quid audeat, eius verba longe minus habeant ponderis, quã haberent si sui esset iuris. Adde huc, quod si quid ab illo, qui dedit, peccatum sit, libere increpare haudquaquam valeas. Quod enim os tantum est, vt sustineat allatrare pascentem?

Meditandi modus. Vota quotidie renouanda.

Vbi mane è lectulo surrexeris, hanc tenebis regulam, vt minimum per semihoram aliquid e Christi vita meditetis, idq; hoc ordine, vt initio ab eius ortu facto, deinceps cætera egregia eiusdem facinora, ad gloriosum vsq; ascensum in cœlum, sensim progrediens meditatio persequatur. Verum singulis diebus singula attribuentur capita, eadem plane ratione, quam exercitiorum spiritualium libellus præscribit, vt singulis mensibus rotatim Christi Domini vitam meditando percurrant. Iam tibi auctor sum quotidie sub meditationem vota paupertatis, castitatis, obedientiæ renouandi, quo vix vllum est hominibus Deo sacratis tutius contra diaboli intestiniq; hostis impetus munimentum. Quocirca antiquissimum habebis, quotidie salutaribus hisce armis munire pectus. Pomeridianis autem horis, post curatum corpus, tantundem fere temporis iteratio matutinæ meditationis absumet, eamque pariter excipiet instauratio votorum. XIII.

Conscientiæ excutiendæ ratio. Emendationis cura.

Nocturno porro tempore post cœnam, priusquam cubitum eas, recipies te ad excutiendam cõscientiam: & facta, dicta, cogitata eius diei examinans, videbis ecqua in re Deum offenderis homines ue: idque pertinacius exequeris, vt si esset mox secutura confessio. Tum delictorum omnium veniam a Deo petes, emendationem vitæ ex animo tibi propones. Denique precationibus solennibus Pater, & Aue, recitatis, paulisper rationem inibis corrigendi peccata illa quamprimum. Postridie igitur mane, inter surgendum vestesque induendas, recentia superioris diei delicta redige tibi in memoriam: diuinaque ope suppliciter implorata, ne quid eo die offendas, nominatim vero ne in noxas illas domesticas incurras, meditationem aggredieris eo, quem dixi modo. Hoc idem quotidie facies. Si quid autem horum omiseris per incuriam; id vero tibi religioni ducens, de more tuam culpam agnosces, prædicabisque apud sodales, quod tibi præscripta neglexeris.

Sui victoria.

Cæterum omnibus in rebus, à quibus appetitum vitiosamque naturam senseris abhorrere, strenue teipse vinces, haud ignarus nobis primam esse oportere Christianæ humilitatis curam.

Humilitas & obedientia nostris hominibus necessaria. Tentationes aperiendæ.

Nam sine demissione animi, germanaque humilitate, non tibi alijsue prodesse poteris: non Deo ac superis carus eris: non dignus, quem Societas Iesu diutius ferat: vtpote quæ elatos suique iuris ac sententiæ homines concoquere haudquaquam valet. Proinde studebis sedulo & vsquequaque Præposito obtemperare, & quidem sine recusatione vlla, aut detractione, haud secus quam si imperaret ipse Pater Ignatius. Tentationes diabolicas cuiusque generis eidem enunciabis, vt eius consilio auxilioque instructus, acerrimi hostis petitiones facilius declines atque propulses. Quippe submissio hostiles tentationes insidiasque aperiens, haud minus opis impetrat à Deo, quam initio gratiæ. Itaque non solum callidissimi hostis artes in præsens eludit, sed etiam vires conatusque frangit in posterum. Namque ille suas artes deprehensum iri cernens, paulatim cum spe victoriæ amittit oppugnationis voluntatem. Hæc Bilauio Malacæ versanti, alia porro alijs Cocinum petentibus monita data. Ante omnia, quantum erit in vobis, amorem conciliabitis ciuitati, præcipue vero Cœnobitarum, ac Sodalitatis B. Mariæ. Proinde dicta factaque fidem faciant, nihil esse vobis potius, quam omnibus gratificari, & pietate tum ciues tum Sodales illos augere.

Comitas in salutando & adeundo. Cum pauperibus quæ ratio tenenda. Nimia grauitas vitanda. Ecclesiæ Præpositis res à nostris bene gestæ communicandæ. Varia ratio agendi cũ vario auditorum genere.

Comitas in adeundis salutandi causa sodalibus haud ægre illorum verbis in vestris difficultatibus impetrabit auxilium. Si qua te ad pauperem inopiam subleuandam opus erit, ab eis potissimum petetis: sed ita, vt egentes edocti à vobis, illos agnoscant benignitatis auctores. Hæc autem cum pauperibus tenebitur ratio, vt, cum suam ipsi vobis necessitatem corporis exponent, vos inuicem eis, quam per se ipsi non cernunt, necessitatem exponatis animæ: curatisque eorum mentibus, tum demum corporibus, si quid opis poteritis, afferatis. In congressibus & colloquijs cauendum est, ne nimia quædam grauitas suspicionem præbeat reuerentiam exigentis arrogantiæ, sed potius facilitatem vultus præferas, affabilitatemque sermonis. Præcipua cura erit, vt omnibus in rebus submisse vos ac modeste geratis. Itaq; etiam Sacerdotibus cæterisq; omnibus non tantum Ecclesiæ Præpositis, impense habebitis honorem. Operæ pretium vero est, res à vobis bene gestas, earumque laudes, cum eis communicari, vt, quorum operum fructum capiant, fautores euadant patronique. In concionibus quoque comiter auditores ab erroribus ac vitijs, in quibus versantur, reuocandi sunt. Sed identidem intentata diuina seueritate atque iustitia territandi duri homines ac pertinaces; contraque resipiscentes, Dei clementia ac misericordia proposita, erigendi recreandiq;. Pertinaces porro animos, atq; in flagitiorum cœno hæsitantes, oportet ita cœlestibus vrgeri minis, vt eis nequaquam incidatur diuinæ clementiæ spes, sed eius interdum commemoratione eorundem pectora mulceantur. Omnino efficite, vt per vos bonus Societatis odor longe lateq; fundatur. Quam ad rem non alia virtus plus habet momenti, quam vera ac germana animi submissio. Mementote, Societatis nostræ amplificatores, multis ac magnis ærũnis exercitos virtutes oẽs enixe coluisse; vosq; ita demum illorum meriti ac gloriæ participes futuros, si in Societatis nomine amplificãdo

fueritis

feceritis imitatores industriæ. Illud quoque meminisse oportebit, auctoritatem apud populum in sacris rebus ac salutaribus, donum esse diuinum, quod bonis viris ac pijs defertur vltro, callidis & humana id arte quærentibus negetur: non sed. humana peruersitas Dei dona contemptui habeat, si forte modestis iuxta & arrogantibus suppetant. Impense igitur rogitandus est Deus, prorsus vt vobis indicet atq; aperiat impedimenta, quæ diuinis conatibus (quo minus sua per vos dona hominibus impertiat) per imprudentiam obijcitis, committentes vtique, vt auctoritatem vobis abnuat, existimationemq; ad id negotium necessariam. Id enimuero summa animi prouisione cauendum est. Itaque in examine conscientiæ intentiore cura speciatim exquiretis, ecquid peccatum à vobis sit in concionando, in confessionibus audiendis, in congressibus & colloquijs. eritque deinde vobis cordi vitia deprehensa corrigere, animumq; noxijs affectibus repurgare. Nimirum quantacunque decessio de vitijs, tanta fit cœlestium accessio donorum. Ac nolite mirari imitarique eos qui nouas populo placendi excogitant artes, popularem admirationem ac laudem aucupantes. Namque isti suæ potius quam diuinæ gloriæ seruiunt, de suis commodis magis soliciti, quam de salute animorum. Quocirca illorum ratio sane lubrica est, ac præceps: quippe quæ cæca cupiditate gloriæ elata iactationem habet in populo inuisam Deo. Omni ope annitendum, vt hæc, quæ à me suggeruntur, & meditando sentiatis ipsi, & exsequamini sedulo. Proinde si qui huius generis sensus ac motus diuino instinctu in mentibus vestris extiterint, eos memoriæ causa literis consignatos exprimetis identidem factis. ita meditata exsequendo, virtus velut pabulo nutrita crescet. Nam quæ nobis talibus de rebus sancti viri scripta reliquerunt, in ijs mirum est quantum intersit inter gustum sensumque scriptoris, & scripta legentium, audientiumve. Res quippe ab eo meditatæ atque perceptæ, ingentia ipsimet sanctitatis incitamenta, plerumque nostros animos haud sane acriter stimulant. Quocirca magnopere vobis suadeo, vt sua quisque sensa animi ac pietatis diuinitus hausta literis custodire & impense recolere ne grauemini. Quæ vt indies augeantur à Deo, quotidie vobis altius radices agendæ sunt humilitatis. Quærendi etiam fideles amici ac monitores, qui, si quid à vobis in vestris peccatum erit muneribus amice vos libereque admoneant: vt vestra vitia quæ vos ipsos fugiunt (in suis enim quisque vitijs hebetior est, quam in alienis) per alios cognita exuatis. Hæc & his similia monita Franciscus Xauerius partim Præpositis Societatis, partim alijs, dabat. Illa vero egregia quæ P. Gaspari Vicario suo reliquit profecturus in Sinas. Cæterum ea nos, item vt alia (ne iteratio pariat satietatem) de industria hic omissa reseruamus alio. Quippe eadem præcepta varijs hominum generibus informandis accómodata cum sint, placuit in certa capita dirigere, vt sibi quisque sumeret, quod ad se pertinere sentiret.

Auctoritas apud populum cœleste donum. In examine conscientiæ in nostra officia ac munera in-quirendum. Aura popularis [illegible] … Meditata exequenda. Meditata recolenda. Fideles monitores quærendi.

XIV. QVALIS ipse Præpositus erat Societatis, tales requirebat cæteros. Super omnia oportere aiebat, eis priorem sui tuendi esse, quam alios iuuandi, curam. Neque enim alios curæ esse posse ei, qui sibi ipse non esset; neque aliorum commodis seruire, qui negligeret sua. Quocirca negabat, cuiusuis esse alijs imperare. Quippe Præpositi personam ab hominibus vulgaribus, ac minus perfectis, haudquaquam suscipi ac sustineri sine ingenti ipsorum periculo. Præpositos vero magnopere monebat, ne sinerent implicari se curis alienis, maxime vero ciuilibus negotijs, vipote quæ impediant propria ac domestica. Nemo enim militans Deo (ait Apostolus) implicat se negotijs secularibus. Proinde præcipua eis cura esset suo fungendi munere, & sibi commissos custodiendi, iuuandique, in alieno autem, quod suis excolendis superesset curæ operæque deriuarent, quo illam Christi accómodabat sententiam, Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Itaq; præcipuum hoc Gaspari Vicario suo præceptum dedit: Prior ac potior tui tibi cura sit, quam eorum quibus præes. Nam qui sibi nequam est, cui bonus erit? Tua, inquam, tibi domesticorumq; salus antiquior sit, quam alienorum: quia nos ipsos, nobisq; creditos, potissimum Deo præstare debemus. Perinde enim errant qui domesticis omissis, curam euertunt ad alienos, vt qui Dei suique immemores, hominum oculis ac voluntatibus seruiunt. Quocirca domesticorum primum, deinde, si vacabit, aliorum saluti consules. Iuuandi vero ratio vt maxime communis est, ita prodest plurimum. Talia munia sunt concionum frequentatio, explicatio Catechismi, confitentium expiatio. Iam Præpositos submissione animi, moderatione, charitate, prudentia, haud secus quam potestate, præstare alijs volebat, eorumque, quibus præessent, paterne & imbecillitatem sustentare, & ærumnas ac molestias depellere: magnopereque eis auctor erat, vt diligi se quam metui mallent, omnique ope niterentur, vt eis essent parentum loco, ita demum & ipsos admonitiones prospere adhibituros ad morum emendationem, & illos omnia in bonam accepturos esse partem. Itaque lenitate potius modestiaq; in regendo vterentur, quam auctoritate imperioque, ne gregem pascerent vt dominantes in cleris, quod Petrus Apostolus vetat. Hanc autem rationem præcipue seruarent aduersus quietos atque demissos. Nam turbulentos, arrogantes, immodicosque sui æstimatores, acriter de suis arguendos erroribus, & seueritate, ac si opus foret, animaduersione coercendo, vt virga disciplinæ ingeniorum peruicaciam domet. Quo de genere Gaspari præcepit his verbis: Patribus fratribusque tuæ curæ commissis benignum te moderatumque præbe potius, quam grauem ac seuerum, nisi forte quis tua benignitate abutatur. tum enim, vt eius rationibus consulas, assumendum est aliquid seueritatis. Proinde si quem arrogantia aut superbia efferri senseris, ex vsu erit, vesanos eius spiritus grauiter comprimi retundique. Nimirum vt lapsus per imprudentiam aut obliuionem ignoscere expedit, ita necesse est comprimere & coercere, si quem arrogantia tractantem fecerit, & contumacem. Neque vllo modo committendum, vt quisquam in animum inducat, demum insolentia peruicaciaque victum Rectorem, ipsius indulgere peccatis. Quippe non alia pernicies maior peruicacibus ingenijs accidere potest, quam si ea timide indulgenterque tractans in vitijs contumaciaq; conniueas: quippe cum talis remissio maiores eis afferat spiritus, & spem faciat impunitatis licentiæque. Nolebat moderatores superioresque Societatis in hominibus ad suum cœtum sine delectu aggregandis faciles nimium esse ac liberales, sed paucos è multis deligere, eosque maxime idoneos: quod longe plus roboris sit in delecta virorum manu, quam in infinita hominum turba. Tales vtique esse deligendos, qui ad Societatis institutum nati factique viderentur: quorum solidæ virtute confidere liceret, tum domi, tum foris. Quos vero difficultas aut necessitas aliqua magis quam pietas, diuinique obsequij cupido, ad Societatem compelleret; his haudquaquam patere debet Societatem. Atque hoc adeo imbiberat animo, vt famulos mercede aut alia ratione conductos haberi præoptaret, quam ad Societatem homines minus aptos, ob domesticorum munerum necessitatem, aggregari. Quocirca Gaspari ita præcipit: Noli facile ac sine delectu multos in Societatem adsciscere, sed paucos & maxime idoneos. Namque & Societatis ratio id postulat, & maiori vsui sunt pauci egregij, quam mille vulgares. Itaque imbecillos, inertes, abiectæque virtutis homines reijcies, velut alienos à Societate, expetente viros nauos, generosos, eximiaque virtute præditos, qui magna efficientes tamen contenti sint paruo. Quos vero, animi ac virtutis indoles adeo commendasset, vt apti ad Societatem censerentur, eos diu ac multum exerceri volebat, probarique; donec illorum virtus multis ac magnis experimentis spectata foret satis. Spectari autem virtutem iubebat ex sui ipsius victoria, & turbulentorum animi motuum cupiditatumque sedatione magis, quam ex specie quadam pietatis, lacrymis, suspirijs, aliisque corporis vexatione. Proinde ita præcipiebat mortificari membra, quæ sunt super terram, vt ea mortificatio ad exeundum veterem hominem, nouumque induendum, referretur. Et in hoc genere hunc præscribebat modum, vt ne nouis inuentis indulgendo, ipsa rei insolentia oculos animosq; hominum offenderet. Qua de re Gaspari præcipit in hunc modum: Quos ad Societatem aggregaueris, in impotentibus animi motibus cupiditatibusq; edomandis magis exerceas censeo, quam in cor-

Sui ipsius cura. Non cuiusuis est imperare. Negotia ciuilia fugienda. 1. Tim. 2. Præpositis prima cura suorum. Matth. 23. Eccl. 14. Præpositi humilitate cæterisque virtutibus præstare debent. Pet. 1. Arrogantes retundendi. Delectus habendus eorum qui asciscuntur in Societatem. Minus apti nullo ad eam modo accipiendi. Virtus adscitorum quomodo spectanda. Mortificatio membrorum modus.

ptis afflictationibus, nouisq; eius generis inuentis. Quod si ad coercendos interiores animorum impetus, [illegible] aliqua admoueatur mortificatio, talis vbique sit, quæ non irrisionem, sed approbationem moueat intuentium [illegible] luti assiduitas ministrandi in Valetudinarijs, stipis eleemosynæque ad vinctorum inopiam sustentandam corrogatio, atque alia generis eiusdem. Magnoque nonnullis ad humilitatem adiumento est, superioris vitæ ante [illegible] Societatem actæ conditionem, munia, occupationes, aliaque eiusmodi quæ ad submissionem valeant, interdum socijs audientibus enunciare. Verum in hoc genere personarum ratio habenda, videndumque diligenter quid cuiusque conditio ac virtus ferat. Quæ cautio nisi adhibeatur, plus damni fiat quam lucri. Assuefaciendo quoque tyrones censebat, seipsos Rectoribus indicare, tentationesq; omnes, propensiones, motus, sensus etiam pietatis, diuina solatia, pœnas voluntarias aperire: quo scilicet artes omnes hostis ibi maxime insidiantis, vbi minime [illegible] mettur, à peritis talium rerum patefactas eluderent, & si quid forte aberrarent, ab ijsdem in rectam reducerentur viam.

Non quibusuis initiandi sacris. Præpositorum vero summam in eo requirebat cautionem, vt ne temere quoslibet initiatos vellent sacris, sed vitos tantum fide ac virtute diu spectata, prudentiaque, & doctrina saltem mediocri. Hisce enim præsidijs Societatis Sacerdotes, vt ex instituto viuant, sine magno periculo carere non posse. Quocirca ita Gasparem monet: sacerdotio aptum idoneumq; neminem iudicabis, quem non doctrina ac virtus diu multumque spectata commendet. Societas quippe, ad sui instituti ministeria obeunda, probata virtute doctrinaque expetit Sacerdotes. Id adeo vsus ac res ipsa docuit: qui enim tales non fuerunt eos detrimento potius quam adiumento scimus Societati fuisse.

Absentium maxime ratio habenda. Ante omnes, absentium & procul à cœtu fratrum in vinea Domini desudantium commodis præcipue consultum volebat: qui pp cum illi demum operarij (vt ipse solitus erat dicere) portarent pondus diei & æstus. Itaque eorum necessitates vel corporum vel animorum cognoscendas simul & subleuandas sedulo dicebat. Ecce quoque esse, viros bonos illinc aduenientes, quemadmodum se illi gerant, rogitari: ipsis autem per literas identidē adhiberi solatia: nec quidquam scribi asperius, quod aut molestiam, aut desperationem operis exsequendi, afferre queat. Satis eos ærumnarū ibi sustinere, vt temperandum sit seueritate, ne afflictio addatur afflictis.

Crebra Sociorum mutatio fugienda. Cæterum eos crebro mutari (nisi forte necessitas cogeret) vetabat, maxime à moderatoribus nondum satis gnaris locorum, nationum, negotiorumq; in quibus illi versarentur. Periculum enim esse, ne frugifera ac salubria opera disturbaret mutatio cultoris.

Scandalum omni ope vitandum. Rectoribus porro ac Præpositis antiquissimum volebat esse, vt bonus vbique Societatis diffunderetur odor, omnisq; offensio & scandalum omni ope fugeretur, vel cum detrimento rei familiaris. Melius vtique esse bonum nomen quam diuitias multas.

Prouerb. 22. *Domorum ædificia.* Quamobrem magnopere eos monebat, vt virtutum magis quam domorum ædificijs dediti, ædificationem ædium non ad elegantiam referrent, sed ad necessitatem commoditatemque habitationis. Si quid esset in bonis ac fortunis quod facesseret negotium, velut vectigalium pecuniæq; debitæ exactio, id munus, haud minus inuidiosum quam necessarium, conducto procuratori potius quam domestico demandarent.

Aliarum religionum homines conciliandi. Impense vero Præpositos Societatis orabat, vt aliarum Familiarum Religionumq; moderatores, religiososque viros omnes ac Sacerdotes conciliarent sibi, & cum eis quam concordissime amicissimeq; viuerent. Proinde ad eos interdum irent salutatum, seu beneuolentiæ conciliandæ tuendæq; gratia, seu concordiæ coniunctionisque declarandæ.

Societatis homines expetebat demissos, obedientes, moderatos, & omnibus in rebus, à quibus vitiosa abhorret natura, victores sui. XV.
Sine his quippe virtutibus neminem è Societate, nec Deo carum acceptumque, nec sibi aut alijs vtilem fore, nec æquo quietoque animo in Societate victurum. Proinde omnes in sui ipsius cogitatione multum ac diu versari oportere, & fibris euulsis cupiditatum, veræ humilitatis ac virtutis radices altius agere. Namque vt qui ex acerbissima Christi morte & cruciatibus dolore ardeat, facile talem dolorem inurat alijs, ita qui nimios animi sui motus domitos habeat compressosq;, haud sane difficulter eosdem in alijs quoque tegere & coercere posse.

Nemo sibi nimium debet sumere quod diu fuerit in Societate. Neminem vero aiebat hoc nomine multum sibi tribuere debere, quod iam diu esset in Societate: neque enim temporis diuturnitate, sed magnitudine virtutis, Sociorum metiendam esse dignitatem. Quippe cum sui pudere magis quam sibi placere paterent eos, qui tam diu versati in schola virtutis, tam paruos in virtute progressus haberent, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Iam vetabat hominum de se opinionem intueri, ne forte fallax illa rerum facies superbiam elationemque pareret, certissimam pestem ac venenum Societatis.

2. Tim. 3. *Opinio hominum de nobis contemnenda.* Contraque auertere animo iubebat ad suæ cognitionem imbecillitatis, præcipue vero ad salutarem illam cogitationem, quantum tandem inter humana iudicia intersit & diuina, atq; inibi fundamenta iacere humilitatis suæ. Nam qui interius consideret, quanto secus de hominibus Deus scrutator cordium iudicet, quam homines actionum spectatores, profecto coram Deo quam maxime demissurum se, humanasque laudes, quippe tam longe abhorrentes à vero, pro crucibus irrisionibusque habiturum.

Sui [illegible] fundamentum humilitatis Dei fiducia. Neque tamen committendum esse, vt nostræ nobis infirmitatis conscij in Christi militia obsequio quoquam cadamus animis: sed potius id agendum, vt quam nostris diffisi viribus, tam freti diuinis, ingentes prorsus animos capiamus, egregiam strenuamque operam ipso iuuante nauaturi. Hanc vero perfectæ virtutis consequendæ esse videbat viam, vt sui cuique prima esset cura, & suam quisque conscientiam bis in die (si fieri posset) certe semel excuteret; summa vi tendens, vt vitia in se ipso deprehensa prorsus corrigeret.

Rerum diuinarum meditatio commendatur. Antiquissimum insuper haberet quotidianam rerum diuinarum meditationem: nullumque diem sine tali mentis pabulo sineret præterire. Et meditationem versari atque hærere in vita, cruciatibus, ac nece Christi Domini volebat, vtpote materia absolutæ virtutis, propriaque Societatis Iesu. Auctor etiam erat, sub meditationem contra Satanæ impetus atque insidias vota renouandi quotidie, tentationesque omnes Diaboli, & virtutum studia, non tantum vitiosas affectiones enunciandi Confessarijs, Præpositis, spiritualibusque viris, qui eos consilio possent aut auxilio iuuare. Eam quippe vim esse dem[illegible] huius, vt non modo plus lucis opisque diuinæ impetret ad pugnam, verum etiam importunissimi nos ludificetur hostes, qui suas insidias patefactas, petitione depulsas, consilia fracta intuentes, profecto [illegible] fugitores fiunt ad oppugnandum; demumque victi discedunt ab ijs, à quibus victores ante discesserant.

Obedientia qualis esse debeat. Obedientiam vero requirebat cæcam: vt suo iudicio atque opinione omissa, omnibus in rebus (diuina scilicet lege salua) sine retractatione aut cunctatione parerent, ne optata odiose importuneque efflagitarent à Rectoribus, aut eorundem imperium arte quadam ad suam detorquerent cupiditatem, sed vltro suam quisque sententiam dirigeret ad illorum voluntatis interpretationem, seque toto hominum Dei personam gerentium arbitrio permitterent, tradentque, ratu omnibus in rebus præcipiendis eam illis mentem diuinitus datum iri, quæ plus & Deo honoris, & ipsis commodi, esset paritura. Nam qui secus facerent, sæpe in magnas molestias, perturbationes, miseriasque incidere dicebat. quæ mala homines pernicioso errore excæcati existimarent à Domini cruce obedientiaque nasci, cum nascerentur ex praua ipsorum voluntate ac iudicio. Quamobrem semper parere mallent, quam imperare: cum præsertim regi ab alio, tutum sit, seipsum regere, periculosum. Vt enim interdum recte sibi quis imperaret, certe cæco sui quemque amore deceptum sæpius errare.

Humilia munia amplectenda. Præcipiebat etiam, vt sui quando in humilibus abiectisq; versarentur ministerijs, impense enixeque ea exsequerentur, & quam maximum ex illa humilitatis caperent fructum, nihilque eo tempore gratius & acceptius Deo, cuius nomine illud imperaretur, ab se fieri posse crederent, memores minora munia rudimenta esse maiorum: segnem in infimis animum nō solere in summis excellere, contraq; alacrem in paruis, facile in magnis quoque vigere.

Luc. 16. Namq; vt Christus ait: Qui fidelis est in minimo, etiā in maximo. Illud porro sapienter mo-

ter monebat, ne, tametsi vberiores spes fructus alio eos vocaret, locum sibi à Præposito assignatum desererent negligerentve. Haud dubiam enim esse fraudem inferni hostis, futurum atque incertum alieni loci fructum ostentantis, vt nos à præsenti certoque fructu destinatæ abducat regionis: quo videlicet ancipiti distractos cura ludificetur, inanesque dimittat: quippe cum neque agrum alienum à quo absis, neque tuum à quo abhorreas, ambiguus colere animus queat. Salutare hoc præceptum trita illa firmabat Apostoli voce: Dum tempus habemus, operemur bonum. Quocirca confidere eos iubebat, si Deo cordi foret quod expeterent, iniecturum vtique illum hanc mentem Rectori, vt ipsos mitteret, quo magis è re foret diuina. Verum enimuero errare grauiter aiebat eos, qui vellent in honore haberi propter virtutes & facta egregia maiorum suorum, à quibus ipsi degenerassent. Similiter enim istos facere, vt qui alienis ornati vestibus, honorem ac diuitiarum opinionem aucupentur. Nimirum satius esse iisdem insistentem vestigiis, maiorem virtutem ac decus æmulari, quam ab eis degenerantem aliena bona ostentare pro suis. Cæterum illud non sapientius monitum quam salubrius. Præcipiebat domesticis in vmbratili adhuc disciplina versantibus, ne ante tempus in aciem ac pugnam exire gestirent; neve nimium suis confiderent viribus, cernentes iam diu se grauiore noxa vacare: vtique cum sæpe tyronum salutem non tam virtus quam ipse tueretur locus, facile arcens hostiles impetus, illecebrasque peccandi. Proinde dum ponerent tyrocinium, impense pectus solida munirent virtute, vt tuto deinde inter hostium tela versarentur.

Locus assignatus non deserendus.

Gal. 10.

Honos maiorum virtute vacuus.

Non ante tempus exeundum ad alios iuuandos.

XVI. SOCIETATIS concionatores identidem admonebat, ne seipsos prædicarent, sed Christum crucifixum; hoc est, ne subtilibus quæstionibus disputationibusque à vulgi sensu atque intelligentia abhorrentibus tractandis, doctrinam suam atque ingenium ostentarent, popularem auram, plausumque captantes: verum eorum sermones plerumque in rebus versarentur moralibus, planis, & ad vulgi captum accommodatis; quæ scilicet modeste, pie, prudenterque explicatæ, haud parum valerent ad sanandas hominum mentes. Itaque hoc haberent propositum, vt fœditas peccatorum, diuinæque iniuriæ grauitas, cum cælestibus obiecta minis, auditores ad dolorem ac pœnitentiam compellerent. Sed operæ pretium est, ipsum Gasparem præcipientem audire. Concionatoris præcipuum munus est, inquit, Auditori delictorum suorum, quam maximum inurere dolorem, &, certissimis sempiternisque inferorum suppliciis ante oculos propositis, eum à sceleribus ac flagitiis deterrere: Satanæ quoque artes atque insidias aperire: ea demum pro concione serere, quæ vulgi quoque imperiti intelligentia potius quam admiratio excipiat. Quocirca in concionibus nec sacrarum literarum testimonia nimium frequentanda sunt, nec dubia & inter Doctores controuersa tractanda; sed certa, perspicua, & ad mores corrigendos fingendosque accommodata. Proinde crebræ vitiorum reprehensiones, graues de iniuriis Christo Domino illatis querimoniæ, acres cælestium irarum minæ, æternorumque suppliciorum, quæ facinorosos atque improbos homines apud inferos manent, imminentes mortis (quæ sæpe ex improuiso homines nec opinantes occupat) terrores. Certa etiam capita proponentur per colloquium, siue hominis resipiscentis cum Deo, siue irati Dei cum homine scelerato. Summa vero vi tendendum est, vt auditorum animi, admotis dicendi facibus, oculos aliquando aperiant ad agnoscenda conscientiæ vulnera, sacramentorumque remediis curanda: ita demum vtiles erunt frugiferæque conciones. Verum cauendum diligenter, ne quenquam, neque præsentium, neque absentium, maxime vero Præpositorum ac Magistratuum, nominatim increpet aut compellet pro concione inconsulta vox. Nam si quid ab eis peccatum erit, tutius ac certius secreta prudensque admonitio domi quemque suæ, aut in confessione, curabit. Quippe publica obiurgatio lubricum est periculosumque negotium; adeo exasperantur homines palam increpiti magis quam corriguntur: Præpositi quippe, quorum auctoritas reprehensione apud populares haud dubie obteritur. Et quoniam magni honores magnos animos faciunt, minimeque patientis monitionis; si quando illorum quispiam sine arbitris monendus erit, hic tenebitur admonitionis modus, vt pro familiaritate grauior atque leuior adhibeatur. Nam quæ in familiaribus libertas est, in alienis licentia videri solet. Ipsam quoque reprehensionis seueritatem hilaritas vultus mitigabit, comitasque verborum. Quocirca remoueatur oris ac vultus truculentia, omnisque acerbitas orationis: interponantur tempestiui complexus (si persona illius ferat) crebraque demissionis indicia, quo scilicet hisce ille rebus delinitus, æquiore animo salubre admonitionis medicamentum hauriat. Namque si ad ipsam reprehensionis amaritiem accesserit acerbitas reprehensionis, profecto ingenui spiritu homines rei insolentia stomachantes, verborum salubritatem aspernentur ac respuant; ad hæc obseruantiam erga nos vniuersam abiiciant, repente amore in odium verso. Hæc autem de principibus viris accipi volo, deque his qui sunt cum imperio ac potestate. Conciones autem quam crebertimas expetebat, ratus ex communi hoc bono multa ac magna bona priuata manare. Proinde nec concionem temere omitti sinebat, nec concionatores alienis implicari curis. Qua de re, simulque de concionatoris solertia, diuinitus P. Gaspari præcipit. Nunquam, inquit, publico bono priuatum antepones. Quare nec audiendarum confessionum causa omittetur concio: nec puerorum idiotarumque institutio priuatis pietatis muneribus postfetetur. Si ignotum in oppidum venires, prima cura erit ex probatæ virtutis ac fidei viris cognoscere oppidanorum incolarumque vitia, & negotia inique contracta: in quæ scilicet certo impetu conciones incurrant, vt per confessiones deinde pestes illæ acribus admonitionibus profligentur. Caput quippe est ad homines iuuandos, gentis vniuersæ ingenium ac mores nosse, &, quoad liceat, singulorum morbos animorum: qui dissideant inter se, qui inimicitias gerant; quæ fraudes, quæ iudiciorum iniquitas, quæ perfidia testium, quæ iudicum corruptelæ. Itaque ex viris prudentibus ac peritis & hæc percontanda sunt, & simul exquirendum, qua tandem insistere oporteat via, ad illorum mores mentesque sanandas. Ad hæc omni ope confitentes pellicies ad suum tibi pectus aperiendum; nec alia magis ratione eorum, quibuscum verseris, saluti consules, quam si eorundem sensus, mores, honestæque vitæ impedimenta perspexeris. Præcipuum vtique hoc studium esse debet humanæ saluti studentium: hoc demum est viuos lectitare libros, docentes quæ in mortuis libris nequaquam reperias. Neque enim semper ab istis tradita æque vsui esse solent, atque illa quæ traduntur à viuis; qui iisdem in negotiis ipsimet in præsentia versantur. Hi profecto libri facile nos doceant, & caute agendi cum hominibus, & vtiliter ad populum concionandi prudentiam. Nec vero hæc ita dico, vt sanctorum eruditorumque virorum monumenta legi interdum nolim; sed vt moneam ex illis sententias petendas esse, quibus vitiorum remedia ex viuis deprompta libris comprobentur: quippe cum ad fidem faciendam tum exempla vocesque sanctorum hominum, tum sacrarum literarum testimonia, plurimum habeant momenti. In congressibus porro & colloquiis vultus hilaritas facilitasque potius quã tristitia ac seueritas emineat. Nã si mœstitiam & nimiam quandã præ te feras grauitatẽ, multi profecto tristioris speciei deterriti, à tua cõsuetudine refugiant; parata lupis præda, quia absterruit pastor. Nimirũ in saniculis Adę trahi oportet homines, quos comitas allicit, grauitas terret. Proinde satius est dare operã, vt omnibus benignũ te prębeas, & affabilẽ. Reprehẽsiones vtiq; benignæ sint, & moliantur spiritu lenitatis: caueaturq; intentius, ne quia morũ asperitas nostrã cõsuetudinẽ molestã odiosamq; faciat. Cõcionatores porro demisse & de se ipsis sentire, & pro suggestu se gerere iubebat, vt submissionem animi vultus & oratio ipsa facile declararet. Quicquid boni dicerent, facerentve, Deo tribuerent, bonorũ omnium auctori; quicquid vitij incideret, aut mali, assignantes sibi. Oportere quippe aiebat, eos in suas subinde inquirere conciones, vt si quid in concionando deliquissent, diuinæq; gloriæ aut populi offecissent commodis, veniam identidem peterent à Deo. In talium enim vitiorum emendatione vel maxime sacra-

Concionatores non se sed Christũ prædicare debent.

Præcipuum Concionatoris munus.

Sacræ scripturæ testimonia non frequentanda.

Motus auditorum.

Nemo nominatim increpandus.

Præcipuum admonendorum modus.

Crebritas concionum.

Concionatoris solertia in populi vitiis ac moribus cognoscendis.

Libri viui.

Vultus hilaritas.

Vera humilitas.

rum concionum constare fructum. Quo in genere extat præclarum eius præceptum ad Gasparem Vicarium suum, eundemque concionatorem egregium. Ad Christianam, inquit, humilitatem comparandam, cum in cæteris, tum vero in concionandi munere caput est, Deo bonorum omnium fonti, quicquid inde fluat boni, acceptum referre. Namque ille profecto pietatis sensum & populo ad audiendum Dei verbum præbet, & tibi ad prædicandum. Ipsum autem memento accepisse te non tam tuo merito, quam deprecatione Societatis, diuina Socijs dante idem deposcentis. Et simul memor, quicquid pro concione recte, piéque exprompseris, nequaquam esse tuum, sed ore loquentis Dei, solicite ac sedulo diuinum talentum exerce, cuius aliquando redditurus es rationem. Nec quicquam tibi tribue, præter delicta, socordiam, elationem, ingratumque animum in Deum, in populum, in Socios, quorum preces id tibi donum diuinitus impetrarunt. Itaque suppliciter etiam atque etiam à Deo petes, plane vt tibi ostendat, quibusnam rebus diuinos impedias conatus, quominus per te perficiat quæ velit, tua negotijs maioribus obstante nequitia. Ita demum submittes te ex animo coram scrutante corda & renes Deo, impensè solicitus, ne in concionibus congressibusve cuiusquam animum offendas. Hæc meditatio nutrix est veræ germanæque submissionis. Cognitio quippe sui ipsius, hoc est, imbecillitatis nequitiæque suæ notitia intimo concepta animo, Christianam humilitatem ac virtutem parit, alit, augetque.

Humilitatis nutrix. Superbiæ concionatorum pestilentissimum

Illud enimuero meminisse te velim, ac sæpius animo reputare, multos concionatores apud inferos cruciari, qui plus habuerint vel copiæ vel leporis in dicendo, quam tu; pluresque à scelerata flagitiosaque vita ad honestam piamque traduxerint. Et, quod monstri simile est, cum plurimis saluti fuerint, ipsi tamen miserrime periere. Cur ita? nempe ob eam maxime causam, quia ab elatione & arrogantia insolentes, diuina dona non Deo retulerunt accepta, sed vindicarunt sibi. Quocirca humanæ auidos laudis, vanaque sui opinione inflatos, insana gloriæ cupido præcipitem in locum prouexit, vnde in exitium ruerent sempiternum. Proinde se quisque colligat, suisque consulat rationibus. Nam si res attentius considerabimus, facile intelligemus, nihil omnino in nobis esse, in quo gloriemur, nisi forte ex nostra infirmitate ac delictis petamus gloriam. Hæc enim domi nostræ nascuntur, hæc videlicet nostra sunt. Nam recte factorum culpa si qua est, penes nos est; decus penes Deum, qui per nostram imbecillitatem interdum boni aliquid efficit, abiectis hominibus ad egregia vtens opera; simul vt infinitam vim bonitatemque declaret suam; simul vt nostram retundat comprimatque arrogantiam. Itaque caue Socios ac fratres præ te contemnas, quasi plus quam illi oneris laborisque sustineas. Quin potius sic in animum inducas tuum, piis eorum precibus diuinam flecti benignitatem, vt maiores tibi vires suggerat ad munus tuum rite obeundum. Ita plus te illis debere, quam illos tibi. Hæc profecto cogitatio non modo elationem premet, ne quem omnino despicias, sed etiam accendet charitatem, vt omnes paterno complectaris amore.

Monitores concionatoris. Meditatio rerum exponendarū.

Magnopere autem suadebat concionatoribus, vt amicos aliquos pararent sibi, siue domesticos, siue alienos, viros prudentes ac pios, à quibus de suarum concionum vitiis libere admoniti, ea & agnoscerent facilius, & corrigerent. Orationi præcipue dederent se, meditationibus rerum pro concione exponendarum: summaque vi niterentur proponenda aliis ipsi prægustare animo, prorsusque eorum vim intimis percipere sensibus. Magnum quippe interuallum esse inter vibrantem animi viribus meditata, & segniter ex memoria conquisita promentem. Cæterum volebat vt facta dictis fidem facerent, muniaque pietatis ac misericordiæ concionem sequerentur. Proinde ægris in valetudinariis, vinctis in custodiis ministrarent, egentibus necessaria compararent subsidia, cæteraque Christianæ benignitatis humilitatisque ministeria impigre obirent. Nimirum & hæc officia concionibus iuuari, & his officiis inuicem conciones. Morem gererent interdum Parochis & Vicariis, rogantibus, vt in eorum templis ad populum verba facerent. Gentem porro quamcunque erudiendam sermonibus suscepissent, præcipue diligerent, impenseque seruirent auditorum saluti commodisque.

Certamina cum aliis concionatoribus fugienda.

Iam contentiones & certamina pro suggestu cum aliis concionatoribus, maxime cum Episcopi Vicariis, prorsus vitari iubebat, quamuis iustæ causæ certaminum, multæque ac magnæ, incidissent. Ex talibus enim contentionibus non solum Dei populique offensionem oriri, sed etiam certantium perturbationem, cultusque diuini. Societatis vtique nomen famamque non certaminibus de dignitate sua, sed conatibus in diuina gloria augenda, niti oportere. Proinde non obtrectatione & superbia cum aliis, sed comitate & demissione certandum: omnique tendendum ope, ne dignitatis æmulatio cuiquam nos infestos inuisosve faciat. Quod si quando orta forte controuersia nullum inueniret finem, occultis disceptationibus ad Præpositos Ecclesiasticos potius, quam publicis ad populum offensionibus, rem transigendam. Quo de genere P. Gaspari Vicario suo non minus salubriter quam prudenter ita præcepit: Cum cœnobiis sacerdotibusque omnibus, facilitate modestiaque certabis. Si qua forte offensio exorta fuerit, eorum siue iustam siue iniustam iram tua leniet demissio, quamuis tibi innoxius videaris.

Iniuriæ vlciscendæ ratio.

Nec grauiorem requires vltionem, quam vt iniuriam premas silentio, vbi nullus est iuri locus. Cæterum si quando eorum quispiam ab officio discesserit, ex animo eius dolebis vicem, quippe daturi, nisi resipiscat, serius aut ocyus pœnas omnium opinione maiores. Itaque hominis casum miseratus, eiusdem deprecator apud Deum eris assiduus. Neque solum facto aut verbo iniuriam vlcisci religioni erit, sed etiam aliquid apud te iracundiæ aut offensionis residere. Ira enim pariter & vltio fugienda, cum vtriusque vna origo sit. Verum enimuero multa Deus ac magna iis largitur dona, qui illatas exhibitasque molestias Christi causa patienter ferunt. Idemque tardius, sed grauis vltor est iniuriæ diuino numini relictæ, piorumque ministeriorum aduersariis tandem haud immeritam inurit notam.

Discordiæ sedandæ modus.

At nequaquam te Deus vlciscatur, si facto dictove aut etiam cogitato tute iniuriam vlciscaris tuam. Si forte (quod Deus auertat) inter vos ac Cœnobitas aliqua extiterit dissensio solerti consilio supprimenda erit, cauendumque ne Præfecto vrbis, aut cæteris ciuibus, vlla alienati animi signa rem prodant. Mirum enim quantum profanos homines offendat sacrorum Deo virorum discordia. Proinde si qua forte controuersia oriatur, vtrique arbitrum sumetis Episcopum, qui pro auctoritate litem sine cuiusquam offensione componat: ac meis verbis Episcopum rogabis, vt, si quando inimicus inter fratres seuerit discordias, pacem pater ipse constituat, & concordiæ auctor quicquid inter vos fuerit, controuersiæ tollat, ne res deueniat ad Magistratus, ac tribunalia. Simul mementote, si quando illi vobis maledixerint, nequaquam maledictis cum eis esse certandum; sed lingua itaque cohibita, conueniendum Episcopum, vt dixi, qui, rebus rite compositis, materiam certamini subtrahat. Tuque inprimis haud ignarus Societatis dignitatem & existimationem non in hominum opinione, sed in Dei gratia præsidioque positam, enixe cauebis, ne ita tuearis decus Societatis, vt Dei hominumque offensionem incurras. Denique concionatores monebat, vt si qui, primarij præsertim viri, publicis flagitiis coopertj, ita eorum expeterent consuetudinem amicitiamque, vt ex peccatorum cœno nollent emergere; his denunciarent, nostras amicitias ac familiaritates eo tantum spectare, vt amicos & familiares ad sanitatem salutemque reuocemus animorum. Quocirca eatenus duntaxat nos cum ipsis acturos, quoad nostra eius consuetudo futura sit saluti. Atque illud etiam addebat, concionatores, vbicunque eis res ad victum necessariæ suppeterent, nihil ab aliis accipere oportere, quod dona eripiant libertatem. Cæterum si parua quædam mitterentur, indicia beneuolentiæ verius quam munera, non esse respuenda, ne amicitiam respuere videaris.

Confessarij benignitas in audiēdo.

Confessarios magnopere hortabatur, vt in confessionibus audiendis, animorum sanandorum cupidine accensi, comiter benigneque confitentes exciperent: quo spiritualium medicorum lenitas eos pelliceret ad omnia conscientiæ suæ vulnera haud cunctanter aperienda. Proinde ne initio præsertim confessionis grauitatem seueritatemque XVII.

remque præ se ferrent, sed facilitatem potius ac lenitatem. Itaque Patri Gaspari Armuziam ituro tale præceptum dedit: videndum est etiam atque etiam, ne inter audiendas confessiones metus obstet libertati, seuere excipiendo delicta; sed pugnandum potius, vt timidis animum comitas addat, diuinam efferendo clementiam, hominumque noxas eleuando, donec libero animo atque ore peccatorum omne euomuerint virus. Et in hoc genere cautio adhibenda est vel maxima. Neque enim desunt qui pudore impediti commissa scelera maiore scelere supprimant, salubri confessionis remedio in perniciem verso. Quocirca aduersus exitialem illam verecundiam omni ope & arte certandum est. Flagitiis eliciendis non alia via expeditior, quam denunciare, nos longe grauiora fœdioraque aliorum cognouisse facinora; & simul illa ipsa, quæ timide cunctanterque exposuerint, aptis extenuare verbis, vt facilitate confirmatus pudor fidentius reliquas vitæ aperiat labes. Illud vero ad liberam vocem exprimendam vltimum (etsi raro assumendum cauteque) auxilium est, vt tua superioris vitæ peccata generatim scilicet vniuersque significes: quod ita esse ipse te vsus docebit ac dies. Hanc ille rationem aduersus timidos præscribebat: aliam porro aduersus diutinis flagitiis sceleribusque implicitos: Donec confitens delicta omnia euomuisset, inter fiduciam metumque hæsitanti animos facerent diuinæ clementiæ misericordiæque commemoratione: nominatimque proferrent homines nefandis sceleribus infames, olim in gratiam à Deo receptos, in quorum numerum ipse quoque venire possit, si pari ingenuitate ac dolore sua confiteatur facinora. Ad vltimum, perspectis omnibus conscientiæ vulneribus, eorum grauitatem ac turpitudinem acriter ostenderent; fluctuantemque animum impendenti numinis ira, suppliciisque in homines consceleratos diuinitus expetitis territando, ad odium doloremque compellerent peccatorum: absolutione etiam, si res posceret, in aliud tempus dilata. Obstinatis vero animis non modo æterna inferorum supplicia, sed etiam pœnas in hac vita ab hominibus facinorosis exactas proponi iubebat, nominatimque notos aliquot appellari, qui sua demum scelera grauibus & atrocibus luerint suppliciis, vt documento sui similibus forent. Ac se vsu doctum aiebat, tales homines longe plus præsentibus corporum fortunarumque detrimentis commoueri, quam futuris animorum cruciatibus, qui procul abesse videantur. Si quando locupletes atque opulenti negotiatores, Magistratus, aut Præsides vitæ solutioris ad confessionem accederent, ante omnia censebat eos sedulo admonendos, vt sumpto spatio bidui triduive, intentius in anteactam vitam suam inquirentes, delicta omnia (si diffiderent memoriæ) mandarent litteris, dolorisque sensum contritionemque à Deo suppliciter peterent. Inde principio confessionis, rationem ab eis exquirendam dicebat numerum curationumque quibus præessent, negotiorum quæ tractarent, qua sedulitate, qua fide in iis se gererent gessissentve. Quippe hisce percontationibus explorari facilius posse, ecquid oporteret restitui, quam si generatim interrogarentur, num quid cuiquam restituere deberent: quia ad tales interrogationes prorsus abnuere consueuerint, seu lucri cupiditate, seu rerum inscitia excæcati. Confessionibus deinde eorum exceptis, mentes monitis quibusdam ac remediis curandas. Neque tamen à confessione absoluendos illico, sed postea quam ea, quæ deberent, persoluerint. Itaque P. Gaspari de talibus hominibus præcipit in hunc modum: Confessionem non continuo sequetur absolutio, sed biduum triduumve dabitur eorum pectoribus certarum rerum meditatione præparandis, vt interim animorum maculas lachrymis ac voluntariis eluant pœnis. Si quid cui debent, restituant: simultatibus, si quas habent, depositis, redeant cum inimicis in gratiam: à libidinis consuetudine, cæterisque, quibus implicit sunt flagitiis, expediantur. Hæc omnia absolutionem præcurrunt rectius quam sequuntur. Namque istiusmodi homines in ipsa confessione promittunt se cuncta facturos: post absolutionem, fidei datæ immemores, promissa irrita cadere patiuntur. Proinde elaboratum est, vt hi absoluendi repræsentent, quod præstare debent absoluti. De nutantibus vero in fide confirmandis, hæc eidem Gaspari præcepta dedit: Nonnullos reperies, atque vtinam non multos, in Sacramentorum, maxime vero Eucharistiæ, labentes fide, siue quod iamdiu eius fructu carent, siue quod magnam consuetudinem habent cum Ethnicis, seu quod impura quorundam Sacerdotum vita apud imperitos, huius Sacramenti officit maiestati. Cum his igitur sic agendũ erit, vt primo suspiciones eorum ac dubitationes elicias, deinde eos docendo in fide confirmes: vt verum Christi corpus in eo mysterio contineri haud dubie credant. Nec aliud præsentius tanti mali remedium est, quam pia ac diligens ipsius Eucharistiæ frequentatio. Iam vero quoniam in familiaritate mulierum ferme plus periculi est, quam emolumenti; magnopere auctor erat confessariis, vt in confessionibus, in colloquiis, in congressibus earum, in reconciliatione cum coniugibus cauti essent, intentique ad suspiciones rumoresque hominum, non tantum ad culpam crimenve vitandum. Quibus de rebus egregia sane ac salubria P. Gaspari, Vicario suo, reliquit monita: quæ attexere operæ pretium duxi. Cum mulieribus, inquit, cuiusuis conditionis non nisi luce palam, atque in publico, hoc est, in æde sacra, colloqueris. Nec vnquam domum ad eas ibis, nisi forte grauiore aliquo casu cogente, veluti ægræ cuiuspiam cõfessionem excepturus: ac tum curandum erit sedulo, vt illius maritus adsit, aut cognatus aliquis, aut certe vicinus idoneus. Si forte virginem aut viduam conueniri oportebit, ad eius domum accedes viris spectatæ integritatis comitantibus: quorum scilicet comitatus non solum offensionem, verum etiam suspicionem hominum excludat. Talia vero officia conueniendarum mulierum & rara sint, & necessaria. Quippe lubricum negotium est: vbi minimum lucri fit maximo periculo. Et quoniam fœminæ (quæ mobilitas ac leuitas muliebris ingenij est) plerumque multum negotij confessariis facessunt; cum eis haud maxime tenenda cautio, vt viros Christo adiunctos impensius excolas, quam eorum vxores. Nam cum natura constantiores sint viri, & ab eis domestica pendeat disciplina; rectius profecto apud eos atque vtilius opera collocatur. Recte enim Sapiens: Qualis est, inquit, rector ciuitatis, tales qui habitant in ea. Et simul multæ offensiones sermonesque, qui oriri solent ex fœminarum familiaritate, vitantur. Si quod inter coniuges oriatur dissidium, ad controuersiam tollendam, amicosque eorum sedandos, omnium primum id ages, vt vterque idoneis meditationibus præparati, sacram confessionem anteactæ instituant vitæ: absolutionemque tantisper, si videbitur differes, vt ad vitæ emendationem, concordiamq; inter se constituendã, paratiores reuertantur. Fœminis affirmantibus se enixius diuinis rebus operam daturas, si abstineant à consuetudine vitiorum, neutiquam habebis fidem. Nam & ille muliebris feruor facile refrigescit, nec vnquã fere suscipitur sine graui aliqua virorũ offensione. Coram vxore caue culpã conferas in maritum, quãuis haud dubie penes illũ sit culpa; sed te in præsentia suppressa, deinde sine arbitris eum ad vniuersam vitã cõfessione explandã impelles: tũ vero sub confessionẽ quã modestissime reprehensum admonebis, vt enixe domesticæ studeat cõcordiæ. Cęterũ omni cura in id eris intẽtus, ne (quod suspiciosissimũ negotiũ est) vxoris patronus videaris venire contra virũ. Itaq; is amice ac sensim monẽdus est primũ, vt suã ipse culpã agnoscat, demũ comiter ac beneuole absoluendus. Indorũ quippe animos amor flectit, vis frãgit. Cauebis igitur (vt paulo dixi) virũ accusare audiente coniuge. Nãq; vt mulieres natura subimprudẽtes sunt, ac procaces; faciles viris ipsorũ noxas præsertim Sacerdotũ iudicio damnatas, obiiciunt. Quocirca satius est, te dissimulata, obseruantiam maritis debitã proponere vxoribus & simul demõstrare ipsas, ꝙ viros suos sæpe despicatui habuerint, graui vtriq; dignas esse pœna. Proinde demisse ac patienter, si quid molestiæ à viris accidat, perferre, eisq; dicto audientes esse debere. Noli facile cõiugis alterius de altero querelis credere (sæpe enim & fallũtur & fallũt) sed summa animi æquitate vtrũq; audies; nec incognita causa condẽnabis alterutrũ. Hoc eo dico, vt illis ad concordiam, tibi ad suspicionum fugam facilior pateat via. Quod si quando eos inter se reconciliare ipse nequiueris, ad Episcopum aut Vicarium generalem rem totam reuicies; sed ita, vt neutrũ lædas è dissidentibus,

Remedium aduersus verecundiam confitentiũ.

Scelesti homines quomodo accipiendi.

Obstinati quomodo flectendi.

Implicati negotiis homines quomodo accipiendi.

Differentia interdum absolutio.

Nutantes in fide confirmandi.

Mulierum familiaritas periculosa.

Cum mulieribus caute agendũ.

Viri potius excolendi quã vxores.

Eccl. 10.

Viri potius quam vxoris patrocinium suscipiendum.

tibus. Lædas autem necesse est alterum, si alteri magis fauere videatis. Summa profecto prudentia opus est, vt ne quid offendas in hoc seculo nequam: longeque prospiciendi ad acri li rerum, quæ gerunitur, euentus. Aduersarius namque noster diabolus non cessat, sed circuit quærens quem deuoret. Maximæ autem imprudentiæ est, incommoda quæ ex actionibus quamuis bono animo susceptis euenire possunt, minime prouidere. Pecuniam vero neque restitutionis, neque eleemosynæ nomine diuidendam pauperibus accipere Confessarios volebat: sed vel arbitrio erogantium, certis piis operibus nominatim, vel generatim Sodalitati Misericordiæ attribuendam curare: ita melius & Sodales illos pauperum egestati, & Sacerdotes Societatis famæ vti consulturos. Si qui ad confessionem accederent, non tam peccatis, animorumque suorum incommodis, quam paupertati ac difficultatibus rei familiaris remedium peterent; hos, de vsu sacræ confessionis admonitos, ad curam traduci iubebat animorum, demonstrando quanto grauiora animorum incommoda sint, quam corporum, postremo, si videretur, Sodalitati Misericordiæ commendari. Confitentibus porro non festinatam, sed diligentem nauandam operam censebat, monens, vt præoptarent confessiones paucas rite facta, audire, quam multas temere properatas. Qui enim confitentes intentius excuti posse? qui eorum odia, fraudibus, vitiis adhiberi remedia, nisi per otium curarentur? An vero dubium esse, quin confessio vna recte instituta multis cursim peractis præferenda sit? cum præsertim confessio aditum aperiat ad Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum. Postremo monebat Confessarios, vt, sumpto spatio, in auditas ab se confessiones inquirentes viderent attentius, ecquid in delictis aliorum expiandis ipsi deliquissent, &, quæcunque in alienis peccassent confessionibus, expiarent suis, eaque delicta in posterum summa vi corrigere niterentur. Hoc quippe studium ad recte atque vtiliter Confessarij munus obeundum maximo adiumento futurum.

SOCIOS Ethnicis conuertendis neophytisque erudiendis operam daturos non modo lectissimos requirebat, XVIII.
sed huic rei maxime deditos; vt nihil quamuis speciosum ac præclarum, tanto præferrent negotio, quo nihil superis gratius, mortalibus vtilius reperiretur. Nec magnificus solum hortator erat, sed etiam auctor; plus rebus ostendens, quam verbis præcipiens. Namque, vt suo loco demonstrauimus, Gentilium conuersione atque institutione in omni vita ipse nec nihil habuit antiquius. Quin etiam Socios, qui ex India aut ex Lusitania ad eum venissent, ita vocabat in diuini huius ministerij Societatem, vt spectatissimo cuique eam prouinciam præmium daret laborũ. Primarios quippe
Act. 8. viros potissimum tanto muneri præficiebat, auctoritatem sequens Apostolorum, qui cum audissent recepisse Samaritani verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, Apostolorum scilicet principes. Quocirca censebat ad Apostolicum munus deligendos viros egregios diuque spectata fide, virtute, constantia, sanctitate: tum vero quoniam vsu doctus senserat, eam prouinciam esse grauissimis Satanæ tentationibus, molestiis, ærumnis expositam. Proinde in eiusmodi Dominicæ vineæ operariis prudentiam magis ac sanctitatem quam scientiam doctrinamque expetebat,
Plus momenti in sanctimonia est quam in doctrina. tatus ad tot tantas difficultates superandas necessariam profecto esse virtutem; ad Ethnicorum autem conuersionem plus momenti sanctimoniam facere quam doctrinam. Quod si virtutem decoraret eruditio, tum vero aiebat, egregios perfectosque Euangelij præcones existere, Iaponiæ maxime opportunos, cæterisque locis vbi acria barbarorum ingenia subtilibus interrogationibus Christianam religionem solerter explorent. Cæterum in omnibus Eth-
Peregrinæ linguæ addiscendæ studium. nicorum cultoribus requirebat ingenium, facultatem, ac studium peregrinæ linguæ addiscendæ, haud dubius sine sermonis commercio in barbaris ad Christum aggregandis, nouisque Christianis instituendis, nihil admodum proficere posse. Itaque Apostolos, prius quam gentes docere aggrederentur, diuinitus imbutos omnium facultate linguarum. Præcipue optabat omnes ingenti animorum seruandorum cupiditate flagrare, nunquam vt eius rei prætermitterent occasionem, sed auide arriperent vrgerentque. In neophytorum vero salutem atque institutionem strenue insisti iubebat, infantes baptismo expiari, pueros erudiri catechismo, & ante omnia baptizandis infantibus incuriam vitari, obliuionemque, præcipiens; vt, quantum humana ope prouidere posset, nemo prorsus periret sine baptismo, vnico puerilis ætatis auxilio. Suadebat quoque vt verbis rebusque neophytos concilliantes sibi, studerent ab eis parentum loco diligi colique. Sic enim natura comparatum esse, vt amor omnia æqui bonique consulat, nihilque sit amanti difficile. Porro in nouis Christianis excolendis, non fortius quam perseuerantius eorum perferrent vitia, in-
Perseuerantia in excolendis hominibus. firmitatem sustinerent, fugenique sementis facta, laborumque (quamuis seræ spei) fructum velut boni Christi Domini agricolæ expectarent: haud ignari, Qui seminant in lachrymis, in exultatione messuros. Quod si talibus initio
Psalm. 125. Christianis non vterentur, quales expeterent, ita se cum iis gererent, vt cum improbis filiis boni parentes: De que benignitate freti, qui hominum mentes suo demum tempore ad bonam perducit frugem non diffiderent eos aliquando tales fore, quales optarent. Proinde nunquam desinerent illos omni studio colere, præsertim cum Deus commu-
Inania officia quomodo eludẽda. nis omnium parens, quamuis læsus à nobis, benigne tamen omnibus facere non desistat. Iam cum veteribus Christianis multum temporis esse conterendum negabat, ne fraudarentur noui. Quod si officiosi illorum congressus vitari nequirent, ac sermones inferendos de rebus diuinis, atque ad animorum salutem pertinentibus: vt aut piis excul-ti monitis paulatim fierent meliores, aut certe colloquiorum seueritatem auersari nostrum nos negotium agere sinerent in instituendis neophytis. Exiguos vero fructus cum hominum approbatione, maximis fructibus cum aliqua vel minima offensiuncula potiores ducebat: paruos quippe fructus cum virtutis exemplo perceptos, & diuturnos esse, & semper augeri, contraque ingentes offensione hominum vitiatos paulatim corrumpi atque interire. Itaque eos iubebat aduersus omnes facilitatem ac submissionem adhibere, pacem, vt ait Apostolus, cum omnibus hominibus habentes, contentionesque maxime cum religiosis viris ac Sacerdotibus omni ope vitantes. Et simul præcipiebat, vt facilitatis magis quam grauitatis memores, hilari lætoque vultu exciperent omnes, neminemque omnino aspernarentur, vt omnes Christo lucrifacerent. Dictitabat etiam, quod boni virtus non pariat, humanas artes haudquaquam parituras sine virtute. Proinde cauerent diligenter, ne peruulgata hominum via dignitatem atque honorem aut appeterent, aut appetere viderentur; neu suis dictis factisve ad humanam potius quam ad diuinam tenderent gratiam. Veram vtique auctoritatem, egregiæ virtutis comitem, non hominum donum esse, sed Dei. Itaque si quando homines ipsi per se humanis artibus (omisso cælesti præsidio, germanaque virtute) quærant auctoritatem; diuino consilio fieri, vt eam parare dum student, funditus perdant. Ne scilicet vilia sint hominibus dona cælestia, sed haud secus, quam par est, expectentur è cœlo. Nam quibus in diuinarum rerum procuratione, hominum gratia quam Dei potior sit, eos non tam diuinum honorem spectare, quam suum. Verum sacrilegam illam ambitionem demum in ipsorum ignominiam exitiumque erupturam. Itaque sibi quisque prima esse cura suumque animum summa vi excoleret; deinde in alienorum culturam animorum verteret curas. Neque enim alienæ saluti consulturum qui suam negligeret; neque memorem fore aliorum, qui obliuisceretur sui: contraque facile euenire, vt, cui sua salus cordi esset, eius cura in aliorum quoque redundaret salutem. Quocirca nullum diem rerum diuinarum meditatione & conscientiæ examine vacuum sinerent præterire, & quotidie ecquid in diuino obsequio deliquissent, ecqua in re suo officio aut diuinis defuissent conatibus, reputarent: secumque cum suis mentibus circumspicerent, quam multa per
Puerorum educatio. eos Deus ipsorum vitio efficere desineret potius, quam quid per ipsos effecerit. Alterum enim modestiæ absolutæque virtutis incitamentum esse, alterum superbiæ vecordiæque diuina facta sibi vindicantis, qua enimuero non aliam pestem perniciosiorem pius hominibus reperiri. Puerilis porro ætatis educationem præcipuum opus existimans,

monebat

monebat vt Christianam doctrinam puerorum gregibus, quoad eius fieri posset, per se ipsi traderent, nec interim illorum suggestero opere, neque aliis commisso. Cæterum neminem puerorum offenderent irritarentve, sed ad virtutem facilius in laboribus noxis conuenirent, remittentes minas, vt monet Apostolus, quo scilicet timida ætas alacrius liberius capesseret disciplinam. Aduersus Magistratus Præpositosque Ecclesiasticos moderationi studerent, modestiaque: neque vllis quamuis ingruentibus eorum delictis atque iniuriis lacessiti cum eis vllo modo susciperent simultates. Ferendo enim & dissimulando magis quam obsistendo superiores vinci; si minus vt suam ipsi corrigant vitam, at certe vt rem Christianam minus impediant. Quocirca eos, quasi suorum conatuum ac laborum patronos, in fructus emolumentique partem vocarent, quicquid boni percepturum esset, id illis, secundum Deum, acceptum referentes: ita demum Christi vineæ operarios plus adiutorum defensorumque (si forte verbo aut facto ab aliis violarentur) aut certe minus aduersariorum habituros. Iam auctor erat, benignitatis humanitatisque ministeria non minus sæpe quam liberaliter exequendi; in valetudinariis, publicisque vrbis custodiis, ægros ac vinctos officiis pietatis, corrogataque stipe, subleuandi; sed ita, vt simul corporibus animisque curandis opera præberetur, inimicitias sedando, odia restinguendo, tollendo lites, dissidentes ad pacem atque amicitiam adducendo. His quippe charitatis officiis diuini amoris in animis nostris accendi, aliorum animos ad similia excitari facta; Dei seruis, ad rei Christianæ propagationem, plurimum accedere fidei auctoritatisque. Præcipue vero temere obloquentium rumores contemnerent, qui sæpe timidorum conatus frangunt atque debilitant. Extat de ea re egregium præceptum P. Gaspari traditum, quod tale est: Si tibi pia ministeria obeunti, vt fit, obtrectent improbi; de illorum vocibus non magnopere laborabis: ne quis animaduertat, te homuncionum vocibus à Dei obsequio abstereri, id vero laborabis. Nam quicunque talibus in rebus falsam infamiam sermonesque hominum extimescunt, mundi verius quam Christi milites sunt, vtpote quos humanus respectus magis moueat, quam diuinus. Ad vltimum illud tibi antiquissimum esse volo, vt memor te Societatis Iesu membrum esse, omnibus in factis dictisque tali capite & corpore dignus existas. Hisce ex monitis facile apparet, non modo quam sedulo strenuoque Franciscus socios exemplis pariter & præceptis ad omnem prudentiæ ac sanctitatis excoleret laudem, verum etiam quam valde omnibus in rebus Xauerij & Ignatij sensus inter sese congruerent, quippe cum eodem tempore (etsi infinito propemodum locorum interuallo disiuncti) Ignatius in Italia Societati præciperet, Franciscus in India. Sed videlicet vnus atque idem Spiritus illa vtrique dictabat, vtrobique Societatem ad certam formans disciplinam, cælestemque ambobus prudentiam inspirans. Nihilo autem prudentior Xauerius in præcipiendo quam in regendo fuit. Quippe vbicunque locorum esset, à Præpositis Societatis subinde omnibus de rebus certior fieri volebat; cunctisque incommodis non secus medebatur, ac si adesset præsens. Nam discedens imperabat eis, vt ad se certis temporibus literas mitterent, quibus literis Sociorum tum veterum, tum recentium numerum genera, facultates exponerent; nimirum quibus virtutibus præditi, quibus doctrinis & artibus exculti, quibus addicti ministeriis, quas ad res maxime nati aptique viderentur, quæ in vnoquoque cupiditas confessione animorum emineret, quos quisque ferret fructus, quibus vrgeretur angoribus, quibus molestiis ac morbis vexaretur premereturque. Demum (adeo in rebus etiam minimis attentus erat, ac diligens) de domesticis familiaribusque seruis, de ære alieno, talibusque rebus fieri se iubebat certiorem: de quibus singulis vel personis vel rebus, vtcunque res posceret, per literas præcipiebat. Nec mandasse contentus, quid facto opus foret, simul imperabat Præpositis, vt ad se quamprimum scriberent, an sibi quisque mandata curasset, vt scilicet hoc illi imperium curam acuerent exequendi mandata. Cæterum etsi vltimas Orientis terras perlustrans, in barbararum gentium conuersionem incumberet totus; tamen immensa Oceani spatia remensus, socios fidei eruditos identidem reuisebat, ratus sibi pro suo duplici munere patiendas esse curas, vt sic adesset alienis, vt non deesset suis. Singulari vtique industria ac virtute perfecit, vt si spectes quantum Christi cultum propagauerit, nullum spatium de Societate cogitandi habuisse; sin autem quantopere Societatis res curarit consideres, nihil aliud aut egisse, aut agere potuisse videatur.

Ephes. 6.

Misericordiæ opera.

Obloquentium sermo[nes] contemnendi.

Xauerij prudentia in rebus omnibus suorum cognoscendis.

Solerter exigit imperata.

VITA S. PETRI, COGNOMENTO CHRYSOLOGI, RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI, EX HIERONYMI RVBEI LIBRO SECVNDO HISTORIARVM RAVENNATVM, collecta.

ANN. 450

I. SVCCESSOR Ioannis Rauennatum Archiepiscopi qui vidit Angelum, numeratur Petrus Rauennas vocatus, cognomento Chrysologus, quod ea fuerit suauitate sermonis, vt aureum orationis flumen funderet. Blondus hunc patria Rauennatem fuisse scribit, & Fori Cornelij Episcopum, sed fallitur, cum ex Foro Cornelij, vbi natus erat, in Archiepiscopum Rauennatem fuerit electus. Nam Rauennates, vt moris erat, cum Archiepiscopum ab eis creatum, Romam ad Xystum III. Pontificem, qui Cælestino successerat, vna cum Cornelio, Fori Cornelij Episcopo misissent, vt confirmaretur electio. Xysto ferunt per quietem Petrum Apostolum atque Apollinarem se ostendisse, qui medium sibi adolescentem haberent, prædicerentque illum Archiepiscopum Rauennatem vt crearet: ab Rauennatibus electum non confirmaret. Quapropter cum postridie Rauennates adessent, primo reiicit quem elegerant: iubet deinde omnes ad se accedere qui illic essent, vt eum Archiepiscopum faceret, quem Petrus & Apollinaris præmonstrassent. Sed cum ex Rauennatibus neminem illius similem fuisset conspicatus, Cornelio Episcopo mandat, vt suos in medium proferat. Eminebat inter cæteros, vitæ innocentia ac doctrina Petrus, Cornelij Diaconus. Hunc cum illius similem cognouisset Xystus quem in somno viderat, Archiepiscopum Rauennatibus præficit. Rauennatibus autem id ægre ferentibus, rem omnem aperit: vnde maxima reuerentia apud omnes Petro conflata est. Petrus inuitus & non absque ingenti molestia Archiepiscopus factus, Rauennam reuersus, summa gratulatione ab Valentiniano primum & Galla Placidia, mox ab omnibus Rauennatibus excipitur. Ille ab eis id vnum petere dixit, vt, quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusauit, studerent ipsi monitis suis obtemperare: præceptisque diuinis non obsisterent.

2. DECEM. S. Petrus hic est Chrysolog⁹ cognominatus: vide Baron. ann. 41 Anno 433. diu post eius electionem tum Archiepiscopum Rauennatē.

Summo gaudio a Rauennatibus excipitur.

II. INTEREA Galla Placidia D. Ioanni Baptistæ egregiam ædem, iuxta domum suam, extruendam curauit, vniuersæ ædificationis negotio demandato Baduario Patricio Rauennati. In eo templo Barbatianus Deo seruiens, multis prodigiis innotescebat indies magis ac magis: ex quibus illud maxime commendatur, quod Iuliani Rauennatis nobilissimi viri filium, strumis ita laborantem, vt ab omnibus iam esset desperatus, sanauit: cum sacris peractis cubiculum ingressus, mox ex cera emplastrum, imminutumque panem cum oleo mixtum, vlceribus imposuisset, signoque Crucis obsignasset, repente enim disruptis illis vermes egressi sunt, & puer ingenti miraculo in sanitatem restitutus.

Extat de S. Barbatiano sermo beati Petri Damiani quæque [...] Diuē præsentem [...] vitam

III. PARI felicitate ac prodigio, Theodoram primariam mulierem, refractario sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, sanauit. Cum enim vir sanctus, deductus ad eam in qua expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset:

Matth. 9. Luc. 8. S. Barbatianus mulierē à sanguinis profluuio liberat.

dixisset: Christus, qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet. Quamobrem eius nomine [illegible] prædico, surge & ambula, Theodora statim ad sanitatem reducta est, cuius beneficij magnitudine commota, [illegible] quens deinde virum sanctum conueniebat, a quo de Christi religione docebatur. Verum Vincius Theodoræ maritus, intantum ob id zelotypiæ cæco furore exarsit, vt quadam die sub auroram in Barbatianum, qui orabat in templo Deum, districto ense impetum fecerit: sed continuo aruit manus, immobilisque permanens, viro sancto orante, Deus illi restituit sanitatem.

Miraculum S. Chrysologus Tricollium ædificat. Templum D. Ioan. Baptistæ construitur. S. Barbatianum sepulturæ tradit.

Per idem tempus Petrus Archiepiscopus, ad Ecclesiæ administrationem conuersus, Tricollium [illegible] est, IV. quod ædificium, ad trium collium similacrum exstructum, sacerdotibus Vrsiani templi, stationem [illegible] que præbebat. Id à successoribus admirabili ædificatione absolutum, nunc non extat. Eius vicem reddunt horti, qui circa Vrsianam ædem conspiciuntur. Templum præterea sacrauit, quod diuo Ioanni Baptistæ Baduarius [illegible] ædificauerat. Cumq; Placidia Ariminum se contulisset, incumbens in ædificationem templi D. Stephano, haud procul ab vrbis mœnibus, dedicati, incidissetque Barbatianus in leuem quidem morbum, sed pertinacem qui [illegible] postremus fuit, Petrus certiorem fecit Placidiam, quæ omnibus repente relictis, Rauennam conuolauit, vbi non [illegible] to post Barbatianus tranquille & placide animam exhalauit. Ab Petro Archiepiscopo ablutus, & aromate conditus, sepultus est in monumento iuxta aram maximam D. Ioannis Baptistæ. Temporum successu, cum eius nomini [illegible] ctum fuisset templum, haud procul ab D. Zachariæ, illuc cadauer importatum fuit. Cæterum tandem corruente templo, ac potius ædicula, in Vrsianam ædem est translatum.

Concilium Chalcedonense.

Interea cum Eutyches Byzantius Abbas, factiosorum ope, disseminaret falsam doctrinam, asseuerans in V. Christo diuinam naturam cum humana in idem recidisse, Leoque Pontifex, qui Xysto successerat, trecentorum & sexaginta Episcoporum ad Chalcedonem conuocato Concilio, eam pestem restinguendam summa ope niteretur, Petrum Chrysologum iussit ad Concilium aduersus Eutychen quæ viderentur scribere. Quod & Petrus fecit adeo luculenter, grauiterque & pie, vt ad hanc vsque ætatem eas literas quæ extant, viri omnes docti mirentur, & primo loco habeant.

Extant tom. 2. Conc. ante Conc. Chal. & apud Baron. an. 449. Constātius in S. Germani lib. 2. c. 14. 15. Item Baron. an. 435. Abstinentia eius & corporis macerātio. Asellū suum mortuum resuscitat. S. Chrysologus Germanū Episcopum sepelit. Constant. lib. 2. ca. 21.

Accessit Rauennam hoc tempore, ad Valentinianum, Germanus Altissiodorensis Antistes, eximia vir VI. sanctitate, ab eo, Placidiaque matre honorifice exceptus, vbi cum in argenteo vase ad eum misisset aliquando Placidia lautissimos cibos, quibus cœnaret, ita munus accepit, vt lectus præbuerit cibos: vas autem argenteum voluerit apud se esse, egenis viris distribuendum: Ipse Placidiæ panem ex hordeo in scutella lignea remisit, quo illa viri sancti inuitus veneiabunda acceptum, summa semper apud se veneratione habuit, scutellamque ligneam argento circundedit. Cum vero semel ad cœnam Germanum inuitasset, ille benigne assensus, vectus asello ob id quod vix pedem mouere posset, confectus inedia & castigatione corporis, contigit vt asellus, qui nihilo, quam Germanus, firmiori valetudine erat, inter cœnandum moreretur. Quod cum rescuisset Placidia, tulit generosum equum maximæ mansuetudinis afferri. Sed Germanus, cum suum se velle asinum diceret, peteretque, vt sibi locus in quo cadauer esset indicaretur, ad illum productus. Surge, inquit, reuertamur ad hospitium: statimque & asellus redviuus surrexit, & Germanum reuexit vnde discesserat. Verum non multo post, Germanus multo ante ab se præuisam atque prænunciatam mortem Rauennæ cum vita commutauit, septimo postquam laborare ex febre cœperat die. Eius cadauer à Petro Chrysologo Rauennatum Archiepiscopo ita conditum, vt in Galliam importari, quemadmodum moriens Germanus petierat, posset: quod & Valentinianus curauit faciendum. Petrus sancti viri cucullam & cilicium sibi habuit, ac ne quid plus hæres ex intestati bonis non possideret, sibi vendicauit.

S. Andreæ Apostolo templū ædificat. & cultum falsorū deorū tollit. Anno 440. felicitet obiit Consule Baronio an. 449.

Ædificationi postea intentus, in Classe exstruxit mirabilis magnitudinis fontem, duplici alto muro ex- VII. structo. Diuo etiam Andreæ Apostolo, iuxta Vrsianam ædem, haud procul ab Posterula, quam Vincil onis appellant, ædificauit egregium templum, ligneis tamen columnis suffultum: supra valuas, eius imago, emblematico vermiculatoque opere picta conspiciebatur. Cum vero hoc tempore, Rauennates ad deorum commentitiorum simulacrum, quos antiquitas, ante partum Virginis, errore delusa, coluerat, personati Calendis Ianuarij, tota vrbe, per ludum, discurrere consueuissent, ipse multis concionibus habitis, eam perniciosam consuetudinem tollere conatus est. His absolutis, Chrysologus cum imminere sibi extremum vitæ diem, diuinitus intelligeret, decimumque iam annum Rauennati Ecclesiæ præfuisset, contulit se ad Forum Cornelij, vbi D. Cassiani martyris templum ingressus muneribus tributis, Deum precatus atque ipsum Cassianum martyrem, qui benigne eius animam exciperet: hortatusque Rauennates, qui illum fuerant insecuti, vt in deligendo optimo pastore inuigilarent, nec discederent ab diuinis mandatis, initio Pontificatus Leonis primi placide ac tranquille ex hac vita migrauit tertio Nonas Decembris annum Domini circiter quadragesimū supra quadringentesimum. Sepultus est ibidem iuxta aram D. Cassiani, vbi & nunc quiescit. Eius tamen brachium auro ac gemmis ornatum, in Vrsiana æde venetamur. Inter alia, quæ reliquit, doctrinæ monumenta, eius ad populum conciones, diuino spiritu & eximia pietate religioneque illustres, ab omnibus bonis & doctis iudicantur. Communi omnium consensu in Diuos relatus est, eique anniuersarij honores ob id decreti.

Sanctorum catalogo ascribitur.

Ann. 570. VITA S. ELOQVII ABBATIS LATINIACENSIS, VT VIDETVR, A MONACHO VVALCIODORENSI CONSCRIPTA, HABETVR IN PERVETVSTO MS. CODICE ECCLESIÆ TRAIECTENSIS.

Molanus in Natal. Belg. editam existimari ait per S. Archiep. Forananum, eo tempore, quo sacrum corpus ex Francia translatum fuit.

*3. DECEM. Baron. an. 614. * Folliano Saxonia hæc pars Angliæ est, a Saxonibus olim occupata. De his omnibus lege vitā S. Fursei, 16 Ianuarij, vita finem. * Grimacum. Extat S. Eligij vita 1. Decem.*

Regnante Clodoueo Christianissimo Rege, venit B. Eloquius ad Galliarum littora ex Hyberniæ regione, cū aliquibus venerabilibus viris, videlicet Furseo, Vltano, * Folliano, Boetio, Ettone, & cæteris confratribus. Cumque plura monasteria, per insulas maris construxissent, & per Britanniam ac Saxoniam transfretassent, plurimum ibi populum Domino acquisierunt. Tunc quibusdam causis ingruentibus, relictis ibidem monasteriis expulsi à populo & Rege, causa visendi Romam profecti sunt, atque à Clodoueo memorato perhumaniter excepti, in loco qui dicitur Latiniacus monasterium exstruxerunt: ibique fratribus ordinatis, S. Furseus cœptum volens prosequi iter, non multo post apud villam Peronam defunctus est, beato Eloquio monasterij Latiniacēsis & animarum curam relinquens. Post multos vero dies, S. Eloquius sciens discipulorum animos diaboli instinctu contra se excitatos, relictis omnibus, cū paucis fratribus super fluuium Isaram nominatum, in loco qui antiquo vocabulo * Grimacus dicitur, ibidem eremiticam vitam duxit. Vbi & à viris religiosis honorifice susceptus, atque ab Eligio Nouiomi Episcopo viro venerabili, vndique per suam diœcesim licentiam prædicandi accipiens, multos oratione ægros pristinæ sanitati restituit: ac sanos & incolumes in viam veritatis induxit.

QVADAM

II. QVADAM autem die, dum ad eius cellulam quidam æger eleemosynam peteret, vir Domini quod ad manum porrigeret non inuenit: iam enim cætera in vsus pauperum expenderat: tantæque eius inopiæ condolens, in oratione prostratus, profusis lacrymis Domino supplicare cœpit, vt qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum resuscitauit, ipse pristinam ei conferre dignaretur sanitatem. Statimque pro foribus Domino gratias gens profectus est ab infirmitate plenissime curatus. Cumque fama longe lateque diuulgaretur, quod vir Domini precibus apud Deum, multis incolumitatem impetraret, cœperunt in grabbatis ægros plurimos offerre, quos ille tangens sancti olei liquore, post susceptam benedictionem sanos dimisit. Viri itaque religiosi circuniacentis loci, magno gaudio replebantur, quod apud eos talis vir habitandi moram elegerat, atque eius oratorium, ex agris, vineis, & pratis omnes magnifice honorauerunt.

Ioan. 9. Ioan. 11. Ægrū oratione sanat S. Eloquius. Ecce vim sacri olei.

III. QVADAM vero die cum operarios in vineam conduceret, ac operantibus adstaret, venit quidam eiulans & clamans. Heu me miserum, ecce filium meum vnicum, quem ex sacro fonte aqua baptismatis abluisti, in domo mea semiuiuum reliqui: succurre illi, obsecro, serue Dei, & eum adiuua. Cumque eum leniter consolaretur, quod ex hac infirmitate non esset moriturus, ecce mater pueri occurrens, dixit: Noli molestare virum Dei, iam enim filius noster mortuus est. Quod vir Dei audiens, Euangelica verba profudit, dicens: Docuit nos Dominus spe obtinendi orare, dum ait: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis. Credite igitur, & fundamus ad Deum preces, & recipiet puer sanitatem. Cum orationi simul incumberent, ecce puer sanus effectus, seu potius rediuiuus, venit ad locum, vbi sanctus Dei orabat. Quem cum viderunt parentes eius, gratias Deo egerunt, qui saluat sperantes in se. Multa quidem & alia sunt, quæ per eum Dominus dignatus est operari, quæ breuitatis ergo missa facimus.

Matth. 18. Marc. 11. Mortuum resuscitat.

IV. IGITVR sanctissimus Dei famulus Eloquius, vitæ cursu fideliter peracto, repletus omnium bonorum operum fructu, ad cœli gaudia, tertia die Decembris ascendit. Cuius corpus sepultum fuit à fidelibus in quodam monticulo, iuxta aggerem publicum * super fluuiolum nomine Sommeron. vbi postea ædificata est ædicula super tumbam eius, propter crebra miracula ibidem ostensa.

Feliciter obit. * vbi Sommeron & Isara cōfluunt, habet Mol. in Nat. Belg.

V. TEMPORE Ludouici Imperatoris mulier quædam Richildis nomine, diu cæca, ad ecclesiam eius veniens, statim ad sepulcrum eius illuminata est. Alia nomine Hetlefreda cæca, & totis neruorum compagibus dissoluta, illuc deportata, ipsa die videns, & sana, est regressa. Alia nomine Germuara, per annum contractam habens manum dexteram, ibidem est curata. Alia nomine Gertrudis de pago Hasbanico, dextro lumine priuata, ibidem illuminata fuit.

Miracula ad sepulcrum eius.

VI. CVM ergo temporib. Regis Francorum Odonis, plurimæ fierent circunquaque strages Christianorum ex crudelitate Danorum, ac multa incendia ecclesiarum ac villarum agerentur: sancti Eloquij pariter cremata est ecclesia. Postea sæpius in eo loco à transeuntibus auditæ sunt voces suauiter psallentium, & luminaria ardentia de nocte conspiciebantur. Cum vero in huiusmodi signorum fama circunquaq; percrebuisset, ac maxime quod sanctus Dei absque ecclesiastico cultu sub dio & in deserto loco solus iaceret: * Hardericus venerandus Comes cum Herefinde coniuge sua clarissima, accesserunt ad Rodohardum tunc temporis Laudunensem Episcopum, petentes vt licentiam daret aliorsum corpus illud sanctum transferre, vbi honorabilius possit custodiri. Quo concesso, delatum est sancti viri corpus ad hanc præsentem ecclesiam Vualciodorensem. Vbi cum intrasset, multi hac die ex varijs infirmitatibus, antequam Missarum solennia complerentur, sanati sunt.

Odo Caroli Simplicis tutor & regni gubernator: Aim. lib. 5. cap. 41. Sapit Molan. lib. 2. Annal. in Carolo Simplice. * Eilbertus, Molan.

VII. PRESBYTER huius ecclesiæ nomine Dendinus, febricitans, statim vt huius limen ecclesiæ transiuit, sanatus est. Alius per xij. annos cæcus, illuminatus est. Paralyticus in porticu huius ecclesiæ solitus eleemosynam petere sanatus est. Postea quidam à dæmone grauiter obsessus, vbi ad sepulcrum eius obdormiuisset prostratus, statim surrexit, & sanus in domum propriam est reuersus. Illius itaque translationis ac sepulturæ decus, tertio Nonarum Decembrium celebratur cum honore ad laudem nominis Dei, qui viuit in omnia secula Amen.

Transfertur corpus eius in monasterium Vualciodorense. Alia permulta miracula.

VITA S. BIRINI EPISCOPI DORCESTRIENSIS ET CONFESSORIS, INCERTO QVIDEM AVCTHORE, SED FIDE DIGNA.

ANN. 630. 3 DECEM.

I. SANCTVS Birinus à Papa Honorio ad prædicandum verba salutis genti Anglorum directus est. In præsentia autem eiusdem Pontificis Honorii, in intimis vltra Anglorum partibus, quo nullus doctor præcessisset, sanctæ fidei semina se sparsurum promisit. Vnde etiam iussu eiusdem Pontificis per Asterium Genuensem Episcopum in Episcopatus consecratus est gradum. Porro ad litus Britannici freti arrepto itinere perueniens, ascensurus ad nauem, diuina celebrat mysteria: sibi suisque viaticum parans, salutaris hostiæ pia libamina Deo obtulit. Vrgente vero nauigationis articulo, ad nauem festinans introducitur: & insurgente vento, dum alta sulcarent pelagi, reminiscitur Birinus se rem præcipue charam amisisse, & nautis vrgentibus impeditum, in litore, vnde ascenderat, reliquisse. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, super quam corpus Christi consecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum, & ad collum suspensum, semper secum ferebat, atque inter sacranda sacrosancta mysteria super sanctum altare ponere consueuit.

S. Birinus profectus in Britanniam Bedah hist. Angl. lib. 3. c. 7. Baron. an. 635. Viaticum spirituale peregrinantibus necessarium ob pericula.

II. FIDE igitur armatus, in mare descendit: Deum authorem habens, per mare securus incedit: & recepto quod reliquerat, ad nauem regreditur. Offendit autem illam quasi immobilem stantem, cum paulo ante per vndas maris velociter currentem reliquisset. Vt autem in eam ingressus est, nec vna quidem in vestimento eius aquæ gutta deprehensa est. Id nautæ videntes, flexis genibus tanquam Deum eum adorauerunt, & complures ex eis ad fidem Christi, prædicante illo verbum Dei, conuersi sunt. Intrante porro illo in portum apud Occidentalium Saxonum gentem, qui antiquitus Geuissæ vocabantur, cum omnes ibidem paganissimos inueniret, vtilius esse ratus est ibi potius verbum Dei prædicare, quam vltra progrediendo, eos, quibus Christum annunciaret, inquirere: maxime cum populi cateruatim irruerent, audire cupientes beatum Antistitem, & tum corporis, tum cordis auribus, quæ ab illo dicebantur, humiliter complectentes.

Simil. habes in vita S. Saturni 7. S. preimb. Ambulat siccis pedibus super mare.

III. ERAT vero in ea prouincia mulier quædam annosa, quæ longo tempore nec videre, nec audire poterat. Ei per visionem dictum est, vt ad beatum Antistitem, recepitura sanitatem, ire festinaret. Surgens igitur mulier, ducem parat, qui gressus eius regit. Episcopus autem visa illa motus pietate, auribus & oculis eius signum Crucis impressit: & mox depulsa cæcitate, visus redditur, & surditatis excluso vitio, auditus reparatur.

Signo Crucis sanat surdam & cæcam.

IV. EVANGELIZANTE porro illo in ea prouincia, cum Rex * Cinigilsus catechesi instructus, fonte baptismi cum sua gente ablueretur, sanctus Nordanhumbrorum Rex Osuualdus eum de lauacro exeuntem suscepit: sicque pulcherrimo prorsus Deoque digno consortio, cuius erat filiam habiturus coniugem, cum prius secunda regeneratione

* Kinegilsus Beda l. 3. Mal. presb. l. 2. de gest. Pont. Angl. [illegible] Epist. Vinton.

Vuestsaxonum, id est Occidentalibus Saxonibus. Anno 1067. iam regnauit. tione Deo dedicatum, sibi filium accepit. Donauerunt autem ambo Reges eidem Episcopo ciuitatem, quæ vocatur Dorcic, id est, Dorcestra, ad constituendam illic sedem Episcopalem. Anno autem tricesimo octauo ab ingressu S. Augustini in Angliam, prædicare cœpit S. Birinus Vuestsaxonibus, & eos baptizare. Porro anno Domini sexcentesimo tricesimoquinto, tempore Regis Cinigilsi, canonicos regulares instituit apud Dorcestram, ab Oxonia milliaribus septem distantem: vbi ipse & successores eius viginti & septem Episcopi, annis circiter quadringenti & quinquagintaseptem, fuere: sed Vuilhelmo Conquæstore regnante, Remigius Episcopus eam sedem in Lincolniam transtulit. Stephano autem regni gubernacula moderante, Alexander Episcopus canonicos regulares Dorcestriæ instituit.

Vide Malmesb. loco vbi supra. BEDA venerabilis de gestis Anglorum lib. 3. cap. 7. scribit, beatum Birinum factis dedicatisq; ecclesijs, multisque ad Dominum pio eius labore populis aduocatis, migrasse ad Dominum, & in eadem ciuitate sepultum esse: & post multos annos, Hedda Episcopatum agente, cum inde in Vuentam ciuitatem, id est, Vuintoniam, translatum, V.

Literæ Honorij III. & in ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli honorifice collocatum. Sed Dorcestrenses canonici in hoc Bedæ non assentientes, ad Honorium Pontificem scripserunt, quibus ille hunc in modum respondit: Honorius Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili Stephano Archiepiscopo Cantuariensi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, & dilectis filijs Archidiacono & Officiali Cantuariensi, salutem & Apostolicam benedictionem: Ex parte dilectorum filiorum Abbatis & conuentus de Dorcestria, fuit nobis humiliter supplicatum, vt corpus sancti Birini, qui olim à felicis recordationis Honorio Papa prædecessore nostro in Angliam destinatus, claræ memoriæ Regem Angliæ ab idololatria cum gente sua conuersum baptizauit, & multis coruscans virtutibus, feliciter officio legationis impleto, dicitur sanctus & sepultus in suo monasterio in loco humili extitit, cum nomen eius in sanctorum catalogo habeant, faceremus in loco magis idoneo collocari. Nos igitur de vestra discretione plenam fiduciam obtinentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si rem inueneritis ita esse, præfatis Abbati & Conuentui, vt corpus sancti prædicti ad locum transferant digniorem, authoritate nostra licentiam concedatis. Datum Laterani septimo idus Martij, Pontificatus nostri anno octauo.

ARCHIEPISCOPO autem Stephano prædictis Archidiacono & Officiali vices suas committente, pluribus VI.

S. Birinus iubet corpus suum inquiri. Eius corpus inuenitur. conuocatis anno Domini millesimo ducentesimo vicesimoquarto, inter multos testes, quidam canonicus iuratus dixit crebro se audijsse Vuilhelmum canonicum dicentem, quendam ipsi in visu sæpius apparuisse, iussisseq; sepulcrum quoddam inquirere in ecclesia Dorcestrensi ante altare sanctæ Crucis, vbi inuenturus esset corpus S. Birini: factique ab Abbate potestate, quæsito sepulcro & aperto, præsentibus Abbate & canonicis, inuenisse corpus Episcopi totum cum duplici stola, & infula, & albra è panno serico, atque cum Cruce è metallo confecta, pectori eius imposita: denique cum calice ad vmbilicum eius posito. Post hanc autem corporis inuentionem, quidam septennij

Miracula post corporis eius inuentionem. cæcitate laborans eo venit, & visum recepit. Adolescens à natiuitate surdus & mutus, & audiendi & loquendi sibi [illegible] redditam facultatem: qui quidem ait, in visu iussum se ire Dorcestram, sanitatem illic consecuturum. Cumante [illegible] respondisset nescire se locum, cum qui apparuit, dixisse, se ipsum velle ducere. Atq; ita experge factum se abeodem perductum esse ad locum. Vbi cum curatus esset, & Anglice loqueretur, canonicum quendam ioco dixisse ipsi: Quis te loqui docuit, non enim audiens: nam [illegible] potuisset docere te aliud idioma. Tum vero intra triduum ita perfecte Gallice, vt Anglice, se loqui cœpisse. Est illic etiam quidam excitatus mortuus, leprosus mundatus, rursusque duo alij à morte ad vitam reuocati, & ab ipso ortu mutus, loquendi beneficio donatus.

QVÆ quidem omnia, & plura alia cũ ab Abbate & Conuentu proposita fuissent, quæsitum est ex eis, num qua scriptura circa corpus reperta esset. Abbate id negante, cunctis consentientibus, apertum est sepulcrum, inuentaq; sunt ossa omnia naturali situ & ordine collocata, sed carne in cineres redacta. Inuentus quoq; est annulus, itemque Crux plumbea super pectus eius, calix paruus, particulæ vestimentorum eius, dicta stolæ, [illegible] gr. Inuenta est etiam cæmentum quædam [illegible] perfectus [illegible], nempe pera ex vna parte auro contexta: in qua omnes asserebant pallam supra memoratam, cum Christi corpore fuisse, cuius causa, vt dictum est, supra mare siccis pedibus ambulauit. Exclamauit autem Abbas quidem: Certus equidem sum, isthuc corpus esse sancti Bertini. Audiuit enim hac nocte quasi cuiusdam magnæ personæ vocem eiusmodi: Ne dubites de inuentione corporis beati Birini. Totum corpus reperietis, sed redactum in cinerem. Quæsitum deinde est ex Abbate, quid responderet ad id, quod Beda scriptum reliquit, B. Birinum sepultum quidem fuisse in Ecclesia Dorcestrensi, sed post multos annos ad ecclesiam Vuentanam translatum. Ille vero non negauit ita scriptum esse, sed addebat, in Chronicis non solum visa, sed etiam VII.

Bertini, non Birini, corpus Vuintoniam translatum. audita annotari. Tum præterea aiebat, corpus cuiusdam Episcopi, in angulo retro ostium ecclesiæ sepultum, Vuentanam siue Vuintoniam translatum fuisse, ossibus quibusdam in ea ecclesia relictis: nec credendum esse, talem Episcopum atque Legatum, tam vili loco humatum esse. Denique addebat, post primam B. Birini inuentionem quendam sanctæ vitæ virum, inclusum apud Haliuuell extra Oxoniam, Matthæum nomine, audiuisse vocem dicentem sibi: Birinus in pauimento, Bertinus retro ostium: qui quidem Bertinus decimus à Birino Episcopus fuit. Ad extremum affirmabat, multa Dorcestriæ miracula fieri, Vuintoniæ nulla.

Aliæ literæ Honorij III. DE [illegible] autem certior redditus summus Pontifex, ita rescripsit: Honorius Episcopus, &c. Venerabili fratri Stephano Cantuarien. Archiepiscopo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, & dilecto filio magistro Otheni subdiacono nostro salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectis filijs Abbate & conuentu de Dorcestre olim nobis insinuantibus, quod corpus beati Birini Episcopi in eorum ecclesia in loco humili requiescit: & humiliter supplicantibus, vt illud faceremus in loco magis idoneo collocari: tibi frater Archiepiscope, ac dilectis filijs Archidiacono & Officiali Cantuar. per nostras dedimus literas in mandatis, vt si inueneritis rem taliter se habere, concederetis ipsi Abbati & conuentui authoritate nostra licentiã corpus ipsum ad locum magis idoneum transferendi. Nuper autem recepimus tuas, & eorum Archidiaconi & Officialis literas, continentes quod ipse Archidiaconus vice tua & Officialis prædicti, personaliter ad locum ipsum accessit, & accitis viris vita & fama conspicuis, super hoc veritatem quanta potuit diligentia inquisiuit. Licet autem per ea, quæ inuenit super inuentione sepulcri, vbi prædicti sancti corpus requiescere dicitur, ac super miraculis, quibus diuina dignatio locum ipsum ad inuocationem nominis præfati gloriosissimi Sancti, tam misericorditer, quam mirabiliter modernis temporibus illustrauit, necnon per indicia VIII.

* for. vobis in sepulcro ipso, quod fecit aperiri, reperta, * nobis fiat verisimile [illegible] pusillo loco requiescit eodem: quia tamen in libro Bedæ de gestis Anglorum, legitur [illegible] apud Vuintoniensem ecclesiam

Nota de authoritate Bedæ. olim fuisse translatum, verentes procedere in negocio, contra [illegible] argueremur aliquid præsumpsisse, negocium ipsum ad Apostolicum iudicium remittentes, p[illegible] Archidiaconi nobis sub sigillis vestris fideliter transmittendo. Quanquam igitur ex ipso [illegible] tot & tanti, tamque claris per sæpedicti sancti merita gloriosa coruscare mi[illegible] & nemo [illegible] possit, quod ipse gloriosissimus sanctus locum ipsum sua præsentia corporali [illegible] ad inuocationem nominis eius diuina potentia tot & tantorum miraculorum attestatione [illegible] tamen in tali negocio aliquid de contingentibus omittatur, processum ipsum vobis sub b[illegible] duximus remittendum, discretioni

tioni vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad Vuintoniensem ecclesiam personaliter accedatis, & inquiratis solicite, si per miracula facta in ipsa Vuintoniensi ecclesia mirificauit Dominus sanctum suum. Et si vobis constiterit, miracula paria vel maiora his, quæ continentur in processu prædicto, ad inuocationem nominis dicti sancti facta esse in ipsa Vuintoniensi ecclesia, negocio supersedeatis eodem, nobis, quod inueneritis, literis vestris fideliter intimantes. Alioquin cum verisimile sit, imo dubitari non debeat, quin ipse Beda in Anglorum historia multa retulerit de auditu: & etiam esse potuerit, vt cum duorum sanctorum Pontificum, Birini scilicet & Bertini, corpora in præfata Ecclesia de Dorcestre, sicut ex ipso processu colliguntur, fuerint tumulata, quod Beda de Bertino scripsit, fuerit de Birino receptum, nomine Scriptorum negligentia viatico: sæpedicti sancti gloriosissimum corpus pronuncietis requiescere in sæpedicta Dorcestre ecclesia, quæ ipsius sancti meritis tot tantorumque miraculorum fulgore noscitur illustrata, ipsi Abbati & conuentui tribuatis authoritate nostra licentiam ipsum corpus in locum magis idoneum transferendi. Datum Reatine Neonis Augusti, Pontificatus nostri anno decimo.

Miracula S. Birini meritis facta.

IX. EXECVTIONEM huius Bullæ nusquam reperire potui: non tamen, sicut in illo loco didici, corpus S. Birini gloriosum de loco, vbi in memorata ecclesia antiquitus fuerat sepultum, cum magno honore, sicut intuentibus liquet, esse translatum. Obijt autem tertio Nonas Decembris.

DE SS. CLAVDIO & HILARIA *ac filijs eorum, quære in Vita Chrysanti & Dariæ 25. Octobris, capit. 12. & 13.*

DE TRANSLATIONE *vero SS. Gutuualdi & Bertulphi, qua in tertium diem Decembris incidit, quære in Vita eiusdem Berthulphi, quinta Februarij cap. 30.*

S. BARBARÆ VIRGINIS ET MARTYRIS VITA, A PETRO GALESINO, PROTONOTARIO APOSTOLICO, VIRO INSIGNITER DOCTO, CONTEXTA EX GRÆCIS AVTHORIBVS IOHANNE DAMASCENO ET Arsenio. Baronius sub Maximino Nicomediæ passam censet.

ANN. 230

I. BARBARA virgo & martyr, Maximiano Imperatore, Christiani nominis infensissimo hoste, multis & virtutibus & miraculis insignis fuit. Patrem habuit Dioscorum, Græcum hominem, nobilem quidem virum, diuitijsque affluentem, at impium, & idolorum cultui vel maxime deditum. Huic patri filia plane dissimilis, æternæ salutis appetens, in assidua Dei diuinarumque rerum contemplatione versabatur. Nam ab ineunte ætate ita se à rerum humilium & caducarum cogitatione abduxit, vt cum mundi fabricam sæpe intentoque animo consideraret, tum magnitudine eius & pulchritudine animaduersa, perpetuam constantiam, & certum rerum ordinem admiraretur: facile inde perspexit, tanti operis laudem fortunæ ac falsis idolis non esse tribuendam: sed aliquem præesse, qui hæc omnia fabricatus, summa sapientia moderetur atque conseruet. Hac contemplatione summum rerum opificem colligens, in idolorum, quæ pater venerabatur, os conspuit, ac dixit præterea: Vestri similes sunt, & qui vos fingunt, & qui vos colunt. Atque ita quidem puella Barbara, Spiritus sancti lumine duce, progrediebatur in fide, & sapientia, & ætate, & gratia.

4. DEC. S. Barbaræ pater.

Ad Dei cognitionem vt peruenerit

Psal. 133. & 134.

II. EAM vnicam filiam pater Dioscorus habuit, egregia forma & morum sanctitate præstantem: quæ ne ab hominibus videretur, turrim altam ædificauit, in quam virginem inclusit. Qua in turri cum illa, vtpote quæ initio ætatis contemplationi rerum cœlestium dedita fuit, vitam traduceret, multa secum pie & religiose meditabatur: sæpeque idolorum nefarium cultum detestata, Christianæ religionis fidem non modo intimis animi sensibus, sed aperte colens, zelo Dei accensa, cum de diuinis cæteris rebus, tum de animæ immortalitate, de cœlestibus præmijs, de supplicio æterno, ac de caducis huius mundi rebus sermonem habebat: in ijsque solis animi exercitationibus virgo conquiescebat: cuius voluntas in lege Dei fuit, & in eius præceptis meditabatur die ac nocte. Quibus meditationibus cum animum virgo excoleret, pater impulsus à multis, ijsque nobilibus & potentibus viris, qui sibi illam in matrimonium dari contendebant, hoc multis verbis ei suadere conatur. At illa præcise negat se velle nubere. Stultum enim fore duxit, se iam semel cœlesti sponso dicatam, terrenas nuptias inire, hocque pacto à contemplatione rerum diuinarum abduci: qua vna suauissima cogitatione, tanquam saluberrimo cibo, eius anima alebatur ad æternitatem.

Degit in turri sanctissime.

Psal. 1.

Respuit sponsos omnes.

III. ITAQVE pater cum id impetrare nulla ratione potuerit, perspecta constanti filiæ voluntate, ab eius oculis longe peregrinari statuit, id certe sperans, vt patris desiderio victa filia, eius voluntati cederet. Sed ex cœlestibus illis delicijs, quas pura mentis cogitatione virgo concipiebat, tantum roboris accepit, vt nullis minis perterrita, nuptijs vnquam consenserit, quas terrenus pater appetebat. Ille porro cum peregrinari statuisset, hoc ab eo filia petit, vt balneum sibi ædificetur. Consentit pater, fenestrasque duas, quibus lumen exciperetur, in eo fieri iubet. Hoc ædificium, patre absente, contemplata virgo Barbara, vt fidei, quam religiose colebat, posteris monimentum relinqueret, sanctæ Trinitatis exemplar in eo exprimendum curauit. Itaque pro duabus fenestris, quas pater præscripserat, tres fieri, & labri pauimentum Crucis imagine ornari iussit: sicque magna cum fidei suæ significatione, ædificium illud obscurum & antri simile, sanctimoniæ & spiritus plenum demonstrauit. Pater reuersus, ædificij rationem mutatá dolet, * idque propterea furenter irascitur. Fabri culpam in filiam reijciunt: quæ opportunam hanc nacta occasionem, aperte de sacrosanctæ Trinitatis gloria diuinitus multa dixit. Deinde pluribus verbis ad salutarem Christi Iesu fidem cohortata est patrem: qui graui filiæ oratione iratior factus, vt is, qui omni impietate imbutus erat, e charitatis finibus egressus, stricto ense vnicam filiam aggreditur.

Balneum pater construit.

f * ijsque.

Patri fidem suam explicat.

IV. AT scelerati patris impetum cum potius miseraretur, quam timeret, ob eam causam, ne ille se filiæ cæde nefaria inquinaret, vt irruentis in se patris crudelem conatum animaduertit, statim fuga salutem quæsiuit. Deique opetunc è periculo liberata, quod ingens saxum mirabiliter se patefaciens, fugienti viam aperuit, in summum montem se recepit, vbi in specu occultata, patri lateret. O rem vere omni admiratione dignam: saxum scinditur, vt suo complexu virginem tueatur. Pater ea re admirabili conspecta non commotus, filiam insequitur, vt occidat. Itaque illam diligenter dum inuestigat, in duos pastores incidit: quorum alter se puellam vidisse negauit, alter digito ostendit, quo loco lateret. Pater inhumanus filiam vbi inuenit, eius latera pedibus, dorsum pugnis fœde percutit, crinibus raptam, via aspera ac difficili illam trahit. His cruciatibus virgo, tanquam domus in saxo fundata, quæ neque fluminum, neque ventorum vi concutitur, à fidei Christianæ proposito non remouetur: immo firmior & constantior facta, in tetrum carcerem includitur: vbi ab omnibus destituta, fame & siti afflicta, passis ad cœlum manibus, à Christo sponso, cuius desiderio tenebatur, auxilium implorat, clamitans: Demonstra mihi, quem dilexit anima

Magno miraculo euadit montem

Crudeliter eam cædit pater

Matth. 7.

Cant. 1.

Ibidem. mea, vbi greges pascis, vbi meridie recubas. Rursus: Vnguentum est effusum nomen tuum, propterea dilexerunt te puellæ, te prosecutæ sunt, dicentes: Curramus in odorem vnguentorum tuorum.

Præsidi Martiano christiana traditur Præses eam blanditur. BARBARÆ virginis constantiam pater ægre ferens, vehementiorique ira exardescit: eamque propterea Præsidi prouinciæ Martiano tradit, à quo id magnopere petit, vt nisi Barbara filia, Christiana repudiata fide, patrium deorum cultum suscipere velit, exquisitis torqueatur supplicijs. Præses autem, ne ira aut perturbatione vlla commotus videretur, primum verborum blanditijs, & laudum illecebris, quibus armis ad fallendum satanas vtitur, virginem attentat: cumque de eius pulchritudine, generis splendore, paternisque opibus, tum de alijs rebus, quibus animus allici possit, multa admodum dixisset, postremo ostendit, se, vt eius statui consuleret, deposita magistratus, quem gerebat, seueritate, leniter ac benigne secum egisse. Proinde ipsa daret operam, vt bene monenti pareret, & religionem amplecteretur, temporis & legibus confirmatam. Vbi ea, quæ Præses locutus est, virgo audiuit, grauiter ac plane oratione declarauit, se, quæ terrena sunt, quæque caduca, aliaque eiusmodi, omnino pro nihilo putare, eaque toto animo solum appetere, quæ cœlestia sunt, & quæ sempiterna. Propterea non esse dubium, quin Christo pareret: immo vero voce, vultu & animo constanti ac libero satis fecit Iesu Christi fidem confessa, Præsidem, qui idolorum impietatem malitiosis blanditijs suadere ei conabatur, vehementer reprehendit. V.

Constantia eius. Ego, inquit, sacrificare parata sum Domino meo Iesu Christo, qui creauit cœlum & terram, & omnia quæ cœli & terræ ambitu continentur. Vestros autem deos detestor, quos Propheta optime sic describit: Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non erit vox in gutture eorum. Similes illis fiunt, qui faciunt, & omnes qui confidunt in eis. *Psal. 113. & 134.*

PRÆSES igitur cum allicere blanditijs virginem non potuisset ad falsum idolorum cultum, tum etiam eius oratione grauius commotus, deposita omni simulatione, vultu tristi ac seuero tormenta, quibus illa crucietur, apparari iubet, id aliquando sperans fore, vt hac via sibi succederet, quod assequi vehementer conabatur. Itaque virgini vestimenta primum eripiuntur: deinde nuda neruis bubulis cæditur: & quo acrior ei dolor inureretur, præacutis testulis vulnera perfricantur. His tamen cruciamentis virgo & martyr Barbara non fracta, neque debilitata à Christiana religione abduci non potest. Quam animi constantiam in ea Præses expertus, in carcerem tandem illam includi iubet, quoad statueret, quæ grauiora ei in posterum adhiberet supplicia. In custodia cum illa esset, media nocte carcer, vbi erat, clarissima luce collustratur, in conspectumque ei Rex gloriæ Dominus dedit: qui & præsentem dolorem consolatus est, & ad reliquas pugnas atque pœnas cohortatione confirmauit: tum vulnera, quæ ei grauia multa erant, sanauit. VI.

Nuda neruis flagellatur.

Christus in carcere eam confirmat.

QVÆ miracula cernens Iuliana religiosa fœmina, secum ipsa mirata est, quo modo in ipso ætatis flore illa præ paterno timore & obseruantia antiquius duxerit se per tormenta Deo conciliari, quam paternas, quæ ab Præside ei propositæ erant, delicias persequi. Hæc igitur non sine summa admiratione animo illa reputans, in idem certamen, quod forti inuictoque animo Barbara virgo sustinebat, se sponte coniecit. Sic admirabiliter sana virgo, maxima adiuta esse cœpit, ita vt tormenta vel grauissima non timeret. Itaque postridie eius diei mane in iudicium cum deducta esset, neque vlla plagarum, quas acceperat, signum appareret: Præses admirabili ea curatione perspecta, Vides, inquit, puella, quantam tui curam dij gerant, qui te verberibus grauiter cæsam, sanauerunt? Est igitur, eur illis & gratiam habeas, & cultum tribuas, quorum singulari beneficio incolumis & salua es. At illa, quæ à Christo sponso, non vllis verborum insidijs, non minis, non cæde, non supplicijs diuelli poterat, summa vocis & orationis gratia in hanc quæ sequitur, sententiam respondit: Dij tui sunt tui similes, muti, cæci, & sensus omnis expertes, qui cæcis non videndi, claudis non ambulandi, mutis non loquendi facultatem tribuere queunt, non ægros sanare, non mortuos ad vitam reuocare possunt. Qui hæc omnia præstitit, & præstare potest, is Christus est Iesus filius Dei viui. Hic ipse est, qui me sanauit, quem tu prophanis oculis, & mente tenebris obducta videre non potes: neque enim tu ea dignus es gratia. VII.

Conuersio S. Iulianæ matronæ.

Constanter Præsidi respondet.

HAC oratione Præses vehementius commotus, virginem ferreis vnguibus dilaniari, eius lateribus faces accensas admoueri, tum demum caput malleolis quibusdam pertundi iubet. Illa vero, coniectis in cœlum oculis: Domine, inquit, qui scrutator es cordium, nosti qua ego tui desiderio tenear: ne me derelinquas, quæso, vsque in finem. Strenua Christi martyr Barbara iterum grauissimis supplicijs cum torqueretur, ea fortius tulit, quam non solum mulieris imbecillitas, sed humana natura postularet. At Iuliana, religiosa & pia mulier, cum teterrima quibus illa afficiebatur, supplicia cerneret, non potuit lachrymas & gemitus continere: non destitit tamen in his lamentis eam ad fidei constantiam cohortari. VIII.

Diuersissime cruciatur.

QVOD cum Præses animaduerteret, ijsdem tormentis ipsam cruciari imperat. Itaque vni, & item alteri vbera præciduntur, idque ad intendendam sexui grauiorem contumeliam. Hoc autem ipso in cruciatu beata Barbara ita precabatur: Ne projicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Vberibus præcisis, tum vtraque nudis detractis vestibus, per loca publica passim perducitur. Num vllum aliud commentum hoc scelere fœdius excogitari potuit? num aliud contumeliæ genus tam insigne ad muliebris sexus infamiam? At illæ Deo gratias agebant. Nam quo plures impius Præses & iniurias & cruciatus adhibuit eo plures coronas vtrique imposuit, sibi autem plus dedecoris accersiuit: ideoque grauiores pœnas, & plures carbones ardentes capiti suo congessit. IX.

Iuliana sit socia pœnarum ho tibi... Psal. 50.

POSTEAQVAM vero ita fœde in omnes vrbis partes ambæ perductæ sunt, fertur sententia: capitis damnatæ, gladio feriri iubentur. Tum læto lætæ incedunt, non tanquam ad necem, sed sicut athletæ ad ludorum magistrum, victoriæ palma proposita, quam à Domino accepturæ erant in cœlis. Cædis minister non aliquis alius fuit, sed pater ipse martyris & virginis Barbaræ: qui omnis humanitatis expers, & in filiæ nece nullum sentiens dolorem, triste expleuit ministerium. Cuius feram crudelitatem non diu tulit impunem diuina iustitia: nam statim eo ipso loco, quo filiæ caput abscidit, fulminibus de cœlo iactis comburitur. Atque hoc quidem victricis Barbaræ virginis fuit stadium, hoc nouum certamen, quod illa forti inuictoque animo, & summa fidei constantia confecit. X.

Pater eam interficit. Fulmine propterea perit.

Hæc est victoria, quam vicit in Christo, & redimita est non oleastro, sed illustri corona gloriæ: quam laudauerunt Angeli, quam Dominus descripsit in cœlis, quam admirati sunt homines, & admirantur, plaudentesque prædicant in Ecclesijs. In memoriam enim sempiternam erit iustus, & iustitia eius manet in seculum seculi, Amen.

* *
*

MIRA-

MIRACVLVM SANE MEMORABILE, DIVINITVS DECLARATVM IN HOMINE QVODAM FLAMMIS MISERE EXVSTO, ET TAMEN IN VITA CONSERVATO ADMIRABILITER DONEC CONFESSIONE ET EVCHARISTIA MVnitus esset meritis sanctissimæ martyris Barbaræ, à Theodorico Pauli Gorcomensi, qui præsens interfuit, conscriptum. Contigit miraculum hoc, anno Christi 1448.

I. POST mortem domini Frederici de Blanckenheim, Traiectensis Ecclesiæ Episcopi, propter electionis dissidium duos accidit pro Episcopatu contendere: è quibus alter, quamuis canonice electus, & a subditis receptus, paulo post tamen vi denuo est extrusus atque fugatus. Eam ob rem Martino Papa in rebelles schismaticosq; excommunicationis censura animaduertente, accidit, multos tum Ecclesiasticos, tum plebeios Deum timentes, à Traiecto, propter quod Apostolica ibi censura contemnebatur, discedere: quippe qui inobedientiæ exilium præferre mallent. Inter hos lanius quidam, non minus pius quam diues, ne peccatis consentiret alienis neve anathema contemneret, in Gorcum, quod est Hollandiæ oppidum, exul sese continuit. Nomen viro erat Henrico Kock. Hic diuam virginem ac martyrem Barbaram quotidie consueuerat venerari. Audierat namque, quisquis hanc in honore habuisset in vita, absque confessione & Eucharistiæ sacramento non mori.

Fredericus Episcopus Traiectensis.

S. Barbara quid impetret suis cultoribus.

II. AGEBAT vitæ suæ annum ferme septuagesimum, qui diuinæ Incarnationis erat millesimus quadringentesimus quadragesimus octauus, dum ex agro redeunti hæc accidit calamitas. Siquidem in nocte, qua festum agitur diui Augustini, quando labore rurali fatigatus dormiebat, candela ardens in stamina, quorum forte ingens tum copia adesset, cecidit. Vnde domus accensa, ilico tota conflagrauit. Euigilarunt prædictus Henricus & Andreas filius eius, & pariter territi, vix incendium vel nudi euasere. Nam Andreas inter fugiendum ab igne circa genitalia læditur: Henrico vero patri indusium, quo caput inuoluerat, duobus in locis ardere cœpit. Verum corpore liberatus, pro pecuniæ amissione maiori solicitudine cœpit vrgeri. Quare in domum redire statuit extracturus nummos. Itaque signo Crucis se muniens, vbi in domum flammis relictam cucurrit, hæc ante super corpus eius nudum corruit, quam ad conclaue, in quo pecunia recondita iacebat, perueniret. Hinc cum certa iam mors instaret, tametsi vrentibus flammis grauiter torqueretur, maiori tamen dolore afficiebatur, quod sacramentis Ecclesiasticis non esset præmunitus. Ea propter, desperata corporis salute, pro animæ duntaxat remedijs ad diuam Barbaram, qua tunc potuit deuotione, se contulit. Orans igitur: Sancta, inquit, Barbara, quod per sponsum tuum nunc potes, succurre misero, & in peccatis morienti. Fiat tuis precibus in me, quod olim pro Christo tibi morienti cælitus est promissum. Memor sit sponsus tuus sanguinis tui rosei atque virginei: memor sit castissimi atque feruentis amoris tui, ne de corpore meo egrediatur anima, nisi confessionis sacramento ante purgata, & salutifico viatico præmunita.

Inuocat sanctam Barbaram in medijs flammis Henricus quidam.

III. VIX orationem finierat, & ecce virgo adstat decora sanctissima Barbara, eo scilicet schemate, quo in templo picta cernebatur. Hæc pallio suo mox ignium globos restinguens, per stramineum tectum candida sua manu illum eduxit, atque tuto in loco statuens, sic illi locuta est: Quia grata mihi sæpenumero deuotionis obsequia obtulisti, & modo diuinam misericordiam per meum patrocinium implorasti, meo scias interuentu tibi ad auroram vsque vitam propagatam: quo viuendi spatio, confessionis, Eucharistiæ atq; extremæ Vnctionis sacramenta recipias. His dictis, ad superna rediens Barbara virgo, disparuit. Sæuiebat interea ignis, & vicinas domos absorbere festinabat. Clamant vigiles, & pulsatis campanis ciues excitati, accurrunt. Cæterum Henricus ille prædictus, sanctissimæ Barbaræ præsidio flammis ereptus, ab imo pedum vsque ad verticem capitis fuerat adustus, nec minus intus, quam extra, in corpore torridus. Vnde assati cadaueris speciem magis, quam hominis, præferebat. Siquidem verenda eius ignis edax adeo absumpserat, vt hiantibus in inguine vulneribus, etiam exta nudarentur cremata. Nates & clunes eius flāma vorauit: hypochondria, venter, pectus, ascellæ, collum ac scapulæ non modo adusta, sed inflexibilia quoque, & vt ferrum rigida erant. A vertice deniq; capitis, capilli cum carnibus defluentes, & ossa nudantes, in genis hærebant. Quid multa recenseo? Adeo fuit crematus, vt ossibus vix modica adhæreret caro, tanquam Æthiopis nigra. Nam præter oculos, linguam, & cor, quæ per beatæ Barbaræ subuentionem ex diuina miseratione adhuc suo in vigore viuebant, nihil in eo manebat reliquum.

S. Barbara extrahit hominem è flammis.

Hypochondria Latine præcordia.

Ecce miraculum admiratione dignissimū.

IV. HIC itaque, quamuis nihil in eo cerneretur præter admirabile horrendumque cunctis simulacrum, per duos longos vicos, & plateam dictam die Molenstraet, de incendij loco ad filiæ suæ dilectæ Dieuardæ, quæ viro honorabili Neudoni filio Arnoldi dudum nupserat, domum solus iuit: vbi arentes pediceæ inter eundum à corpore eius decidentes, combustionis pariter ac miraculi euidens testimonium præbuere. Hæ tamen altera die collectæ, humando eius corpori sociatæ sunt. Itaque ad filiæ domum postquam aduenit, præmortuum eius corpus lecto impositum est: ipse vero nihil aliud, quam sacramenta Ecclesiastica, paulo post moriturus expetijt, omnibus interim manifestans, quanta sit Dei misericordia, B. Barbaræ precibus ac meritis in se collata. Quippe cuius mortuo atque cremato corpori, ne sacramentorum expers moreretur, vita seruabatur.

Itemque aliud.

V. PERCREBVIT interea per ciuitatem stupendi huius miraculi rumor: & licet incendium interim omni fere momento seipso fieret maius, adeo vt ad templum vsq; diuæ Agnetis, tunc aliquoties etiā accensum, multas domos absumeret, ad spectaculum tamen hoc mirabile cadaueris, vt ita dixerim, mortui, plures, quam ad restinguendum ignem, confluebant. Idcirco vt maius fieret miraculum, confortatus à Deo Henricus, perinde ac sanus & incolumis, populo aduentanti prædicabat. Noscebat omnes, & ad terrenorum contemptum cœlestiumq; amorem, quoscunq; poterat, inuitabat. Flentes pro se, propterea arguebat, quod pro se non vlla dolendum sentiebat: quippe cum quo Deus misericordiam fecerat. Hortabatur quoq; eos, qui aderant, vt Deum in cunctis eius operibus laudarent, casta ac feruenti deuotione colerent, & eius matrem virginem Mariam pia veneratione diligerent, sanctissimam quoque Christi sponsam Barbaram præcipua deuotione honorarent. Hæc enim, inquit, vt cernitis nunc oculis vestris, honorantibus se sacramenta confessionis & Eucharistiæ ante mortem impetrat. Ad hæc miraculi huius in se facti narrans ordinem atq; modum replicat addens illucescente aurora quantocyus in testimoniū veritatis è seculo se migraturū.

Mira profecto sunt hæc.

VI. NE vero de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut quod diuinæ erat miserationis, naturæ, aut fortunæ adscriberet, rogabat honestissimos quosque vtriusq; sexus senes, vt accederent, & exploratis visu, tactuque probatis singulis & membris, & locis, discerent non virtutis humanæ, quod viueret, sed potestatis esse diuinæ. Accedentibus ad lectum multis, & cum trepidatione tangentibus: Non sentio, inquit, vestro ex tactu læsionem. Tangite securi adusta membra, & hiantia vulnera, corporisq; rimas, quoniam gloriam Dei loquimur, etiam oculis explorate. Videbitis quidem combusta ac præmortua omnia, nec sine admirabili Dei virtute mihi adesse vitam. Adhæc humana curiositate permoti, cum multi omnia lustrassent, Dei omnipotentiam, & sanctæ Barbaræ merita benedixerunt.

O vere impios, qui sanctorum meritis & inuocationi derogant.

HIS ita peractis, cum omnium peccatorum suorum ab infantia confessionem fecisset, & sumptis sacramentis,

ter adhuc denuo confessionem repetisset, S. Barbaram electam suam patronam diuumque Laurentium inuocans, orans vt hæc assatio corporalis & temporalis, quam sustinuerat, incendij pœna, sibi in omnium cederet expiationem peccatorum. Postremo illucescente aurora, confessori & adstantibus dixit: O pater amande confessor, cæterique omnes amici, adest iam hora, qua moriens à vobis recedam. Quapropter hoc temporis breui spatio a me, quæso, nolite recedere, sed orationibus me vestris iuuate. Hæc dicens, ad Deum orando se conuertit, atque beatissimæ virgini Mariæ, B. Barbaræ atque omnium Dei electorum precibus se commendans, suorum veniam peccatorum iterum orauit.

Tandẽ moritur homo, sacramentis munitus.

Post hæc sonora voce: Domine, inquit, Iesu Christe misericordissime Deus, qui me in ara sanctæ Crucis preciosissimo sanguine & acerbissima morte redemisti, miserere mei. Ecce in manus tuas commendo spiritum meum. Hæc dicens, emisit spiritum. Ad laudem igitur Dei, & honorem beatæ virginis ac gloriosæ Barbaræ, crematum eius corpus oculis omnium intra domum contuendum exponitur, & tandem in templo Gorcomensi iuxta suggestum, ciuibus omnibus pro amore viri accurrentibus, vespere sepelitur.

His ego Theodoricus Pauli de Gorcum quia interfui, & prædicti Henrici confessionem quater audiui, sacramenta administraui, vulnera eius ac membra tractaui, tractandaque aliis obtuli, ipsum præterea tenui inter brachia VIII.
mea morientem, & ne modico quidem tempore, vt rogatus quoque à filiabus & amicis, ab eodem recessi, non potui tam glorioso miraculo testimonium, non præstare, & hæc ad Dei gloriam scribere.

ITEM CERTAMEN EIVSDEM SANCTÆ ET GLORIOSÆ MARTYRIS CHRISTI BARBARÆ, EX SIMEONE METAPHRASTE. HABETVR APVT ALOYSIUM.

4. DECEM.

* Maximino. Baron.

Dioscorus pater S. Barbaræ.

MAXIMIANO* impio Imperatori, qui studij plurimum conferebat in errorem idolorum, hoc I.
maxime perpetuo erat curæ, vt dæmones quidem coleret, & impietatem omnibus opibus & viribus confirmaret: ij autem, qui Christi diuinum nomen colebant, aut piam fidem abiurarent, aut variis traditi suppliciis, cum bonis omnibus quæ aderant, vita quoque violenter priuarentur. Quædam autem regio, quæ vocatur Heliopolis, virum habebat insignem, religione quidem gentilem, valde vero diuitem, & huius mundi splendore clarissimum. Is vocabatur quidem Dioscorus: vnius autem puellæ erat pater, cui nomen erat Barbara. Eius vero in illam is erat amor, qui debebat esse eius, qui in illam solam omnem suam spem defixerat. Eam cum, vt quæ esset vultu admodum formosa, & pulchritudine eximia, vellet conseruare integram, & nulla labe pollutam, & ideo nec sineret quidem adspici ab iis, qui foris erant, excelsa turre constructa, & domo in ea artificiose ædificata, illic beatam ita collocauit habitandum, vt nec vlli ad eam pateret aditus, nec vir vllus eam attingeret oculis. Erat autem hoc opus diuinæ prouidentiæ, quæ futurum diu ante considerabat. In ea enim Paracleti gratia latenter eius oculos latenter attingens, & illuminauit luce diuinæ cognitionis, & verum Deum notum ei fecit admirabiliter. Habebat ergo turris virginem, quæ ædificata erat super fundamentum fidei, & conseruabatur ad hoc, vt esset salus multorum.

S. Barbara in turri commoratur.

CVM autem iam esset nubilis, pater erat valde solicitus, quisnam esset eam accepturus vxorem: & multi qui- II.
dem & genere & opibus præstantes, de eius coniugio cum eo sermones contulerunt. Eius enim pulchritudo, etsi non conspecta, auditione tamen accepta, faciebat vt eius nuptiæ magna contentione peterentur. Verum enimuero patri videbatur esse indecorum & plane illiberale, si quod ipse magno agebat studio, filiæ non notum existeret, & eius scopo minime assentiretur. Ad eam quidem certe veniens, de matrimonio cum ea communicat, & quanto studio & quanta cura ei prouidere cuperet, significat. Illa autem cum non modo corde, sed ne summis quidem auribus eam rem vellet admittere: sed tanquam absonum & absurdum aliquid id eiecisset, & ipsum patrem itate repulit: Et, Ne de ea re, dixit, mecum iterum verba feceris. Nam tu pater deinceps non vocaberis, & effices, vt ego mihi manus afferam. Pater autem statuens longe esse honestius persuadere, quam cogere, ratusque eius constantiam non esse pertinaciam, nec inobedientiam, sed vehemens desiderium castitatis: & alioqui ei præbens tempus deliberandi, sperans fore, vt fortasse mutaretur, & ei morem gereret, cum nihil dixisset amplius, ex turre quidem descendit protinus: veniens vero ad lauacrum, quod tunc ædificabat, totus ei vacabat: cuius vrgens ædificationem, & magnam artificum adducit multitudinem: & cum, vt quamprimum effectum redderent ædificium, mandasset, & eis integram mercedem præbuisset, ipse in longinquam profectus est regionem.

Omnino recusat nuptias.

Lauacrum ei conditur.

CVM diu autem esset moratus in ea peregrinatione, Dei ancilla Barbara descendit ex turre, visura quemad- III.
modum fieret lauacrum. Deinde cum illic fuisset, & contemplata esset partem, quæ vergit ad meridiem, duas habere fenestras, quæ lucem præbeant, reprehendit artifices, dicens: Cur duabus fenestris tertiam non adiecistis, cum sic & maius lumen posset accipi, & id simul esset futurum elegantius & magis decorum? Cum ij autem dixissent, Pater tuus sic iussit: instabat Barbara, vt aliam adiicerent. Cum ij vero alteram vererentur addere, patris metum adducentes tanquam honestam excusationem, beata Barbara tres simul ostendens cum digitis, Vobis, inquit, tres sunt constituendæ fenestræ. Si pater autem ægre ferat, ipsa reddam rationem. Cedunt artifices, & implent id quod eis imperatum fuerat. Postquam vero fuit effectum totum lauacri ornamentum, sæpius accedens sancta ad id contemplandum, quoniam cor eius possidebat diuini Spiritus gratia, & per fidem impletum erat fiducia in Christum, stans ad piscinam, & adspiciens ad Orientem iis, quæ erant in ipsa, marmoribus digito impressit figuram diuinæ Crucis: & vt posteris quoque notum esset id, quod factum fuerat, & Christi virtus prædicaretur, Crucis figura, quæ digito erat signata, tanquam ferro insculpta, in hodiernum vsque diem signata ostenditur in marmore, non ad tactus solum admirationem, sed etiam ad maiorem fidem adducens spectatores. Verum enimuero in hodiernum vsque diem hoc quoque lauacrum conseruatur, quod iis, qui sunt Christi amantes, curat omnem dolorem. Quod quidem si quis velit comparare cum fluentis Iordanis, aut cum fonte Siloe, aut etiam cum piscina Probatica, à veritate minime aberrauerit. Etenim per illud similiter Christi virtus ostenditur multa efficere admirabilia. Per hoc ergo lauacrum martyr aliquando transiens, cum in simulacra iniecisset oculos, quæ ab eius patre colebantur, & dij male existimabantur, eorum quidem adspectum ægre tulit: grauia autem edens suspiria propter eius, qui ea colebat, animam plane nullo sensu præditam, deinde illorum quoque vultus conspuit, dicens: Similes vobis fiant, qui vos adorant, & omnes qui vestro indigent auxilio. Sic dixit, & cum in turrem rursus redisset, orationibus vacabat & ieiuniis, & tota dependebat à bonis cælestibus.

S. Barbara iubet tertiã addici fenestram in lauacro.

Nota signũ Crucis, & in eo factũ diuinitus miraculum.

4. Reg. 5. Ioan 9. Ioan 5.

Psal 113. Vide sanctæ virginis excicina.

NON multum temporis intercessit, & iam pater ad eam reuersus, & quæcunque erant domi considerans, postquam in lauacrũ iniecit oculos, visa tertia, quæ duabus adiecta erat, fenestra, rogauit quonã modo hoc factum fuisset

præter

præter eius iussum. Cum autem illi ei exposuissent, quæ innouasset filia, eam accersiit & rogauit. Illa vero nullo modo negauit: sed dixit oportere sic fieri, & recte factum esse asseuerauit. Ille vero statim motus ad iram, Dic mihi, inquit, quomodo & quanam ratione ita se habet melius? Illa autem, Quatenus, inquit, tres multum differunt a duobus. Nam tres, inquit, fenestræ illuminant omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc vero dixit omnino, sanctæ Trinitatis significans maiestatem. Deinde pater conturbatus nouitate sermonis plane admiratus, cum eam seorsum assumpsisset, & venisset ad ipsam lauacri piscinam, Quonam modo, inquit, lumen trium fenestrarum illuminat omnem hominem? Illa autem, Attende, inquit, pater, & intelliges id quod dictum est, & simul ei ostendit signum Crucis. Deinde etiam ostendens digitis, Vide, inquit, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ab hac luce omnis creata natura illuminatur intelligenter. Hunc itaque verum sermonem cum malæ & ad mendacium exercitatæ aures minime tulissent, ita fuere repletæ: & pater oblitus se esse patrem, tyrannus properauit esse & parricida, & qui pendebat ab humeris, stricto ense pater aggressus est sua manu occidere Barbaram. Illa autem cum manus simul & oculos & mentem in cælum sustulisset, eum qui potest dare salutem, vocabat ad auxilium. Ille vero non neglexit ea facere, quæ consueuerat: sed quomodo Teclam protomartyrem conseruauit ab iis, qui persequebantur, petræ quæ occurrerat, iubens, vt disrumperetur, & eam sinu exciperet: ita hanc quoque gloriosam simili conseruat miraculo. Nam cum ille carnifex (neque enim parricidam fas est vocare patrem) ense sublato procederet in filiam, petra scissa in duas partes, eam excepit diuino & omnipotente nutu, &, ne a manibus cædem spirantibus caperetur, conseruauit, transmittens ad loca magis montana. Sed nec sic quidem poterat intelligere, qui ipsis lapidibus erat magis impatibilis, & minus sensu præditus. Adhuc enim eodem incitabatur impetu, & desiderabat accipere filiam: non vt qui esset pater, sed potius filius eius, qui fuit homicida ab initio, vt dicam cum diuina scriptura: vt, cum inuenerit, simul mactet & perdat.

Pater ægre fert tertiam adiectam fenestram.
Patri prædicat S. Trinitatem.
Ille cædem ei afferre vult.
Insigne miraculum.
Ioan 8.
Ioan 10.

V. Cum vero in duos incidisset pastores, rogauit an de ea scirent aliquid. Ex his autem alter quidem, qui erat animo misericors, & cui displicebat, eam quam pater persequebatur, prodere, statim negauit, & se simulauit ignorare, mendacium salutare pro veritate, quæ læderet, eligens. Cæterum hic aperte erubescebat Herodes, qui non recte seruabat iusiurandum, vt etiam aliquid inseram narrationi, & qui, vt malam defenderet voluptatem, stabat iusiurando. Altero vero nequaquam quidem lingua, sed digito, quod est sceleratius, indicans, ostendebat viam, quæ ad ipsam ducebat. Quod factum est itaque, non tulit iustitia, sed statim sceleris intulit supplicium: & cum eius oues execrata esset martyr, non amplius erant oues, sed mutatæ fuerant in scarabeos, qui ad perpetuam sceleris accusationem, sanctæ Barbaræ sepulcrum perpetuo circumuolant. Hæc ergo dolosi pastoris vestigia secutus amens Dioscorus, cum sanctam in monte comprehendisset, primum quidem ira vt erat ita percitus, conscindit verberibus. Deinde eam coma apprehendens & vi trahens, tunc quidem includit in parua domuncula, imponens custodes, & ostium obserans & obsignans. Deinde etiam magna celeritate veniens ad Præsidem Martianum, qui tunc illic gerebat magistratum, refert ei rem omnem. Summa autem erat, quod deos quidem negasset filia: res vero Christianorum elegisset præter spem honorare. Hæc dixit, & adductam tradit in manus illius, cum eum prius adegisset sacramento, non passurum esse filiæ, (ô paterna viscera, pater) sed violentissime eam esse tractaturum, & esse grauissimis consumpturum suppliciis.

Mendacium salutare, puta virginis.
Matth 14.
Crudeliter in S. Barbaram sæuit pater.

VI. Martianus ergo cum sedere protinus fecisset iudicium, & sanctam curasset sistendam: tunc motum contemplatus honestatem, & formæ pulchritudinem, patris sacramenti oblitus, eam paratus erat magis mirari, quam castigare. Sic ergo & verbis benignioribus, Miserere tui, dicebat, ô Barbara, promptoque & alacri animo nobiscum diis sacrifica. Nam ego quidem tui curam gero, & parco tormentis talem subiicere pulchritudinem. Sin autem non parueris, me deinceps coges te vti, vt volo. Martyr autem, Ego sacrificium, inquit, laudis Deo meo offero, qui creauit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. De tuis vero, inquit, vanis diis, prædictum quidem est à Dauide in diuino spiritu: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Et: Omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit. Ei vero ego quoque assentior, esse vanam, quæ est in eis, spem, & inanem aperte confiteor. Hæc cum dixisset martyr, iudex ita accensus, iubet eam exui, & crudelibus boum neruis crudeliter cædi. Deinde cum vellent ei efficere sensum acerbiorem, iubet plagas cilicio atteri. Cum puniretur ergo tam inhumane, aperiebantur graues fontes corporis, adeo vt totum solum irrigaretur sanguine virginis. Deinde post verbera eam carcer excipit, dum occupatus esset Præses in deliberando, cuinam supplicio eam postea traderet.

S. Barbara sistitur ad tribunal.
Psal. 113.
Psal. 95.

VII. Cum autem iam esset nox media, lux ipsam circumcirca illuminat à superis, & Christus apparet, qui & ei addebat animum, & iubebat vt nullo modo timeret mala hominum. Ego enim, inquit, sum tecum, & seruaberis sub vmbra alarum mearum. Nondum finem acceperant verba, quæ fiebant martyri, & quod ab Esaia dictum est, in ea est consummatum. Nam cum cito ei exortæ essent curationes, & plagæ tanquam non fuissent ab initio, à corpore expulsæ essent, gaudium tenuit sanctam & exultatio, & lætitia æterna super caput eius, vt rursus dicam, quod dicit Esaias. Mulier autem quædam pia, & timens Dominum, nomine Iuliana, tunc conuersans cum martyre, postquam admirabilia, quæ in ea facta sunt, est intuita, & quemadmodum continuo plagæ euanuerunt, Deo dans gloriam, & instar sororis cum martyre consentiens, seipsam præparabat ad plagas & flagella. Deinde cum Præses ad secundam sedisset examinationem, adducta ad eum sancta, & viso admirabili omnibus spectaculo, quod nec leuis quidem in eius corpore laceratio, neque vllus vibex apparebat, Iudex ad veritatem aperte cæcutiens, mittens magnæ Dei potentiæ ascribere id, quod factum fuerat, & prioris vitæ & erroris duci pœnitentia, ille potius omnem exuit pudorem, & diis suis impudenter eam attribuens sanationem: Vides, dixit, ô Barbara, quemadmodum te dij tuentur, & tui curam gerunt, qui tuas plagas curarunt. Cui martyr Christi: Qui similiter, inquit, atque tu, cæcutiunt, & humana manu indigent ad hoc, vt perducantur ad essentiam, quemadmodum tale quid potuerunt facere? Sed si vis scire quisnam sit, qui me sanauit, est Iesus Christus filius Dei viui: quem fieri non potest vt contuearis, cum profundis tenebris impietatis orbatus sis oculis animæ.

Christus ei in carcere apparet.
Esa. 35.
Iuliana mulier, martyri se associat.
Constans vox martyris.

VIII. His verbis Præses ad maiorem accensus iracundiam, & non valens se continere, iubet iis, qui aderant, ferreis pectinibus latera virginis scindere, & tædis ignis membra iam lacerata vrere. Deinde etiam malleo percutere venerandum eius caput. Quæ quidem cum celerrime fierent, ea videns pia Iuliana, & animo ægre ferens, cum non posset opem ferre, faciebat quod poterat, & suum in eam amorem ostendebat, nihil curans eos qui aderant, nec Præsidem: sed vberes lachrymas effundens ex oculis. Cum eam ergo adspexisset Martianus, & quænam esset didicisset, postquam eam quoque audiuit esse Christianam, & Barbaræ misericordia motam, animo perturbari, iubet eam quoque comprehendi, & ligno suspendi, & similiter atque martyri, pectinibus ferreis latera discerpi. Atque variis quidem certaminibus exercita Barbara, cum acerbe lauiaretur, oculis in cælum sublatis, Tu nosti, inquit, Deus cognitor cordium, quod te desiderans, & tuas amans leges, me totam tibi obtuli, & à tua pendeo dextera. Tu ergo Domine, ne me derelinquas: sed me per tuam suscipias misericordiam, & nos ambas confirma & corrobora, vt cursum præsentem pergamus. Sed sic quidem martyr Christi Dominum, propter quem hæc sustinebat, rogabat, vt eius

Immaniter cruciatur.
Item S. Iuliana.

Matth. 26. auxilio roboraretur naturæ imbecillitas. Sciebat enim eum esse veracem, qui dixerat: Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma.

Vbera earũ exciduntur. TYRANNVS autem, vt qui ei se omnino opposuisset aduersarium, vt animi superaret fortitudinem malorum copia, conuertitur ad aliud supplicium: & iubet earum vbera scalpello effodi. Scio vos ad solum perpessionis auditum caligasse. Quid ergo effecturum erat vt hoc paterentur, idque fœminæ, nisi amor quo tenebantur, Christi, inquam, amor inexpugnabilis? Sed enim Christi ancillam Barbaram minime latebat, quodnam esset eis medicamentum aduersus dolorem tam vehementem. Propterea rursus inuocabat supernum auxilium: Ne auertas à nobis, dicens, faciem tuam Christe, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à nobis. Redde nobis, Domine, exultationem tui salutaris, & spiritu principali confirma nos in tuo timore. Cum vero ad hoc supplicium ambabus esset vnus animus, & vna & eadem constantia ac tolerantia, Præses aliquid callidius, vel potius malignius excogitans, eas disiungit à se inuicem: & Iulianam quidem tradi in custodiam, Barbaram autem iubet nudam traduci per regionem, & præterea flagris cædi. Martyr ergo tam turpiter & tam indecore circumacta, rursus faciebat ea quæ consueuerat, & in cælum defixis oculis: Qui cælum, aiebat, circundas nubibus, & terram tanquam fasciis contegis caligine, ipse quoque ô Rex, meam operi nuditatem: & effice, vt mea membra non cernantur ab oculis infidelium: ne tua ancilla subsannetur & irrideatur ab iis, qui nos circunsistunt. Audiuit extemplo sancto suo velox Deus ad defensionem: & statim apparens, cor quidem eius implet gaudio: quæ sub visum autem non cadebat, eam stola induit: & cum sic peregisset transuectionem, rursus eam ad sceleratum adducunt Martianum.

Psalm 50.

Graue supplicium pudicissimæ virginis.

POSTQVAM ergo cognouit eam, & quæ idem sentiebat, pulcherrimam Iulianam, neque bonorum promissis, nec malis intentatis vel tantillum persuaderi, cauens ne maiori afficeretur dedecore, vt quod esset aperte stultum extentare, quæ fieri non possent, fert in ambas sententiam, vtrique iubens caput amputari. Præsens autem filiæ occisor pater, cum esset spectator eorum quæ fiebant, non hoc satis habuit, neque contentus fuit tam magna calamitate, quod pater suis scilicet videret oculis filiam, eamque tam pulchram, manibus perimi lictorum: sed nisi ipse sua manu interimeret, hoc iudicabat esse imbecillitatem & animi mollitiem, perinde ac nisi ille quoque cerneretur malus, arbitratus esse manifestum dedecus. Propterea ergo iam prolata sententia, assumit martyrem, facturus cædem propriis manibus. Cum ergo abduceretur in montem, & ipsam consequeretur Iuliana, Barbara iam vitæ exitum acceptura, curam gessit sibi charæ orationis, & genibus flexis: Principij expers, inquit, Deus, qui cælum extendisti tanquam fornicem: terram autem fundasti super aquas: Qui nubibus iubes vt pluant, & producis Solem, vt lucem præbeat omnibus: & communiter hæc & iustis & iniustis, & bonis & malis simul suppeditas, tu quoque nunc precantem exaudi, ô Rex, vt qui tui nominis & meæ meminerint decertationis, ne pestilens morbus in eius domum ingruat: neque vllum aliud ex iis, quæ possint corporibus afferre damnum & molestiam. Scis enim, Domine, nos esse carnes & sanguinem, opera intemeratarum tuarum manuum, & honorata tua imagine & similitudine. Dixit, & vox de cælis audita est admirabiliter, ad cælum vocans ipsam & Iulianam sociam certaminis: & simul pollicens impendere ea, quæ petierat. Hanc iucundam vocem cum audisset Barbara, iter ingredi properauit: & ducta est ad locum supplicij.

Precatio S. Barbaræ.

Patris sui manib⁹ virgo sanctissima decollatur.

Vero diuinitus patricidam.

CVM eo autem peruenisset, inclinato capite, paternis manibus, paterno ense accipit consummationem, bonus fructus ex mala arbore, apparens manifeste: Iulianna quoque simul cum ea ibidem consummata à quodam ex iis, qui illic erant militibus. In eo autem loco, vbi hæc facta sunt, impium quoque patrem diuina persequitur iustitia, cum nec modicum quidem hic expectasset bonitas, propter insigne vitium, & quod nulla esset spes curationis. E monte enim rursus rediens tactus fulmine, & vita omnino priuatur, non hac solum flexa, sed etiam, quæ manet, ille vere miser & vtrisque indignus. Transiit autem ad Præsidem quoque Martianum huius diuinitus immissi ignis impetus, plane initium & certum signum illius ignis immaterialis, qui ipsum æternum est puniturus. Valentianus vero vir quidam pius & religiosus, cum martyrum facta sustulisset corpora, & sacris, vt oportebat, honorasset canticis, ea pie & honorifice deposuit in loco, qui dicitur Gelasius, qui abest duodecim milliaribus ab Euchaitis, morborum medelam, animarum exultationem, piorum virorum amabilem delectationem: Ad gloriam Christi veri Dei nostri, Quem decet honor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE MELETIO *Archiepiscopo Antiocheno, cuius memoria habetur quarta Decembris, extat Sermo D. Ioannis Chrysostomi, quærat eum Lector 12. Februarij.*

DE SYMPHRONIO *vero &* OLYMPIO, *habetur in actis S. Stephani Papæ, quærat Lector secunda die Augusti, cap. 7. & deinceps vsq; ad vndecimum exclusiue.*

An. 1040.

Is Reginhardus fuit beati Annonis æqualis.

VITA S. ANNONIS ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS,

SCRIPTA GRAVITER IVSSV REGINHARDI, SIGEBERGENSIS COENOBII ABBATIS, A QVODAM, QVI TAMEN NOMEN SVPPRESSIT suum: satis autem indicat, se Sigebergensis cœnobij monachum fuisse.

PROLOS. 4. DECEM.

CVM nonnullis id consuetudinis sit, reprehensioni magis, quam emendationi fraternæ operam dare: cumque sint & alij, partim inuidi, partim rerum ignari, qui contraria sentiant de eo, quæ propositi operis series pollicetur: ea nobis vtrique consolatio est in descriptione vitæ sancti patris Annonis, quod obedientiæ non leuis necessitas ad hoc nos impulit: & quod is laudes eius declamaturus, in medio testis habetur, quem & deuotionis puritas, & rerum nouitas vrgent in idipsum: quem & authoritas tanta roborat, vt etiam sit idoneus per se fidem facere eorum, quæ aliunde testibus vacant. Hic est, inquam, pater Reginhardus, cœnobij Sigebergensis venerabilis procurator: qui formam scribendorum tradens, ita me suorum votorum huic operi subiugauit, vt cum verbis propriis vtar, eius omnino sensum sequar. sicuti moris est puerilis, elementa prima tentantibus, id sonare, quod prius vox monitoris præmiserit. Eius est impositi laboris merces, ipse legentium profectibus singulariter coronabitur: nobis nihil hic debetur, præter quod dum obedientiæ voto præcipienti concordauimus, suis participari præmiis, aliquod spei patrocinium habemus. Quisquis ergo non immemor animalis bruti, quondam in nostra verba diuinitus prorumpentis, hanc vel auribus dignatus fuerit historiam, credo, non valde personæ, vel verborum vilitate mouebitur, dummodo narratio tota illi sonat, quem in sanctis suis laudare iuuenes & virgines, senes cum iunioribus per Psalmistam & monemur, & præcipimur. Cæterum de probitate nemo causetur. Quem diligimus & veneramur, cuius eleemosynis & patrociniis die nocteque sustentamur & regimur, honore digno nunquam à nobis recompensabitur. Quod & ipsum de suo quemq; patrono, si deuotus est, sentire non dubitamus.

Fides historiæ huius.

Procurator, pro, Abbas.

Num. 22.

Psalm 148.

LIBER

LIBER PRIMVS.

ANNO generis & patriæ suæ decus, sideribus ipsis meritis altior, ex Alemannorum populis duxit originem. Pater eius Vualterus, mater Engela dicebatur: ambo studio religionis insignes, illamque, quæ secundum seculum non adeo celebrabantur, claritatem, cum essent tamen ex ingenuis ingenui, nobilitate quæ est ad Deum, valde transcendentes. Horum in filios & filias fusa fœcunditas, posteritatis suæ titulis inclytam produxit familiam, aliis eorum in Ecclesiasticas, aliis in seculares sublimiter transeuntibus disciplinas. Amplius autem bonæ suæ indolis generositatem Anno moribus, ingenio formaque commendans, cunctorum oculis gratiosus, omnium animis amabilis cœpit haberi. Vnde pater magnis exhilaratus gaudiis, licet admodum religiosus esset, dum tamen, vt vir secularis animi, pro terreno nomine satagit, eum per exercitia militaria mundo nutrire cœpit. Datusque puer ad huiusmodi studia, didicit hinc interim fortitudinem moralium disciplinarum nobilissimam, dum crebras asperitates patitur algoris, dum inedia, sitique, super hæc & vigiliis æstuat: quæ cuncta in eo futuræ constructioni necessario parabantur. Sed cælestis pater, qui quos prædestinat, hos & vocat: quod ante tempora secularia misericorditer in Annone disposuit, in fine temporum immutabiliter adimpleuit. De illo quippe veridica voce dicitur: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Eo itaque adspirante, auunculus præfati pueri, Babinbergensis Ecclesiæ canonicus, patriam, propinquos & notos inuisere veniens, vbi conscius esse cœpit erga Annonem deliberati patris consilij, protinus indoluit, ægre ferens tam egregiæ indolis infantiam mundanis primitus conficiendam negotiis, ac non potius, quod futurum erat * ad multorum profectum, Ecclesiasticis informandum disciplinis. Quapropter explorata opportunitate, secretius conueniens puerum, & blande complexans, sic interrogat: Quibus studiis, quibusve occupationibus, Anno fili, inseruis? Eo dulciter & innocenter arridente, auunculus sermone, tantillo satis congruo puerulo, de cælestis regni gloria, vel pœnis inferorum, breuiter præmisso, subsequenter intulit: Placetne tibi seruitus omnipotentis, & clericalis ordinis disciplina vel habitus? Quod cum ille libenter annueret, auunculus ex abundanti lætitia gratiarum vota corde & ore Deo persoluens, sic demum conuersus ad eum, ait: En ego proxima luce recessurus, professionis & ordinis mei locum, Deo prosperante, quantocyus adibo: tu vero fili, domesticis abiectis impedimentis, clam patre tuo discedens, in itinere me transeuntem præstolare, hoc certum mente habens, nunquam te ab illo deserendum, sub cuius protectionis alas nunc confugis, quoadusque in spem & gloriam totius generis tui, non modo temporalibus, sed & æternis in cælo commodis & dignitatibus amplificeris. Quid plura? Anno puer non pueriliter aufugiens, vt præmonitus fuerat, inter fruteta salicum delituit, donec à prætereunte furtim sublatus auunculo in schola Babinbergensium, qui tunc temporis disciplinæ, religionis ac studij feruore cunctis in Germania præpollebant, succiduis temporibus magnum Ecclesiæ documentum futurus, ad literas positus est. In quo stadio per incrementa temporum, accrescente simul ardore discendi, ope & gratia comite illius intimi magistri, de quo veritas testatur, Spiritus vbi vult spirat: maximas humanorum diuinorumque voluminum acris ingenij adolescens hausit diuitias, vnde postea suo tempore crediti sibi populis eructaret noua & vetera. Quicquid ad exercendum ingenium, quicquid ad nobilitandos mores competens, & iucundum auribus vel oculis sese offerebat, statim vt apis prudentissima ingeniose perlustrans, alueolo cordis intulit, & suis quandoque armis Goliath infandissimum iugulaturus, iugi meditatione torrentes eloquentiæ secularis, quasi per naturam victor obtinuit.

S. Annonis parentes

S. Anno pueri studiis militaribus adhibetur

Rom 8.

Prou. 21.

* *ob*

Auunculus eius persuadet ei, vt fiat clericus

Documentum, id est, lumen & dolor.

Ioan. 3.

Mire proficit in litteris.

1. *Reg*. 17

II. HIS & huiusmodi profectibus in altum velut cedrus Libani succrescens, vbi robur virilis ætatis ingressus est, magister scholarum inibi effectus, probitatis suæ & virtutum ramos longe lateque per ora multorum cœpit extendere. Episcopos accersitus adiit, nec latuit principes: à quibus pro sua reuerentia in amicitiam admissus, Henrico tertio Romanorum Augusto facile innotuit. A quo in palatium assumptus, breui apud eum præ omnibus clericis, qui in foribus palatij excubabant, primum gratiæ & familiaritatis locum obtinuit: hoc præcipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod iusti ac recti admodum tenax esset, atque in causis omnibus pro suo tum statu, non adulando, vt cæteri, sed cum magna libertate obloquendo, iustitiæ patrocinabantur. Erat autem præter virtutes animi & morum gloriam, corporis quoque bonis ornatissimus, statura procerus, vultu venerandus, lingua promptus, vigiliarum & inediæ patientissimus, postremo ad omne boni operis exercitium naturæ muneribus affatim instructus. Cui de virtute in virtutem, instar auroræ in assensu suo, procedenti, sicut apud Deum creuit sanctitas, sic item de gloria in gloriam, de honore ad honorem indies proficienti, apud homines accessit authoritas. Actum est hoc non humano * arbitratu, sed consueta Dei prouidentia, qui sciens lucernam suam celeberrimo in candelabro ponendam, vt luceret omnibus Ecclesiæ filiis, ne repentina exaltationis eius nouitas miraculum duntaxat gigneret, non lætitiam, meritorum eius lucem ante voluit mundo declarare, quatenus eo fructuosior eius fieret promotio, quo & gratior: quod & factum est.

In hoc [illegible] ad [illegible] ac[illegible] sunt ex Lamberto Schafnaburgensi.

Ab Henrico Imperatore in palatium as[illegible].

Forma corporis eius.

* *libitu*

Matth. 5

III. DENIQVE exactis in palatio haud multis annis, magna Imperatoris, magna omnium, qui eum nouerant, expectatione adeptus est Agrippinæ, quæ & Colonia, nobilem sedem, Hermanno nominis huius Præsule secundo, ante paucos dies ex hac luce subtracto. Ad quem in lecto mortis iacentem cum idem venerabilis vir Imperatoria legatione transmissus, post salutationem mandata Regis absoluisset, & iam ad hospitium remeasset, testantibus qui aderant, idem Pontifex dixisse fertur, & se ocyus mortis iura subiturum, & Annonem vice sua Coloniam suscepturum. Atque illo post hæc verba obeunte, tametsi tam Annonem velocius regredi necessitas regalis negotij perurgeret non immemor ille tamen bonæ suæ consuetudinis, funeri eius, quousque terræ mandaretur, magna cordis contritione obsequebatur. Legerat enim, & opere, quoad vixit, semper impleuit: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: laudabile satis, immo necessarium cunctis inculcans exemplum: quoniam, sicut illic scriptum est, In illa finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurus sit.

Anno [illegible] fit Coloniensis Episcopus. Har. Marian. Scotus & Sigeb. hoc anno Lamb. Schafn. Henr. [illegible] 105[illegible].

Eccl. 7.

IV. PER id tempus Imperator apud Confluentiã morabatur, & ecce adsunt optimates & capita populi Coloniensis, baculum Episcopalem Regi restituentes, inque locum defuncti idoneum successorem supplici prece vnanimiter postulantes. Tunc, vt in his rebus fieri certum est, aliis atque aliis hac vel illac pro libitu suo vel commodo, promissis, consiliis, seu precibus Regem solicitantibus, Deus arbiter summus, in cuius manu cor Regis est, & quocunque voluerit, vertit illud, non in alium, quam in solum Annonem, sententiam Regis & voluntatem deduxit, laudantibus aliis, aliis non sine felle reclamantibus. Suscepit itaque regiis ex manibus virgam pastoralem, patris & magistri figuram prætendentem: suscepit & annulum in dotem fidei, conseruandæ ad Deum & ad sponsam suam sanctam Ecclesiam. Nec mora, in similitudinem Moysi, dux saluandorum populorum Coloniam ingressus, protinus caninis rictibus oblatrantes audiuit: Quis iste est, vel quis eum constituit principem & iudicem super nos?

Ibidem.

Prou. 21

Exod. 2

Matth. 26 auxilio roboraretur naturæ imbecillitas. Sciebat enim eum esse veracem, qui dixerat: Spiritus quidem promptus, caro vero infirma.

Vbera earũ exciduntur. TYRANNVS autem, vt qui ei se omnino opposuisset aduersarium, vt animi superaret fortitudinem malorum copia, conuertitur ad aliud supplicium: & iubet earum vbera scalpello effodi. Sed vos ad solum perpessionis auditum caligasse. Quid ergo effecturum erat vt hoc paterentur, idque fœminæ, nisi amor quo tenebantur, Christi, inquam, amor inexpugnabilis? Sed enim Christi ancillam Barbaram minime latebat, quodnam esset eis medicamentum aduersus dolorem tam vehementem. *Psalm 50.* Propterea rursus inuocabat supernum auxilium: Ne auertas à nobis, dicens, faciem tuam Christe, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à nobis. Redde nobis, Domine, exultationem tui salutaris, & spiritu principali confirma nos in tuo timore. Cum vero ad hoc supplicium ambabus esset vnus animus, & vna & eadem constantia ac tolerantia, Præses aliquid callidius, vel potius malignius excogitans, eas disiungit à se inuicem & Iulianam quidem tradi in custodiam, Barbaram autem iubet nudam traduci per regionem, & præterea flagris cædi. *Graue supplicium pudicissimæ virginis.* Martyr ergo tam turpiter & tam indecore circumacta, rursus faciebat ea quæ consueuerat, & in cælum defixis oculis: Qui cælum, aiebat, circundas nubibus, & terram tanquam fasciis contegis caligine, ipse quoque ô Rex, meam operi nuditatem: & effice, vt mea membra non cernantur ab oculis infidelium: ne tua ancilla subsannetur & irrideatur ab iis, qui nos circumsistunt. Audiuit extemplo sancto suo velox Deus ad defensionem. & statim apparens, cor quidem eius impleτ gaudio: quæ sub visum autem non cadebat, eam stola induit: & cum sic peregisset translucationem, rursus eam ad sceleratum adducunt Martianum.

POSTQVAM ergo cognouit eam, & quæ idem sentiebat, pulcherrimam Iulianam, neque bonorum promissis, nec malis intentatis vel tantillum persuaderi, cauens ne maiori afficeretur dedecore, vt quod esset aperte irritum ea tentare, quæ fieri non possent, fert in ambas sententiam, vtrique iubens caput amputari. Præsens autem filiæ occisor pater, cum esset spectator eorum quæ fiebant, non hoc satis habuit, neque contentus fuit tam magna calamitate, quod paternis scilicet videret oculis filiam, eamque tam pulchram, manibus perimi lictorum: sed nisi ipse sua manu eam interficeret, hoc iudicabat esse imbecillitatem & animi mollitiem, perinde ac nisi ille quoque cerneretur malus, arbitraretur esse manifestum dedecus. Propterea ergo iam prolata sententia, assumit martyrem, facturus cædem propriis manibus. *Precatio S. Barbaræ.* Cum ergo abduceretur in montem, & ipsam consequeretur Iuliana, Barbara iam vitæ exitum acceptura, curam gessit sibi charæ orationis, & genibus flexis: Principij expers, inquit, Deus, qui cælum extendisti, tanquam fornicem: terram autem fundasti super aquas: Qui nubibus iubes vt pluant, & produxisti Solem, vt lucem præberet omnibus: & communiter hæc & iustis & iniustis, & bonis & malis simul suppeditas, tu quoque nunc me precantem exaudi, ô Rex, vt qui tui nominis & meæ meminerint decertationis, ne pestilens morbus in eorum domum ingruat: neque vllum aliud ex iis, quæ possint corporibus afferre damnum & molestiam. Scis enim, Domine, nos esse carnes & sanguinem, opera intemeratarum tuarum manuum, & honorata tua imagine & similitudine. Dixit, & vox de cælis audita est admirabiliter, ad cælum vocans ipsam & Iulianam sociam certaminis: & simul pollicens impenda ea, quæ petierat. Hanc iucundam vocem cum audisset Barbara, iter ingredi perrexit: & ducta est ad locum sui decessus. XI.

Patris sui manib⁹ virgo sanctissima decollatur. CVM eo autem peruenisset, inclinato capite, paternis manibus, paterno ense accipit consummationem, bonus fructus ex mala arbore, apparens manifeste: Iuliana quoque simul cum ea ibidem consummata à quodam ex iis, qui illic erant militibus. In eo autem loco, vbi hæc facta sunt, impium quoque patrem diuina persequitur iustitia, cum nec modicum quidem hic expectasset bonitas, propter insigne vitium, & quod nulla esset spes curationis. E monte enim reuertens percutitur fulmine, & vita omnino priuatur, non hac solum fluxa, sed ea etiam, quæ manet, illic vere nusquam & vnisque indignus. *Vindicta diuina in parricidam.* Transiit autem ad Præsidem quoque Martianum huius diuinitus immissi ignis impetus, planè initium & certum signum illius ignis immaterialis, qui ipsum æternum est puniturus. Valentinianus vero vir quidam pius & religiosus, cum martyrum facta sustulisset corpora, & sacris, vt oportebat, honorasset canticis, ea pie & honorifice deposuit in loco, qui dicitur Gelasius, qui abest duodecim milliaribus ab Euchaitis, morborum medelam, animarum exultationem, piorum virorum amabilem delectationem: Ad gloriam Christi veri Dei nostri, Quem decet honor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE MELETIO *Archiepiscopo Antiocheno, cuius memoria habetur quarta Decembris, extat Sermo D. Ioannis Chrysostomi, quærat eum Lector 12. Februarii.*

DE SYMPHRONIO *vero &* OLYMPIO, *habetur in actis S. Stephani Papæ, quærat Lector secunda die Augusti, cap. 7. & deinceps vsq; ad vndecimum exclusiue.*

An. 1040. *Is Reginhardus fuit beati Annonis æqualis.*

VITA S. ANNONIS ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS,

SCRIPTA GRAVITER IVSSV REGINHARDI, SIGEBERGENSIS COENOBII ABBATIS, A QVODAM, QVI TAMEN NOMEN SVPPRESSIT suum: satis autem indicat, se Sigebergensis cœnobij monachum fuisse.

PROLOG. 4. DECEM. CVM nonnullis id consuetudinis sit, reprehensioni magis, quam emendationi fraternæ operam dare: cumque sint & alij, partim inuidi, partim rerum ignari, qui contraria sentiant dictis, quæ propositi operis series pollicetur: ea nobis vtique consolatio est in descriptione vitæ sancti patris Annonis, quod obedientiæ non leuis necessitas ad hoc nos impulit: & quod is laudes eius declamaturus, in medio testis habetur, quem & deuotionis puritas, & rerum notitia vrgent in idipsum: *Fides historiæ huius.* quem & authoritas tanta roborat, vt etiam sit idoneus per se fidem facere eorum, quæ aliunde testibus vacant. Hic est, inquam, pater Reginhardus, cœnobij Sigebergensis venerabilis procurator: qui formam scribendorum tradens, ita me suorum virium *Procurator, pro, Abbas.* huic operi subiugauit, vt cum verbis propriis vtar, eius omnino sensum sequar: sicuti moris est pueris, elementa prima tentantibus, id sonare, quod prius vox monitoris præmiserit. Eius est impositi laboris merces, ipse legentium profectibus singulariter coronabitur: nobis nihil hic debetur, præter quod dum obedientiæ voto præcipienti concordauimus, *Num. 22.* suis participari præmiis, aliquod spei patrocinium habemus. Quisquis ergo non immemor animalis bruti, quondam in nostra verba diuinitus prorumpentis, hanc vel auribus dignatus fuerit historiam, credo, non valde per- *Psalm 148.* sonæ, vel verborum vilitate mouebitur, dummodo narratio tota illi placeat, quem in sanctis suis laudare iuuenes & virgines, senes cum iunioribus per Psalmistam & monemur, & præcipimur. Cæterum de prolixitate nemo causetur. Quem diligimus & veneramur, cuius eleemosynis & patrociniis die noctuque sustentamur & regimur, honore digno nunquã à nobis recõpensabitur. Quod & ipsum de suo quemq; patrono, si deuotus est, sentire non dubitamus.

LIBER

LIBER PRIMVS.

S. Annonis parentes.

ANNO genere & patriæ suæ decus, sideribus ipsis meritis altior, ex Alemannorum populis duxit originem. Pater eius Vualterus, mater Engela dicebatur: ambo studio religionis insignes, illamque, qui secundum seculum non adeo celebrabantur, claritatem, cum essent tamen ex ingenuis ingenui, nobilitate quæ est ad Deum, valde transcendentes. Horum in filios & filias fusa fœcunditas, posteritatis suæ satis inclytam produxit familiam, aliis eorum in Ecclesiasticas, aliis in seculares sublimiter transeuntibus disciplinas. Amplius autem bonæ suæ indolis generositatem Anno moribus, ingenio formaque commendans, cunctorum oculis gratiosus, omnium animis amabilis cœpit haberi. Vnde pater magnis exhilaratus gaudiis, licet admodum religiosus esset, dum tamen, vt vir secularis animi, pro terreno nomine satagit, eum per exercitia militaria mundo nutrire cœpit. Datusque puer ad huiusmodi studia, didicit hinc interim fortitudinem moralium disciplinarum nobilissimam, dum crebras asperitates pariter algoris, dum inedia, sitique, super hæc & vigiliis æstuat: quæ cuncta in eo futuræ constructioni necessario parabantur. Sed cælestis pater, qui quos prædestinat, hos & vocat: quod ante tempora secularia misericorditer in Annone disposuit, in fine temporum immutabiliter adimpleuit. De illo quippe veridica voce dicitur: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Eo itaque adspirante, auunculus præfati pueri, Babinbergensis Ecclesiæ canonicus, patriam, propinquos & notos inuisere veniens, vbi conscius esse cœpit erga Annonem deliberati patris consilij, protinus indoluit, ægre ferens tam egregiæ indolis infantiam mundanis primitus conficiendam negotiis, ac non potius, quod futurum erat *ad multorum profectum, Ecclesiasticis informandum disciplinis. Quapropter explorata opportunitate, secretius conueniens puerum, & blande complexans, sic interrogat: Quibus studiis, quibusve occupationibus, Anno fili, insernis? Eo dulciter & innocenter arridente, auunculus sermone, tantillo satis congruo puerulo, de cælestis regni gloria, vel pœnis infestorum, breuiter præmisso, subsequenter intulit: Placetne tibi seruitus omnipotentis, & clericalis ordinis disciplina vel habitus? Quod cum ille libenter annueret, auunculus ex abundanti lætitia gratiarum vota corde & ore Deo persoluens, sic demum conuersus ad eum, ait: En ego proxima luce recessurus, professionis & ordinis mei locum, Deo prosperante, quantocyus adibo: tu vero fili, domesticis abiectis impedimentis, clam patre tuo discedens, in itinere me transeuntem præstolare, hoc certum mente habens, nunquam te ab illo deserendum, sub cuius protectionis alas nunc confugis, quoadusque in spem & gloriam tuam, generis tui, non modo temporalibus, sed & æternis in cælo commodis & dignitatibus amplificeris. Quid plura? Anno puer non pueriliter aufugiens, vt præmonitus fuerat, inter frutecta salicum delituit, donec à prætereunte furtim sublatus auunculo in schola Babinbergensium, qui tunc temporis disciplinæ, religionis ac studij feruore cunctis in Germania præpollebant, succiduis temporibus magnum Ecclesiæ documentum futurus, ad literas positus est. In quo studio per incrementa temporum, accrescente simul ardore discendi, ope & gratia comite illius intimi magistri, de quo veritas testatur, Spiritus vbi vult spirat: maximas humanorum diuinorumque voluminum acris ingenij adolescens hausit diuitias, vnde postea suo tempore creditis sibi populis eructaret noua & vetera. Quicquid ad exercendum ingenium, quicquid ad nobilitandos mores competens, & iucundum auribus vel oculis sese offerebat, statim vt apis prudentissima ingeniose perlustrans, alueolo cordis intulit, & suis quandoque armis Goliath infandissimum iugulaturus, iugi meditatione torrentes eloquentiæ secularis, quasi per naturam victor obtinuit.

*ob

S. Anno puer studiis militaribus adhibetur. *Rom. 8.* *Prou. 21.*

Auunculus eius persuadet ei, vt fiat clericus.

Documentum, id est, lumen & dolor. *Ioan. 3.*

Mire proficit in literis. *1. Reg. 17*

II. HIS & huiusmodi profectibus in altum velut cedrus Libani succrescens, vbi robur virilis ætatis ingressus est, magister scholarum inibi effectus, probitatis suæ & virtutum ramos longe lateque per ora multorum cœpit extendere. Episcopos accersitus adiit, nec latuit principes: à quibus pro sua reuerentia in amicitiam admissus, Henrico tertio Romanorum Augusto facile innotuit. A quo in palatium assumptus, breui apud eum præ omnibus clericis, qui in foribus palatij excubabant, primum gratiæ & familiaritatis locum obtinuit: hoc præcipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod iusti ac recti admodum tenax esset, atque in causis omnibus pro suo tum statu, non adulando, vt cæteri, sed cum magna libertate obloquendo, iustitiæ patrocinabantur. Erat autem præter virtutes animi & morum gloriam, corporis quoque bonis ornatissimus, statura procerus, vultu venerandus, lingua promptus, vigiliarum & inediæ patientissimus, postremo ad omne boni operis exercitium naturæ muneribus affatim instructus. Cui de virtute in virtutem, instar auroræ in assensu suo, procedenti, sicut apud Deum creuit sanctitas, sic item de gloria in gloriam, de honore ad honorem indies proficienti, apud homines accessit authoritas. Actum est hoc non humano *arbitratu, sed consueta Dei prouidentia, qui sciens lucernam suam celeberrimo in candelabro ponendam, vt luceret omnibus Ecclesiæ filiis, ne repentina exaltationis eius nouitas miraculum duntaxat gigneret, non lætitiam, in tirorum eius lucem ante voluit mundo declarare, quatenus eo fructuosior eius fieret promotio, quo & gratior: quod & factum est.

In hoc ... ad ... accepta sunt ex Lamberto Schafnaburgensi.

Ab Henrico Imperatore in palatium al[...] fuit.

Forma corporis eius.

* libitu

Matth. 5.

III. DENIQVE exactis in palatio haud multis annis, magna Imperatoris, magna omnium, qui eum nouerant, expectatione adeptus est Agrippinæ, quæ & Colonia, nobilem sedem, Hermanno nominis huius Præsule secundo, ante paucos dies ex hac luce subtracto. Ad quem in lecto mortis iacentem cum idem venerabilis vir Imperatoria legatione transmissus, post salutationem mandata Regis absoluisset, & iam ad hospitium remeasset, testantibus qui aderant, idem Pontifex dixisse fertur, & se ocyus mortis iura subiturum, & Annonem vice sua Coloniam suscepturum. Atque illo post hæc verba obeunte, tametsi iam Annonem velocius regredi necessitas regalis negotij perurgeret non immemor ille tamen bonæ suæ consuetudinis, funeri eius, quousque terræ mandaretur, magna cordis contritione obsequebatur. Legerat enim, & opere, quoad vixit, semper impleuit: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: laudabile satis, immo necessarium cunctis inculcans exemplum: quoniam, sicut illic scriptum est, in illa finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurus sit.

Anno 1055 fit Coloniensis Episcopus teste Mariano Scoto & Sigeb. hoc anno Lamb. Sch[...] Herm[...] 1056.

Eccl. 7. *Ibidem.*

IV. PER id tempus Imperator apud Confluentiã morabatur, & ecce adsunt optimates & capita populi Coloniensis, baculum Episcopalem Regi restituentes, inque locum defuncti idoneum successorem supplici prece vnanimiter postulantes. Tunc, vt in his rebus fieri certum est, aliis atque aliis hac vel illac pro libitu suo vel commodo, promissis, consiliis, seu precibus Regem solicitantibus, Deus arbiter summus, in cuius manu cor Regis est, & quocunque voluerit, vertit illud, non in alium, quam in solum Annonem, sententiam Regis & voluntatem dedit, laudantibus aliis, aliis non sine felle reclamantibus. Suscepit itaque regiis ex manibus virgam pastoralem, patris & magistri figuram prætendentem: suscepit & annulum in dotem fidei, conseruandæ ad Deum & ad sponsam suam sanctam Ecclesiam. Nec mora, in similitudinem Moysi, dux saluandorum populorum Coloniam ingressus, protinus caninis rictibus oblatrantes audiuit: Quis iste est, vel quis eum constituit principem & iudicem

Prou. 21 *Exod. 2*

super nos?

Colonienses ... cum ... Matth. 11. Colonien. Ecclesia quantum sub illo creuerit.

sapet nos? Simulque pollutis & nefariis labiis clarum nomen diuæ memoriæ Brunonis Archiepiscopi p[illegible], cuius facta quasi in ipsius laudem, te autem vera in derogationem Annonis in ostro corde iactant[illegible], tumultuose vociferabantur, Quis iste est, & vbi sunt illa, quibus amplificatur [illegible] Coloniam? Hoc[illegible] nimina & sequaces eorum, qui viperea lingua Dominum Saluatorem Iibri filium conuiciabantur: [illegible] & cunctis deinceps seculis luce clarius constat, ex quo Colonia fundata est, vnius nunquam Episcopi studio (saluo Brunonis, vt ita dixerim, priuilegio) tantum opes & gloriam creuisse Coloniensis Ecclesiæ. Sed his in locis [illegible] plenius dicendis, nos historiæ vestigia insequentes, cœptæ narrationi operam demus.

V. IGITVR authoritate simul & metu regiæ maiestatis pressi, qui quasi contra montem seu impetum fluminis niti frustra proposuerant, tandem necessitatem in voluntatem vertentes, in consecrationem [illegible] communiter consenserunt. Fit conuentus Episcoporum, ac totius Ecclesiastici ordinis virorum, procerum quoque frequentia cum ambitione nimia, diuersi etiam sexus & ætatis ingens populositas: quos omnes sua benedictione, sua gratia per seruum suum Annonem Christus Dominus ea die releuaturus, cum Angelis aduenerat, sanctis omnibus pro co[illegible] ciue cælitus destinato congaudentibus. Producitur interea ordinandus ante altare, vestibus sacris induitur, olei sacri liquore perfunditur, & vere larga sancti Spiritus infusione repente mutatus in virum alium, anno Dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimo quinto, quinto Nonas Martij ponitur cathedra Episcopali, ad regendam sanctam Ecclesiam & plebem vniuersam. Iamque instabat hora sacrificij singularis, cum ecce pontificalibus insignitus ornamentis, accessit ad altare Pontifex summus, vere sacerdos & hostia Christi. Vbi quanta compunctione, quanta cordis contritione ministerium illud peregerit, quis sufficiat explicare? Totus enim in lachrymas fusus, tanti sacramenti vim in seipsum excepit, mirantibus nonnullis immensitatem lachrymarum, & [illegible] mitu quodam & suspirio, simulque pectoris tunsione, cordis illius secreta per hoc rimantibus. Ad cuius preces cælum tunc pa[illegible] nulli dubium, cum & ob hoc ipsum misericors & miserator Dominus eum posuerit, vt pro sui gregis excessibus intercedens, in tempore iracundiæ fieret reconciliatio. Postquam vero Missarum solennitas cum benedictione pontificali finitis, conuentus ille solutus est, ipse deinceps in omnibus tam Ecclesiasticis, quam Reipublicæ negotijs haud imparem se ac[illegible] præ dignitati gerebat, & sicut editioris loci insignitus, ita cunctis virtutum generibus [illegible] cæteris regni principes conspicuus incedebat. Reddebat solicitus, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: quia Coloniensis nominis maiestatem & secularem pompam ambitiosius pene, quam aliquis ex prædecessoribus eius, ostentabat ad populum: nec propterea tamen inuictum inter tantas occupationum procellas spiritum, vnquam relaxabat à studio diuinarum rerum. Ieiunus non adeo, quam legitimis, se macerabat, sciens scriptum, Omnia munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Pernoctabat plerunque in orationibus, & per Ecclesias, pauci, ac certis comitibus, interdum vno tantum puero contentus, discurrens nudis pedibus, nonnunquam etiam cilicio ad carnem indutus, flens procedebat. Et diem quidem in disponendis priuatis seu publicis negotijs, noctem vero totam in Dei opere expendebat. Nam tunc pœnitentiam agere, errata confiteri, commissa deflere, ob corporalis quoque flagelli castigationem, inferioris personæ manibus tantus Pontifex humiliare se non erubuit. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat. Nullam intra diœcesim suam congregationem prætermisit, quam non aut prædijs, aut ædificijs, aut stipendijs sua specialiter donatione auctam vita decedens reliquerit. In iudicandis causis subditorum nec odio, nec gratia cuiusquam à vero abducebatur: sed semper in omnibus propositam indeclinabiliter sequens æquitatis lineam, ad exercendum iudicium nec considerabat personam pauperis, nec honorabat vultum potentis. Cuius rei idoneum satis & euidens subijcimus exemplum.

Anno 1055. quinto Nonas Martij ordinatur Episcopus Pontifex summus, id est, Archiepiscopus.

Hæc fere ad verbum ex Lamberto Schafnaburg.

Matth. 22.

Tit. 1. 1 Tim. 4.

Noctibus quid fecerit.

Multa eius in pauperes liberalitas.

Leuit. 19.

VI. REX Henricus, Romanorum patritius, sceptra regalia moribus, prudentia & gloria regaliter obtinens, ac iustissimis legibus tam in diuinis, quam in humanis administrans, ita se exterius agebat ad populum, vt sui tamen non obliuisceretur interius. Considerans enim tanti nominis maiestatem longe suis præcellere meritis, nunquam insignia regalia sibi præsumpsit imponere, nisi clam confessionis ac pœnitentiæ, verberum insuper satisfactione, licentiam à quolibet Sacerdotum suppliciter mereretur. Ergo tempore quodam magna imminente festiuitate, cum Pontifices, Duces ac Comites, & cuiuscunque alius dignitatis seu ordinis viri, regiam vndique properarent ad curiam, cum & ipsum mos & honor impositus trabearum exigeret procedere, non inscius sanctitatis & vitæ probatissimi inter Præsules Annonis, vt suæ consuetudinis seruaret institutum, supplex & pœnitens eum cœpit adire. Mox sacer antistes authoritate plenus, tali in negotio Imperialem paruipendens magnificentiam, sicut parcere solitus erat inopi & pauperi, sic opportunitatem adeptus, miseriis sine misericordia sæuire cœpit in principem. Nam vehementissimis illum inuadens correptionibus, quicquid animo pro iustitia concitato se obtulit, libere & constanter effabatur, illumque durissimis verberum plagis afflictum, non aliter ea die coronatum incedere consensit, quam prius manibus suis triginta tres argenti libras in pauperes expendisset. Nec abnuit Imperator, sed cuncta eo ordine, quo dicta sunt, superni Iudicis respectu & passus est, & fecit: sicque demum more suo indutus processit. Miranda sane constantia Præsulis, nec minus laudanda humilitas principis: porro in vtroque timoris Dei imitanda perfectio. Et quia se occasio præbuit, licet per digressionem, de eiusdem Regis morte, in qua omnis iniustitiæ frena laxata sunt, inferre libet mentionem, ob id præcipue, quoniam virtus non minima hic occurrit Annonius, quem propheticæ spiritu subinde floruisse veritas ipsa declarauit.

Anno 1056. vide Baron.

Huiusmodi piam Imperatoris consuetudinem cum improbasset quidam, pro ea scripsit Pet. Damiani epistolam apologeticam.

Præclarum eximiæ humilitatis & virtutis in Imperatore exemplum.

VII. QVIBVSDAM simultatibus inter ipsum & Regem fraude malignantium obortis, cum Rex mentem, quam conceperat in Archiepiscopum, mandatis solito durioribus detexisset: Præsul ad audientiam veniens, ratione & iustitia pro causa sua agere laborauit. Cui facultate erepta hac progrediendi via, tandem in hæc verba prorupit: Rex excellentissime, cælestis Regis intuitu, cuiuscunque discordiæ aut odij malum vel hoc anno non præualeat inter nos, quandoquidem anno proximo quid nos maneat, mentium nostrarum nunc penetralia latet. Quæ dicens, Regem, quem præsciebat hoc ipso anno moriturum, emendatioris vitæ nisus est ad frugem reducere. Sed crescentibus per dies aliis atque aliis ex causis discordiarum spinis, iterum curiam adiit in Goslaria, quo per idem tempus, magna totius regni principum expectatione, venerabilis Papa Victor, qui & Gebehardus, conuenerat. Illic compositis vtrorumque animis in prioris amicitiæ statum, dilectissimus Archipræsul, sic sciscitatus est Regem: Nunquid dilectionis & gratiæ vestræ recedens amodo certus ero? Id Rege haud aliter se habere testante, subiunxit atque ait: Scio, scio non nos mutuis in hoc corpore deinceps fruituros adspectibus, quorum alter in mortem [illegible] cito rapietur, alter adhuc in certamine relinquetur. Idcirco valere vos optans, quia iam fructuose satisque salubriter animæ vestræ Coloniam disposueritis, ipse qualiscunque pastor eius hoc in Deo præsumens polliceor. Rex protinus metum, quem conceperat, pallore vultus insinuans, in quem ista dicerentur, vehemens perquisitor fuit. Vos, ait, hæc tam tristis expectatio manet. Quod vtique Rex ipse, velociter finiens vitam, verum fuisse declarauit. Eo autem viam vniuersæ carnis ingresso, fidei & deuotionis affectu non minus defuncto, quam viuenti, sacer Præsul assistens, ieiunijs, vigiliis, orationibus & eleemosynis, spiritualibus videlicet remediis, animam diuinæ bonitati reconciliare non cessauit. Instituit præterea annualem eius memoriam agi Coloniæ, ipse quandiu vixit, nunquam [illegible] sp[illegible]aliter immemor. Eius quoque filium, nominis & regni hæredem, ad honorem Imperij & Ecclesiæ prouectum, suscepit nutriendum, multorum propter hoc

Præsciuit Regis mortem.

Victor Pontifex venit Goslariam, quæ est Saxoniæ vrbs.

Obitus Henrici Imperatoris. S. Anno nutrit filium eius.

pter hoc inuidiam contra se accendens. Sed non destitit in laborando spe fructus percipiendi, regaliter puerum nutriens, sublimiter erudiens, adeo vt ipsius postea testimonio, vir in toto regno profundioris animi illo non inueniretur. Fecit & hoc olim Ioiada Pontifex sanctus in Rege Ioas: sed non dissimilem bonitatis suæ retributionem, vt ille, sic & hic proh dolor consecutus est. Verum his sepositis, ad vitæ eius instituta describenda stylum vertamus. *2. Paral. 24.*

VIII. A primis ordinationis suæ temporibus, congruum & vere dignum officio suo opus arripiens, iuxta docentis Apostoli monita: In omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple: omnem Episcopatus sui parochiam perlustrauit, homines fidei ac pene totius religionis ignaros, solo autem nomine Christianos, assiduis prædicationibus ad Catholicæ pietatis cultum informans, breuiter & aperte complexus, quid credi, quid sperari, quidve amari oporteat. Imperauit deinde authoritate pontificali, suasitque pietate paterna, singulos auditores hæc eadem domi suæ euangelizare, bonam illis pro hoc à Deo vicissitudinem pollicens. In quo eousque profecit, vt pueri quoque, teneros infantiæ annos necdum egressi, fident, vt asserunt, beati Annonis inuicem discerent, inuicem docerent, & ex ipsa boni studii assiduitate, singulis eorum eam mane vel vespere coram Deo pronunciandi quasi lex inoleuerit. Habebat autem hoc insigne meritorum suorum apud homines indicium, quod quoties prædicaturus in publicum processisset, tantis subito lachrymis immaduit, vt omnium corda ad miserationem commouisset. Tum mellifluia, & compunctione plena verba profundere, clementiam Dei proponere, iustitiam non tacere: hortari bonos, vt ad meliora proficerent: malos, vt ad perpetrata cessarent, omnes in commune, vt se reos clamarent, ac pro totius mundi necessitatibus communem Dominum inuocarent. Quis vnquam vel saxei cordis Annonem in Ecclesia loquentem audiens, à lachrymis valuit temperare? Denique ab exteris etiam & remotioribus prouinciis, ob solam indulgentiæ & doctrinæ eius famam, plurimi confluxerunt, omnibus delitiis præferentes Annonem audire, diuitias incomparabiles æstimantes, eius indulgentia relaxari, eius benedictione præmuniri. Præterea pietatis & misericordiæ operibus nullo erat inferior. Nam agriculas & debitores reddituum, ante cessorum suorum nimietate vel sterilitate grauatos & prope nudatos intelligens, exactoribus vt parcerent iussit, singulis vel totum, vel ex parte, prout opus erat, remittens. Pauperum, peregrinorum & infirmorum prima illi & perpes erat solicitudo, imitanti eum, qui dixit: Estote misericordes, sicut & pater cælestis misericors est. Illucescente enim primo surgentis diei crepusculo, ecce velut examen apium, turba egenorum vndecunque conuolans, eius quotidie fores obsedit, sufficientia alimenta hora statuta singuli percepturi. Inter quos omnes miserrimi quique numero vigintiquatuor perscrutati, seorsum congregabantur. Ante quorum pedes humillime procumbens Pontifex summus, postquam lauit ac tersit, osculum quoque cordis & oris impressit, necnon manibus aquam infudit. Consummato ministerio humilitatis, versus est ad opus charitatis, cum cibo & potu vnicuique nummum porrigens. Iam vero imminente hora & necessitate, vbi & ipse consedit ad mensam, more solito, quotquot superuenerant, introducebantur ante eum ad conuescendum peregrini. Tum ex singulis, quæ mensæ erant imposita, partem prope decimam colligens, profitendis hac & illac per vrbem ægrotis in locum vnum separauit. Postremo mensa submota, surrexit vere pater orphanorum, vere iudex viduarum, & tanquam diceret: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum: acclinans se, manu propria cibauit pupillos, refecit orphanos, aluit filios pauperum, delicationibus escis ex mensa per seipsum in hoc reseruatis: præterea matribus eorum, familiarius suas illi miserias conquerentibus, necessaria misericorditer impendens. Cum enim esset erga cunctos inopes misericors & compatiens, erga pauperculas tamen & earum infantulus speciali quadam miseratione ducebatur. Quod huiusmodi fœminæ experimento cognoscentes, explorato nonnunquam tempore, in plateis sese gregatim obtulerunt, paruulos ei suos cum clamore supplices obiicientes. Interdum transiens, & præ lassitudine diutinæ expectationis in soporem versos conspiciens eiusmodi puerulus excesos & seminudos, aliquem eorum, quem nec dignum oculis quis arbitraretur, pie ad se adhibens, materna vice exosculari cœpit. Quædam etiam proprios non habentes, alienos infantulos expetierunt, indubium habentes, Annonem erga ipsas misericordia moturum iri, si talibus onustæ sarcinulis, eius conspectui præsentarentur. Inter hæc solennis ei mos erat, vertente semper anno, à vigilia natalis Domini vsque ad intactæ genetricis eius purificationem, per continuos quadraginta dies quamlibet lactantem habere, cuius manibus aquam præbens, ipsemet pedes ac manus paruuli lauit, moxque datis alimentis, solidum vnum porrexit. Super hæc & xenodochium Coloniæ construxit, languidos, & debiles, & omni destitutos solatio illuc inferens, deputatis ad eorum subsidia quotidianis stipendiis. Nunquam pauperem se inclamantem absque misericordia præteriuit, nunquam veniens ad inuisendum egenos, monachos vel canonicos, absque charitatis larga manu remeauit. Sane in cœna Dominica quam prodigus fuerit, superfluuum est memorare, cum nec parcus quilibet ea die manum retrahat ab eleemosyna. His omnibus antecellunt numero & admiratione, quæ per nocturnas tenebras, solo Deo teste, rarissimis secretalium suorum duntaxat exceptis, operatus est: cum quibus, vt dictum est, noctu sanctorum limina circuiens, peregrinos & quibus non erat tectum, in porticibus, in angulis vasisque vinariis per plateas expositis, scrutatus est: quos inuentos pauit atque vestiuit, allato secum pro hoc ipso victu & vestitu.

Margin notes: *1. Tim. 4* Crebro concionatur. — Ecce fructum concionum eius. — Multi confluunt ad audiendas conciones eius. — Benignitas in pauperes. *Luc. 6.* — Obserua lector. Et hic Pontifex summus, non Archiepiscopus dicitur. — *Matth. 19.* — Humanitas erga pauperculas fœminas & filiolos earum. — Xenodochium Coloniæ condit. — Nocte sanctorum limina circuit.

XI. Cvmqve more consueto per cuiusdam noctis silentia pro negotio simili esset egressus, lamentabile & omni miseratione plenum in itinere offendit spectaculum, mulierem, quam ob inopiam nullus hospitio dignabatur, recentis & ipsa hora editi infantis partu periclitatam, super nudam humum se lachrymabiliter volutantem. Erat ergo [illegible] videre miseriam. Nox tenebris densis vagantem occupauerat, fatigatam tellus cœnosa ac periculosa seminudam exceperat, fame & siti confectam frigus amplius vexabat, nullus mortalium aderat, & ecce vigente natura cœpit cruciari, voces emittere, suspiria crebra trahere: tandemque enixam prolem in puluerem fundens, ipsa deiectis hac & illac miserabiliter membris, nil vltra præter mortem expectabat. Hac ergo miseria quid miserius? Superuenit igitur, vt dictum est, sacer Præsul, ac protinus velut ictu sagittæ transuerberatus, represso gradu, præ horrore & miseria substitit attonitus: cum ecce grauitate pontificali postposita, instar velocissimi cursoris reproperauit, impositoque humeris suis grabato cum stramentis, celeritate qua venerat, recurrit. Mox abiecto à ceruicibus onere, incuruauit se quantocyus ad iacentem, puerulum pannis obuoluit, ipsam à terra sublatam in lectulum collocauit, ac propriis extractis vestibus, vtrosque diligenter contexit. In eodem loco dispositis pro sustentatione eius, quousque conualesceret, necessariis, processit vere precum suarum consecuturus effectum, qui tam humili & pio ministerio per horrorem exanimis in minimus membris suis illi obsecutus est, quem quondam pro nobis incarnatum, virgo mater vilibus obuolutum pannis, reclinauit in præsepium. *Luc. 2.*

Margin notes: Lamentabile cuiusdam parturientis spectaculum. — Vide in tanto Episcopo exemplum memorabile.

X. Alia quædam subierat nox, & vir Deo deuotus, æstimationis humanæ fugiens oculos, venerandos sanctarum virginum cineres supplex cœpit adire. Quod vna ex consuetis mulierculis solicite præuidens, necessitate simul & arte instructa, nescienti hac fraude obuiauit. Scilicet præter mendicitatem nil ad indigentiam corporalem certi habens, filiolum suum in lacte recenti positum, ante venientis vestigia clam media deposuit in via, seseque inde proripiens, cum festinatione in latebras immersit. Nec mora, sacerdos approximans, vbi primam vagientis infantuli vocem aure percepit, præ dolore totus intremuit, varias animo gerens passiones,

Margin note: S. Vrsulam & socias virgines inuisit.

vnde

vnde puer huiusmodi ea hora noctis illic haberetur. Interea velut ad obsequium Christi, sub fœno cubantis, impiger accurrens, flexo corpore puerulum à terra suscepit, memor sancti Simonis, qualiter olim infantiam Saluatoris pijs vlnis amplexus, pacem & salutem sibimet imprecaretur & populo. A cuius deuotione in re dissimili & dissimilia sentiens, tali grabatulab inde honere cubiculum repetens, illum imitatus, qui relictam pijs humeris ad ouilia reportauit ouiculam. Confestim autem paterna solicitudine nutricem paruulo procurans, quem carne non genuit, spiritali regeneratione per baptismum melius regenerauit: quem & à fonte sacro suscipiens, Annonem post se nominauit, singularis patrocinij spem ante Deum in illo sibi prouidens.

Luc. 2. *Luc. 15.*

HÆC igitur quotidiana viro Dei institutio, hæc incessabilis solicitudo, hic labor, hoc studium. Cumque talis esset, qui verbis beati Iob dicere posset, Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & cor viduæ consolatus sum: & cum sederem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator: quia ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum: conspirantibus quibusdam æmulis iustitiæ, quorum nequitiæ complices hodieque fidem derogant Annonis sanctitati, quadam nocte ad similia deuotionis suæ opera progressus, insidias perpessus est. Furioso enim impetu venientem inuadentes, furem criminabantur, obijcientes & alia, quorum ipsi sibimet conscij, & alienam sugillationem sine difficultate poterant erumpere. At socijs Episcopi hæc refellentibus, & sacrilegium esse dicentibus, clericum orationis gratia transeuntem his conuiciis agere: illi procacissimo responso fictum arguentes, ac prioribus peiora subijcientes, linguis venenatis manus sanguine plenas mox adiunxerunt: non sine retractione ceu belluæ ferocissimæ in innocentem sæuientes, cum eum birro violenter spoliassent, correptum crinibus in cœnum protraxerunt, pugnis grauiter insistentes. Eius quoque comites cum insania simili non minus affecissent, furore satiati alacres recesserunt, illorum participes effecti, de quibus scriptum est, Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed concepta semel inuidia, modum nescit imponere malitiæ. Vnde supradicti malefici maiorem vesaniam spirantes, horreo dicere, necem Archiepiscopo moliebantur, insidijs ei non semel, nec bis compositis, facinus execrabile, nec minus lamentabile, si copia daretur, perfecturi: quippe qui nec ipsi bonorum omnium capiti parcerent. Quod cum familiaribus & amicis Episcopi certius innotuisset, nunc quidem gaudium de eius adhuc ereptione gerentes, nunc vero horrorem consideratione tanti periculi non ferentes, cum sacramento testati sunt, se minime sinere illum amplius taliter egredi, ne forte extingueretur lucerna Israel. Eorum vero consilijs & precibus persuasus, numerum orationum singulis in locis habendarum, deinceps in lecto recubans, vel in vnaqualibet ecclesia consistens, nihilominus persoluebat. Abhinc quoque tale quid excogitauit, vnde non inuidiæ suæ, sed iusti zeli solicitis pastoribus esset imitatio.

XI.

Iob 29. *Iob 31.*

Birrum, pro pileo, vel capitis tegmine. *Prou. 2.* *Quinam ei necem moliuntur*

SCIENS quorundam profanos & incestuosos ad opera libidinis per noctem discursus, zelo iustitiæ inflammatus, nefariæ commixtionis homines deprehensos, ad exemplum omnium decaluari ac decoriari publice mandauit, presbytero cuidam ex familiaribus suis huiuscemodi potestate concessa: cui iugis imminebat ex obedientia necessitas, ab ineuntibus noctis tenebris ad sequentis exordia lucis tales excursus obseruare. Nonnullas tamen illarum, quibus prius pudor castitatis venalis erat, ad se accersitas verbis castigans, donis quoque demulcens, vel ad continentiæ propositum, vel ad honestæ copulæ coniunctionem deduxit, animas earum à morte saluans per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum. XII.

Animaduertit in homines flagitiosos. *Prou. 10.* *1. Petr. 4.*

SVNT quamplurimi sepulcris dealbatis simillimi, qui Pharisæorum more de sanctitatis munditia foris tumentes, cum sint ossibus mortuorum intus pleni, erga peccantes vel infirmiores quosque non compassione, sed contumeliosa quadam dedignatione feruntur: qua profecto peste Anno, suis in oculis humilis, nunquam laborauit. Siquidem nocte quadam, profundis tenebris omnia circumdantibus, ipse more suo sanctarium virginum limen ingressus, aliquem secessit in angulum, quo secretius stans, precibus enixius inseruiret. Illic vna ex consororibus in facie iacens, crebris singultuum & gemituum vocibus, diuinæ miserationis aures feriebat, amarissimis lachrymis ac pectoris tunsione, perpetratam nuper carnis delectationem grauiter deplorans. Cumque immanitas peccati stimulos compunctionis excitasset, seniores tamen reddiditiam iamque intumescentis vteri conceptus: quoniam etsi per emendationem vitæ sequentis, de benignitate pij Saluatoris præsumebat, humanæ tamen improperij confusionem perseculi sibi futuram, querelis assiduis non tacebat. Hac itaque gemina tribulatione inter attributer angustiata, spe collecta, viribus quoque resumptis, solum humanæ miseriæ perfugium, eum scilicet, quem & offenderat, misericordem Dominum nostrum corde & ore, lachrymis instar riui currentibus, pulsabat: vt qui quondam pro peccatoribus natus, & pro peccatoribus mori dignatus fuerat, etiam suæ solita bonitate succurrens infelicitati, sic factum admissum tegeret, vt ignominiæ publicæ derisionem euaderet. O bonitas authoris, o clementia Saluatoris, qui natura bonus, & potestate immensus, cum nunquam humani cordis lachrymas absque misericordia valeat intueri, consolationem quoque iuxta suam magnificentiam desperatis subministrat. Cum enim talibus incumberet multiplicatis clamoribus, misera, pius sacerdos, quasi missus à Deo, retro consistens, aure diligentius adhibita, omnia plangentis ac deprecantis verba percepit: nec erat difficile, tantæ contritionis causam conijcere. Tandem signo horum pulsatione nocturnales ad hymnos inuitata, surrexit è terra, chorum que petit: quam diuinæ bonitatis minister clam è vestigio insecutus, ex ordine loci, quem in choro adijt, eius personam solicitius inuestigauit, moxque recessit. Vt vero dies redditus est, volens comprobare, quoniam iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: qui etiam se per seipsum obligauit, dicens: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat: mittens ad consorores, euocauit eandem illam, quam conscientia suggerebat, præ oculis habente. Sed venientem præter spem filius misericordiæ blande suscipiens, iuxta se sedere fecit, de vitæ eius qualitate inter alia colloquia quasi per ambages conquirens, ac causam mœroris, quem vultu prætendebat, quasi nescius sciscitans. At ea vulnus lethale spiritualis medici manibus, ne fumet, offerre detrectante, ille non inscius morbi, ferrum apposuit, asserens se scire causam tristitiæ, nec ignorare, quas, admissi pœnitens, illo in loco nocte proxima preces emisisset: eam confiteri tantum debere reatum, cæterum ex diuina miseratione in promptu esse & veniam, & euadendi opprobrij possibilitatem. Sed vt rem fine concludam, illa confessionis viam flebiliter ingrediens, diuinæ bonitatis beneficium in suorum casuum ærumnis inopinato experta est. Denique mœrentium consolator, & suæ memor fragilitatis, secundum Apostolum præmonentem, Considerans teipsum, ne & tu tenteris: eam postquam in spiritu lenitatis sufficienter instruxit, militi cuidam è Saxonia, gratiæ eius largitate præ cæteris domesticis vso, sub sacramentis fidei debitæ commendauit, imponens illi, vt sub prætextu familiaritatis eam secum abducens, donec illicito conceptu liberaretur, ad quascunque necessitates ei diligenter assisteret, nec vnquam, si sua gratia priuari nollet, huius rei cognitio domus eius limen excederet. Expletis vero diebus partus, cum & ipsa iam incolumis priorem recuperasset statum, eam eidem cum paruulo suæ præsentiæ reconsignaret. Is protinus imperatis obediens, negotium hoc, præter se & Episcopum, nulli cognitum, fideliter executus est, post omnia mulierem cum infantulo ipsi repræsentans. Mox pius pastor ablato delegato paruulo, ouem quæ errauerat, alacriter ad consororum suarum domicilia destinauit, laudis transitoriæ nil appetens, vt cælesti mercede dignus inueniretur. XIII.

Matth. 23. *Ædem vndecim millium virginum dicit.* *Psalm 33.* *Ezech. 33.* *Confessio sacramentalis quid præstet.* *Galat. 6.* *Tuetur misericordia humanitate famam lapsæ cuiusdam.*

HVIC historiæ res non valde dispar Coloniæ similiter accidit, quam exempli causa venerabilis Pontifex re- XIV.

ferre solitus erat: res plane memoria digna, & omnium bonorum ore celebranda & frequentanda. Cum enim lapsos magno desperationis malo liberare queat, non minus stantibus ingerit formidinem, ne præsumptione sanctioris vitæ, ruinæ pateant irreparabili. Omnes igitur hæc audientes, aures cordis arrigamus, & quam sit terribilis in cōsilijs super filios hominum misericors & iustus Dominus noster, cum spe & metu consideremus. In monasterio Dominæ nostræ piissimæ Dei genitricis Mariæ quædam sanctimonialis, omni morum honestate, omnique vitæ sanctitate inter consodales suas à primo succreuerat tempore, eique speciale munus omnipotens gloriam virginitatis, velut quoddam diadema capitis concesserat. Sed cum instinctu superbientis angeli quædam de castitate ei subreperet elatio, aliasque iam dedignaretur consorores, virorumque consortia, quasi nunquam casura, incautius admitteret, iuxta quod scriptum est, Ante ruinam exaltatur cor: magno blandientis inimici plausu proh dolor in foueam corruptionis incidit. Sed miseræ commixtionis opere perfecto, in se rediens, ingentis tristitiæ fluctibus pene in amentiam versa est, reputans & quasi per somni ludificationem hæsitans, quæ esset, vel quid fecisset. Inter hæc vbi anterioris vitæ puritas animum eius tetigit, velut ictu fulminis in corde perculsa, gemitus & suspiria traxit amarissima, & instar repentini imbris cum eiulatu miserrimæ vocis tota ruit in lachrymas. Verum cum degustata semel mortifera carnis delectatio, conquiescente parum fletu, vehementioribus incendijs eius mentem stimularet, metuens ne post, etiam ruptis publicæ verecundiæ frenis, in omnem præceps raperetur impudicitiam, cœlum suspiciens, alte ingemuit, orans, vt quia iam confusionem animæ clam induerat, in apertam quoque ignominiam per conceptum partumque criminosæ prolis veniret, quatenus publicis subiacens opprobrijs, superbiam cum luxuria humilis & pœnitens deinceps effugeret. Id cum exorasset, aluusque intumescens indicia violatæ castitatis oculis proderet alienis, illa omnis consilij expers, quid faceret, quo se verteret, ignorans, omnium præ confusione declinabat adspectus: non somno, non esca, non potu, denique non ipsa vita delectabatur, quoniam incomparabilis tristitiæ profunditatibus operta erat. Nihil iam de peccati satisfactione meditabatur, nil de pœnis inferni cogitabat: solo, quo tabescebat, rubore liberari votis omnibus exoptabat. Hinc factum est, vt cum nullum consolationis occurreret suffragium, secundum illud Propheticum præsagium, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine: de Christi clementia spem tota mente conciperet. Ante eius ergo imaginem pro nobis crucifixi corruens, templum sanctæ genitricis eius ingressa, his precum querimonijs flebiliter vsa est: Domine clementissime, mearum miseriarum calamitas tuæ pietatis penetret aures, nec meis offensus prauitatibus, tui plasmatis conditor pius immemor existas. Heu me coinquinatam, heu me professæ castitatis præuaricatricem, heu me confusionis æternæ inuentricem. Merito nunc me cum maximo salutis meæ detrimento infra omnes conspicio, quæ dudum meipsam nesciens, cum sim puluis & cinis, supra omnes in immensum gloriata sum. Quid congruentius tantam decebat præsumptionem, quā huius turpissimi volutabri detestabilis impuritas? Nihil mihi iam aduersus tuam bonitatem, Deus, querelæ remansit iustæ, cum hæc omnia propria patiar voluntate, cœno me tradens libidinis incestuosæ, dein ore proprio imminentem publicam exprobationem petens, & quidem audientia indigna, sed vtinam in hac parte. Vt audiret, non indicium sanctitatis, sed pœna flagitij præcedentis fuit. Væ miseræ mihi, quæ cœlestis Agni perdidi sectatum, quæ virginei cantici gloriam iam amplius non sperabo. Sufficiat mihi vel sola indulgentiæ via, & his, te miserante, Iesu benignissime, confusionem eruı. Ecce piæ genitricis tuæ pedibus rea & gemens aduoluta, per eius suffragia tuæ cōsolationis gratiam humiliter quæro, conuersionis omnimodæ veritatem promittens, & perpetrati sceleris amodo continentiam & pœnitentiam. Hæc ea fletu maximo prosequente, qui respexit Petrum flentem, respexit & illam misericors Dominus noster, & quantum miserijs condoleat nostris, euidentissimo maiestatis suæ dignatus est monstrare miraculo. Nam postquam clamare desijt, & à terra surrexit, vterus illius detumuit, male conceptus fœtus euanuit, ipsa præ gaudio largius flens, debitam conuertendi sponsionem implere non distulit. Annis siquidem non paucis iugiter in pœnitentia perseuerans, corpus vigilijs & orationibus attenuatum, panis & aquæ tantum sustentabat edulio, sine cessatione lachrymas in humilitate fundens, & ex occasione sceleris admissi, priori vitæ sequentem lōge anteponens. Quantæ vero fuerit contritionis, hinc datur intelligi, quod exceptis alijs intrinsecus orationibus, Psalterium inter diem & noctem ter semper percurrebat, primo humi strata, secundo genibus affixa, tertio stans: vt merito deficiente spiritu, membra quoque lassescerent. Faciem cum macie pallor obduxerat, & diuturnitas inediæ atque vigiliarum, viribus pene exhaustis, miraculum cæteris sororibus ingerebat, nil extra suspicantibus, quam desiderio sponsi cœlestis sponsam suam charitatis languore tabescentem: quippe quibus culpæ eius nullum patebat vestigium. Non enim tanti reatus confessionem humanæ committebat fidei, quæ interdum nulla est, vbi maxime speratur, soli Domino fiducialiter clamans, Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Talibus cum, sicut dictum est, annis aliquantis insistens operibus diuinam quæreret propitiationem, vbi iam de spe veniæ quid hausisset, ecce pestis antiqua superbiæ sub pedibus iacens, contra eam denuo caput attollere cœpit. Quod illa caute præuidens, & hanc esse causam ruinæ prioris animaduertens, quamuis lapsa, salubriter tamen edocta, suggestionis huius initia non, vt ante, negligenda duxit: sed festina sancti patris Annonis præsentiam adiens, omnem suorum casuum ordinem subtiliter enarrauit, consilij & precum eius iuuamina magno cordis mœrore petē., ne ea rursus in similia proruente, tanti temporis pœnitentia deperiret. Tunc sanctus Pontifex secundum datam sibi sapientiam consolationis verbum multipliciter proferens, eam non in proprijs viribus, sed in Deo confidere docuit secundum illud: Sine me nihil potestis facere: nil ita dæmones atterere, quam in humilitatis fundamento consistere, nulli se vel in cogitatione præferre, præ omnibus humilia de se sentire; cæterum peccati transacti noxa non teneri, si lugenda non præsumat iterare. Mentis quoque eius qualitate intima consideratione perspecta, cum didicisset in elationis arma verti, quicquid præ cæteris quasi sanctior specialius attentasset: salutarem sanctamque dixit esse viam, communis vitæ limitem non excedere: sed mandare, si nollet in interitum ire, ne consororibus contraria, singularis vitæ aliquid vsurparet, cum comedentibus comederet, cum dormientibus dormiret, itemque cum abstinentibus abstinens, cum vigilantibus quoque vigilaret. Hanc prorsus esse regiam viam, quæ nullam declinans in partem, per se gradientes in æternæ salutis patriam inducat. His doctrinæ fluentis ancilla Dei salubriter infusa, benedictione percepta, monasterium repetijt, matremque virtutum temperantiam mox ingrediens, totius honestatis & religionis prorupit in fructus, communis vitæ legis contenta: nec vllam se virtutibus superiorem, ita decedens, in illa congregatione reliquit. Hactenus nobis in descriptione vitæ vel morum Deo dilecti Pontificis occupatis, iam tempus est aperire, qualiter quantumque per eum profecerit in augmento diuinæ seruitutis Ecclesia Coloniensis. Id cum ingenij nostri tarditas vtcunque præsumat attentare, quis tamen ipso quoque carnis intuitu non videat, omnem hic eloquentiam magnitudini rerum imparem inueniri? Et primo quidem mentis eius erga Deum & proximum ardorem plene prosequi, laboris est non minimi. Quod ne falso iactitare videamur, hinc historiæ sequentis sumamus exordia.

Psal. 65.

Ante ruinā exaltatur cor. Prouer. 16.

Degustata semel carnis delectatio, post fletum vehementius mentem incendit.

Psal. 82.

Professio castitatis.

Apoc 14.

Luc. 22.

Admirandum sane miraculum

Non sunt hæc accipienda de sacramentali confessione quæ fit sacerdoti: sed quod non fuerit ausa extra hanc confessionem cuiquam aperire crimen suum.

Ioan. 15.

Temperantiam hic dicit, quam alij discretionem vocant.

XV. Cvm per omnes curæ suæ congregationes, cuiuscunque professionis essent, regularis disciplinæ tramitem licentia deperisse doleret, alijs pro vitæ necessitatibus, alijs pro mundi cupiditatibus extra vagantibus: vniuersorum Præbendas pro supputatione annualium redditruum large disposuit, nonnullas ex suis adaugens: vt occasione liber-

S. Anno reformat monasteria

2. Tim. 4.

tatis crepta, necessitatem iugi claustralis cunctis induceret. In his exequendis Apostolicis vtebatur præceptis, obsecrans vt pater, increpans vt magister: interdum stimulos exorbitantibus ac recalcitrantibus addens, & castus negligentiæ disciplinæ celestis scholam temporibus suis mundo reformans. Quibus studijs quo plus charitate feruebat, eo sollicitior insistens, ad maiora diuinæ laudis opera magis inflammatus accessit, quinque monasteriorum structuras ab ipsis fundamentorum initijs ad perfectum deductas, non animam tantum, sed & corporis omine, quin & conditore sensibus instructum, ipsius addicens seruitijs.

Quinque monasteria e fundamentis extruit.

ITAQVE quod primum erat monasterium, quod dicitur, ad Gradus, in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, iactis fundamentis erexit, omnibusque varij decoris elegantia pulchre distinctum consecrauit: præpositis ibi Canonicorum sufficientiam copiose delegat: quos vndique scientia, vita vel moribus exquisitos, illuc adunauerat. Ipse vero speciali deuotione dilectæ ibi Dominæ totus inhærens, cum eius patrocinijs animam crediderit, iam sepulturam in eodem sibi monasterio, adhuc futurorum nescius extruxit, & quasi iamiamque migraturus, locum frequentabat, pernox in orationibus, sua suorumque peccata lachrymarum fluminibus expians. Cumque noctem totam sæpe duxisset insomnem, sub ipso lucis exortu super mattulam, vel super nudam humum aliquoties super gradus in ingressu capitulij se reclinans, vix puncto temporis oculis in soporem clausis, surrexit. Cuius contritionis & abiectionis virtus non facile credebatur in eo, quandoquidem familiarissimis suis non semper innotuerit, & ipse publicis obsequijs vallatus incedens, adspectu ipso tremendus & gloriosus seculi dignitatibus fuerit: qui tamen inter pauperes Christi degens, mitis & humilis semper extitit. Nam vt à fratribus nostris accepimus, cum eis residens, nonnunquam subridendo intulit: Quam magnum, quamque terribilem omnibus aulicis, veniens ad eos, me ingero, quomodo caput erecto collo circunducens, sæuos oculos in vnumquemque retorqueo, totum me eis pono ita, sub cuius vestigia sint omnia futura: cum tamen inter hæc pauidus atque timidus, longe deiectior [illegible] incedam, quam vlli pateat fidei. Hæc suis ipse diu se confessus est. Cæterum quoties curæ needum præsens adesse nunciabatur, non laicus, non clericus, non Comes, non alius quis potens, non Episcopus, non ipse denique Rex exceptus est, qui non habitum suum aliter excoleret, eum aim æquaret, gestus quoque suos componente tempe aret.

Monasterium S. Mariæ ad Gradus, construit.

Capitoliũ, dicit domũ Capitularem, vt vocant vulgo.

XVII. PROSPERIS igitur successibus in consummatione templi, quod cœperat, visus, vbi magis magisque desiderio supernæ iucunditatis æstuabat, exiguo deputans præteriti temporis labores, eminentioris meriti [illegible] cupiebat apprehendere. Vnde secundo copijs contractis, S. Georgij martyris ecclesiam extra murum construxit, annuis redditibus abundantem, iuxta quod exigebat illic congregatio facta clericorum. Ad cuius dedicationem votis omnibus inhians, reliquijs beati martyris adhuc acquirendis præpediebatur: & ecce, sicut ipso referente comperitum est, nocte quadam sopore pressus, eundem martyrem ex interioribus oratorij S. Pantaleonis cum ingenti luminis frequentia procedere conspexit. Quem in amictu splendidissimo vultu roseo perfusum, cum mirantibus oculis ad nouam suæ deuotionis fabricam gradum direxisse specularetur, illo tam ingressu, mox euigilauit. Ilico diuinæ inspirationis gratia tactus, aliquid suis votis consonum in illo persensit somno: tenebrisque finitis, omnis impatiens moræ, sancti Pantaleonis adiens sacrarium, auspice Deo, brachium præclari martyris Georgij sibi præsentatum maxima cum veneratione suscepit, undique comitante multitudine, cum & processio solennis fieret per vestigia, quæ nocturni martyr calcare visus est, ad locum, vbi ingressus est, baiulauit. Tunc secundum consecrationis ritum minister cum Pontifice, opportunitatem sermonis habendi tempus & locus exposcit. Repente igitur tumultu concitato, diffusa hinc inde fiebat, nemine alium expectante, sed singulis præoccupantibus locum, qui voci prædicantis Episcopi vicinior existimaretur. Alijs vero parietes, alij domos & arbores conscendentibus, plurimi duas prægrandes trabes, per quas ad ædificium metu dispositus erat ascensus, circumiacebant, innumeris subito catervis conglobatis. Igitur omnibus arrectis auribus & oculis in ora loquentis Episcopi defixis, trabes pressuræ nimietatem non ferentes, cum fragore magno corruerunt, ijs qui super eas erant, pariter ad inferiora labentibus. Cumque molem ruentium turbis fuerunt stans excepisset, clamor & concursus ingens exortus est, nullo dubitante, magnitudinem periculi [illegible] simplo uno num pergili. Sed post paululum facto silentio, nullius læsioni vestigium in aliquo repertum est, maior laudis & admirationum vox ab omnibus infonuit: quibus diuinæ virtutis potentia meritum martyris sacerdotis [illegible] gloriosius, quanto [illegible] patefecit. Huius itaque lætitiæ suauitate perfusus sacer Antistes, brachium sanctum manibus suis [illegible], ecclesiam ingressus est, resonantibus in hymnis & supplicationum [illegible] hinc clero, illinc populo. Interea splendor igneus ex arce adueniens, ingredientem cum sanctis sanctum Pontificem prosecutus est, visibiliter in templum descendens, paucis eorum, qui foris erant, & prope nullus ab hac exceptus visione. Qua de re plus in exultationis voce cunctis [illegible], ipse tot diuinæ præsentiæ signis exhilaratus, magna cum securitate, magnaque cum deuotione totius ecclesiastici ministerij cultum peregit.

Hodie intra murum est Ecclesia S. Georgij, condit.

Ingressus est, nos addidimus, vt deerat enim in exemplari deesse.

Egregium sane miraculum.

XVIII. DEINDE cum totus in anteriora prospiceret, eorum quæ retro sunt, oblitus, in secreto cuiusdam noctis profunda quiete resolutis omnibus, more suo cœnobium S. Martini transiens, vigilijs nocturnis monachos insistentes aure cordis & corporis audiuit, grauiterque suspirans, ad presbyterum quendam occultorum suorum scientissimũ, ait: Nunquid cordis tui ianuam non pulsat, quod in tota Colonia sopitis omnibus, hi soli diuinæ seruituti sollicitudinem habentes, hoc tempore nocturno ad psallendum Deo consistunt? Et me quidem nihil dignum in nostris [illegible], cum tantum [illegible] mea tulerit infelicitas, quam maxime monachis hactenus inutilis sum. Et cum pectus feriens hæc dixisset, oculis ad sidera leuatis cum expansione manuum, cordis & ore subiunxit: Te precor, vitæ mortisque dominator, & summe pater, te precor, vt huius lucis inducias mihi concedas, donec omnino te proficuum quid & in huius [illegible] viros elaborem. Qua voce cœlo penetrante, domum ingressus, primo mane limina beati Petri adijt: vbi [illegible] in crypta secretius & psallens, à quodam superueniente [illegible] admonitus: Ne mora sit, venerande Præsul, in extruendo requietis tuæ loco, quem Deo prædestinante in monte, qui a præterfluente fluuio Sigberg cognominatur, habebis. Dixerat, & ab adstantibus quasi delusor citius sepultus est, Episcopo viam verbi profundius, quam dici possit, excipiente. Cuius abhinc intentio non aliud, quam id, die noctuque voluens, qualiter ad finem perueniret, expediendum est.

Cœnobiũ S. Martini Coloniæ

Ignotus quidam senex ho tamen cum, vt condat Sigebergense cœnobium

XIX. PALATINVS Comes Henricus, vir potentiæ secularis & gloriæ tunc temporis inimicitias aduersus innocentiam Dei dilecti Pontificis exercens, cædibus, rapinis & incendijs per omnem ferebatur Episcopium, ad deuastationem patriæ præsidio fretus in prædicti montis vertice. Hunc iustis ex gentibus causis, anathematis sententia feriens Archiepiscopus, tandem ad satisfactionem coactum captiuumque traxit. Qui Coloniam veniens, ad eius vestigia ruit supplex & pœnitens, & accepto communionis & indulgentiæ loco, pro grata sibi reconciliantis Episcopi, beato Petro montem Sigebergensem dono contradidit. Tunc diu desideratum cernens sibi Præsul patere negotiũ, portentis quibusdam, quæ de monte rumor insonuerat, quasi iam currens, accepto stimulo reddebatur incitatior. E quibus hæc, multis adstipulantibus, non improbabiliter fertur.

[illegible]

XX. INTERIACENTE prope milliario, vicus quidam Stieldorp dictus, memorato distat à monte. Huius incolæ Dominicæ die [illegible] tracti sub ijsdem dieb. ecclesiã petentes, cum licentia populari varia conferentes, liberum quoque sursum dirigentes intuitũ, contra monté prospicientes, repente signũ Crucis cęlo contiguũ, quasi dependens viderent

eius imminere cernebant. Quod dum pulchre concolorum varietate distinctum singuli mirarentur, qui prudentiores erant, ingens dicebant esse ostentum, per quod portenderetur, triumphum Cruci inibi digna veneratione frequentandum, cultoribus loci fide Crucis, non armis visibilibus, semper triumphantibus.

Signum Crucis in aere conspicitur.

XXI. DVOBVS quoque peregrinis ex Græcia per idem tempus apud Veronam, quæ etiam Bonna dicitur, hospitantibus apparuit in visu magnæ claritatis scala, à vertice montis in cœlum vsque subrecta, per quam miri candoris agniculi lætis gestibus ascendentes, ætheris alta penetrabant. Et hoc in bonam partem cunctis interpretantibus, ad ædificium montis, diuersis vallatus artificibus, Pontifex accessit: quorum alij arbores succidentes, alij succisa abigentes, alij terram effodientes, alij lapides aduehentes, omnes vero varijs in artibus pari studio feruentes, opus accelerabant, instante desuper Episcopo & exactoribus eius. Quid multa? De cœlis auxilio præstito, consummatio templi prosperata est: quod anno Dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo sexto, decimo Calendas Octobris, nomini S. Michaelis Archangeli specialiter assignans, in honore omnium cœlestium Virtutum sub patrocinio gloriosi ducis Mauricij sociorumque eius consecrauit. Cumque sanctæ Crucis aram sanctificaret, & in eam reliquias imponeret, lux igneo cælitus radians fulgore, pariter introire visa est.

Visio duorum peregrinorum e Græcia.

Anno 1066 Templum Sigebergensis cœnobij consecratur.

XXII. EX quo lætum sumens auspicium, cum in occidentali plaga monasterij versus Septentrionem, S. Martini dedicaret * sacellum, post peractum consecrationis officium ad altaris ministerium palliatus stetit. Vbi cum in contritione spiritus & compunctione cordis seipsum mactans, corporis & sanguinis Christi conficeret sacramentum, inter oculos & manus repente globus igneus emicans, tremenda voluebatur visione. Isque paulatim se colligens, totus est illapsus calici. Expauit Sacerdos, & vt ipse retulit, præ timore extra se pene factus, hærebat quid ageret. Temerarium iudicabat vltra manus ad benedictionem calicis extendere, quem tantæ maiestatis præsentia repleuerat: & e diuerso culpam formidabat, si desistens, vniuersalis Ecclesiæ ritum infringeret. Tandem occurrit animo, Spiritu sancto reuelante, quod sui erat officij, benedictiones solitas percurrere: cæterum diuinæ dignationis fuisse, quod visum est, quæ etiam inuisibiliter id quotidie operaretur. His & similibus electionem supernam suis arridere cœptis gratanter accipiens, locum augustissimis ædificijs excoluit, & exquisitissimis ecclesiæ ornamentis illustrauit, & amplissimis atque in multorum fratrum vsus sufficientibus prædijs locupletauit.

* Capellam

Visio S. Annonis sub Missæ sacrificio.

XXIII CVM autem in omnibus Teutonici regni monasterijs cerneret antiquum illum regularis disciplinæ feruorem admodum relaxisse, & monachos à vita communi ad rem familiarem curam omnem studiumque conuertisse, graui tædio angebatur animus eius, quod ingentibus expensis nihil Deo dignum confecturus putaretur. Interea contigit, vt pro causa Reipublicæ Romam proficisceretur: cumque nonnullas Italiæ regiones peragraret, principes eius regni, ne à Rege deficerent, suis exhortationibus confortaturus, ad monasterium quoddam, cui Fructuaria nomen est, causa orationis diuertit. Ibi admiratus monachorum arctissimam, & secundum Regulæ instituta conuersationem, duodecim ex eis in opere Dei probatissimos secum rediens abduxit, & eos ad tradendum Gallijs eiusdem disciplinæ formulam, in Sigeberg constituit, prioribus monachis, quos aliunde asciuerat, honorifice in locum suum remissis. Quod eius factum imitati cæteri Galliarum Episcopi, alij ex Gorzia, alij ex Cluniaco, alij ex Sigeberg, alij ex alijs monasterijs monachos euocantes, diuini seruitij scholam in suis singuli monasterijs instituerunt: adeoq; breui conualuit felicis huius facti æmulatio, vt pauca intra Galliam monasteria videantur, quæ non iam nouæ huius institutionis iugum subacta receperint. Ipse vero monachos suos, iuxta quod in Fructuaria compererat, cernens arctissimis viuere disciplinis, & conuersationis eorum opinione longe lateque vulgata, multos ad mundi contemptu inflammari, & eorum magisterio se in via Dei erudiendos tradere, magnas Deo gratias referebat, quod non confudisset eum ab expectatione sua. Omnem quoque diligentiam adhibebat, ne quam earum rerum, quibus corporis imbecillitati consulendum sit, penuriam sustinerent. Honorabat ac venerabatur eos, vt dominos suos: nec solum Abbati, sed decanis etiam monasterij ita subditus dictoq; obtemperans erat, vt ad primum eorum imperium, quantumlibet grauibus publicæ sub priuatæ rei negotijs implicitus teneretur, ilico exoccupatis manibus surgeret, & omne quod iussissent, instar vilis mancipij exequeretur. Cibos summa industria confectos quotidie, dum adesse potuisset, ipse eis inferebat, ipse apponebat, ipse potum miscebat, ipse quasi diuinas inter hæc singulorum exosculabatur manus, ipse reficientibus ad omne obsequium quolibet famulo promptior paratiorque assistebat: intentusq; lectori, postquam omne ministerium peregisset, in ascensu graduum, satis humili contentus sede, quiescebat. Silentium quoque ac cæteras monasterij consuetudines, dum inter eos versaretur, ita attentus soliciteque seruabat, ac si pro excessibus suis ipse quoque quotidie in capitulo eorum causam dicturus, & sententiam accepturus foret. Nullus vnquam pater tali erga filios ducebatur affectu, nulla mater. Omnes vt se diligens, singulis compatiebatur, & animam suam pro vnoquoque paratus impendere. Hoc enim in Sigeberg, hoc in Saleuelt, hoc in Grascaf, locis scilicet post ab eo constructis, studium erat, hic mos, hæc institutio.

Hæc ex Schafnaburgensi pene ad verbum.

Ex Italia adducit monachos in Sigeberg.

Quam reuerenter eos habuerit.

Silentium seruat vt monachi, & cæteras monasterii consuetudines.

XXIV PORRO à Rege grauissimis sæpenumero dissidens inimicitijs, nunc quidem in summam familiaritatem, & pene in regni consortium ab illo assumebatur: nunc vero, quoniam ea quæ in regno præter æquum & bonum perperam gerebantur, vehementer detestaretur, & acerrime impugnaret, cum contumelia de palatio eijciebatur, & ad extinguendum nomen eius, totum regni robur concitabatur. Hic vicissitudinibus per plures annos cum Rege concertationem habens, semper velut ad turrim fortitudinis recurrens, Sigebergensium fratrum preces in auxilium asciuit. Vnde quodam tempore Regis pessimis aduersum se consilijs inflammato, pergens ad curiam, fratribus in horti cultura generaliter repertis, ait: Commotionis & indignationis regiæ non inscius, iturus ad palatium, Deo me vobisque commendo. Vos clypeus meus estis, vos præsidium meum estis: vos inquam filij dilectissimi, omnia mea estis. Nulla mihi spes in militibus meis, nil præsumptionis est in armis eorum. In fide loquor: maior mihi fiducia est in vobis, quam in omnibus illis. Itaque fit in benignitate Saluatoris, & in potestate vestræ dilectionis, quemadmodum à Rege vel à suis excipiat. His dictis, profectus est, & plerunq; per imperium eius, qui ponit terminū mari, Rex à feruore cordis sui desistens, cum paulo ante necem, vltimumq; si copia fieret, exterminium Annoni & omnibus quæ eius essent, minaretur, eo veniente, quasi diuinitus impulsus surgens, osculum pacis ei cum magna dilectione porrexit. Quapropter in stuporem versi quique circumstantes, inter se susurrabant: Vbi nunc iræ? vbi nunc minæ? vbi tot insultationes paulo ante habitæ? In his omnibus Dominica vox consideranda est, quæ sic promittit: Ego me glorificantes glorificabo. Et reuera non modo nostris, sed & retro temporibus difficile inuentus est, qui tantam præ se ferret maiestatem ad seculum tantam humilitatem erga Deum.

Modo charissimus, modo plane inuisus est Imperatori.

In periculis ad monachorum preces recurrit.

Ierem. 5.

Hæc mutatio dexteræ excelsi.

1. Reg. 2.

XXV. IGITVR postquam voti sui compos, monachos suos in diuinis rebus ad omnium imitationem singulariter florere conspexit, omnem pro eis solicitudinem in futurum extendens, publicæ excommunicationis & æternæ damnationis vindictam protulit in omnem hominem, quicunque eis ad nocendum pertinax & malitiosus incumberet. Deinde authoritatis suæ sigillo roboratam paginam fecit, in qua sub eadem contestatione decreuit, ne quis primam monachorum illorum consuetudinem immutare præsumat: ne quis Abbatem ad aliquod curiale seruitium, aut non regulare officium constringat: ne quis Episcopus, vel suorum quisquam eo loco staudi potestatem habeat sine licentia Abbatis: ne quis aduocatus aut subdefensor, nisi quem voluerit Abbas, eidem monasterio vel bonis

De Sigebergensibus quæ statuerit.

 eius con-

eius constituatur. Et vt maior his constitutionibus insistat authoritas, priuilegium Apostolicæ sedis Romam pergens expetijt, quod adhuc in pace & concordia agente Ecclesia, in hæc verba rescriptum accepit.

Literæ Alexandri Pontificis. Vide quid Pontifex de Hanone sentiat.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Annoni Archiepiscopo sanctæ Coloniensi Ecclesiæ, in XXVI.
Christo Iesu fratri charissimo. Quod a nobis, Deo dilecte frater, expetis, ex officio suscepto & auctoritate Apostolica vniuersis debemus ecclesijs. At mihi tecum in Deo dilecte frater, aliter agendum est, quippe apud virum religiosum, & reuera tam operibus, quam nomine Episcopum. Itaque ex parte Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum & Electorum Dei confirmamus & corroboramus Abbatiam illam in perpetuum: ne qua persona magna vel parua, non aliquis successorum tuorum, non Rex aut comes, nullus, inquam, hominum ex ea quicquam ad destructionem loci demat aut auferat. verum omnibus inibi collatis atque conferendis, pax sit permanens & inconuulsa: & prima ista, qua modo instituuntur, apud monachos permaneat consuetudo, sitque illis de Abbate libera electio. Siquis huius nostri priuilegij temerarius violator extiterit, perpetui anathematis vinculis se innodandum nouerit, nisi forte resipiscens, digne satisfecerit. Qui vero pia deuotione obseruator esse studuerit, peccatorum suorum omnium consequatus veniam, & æternæ beatitudinis gloriam mereatur. In quibus Papæ dictis facile datur aduertere, quantæ sanctitatis & venerationis iste nostrorum temporum singularis Præsul in pectore tanti Pontificis habitus sit, quem virum religiosum, & reuera tam operibus quam nomine Episcopum, sic vigilanter apellauit. Exemplar quoque regalis decreti ponimus ex parte, ne lateat lectorem, legitima præfati cœnobij non leuiter infringenda.

Habes hic ætatem autoris huius historiæ.

Literæ Henrici Imper.

HENRICVS diuina fauente clementia Rex. Cunctis Christi cultoribus, nostrique fidelibus, tam futuris quam modernis innotescat, qualiter charissimus nobis Anno Archiepiscopus monasterium, quod in monte Sigeburg construxit, nostræ tutelæ & defensioni subdidit, & mercatum, telonium, monetam atque prædia, cum omnibus ad hoc quæsitis & datis, siue quærendis & dandis vtilitatibus, nostra regali authoritate firmari & corroborari postulauit. & post aliqua: Itaq; monasterium, & omnia ad hoc pertinentia, in nostram accipimus defensionem. & regio more hanc inde conscriptam chartam, propria manu corroborauim*, & sigilli nostri impressione insigniri iussimus. XXVII.

Imperator idem monasterium in suam defensionem accipit.

POST hæc prudentissimus Pontifex, adhuc huius vitæ dies sibi concessos videns, ob id, quod scriptum est, Iustus nihil feretur adhuc: duas monachorum congregationes addidit: vnam in regione Vuestfalorum, loco qui dicitur Grafscaf: aliam in confinio Turingorum & Sclauorum, loco qui dicitur Saleuelt. quarum prior in honorem S. Alexandri martyris & sex fratrum eius: sequens, in honorem principis Apostolorum ab ipso consecrata est. Has structuris & prædiorum sumptibus abunde ditatas, ad normam Sigebergensium viuere instituit, adductis illuc eiusdem cœnobij fratribus. Tunc demum numero quinque virginum prudentium perfecte admissus, non in visu, non in auditu, non in gustu, non in odoratu, non in tactu sponsi venientis offendere dignus erat vultum, per singulos sensus deputatis, qui perpetuis orationibus, vigilijs & eleemosynis, digno cœlestis Regis conspectibus ornatum, & viuentem eum mortuum excolerent. O vere felix, nimiumque felix, qui tantorum fultus intercessionibus, si quid per quinque sensus deliquisset, venia poterat aboleri facili. Cuius dilectioni quam vicem debeant sui alumni, magnopere singulis curandum est: qui totus in ipsis, vt vnica mater vnico pendens in filio, nonnunquam corporis debilitatem sustinuit ex compassione, qua erga illos afficiebatur. quod vno satis elucebit exemplo. XXVIII.

Alia duo extruit monasteria.

Apo. 22.

Matth. 25.

INSTABAT aliquando Paschali festi singularis & iucunda celebritas, & confluentibus Coloniam non solum ex omnibus prope Rhenum ciuitatibus, sed & de transmarinis, & adhuc remotioribus prouincijs absq; numero populis ad nundinas toto orbe celeberrimas fiebat vt ex ipsa frequentia geminum Coloniensibus immineret tripudium. Verum, quod huius lætitiæ pulchritudinem magna poterat ex parte fuscare, vehemens febrium ignis inuasit Episcopum: qui & decidit in lectum. Cumque Dominicæ cœnæ dies illuxisset, & ipse membris omnibus defatigatus, ministerium sacri mandati se desperaret implere posse, quod speciali semper deuotione suo tempore frequentare solebat, maior ex tristitia morbus cordis eius intima penetrauit. Cœpit enim varijs intus æstuare cogitationibus, qui foris æstuabat febribus: & nunc quidem, ne fructu tam pij priuaretur obsequij, ad id exequendum modis omnibus surgere definiuit: nunc vero perpensis imbecillitatis suæ viribus, vix ad primum motum sufficientibus, stultitiæ proximum iudicauit id conari velle, quod, nullo dubitante, facultatem excederet. Hoc gemino cordis conflictu die consumpto, aderat hora, qua Rex summus, trementibus Angelis, seruorum vestigia petens, humilitatis suæ exemplum factis & dictis fidelibus suis ingessit. Quod pius vir intimo mentis oculo considerans, in maximam afflictionem incidit, dum timuit ab eius excludi consortio, quem in hoc facto imitaretur & infirmus. Tum vero totus versus ad preces, petijt vt omnium Dominus, cui præsto est, cum voluerit, posse, suis adesse dignaretur desiderijs, concessis viribus, quas intentio pia supplex exigeret: præmissoque puero, fratribus mandatum dixerit, vbi breuissimo temporis interuallo, se, licet dubio venturum, sustinerent. Illis inopinato nuncio retentis ab officio sacro, postquam cunctantius Episcopi præsentia offerri cœpit, priores expectationis tædio exacerbati, miserunt ad eum, dicentes: Nobis quid expectemus ignorantibus, hora pertransijt, & iam nocte vicina, hodierni diei reuerentiæ in imminutione diuini cultus, non sine dolore plus iusto certe detrahemus. Mox igne charitatis, febrium ignes mitigante, lectum relinquens pontifex, fratres adijt, & ex more linteo præcinctus, ad ablutionis mysticæ ministerium præter spem omnium processit. Hic quam humiliter, quam pie, quam deuote velut ad ipsius Domini vestigia procubuerit, quomodo per singulorum pedes lachrymans, eos capillis venerandi capitis sui terserit, & osculo suppliciter honorauerit, illam quondam pœnitentem Mariam in oculis cordis semper habens, lectoris prudentiæ derelinquo. Sedentibus autem singulis in ordine suo, congregatio beatæ Mariæ semper virginis, ipsius olim studiis elaborata, iuxta suam dispositionem vna nihilominus tenebatur in parte. Ad quam, consummato in cæteris charitatis suæ & deuotionis opere, veniens, intimo dilectionis oculo defixus in illam, recordabatur & aliarum in Christo per se congregatarum. Interim & prior ad animum redijt infirmitas. Hinc factum est, vt suorum quandoque desolatio cor eius pulsans, tanta subito miseratione eum commouerit, vt dolore correptus, in terram rueret, iamq; moribundus, & omni membrorum officio destitutus, gestantium manibus ad lectum reportaretur. In eadem infirmitate triduo iacens, respiciente Domino piam eius solicitudinem, qua timebat ne grex suus sacri verbi pabulo per sancta solennia careret, in ipsis Dominicæ resurrectionis vigilijs mirabiliter sanatus est. Cum enim matutinalia signa insonuissent, repente quasi diuino tractus instinctu, prosiliit è lecto, & à reclamante puero cubiculario, qui eum doloris insania suspicabatur agitari, calceamenta cum vestimentis vix extorquens, ad ecclesiam lætus processit. Porro cunctis in admirationem versis, ipse cum alijs cantans, & psalmum dicens ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi: ad tertiæ quoq; lectionis enunciationem accessit, solito iucundius & hilarius eam perlegens. Ex hoc pastor bonus ouium, pulcheris & paschali cultui condignis alludens tripudijs, generale gaudium suis extulit & cumulauit gaudijs, totam solennitatis illius instantiam tam iucunde, tam deuote, tamq; studiose peragens, vt nulli dubium esset, quin ad hæc peragenda, dextera Christi resurgentis eum à lecto doloris erexerit. XXIX.

Nundinæ Colonienses.

Ardenti febre laborat vir sanctissimus.

Charitas sanctissimi viri iam animum.

Ioan. 13.

Charitas vincit morbi vim

Nota lector

Luc. 7.

Subito mirabiliter conualescit.

Psal. 67.

PRÆTEREA cuius famæ vel nominis vir tantarum inter suos virtutum, apud exteras quoque nationes fuerit, hinc æstimari potest, quod Anglorum Danorumque Regibus amicitia iunctus, donis & legationibus eorum XXX.

Exteri quoque Reges eum venerantur.

crebro honoratus est: quod Henricum Imperatorem in Pannoniam persecutus cum regno patriaque pulsum, & ad se profugum Hungarorum Regem reduceret, ipse per industriam suam in subiugandis hostium castris, cunctis illis armis plus præstitit & effecit: quod cum epistolis legatos suos ad Græciæ Regem direxit: qui reuersi Dominici ligni partem non modicam, aliaque regalium donorum insignia Rege transmittente, ipsi præsentarunt: quodque Regina Polonorum, ex Teutonicis oriunda fama nominis eius ducta, ad inuisendum eum properauit, eiusque ditioni Saleuelt, & quæque cohærentia concessit, acceptis ab eo variarum specierum & precarij condignis precijs. In quo loco, sicut paulo superius commemoratum est, cœnobium construxit, quod speciali quadam veneratione semper dilexit, tum propter expertam inibi cœlestis gratiæ præsentiam, tum etiam ob luctum paganæ gentis, in circuitu commorantis. Nam frequenter tumultum Coloniæ declinans, illic secessit, vbi spiritualibus studijs occupatus, quędam diuinæ laudis carmina vel hymnos composuit, quibusdam etiam reuelationibus interfuit, & contemplationi vacans, futuræ quietis dulcedinem prægustauit.

Componit hymnos quosdam.

XXXI. Cvm autem diuitijs & gloria cunctos in regno præcederet, quod forsitan fidem excedit, sæpe nec nummũ & prope nec nummi precium sub sui iuris custodia reperit. Quicquid enim ab huius mundi diuitibus vel emendo, vel in precariam accipiendo, vel aliter acquisierat, mox in pauperes, vel ecclesiarum ministros expendit: hoc propositum habens, ne minimam saltem rem in omni proprietatis suæ iure moriens post se relinqueret. Denique nunc multis, nunc paucioribus, aut certe singulis è fratribus nostris, coram eo positis. Quid, inquit, hominum æstimatio me quasi magnum diuitemque celebrat? En exceptis vtensilibus capellulæ, ministerijque pontificalis & hoc annulo nescio me saltem vnum hodie possidere denarium. Nec enim inexplebilis auaritiæ thesauros meis congrego claustris, vnde vel Regis, vel suorum vita periclitetur, aut ingluuies satietur, eorum edacitati me satis in hoc obuiante, vt nec assem vnum oculos claudens, inter illorum vngues relinquam. Cuius verbi quis finis fuerit, patet ex eo, quod in ægritudine, qua mortuus est, alienis fouebatur operimentis: quotiesque manibus ferebatur in occursum sanctorum, quos iam infirmus in suis liminibus ipse visitare non præualens, ad se visitandum plerunque deferri voluit, habitu proprio carens, interim ab aliquo canonicorum contegi necesse habuit. O quantus ecclesiarum defensor ille extitit, quam impenetrabilis inimicis Christi murus: non ex illis, in quo prophetia dirigitur. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murũ pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini: qui summi pastoris imitator bonus, animam suam pro ouibus suis obtulit, dum nunquam more mercenarij lupis ingruentibus cessit: sed semper eos aut verbo seuerissimæ increpationis, aut gladio iustissimæ excommunicationis insecutus est, interdum etiam impudentiores quasi militari manu deterrens, porro contra omnes orationis inuictæ scutum arripiens. Extant eius innumerabiles pro Ecclesia sudores, nec possint commemorari omnia, quæ pertulit ab impijs. vnum duntaxat, in quo potissimum orationis eius vis & efficacia cognoscitur, ad terrorem eorum, qui nunc quoque cœlis inuecto impudenter obloquuntur, inferimus: vt vel sero resipiscentes, quid cum Christo viuens, possit, attendant, quem carne tectum, tantum potuisse forsitan mirabuntur.

Omnia sua ecclesiarum ministris & pauperibus elargitur.

Ecce paupertatem voluntariã tanti Principis.

Ezech. 13.
Ioan. 10.

XXXII Postqvam mons Sigebergensis, qui vertitur in victoriam, victor vtique vitiorum, tradente Palatino Comite, ditioni S. Petri cessit, idem magnæ tyrannidis vir, quasi sopito peruersitatis igne, Gorziam venit: vbi deposito pompæ secularis cingulo, monachicæ paupertatis habitum sumpsit. Egit hoc arte sua diabolus, qui substantiæ spiritualis & angelicæ dignitatis creatura, per subtilitatem naturæ suæ nonnunquam ex anterioribus futura perpendit, & semel obnoxios gehennæ, mille circumueniens dolis, dupliciter filios eius effecit. Hac vsus fraude circa virum hunc, cum post aliquod tempus à professione fallaciter vsurpata deturbans, amplexus coniugales resque familiares repetere suasit, & coniunctis sibi nequitiæ suæ septem spiritibus, cor eius intrans, in omnem deinceps flagitiorum voraginem præcipitauit. Is exosos habens omnes Dei seruos, vtpote refuga, bella mouit, seditiones concitauit, & ad suæ perditionis cumulum, ad extinguendum nomen celeberrimi tunc Pontificis Annonis, Agrippinensem vrbem post rapinas & incendia, post cædes & detruncationes plurimorum, hostiliter aggressus est. Ibi cominus cum armatorum multitudine sedens, omnia per circuitum quasi sæuus aper deuastauit, ignem pariter & ferrum miscens. Interim sacer Pontifex intrinsecus cilicio tectus, minori pro se, maxima vero pro commisso sibi grege solicitudine æstuans, die quadam cum processisset ad murum, vidit procul ignem micantem, & vicorum nuper incensorum flammam fumumque in sublime conscendere, incolis ex vno latere fugientibus hostes, ex altero ignes. Ad quod spectaculum pastor pius intimo dolore traiectus, non aliter, quam si gladijs omnium confoderetur hostium, ingemuit, & miserabilem emittens vocem: O me miserum, inquit, ò me peccatorem, & ô nimis infelicem, quem tanti mali, tanti doloris, proh dolor, inspectorem ætas ingrata protraxit in hanc horam. Moxque loco cedens, intra matricis Ecclesiæ limen sese recepit, & ante protectoris sui sancti Petri memoriam ruens, has lugens & eiulans edidit voces: Heu heu Domine, quid commeruit grex & ouile tuum, vt sic rabidis luporum dentibus expositus, eorum morsibus attrectetur, eorum faucibus deuoretur? Se lædentes non læserunt: læsi vicem non rependunt, gratis iugulantur, sine causa sedibus pelluntur, & quicquid pœnarum pessimus quisque dictante iustitia luit, hi, sola imperante crudelitate, longe durius exoluunt. Ecce qualis clamor viduarum, quantæ pupillorum & orphanorum miseriæ, quot pauperum contritiones te susceptorem eorum, te iudicem eorum, iamiam necessario prouocant ad iudicium. Miserere pacisque nobis serenum adspira diem, in eum, cuiuscunque causa talis Ecclesiæ tuæ tempestas imminet, tuę vindictæ determinans sententiam. At vero Coloniensibus ad arma conclamantibus, ac pro defensione ciuitatis hostiles impetus bellicis apparatibus hac illac per murum obseruantibus, tyrannus quidem velut dissimulans, in castrum suum, quod Cochemo dicunt, se contulit: magis autem, vt viribus & multitudine se sequentium illic adunatis, iudicium sanguinis cum Episcopo eiusque administris publice committeret. Contra quem cum Episcopi milites nihilominus omnibus armarentur viribus, & studio partium quidam consanguinei cum Palatino, quidam cum Episcopo ordinarentur, esset q; ciuilis belli periculosissima cunctis suspicio, sanctus Pontifex graui pressus angustia mentis, quod è duobus tolerabilius eligeret, ignorabat. Si superbiam hostis armis humiliare decerneret, occurrebat inhumana crudelitas, & miserabile scelus, cum frater fratrem, gener socerum, socer generum hostiliter prosternerent. Si vero aliter vellet, imaginarijs oculis expugnandæ vrbis miserias, ecclesiarum destructiones, clericorum vel monachorum contumelias, viduarum pauperumque necessitates, postremo iuuenum & senum indiscretas cædes attendebat: In huius articulo necessitatis quod primum, quod maximum, quodque certissimum erat solatium, totum se contulit ad Dominum, cum ieiunijs litanias ordinans, & diuersa sanctorum oratoria lustrans. Iamq; futurus quasi præsens timebatur hostis, & sacerdos cum populo circumiens, tristes meditabatur causas, nec tamen à psalmorum modulatione cessabat. Cumque ordine venisset ad * tricesimumquintum psalmum, cuius est initium, Iudica Domine nocentes me, atque in eum altius intenderet, ex ipsa psalmi conuenientia dolor cordis eius increscebat. Vbi autem ad versiculum illum, Veniat illi laqueus, quem ignorat: ventum est, quasi præsagio quodam de aduersario tactus, intremuit spiritu, lacrymisque cum voce prorumpentibus, eundem, diacono stupente, denuo repetiuit, dicens: Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum. Hoc quomodo protulerit, orantis ne affectu, an potius spiritu prophetantis, vel, vt melius reor, vtroque modo, historiæ nil obest:

Sigebergi. Latine Victorius vel Victoriæ mons.

Comes Palatinus fit monachus. Deserit monasterium.

Vastat ditionem S. Annonis.

Episcopus se munit contra eum precibus, ieiunijs &c.

Palatinus suam uxorem interficit. Mente capitur.

quandoquidem paucis euolutis diebus, liquens, quem prædixit, incomprehensibili superni arbitrii iudicio, miserabiliter hostem ipsum interimit, vt inaudito seculis furore, vxorem suam, propter cuius mortiferam dulcedinem asportauerat, proprijs manibus interficeret. Nam militum præfectus bellantium acies foris instruentibus ad futuram, quæ sperabatur, cum Episcopo congressionem, ipse residens in cubiculo iuxta suæ cupidinis sociam, irascente Domino, nec diutius calamitates innocentium sustinente, in amentiam versus est, ac mox dependentem arripiens bipennem, dilectæ coniugis Adelheidi, caput feriens amputauit, cursuq; foras egressus, plausu manuum & cachinno, quid egisset, insaniens, vt erat, more exposuit. Exhorruit ad tam triste piaculum omnis ætas, omnisq; conditio, reliquitq; tam operosa bellicæ conuentionis apparatio, singulis ad propria recedentibus. Ipse vero princeps & author seditionis captus, vinculisq; à suis iniectus, quandiu superuixit, furiosus & impos sui mansit, proprijsq; calamitatib. contentus, in alienam cladem amplius grassandi nec copiam, nec voluntatem habuit. Tunc pius sacerdos, vnicum cælestis magisterij suis temporibus exemplar, opere complens illud Dominicum, Orate pro persequentibus vos, & benefacite his, qui oderunt vos: mulierem miserabiliter interemptam, officiose ac nimis flebiliter terræ commendauit, filium eius in sua suscipiens, affectu benignissimo nutriuit, multisq; beneficijs indulgentissime remunerauit. Exinde Colonia pace repleta, pastoris sui iucundabatur in operibus: qui non solum diuersis misericordiæ deditus erat officijs, alens agentes, vestiens nudos: sed & ecclesiasticæ religionis decus amplificauit, monasteria construens, ministris Dei necessaria procurans, & semper in perquirendis & honorandis sanctorum cineribus infatigabili satagens studio.

de indi... Dei ... me.

Matth. 5.

Studium eius erga sanctorum reliquias.

XXXIII. Cvivs rei desiderio tempore quodam Romam ingressus est, Romanorum Archicancellarius, sui æ deuotioni pariter & Ecclesiæ consulturus vtilitatibus. In quo negocio non paruo illic tempore insumpto Apostolicæ benedictionis impetrato commeatu, se cum suis ad regrediendum ocyus absoluit. In eo autem positus itinere, precibus contendit ab Adelheida, tunc Alpium Cottiarum Marchionissa, vt Thebeæ regionis reliquias, eius authoritatis nisu, mereretur ab Agaunensibus. eius quippe ditionis erat locus ille. Quo perueniens, licet splendide ac populariter, vt non solum Archiepiscopum Coloniensium, sed & Archicancellarium totius Italiæ decebat, exciperetur, consilio tamen & prudentia magis, quam potestate, sibi censuit illic agendum. Proinde donis & promissionibus ad voluntatem suam flexum habens sacrarum ædium custodem, remotis aliarum personarum impedimentis, in secreto noctis paucis suorum admissis, ecclesiam ingressus est: vbi sacratissimum beati martyris Innocentij corpus vna cum capite S. Vitalis, reuerenter extulit, & tam sui voti prosperitate, quam etiam suspicione alicuius in populo perturbationis actus, profectionem maturius imperauit. Christo ergo viæ præduce, post emensum peregrinationis suæ pelagus, mœnia Sigebergensis cœnobij contingens, sanctarum reliquiarum thesaurum auro pretiosiorem cum magno populorum tripudio, qui eo die confluxerant, illuc intulit tertio Idus Maij, qui dies Dominicæ ascensionis tunc gaudijs illustrabatur, ab Incarnatione Domini post millesimum sexagesimum nonum anno septuagesimo vertente, fratribus cunctis de patrocinio cælitus collato, & de præsentia diu desiderati patris pro gaudio solenniter sese agentibus.

Vide Baro. Anno 1070.

Infert in Sigebergense monasterium corpus S. Innocentij martyris.

XXXIV. Hoc rumore Colonienses quoque tacti, frequentia magna Cleri simulque plebis, cum ciuitatem sanctum post hæc ingredientem, susceperunt. At ille, ne quas ex Italiæ diuitijs opes aduexerat, suæ sedis ciuibus minus communicasset, elegantis artificij * sacellum, templo S. Georgij contiguum, instruxit, reponens in eo, quod à Roma detulerat, dignum veneratione martyris Cæsarij brachium. Quod vt Apostolici nominis dignitas celebrius redderet, in honorem S. Iacobi sacraturus illud venerabilis Pontifex, cum populo processit: & ecce vorax incendium coram, vt mos exigit, insilato, repente ciuitatem versus Orientem inuasit minaciter. Tunc turbis ad eius extinctionem sese certatim subtrahentibus, & Episcopum vix paucis ex tam nimia, quæ confluxerat, multitudine septum relinquentibus, ille tanto merens impedimento, cum caput intra manus deponens, paulululum resedisset, quasi responso diuinitus accepto, Non, inquit, suæ virtutis vim ignis, qui fraude malitiosi serpentis emersit, in periculum aliquod huius vrbis hodie exercet: tantum plebs de hoc secura redeat, vt in consecratione filiæ matris nostræ, sanctæ scilicet Ecclesiæ, beneplacitum Domino ministerij nostri persoluamus obsequium. Protinus reuerso populo, flammam hanc minus emoriens defecit. Itaque iuxta ritum institutionis Ecclesiasticæ, cunctis in dedicando sacerdotem prosequentibus alacriter, vbi tempus expetijt, eminentioris loci petens apicem, mellifluis & compunctione plenis exhortationibus circumstantes alloqui cœpit: cum repente per insidias inuidiosi hostis, edax denuo consurgens ignis, turbationem non minimam sacri verbi auditoribus incussit. Quos forti commonitione, ne loco mouerentur, retinens Episcopus, omnibus in periculis primum asseruit præsidium, laudibus Christi nullum præponere periculum: ipsos oculis inspecturos, si tantum stare deliberassent, quam velox, nemine obsistente, furentis incendij fieret interitus. Adhuc eo taliter prosequente, cum nonnullis contra facientibus, cæteri pro verbi Dei reuerentia gradum fixissent, adspicientibus cunctis, velut inundatione desuper fusa, momento temporis totus oppressus est ignis, & ad maiorem Christi gloriam, regnante non minimum super eos incendio, quos ardor auaritiæ non passus est in audiendo sacerdote perdurare, hij, qui verbis eius assensi fuerant, ne leuis quidem scintillæ vestigium in omni supellectili sua repererant. Vnde materiam dicendi sumens Episcopus, in longum protraxit sermonem, multa de dæmonum insidijs, multa de Dei clementia disserens: finem, non initia, in Christianis quæri: cæterum cœpisse bonum, nec perfecisse, non modo nulli mercedi, sed & supplicijs obnoxium affirmans. Postremo in extollendis sanctorum laudib. immorans, hoc relatione dignum, cunctis stupentibus, annexuit.

** Capellam*

Hodie est ecclesia parochialis S. Iacobi.

Sententia memorabilis.

Ignis miro modo extinguitur.

Baro. ibid.

XXXV. In vrbe Roma vir quidam Andreas nomine, non opere, diuitijs & vitæ delitijs affluens, laxæ conuersationis amplam terebat viam, animam oneri, corpus habens voluptati: cui præter nomen Christianitatis & emortuam fidem, Christianæ religionis nihil videbatur inesse: excepto, quod beato Cæsario martyri deuotus, ecclesiam eius cũ ceteris frequentare solebat. Hic generali mortis conditione præuentus, sero sui pœnitens, vltimum efflauit spiritum. Nec mora, corpus in feretro compositum, flentium & plangentium amicorum tristi ambiebatur obsequio, sepulturam eius ob quædam impedimenta in diem alterum differentium. Itaque protractis ad medium noctis excubijs, altoque stupore perfusis, repente feretrum moueri cœpit: eleuansq; caput, qui iacebat exanimis, cum vndiq; circunspiciens, ampliorem videntibus terrorem incussisset, fugæ præsidium nonnullis arripientibus, omnibus vero pariter mente consternatis, in feretro resedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil resumpta, procul quibusdam subsistentibus, propius accesserunt, & inspecto diligenter homine, quid rei contigisset, sciscitati sunt, vtrum phantasijs diaboli luderentur, an insueta mortalibus lege ab inferis rediuiuus emersisset, vel, quod magis erat in suspicione, languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fefellisset, cæterum vitam non plane amisisset. Ad hæc ille grauiter suspirans, Non, inquit, simulate, sed vere mortis incidi sortem: at vero perpetuæ mortis sententiam & in anima & in corpore, proh dolor, luerem, si Cæsarij martyris Deo digna non intercessisset supplicatio. Subiungensque secundum tenorem interrogantium, vbi fuisset, quid vidisset, & vt redijsset, ita ait: E corpore violenter eiectus, ad terribile nimisque pauendum Christi solium ducebar. Ibi circunstantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miserrimus conscientiæ reus, nec oculos in quemquam eorum supplex attollere præsumebam: solummodo districti iudicis tristem sententiam accipiens, à teterrimis & horrore plenis dæmonibus ad æternæ damna-

Homo mortuus reuiuiscit.

Vide quid conferant Sanctorum patrocinia.

damnationis loca trahebar absque misericordia. Pectusque feriens, ac nimis flebiliter ingemiscens, Illius, inquit, horæ miseria nullis digne exponenda verbis, mei cordis memoria nunquam elabitur. Cumque me flentem procacissimi dæmones cachinnantes, meisque casibus insultantes, ad perditionem atrociter impellerent, preciosus martyr Cæsarius, meis calamitatibus pie commotus, cum fauore sanctæ Dei genitricis, sanctorumque Apostolorum & martyrum, procidit ante Dominum, vulnerum suorum stigmata demonstrans, & dicens: O clementissime Domine, tremendi nominis tui causa hæc quondam libenter excepi, nec erat in his perferendis, licet caro gemeret, vlla reluctatio mentis: dummodo temporalium tormentorum asperitate corpus semel enecatum, nullis deinceps tristitiæ stimulis vel animam, vel carnem, te præside, afficeret. Quid itaque te, qui pius es, inspiciente nouis in corde doloribus denuo premor? Ecce qui meo credulus patrocinio, vitam suam mihi commisit ex integro, præceps impellitur ad inferos, itaque merito stultitiæ arguitur, qui vana spe seductus, me coluerit vt vitæ suæ gubernatorem, quem in alleuandis saltem suppliciis habere non possit intercessorem. In his vocibus eo coram Christo Rege iacente, piissima Dei genitrix virgo Maria, cum reliquis sanctis se adiungens, filium & Dominum suum ad voluntatem martyris sui flexit: per cuius imperium pessimis dæmonibus ereptus, iam veniæ securus & vitæ, corpus ad hoc reinduere iussus sum, vt his cognitis, vnusquisque suæ salutis solicitior reddatur. Hæc homine perorante, cum adstantes stupor inuaderet, collegit se super feretrum, & obiit. Tali conclusione rem doctor egregius finiens, omnes suspiriis & compunctione, quod audierant, commendantes, mox allocutus est: Et vos fratres, vosque sorores, huius considerationem facti in cordium vestrorum secreta admittentes, ad quemcunque deuotionis & seruitij cultum vosipsos sanctis Dei offerte, vt extremæ tribulationis angustiis arctati, quemlibet sanctorum tanto lætius quisque vestrum illic patronum experiatur, quanto deuotior hic in eius vixit obsequio. His ab eo dictis, nos ob id, quod paulo ante attigimus, docuisse scilicet eum, omnibus in periculis primum esse præsidium, laudibus Christi nullum præponere periculum, memorabile quiddam, ipsius ore celebratum, subiicimus, vnde possit adstrui, quod eum proposuisse non falso testati sumus.

Intercessio Sanctorum.

Sancti honorandi & inuocandi.

XXXVI. ANTIQVÆ structuræ monasterium, titulo S. Cæciliæ virginis & martyris, Coloniæ frequens habetur, in quo sacrarum fœminarum exemplo, puellaris innocentiæ & ætatis infans quædam dulcissimo nutriebatur affectu, omnibus, & præcipue matri congregationis, vnice chara. Verum immatura superueniens mors, tam læta principia simplicis & iucundæ indolis, amarissima sorte turbauit, iacebatque iam omnium oculis onerosa, quæ fuerat ante gratissima. Lugenda sane conditio nostra, quæ non solum nos in nobisipsis vltimæ separationis ineuitabilem necessitatem cogit pati, sed & in amissione charorum quotidiana, proh dolor, strage mortificat. Sic omnes homines quotidie patimur: sic & tunc prædictæ sorores passæ, puellam in extremo spiritu constitutam ocyus amissuræ, post vespertinos hymnos hora Completorij iam instante, chorum petierunt, vt sua Domino redderent, mœstæ de suis. Necdum vero primorum modulatio psalmorum inchoationem sequentium plene perfecta est, cum subito tactu signi notissimi sorores ad egressionem animæ migrantis euocatæ, non sine magnæ præuaricationis audacia, singulæ chorum relinquentes, diuinæ laudis opere neglecto, ad morientem quasi suffragium, magis autem periculum ex hoc allaturæ, concurrebant. Ad quarum introitum oculos, mortis sopore clausos, puella violenter aperiens, impetu magno, quasi nil aduersi passa, prosilit è lecto, cursu petens Abbatissam, eiusque apprehensa tegminis parte stridens dentibus & toto corpore tremens, illa se tenaciter obuoluit, clamans & dicens: Fer præsidium, domina mi, fer præsidium. At cunctis insolitæ rei nouitate non minus, quam clamoribus puellæ, more fœminarum, cum emissione confusæ vocis angustatis, mater tremebunda, Quid habes, inquit, filia? Illa respondit: Monstrosorum dæmonum ingens & horrenda multitudo cum sororibus foras ingredientibus irrumpens, ad inferos me secum abducere velle minantur. Cumque causam huius mali mater infusa lachrymis sciscitaretur, Nullas, inquit illa, alias ob culpas id patior, nisi quod propter me detrimentum seruitij sui Christus habet: cuius laudes, si mihi sorores aliquid conferre vellent, oportebat prius debito fine concludi. Protinus ad imperium matris cunctæ sorores ad monasterium regressæ, tanto deuotius, tantoque obnixius diuinis cœperunt laudibus insistere, quanto manifestius intellexerunt, propter illas neglectas & puellam esse periclitatam, & se non contemnendæ transgressionis offensam incurrisse. Quibus cubiculi limen excedentibus, puella lectulum repetens, ibi se strauit, & sororibus ad psallendum Deo chorum tenentibus, ipsa nullius horroris gestus præ se ferens, paulatim, vt solent morientes, deficiens, vita functa est.

Monasteriũ S. Cæciliæ perantiquũ Coloniæ.

En quam ingratum est Deo diuini cultus officia negligere.

XXXVII. SED vt ad priora redeamus, Anno beatissimus in terris excolens, quibus in cælis associari totis nisibus festinabat, Coloniensem vrbem diu fraudatam corpore martyris & Episcopi sui Agilolfi, membrorum eius restitutione lætificauit: quæ Malmundariensibus præripiens, in monasterium suum, quod est ad Gradus, cum magna ciuitatis exultantis ambitione transtulit. Inter hæc & duorum Eualdorum preciosa corpora, reuelatione eorundem martyrum instructus, de tumulis subleuauit: quos olim in Saxonia, Rhenus amne refluo Coloniam sepeliendos aduexerat.

S. Agilolfũ Episcopum Coloniensẽ transfert & SS. Eualdos eleuat.

XXXVIII. RESTAT nunc commemorare, quemadmodum corpus beatissimi martyris & sacerdotis Benigni temporibus eius ad perpetuam Sigebergensium gloriam & salutem vel inuentum sit, vel translatum. In Sueuia loco, qui dicitur Cella S. Viti, quidam Alemannorum atque Burgundiorum Dux olim Ecclesiam constituens, suis eam hæreditariis bonis ad sustentationem monachorum illic Deo militantium abundare fecit. Qui deuotione pariter & fide instructus, cum sanctarum reliquiarum studio Diuionem venisset, inde rediens, corpus Deo dilectissimi martyris Benigni secum exportauit: qui diuinitus ab Oriente Galliis destinatus, post multos agones tandem sub Aureliano Cæsare lancea militis percussus, in specie niueæ columbæ cælos penetrauit. Illos quoque tergeminos fratres Speusippum, Eleusippum & Meleusippum, à prædicto martyre baptizatos, & apud Lingones egregie coronatos, vna cum corpore S. Mamerti, ciuitatis illius Episcopi, Dux idem concedente Christo emeruit, lætusque cum tanto cælestis patrocinij pignore fines Alemanniæ repetens, Ecclesiæ quam construxit, desiderabilem consignauit thesaurum, sanctis corporibus, ob metum futurorum, in sacrario cum attitulatione nominum, terræ altius immersis. Post multos annos omnibus generationis illius hinc sublatis, cum locus idem regali cœnobio, quod Eleuuange nuncupant, in proprietatem cessisset, & tantarum lucernarum fulgor incognitus mundo, puluere vilis sepulturæ tegeretur, ordinante Deo, qui producit Luciferum in tempore suo, cuiusdam operis intentione pauimentum sanctis corporibus imminens, à fossoribus apertum est. Proscindentibus autem illis humum, eamque certatim egerentibus, ex improuiso sanctarum reliquiarum sarcophagi discretis nominibus reperti sunt. Illic magni meriti martyr & sacerdos vere meritis & nomine Benignus, cæteris nominatior inuentus ac subleuatus est, per idem tempus Abbate Renigero, qui B. Annonis consanguineus fuit, cœnobium illud administrante. Proxime dehinc Dominici natalis gaudia Rex Babinbergæ celebrauit: vbi cum multorum procerum & dignitate pollentium conuentus esset, etiam Abbas idẽ aduenit. Propinquus ergo cum esset Annonis Archiepiscopi, quasi gratulaturo Benignum, qui mittente S. Polycarpo discipulo B. Ioannis Euangelistæ, venit ex Asia, se testatus est inuenisse. Rapiens autem Pontifex nomen ipsum ex ore eius, Benignum, inquit, te affirmas habere? Hic meorum specialis intercessor est monachorum: hunc meis petitionibus oportet vt indulgeas, si te delectat ex hoc iam vllum dilectionis meæ beneficium. Ille, vt qui in persoluendo non parui põderis argẽto Regi obnoxius esset, ita respõdit: Ecce vt pecuniæ, quã debeo, cura me leues, desideriis tuis, vt vir,

Videat hinc Lector Historiam SS. Speusippi, Eleusippi & Meleusippi.

Iob. 38.

S. Benigni martyris corpus inuenitur.

 satisfa-

Palatinus suam vxorem interficit. Mente capitur.

quandoquidem paucis euolutis diebus, laqueus, quem prædixit, incomprehensibili superni arbitri iudicio [illegible] [illegible]biliter hostem ipsum irretiuit, vt inaudito seculis furore, vxorem suam, propter cuius mortem eram dul[illegible] [illegible] postulauerat, proprijs manibus interficeret. Nam militum præfectis bellantium acies foris instruentibus ad [illegible]ram, quæ sperabatur, cum Episcopo congressionem, ipse residens in cubiculo iuxta suæ cupidinis sociam, irascente Domino, nec diutius calamitates innocentium sustinente, in amentiam versus est, ac mox dependentem arripiens bipennem, dilectæ coniugis Adelheidis caput feriens amputauit, cursuq; fores egressus, plausu manuum & cachinno, quid egisset, insaniens, vt erat, more exposuit. Exhorruit ad tam triste piaculum omnis ætas, omnisq; conditio, [illegible] lautq; iam operosa bellicæ conuentionis apparatio, singulis ad propria recedentibus. Ipse vero princeps & author seditionis captus, vinculisq; à suis iniectus, quandiu superuixit, furiosus & impos sui mansit, proprijsq; calamitatib. contentus, in alienam cladem amplius grassandi nec copiam, nec voluntatem habuit.

[illegible] de Indi[illegible] Dei [illegible]me.

Matth. 5.

Tunc pius sacerdos, vnicum cœlestis magisterij suis temporibus exemplar, opere complens illud Dominicum, Orate pro persequentibus vos, & benefacite his, qui oderunt vos: mulierem miserabiliter interemptam, officiose ac nimis flebiliter teiræ commendauit, filium eius in sua suscipiens, affectu benignissimo nutriuit, multisq; beneficijs indulgentissime remunerauit.

Studium eius erga sanctas reliquias.

Exinde Colonia pace repleta, pastoris sui iucundabatur in operibus: qui non solum diuersis misericordiæ deditus erat officijs, alens agentes, vestiens nudos: sed & ecclesiasticæ religionis decus amplificauit, monasteria construens, ministris Dei necessaria procurans, & semper in perquirendis & honorandis sanctorum cineribus infatigabili satagebat studio.

Vide Baron. Anno 1070.

XXXIII. Cuius rei desiderio tempore quodam Romam ingressus est, Romanorum Archicancellarius, suæ deuotioni pariter & Ecclesiæ consulturus vtilitatibus. In quo negocio non paruo illic tempore insumpto Apostolicæ benedictionis impetrato commeatu, se cum suis ad regrediendum ocyus absoluit. In eo autem positus itinere, precibus contendit ab Adelheida, tunc Alpium Cottiarum Marchionissa, vt Thebææ regionis reliquias, eius authoritatis iussu mereretur ab Agaunensibus. eius quippe ditionis erat locus ille. Quo perueniens, licet splendide ac populariter, vt non solum Archiepiscopum Coloniensium, sed & Archicancellarium totius Italiæ decebat, exciperetur, consilio tamen & prudentia magis, quam potestate, sibi censuit illic agendum. Proinde donis & promissionibus ad voluntatem suam flexum habens sacrarum ædium custodem, remotis aliarum personarum impedimentis, in secreto noctis paucis suorum admissis, ecclesiam ingressus est: vbi sacratissimum beati martyris Innocentij corpus vna cum capite S. Vitalis, reuerenter extulit, & tam sui voti prosperitate, quam etiam suspicione alicuius in populo perturbationis actus, profectionem maturius imperauit.

Infert in Sigebergense monasterium corpus S. Innocentij martyris.

Christo ergo viæ præduce, post emensum peregrinationis suæ [illegible], mœnia Sigebergensis cœnobij contingens, sanctarum reliquiarum thesaurum auro preciosiorem cum magno populorum tripudio, qui eo die confluxerant, illuc intulit tertio Idus Maij, qui dies Dominicæ ascensionis tunc gaudijs illustrabatur, ab Incarnatione Domini post millesimum sexagesimumnonum anno septuagesimo vertente, fratrib. cunctis de patrocinio cælitus collato, & de præsentia diu desiderati patris pio gaudio solenniter sese agentibus.

XXXIV. Hoc rumore Colonienses quoque tacti, frequentia magna Cleri simulque plebis, cum ciuitatem sanctum post hæc ingredientem, susceperunt. At ille, ne quas ex Italiæ diuitijs opes aduexerat, suæ sedis conciuibus minus communicasset, elegantis artificij * sacellum, templo S. Georgij contiguum, instruxit, reponens in eo, quod à Roma detulerat, dignum veneratione martyris Cæsarij brachium.

** Capellam*

Hodie est ecclesia parochialis S. Iacobi.

Quod vt Apostolici nominis dignitas celebrius redderet, in honorem S. Iacobi sacraturus illud venerabilis Pontifex, cum populo processit: & ecce vorax incendium eo iam, vt mos exigit, infulato, repente ciuitatem versus Orientem inuasit minaciter. Tunc turbis ad eius extinctionem sese certatim subtrahentibus, & Episcopum vix paucis ex tam nimia, quæ confluxerat, multitudine septum relinquentibus, ille tanto incæ[illegible]ens impedimento, cum caput intra manus deponens, paululum resedisset, quasi [illegible] [illegible] diuinitus accepto, Non, inquit, suæ virtutis vim ignis, qui fraude malitiosi serpentis emersit, in periculum aliquid huius vrbis hodie exercet: tantum plebs de hoc secura redeat, vt in consecratione filiæ matris nostræ, sanctæ scilicet Ecclesiæ, beneplacitum Domino ministerij nostri persoluamus obsequium. Protinus reuerso populo, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]mortens dicit. Itaque iuxta ritum institutionis Ecclesiasticæ, cunctis in dedicando sacerdotem prosequentibus alacriter, vbi tempus expetijt, eminentioris loci petens apicem, mellifluis & compunctione plenis exhortationibus circunstantes alloqui cœpit: cum repente per insidias inuidiosi hostis, edax denuo consurgens ignis, turbationem non minimam sacri verbi auditoribus incussit.

Sententia memorabilis.

Quos forti commonitione, ne loco mouerentur, retinens Episcopus, omnibus in periculis primum asseruit præsidium, laudibus Christi nullum præponere periculum: ipsos oculis inspecturos, si tantum state deliberassent, quam velox, nemine obsistente, furentis incendij fieret interitus. Adiuuero tali prosequente, cum nonnullis contra facientibus, cæteri pro verbi Dei reuerentia gradum fixissent, adspicientibus cunctis, velut inundatione desuper fusa, momento temporis totus oppressus est ignis, & ad maiorem Christi gloriam, regnante non minimum super eos incendio, quos ardor auaritiæ non passus est in audiendo sacerdote perdurare, ij, qui verbis eius assensi fuerant, ne leuis quidem scintillæ vestigium in omni supellectili sua repererant.

Ignis miro modo extinguitur.

Vnde materiam dicendi sumens Episcopus, in longam protraxit sermonem, multa de dæmonum insidijs, multa de Dei clementia disserens: finem, non initia, in Christianis quæri: cæterum cœpisse bonum, nec perfecisse, non modo nulli mercedi, sed & supplicijs obnoxium affirmans. Postremo in extollendis sanctorum laudib. immorans, hoc relatione dignum, cunctis suspirantibus, annexuit.

Baro. ibid.

XXXV. In vrbe Roma vir quidam Andreas nomine, non opere, diuitijs & vitæ delicijs affluens, laxæ conuersationis amplam terebat viam, animam oneri, corpus habens voluptati: cui præter nomen Christianitatis & emortuam fidem, Christianæ religionis nihil videbatur inesse: excepto, quod beato Cæsario martyri deuotus, ecclesiam eius cũ cereis frequentare solebat. Hic generali mortis conditione præuentus, sero sui pœnitens, vltimum efflauit spiritum. Nec mora, corpus in feretro compositum, flentium & plangentium amicorum tristi ambiebatur obsequio, sepulturam eius ob quædam impedimenta in diem alterum differentium. Itaque protractis ad medium noctis excubijs, altoque stupore perfusis, repente feretrum moueri cœpit: eleuansq; caput, qui iacebat exanimis, cum vndiq; circunspiciens, ampliorem videntibus terrorem incussisset, fugæ præsidium nonnullis arripientibus, omnibus vero pariter mente consternatis, in feretro resedit.

Homo mortuus reuiuiscit.

Interim prudentiores fiducia nonnihil resumpta, procul quibusdam subsistentibus, propius accesserunt, & inspecto diligenter homine, quid rei contigisset, scisci tari sunt, vtrum phantasijs diaboli luderentur, an insueta mortalibus lege ab inferis redinuus emersisset, vel, quod magis erat in suspicione, languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fefellisset, cæterum vitam non plane amisisset. Ad hæc ille grauiter suspirans, Non, inquit, simulate, sed vere mortis incidi sortem: at vero perpetuæ mortis sententiam & in anima & in corpore, proh dolor, luerem, si Cæsarij martyris Deo digna non intercessisset supplicatio. Subiungensque secundum tenorem interrogantium, vbi fuisset, quid vidisset, & vt redijsset, ita ait: E corpore violenter eiectus, ad terribile nimisque pauendum Christi solium ducebar. Ibi circunstantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miserrimus conscientiæ reus, nec oculos in quenquam [illegible]orum supplex attollere præsumebam: solummodo districti iudicis tristem sententiam accipiens, à te[illegible] & horrore plenis dæmonibus ad æternæ damna-

Vide quid conferant Sanctorum patrocinia.

damnationis loca trahebar absque misericordia. Pectusque feriens, ac nimis flebiliter ingemiscens, Illius, inquit, horæ miseria nullis digne exponenda verbis, mei cordis memoria nunquam elabitur. Cumque me flentem procacissimi dæmones cachinnantes, meisque casibus insultantes, ad perditionem atrociter impellerent, preciosus martyr Cæsarius, meis calamitatibus pie commotus, cum fauore sanctæ Dei genitricis, sanctorumque Apostolorum & martyrum, procidit ante Dominum, vulnerum suorum stigmata demonstrans, & dicens: O clementissime Domine, tremendi nominis tui causa hæc quondam libenter excepi, nec erat in his perferendis, licet caro gemeret, vlla reluctatio mentis: dummodo temporalium tormentorum asperitate corpus semel enecatum, nullis deinceps tristitiæ stimulus vel animam, vel carnem, te præside, afficeret. Quid itaque te, qui pius es, inspiciente nouis in corde doloribus denuo premor? Ecce qui meo credulus patrocinio, vitam suam mihi commisit ex integro, præceps impellitur ad inferos, iamque merito stultitiæ arguitur, qui vana spe seductus, me coluerit vt vitæ suæ gubernatorem, quem in alleuandis tuis in suppliciis habere non possit intercessorem. In his vocibus eo coram Christo Rege iacente, piissima Dei genitrix virgo Maria, cum reliquis sanctis se adiungens, filium & Dominum suum ad voluntatem martyris sui flexit: per cuius imperium pessimis dæmonibus ereptus, iam veniæ securus & vitæ, corpus ad hoc reinduere iussus sum, vt his cognitis, vnusquisque suæ salutis solicitior reddatur. Hæc homine perorante, cum adstantes stupor inuaderet, collegit se super feretrum, & obiit. Tali conclusione rem doctor egregius finiens, omnes suspiriis & compunctione, quod audierant, commendantes, mox allocutus est: Et vos fratres, vosque sorores, huius considerationem facti in cordium vestrorum secreta admittentes, ad quemcunque deuotionis & seruitij cultum vosipsos sanctis Dei offerte, vt extremæ tribulationis angustiis arctati, quemlibet sanctorum tanto lætior quisque vestrum illic patronum experiatur, quanto deuotior hic in eius vixit obsequio. His ab eo dictis, nos ob id, quod paulo ante attigimus, docuisse scilicet eum, omnibus in periculis primum esse præsidium, laudibus Christi nullum præponere periculum, memorabile quiddam, ipsius ore celebratum, subiicimus, vnde possit adstrui, quod eum proposuisse non falso testati sumus.

Intercessio Sanctorum.

Sancti honorandi & inuocandi.

XXXVI. ANTIQVÆ structuræ monasterium, titulo S. Cæciliæ virginis & martyris, Coloniæ frequens habetur, in quo sacrarum fœminarum exemplo, puellaris innocentiæ & ætatis infans quædam dulcissimo nutriebatur affectu, omnibus, & præcipue matri congregationis, vnice chara. Verum immatura superueniens mors, tam læta principia simplicis & iucundæ indolis, amarissima sorte turbauit, iacebatque iam omnium oculis onerosa, quæ fuerat ante gratissima. Lugenda sane conditio nostra, quæ non solum nos in nobisipsis vltimæ separationis ineuitabilem necessitatem cogit pati, sed & in amissione charorum quotidiana, proh dolor, strage mortificat. Sic omnes homines quotidie patimur: sic & tunc prædictæ sorores passæ, puellam in extremo spiritu constitutam ocyus amissuræ, post vespertinos hymnos hora Completorij iam instante, chorum petierunt, vt sua Domino redderent, mœstæ de suis. Necdum vero primorum modulatio psalmorum inchoatione sequentium plene perfecta est, cum subito tactu signi notissimi sorores ad egressionem animæ migrantis euocatæ, non sine magnæ præuaricationis audacia, singulæ chorum relinquentes, diuinæ laudis opere neglecto, ad morientem quasi suffragium, magis autem periculum ex hoc allaturæ, concurrebant. Ad quarum introitum oculos, mortis sopore clausos, puella violenter aperiens, impetu magno, quasi nil aduersi passa, prosilit e lecto, cursu petens Abbatissam, eiusque apprehensa teguminis parte stridens dentibus & toto corpore tremens, illa se tenaciter obuoluit, clamans & dicens: Fer præsidium, domina mi, fer præsidium. At cunctis insolitæ rei nouitate non minus, quam clamoribus puellæ, more fœminarum, cum emissione confusæ vocis angustatis, mater tremebunda, Quid habes, inquit, filia? Illa respondit: Monstrosorum dæmonum ingens & horrenda multitudo cum sororibus fores ingredientibus irrumpens, ad inferos me secum abducere velle minantur. Cumque causam huius mali mater infusa lachrymis sciscitaretur, Nullas, inquit illa, alias ob culpas id patior, nisi quod propter me detrimentum seruitij sui Christus habet: cuius laudes, si mihi sorores aliquid conferre vellent, oportebat prius debito fine concludi. Protinus ad imperium matris cunctæ sorores ad monasterium regressæ, tanto deuotius, tantoque obnixius diuinis cœperunt laudibus insistere, quanto manifestius intellexerunt, propter illas neglectas & puellam esse periclitatam, & se non contemnendæ transgressionis offensam incurrisse. Quibus cubiculi limen excedentibus, puella lectulum repetens, ibi se strauit, & sororibus ad psallendum Deo chorum tenentibus, ipsa nullius horroris gestus præ se ferens, paulatim, vt solent morientes, deficiens, vita functa est.

Monasterium S. Cæciliæ perantiquum Coloniæ.

En quam gratum est Deo diuini cultus officia negligere.

XXXVII. SED vt ad priora redeamus, Anno beatissimus in terris excolens, quibus in cælis associari totis nisibus festinabat, Coloniensem vrbem diu fraudatam corpore martyris & Episcopi sui Agilolfi, membrorum eius restitutione lætificauit: quæ Malmundariensibus præripiens, in monasterium suum, quod est ad Gradus, cum magna ciuitatis exultantis ambitione transtulit. Inter hæc & duorum Ewaldorum preciosa corpora, reuelatione eorundem martyrum instructus, de tumulis subleuauit: quos olim in Saxonia, Rhenus amne refluo Coloniam sepeliendos aduexerat.

S. Agilolfum Episcopum Coloniensem transfert & SS. Ewaldos eleuat.

XXXVIII. RESTAT nunc commemorare, quemadmodum corpus beatissimi martyris & sacerdotis Benigni temporibus eius ad perpetuam Sigebergensium gloriam & salutem vel inuentum sit, vel translatum. In Sueuia loco, qui dicitur Cella S. Viti, quidam Alemannorum atque Burgundiorum Dux olim Ecclesiam constituens, suis eam hæreditariis bonis ad sustentationem monachorum illic Deo militantium abundare fecit. Qui deuotione pariter & fide instructus, cum sanctarum reliquiarum studio Diuionem venisset, inde rediens, corpus Deo dilectissimi martyris Benigni secum exportauit: qui diuinitus ab Oriente Galliis destinatus, post multos agones tandem sub Aureliano Cæsare lancea militis percussus, in specie niueæ columbæ cælos penetrauit. Illos quoque tergeminos fratres Speusippum, Eleusippum & Meleusippum, à prædicto martyre baptizatos, & apud Lingones egregie coronatos, vna cum corpore S. Mamerti, ciuitatis illius Episcopi, Dux idem concedente Christo emeruit, lætusque cum tanto cælestis patrocinij pignore fines Alemanniæ repetens, Ecclesiæ quam construxit, desiderabilem consignauit thesaurum, sanctis corporibus, ob metum futurorum, in sacrario cum attitulatione nominum, terræ altius immersis. Post multos annos omnibus generationis illius hinc sublatis, cum locus idem regali cœnobio, quod Eleuuange nuncupant, in proprietatem cessisset, & tantarum lucernarum fulgor incognitus mundo, puluere vilis sepulturæ tegeretur, ordinante Deo, qui producit Luciferum in tempore suo, cuiusdam operis intentione pauimentum sanctis corporibus imminens, à fossoribus apertum est. Proscindentibus autem illis humum, eamque certatim egerentibus, ex improuiso sanctarum reliquiarum sarcophagi discretis nominibus reperti sunt. Illic magni meriti martyr & sacerdos vere meritis & nomine Benignus, cæteris nominatior inuentus ac subleuatus est, per idem tempus Abbate Renigero, qui B. Annonis consanguineus fuit, cœnobium illud administrante. Proxime dehinc Dominici natalis gaudia Rex Babinbergæ celebrauit: vbi cum multorum procerum & dignitate pollentium conuentus esset, etiam Abbas idem aduenit. Propinquus ergo cum esset Annonis Archiepiscopi, quasi gratulaturo Benignum, quem mittente S. Polycarpo discipulo B. Ioannis Euangelistæ, venit ex Asia, se testatus est inuenisse. Rapiens autem Pontifex nomen ipsum ex ore eius, Benignum, inquit, te affirmas habere? Hic meorum specialis intercessor est monachorum: hunc meis petitionibus oportet vt indulgeas, si te delectat ex hoc iam vllum dilectionis meæ beneficium. Ille, vt qui in persoluendo non parui ponderis argento Regi obnoxius esset, ita respondit: Ecce vt pecuniæ, quam debeo, cura me leues, desideriis tuis, vt vis,

Videat hic Lector Historiam SS. Speusippi, Eleusippi & Meleusippi.

Iob. 38.

S. Benigni martyris corpus inuenitur.

Hæc pie ac-cepta ... Non ... fa-cras reli-quias. satisfactam, ... tibi non alium, sed eundem reuera Benignum, qui in Diuionensi castro sub Aureliano martyrium duxit. Hac expositioni Præsul gratanter annuens, quippe qui nulla ope habebat, ... non libenter ... modi commercium intumesceret, cum se mutuo fidem dantes, vterque recessisset ad propria, post menses ... dium monachos preciosi corporis glebam ferente, Colonia cum gaudio suscepit. Quibus fidem adstruere ... bus publicis sacramentis, quod non alius, quam qui rogabatur, Benignus esset, non permisit, dicens in eius veneratione, de quo agebatur, hunc se indubitanter habiturum. Præmissoque in Sigebergh huius lætitiæ nuncio, ipse cum suis consentientis equis, comitantibus pariter ex Colonia non exiguæ multitudine viris & fœminis, in ipso vespere Dominicæ noctis, quæ ieiunij Quadragesimalis initium erat, ad radices montis applicuit: & descendentibus ad eum debita cum reuerentia processionibus fratrum, ossa sacra cum laudibus recepta sunt per noctem in Ecclesia, quæ adiacet monti. Mane vero Dominici diei, quod tertiodecimo Calendas Martij expectatione omnium ... omni conuentu solenniter induto, diuersis etiam ornamentis, multisque luminaribus templo resplendente, sacer Antistes, ac

Anno 1073. S. Benignus translatus in Sigeberg. sanctæ memoriæ Erpho Abbas, pios humeros sanctarum reliquiarum feretro subijcientes, reclamante populo, signisque concrepantibus, cum magnæ deuotionis carmine præcedentium monachorum, martyrem & sacerdotem suum Christo in odorem suauitatis ad altare præsentarunt. Inde sermonem ad populum habiturus, altiora Præsul conscendit, & totus præ gaudio lachrymis fluens, nunquam sibi iucundiorem illuxisse diem testatus est. Exponensque quis vel cuius meriti esset, qui portabatur, quod Benignus appellaretur, indicauit, dicens: Benignus, inquit, beoculus

Sancti audiũt preces nostras, & orant pro nobis. dicitur: & merito: Apertas enim aures ad omnium nostrum preces habet, & libentissime exaudiens, per seipsum accedit ad Deum ad interpellandum pro nobis. Nunc igitur, dilectissimi, tanti patroni præsentiam habentes, erigite corda, & singuli, quid vobis expediat, illi suppliciter intimate. Mihi credite, si tantum fides non desit, quia Benignus est & nominatur, benignissime quodcunque petitis, annuens accelerabit. Annus Dominicæ incarnationis, quo hæc translatio celebrata est, millesimus septuagesimustertius erat. Post hæc duobus loculis nouis altrinsecus post altare compositis, medio inter eos vacante loco, in dextero beatum Innocentium, in sinistro vero beatum Benignum Pontifex collocauit, & lætitia perfusus, quasi ludens, vt plerunque solebat, loquebatur: Erit ad arbitrium meum res processu, si quandoque dignus altario, medius inter vos recipiar. Alioqui ex me speranda vobis gratiarum actio profecto non erit. Quæ vox quamuis leuiter dicta, quam serio sit ab eis accepta, nos oculis fidei iam contemplamur, qui etsi corpore necdum vidimus, merito tamen credimus eum inter eos locum iam accepisse. De cuius vita & operibus pauca pro numero, non vt debuimus, sed vt potuimus auxiliante Deo, hoc fine terminantes, ocio interim indulgemus, vt ijs, quæ de virtutibus eius prædicantur, elucidandis, leuiores assurgamus.

INTENTIONEM huius operis diuinæ laudis intuitu præ manibus habens, fictis narrationibus incumbere Lib. II.
vehementer & ipse detestor: quandoquidem vnde mihi spes est aliquantulum exhauriendi peccata, inde grauior accederet iniquitas, si, præterquam veritas est, vel à me veritas est, vel à me verum æstimatur, quicquam impudenter I.

Iob. 13. exprimerem. Deus enim nostro mendacio non eget: nihilominus & is, quem hoc opere mundo declarare volumus, ad hoc deuotionis nostræ beneuolentia non delectatur, vt falsis laudibus per nos coleretur, qui veris, etiam nobis tacentibus, quousque mundus voluitur, semper adornabitur. Hæc diximus, vt conueniremus eos, qui iuxta voluntatem cordis sui metientes sanctum virum, non credunt eum huius meriti, per quem talia, qualia dicuntur, possint heri: quippe quibus et signum contradictioni & ipse Saluator positus est.

Luc. 2. At nos scientes sanctitatem hominis Dei, nec potentiæ Christi quicquam detrahentes, ad ea, quæ vel auditu, vel scripto probabilia de eo reperimus in signis & reuelationibus, atque ijs, quæ prophetice prælocutus est, Spiritus sancti gratia sensum & linguam regente, ob posterorum notitiam hoc exordio colligenda accedamus. In cœnobio suo, quod in monte situm est, frater quidam accedente molestia, in morbum aliquando incidit, nec vllum occurrebat remedium, vnde spes esset meliorationis ægro-

Vide quid vir tantus senserit de sacris reliquijs. Sine claue thecam, in qua S. Gregorij brachium, aperuit. to. Quod cum tantibus viri Dei, qui tunc præsens aderat, insonuisset, cursorem velocissimum cum mandato Coloniam direxit, vt brachium sancti martyris Georgij sibi quam celerrime mitteretur, asserens in hoc ægroto certissime subueniendum, si liquorem, quo perfunderetur os sacratissimum, fide plenus in potum sumpsisset languidus. Cumque ita, vt iusserat, brachium in capsula delatum sibi præsentaretur, clauum ad reserandum petit: tuncque primum reminiscens nuncius, eam se, nemine illius mentionem faciente, Coloniæ reliquisse conquestus est. Pontifex vero, cum quasi tentans aperire, duobus digitulis seram leuiter concussisset, testantibus nobis qui aderant, ad primam digitorum eius appulsionem resiliente propagulo, sonitus tinniens, vt ex violentis clauibus fieri solet, exortus est intantum, vt præsentium aures acutissime feriens, stuporem non minimum eis ingereret, cernentibus hominem Dei clauis officium absque claue in apertione capsulæ paratissime peregisse.

QVIDAM oculorum lumine destitutus, in sacrario beati Petri die quadam suppliciter eum interpellans, cum II.

Cæcus tactu vestis eius illuminatur. ad eius vestigia quasi spe cuiuscunque consolationis se industrie inclinasset, a parte lateris sancti viri vestem manu colligens, vno duntaxat ex ethicalibus Episcopi tem Considerante, oculorum loca fideliter detexauit, & mox extersa caligine, quantum fides valeat, in exortu nouæ lucis, se non ferens ipse præ gaudio & admiratione, salubriter expertus est. Quæsitor ergo ipse sui ex gratiæ, nullis terrenis precijs adæquandas diuitias in restitutione luminum adeptus, dissimulans quod acciderat, ad accipiendum quodlibet eleemosynæ munusculum de cætero pietatem Episcopi nec implorauit, nec expectauit: sed recedens vni nemini nimus, facti cognitionem vni ministrorum eius dereliquit. Is ad mensam Pontifice cum non parua virorum frequentia recumbente pariter recumbens, sciscitante illo, vbi cæcus idem haberetur, respondit eum impetrato illo, quod optauerat, ilico recessisse. Quid hoc esset, viro Dei vt ediceret imperante, Satis, inquit, & vltra consuetã mortalibus largitatem homini tertia contulistis. Nam ad vestræ sanctitatis genua cæcus procubuit, inde surgens, abscessit videns. Quid hoc munere præstantius? Merito magnus tanti largitor doni, merito beatus & ad ista munera vocatus, qui profecto, tametsi concessis non similia petere videretur, ad promerenda sola, quæ & accepit, fidei gressus creditur attulisse, cum post acceptos oculos aliud quid accipere non quæsi-

Molestè fert se laudari. uit. Expalluit ad ista sacerdos, & totus subito exanguis effectus, euidens ex se præsentibus indicium dedit, quam inuitus hæc audiens, existimationis huius in populo libenter aura careret. Imitator etenim eius, qui potentia sua signa

Matth 8 faciens, quibusdam hæc occultandi præceptum imposuit: ad eum, in quem peccatum cadere non poterat, fecisse non ignorabat, multo magis sibi faciendum necessario censebat, qui purus homo tanto procliuior esset ad ruinam, quanto contra hoc, quod Deus & homo suasit exemplo, ipse improuidus aliquando vel leuiter animo peccasset. Hinc accidit, vt quamuis diuinæ gratiæ donum expertus, non adeo tamen infirmitatis suæ mensuram in his rebus transgrederetur: sed etsi quid horum forte conscio, vel occasione magnæ necessitatis contigisset, modis omnibus id humanis auribus subtrahere, quantum in ipso fuit, non negligebat. Quæ res & materiam nobis hanc rationem effecit, & inuidis illi obloquendi fomitem præstitit, quasi qui de mortuo finxerimus, quæ de viuo nec in suspicione versabantur. Sed hoc ideo, quia secundum viri secularis sententiam, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Non tamen in his terminis, ab reliquis aliquatenus deuocabimur.

VENERABILIS Pontifex die quadam Missarum solennia celebraturus, cryptam Sigebergensis Ecclesiæ, III.
ministris prosequentibus, adire cœpit. Et hic homo, luminis æque carens officio, suis votis opportunum tempus & locum ra-

locum ratus, eius conspectibus se suppliciter exhibuit, fidem ex visione se collegisse testatus, quod ea, qua damnatus erat, cæcitate liberari posset, si quam vsui manuum suarum exhibitam proiecisset aquam, hanc duntaxat ipse mereretur, vnde male vacantes humidos redderet orbes. Non hæc æquanimiter humilitatis custos accipiens, magis præsentium existimationem veritus, quam diuinæ bonitati diffisus, hominem asperrima abiecit inuectione, fallacem eum & impostorem causatus, qui respectu paruissimæ stipis, odiosæ fraudulentiæ, quæ necat animam, se subdidisset: reuera fictæ visionis cum ex corde suo verba protulisse, cum si quid de beneficio diuinæ miserationis eius miseria exegisset, potius hoc illis patrocinantibus agendum foret, quorum probata sanctitas omni mundo iam olim enituisset: non eius, qui quotidianis sordens piaculis, futuræ discussionis metu & ipse pro quolibet reperiendo suffragio anxius staret. Sic pauperem confusione plenum ad ianuas relinquens, cryptam intrauit. Ab eius vero facie miser declinans, in angulum cryptæ sese contulit, supernæ pietatis aures crebris feriens precibus, non incredulus visioni suæ, nec minus arrogans fidem Euangelicis dicti: Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Diu igitur gemitus & suspiria suppliciter eo trahente, quidam ministrantium clericorum, hæc ipsa postea testatus, miserationis intuitu pelluim cum aqua desideranti clam porrexit, quam à manibus sacerdotis ad sacrificium accedentis susciperens, non sine diuinæ voluntatis instinctu pro hoc ipso reseruauerat. Qua mox faciem totam cæcus fideliter abluens, expectationis suæ moras iam nulli amplius conquestus est: quippe qui, fugatis tenebris, serenissimæ lucis diem sibi tunc primum illuxisse magnis plausibus exultaret. Æstimans præterea mentis acrimoniam in Episcopo tandem leniendam, si is, qui cæcus ante, iam videns eius præsentiæ redderetur, post Missas exeunti quasi congratulaturo pro sternitur, voces gratiarum congeminans, & celeritatem salutis impensæ palam, & vt erat, ab initio recitans. Ad quæ verba Præsul, quasi totus iam commotus, quod ratione minime conuincere quibat, saltem procaciori inflammati pectoris impetu circumstantibus ingratum efficere visus est, frequenti iteratione minaciter inquirens, Vnde præsumptionis huius vanissimus attentator emersit, qui reuerentiam authoritatis nostræ vilipendens, huic * iniussus aquam illam administrauit, & quid vel ego, nil hac in re habens, mererer, vel diuina dignatio concedere vellet, ausu improbissimo explorare veritus non est, cum lex dicat, Non tentabis Dominum Deum tuum? Tremefactus his inquisitionibus clericus, cominus stans, quod dissimulare non poterat, se simpliciter egisse verbis vtcunque collectis satisfecit, simul & veniam admissi non segniter petens. Cui Pontifex leniter alapam dans. Hunc, inquit, de me rumorem per populum disseminare vis, vt leuitate vulgari nouorum mirabilium effector passim celebrer, & instar antiquorum patrum ego quoque meis temporibus, longe meritis infra iacens, operum eorum specimen in signis & prodigiis mundo repræsentasse dicar? Hacne vanæ laudis aura transitorie tumens, inter eos nouissime reperiar, quibus ad Deum dicentibus, Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, respondebitur, Nescio vos, discedite à me operarij iniquitatis? Tremenda sane comminatio, nec secundum multitudinem doloris illius hæc consolatio temporalis. Idcirco te, vosque præsentes omnes, & te quammaxime, non nostris, sed diuinis illuminatum beneficiis, inuocatione cuncta cernentis semel atque iterum iterumque obtestor, ne, me mortalitatis huius tenebris adhuc circumdato, res hæc alienis auribus aliquod sui vestigium, vobis prodentibus, vnquam generet. Factum est hoc, & quod interim silentio tectum latuit, Episcopo claustra carnis egresso, relatione clerici memorati, tam nobis, quam & aliorum fidelium cordibus commendatum est.

Te indignatione à se aspectari miraculis, idq. modestiæ causa.

Luc 11

Cæco redditur lumen.

Aduerti hinc potest candor animi eius, laudes suas plane abominatus.

* iniussu

Deut. 6.

Matth. 7.

IV. Sed & mulier egestate pariter & cæcitate diuinis obnoxia flagellis, per relationem directis ad idem cœnobium gressibus, procedenti post Missas ab Ecclesia summo sacerdoti prona aduoluitur, supplex & gemebunda. Qui suspenso gradu, sicut semper infirmiori sexui solebat, & huic pie condescendens, blandis appellationibus causas quetituum earum eius percontatus est. Illa respondente, se præmonitam in visu, nec vllo dubietatis scrupulo teneri, si suæ dignationis manus oculos eius lauando contrectaret, tenebras pellendas: propter adstantes se commotum simulans, vt custodiæ traderetur, mox imperauit, in suspicione relinquens, verbera quidem se ei multiplicaturum: alias autem ostentationem fugiens, curam in secretis adhibiturus. Cumque sedens ad mensam prandium iniisset, lautiora quæque ciborum ex suis manibus ad refectionem eius transmisit, eamque, finitis epulis, in cubiculum suum latenter iussit adduci. Quo intrans, duobus clericis & vno duntaxat puero cubiculario arbitris, cæteris hac illac defluentibus, non, vt illa petierat, oculos eius tanquam præsumptor miraculi, sed humilis magistri & Domini exemplo, poplite flexo, pedes eius lauit, manibus aquam infudit: post hæc & alimentorum copiam administrans: nimirum per hanc humilitatis viam & sibi & mulieri plus apud Deum profuturus. Nec hæsitandum, inter hæc pietatis & abiectionis officia eum in superna animum leuasse, & opem cælestis medici pro ea implorasse. Nam residens, obsequio peracto, velut qui responsum orationis admissæ cælitus meruerit, monuit eam benedictionis oblatæ perpaululum degustare. Quæ vbi vix eiusce modi edulio palatum imbuisset, cæleste sensit antidotum, & restitutis plene luminibus, cum immensis gratiarum actionibus humi prostrata, Deum in seruo suo Annone suppliciter venerata est. Tum oculis eius, experimenti gratia, hæc & illa proponebantur: cumque absolutissime singula quæque discreuisse visa est, quinque solidos ei pro eleemosyna vir beatus impendens, vt sibi non charam harum rerum opinionem de se ne circumferret obtestatus est. Attamen minus ei credulus, abeuntem ad propria, donec villa digrederetur, ab vno clerico comite deducendam curauit.

Mire vitat omnē ostētationem.

Vide humilitatem.

Ioan. 13.

Cæca mulier videt.

V. Inter hæc adolescens quidam, vicinorum locorum indigena, toto ventre deformiter intumescens, sibi suisque factus erat inutilis. Hic meritis beati Annonis ex fama cognitis, vehiculo ductus, montem in quo Deo placitum est habitare, conscendit, præsentiam eius adiit, aliquod tanti doloris remedium miserabiliter quæsiuit: quod, etsi lingua cessaret, ipsa fœditas & miseria hominis oculis obiecta, facile extorsisset. Exhorruit languoris immanitatem Pontifex sanctus, iuuenemque miseratus, aquam benedixit, & ipsa moribundum potauit & adspersit. Inde Crucis signo ventri impresso, eum ad propria celeriter remeare iussit, spem integerrimæ sanitatis abeunti cum fiducia promittens: eius vsus exemplo, qui leprosos mundaturus, ad sacerdotes eos direxit. Siquidem in ipsa, quæ iam imminebat, nocte humor ille subcutaneus, in perniciem longo tempore male congestus, fluxu ventris salubriter ad plenum est egestus: homoque pristinæ sanitati restitutus, proxima luce pedibus suis ad montem recurrit, Deo eiusque seruo Annoni, gratiarum voces magnis lætitiæ laudibus persoluens.

Aqua benedicta & Crucis signo pellit hydropē.

Matth. 8.

Luc. 7

VI. Exigentibus aliquando negotiis publicæ administrationis, sua cuique principum regni parabatur in Saxoniam profectio, tendentibus singulis ad curiam Imperatoris, quæ per id tempus Goslariæ habebatur. Necessario itaque summus hic Coloniensium Præsul idem carpebat iter. Mansiones autem, prout opportunitas viæ poscebat, diuersas habens, ex itineris & horæ declinatoris necessitate quadam die Corbeiense monasterium adiit, ibi pernoctaturus. Necdum vero mœnibus ipsis successerat, tantum proximus habebatur: & ecce conspicit ex aduerso duos pauperes carrum vice iumentorum trahentes, in quo mulier membris omnibus debilis decumbens, causa stipis emendicandæ, hoc ducta, circumquaque ferebatur. Hæc famosi nominis Antistitem Coloniensem transire comperiens, eleuata voce petijt, vt in Christi nomine respectu S. Viti martyris, suis succurreret ærumnis, datis subsidiis ad coemptionē asini quo subuecta, conuiatorum suorū iniurioso labori cōsulere posset. Piissimus sacerdos ad eius vocē retentis habenis, quinq; solidos vni è clericis & cubiculario tradidit, mādans vt dilatione prorsus remota, dignū tam laudabilis

Cōmiseratione in debiles & laudabilis

tis pre-

tis preciis animal vbiuis inuentum mulieri festinato adducerent: atque iis dictis, quod superest viæ, velociter percurrit. Porro ministris ad imperata satagentibus, asinus tandem votis eorum aptus obuenit: quem illi paupercul æ præsentantes, miraculi sequentis testes postmodum extiterunt. Nam illa cum in gratiarum vocibus inmenti ... incipiens, nomen Annonis Deo digni Pontificis ore frequentaret, mercedem illi pro beneficiis imprecans, nullius ... roboris, subito conquiescentibus dolorum stimulis, tantæ se sensit fortitudinis, vt prosiliens ad terram, solidis gressibus sanissima, quomodo vellet, vteretur. Eam currentem, vocesque dantem exultationis, sed & obuiis quibusque exponentem, hæc se meritis & pietate Annonis Episcopi percepisse, iidem memorati duo stupentes concitatis ... post vestigia sociorum dominum suum Corbeiam persecuti sunt: sed certi commotionis eius & indignationis in talium rerum semper obiectu, nullis ausibus eo ducti sunt, vt hinc quicquam eius auribus intimarent, cum tamen ... in tedium mutuo inde colloquentibus, aperte claruerit, eum isthæc minime ignorare: & merito: Ex illis enim maximis

Miraculum illustre.

1. Cor. 12.

Ecclesiæ luminaribus erat, quibus per spiritum datur vel sermo sapientiæ, vel gratia sanitatum, vel operatio virtutum, siue prophetia, vel aliud quid cælestium charismatum: quæ singula singulis diuidens Spiritus sanctus, prout vult, in hunc prope generaliter mirifice contulit. Quorum omnium mentionem locis suis pro viribus nostris exaratam lector habens, hic, quomodo præscius futurorum, per spiritum nonnulla prædixerit, paucis relationibus accipiet, tametsi totum voluminis huius corpus idem sparsim loquatur.

Predicit Hildulphū sibi successurū

Ergo sicut ad nos vsque veris assertionibus propagatum est, omni veneratione plenus Anno beatissimus, VII.
cum in Goslaria, villa scilicet regia, publicis maiorum conuentibus interesset, quidam ex latere Regis clericus, Hildulphus nomine, pro familiaritate petiit, vt codicem sacramentorum, qui vulgo Missalis dicitur, quem Pontifex non parui decoris habebat, sibi dono daret. At Præsul, Hac, inquit, interim postulatione carebis, donec iuri tuo conferatur omne ministerium, quod capellulæ meæ claustris debetur.

Benno Episcopus Osnaburgēsis.

Idem de Sigeuuino prædicit.

Nec minori reuerentia excipiendum reor, quod in Gradibus, qui Coloniæ insignes habentur, quodam die VIII.
cum venerabili viro Bennone, Osnaburgensis Ecclesiæ Præsule residens, de Archidiacono suo Sigeuuino conueniente, dixisse fertur: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Quod ex ore tanti viri non leuiter excepisset prædictus Episcopus reputans, ausu dilectionis & amicitiæ imminebat, vt vim prælati sermonis eius participaret notitiæ. Quem ille respiciens, primo, qua super eum existimatione moueretur, inquit, ac deinde subiūxit, Hunc profecto noueris in sede Coloniensium, meo iure quandoque recipiendum. Sed cum & hoc, sicut & illud superius, humano sensu dictum crederetur, & ob id negligentia quadam præteriretur, ipso tenebras has egresso, successit in cathedram eius primus Hildulphus, secundus Sigeuuinus: quorum testimonio sanctissimus prædecessor eorum, vera de eis prænunciasse agnitus est.

Egilberto Episcopo Mindensi futura scripto significat.

Prophetia S. Annonis.

At vero quibus exemplar epistolæ præ manibus est, quam olim dilectionis indicem Egilberto magistro suo di- IX.
rexerat eo tempore, quo Mindonensi præficiendus Ecclesiæ, annulum & insignia reliqua, Rege transmittente, susceperat, in hanc facile fidem adducentur, ne dubitent eum in multis futurorum scientia claruisse. Nam finem scriptorum faciens, in hæc vltima verba digressus est: Et tu me terræ commendes. Hoc Egilbertus legens, sed in nutu accipiens, cum post tempus ambo conuenissent, in medium litteras illas proferens, quam earum conclusioni fidem deberet, ne sine difficultate dixit inuenire non posse: maxime, inquiens, cum progressior ætas vires mihi tandem neget, hoc quod postulas, me à te sperare cogat. Ad hæc Anno beatissimus: Minime, inquit, verbis enim tuis teipsum, te superstite, refragabitur: & quod tibi litera sonuit, viua vox denuo confirmat: Tu me terræ commendes.

Quidā eius ministri, Iudæ proditoris more, ab illo deficiūt.

Nunc Iudæ proditoris exemplo, de ministris eius nonnulli, quos copiosissimis ad omnem libitum eorum or- X.
nauit beneficiis, pro bonis mala nequiter reddentes, prorsus ab illo defecerunt. Horum vnus hodieque, quando hæc scribuntur, Solis huius particeps, in eius contemptum vehementius insaniens, quasi liber, nec vlli cuiquam obnoxius seruitio, ab illo prope miliari remotus, minaciter residebat, fretus firmitate munitionis suæ, quam pridem facere Præsul eidem temerario, pij patris indulgentia construxerat. Eam vero eius præsumptionem multis indigne ferentibus, die quadam procedens ab Ecclesia Christi sacerdos, in partes, vnde huius mali superbia sese erexerat, oculorum aciem direxit, mouensque caput, ita locutus est: En ille meus, vt sibi iam videtur, dominus regaliter tumens, satis securus fouetur tectis, nec vlla futurorum formidine compungitur. Sed ego per illam, quam in sancto Petro possideo, fiduciam iuro, totum illud præsidium, quo nunc superbe gloriatur, non arietibus, non hasta, non clypeo brachiorum

Alia eius Prophetia.

virilium: quin potius ab ignauis & nullius constantiæ turbis expugnabitur ac destruetur. Idem post hæc animositate plenus, in necem militis cuiusdam Coloniensis deuolutus est. Vnde concitati Colonienses, ex agris & villis plebeia contracta manu, munitiunculam illam circumdederunt, captamque subuerterunt, iuxta præsagium Annonis Episcopi, hæc ipsa prædicentis.

Plurimum fidit Sigebergensibus.

1. Ioan. 4.

Qvis autem huius infidelitatis inuenietur, qui neget eum spiritu prophetico sermones, quos subiungimus, XI.
habuisse, cum opere completos in sequentibus audierit? Quos in Sigeberg ad fratres familiariter habitos, authoritate narrantium inducti, nefas credimus subducere. Cum illa enim in hilaritate sedens, quasi pater cum filiis, secretorum suorum conscios eos semper habebat, nec erat aliquod cordis eius arcanum, quod non eis credidisset. Quæ res, secundum illud Apostoli, Charitas foras mittit timorem, ausum eis subministrabat & respondendi, & quælibet ex ipso percontandi. In hunc ergo modum, quasi postpositis seriis, frequenter eos allocutus est: Simeon ille nominatissimus, quo Treueris inclyto gloriatur patrono, sed & Bardo sanctissimus, vrbis Moguntinæ decus, iccirca sanctitatis suæ meritum plurimis indiciis commendantes, omni quidem reuerentia iure sunt colendi: verum quia magni prædicantur & sunt, donariis amplis honorari satagunt. At mihi meritis eorum non æque consociando, post depositionem huius corporalis sarcinæ, non erit ingrata quantumlibet parui xenij deuotio, suscipiamque breuissimæ ceræ liniique munusculum. Ad quod eius dictum arridentibus, qui assederant, senioribus, & an etiam ipse post mortem signis crebrescere vellet insistentibus, cum magna fiducia respondit: Voluntatis huius magnitudinem profecto verbis aperire non sufficio: tamen ne secretorum meorum aliquid vestris inquisitionibus negetur, huius me desiderij semper & esse sciatis, & fuisse, vt in eorum oculis, qui me vitamque meam insectantur, adhuc aliqua signa per me dignetur exhibere Christus, tum & pro sui nominis augenda gloria, tum & pro meo auferendo opprobrio, dum illi placens

Vir sanctus multa de se ipso verissime prędicit.

apparuero, qui nunc in omnium reprehensione sum positus. Id vero signorum meorum erit initium: Ad litus Rheni fluminis, flentium & plangentium humeris exanimis adductus, ante memoriam sanctæ martyris Afræ Inclusorum obsequiis in nauim exponar: quæ circumacta, nil vltra solitum agente remigum instantia, recto cursu contra sanctum Heribertum applicabitur, altiorem in vlterioribus, quam in anterioribus ripis stationem habens. Vos autem vnici filij mei & fratres dilectissimi, cum me semper lætis gestibus susceperitis, adite quo ordine mihi tunc occurretis. Pro cantu fletus incomparabiles offeretis, ad psalmos & hymnos ora aperientes, planctuum & singultuum voces potius emitteretis, quotiesque repressit virtute lachrymis immanissimi doloris, psallere tentaueritis, toties in ipso conatu nouis fletibus deficientes, imperfecta saltem verba vix exprimere sufficietis. Inter hæc omnes & iuniores & proceres circa feretrum meum cum eiulatu miserabili rueretis, horrorem & miseriam maximam, non hominibus tantum, sed & angelis ingereretis. Hic mihi sepeliendi cultus à vobis exhibebitur, hæc dilectionis vicissitudo, hæ erunt exe-

quiæ

quiarum mearum insignia. Post hæc membris terræ matri consignatis, vos operti tristitia, tumulum relinquetis: ingredientur vero cuncti milites mei, vocesq; cum gemitu dantes, orationis Dominicæ supplicem precem ob requiem meam singuli Deo fundent. Quibus recedentibus, vniuersi ministri mei & mihi seruientes, in ianuam irrumpentes, clamores & suspiria congeminabunt, & ipsi quoque simili modo Deo me commendantes, ad sua quique convertentur, vobis in tristitia & luctu perseuerantibus. At ego præsentiæ cælestis Regis exhibitus, primo quidem conspectu tremebundus, nimiumque timidus adstabo: sed accepta paululum fiducia, qua mox importunitate, qua scilicet precum instantia pro meis monachis agere contendam, vobis iam exprimere potero: Nec deerunt minæ terroresque venenatarum linguarum, quibus tristitia vobis inducatur. Destructio loci, vobisque dispersio prædicabitur: passim quisque, prout animo collibuerit, de loco, de rebus eius, & de vobis sermones agitabit: quæ cuncta dæmonum instinctu fient, vt feruor studij vestri hac occasione quoquo modo infirmetur. Sed nihil horum vos pertimescatis. Patris vestri dictis fidem adhibete: cuncta vobis ad abundantiam & omne commodum, amplius me mortuo, quam viuo, seruient, ita duntaxat, si vos Domino seruientes, cœptæ conuersationis tramitem infatigabiliter curratis. Quod si subterfugientes, regularis disciplinæ iugum excusseritis, animumque leuitati subiugantes, iocos & ocia sectati fueritis, pigritiam & vitæ delicias amaueritis, contentionibus, murmurationibus, & detractioni operam dederitis, iam nunc scitote, quot monachi estis, malle me tot ethnicos eleemosynæ meæ deuoratores existere. Hæc dicta beatissimi Præsulis Annonis equidem omnibus generaliter admiranda, quia rerum veritate iam præcesserunt: specialiter autem nobis non minus metuenda, quam amplectenda, quia nos potissimum respicit, quicquid in eis vel dulce sonat, vel amarum. Eo autem hic inserta sunt, vt sciatur gratia viri sancti in præscientia futurorum, & ne contemnenda videantur, quæ quasi leuiter interdum dixisse perhibetur. Nam vt sciamus pondus & vim eorum, quædam subiugenda sunt, è quibus idem adhuc probari possit.

Monachis fugienda summopere.

XII. Apvd Moguntiam, Germaniæ nobilissimam & populosam ciuitatem, magnam cuiusdam nominatæ festiuitatis celebritatem regni principibus, & Ecclesiarum Præsulibus iussio regalis effecerat, qui diuersis ex prouinciis illic adunati, curiæ præsidebant. In eo conuentu sicut meritis intus, sic & authoritate foris singularis præeminens Anno, summus Coloniensium Præsul, quadam die populorum frequentia densissime circumfusus, ad immolationem immortalium sacramentorum ex more stetit in atrio principalis Ecclesiæ, prope tumulum Bardonis Archiepiscopi, eius nimirum sanctitate dudum cognitus, quæ recentibus interim miraculis commendabatur. Cumque multam cordis contritionem habens, totus lachrymis flueret, (nam quoties idem exequebatur ministerium, non, vt plerique, coactis, sed sponte currentibus infundebatur lachrymis, vt crederes ex aliquo fonte venas viuas prosilire) mundissimis labiis orationes solitas complens, ab altari descendit. Cernens autem quendam toto corpore miserabiliter contractum, adhærere tumbæ beati Præsulis, isque quis esset non ignorans, (fuerat enim à progenitoribus mancipium, super hæc & eleemosynarius illius, cuius cineribus ob custodiam assidebat) suo more vsus, contra sepulcrum stans loquebatur: Ignotos, & prope nullius deuotionis, ope celerrima respicis: hunc vero tuis innitentem semper obsequiis, tui iuris famulum, te diligentem, te precibus assiduis inquietantem, tanta hactenus obstinatione contemnere potuisti? Si nos tuis meritis adscribere vis, quod in aliorum curationibus hic actum esse fama confirmat, in huius reparatione contracti, nobis cernentibus, declara tuæ virtutis efficaciam. Hæc multis audientibus cum dixisset, nulla intercipiente mora, æger in pedes repente constitit, incolumitatem suam & alio memorabili signo commutante, quod absque fluore sanguinis, absque dolore neruorum, integræ sospitati momento redditus est. Quod factum Anno Dei seruus mira lætitia suscipiens, magnoque præconio S. Bardonis nomen & meritum extollens, hymnum Te Deum laudamus, altæ vocis modulatione inchoauit, tam populo quam clero pariter eadem deuotione consonante, signisque solenniter concrepantibus. Rumor totam mox ciuitatem peruolauit, ædes regias intrauit: vnum proceres, vnum reliquæ multitudines personabant, Annonis fidem, virtutem Bardonis emicuisse, meritis vtrorumque sanitatem homini applausisse: quam tamen si lingua conticuisset Annonis, nec tunc quoque sanctitas annuisset Bardonis.

S. Bardo claret miraculis.

Præclarum miraculum in paralytici curatione.

XIII. Non inferiora dicturi sumus. Sanctissimus vir multa deuotione cœlestes patronos excolens, speciali dilectione B. Seuerinum, sæpedictæ sedis Antistitem, semper in ore, semper in corde tenebat, id habens studii, vt qui sibi dulcis & charus ex animo constabat, is & in veneratione non à suis tantum, sed ab exteris quoque populis haberetur. Quas feruens intentione, tempore quodam gratum sibi viæ laborem cum suis assumpsit ad illam opibus, omnique probitate tunc insignem Bahenbergensium ciuitatem, vt sui iuris domum, in qua puer olim nutritus fuerat, filiam matris Ecclesiæ constituens, eius eam nomini consecraret & honori. Hoc per oppidum cum innotuisset, die qua sperabatur ipsa dedicatio, tanti plunius ab hora prima surgentis auroræ tota cæli facies obducta est, vt vehementiam imbrium nullius tectura operimentum arcere sufficeret. Cunctis itaque, quibus animo erat accurrere, tectis suis se tuentibus, Pontifex à proposito suo violenter impeditus, taciti precibus intra cubiculum cordis incubuit, vt imminens vel ad modicum interciperetur elementum, quantum in his negotiis exigeret mora Ecclesiastici instituti. Sed vltra mentis suæ placitum hac prece nil proficiente, velut ex magna iam commotione vocem concipiens, ipsi B. Seuerino charitatis minas intulit, dicens: Si me tuis auxiliis in hac pellenda inundatione quam celerrime prosecutus non fueris, certe tantis irritatus aduersitatibus, ad tui nominis reuerentiam Ecclesiam protsus refugio consecrare. Mira res. Adhuc fragili carne pressus, sudabat in terris, qui talia loquebatur: alter vero cui minæ intentabantur, vnum cum Deo iam effectus erat, cuncti terroris expers, æternæ autem securitatis hæres: & tamen ad motum eius, qui videbatur inferior, quoniam & infirmior, expauit eminentior. Nam vt putaretur irato velle reconciliari, mox vt dictorum finem Anno fecit, conquieuerunt venti, disparuerunt nubes, cessauerunt imbres, repentini solis radij, roseo lumine micantes, oculos subitam aeris immutationem stupentes crebris ictibus reuerberabant, & regnante serenissimi diei luce, omnis qui vel deuotione, vel curiositate illectus erat, cursu prosequebatur Antistitem, ad nouæ dedicationis gaudia procedentem. Igitur arridente votis suis serenitate cælitus præstita, cum exultatione vniuersorum, qui aduenerant, tanto lætius consummauit illam, quam conceperat, consecrationem, quanto liquidius intellexit in hoc se nutui deseruire diuino, quandoquidem testimoniis elementorum idem velle, ac Seuerinus.

S. Annonis singulare studium & deuotio erga S. Seuerinum.

Repentina serenitas redit non sine magno miraculo.

XIV. Post hæc omnia frustra quæritur, cuius ori quam propinquus fuerit ipse Dominus, cuius oculi super iustos, cuius aures in preces eorum, qui prope est omnibus inuocantibus eum in veritate. Non deerit tamen huic inquisitioni documentum satis egregium. Adstabat quandoque sacro circumdans amictu conspectibus omnipotentis, offerens nostræ redemptionis singularem hostiam super altare, quod intitulatione S. Michaelis præcipuum habetur in monte, qui nunc pretiosi corporis eius gloria illustratur. Oculi cordis in illam cælestium secretorum speculationem intendebant, exterioris lachrymarum riuus emanabant, & cum visibilis rei substantiam manibus contrectaret, hunc fidei complexibus dulciter adstringebat, qui Crucem pro nobis ascendit, ipsemet sacerdos, ipsemet & hostia: cui preces suppliciter fundens, pro Episcopis, pro Regibus, & omnibus in sublimitate positis, ac pro cunctis Ecclesiæ Catholicæ cultoribus, eiusque pace instanter laborabat. Foris silentium agebatur, sed magnos clamores interior homo dabat, qui cælos penetrantes, ad summæ maiestatis thronum admittebantur. Interea toto sacramentorum ritu consummato, quod adhuc restabat, fractio panis fiebat. Pars in calicem mittebatur, residuum digitis sacerdos

Psal. 33.

Psal. 144.

venera-

venerabiliter tenebat: in quod intendens, ab initio lachrymis replebatur, se protestatus indignum eius percipien- quod nullus vnquam sanctorum sine metu sumere præsumpsisset. Currebant lachrymæ super lachrymas, crebri gemitus, augebantur & suspiria: nihil aliud in corde, nihil in ore voluebatur præter hoc solum: Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Nec vero quasi nouæ compunctionis tunc in eum subierant stimuli: quotidianus iste mos eius erat ad sacrificium stantis. Interim oratione longius protracta, imago dæmoniorum, musca videlicet spurcissima, visu quoque nauseam generans, impetu super Dominicum corpus ruit, ereptamque morsu particulam, cum maximo dolore sacerdotis auolans exportauit. Cerneres eum subito colore mutato mortui similitudinem expressisse. Horruit ausum animalis immundissimi, nec minus pro se pauidus, ob argendas culpas id sibi reputabat euenisse. Sed ex maxima tristitia, maxima mox lætitia creata est, & vnde credebatur satanas insulturus, inde quammaxime confusus est, ordinante clementia Saluatoris: vt quo esset ignobilius in creaturis, quod viro sancto tantum intulit luctum, eo gloriosius esset miraculum, per quod ad meritorum eius declarationem de eodem triumpharet. Siquidem venerabilis Pontifex his angustiis vltra styli nostri facultatem grauiter obstrictus, tandem cor & oculos in Deum fixit, nullis quidem indiciis rem alicui circumstantium prodens, auxilium vero non labiorum motu, sed animi contritione & humilitate lachrymarum ab omnipotente instantissime flagitans. Quid multa? Omnis impuritatis amica, quasi violenter impulsa, præcipiti volatu redut, murmure suo & sibilo quodammodo vim, quam patiebatur, aperiens, illudque quod raptu nefandissimo fragmen sustulerat, in oculis sacerdotis pateræ restituit. Inde se velut auolatura leuans, seorsum super altare ruit exanimis, dignam tanti flagitij pœnam luens. Tum vero mœror, qui pectus sancti viri sauciauerat, totus in gaudium versus est, nec puto quenquam tantæ facundiæ, qui plene possit exprimere illas gratiarum voces, illudque diuinæ laudis iubilum, quod omnia personabant interiora, tantam Domini pietatem admirante sacerdote, quod eius lachrymis, qui puluis futurus erat, adeo flexus est ad misericordiam, vt in tam vili animante suæ potentiæ non dedignaretur exercere magnalia, quodque non minori prudentiæ suæ miraculo res tam exigua, quamuis pretiosa, per illas moras, ne periret, reseruata sit, quam vtrique præsciebat modis omnibus restituendam. Ad clericum deinde conuersus, qui sibi proximus assistebat, innuit vt incendio musca consumeretur: ipse vero sanctam communionem magna cum securitate suscipiens, Sancti spiritus gaudio comitante, ministerium illud debito fine terminauit. Hoc ne in dubium alicui veniat, sciat qui eiusmodi est, patris Reginhardi relatione nobis id innotuisse, cui ore suo sanctus Pontifex idem affirmauit: nisi forte tantæ perfidiæ sit, vt conetur adstruere, beatum virum de seipso non vera finxisse.

Matth. 8. — Sacrificium quam deuotus semper obtulerit. — Obserua rē notatu dignam. — Ecce miraculū admiratione dignissimum de musca. — Testis huius miraculi P. Reginhardus.

QVICQVID tamen eorum, quæ dicuntur, in dubium venit, cum non dubia, sed certa certis fulta testibus ediderimus, facile sui fidem capit ex vno, quod ad eius comprobanda merita, mirabilis in sanctis suis Dominus, mirabiliter operari dignatus est. Res vero tali teste defenditur, vt veritatem eius grauitas morum verborumq; ipsiusq; canities hominis, etiam incredulis loquantur, hoc principio editi miraculi tenorem exequentis. Erat regalium obsequiorum in vrbe Moguntia tempore quodam celebritas agenda, primisque de regno iuxta morem ad curiam euocatis, Anno venerabilis, & famosi inter omnes nominis, a Rege curam & administrationem huiusce tripudij tunc acceperat. Cumque, vt iusserat Rex, festinaretur à cunctis ad metropolim iam dictam, & ipse nihilominus idem cum suis iter accelerans, in quasdam terræ partes pernoctaturus deuenit, vbi sermone celebri rumor circumquaque ferebatur, & Regem cum suis inibi nocte proxima mansiones accepturum. Ea die concilio prouincialium facto, duo iuuenes, vt ex consequentibus intelligi datur, sententiam damnationis innocentes exceperant, furentibusque crudelitate bestiarum exactoribus, statim ad ceruicem positis restibus, ad suspendium vrgebantur. Non erat eis excusationis vel veniæ locus, nulla contra eos defensio, qui iustificant impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferunt ab eo: solummodo cor & oculos ad eum habebant, cuius omnia iudicia iusta sunt, cuius vniuersæ viæ misericordia & veritas. Iam gelidus per ossa pauor fundebatur, iam expectatione sola mortis exanimes stabant, enim inter angustias ipsas ad exorandum Dominum animati, clamores validos ab intimis dabant, eius omnipotentiam, eius inuocando clementiam, vt per interuentum cuiuscunque serui sui, quemmodo vellet, fieret eis à morte liberatio: quandoquidem à cunctis exclusa pietate, nemo de præsentibus parceret, nec esset, quem naturæ propinquitas ad misericordiam traheret. Audiuit Dominus, & misertus est, inuisibilemque visibiliter adesse iubens potestatem, ad declarandum mortalibus suæ diuinitatis de Annone testimonium, in eius eam effigie potissimum apparere voluit. Nam illi cum ad patibulum manibus retro ligatis traherentur, in ipso mortis eorum articulo, quando duello sæuo mors vitaque confligunt, circumstantes omnes iuxta famam superiorem de Rege mentionem inferentes, eorum auribus eiusmodi confabulationis strepitum ingerebant. Protinus ambo tracti corporalibus oculis ad similitudinem quandam percepti sermonis, sicut eis post referentibus innotuit, quasi Regem ipsum imperiali comitatu circumfusum aduenire conspexerunt, magnæ dignitatis clericum quendam in illa frequentia secum habentē, cuius habitudo faciei totam, in qua pius agnitus Anno est, effigiem exprimeret. Isque vniuersis prætereuntibus, solus in miseros pios defigens obtutus, locum ocyus adiit, seque medium vtrisque supponens, hac manu dextrum, altera vero sinistrum ad medias noctis tenebras singulis in pedibus sustentabat. Nulla deinde in liberandis illis morarum obluctatio: pariter ab eo depositi, pariter manuum & vitæ libertati ab eo redditi, hac hortantis eos ad fugam voce sunt commoniti: Cursu, qua placet, viam arripientes, hinc miserandi secedite: liberator vester, Deus potens & clemens. Eo cum his verbis euanescente, manifestam diuinæ bonitatis virtutem in se iuuenes admirari, quamlibet è villis adiacentibus, effugiendi spe petere statuerunt: secutique iam non tam sui cordis, quam cælitus propositum callem, in eam, vbi minister gratiæ cælestis Anno stationem ea nocte metatus erat, ingressi sunt: & mirum in modum, cum vbique numerosæ ædes se offerrent obuias, solam Annone hospite tunc insignem, ceu eorum animis inscriptam, recto itinere domum petierunt, cum tamen nulla ad eos vel nominis, vel præsentiæ eius notitia peruenisset: illo nimirum ducente eos, qui se viam testatur & vitam. At vbi primum insperatam viri Dei faciem inter curiosorum orbium species offenderunt, membris omnibus concussi, ad eius vestigia velociter proruerunt, illum lachrymis, illum gratiarum actionibus summæ maiestatis seruum & amicum clamantes, per quem Christus se diem cum nocte faciens in ligno, per tot moras, ne suffocarentur, ad vitam seruauerit. Credendi maximum inde sumebatur argumentum, quod fœda totam faciem operiente macie, nodorum ad colla adhibitorum vestigia cernerentur. Sed Præsul ab humilitate sua prorsus animum non mutans, homines à se iniuriose repulit, dicens eos cupiditate lucri nequiter illectos, hanc fallaciæ plenam excogitasse fabulam. Nonnullis tamen ex clericis innuit, vt seorsum illis assumptis, rem inquisitione subtili plenius inuestigarent, mandans & de causis, vnde damnati essent, quæstionem mouere: vt innocentia sua vel defenderent, vel improbarent, quod actum erga se cælitus affirmabant. Sicque factum est, vt cum nullis instructi fraudibus, ad omnem interrogationem simplicibus responsis occurrerent, & diuinitus operata per Pontificem virtus innotesceret, & culpa vacantes iuuenes, iniuste damnati inuenirentur. Tum vero mox in laudem Creatoris brachia facit Antistes & oculos attollens, Non, inquit, hæc meritis meis adscribere fas est: tua, Christe, sunt hæc opera, tuæ profecto benignitatis in his declarantur exempla: qui verus innocentiæ restitutor & amator, quomodo voluisti, ne perirent, misertus es innocentibus. Aliquantis dein ex eleemosyna sua solidis in viros expensis, ipse cœptæ viæ se cum suis dans, ibat, sicut dicitur,

XV.

Psal. 67. — Conuentus principum Moguntiæ. — Duo innocentes iuuenes sententiam mortis excipiunt. — *Esa. 5.* — *Dan. 3.* — *Psal. 24.* — Domin' in forma Annonis eos à suspendio conseruat & liberat. — *Ioan. 14.* — Obserua, vt vir B. semper odit se prædicari. Nō suis meritis ascribit hoc miraculum, sed misericordiæ Dei. — *Psal. 83.*

dicitur, de virtute in virtutem, habens & gratiam reuelationum multam. Hinc iam aliqua dicturum, copia per singula non patitur ire: paucis tantum partim hic, partim in posterioribus, lectoris erunt studia concilianda.

XVI. ACCIDIT, vt ecclesiolam quandam nouæ constructionis, intra partes regiminis sui sitam, die quadam sanctificaturus, cum suis conueniret. Dos autem, vnde legitima nominis ecclesiæ fieret articulatio, nusquam reperiebatur ad manus, prædijs, quæ acquisierat, alijs ecclesijs in eleemosynam ab eo distributis. Hac pro re multis æstuans cogitationibus, diem ad noctis ingressum protraxit, Ecclesiastica sanctione sciens inhiberi, sine dotis priuilegio talibus inseruire negocijs. Porro diuinum officium qualibet dilatione deinceps illic postponeretur, tunc quidem deliberabat insistendum consecrationi, post autem & pro dote solicitius satagendum. Huiusmodi definitionem post varias retractiones animo concipiens, in somnum resolutus est: & ecce per visum contemplabatur se prope quod- Visio eius. dam altare consedisse, Pontificali cultu splendide circundatum: eam vero speciem prætendentem, vt putaretur iam iamque processurus ad quandam dedicationis celebritatem. Cui protinus assistens vir canitie angelicus, vultu toruus, claritate simul & authoritate suspiciendus, cum se Petrum esse dixisset, quærere cœpit, quid illic expectaret. Sanctus vir, tanquam notissimam cerneret personam, manens imperterritus, se respondit ad ædiculæ cuiusdam consecrationem eo venisse, statimque subiunxit Apostolus: Dotem, quæ competit, assignatam habens, id quod cupis, legitime poteris exequi? Qui Præsul inquisitione conscientiam suam conuentam intelligens, id se dixit ex animi deliberatione proposuisse, licet ad præsens dotis suffragio destitueretur, ne benedictionem, pro qua venerat, diutius suspenderet: quandoquidem in procrastinatione dotis diuinis nil obesset seruitijs, quam se, vita comite, sciret breui tempore tuturum, & ex more traditurum. Hoc, inquit Apostolus, Ecclesiastica iura non habent, vt sine dotis commen- Non est consecranda ecclesia sine dote. datione, sponsa Christi thalamis admisceatur. Vnde ne transgressionis huius occasione grauius peccetur, ex nostræ potestatis authoritate tibi concedimus, vt quoties necessitas exegerit, ab his, quæ matris Ecclesiæ sunt, dos filiæ præstetur. Euigilauit continuo Pontifex, ordinemque visionis suæ, rationis oculo crebrius examinans, ne forte deceptionis ministra fuerit, à Deo se præmonitum euidenter agnouit. Sic tenebris ad ingressum diei recedentibus, ipse certus ex visione quid faceret ad consecrationis officium lætus processit, ex prædij metropolitanæ sedis eam, quam sine damno matris inuenit, filiæ dotem tradens.

XVII. VT autem antecedenti narratione comprehensum est, eius in diuinis rebus studium omnis etiamnum Colonia testatur: quæ multis sanctorum congregationibus repleta, habet in singulis, quod monimentorum eius posteris reseruet. Verum inter multas antiquitatis structuras, quibus ipsa ciuitas nobiliter excellit, beati Gereonis olim exi- Multæ antiquæ structuræ Coloniæ. mia celebrabatur fabrica, quam Helena Christianissima matrona, Constantini mater, regijs sumptibus in totundũ erexit, ita marmorea pulchritudine, aurique luce foris & intus resplendentem, vt ad Aureos sanctos appellaretur. In hoc sanctorum ambitu, sicut fama loquitur, post beati Gereonis & sociorum eius interfectionem, milites ex Mauri- Mauri martyres 360 Coloniæ cæsi. tania numero trecenti sexaginta, pro fide pariter trucidati, eandem cum beato Gereone, sicut animarum, ita & corporum requiem meruerunt: sed in negligentiori veneratione habebantur à populo, eo quod in Australi latere templi, suæ memoriæ cryptam satis humilem, & paucorum receptioni propter angustias habilem, obtinentes, ex accessu rariori per ætatum successiones è memoria pene sublati essent. Quæ negligentia multis increscens annis, sic & Annonis sancti durabat temporibus, donec nocte quadam eo quiescente, reuelationis huiusmodi salutari correptus est verbere. Sublatus in excessum mentis eorundem Christi martyrum, sanctorum scilicet Maurorum, multitudi- Visio alia S. Annonis. nem cum magna luminis gloria velut ad concilium vno in loco congregari videbat. In quos cum mirantibus defixus oculis, quem visio ipsa finem esset habitura, summa sustineret expectatione, raptus continuo, locum qui congregatæ multitudinis medius erat, vt examinandus accepit, toruis adspectibus in eum cunctis respicientibus. Cumque discussio subtilis ageretur vel operum illius, vel meritorum, ab illa sancta concione magnarum querimoniarum generalis clamor exortus est, conquerentibus eis, antecessorum eius incuria se tanti temporis contemptum pertulisse, nec vllius venerationis cultum à ciuibus vrbis suæ eatenus accepisse: in hoc se amplius permoueri, quod qualitercunque à superioribus Episcopis erga ipsos actum sit, eius, de quo spes melioris studij habebatur, non minor in eos neglectus existeret. Post has sanctorum interpellationes, vbi per increpationem districte requisitus est, quia temeritate tot veritatis testes in tanta vilitate habuisset, non inuento excusationis loco, cunctorum sententia iustæ vltionis flagellum subire iussus est. Itaque veste spoliatus, verberibus grauiter attrectatus est. Suspirijs autem, A sanctis Mauris flagellatus. & omnis emendationis sponsione suppliciter in tormentis, vt parceretur, laborans, hac eadem conditione tandem dimissus à somno grauissimo, magno pauore æstuans, euigilauit, ita tremens, & totius corporis habitu ita se gerens, quasi sub flagellis etiamnum palpitaret. Mox in se reuersus, intelligentiam somni non aliunde, sed ex illatis plagis in ipso corpore sensibiliter habens, necessario placendos dixit, quibus iratus tantæ acerbitatis animus inesset: satisque metuendum, ne denuo concitatis eis, non vt ante, aliqua respirandi copia sibi concederetur. Collectis ergo viris industrijs & ingeniosis, ad eandem rotundi schematis basilicam, ab orientali parte rupto muro veteri nouum continuauit ædificium, quod dispositis in longum parietibus, per ascensus adspectu decentissimos in chorum spectabilem, turresque geminas operose superius consurgens, cryptam in inferioribus magnæ capacitatis explicabat. Addens Crypta apud S. Gereonem fit auctior. præterea hunc vel illum ex colotibus siue metallis ornatum, egregiæ laudis titulum, in eisdem picturis vestibus appositis, ita promeruit:

Ex Domini monito compunctus Episcopus Anno,
Quicquid habere potest, diuinis cultibus offert,
Iussit & adstantes appingier ordine patres
Vrbis Agrippinæ, sancta virtutis amica.
Pro quibus in cælis letabitur ipse fidelis.

XVIII His omnibus, vt hodie cernitur, pulchre perfectis, deinceps in exquirendis sanctarum reliquiarum corporibus immorabatur. Huius autem intentione spei statam marmoribus terram intra templi septa detegens, principem sanctæ sodalitatis illius, beatorum scilicet Maurorum, Georgium nomine, socijs in circuitu quiescentibus ac- S. Georgius Maurus martyr inuenitur. curatius præ cæteris humatum reperit, chlamyde purpurea circundatum, oratum eius extremitatibus in insignẽ auri texturam desinentibus. Hunc cum nonnullis alijs de sepulcro super altare debita reuerentia exaltans, in eius laudem, qui talium thesaurorum author & largitor erat, erupit: & exinde nomen & memoria sanctorum Maurorum, per omnes Coloniæ angulos celebrior inoleuit.

XIX. ELIPHIVS quoque magni meriti martyr, qui post abscissionem capitis cum eodem vix longissimæ spatium S. Eliphius apparet S. Annoni. percurrit, in visione beato assistens, eius erga se negligentiam redarguit, improperans quod eam, quam vt religiosus in cæteros vrbis suæ patronos mentis deuotionem ostentabat, in eo multum obfuscaret, quod sciens ipsum nulli meritis secundum, hac extremitate post omnes habuerit, vt ne minimis quidem indicijs suam vnquam beneuolentiam in eius ecclesiæ amplificatione prodiderit. Eo respondente, iactis quibuslibet nouis fundamentis, inundationem Rheni fluminis in subuersionem totius monasterij sine dubio mox incubituram: perstitit ille, quanlibet vel paruam

N eius de-

eius deuotionis exigens operam, sicque disparuit. At sacerdos a toro se post quietem excutiens, cœnobium S. Martini, in quo martyr idem patrocinabatur, adijt inspecturus loci situm, habitoque consilio, duas turres, a fronte sanctuarij consurgentes, in aerem suberigi præcipit, laudem meritumque viduæ, duo minuta offerentis, proculdubio obtinens.

Luc. 21.

XIX. MVLTIS in hunc modum reuelationibus proficiens, ad meliora in dies incitabatur, Diaconum boni magistri æmulatorem secum habens: cum quo iugis illi erat consuetudo, cessante strepitu publicæ dispositionis, ad psalmos & orationes recurrere semper. Porro sicut per imbecillitatis humanæ defectum nonnunquam accidere solet, idem clericus in decantatione psalmorum cum Episcopo per vices tædio superatus, ex negligentioribus & præproperis alternorum versuum enunciationibus in eam decidit consuetudinem, vt in ijs canticis, quæ Patris & Filij & Spiritus sancti gloriam per discretas personarum appellationes resonant, mediam semper, id est, filij, transiliret personam. Quam fidei contrariam, & omnino fugiendam negligentiam cum nemine attendente nulla per longum tempus corrigeret emendatio, venerabilis Pontifex in secretissimo noctis cuiusdam silentio quiescendi gratia iacens in lecto, palpebris necdum plene sopore depressis, ex ea desuper parte, quam vertice respiciebat, sonum aure percepit negligenter & corrupte percurrentis, Gloria Patri & Spiritui sancto, ac denuo repetenti idipsum, media per celeritatem intermissione dictione: factusque repente tanquam in ecstasi, quendam, cuius claritas & habitus humanum excedebat modum, in maiestate, qua filium Dei decebat, contra se stantem adspexit: qui radiantibus oculis in ora stupentis comem & placidum se ingerens, protensis coram eo tribus sinistræ manus digitis, primum eorum dextro tetigit indice, dicens: Ecce Pater: moxque secundum, Ecce Filius: post hæc & tertium, Ecce Spiritus sanctus. & vocem intra voces paululum cohibens, Ecce tres, ait in vna Deitate similiter adorandæ personæ quibus gloria par dicitur ab vniuersali semper Ecclesia. Mediam inter Patris & Spiritus sancti personam Filius habet, nec vllam recipit diuisionem à duobus in vlla diminutione maiestatis eiusdem & gloriæ. His ita Catholica veritate se habentibus, vt quid clerici tui blasphemias sine correptione præteris? Eam, quam cum Patre & Spiritu sancto communem possideo, gloriam mihi subtrahit, in duarum vocabulis personarum me, qui media Trinitatis persona sum, ad omnem gloriæ decantationem transiliens. Protinus excitato sacerdote, imago quæ videbatur, euanuit. Admirans autem in consideratione visionis tam perspicuæ, moras quas interim patiebatur, donec ad consuetos hymnos veniretur, annorum instar putabat, summopere festinans corporis auribus discernere, quod intelligibili sensu per excessum iam acceperat. Obseruans itaque diligentissime psallentis Diaconi os, solito festinantius vltimum psalmi versiculum ipse terminauit. Mox gloriam trini numinis clericus adiungens, mediam solita acceleratione intercepit personam, duas tantum dicens. Nec vltra sequentium psalmorum modulatio processit, donec ab Episcopo reprehensus ex ordine visionis iam dictæ, negligendam tanto tempore se contraxisse didicit offensam, habens de cætero non emendationis tantum, sed & proficiendi salubrem occasionem. Sed iam stylum mutare rerum Dominus iubet: plena sunt lachrymis, plena miserijs & ærumnis, quæ sequuntur: & forsitan eo digniora tanto viro, quo & grauiora: quoniam vbi durior pugna, ibi gloriosior & victoria. Si Iob recipitur flagellatus, & hunc Annonem beatificabimus, qui post multas tribulationes meruit introire in regnum Dei.

Negligentia Diaconi in decantatione psalmorum.

Visio S. Annonis.

Meminerint hoc exemplo clerici, suas horas integre persoluere.

Iob. 1 & 2.

Apoc. 1.

XX. PIVS enim Dominus, qui, quos amat, arguit & castigat, hanc quoque dilectam sibi animam ante diem vocationis eius multis tentari permisit incommodis: vt scilicet ab ea omnem scoriam terrenæ conuersationis excoqueret caminus transitoriæ tribulationis. Primum moto Saxonico bello, fratrem eius Vuesselum Magdaburgensem Archiepiscopum, & consobrinum eius Bucconem Halberstadensem Episcopum, tempestas inuoluit grauissimæ persecutionis. Contra hos cum Regi, totius Saxonicæ gentis exterminium anhelanti, operam non satis impigre ferret, naturæ profecto legibus & carnali affectione inhibitus, inuisus ei suspectusque efficitur, periurij ac perfidiæ insimulatur.

XXI. HINC inter eum & Regem quotidie discordijs incrementa accipientibus, ciues quoque Colonienses, quibus paulo ante vnice charus acceptusque fuerat, ad interficiendum eum proh dolor solicitantur: quibus ad patrandum, quod nefarie machinabantur, casus idoneam attulit occasionem. Archiepiscopus Pascha Coloniæ celebrauit, eratque cum eo Episcopus * Minigardenordensis, ad communicanda tantæ solennitatis gaudia, familiaris amicitiæ obtentu euocatus. Cumque exactis ex parte festis Paschalibus, abscedere pararet, ij qui Archiepiscopi domestica negocia curabant, iubentur ad euectionem eius nauim idoneam prouidere. Qui lustratis perspectisque omnibus, vnam mercatoris cuiusdam prædiuitis nauim, quia in eos vsus competens videbatur, occupant, eamque in ministerium Archiepiscopi, eiectis mercibus quas habebat, ocyus expediri iubent. Negantibus famulis, qui nauim seruandam susceperant, vim, nisi mature iussa capessant, minitantur. Illi vero, quantum poterant, citato cursu ad dominum nauis rem deferunt: quid facto opus sit, consulunt. Habebat ille filium adulta ætate, non minus audacia, quam viribus, excellentem, & cum propter generis affinitatem, tum ob merita sua primoribus ciuitatis maxime charum & acceptum. Is assumptis famulis suis, & iuuenibus ex ciuitate, quantos in ea trepidatione in auxilium suum consciscere potuit, concitus ad nauem euolat, & ministros Archiepiscopi acriter, vt nauis eam occuparentur, insistentes, cum iniuria proturbat. Dehinc aduocatum vrbis in idem opus succedentem, tumultusque instaurantem similiter repellit, fundit & fugat. Iamque & his & illis, sui singulis amici armati subsidio accurrunt, & ad magnum discrimen pugnamque ancipitem res spectare videbatur. Perlato mox nuncio ad Archiepiscopum, quod atrocissima seditione confunderetur ciuitas, misit festinanter ad sedandos motus populi, iratumque plenus minabatur se proxima sessione seditiosos iuuenes merita pœna coerciturum. Erat quippe vir omni genere virtutum florentissimus, & in causis tam reipublicæ quam Ecclesiæ, spectatæ sæpius probitatis. Vix ad modicum dirempta est concertatio: sed furor animis, & elatus primo successu iuuenis, non cessabat interturbare omnia: percurrensque ciuitatem, varios sermones per populum serebat de insolentia & austeritate Archiepiscopi, qui toties innocentibus sua adimeret, toties honestissimos ciues procacissimis verbis incesseret. Nec difficile fuit, id hominum genus in omne, quod vellet, tanquam folium quod vento rapiatur, transformare. Præterea in mentem veniebat Vuormatiensium insigne præclarumque facinus, quod Episcopum suum insolentius agere incipientem, vrbe expulissent, & cum ipsi multitudine, opibus armisque instructiores sint, dedignantur quod inferiores æstimentur audacia, & Archiepiscopum tyrannico sibi fastu imperitantem, tandiu muliebriter patiantur. Conferunt primores inepta consilia, sæuit vulgus intemperans nouarum rerum studio, & per totam ciuitatem spiritu diabolico raptatum, ad arma conclamat: nec iam Archiepiscopū vrbe expellere, sicut Vuormatienses, sed per omnes cruciatus trucidare, si copia detur, cōspirant. Natalis erat B. Georgij martyris, qui eo anno feria quarta hebdomadæ Paschalis obuenerat, & Archiepiscopus celebrata Missarū solennitate apud B. Georgium, cum sermonē faceret ad populū, præsagio quodā futurorū, vel scius ipse mali quod imminebat, cōtestatus fuerat audientib. quod ciuitas diabolo in potestatē tradita esset, & propediē peritura, nisi iamiam impendentē iram Dei per pœnitentiā inflectere maturarēt. Auxit huiusmodi suspicionem omnib. quædam in hunc modum visio celebris: Quidam bonæ vitæ vir ante dies aliquot huius turbulentiæ, vidit per somnum coruum quendam horrendæ magnitudinis per totam volitare Coloniam, & terribiliter crocitando, populum tali spectaculo attoni-

*Anno 1074. Hoc caput fere ad verbum desumptum est ex Chronico Lamberti Schafnaburgensis. Id est, * Monasteriensis.*

Ministri Episcopi male accipiuntur a quodam mercatore.

Ironia est.

Seditio Coloniæ.

Visio cuiusdam boni viri.

attonitum huc & illuc agitare: superuenire post hæc virum, tam veste quam forma præcellentem, qui & coruum horrifico sonitu perstrepentem vrbe expelleret, & populum mente consternatum, iamq; extrema omnia formidantem, cassa formidine absolueret. Cumque à circunstantibus interpretationem somnij horrore concussus quæreret, audiuit quod ciuitas propter peccata populi diabolo in potestatem tradita fuisset, sed interuentu Georgij martyris liberata, instantis iam atque à Deo prædestinati interitus necessitatem euasisset.

Interpretatio eius.

Igitur post meridiem, inclinata iam die in vesperum, cum igni oleum, iracundiæ accessisset ebrietas, subito ciuium coniurata manus erupit: ac primo portæ ciuitatis omnes custodijs vallatæ sunt: dein ex omnibus vrbis partibus ruunt ad * curtim Archiepiscopi, & eum celebri quodam loco cum Episcopo Monasteriensi cœnantem adorti, tela contorquent, saxa iaciunt, nonnullos ex assistentibus interficiunt, cæteros plagis & vulneribus confectos, in fugam vertunt.

** chortem. pro domo vel ædibus.*

Inter hæc conspicantur quamplurimi, ipsum talium furiarum incentorem dæmonem præcurrere insanienti populo galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter fulgurantem, nec vlli, quam sibi, similiorem. Cumque militari quodam classico cunctantes, vt se in pugnam sequerentur, concitaret, in ipso impetu, quo portarum seras effracturus vociferando irruebat, repente ab oculis sequentium disparuit.

Diabolus incentor seditionis.

Tunc Archiepiscopum sui inter cuneos hostium, nubemque iaculorum vix & ægre, expeditum, in templum S. Petri abripiunt, foresque non modo seris & vectibus, sed admotis etiam magnis molibus obfirmant.

S. Anno ægre a suis in templum S. Petri infertur.

Sæuiunt foris, & instar inundantis aquæ rugiunt vasa diaboli, plena vino furoris Dei, & per omnia Episcopij penetralia discurrentes, fores infringunt, thesauros diripiunt, vasa vinaria concidunt, & dum vina in diurinos vsus summa ope congesta, præcipitantius effundunt, repletum subito cellarium, ipsos, quod dictu quoque ridiculum sit, inopinis fluctibus periclitatos pene suffocauerat. Alij capellam Archiepiscopi irrumpentes, altare spoliant, sacra vasa pollutis manibus contrectant, vestimenta pontificalia diripiunt: dumque omnem supellectilem sacri ministerij curiosa, immo furiosa diligentia euertunt, reperientes illic quendam clericum, præ timore se in angulo altaris occultantem, & putantes quod Archiepiscopus esset, interficiunt, non sine gratulabunda exprobratione, quod petulantissimæ linguæ tandem aliquando modum imposuerint.

Homicidium.

Sed cognito, quod decepti similitudine essent, & Episcopus intra templum S. Petri & loci religione, & murorum firmitate se tutaretur, vndiq; conglobati ipsum templum obsident, muros perfringere dedita opera moliuntur: postremo, nisi ocyus sibi tradatur Archiepiscopus, ignem quoque se adhibituros minitantur.

Oppugnatur templum.

Tum ij, qui intus erant, videntes obstinatos esse omnes ad necem eius animos populi, nec ebrietate sola, quæ tempore digeri solet, sed etiam odijs & phrenetico quodam furore homines agitari, suadent ei, vt mutato habitu effugere conetur de ecclesia, & fallere obsidentes, hoc facto, & sacras ædes incendio, & se mortis periculo liberaturus. Opportunum fugæ patrocinium tempus pollicebatur. Nam seditione in mediam noctem protracta, horrebant omnia tenebris & caligine, vt haud facile cuiquam esset, vultus occursantium discernere. Angustus aditus patebat de templo in dormitorium, itemq; de dormitorio in atriū domumque canonici cuiusdam adhærentem muro ciuitatis: isque ante paucos dies ortæ seditionis impetrauerat ab Archiepiscopo, Deo ad salutem Archiepiscopi hoc ipsum misericorditer prouidente, vt rupto muro ciuitatis, paruulum sibi posticum facere sineretur. Ibi eductus Archiepiscopus, applicitis in euectionem eius & comitum eius quatuor equis, abijt, opacæ noctis tenebris, ne ab obuiantibus agnosceretur, commodissime vsus: repertoq; post modicum Episcopo Mimigardeuordensi, socijs iam pulchre pro ea tum calamitate constipatus, in locum, cui Nussia nomen est, peruenit.

Sanctus Episcopus aufugit. Venit Nouesium.

Interim ij, qui circa templum erant crebris arietum ictibus muros quatiebant, eratq; confusa vox tumultuantium, & fidem omnipotentis Dei testantium, quod non euasurus esset manus suas, non decepturus obsidentium diligentiam, etiamsi in minima terræ reptilia se transfiguraret. E contra ij, qui obsidebantur, nunc supplicando, nunc pollicendo, quod diligentissime quæsitum, si inueniretur, ipsis traditum essent, callide ludebāt operam perurgentium, vsquequo Archiepiscopum longius euectum, atque in tuta loca progressum esse arbitrarentur.

Egregie illuduntur tumultuosi.

Tum demum reclusis foribus, ipsos ingredi, & pro libitu suo quærere sinunt: adijciuntq; frustra eum quæri intra septa templi, quem certo compertissent primo incursu concitatæ multitudinis, clara adhuc die vrbe egressum, iam in longinquas partes transire potuisse: idque magis suspicandum, quod contractis vndique per moram nocturni temporis copijs, primo mane ad occupandam armis ciuitatem sit aduenturus. Igitur ingressi, cum omnia templi penetralia diligentius inuestigando euertissent, vix tandem admissa fide, quod falli potuissent, deinceps ab inquisitionis studio ad tuendam vrbem animos vertunt, armatamq; multitudinem circunquaq; per propugnacula dispertiunt. Inter hæc arreptum quendam de turba, super portam vrbis ad ignominiam Episcopi suspendunt, magis in hoc furori suo, quo præcipites raptabantur, satisfacientes, quam quod crimen vllum suspendio dignum, misero obtendere possent.

Suspenditur homo innoxius à furente populo.

Alteri crura succiderunt. Mulierem etiam quandam de summitate murorum præcipitant, fractisq; ceruicibus interficiunt, hoc ei criminis dantes, quod homines plerunq; magicis artibus dementare infamata fuisset. Sed hoc scelus commodiori tempore, & pacatiore animo vindicare debuerant. Induxerant etiam in animum, si non fuga vix euasisset. Abbatissam perimere de S. Cæcilia, solam mortis eius causam habentes, quod Archiepiscopo consanguinitate iungebatur: adhuc & sceleratiora aggredi statuentes, nisi Deus coloniæ misertus, breuiasset dies amentiæ eorum. Præterea iuuenes impigros citato, quantum possent, gradu ad Regem ire iubent, nunciare ei quæ gesta fuerant, & suggerere vt quantocyus veniat, vacantem, expulso Archiepiscopo, ciuitatem occupare: in eo verti salutem ciuitatis, & ipsius vtilitatem maximam, vt grandia molientem de vindicanda iniuria Archiepiscopum anticipare conetur. Talibus furijs toto triduo agitabantur. Postquam auditum est per prouinciam, & celebri rumore vulgatum, quod Colonienses sua Archiepiscopum probris & contumelijs affectum, vrbe fugassent, exhorruit omnis populus nouitatem rei, atrocitatem sceleris, spectaculum humanarum rerum, quod vir tantarum rerum, quod vir tantarum in Christo virtutum, tam indigna perpeti, Deo adspiciente, potuisset.

Prouinciales statuunt vlcisci iniuriam S. Annonis.

Magna eius in pauperes liberalitas, multa in humanis moderatio, vehemens in corrigendis legibus studium, libera in corrigendis qui male agerent seueritas, omnium ore celebrabantur, earumque rerum commemoratio non minimum ei gratiæ apud populares conciliabat. Exclamant omnes, ad suam magis iniuriam pertinere violatam pontificalis nominis maiestatem, & mori sibi satius esse, quam vt tantum flagitium suorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor vel quinq; milliaria circūquaque ad arma conclamant, multa hominum millia dicto citius concurrunt, nullo qui per ætatem arma ferre posset, tam religiosam militiam detractante: conglobatiq; in vnum, rogant Archiepiscopum, & cunctantem vi impellunt, vt ad recuperandam ciuitatem quantocyus festinet: se pro eo dimicaturos, & si ea necessitas incūbat, oues pro pastore, filios pro patre libenter mortem excepturos: ac nisi Colonienses maturent venientem suscipere, & pro ipsi* arbitratu satisfacere offenso, se aut ingesto igne populum cum ciuitate consumpturos, aut dissipato muro, eum super congeriem occisorum in cathedram pontificalem reducturos. Ita Archiepiscopus quarto die post, quam exierat, magno vallatus agmine, ad vrbem accessit. Quod vbi Coloniensibus compertum est, & se tantæ tamque efferatæ multitudinis impetum nec muro, nec acie sustinere posse animaduerterunt, tum primum furor deflagrare, ebrietas euanescere cœpit: magnoque terrore concussi, obuiam legatos de pace miserunt, se reos confitentes, & omnem, quā vita incolumi iuberentur, pœnam pendere paratos.

Colonienses pacem & veniam petunt.

At Archiepiscopus digne pœnitentibus se veniam non negaturum respondit. Tum celebrata Missarum solennitate apud S. Georgium, eos, qui Pontificē sede propria expulissent,

qui eccle-

qui ecclesiam homicidio polluissent, qui templum S. Petri hostiliter impetissent, qui cæteras religionis intra aulam barbato temerassent, Episcopali banno ad satisfactionem vocauit. Protinus omnes nudis pedibus, laneis ad carnem induti processerunt, vix & ægre impetrata pace multitudinis, quæ circa Episcopum erat, vt hoc tuto facere liceret. Nam & vehementer ei suci censebant, quod dum immoderatius clementiam iustitiæ anteponendo, populatis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora, huius sceleris impunitate, animaret. At vero Archiepiscopus eos postero die ad suscipiendam secundum canonum scita pœnitentiam tam immanis flagitij, ad S. Petrum præsto esse iubet:

Nota sinceritatem pastoris benignitatem & humanitatem. progressus ad S. Gereonem, ibi extra vrbem pernoctare statuit: veritusque quod tradita ciuitate, vis concitatæ multitudinis inhiberi non posset, sed partim iniuria, partim cupidine prædæ accensi, sæuiret in populum, obsecrans rogauit prouinciales, qui secum erant, vt singuli in sua cum pace recederent: satis se opera eorum vsum, & euidens tulisse documentum, quid animi oues erga pastorem, filij erga patrem gererent: asperrimam partem negocij multa eorum virtute exactam esse: cætera quæ restent, facile iam priuata ac domestica manu posse confici. Proinde quod bonum, felix, faustumque esset, abirent in domos suas, hanc reportantes spem, quod huius beneficij gratia apud eum, seu viuum seu defunctum, perpetuo mansura foret. Hoc via impetrato, milites suos, quantos ad comprimendos vrbanos motus, si qui forte leuitate vulgi instaurarentur, sufficere putabat, præcedere in ciuitatem iubet, secuturus ipse proxima luce, cum eorum, qui præcessissent, diligentia, ne quid forte insidiarum lateret in ciuitate, præcauisset. Ea nocte sexcenti, aut eo amplius mercatores opulentissimi ex vrbe profugi, ad Regem se contulerunt, intercessionis eius opem aduersus Episcopi sæuitiam imploraturi. Cæteri ingresso Archiepiscopo ciuitatem, & toto triduo iuxta condictum expectanti, minime se præsentarunt ad proponendum aliquod satisfactionis genus. Vnde

Colonienses mulctati, inscio Episcopo, diripiuntur. indignitatem rei non ferente Episcopi milites, inscio, vt plurimi asserunt, atque inconsulto Archiepiscopo, arma rapiunt, domos incursant, possessiones diripiunt, occursantes partim sternunt, partim captos in vincula coniiciunt, & prorsus, vt veritati vel coacti assentiantur, multo ferocius, quam tanti Pontificis existimationi competeret, iustæ vltionis negocium exequuntur. Sed grauior morbus acriori indigebat antidoto. Filius supra memorati mercatoris qui primus seditionem inflammauerat populum, & pauci alij luminibus sunt orbati, nonnulli virgis cæsi ac detonsi, omnes grauissimo rei familiaris damno mulctati, atque iusiurandum dare compulsi, quod deinceps Archiepiscopo ciuitatem contra omnium hominum violentiam, quantum consilio & armis possent, vindicaturi essent, & eos, qui

Hucusque fere ex Lamberto Schafnaburgensi. ex vrbe profugerant, quoad digne Archiepiscopo satisfecissent, semper pro infestissimis hostibus habituri. Ita ciuitatem pro diuersitate partium, & luctus pariter & lætitia tenuerunt, alijs in regressu Pontificis electi iustas audaciæ suæ pœnas luentibus, alijs dignos consolationis suæ choros instituentibus. Siquidem non in vrbe tantum, sed & vbicunque locus exhibendæ processionis offerebatur, ibi post istam famam Christi confessor in hymnis & canticis velut Angelus exceptus est, nec immerito: Quis namque negeret eum viuum ex illis æg... fuisse, de quibus per Mala-

Malac. 2. chiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est? Cuius post hæc lachrymas in ascensu vel descensu dilecti sibi montis effusas, illi, qui ibus ibi seruitur, & viderunt, & miserati sunt sancti: quorum pietati conquestus eam, quam a suis tulerat, contumeliam, omnes ad fletum traxit, quos vel ex clero, vel ex populo contigit adesse. Leuauerunt autem & monachi pariter voces suas, & vt reditum suum desiderabilem faciem eius contemplantes, voto in personabant: Te nostra vocabant suspiria, te lugentes requirebant lamentat: tu factus es spes desperatis, magna consolatio in tormentis. Audiebantur hæc in excelsis, & vtique credendum est tam eorum, quæ canebantur, dulcedine, quam sacrificio lachrymarum oblectatum, teuera ibi Chri-

Matth. 18. Iniuria Lector. stum adfuisse, sicut & ipse promisit, cum ait: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Cæterum quia nonnullis etiam bonis scandalum ingerunt, quod vltionem tanti viri, tam sæua dicitur redundasse, castigatio, a grauissimis ideoque dignis personis testimonium habemus, cum cum sacramentis multoties affirmarent, tam contentionem ab hac tyrannide prorsus animum retinuit: quippe cuius nec officij, nec voluntatis esset vnquam, vltra legis Ecclesiasticæ vindictam suorum manum extendere. Quidde re contrahat os suum mundus: cui cum

Eccl. 2. Num. 16. & nobis, ab eius tum de cæco plerumque redire cum iumentis, solet obijcere, magis ereptos, quam redditos per eum oculos. Nec mirum, cum & Moysen sanctum, homicidam nonnulli blasphement.

Post hæc cum Imperator celebrata Paschali solennitate in Babinberg, Ratisponam ire disposuisset, à nun- XXII.

In hoc quoque capite multa ad verbum sunt desumpta ex Schafnaburgensi. cio fictæ legationis audiuit, Vuilhelmum cognomento Bastardum, Regem Anglorum, ab Archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione illectum, cum magno exercitu aduentare, regni sedem Aquisgrani occupare paratum. Tunc Rex territus tam atroci nuncio, ad Ratisponam concitus remeauit, celebritatem Pentecosten in Moguntia ciuitate splendide peragens. Inde cum Coloniam ire instituisset, multum spirans irarum & comminationis in Archiepiscopum Coloniensem, ille missis in occursum eius nuncijs, mandauit falsam omnino, ac scenici figmenti similem esse fabulam, quam in eum æmuli sui composuissent: ij nimirum, qui eum paulo ante vrbe expulissent, & nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non possent, mendacij grassarentur: se non ita rationis expertem, vel communis commodi negligentem esse, vt in vltionem priuatæ iniuriæ, patriam suam barbaris proderet: nec ea leuitate vitam à puero instituisse, vt quicquam sanum aliquid sapiens, tam inepta de se suspicari possit. Impetrata demum per legatos coram veniendi copia, in Andernaco villa Regi occurrit: cumque Rex de ijs, quæ comperierat, seuerissime quæstionem promulgaret, proditæ quidem reipublicæ crimen, quod obijciebatur, facile admodum purgauit: cætera quæ delata fuerant, aut Rex se veteri amicitiæ ac pontificali nomini condonare, nec pro irati suo expostulare.

Imperator venit Coloniam. Ita non extincto, sed interim cohibito furore, Coloniam processit. Ibi postero die ad iudicandum populo aditum, sperans per accusationem sibi futuram, vt eum seditione concitata tota ciuitate exturbaret, vel propter oppressos per calumniam innocentes, saltem reum maiestatis faceret. Sed ille omnes accusationum strophas, responsi seueritate

Præclarum S. Annonis encomium. ac sententiarum grauitate, tanquam aranearum telas dirupit. Postquam autem Rex innocentiam eius ac veritatem, gestaque consilijs quoque omnia septa vidit, nec vllum patere locum calumniæ, ad aliud se vertit genus insidiarum. Exegit ab eo, non precibus quidem, vt oportuit, sed imperiosa quadam authoritate, vt Coloniensibus admissæ iniquitatis veniam daret, excommunicatosque Ecclesiæ reconciliaret: præterea vt ad firmamentum conseruandæ erga se in perpetuum fidei, sex sibi ex militibus suis obsides daret. Vtrumque ille magna constantia negauit: obsides quidem, quod nullus Regum priorum tale quid ab aliquo prædecessore suo postulasset: excommunicatorum autem reconciliationem, quod sine digna pœnitentiæ satisfactione excommunicatos in Ecclesiam recipi, leges Ecclesiasticæ vetarent. Imminebat ille vehementer, comminans omnia incommoda se illaturum, & cuncta quæ illius sint,

Constantia eius. ferro & igne demoliturum. Perstabat hic fixus in proposito, dicens se mori quidem paratum, si pie cum Coloniensibus conspirassent ad eum interficiendum: sed nunquam terrore vitæ studio, ab iure ad iniuriam declinaturum. Diu anceps erat pugna, & vtrorumque multis magna constantia, ac certitudo, expectationem tam illis spectaculi. Tandem cunctus Rex ab ijs, quorum consilij plurimum tribuebat, ... sententiam, & aut malle se eum eo beneficijs certare, quam damnis aut inimicitijs: & si eum fidum sibi deuotumque in causis reipubli-

bicæ

blicæ experiretur, primum deinceps inter amicos habiturum. Hoc modo reconciliatus Archiepiscopo, * Aquisgrani perrexit, & aduersus ea, quæ de irruptione barbarorum fama vulgauerat, eam regni partem, quantum poterat, communiuit. * Aquisgranum.

XXIII I N T E R I M insurgente satana contra virum Dei, duo ministri eius, qui in laribus eius familiarissime obseruabantur, insidias ei tenderunt, & nisi Dei misericordia malum hoc præuertisset, nihil tale suspicantem trucidassent. Alij cuidam, quem beneficijs suis maxime fidum sibi obnoxiumq; fecerat, familiares literas à se ipso in tabulis, propter maiorem secreti cautelam, conscriptas dedit Episcopo Halberstadiensi perferendas, quibus nepotem suum, tantis vndique aduersatum procellis iactatum, & pene naufragantem, consolaretur & instrueret. At ille ex ipsa tam operosa secreti communitione conijciens aliquid Regi, reique publicæ aduersum, ijs literis contineri, Regi eas detulit. Quas ille contra spem suam nulla videns infidelitatis indicia dare, tamen ad terrendum eum, exemplar earum Archiepiscopo misit: vt experimento colligeret, non tantam apud se suorum secretorum proditionem. Item alius quidam ex ministris eius, quem Coloniensis Ecclesiæ propria industria ipse acquisierat, quemque ob hoc indulgentissimo semper affectu coluerat, & bonis omnibus etiam supra natales suos locupletauerat, repente insolentia seruili elatus, iugum Ecclesiasticæ seruitutis cœpit detrectare, seque in libertatem violento quodam iure fori, cum magna Archiepiscopi contumelia, velut equus effrenis excussit. Tum vero crebris mortibus charorum suorum ita amaricatus est, & vulnere concisus super vulnus, vt saxeum quoque pectus, & supra petram fundatum ædificium concutere posset tam vehemens ille turbo tentationis. Ad omnem autem doloris & mœroris plenitudinem, illa nouæ confusionis miseria, quæ per omnes angulos regni se dilatare iam incipiebat, tanto acerbius cordis eius intima tetigit, quanto res ad generale totius Ecclesiæ discrimen spectabat. Nam feritate barbarica confligentibus inter se Francis & Saxonibus, immiscebant se fide dubia nunc his, nunc illis Sueui, gensque Baioariorum: fiebantque cædes, incendia simul & rapinæ per omne regnum Teutonicum. Harum calamitatum incentrix, & quoddam in præsens durandi solidamentum exurrexit interea illa lugenda semper omnibus Ecclesiæ membris inter Regem & dominum Apostolicum controuersia, quæ schismatis horrendi lue sanctam mirabiliter confundens Ecclesiam, multorum millium animas inferis proh dolor destinauit, pacis vnanimitatem è terris prorsus exturbauit, fœda monachos altercatione dissoluit, clericos in contemptum adduxit, Ecclesiastica iudicia laicis subiugauit, omnem æquitatis regulam subuertit: nec cessat hodie tanti mali lachrymosa pernicies. His angoribus vir, cui nil Deo charius, adeo coarctatus & excoctus est vndique, vt etiam tæderet eum viuere. Itaque voces huiusmodi cum Psalmista dabat ad cœlos: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cupiensque dissolui, & esse cum Christo, dicebat: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Graue iam ei erat terrenorum omne: necessitate, non voluntate, sub onere carnis adhuc æstuabat. Tabescebat corpus, nihilominus & animus infirmabatur. More turturis viduatæ, solo luctu pascebatur, publicas frequentationes declinabat, singularitate delectabatur, assidue flens, assidue mœrens. Nec diu militis sui sudores bonus Dominus [ei] irremuneratos præteriuit, neque passus est eum tentari supra id, quod sufferre poterat: verum hinc cum ereptutus, ante per altam contemplationis vim, futurorum malorum inspectorem esse voluit: ne ignoraret, quantis à Deo beneficijs donaretur, si necessitatem talibus communicandi moriens euaderet. Id subiecta pagina loquitur, sola sufficiens meritum viri declarare, qui in hac mortalitatis adhuc degens substantia secretorum cœlestium particeps fuit.

Hic quoq; multa sunt Schafnaburgensis. Superius vocatur consobrinus. Multa patitur aduersa vir sanctissimus. Franci & Saxones inter se digladiantur. Psal. 119. Phil. 1. Psal. 41. 1. Cor. 10.

XXIV. P O S T eam superius descriptam Coloniensium nefariam conspirationem, hyberni temporis aderant dies, & beatus antistes pro quodam leuamine sauciati cordis vrbem egrediens, Salueldt deuenit: vt visis illic filiorum suorum spiritualibus exercitijs, quasi salutaris antidoti haustu recreatus, sui mœroris amaritudinem temperaret. Inde exacto visitationis officio discedens, festum illud, quod Hypapante Domini dicitur, in Heresfeldia solenniter egit: imperataque profectione, viam quæ tendentibus in Sigeberg peruia est, curru subuectus, cum suis incessit. Cumque die quadam psalmis & orationibus vacans, animum in superna leuasset, instante iam hora nona, non in ecstasi, nec in visione somni, sed sicut carneis oculis adspici solet, cœlos super se aperiri vidit: & vt olim prophetarum eximius Daniel, horrore concussus ac tremore, membris omnibus dissolutus est: animi quoque robur omne concidit. Transmissis viæ propositæ interuallis, per biduum nil incommodi pertulit, in monte degens, præter quod nonnullis, quasi qui sese excessisset, in verbis subinde admirationi esset. Tertia vero post hoc die cœnantem valida infirmitas tam atrociter inuasit, vt spes omnis auferretur, noctem illam eum superuicturum. Erat autem crepusculum vespertinum, fratresque, finitis Completorijs, sese receperant in dormitorium. Mox igitur vt huiusmodi nuncius Abbatis aures perculit, eo perturbatione concusso, res per omnes angulos cœnobij diffundebatur, fiebatque concursus hincinde fratrum, signo, quo colligerentur, vehementius perurgente. Angebat omnes pauor intolerabilis, & tanquam vniuersorum vita penderet in ancipiti, monasterium petierunt, illud corde meditantes, illud ore ruminantes: Domine, salua nos: perimus. His vero, quibus egrediendi claustrum vndecunque licentia offerebatur, cubiculum Episcopi certatim adeuntibus, cæteri chorum irrumpentes, septem psalmos cum litanijs luctuose prosequebantur, omnes pectora tundentes, omnes fletus & suspiria emittentes, & quanta charitate erga patrem amantissimum filij afficerentur, sibi ipsis singuli testimonium existentes. Inter hæc ille dolore graui laborantes; clamores insolitos magis ac magis edebat. Sed cum postera die doloris vehementia non adeo iacentem crucians, recuperandi vires mentis aliquantulam ei facultatem indulsisset. Abbas tres probæ vitæ fratres ad eum misit, qui, sicut in ea necessitate expedit, ad confessionem, & ad rerum suarum dispositionem eum hortarentur, vtque nouellæ suæ constructioni, inquantum tunc liceret, prospicere non negligeret. Quibus iuxta sensum hunc, cum lectulo assiderent, hortamentis suis eum mulcentibus, idque quærentibus vnice, cur filijs suis, quibus alia post Deum præter eum spes non esset, minime loqueretur: ille tenuissimam vocem, vt poterat, exprimens ait: Vnde loquendi sumam exordia fratres, vel quas mœstitiam vestram releuaturas triste cor meum dictabit sententias? Væ misero mundo: væ cunctis humanæ sortis angulis ab ijs, qui dicuntur Episcopi, mei, peccatoris vtique, similitudinem præferentibus, quibus nomen, non vita, sacerdotum est. Et graue suspirium à pectore trahens, attonitis & ardentius huius verbi radicem inuestigantibus, respondit: Sol in nonam iamiamque vergebat horam, & ego in curru meo residens, iter accelerabam. In aerem me visum expandente, scissis ex improuiso cœlis, omnia desuper aperta, oculisque meis non modo mentis, sed & corporis, peruia remanserunt: expauitque cor meum, & dissolutus sum, nec remansit in me quicquam virium: certusque sum, languoris huius immanitatem inde me collegisse. At vero non aliter illam terribilem visionem intuitus sum, quam vos modo contemplor, corporales in vos dirigens acies: nec reor quicquam eorum malorum, quæ terris imminent per omnes secuturas ætates, & per ipsum æuum, oculorum meorum acumina latuisse. præcordijsque palpitantibus, altius ingemiscens, denuo replicabat: Væ misero mundo: væ cunctis humanæ sortis angulis ab ijs, qui dicuntur Episcopi. Nec poterat vlla precantium importunitate ad hoc adduci, vt eorum quæ viderat, vel minimum eis communicaret. Hoc solum ad omnem inquisitionem eorum dolens protulit: Væ væ misero mundo. Porro crescente per dies infirmitate, cum esset sibi mortis suspicio quotidiana, primates cleri Coloniensis ad se accersiens, postulauit, & sub testificatione diuini nominis terribiliter adiurauit ne consensum suum ijs

Stupenda S. Annonis visio. Dan. 10. Grauissimo morbo corripitur. Matth. 8. Exponit quibusdam genetatim visionem suam.

vnquam accommodarent, quibus conueniret alibi, quam in Sigeberg corporis eius repositio, dicens: Si desiderijs mei vobis insistentibus processerit effectus, hicque mihi sepultura cesserit, tametsi meritorum meorum pensa reluctetur, per misericordiam nostri redemptoris excedentem omnia, vestræ, vt spero, de me haurient adhuc aures, quod in magnæ consolationis, in magnæ spei patrocinium vobis & Coloniæ vestræ ante Deum proficiat. Fidei suæ sponsionem super hac re singulis ei dantibus, discesserunt. Ille vero sensim recolligens vires, debilitatem illam corporis euasit: memoriam autem mentis non eam quam ante, per longum tempus assequi valuit: ita ad visionis illius maiestatem exterritus, & extra se factus erat. Id ex eo innuitur, quod cum olim ab Egilberto Mindonensium Episcopo quandam perpetuo dicendam confessor ei factus accepisset orationem, ad eius notitiam nullo poterat ingenio pertingere, donec directus ad eum literis, ordinem eius ex rescriptorum annotatione colligeret.

Memoria eius multum debilitata ex illa visione.

XXV. IAM Septuagesimæ diebus, in quibus hæc obtigit reuelatio, Quadragesimales feriæ successerant, & dilectus Domini præteritæ valetudinis defectum needum plene superauerat: cum ecce positus in quiete noctis cuiusdam, somnium suæ felicissimæ dissolutionis præsagum, in hunc modum adspexit: Visus est sibi domum quandam, omni decore intus & foris resplendentem, intrare: & ecce in subsellijs iudicialibus, tanquam ad concilium solenniter euocati, residebant Heribertus Coloniensis Archiepiscopus, Bardo Moguntinus Archiepiscopus, Boppo & Euerhardus Treuirensis Archiepiscopi, Arnulphus Vuormatiensis Episcopus, & alij quamplures Galliarum Episcopi, quorum alios ipse in carne nouerat, alios fama tantum vel lectione compererat: amicti omnes stolis pontificalibus, & habentes vestem instar niuis candidam. Ipse quoque candidis admodum atque preciosis vestibus indutus sibi videbatur: sed partem candentis vestimenti, eam scilicet, qua pectus tegebatur, sordida quædam ac fœda caligo obduxerat, ac cæterum cultus eius splendorem sua fœditate plurimum obfuscabat: quam tamen ipse nimio rubore perfusus, obiecta manu tegere ac celare, ne inspicientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit præterea inter eos sibi quoque sedem miri decoris paratam: quam cum occupare, gaudio & exultatione æstuans, properaret, surgens * Arnoldus Vuormatiensis Episcopus, modesta voce eum prohibuit, dicens reuerendos patres, qui assiderent, nolle eum in suum admittere consessum, propterea quod vestem eius hæc turpis macula fœdaret. Cumque iussus loco cederet, flens confusoque nimium animo egrederetur, insecutus eum idem Episcopus, Æquo animo, ait, esto pater. Maculam tantum hanc, quæ vestem tuam inficit, maturius ablui præcipe: quia non post multos dies beatæ huius mansionis consortium, & sanctorum patrum, quos adspexisti, consessum, voti compos percipies. Mane facto, cum familiari cuidam suo visionem retulisset, ille sapienter rem conijciens: Macula, inquit, hæc vesti tuæ illita, nihil aliud est, vt existimo, quam memoria iniuriæ ciuium tuorum, qui te anno superiore Colonia expulerunt, quibus te diuinæ pietatis respectu iam olim oportuerat admissi huius veniam dedisse. Hæc, quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius, quam æquum sit, residens, amarissimo mœrore contra fas mentem tuam decoquens, cæteram sanctissimæ conuersationis tuæ claritatem molesta quadam caligine obducit & obscurat. Archiepiscopus conscientiæ suæ testimonio conuictus, ne inficiaretur quod audiebat, reatum suum humiliter agnouit: statimque destinatis circunquaque nuncijs, ciues omnes Coloniæ, qui eius iniuriæ participes, vrbe cesserant, ad se reuocauit, eisque proxima festiuitate Paschali omnia sua, quæ direpta fuerant, benignissime restituit. Sic grauis illa tempestas, quæ spiritu diabolico suscitata, totam concusserat Coloniam, conquieuit: pater filios, filij patrem recognouerunt: Archiepiscopus amaritudine, populus metu & solicitudine, ciuitas liberata est solitudine.

Hæc vere ad verbum ex Lamb. Schafnaburgensi.

* Arnoldus.

Visionem cuidam suo familiari exponit. Expositio eius.

Amaritudinem, pro quodam animi dolore accipe.

LIIII. I. IGITVR dilectissimus Deo Præsul vltimum agens annum, dilectum sibi montem plus solito frequentabat, singulis diebus, singulisque noctibus frequentans altaria singula, se prosternens in faciem coram singulis flens & orans pro statu periclitantis Ecclesiæ, suamque animam creatori commendans. Et Septuagesimam quidem partemque Quadragesimæ infirmus ibi peregit. Cum autem Pentecosten festiuo celebraturus gaudio, denuo aduenisset, Anno puer, filius sororis eius, vnice dilectus ab eo, immaturæ mortis violentia repente prostratus, nouum ei dolorem, nouum intulit luctum. Intererat tamen communis festi publicis conuentibus, præcedentes in lætitiæ carminibus & vestium decore monachorum choros lugubri vultu prosequebatur, memorans illud, quod & sanctus Tobias, Dies festi vestri conuertentur in luctum. Vulnerabatur autem menti omni, qui in faciem eius intendisset. Denigrata enim erat valde, coloremque pristinum prorsus immutauerat, horrorem quendam præferens, per quem interni doloris eius adspicientes testimonium caperent.

Tob. 2. Amos 8.

II. PAVCIS post diebus Hermannus cœnobij Sigebergensis Prior, vir strenuus, & regularis disciplinæ obseruantissimus, vita functus est: cuius obitus tantum animi mœrorem beato Episcopo attulit, vt multa illa acerba, quæ antea perpessus erat, huius comparatione pro nihilo putarentur. Valde enim amauerat virum illum, tantaque eum veneratione prosecutus fuerat, vt quicquid ille amoris fiducia non tam rogare, quam præcipere voluisset, id minime negligendum sibi existimaret: haud secus eius dicta accipiens, quam si Spiritus sanctus eius ore ea expressisset. Illo ergo viro mortis sæuitia destitutum se sentiens, cum eius sobrietatem & vitæ integritatem mœstissimo animo commemoraret, sumptis sacramentis, stans post feretrum, hanc orationem admodum luctuose habuit.

Ab hoc capite vsque ad finem libri F. Laur. Surius suo stylo pleraque contraxit ob vitandam nimiam prolixitatem

III. MISERIARVM nostrarum negocium præ manibus habemus, & quis sit finis conditionis humanæ, oculis ipsis hic iam contemplari licet. Admonemur hoc exemplo verissime dixisse Apostolum, Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Quicquid hinc vel animo cogitari, vel verbis dici potest, totum hic nostris obtutibus expositum est. Itaque sermonem generalem in pauca conferens, speciatim meos acerbos casus perstringam. En proh dolor Anno puer, quo nemo mihi in hac vita charior fuit, ante dies decem abijt è vita: & cum dolor ille, quem inde accepi, needum vel ad momentum quieuerit, ecce illi hodie funus celebro, qui mihi longe aliter, quam cæteri amici, plangendus est. Maiorem vir iste lachrymarum mearum vim reposcit: quandoquidem talis ipse est, vt locus hic non immerito luctu perpetuo eum prosequi debeat. Quæ vero spes conseruandi status loci huius deinceps reliqua esse potest, quando exanimis hic iacet, cuius industria disciplina monastica hactenus hic suos habuit progressus? Erat aliquo modo tolerabile, quicquid hactenus, Deo permittente, me infestauit: at quæ nunc patior, prorsus intima sunt, nec potest manus Domini durius me attrectare, quam dum offertur occasio inimico grassandi in locum hunc meum. Restat igitur, vt me quoque omnibus debita absumat mors, potestque ex me scire, quisquis hodie adest hic, Antistitem Annonem non multos superuicturum dies. Ad eam vocem multis lachrymantibus, corpus ex more humatum est.

1. Thess. 5.

Hermanni Prioris commendatio.

Prædicit obitum suum S. Anno.

IV. CVM deinde dedicationis ecclesiæ & beatissimi Michaelis agerentur solennia, postremo ad Sigebergenses venit. Quæ duo sibi cohærentia festa tanto maiori animi pietate & deuotione illic celebrauit, quod spiritu iam cognouerat, se ad illum locum in corpore minime rediturum. Recessurus, fratribus paterno affectu valedixit, peragensque monasterium, intentissimis precibus, adiunctis præsentium illic sanctorum patrocinijs, Deum obsecrabat pro defensione corporis & animæ suæ, pro Ecclesiæ pace, pro loci conseruatione. Precabatur illis filijs suis animarum

salutem

salutem, ad singulas preces humi se prosternens, tum genua flectens, tum in cælum manus & oculos attollens, lacrymis perpetim manantibus, vt ad tantæ deuotionis instantiam merito cæli patescere crederentur. Tandem sancta illis Cruce consignatis, dum vult exire ostium, catenula quædam ferrea ei oblata est non absque nutu diuino. Nam etsi ea iussu illius confecta erat, non tamen nisi Deo disponente ea hora exhibita est. Eodem enim momento Præsul introreuertens, locum sepulchri sui baculo designauit eo loco, vbi nunc est, & catenulam illam iussit per tabulata submitti ad lucernam subuehendam. Porro Suithardo milite non sine admiratione sciscitante ex eo, quid tam accurata dimensione sepulcri sibi vellet, respondit se suam illic designare sepulturam. Illo rursus inquirente, quænam corporis necessitas eum, id vt faceret, perurgeret? Ea, ait beatus vir, quæ vtique summa est, nempe mors ineuitabilis: non enim posthac viuum me locus hic recipiet. Tum mox expalluit miles, crebroque se Cruce signauit: iterumque percontari ex Episcopo cœpit, cur non in choro, sacratiori templi loco, humari potius vellet. Respondit Episcopus: Id ego ea causa nolo, ne tu, tuique similes ad sepulcrum meum orandi causa venturi, fratribus diuina officia p[...]oluentibus molestiam exhibeatis. Tum etiam, vt pateat ad sepulchrum meum aditus pauperculis fœminis, ex [...] pro deuotione sua poma vel oua, aut quodlibet aliud sanctæ simplicitatis munusculum allaturis: quarum cum deuotio tanto sit gratior Deo, quanto vita simplicior, non parum detraheretur honori meo, si illarum reiectis lachrymis & querimoniis, solis nobibus pateret accessus ad monumentum meum. Igitur exemplo Domini mei, duo viduæ minuta accipientis, ego quoque harum & munuscula complexurus, & preces ad[...]litu[...]s, omnibus expositum habere volo sepulturæ meæ locum. Ita ille more suo quasi per iocum militi aperiens secreta pectoris sui, foras egressus est. Inde conscenso equo, mœstus identidem animo redibat ad monasterium illud, multum id deplorans, quod vltra non visurus locum illum vnice sibi charum, filiis suis copiosissimam lugendi materiam præberet. Ecquis autem tanti viri mortem, etiamsi saxeo esset pectore, siccis posset ferre oculis: Merito eum & posteritas lugebit, qui, vt scriptura ait, in diebus suis non pertimuit principem, nec superauit eum verbum aliquod: qui in omni opere suo dedit confessionem Deo: qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione: cuius bona stabilita sunt in Domino, & eleemosynas eius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. Vir magnus, vir Catholicus, Ecclesiæ propugnator, tyrannorum persecutor, verbo, opere & moribus dignus summo sacerdotio: post quem non extitit pastor illi similis in finibus nostris. Nec illi tamen pepercit vltrix primæ præuaricationis: immo solito crudelior, vitam eius longo cruciatu cæteris inclementius attriuit, vt non dubitarint insipientes quidam etiam illi obiicere illud ex Tobia: Manifeste vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo paruerunt.

Salutifera oratio eius.
Designat locũ sepulturæ suæ.
Cur noluerit in choro sepeliri.
Luc. 21.
Eccl. 48.
Eccl. 47.
Eccl. 50.
Eccl. 31.
Tob. 2.

V. NAM cum esset Coloniam reuersus, dolor podagræ dextrum eius pedem inuasit, quo nouem plus minus hebdomadibus miserabililiter discruciatus, tandem ad extrema perductus est. Sed enim initio quadam animi constantia dolores illos hebdomadam vnam vteunque dissimulare visus est, donec in festis sancti Gereonis martyris Missarum solennia in eius Ecclesia celebrans, intantum viribus fractus est, vt omissa, quam habiturus erat, concione, vix sacramentis consummandis sufficeret. Atque illud extremum fuit eius sacrificium: quo peracto, decidit in lectum mortis, omnibus suis dolorem & mœrorem afferens. Longum esset persequi, quas miserias, quæ tormenta toto illo tempore ægritudinis tum à medicis, tum à morbo ipso perpessus sit: nec minus difficile perscribere, quæ spiritu prædixerit, quæ in ecstasi viderit: è quibus vel pauca adferemus, quatenus historiæ opportunitas admittet.

Podagra diræ cruciatur vir sanctiss.
Multa in spiritu prævidet & vaticinatur.

VI. CVM iam excisis carnibus, pellis ossibus adhæreret, quandoque somno correptus, atque inde expergefactus, in has fere voces lachrymabundus prorupit: O Eualde martyr, qua ego iniuria te affeci, aut quid in te admisi, miser? Sciscitantibus aliis, quid in his verbis sibi vellet, respondit: Equidem vidi sanctissimum martyrem Eualdum, quem nigrum vocant, sanctis assistentem altaribus: eumque ego sacrificanti administratem, ille absoluto sacrificio, in casula purpurea, veste candidissima speciosus valde, ceu nuper ex lauacro veniens, in cælos receptus est. Ego vero sequebar abeuntem, & vbi ad foras cæli ventum est, spetabam me pariter ingressurum: sed ab eo heu violenter repulsus, video me in hanc calignem reuolutum. Hæc dicens, tantas fudit lachrymas, vt qui aderant, miseratione permoti, simul cum illo flerent.

Visio eius.

VII. HABVIT in illa aduersa valetudine, quoad vixit, quosdam apud se fratres Sigebergenses, interdum etiam Abbatem ipsum: qui per vices aduentantes, & recedentes, præsentia sua nonnullam ei recreationem afferebant. Cumque recessuri alii, aliis succedentibus, ab eo benedictionem peterent, ille magno eos eiulatu prosequebatur, tanquam nunquam reuersuros. Venit autem ad eum etiam Reginhardus Prior, vnus ex senioribus, qui inter cætera cum illo secretius colloquens, ita ait: Eheu pater & domine, quæ nobis deinceps spes relicta erit? quæ nostrarum consolatio lachrymarum? Quis instaurabit futuram desolationem loci nostri? Ecce iam solum tibi præmortuo sepulcrum superest, nec immerito formidamus, ne qui viuum te retinere indigni fuimus, vita functo quoque priuemur. Vnde id consecuturum creditur, vt nostra ædificia omnia veniant in desolationem, & nos, qui Dei & tua causa montem illum incolimus, rebus omnibus nudati, miserandum in modum dispergamur. Ad hæc vir Dei, collecto spiritu, celeriter respondit: Facessat prorsus timor iste. Testor ego veritatem illam, quæ Deus est, corpus meum exanime, vti optaram, ad vos allatum iri: tametsi multis contra nitentibus, sed nihil tamen effecturis, magnam adhuc videtur habere difficultatem, quemadmodum & quando id fiat. Sit interim modus dolori vestro: certa prorsus spes est, me apud vos sepulturam habiturum. Aderit bonus dominus, aderit gratia eius: veniamque locum conseruaturus, & per locum ipse quoque conseruandus. Vos tantum in iis quæ bene cœpistis, persenerate, immo inchoata melioribus studiis augete, laboris vestri fructum & hic, & in futura vita centuplum habituri. Nihil vos terreat suspicio de successoribus meis: pauci in iis erunt, qui non ad adspectum tumuli mei, pro mei reuerentia caput inclinent, cum etiam bruta animantia, si cominus transeant, sensu quodam honoris exhibendi prædita videri queant. Si quis autem ea fuerit peruersitate, vt me contemptu & contumelia afficiat, illum eiusmodi manebit interitus, vt satius fuerit, nunquam illum natum fuisse. His dictis, abiturus pater Reginhardus, rogauit, ecquidnam filiis suis per se mandari vellet. Ille mox sublata voce cum multis lachrymis dixit: Animam & corpus meum. Iamque Reginhardo foras egredi volente, ita eum compellauit: Vt tu ipse iam vidisti, res meæ finem habent. Itaque ego te, dilecte frater, per Christum oro, ne singulare spei meæ præsidium, montem illum meum deseras, sed me defuncto, integritate & constantia tua foueas atque sustentes. Magnorum illi periculorum materiam subtraxeris si peccandi licentiam, quæ religionem omnem euertit, in fratribus regulari seueritate coerceas, conuenienter illi sententiæ sapientis cuiusdam: Filiæ tibi sunt: serua corpus earum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad eas. Noueris autem non deesse iam illic, posthac vero etiam plures futuros, quorum animi & actiones spectabunt ad loci destructionem, si tu, quod absit, cœperis esse remissior. Vide igitur, vt regulæ authoritate constanter armatus, prauorum cœptis occurras, ne tua negligentia locus ille meus collabatur. Hæc cum quidem senior ille Reginhardus, quid sibi vellent, non assequebatur: sed paucis post beati viri obitum mensibus, electus à fratribus, coactus est totius

Is Reginhard' postea factus est Abbas.
Multa prædicit nunc S. Anno.
Peccandi licentia omnem religionem euertit.
Eccl. 7.

Sigebergensis monasterij curam suscipere, quam hodieque, memor B. Annonis singularis intercessoris sui, multa fide & solicitudine gerit, annis iam vigintinouem non suis, sed Christi, viribus sustentatus.

Valde vrget, vt apud Sigebergenses sepeliatur.

Pavcis post hæc diebus primarios viros, quorum sententiam reliquos è clero & populo sequi cert[illegible], ad se accersiuit: sedensque in lecto, vt maius accederet dictis eius pondus, stolam pontificiam ad collum adhibuit, ac deinde terribiliter eos adiurans, simul etiam excommunicationis minas intentans omnibus, qui vel consilio, vel facto secus facerent, impense illos rogauit, ne corporis sui in Sigebergense cœnobium translationem impedire paterentur. Quarta autem ante decessum suum hebdomada, Erphonem Sigebergensem Abbatem, quem pro canitie venerandæ patrem semper appellabat, aliorumque monasteriorum patres & fratres non minus duodecim iuxta se assidere voluit, & cordis oculis perlustrare omnem vitæ suæ decursum, confessione publica se reum, se peccatorem proclamabat, indignum plane, qui hactenus tanti sacerdotij titulis ornaretur, moxque stolam pontificiam à ceruice remouens, eis offerebat cum his fere verbis: Ab hac ego meritis longe alienus, vobis eam pœnitens & confitens restituo: non enim clara ceruix mea illa diutius abutetur, qua meo iudicio nunquam digne vsus sum. Reclamantibus vero vniuersis, tandem Erpho Abbas victus ab offerente eam recepit: authoritatem autem ex fiducia vsurpans, ita ait: Magna est humilitas tua, non possunt non commendare boni omnes hoc factum tuum: quod causa timoris Dei nobis, & meritis & ordine longe inferioribus, intantum te submisisti, vt excellentiæ Episcopalis nos præceptores habere velis. Nos igitur per filij Dei sanctam obedientiam tibi mandamus, vt stolæ tuæ authoritatem & priuilegium incunctanter recipias. Nam tametsi proprio iudicio indignum te fateris eius eminentia, non tamen idcirco periit apud Deum, si quid boni, & quod Episcopo dignum sit, in summi iudicis oculis obtines: immo, cum sit iustus in principio accusator sui, & per prophetam Dñs loquatur, Dic tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris: non mediocriter illud cumulasti & auxisti. Non ausus resistere ultra sanctus Episcopus, id solum agebat, vt certus Missarum aliarumque precum numerus designaretur, quem singuli pro peccatis, quæ confessus esset, persoluerent. Factumque est ita, & oratio humiliantis se, vt ait scriptura, nubes penetrauit, & non discedet, donec adspiciat altissimus. VIII.

Vide humilitatem sanctam viri.

Prou. 18. Esa. 43. iuxta 70

Eccl. 35.

Cvm iam autem acrioribus admodum doloribus vrgeretur, non immemor quibus iam olim patronis cœlestis obtinendæ patriæ spem hausisset, eos ad matrem Ecclesiam voluit deportari, seque sellæ impositum obuiam eis perferri, habitu sane eleganti primarij Decani indutus, cum proprium non haberet. Valde tum madebat humus recentibus pluuijs, locusque quem sub diuo æger occuparat, sustinens reliquiarum transitum, lutulentus & humidus erat ex aquis hincinde collectis. Ad singulas autem reliquias prætereuntes caput reuerenter inclinans, vbi postremo sanctum Seuerinum cominus adesse vidit, in lachrymas ingentes prorupit coram venerabili theca eius, & de sella pronum se deiecit in cœnum, vt vestis illa candida & magni precij maxima ex parte luto fœdaretur. Id vero cernens populus frequens vtriusque sexus, qui sacras reliquias sequebatur, rugitus quosdam edidit miserabiles, tantisque eum lachrymis prosequebatur, vt hodieque plerique ex eis testentur, eiusmodi luctum se nunquam sensisse. Mouebat enim omnes, quod tantus Antistes, tam in imperio celebris, in eas se luti sordes præ deuotione & humilitate abijceret flens & eiulans, etiam splendide vestitus, quas vel spectatissimus quisque etiam vilissimo habitu contingere nollet. Facile autem inde coniiciebant, quanta illi erga B. Seuerinum animi deuotione, & plerique minime diffidendum censebant, pares illos futuros in gloria, quorum essent merita tam præclara. Postquam autem sacræ reliquiæ in summam B. Petri principis Apostolorum ædem importatæ sunt, nox illa ad cælestes thesauros cum laudibus exacta est, & vir Dei eo perductus, ob expianda peccata rogauit accelerari Missarum celebrationem. Deinde cum honorem multum sacris reliquijs impendisset, & illæ iam in sua loca reducendæ essent, cum lachrymis eis valedicens, Scio, scio, inquit, quicquid hactenus in hac lachrymarum valle de vestris auxilijs mihi pollicebar, id iam finem habere, quod ad hanc vitam conseruandam attinet: sed certa mihi de vobis spes est & consolatio, tametsi corpori succurrere non vultis, semper vos salutem animæ meæ curaturos. IX.

En sancti viri multam reuerentiam erga sacras reliquias.

Reliquiæ sunt cælestes thesauri.

Porro autem dolor pedis omne crus & partem femoris occupans, crebro vitalia ipsa infestabat, cumque ad vicinam mortem iaceret anxius, quandoque vidit ex aduerso diabolum stantem, atque ad eum: Quid tu hic agis scelestissime? quanquam non mirum est, si nos exiguo, & nullis fretos meritis attentes, quando nec beatissimi Martini sanctitate absterritus es, quo minus eius quoque extremis tu insidiareris. Deinde exclamans, num quis opem sibi ferre vellet, vbi omnes paratissimos comperit, aquam benedictam petijt. Qua celerrime adhibita, aspergillo eam cum impetu conieciт in dæmonem, isque continuo disparuit. X.

Aqua benedicta abigit dæmonem.

Ad extremum stolam suam accipiens, qualescunque ob causas quenquam ligasset, absoluit, & ab omnibus humiliter veniam petijt, omnes contestans, ne se celarent, si quid in his ab ipso esset prætermissum. Accitis quoque rerum episcopalium procuratoribus, ea fide, quam ipsi dedissent, eos obstrinxit, vt in persoluendo ære suo alieno, quod non exiguum contraxerat, sine personarum acceptione suas vices implerent, & tam Iudæis quam Christianis iuste omnia redderent, certam eis pecuniam assignans, quam in hos vsus & eleemosynas mensæ suæ caute prudenterque subtraxerat. Et potuisset ille sane auri & argenti immensa pondera inferre in thesauros suos, vnde alijs & corporum & animarum pericula crearentur: sed non id illi studio aut curæ fuit. Dispersit autem, sicut scriptum est, & dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Denique eo defuncto, nec teruncius vnus repertus est, qui illius esset, & neque Rex, neque vllus auarus eius satelles gloriari potuit, ex Annonis amplis marsupijs hæc vel illa sibi post eius obitum obtigisse. Nec tamen quisquam ex ijs, a quibus mutuo pecuniam acceperat, solutione frustratus est, nec tam largas eleemosynas nostra vel vidit, vel audiuit ætas, quales octiduo in eius exequijs præstitæ sunt: Deo id agente, ne quid ab ijs, quibus harum curam demandarat, aut negligentia, aut dolo malo prætermitteretur. XI.

Contemnit diuitias, pauperibus omnia distribuens.

Tertio ante obitum suum die, quem ipse non ignorabat, Comitem Gerlacum, dominum castri Vuichinrodensis, ad se accersiuit, eique dixit: In hoc iam certum dabis tuæ erga me fidei documentum, si extremis domini tui iussis obsecundans, strenue in id incubueris, vt ante crastini solis occasum Dux Godefridus mihi locuturus, Coloniam adducatur. Comite autem respondente, nulla id ratione fieri posse, vt intra biduum ille adsit, qui tum procul abesse ferebatur: magnum fore, si vel ad diem tertium possit adesse: sanctus Pontifex illico adiecit: Frustra tertius quæritur dies, quando ante illum diem finem habebunt sermones mei, spiritu redeunte ad creatorem, qui dedit illum. His verbis territus Comes, Faciat, inquit, domine, hæc oratio: Deo propitio, certa aderit salus. Recte ais, respondit Episcopus, stabilem breui salutem adfuturam mihi, quem B. Seuerini cingunt merita, pro quo Coloniensium patroni comites intercedunt, in quos ego semper totis viribus suspensus, iamiam ingrediar requiem sempiternam, ab illis mihi prouisam. Tu vero, quem a priori mandato excusat impossibilitas, fidem fefellisse censeberis, si me defuncto, neglexeris mandata mea perferre ad Ducem Godefridum. Iurante Comite, se id diligenter curaturum, Episcopus bene confidens, ait: Quæ pro Saxonum pace & venia apud Regis efferatum animum mandata persequatur, catuæ fidei committo. Tu ea Duci perferes ex me, ille porro apud Regem ea conficiet. Admonebis autem ad singula Ducem eius amoris & fidei, quæ me & illum arctissime coniunxit: tum quoque addes, etiam ipsum intra annum è vita decessurum. Sic quidem sanctus Episcopus: at vero eodem anno per insidias Dux Godefridus occisus est. Altera ab hinc die vir sanctus circa nonam ad extrema deductus, repentina desperatione Coloniam vniuersam XII.

Iterum prædicit obitum suum.

Ecce quid tribuat sanctorum patrocinium.

Prædicit obitum Ducis Godefridi.

consterna-

consternauit. Aderant mox primi è Clero, in exequias eius toto pectore incumbentes: atque cum clero communicatis consiliis tractantes, quidnam ei honoris & deuotionis migranti posset impendi, ad cuncta Coloniensis vrbis monasteria celeres mittendos nuncios designarunt, qui dato signo obitus eius, cursim adirent singuli singula ipsis assignata monasteria, & quæ illis obuiæ essent, parochias, iuberentque in animæ eius obsequium signa & omnia compulsari. Illo interim in extremis agente, aderant ei lectores quatuor, duo à dextris, & à sinistris totidem: qui per vices legentes, si inter legendum nonnihil errassent, ab illo manum agitante ilico corrigebantur: &, si vel parum à legendo cessassent, oculos ille vi quadam aperiens, cogebat eos progredi. Ita vsque ad extrema sensus illi mansit viuax & incolumis.

XIII. CVMQVE in agone noctem cum die continuaret, illam pestem, quam nos iam cernimus, qua miser mundus, omnis honestatis & religionis expers, iacet oppressus, spiritualibus ille oculis intuens, repente manus, vt poterat, in alta sustulit, & miserandum in modum exclamauit: Sancta Maria, succurre miseris, succurre Coloniæ, succurre ciuitati iamiam perituræ: fessaque brachia paululum deponens, rursus ad sidera sublatis illis, Quænam sunt, inquit, ô Domina, quæ se meis offerunt oculis, horrenda spectacula? Per singulare in misericordiam tuam te obsecro, vt mihi ianua fias, per quam hinc emigrem, ne tanta mala cogar videre oculis meis, deficientemque spiritum breui silentio recreans, ad succurrendum Coloniæ etiam S. Petrum inuocauit, interdum etiam alios sanctos appellans. Tandem cum multo gemitu in hanc prorupit vocem: O amici omnes summi Regis, in eius notitiam admissi, subuenite Coloniæ intercessionibus vestris. His dictis, vltimum trahens spiritum, die illucescente, ad ipsum lucis fontem feliciter emigrauit, mundo luctum, cælis gaudium morte sua afferens. Ita post diuturnum morbum, quo illum Dominus tanquam in camino ad purum excoxit, anno Saluatoris millesimo septuagesimoquinto, Episcopatus sui vicesimoprimo, pridie Nonas Decembris, illucescente sexta sabbati, ab hominibus ad Angelos profectus est.

Visio eius in extremis

Multum orat pro Colonia.

Anno 1075. feliciter migrat ad Dominum.

XIV. QVIDAM cum monasterij eius frater in hospitio quiescens, eiusmodi audiuit vocem: Quid tu ita nunc stertis, quando ad obitum Archiepiscopi domos omnes luctus occupat? Ilico expergefactus frater, cum multo tremore surgit, & dum se induit, audit crebra campanarum signa, mortem Episcopi significantia, vt erat antea constitutum. Paulo post, concrepantibus passim campanis, dici non queat, quantus vrbem vniuersam luctus & mœror occuparit. Omnis ætas, & sexus omnis è lecto exiliens, complodendo, pectus tundendo, diuersis edendis vocibus se plangere declarabat: tantusque tota vrbe clamor exurit, quantus ad alicuius exequias nec antea illic compertus est, nec facile deinceps comperietur. Mire plorabant permulti è populo homines pij, Clericorum dolorem testabantur immutati vultus: monachis, viduis & virginibus vna erat plangendi ratio: specialis autem luctus nostra obtinebat hospitia, qui Annoni similem nunquam sumus habituri. Videre licebat omni ex parte ruere pauperum, orphanorum, ægrorum miseranda profecto examina, atque in iis mulierculas paruulos suos gestantes, procurrere, ferire pectus, lacerare crines. Quo spectaculo nihil possit gloriosius videri illi, qui non ignoret illud dictum Saluatoris, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In horum enim sinibus absconderat eleemosynas suas, iique cum ramusculis oliuarum & precibus præcedentes & subsequentes in eius obsequium, ad ipsam maiestatis sedem cum illo appropinquarunt. Felicem talem, qui sibi tales parauit amicos de mammona iniquitatis, qui cum reciperent in æterna tabernacula. Parua autem sunt hæc. In ipsis etiam hostium Christi Iudæorum synagogis, primo mane tumultus, & clamor ortus est, Annonis nomen, Annonis probitatem & integritatem prædicantium, mortemque eius complorantium. Interim tamen non sumus nescij, plures eius obitu partim palam, partim occulte lætatos, in quo recte quadret illud, Omnis qui mala agit, odit lucem: de quibus etiam Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Facit hoc potius ad laudem beati viri, vt qui talibus displicere voluerit, quibus nulla placet Ecclesiastica disciplina. Sed isque mirum videri queat, quod cum plerique Colonienses, qui eum vrbe erecerant, cum odio habuerint, ita tamen ad exequias eius ciuitas omnis propensa fuit, vt in ea ciuitate nullæ vnquam similes vel fuerint, vel futuræ sint exequiæ. Non enim vel ipse totius Ecclesiæ pastor Petrus Apostolus, si vrbem illam corporali præsentia inuiseret, maiori posset gloria & celebritate excipi, quam funus illud diebus septem frequentatum est: si tamen funus dici debeat, & non potius cæleste munus, quod Colonia in protectionem sui, filiorumque suorum sanctificationem, diebus sex circumduxit, & septimo tandem die cum ingenti comitatu tam honorifice, quam luctuose, ad montem Sigbergensem transtulit.

Multũ eius decessu mœrent Colonienses.

Matth. 25.

Luc. 16.

Etiã Iudæi lugent.

Ioan 3.

Galat. 1.

Celeberrimæ eius exequiæ.

XV. CORPVS exanime lotum, & vt Episcopum decebat, in feretro compositum, adhuc ab horum ministris tractabatur, & ecce necdum orto sole Clerus totius Coloniæ cum Crucibus aduentans in curtam regiam, cum frequentissima tam vrbana, quam suburbana plebe, ædes Episcopi circumsisterunt, non vt mortuum excepturi, sed tanquam viuentem ad insignem aliquam celebritatem cum triumpho prosecuturi. Mox in humeros receperunt onus sacratissimum quidam viri venerabiles, clerici & monachi, plangentibus ministris, qui eos sequebantur, exportaruntque illud ad Episcopum Mindonensem & Cleri frequentiam, duobus cum pedo Episcopi & Crucis vexillo præeuntibus. Vbi autem in conspectum hominum venit, dictu incredibile est, quæ tum illic lachrymæ & gemitus extiterint. Inde cum psalmis & canticis, cum magno campanarum fragore & clangore in summæ ædis atrium illatum est, depositumque sub corona quadam magni operis illic pendente, multis in ea cereis ardentibus. Adfuere mox frequentes monachi, & Deo sacratæ feminæ: celebratum est defunctorum officium, quod vigilias vocant; templum omne cantantium vocibus complebatur. Hora sacrificij cunctis congregatis, imprimis reuerenter & deuote Mindensis Episcopus cum sacris ministris accessit ad aram, eumque omnes secuti sunt, permixtim psallentes atque lacrymantes. Peracto sacrificio, sacerdotes omnes cum stolis suis post feretrum steterunt. Ibi tum luctus & gemitus, dolor & lachrymæ increuerunt, magisque affectu, quam voce dicebant omnes: In paradisum deducant te Angeli, in tuo aduentu suscipiant te martyres, & perducant te in ciuitatem sanctam Hierusalem. Cui vel tenuis pietatis scintilla tuesset, non poterat non compungi, si vidisset officia, quæ illo die beato viro persoluebantur. Ipsæ canentium voces, ipsæ carminum suauitates, ipsi verborum sensus, atque adeo ipsi offerentium ordines & multitudo testari videbantur, iam in cælis eius festa celebrari. Omnia compunctionis plena erant, digna tali funere. Interim totius Ecclesiæ Coloniensis magistratus vna animi sententia in id summopere incubuit, vt sacrum corpus Coloniæ suam haberet sepulturam. Et aliis quidem bona animi voluntate, aliis ex inuidia id connitentibus, Clerici illi, qui olim à beato viro in Ecclesia ad Gradus in honorem matris Dei constituti fuerant, publicæ iustitiæ detractum iri aiebant, si præter illud sepulchrum, quod ipse apud eos sibi mensus esset, aliud, quamuis ab eodem ipso, tamen posterius designatum, iam mortuus obtineret. Huic sententiæ cum etiam proceres plerique omnes subscriberent, soli tres, Sigeuuinus Decanus summæ ædis, Hermannus Vicedominus, qui ambo postea ei successere, & Gerlacus Comes, acerrime sese opposuere, & nunc conuiciis cum aliis agebant, præter perfidiæ crimen, quo se obstringerent, qui eam sententiam sequerentur, etiam anathemate plexos eos asserentes. Et triduo quidem nihil impetratum est. Quarto autem die obstinatioribus animis vtraque parte suum propositum vrgente, tandem Gerlacus Comes in medio conuentu stans, ita ait: Esset merito tantorum virorum sententiæ cedendum, si non publica iustitia staret à nobis, quæ, si bene vultis, æque vos atque nos, domi-

Exequiarũ eius delectatio.

Nota mirabilem luctũ omnium.

Plurimi conantur eius sacrum corpus Coloniæ retinere.

Gerla. Comes acerrime se opposuit.

nos, domino nostro adhuc liberam habente sepulturæ deligendæ facultatem, obstringit, ita vt sine magno salutis nostræ discrimine secus, quam ille iusserit, hac in parte facere nequeamus. Nostis quæ ille, vestræ pertinaciæ præscius, vobis dira imprecatus sit, vt quisquis sapit, vitam hanc perdere malit, quam eam excipere maledictionem. Et tamen appetitur tanta animarum pernicies. Etsi vero nihil isthæc vos permouent, non mihi certe integrum est vestro exemplo adiurationem domini mei, cui fidem obstrinxi meam, negligere, cum certum sit, eo ipso in excommunicationis mucronem me ruiturum. Quod si etiam diuina vltio non vigeret, at certe leges humanæ eam à me fidem reposcerent, vt prius velim nobiliter occumbere, quam iniuriam cuiuscunque domini mei, cui sacramento obligatus sim, ignobiliter negligere. Quod si ea fides cuilibet domino debetur, quāta illi præstanda est, qui à cælesti senatu iam medio consessu receptus est, cuius dignitas & vrbis huius nobilitate, & summi sacerdotij culmine illustris est? Cuius tanta fuit vitæ sanctitas, vt beatus merito prædicetur, qui pro eius defensione vel afficiatur contumeliis, vel sanguinem fundere cogatur. Id igitur omnibus vobis notum sit, hac me esse sententia, ob conseruandam domino meo fidem, vt, si aliter non liceat, opera commilitonum meorum eius corpus constanter tollam, & armata manu mihi vindicem, donec ius cuique suum victorum mortes asserant. Hæc illo Comite magno animo prosequente, cæteri metu absterriti siluerunt: solus Rudolphus Præpositus Graduum, cum suis needum destitit suam tueri sententiam: sed eum Comes coram omnibus ita compellauit: Ridiculum sane fuerit, si putes nos impudenti oratione tua adeo frangi posse, vt ignauia victi, imbelles vos patiamur occupare depositum nostrum, pro quo etiam ferro dimicare velimus? Itaque plane id tibi persuadeas, nunquam fore, vt quauis arte id, quod cupis, assequaris. Nam etiamsi, dubio adhuc rei huius euentu, necessitas eo nos adigat, vt absque nostra quidem culpa in hac vrbe corpus hoc sepeliendum sit, tamen etiam nunc pudebit vos inutilem suscepisse laborem, quandoquidem necesse erit humari illud in ipso B. Petri choro siue adyto, vbi nullus antehac, quamuis sanctissimus, terra conditus est. Ita Præposito illo cum suis quoque remoto, controuersia omnis sopita est, respiciente Deo pauperes suos, qui in preces, vigilias & ieiunia non cessarunt incumbere, donec optato illo thesauro potirentur. Porro autem exactis primæ noctis excubiis ad corpus beati viri, altera luce apparente, rursus populus & clerus frequens ad beati Petri ædem conuenit, nouusque planctus, noua lamenta extitere, & salutaris hostiæ feruebat ministerium. Inde quidam sacrum corpus tanquam diuinæ propitiationis arcam in suos humeros sustollentes cum lachrymis & eiulatu multo, ad portam illam contendebant, quæ meridiem respiciens, ituris ad S. Martinum per cohortem regiam iter præbet. Concrepuerunt mox signa campanarum, psallensque chorus antecedebat sacrum corpus, magistratu cum populo à tergo sequente. Incredibilis etiam tunc dolor & planctus fuit, nec minor deuotio: mutuoque alij alios excludebant à ferendo feretro, dum singuli illud onus sibi imponi peroptarent: omnes vero certatim vel ad solum feretri contactum inhiabant, magnæ cuiusdam benedictionis opes inde sibi pollicentes. Stabant in ostiis domorum suarum pudicæ matronæ, qua transiturus erat, & passim videre licebat homines manus in cælum tollentes, caput mouentes, oculis prosequentes illud sacrum corpus.

[Pl]anctus pl... ... nouus ... [lachr]ymæ ... [al]terius diei.

Vide studiū & deuotionem.

Vbi autem in monasteria quoque introductum est, eximij sane illi habiti sunt honores. Templa enim cereorum & lampadarum illustrabant lumina, auro gemmisque radiabant altaria, parietes taperis multicoloribus ornabantur, sanctorum quoque corpora suis locis mota, quod nunquam antea in exequiis visum fuerat, cum processionibus educebantur. Neque id absque occultioris cuiusdam inspirationis vi factum arbitror: sed quemadmodum B. Anno, dum esset in humanis, quicquid potuit animo, ore & manibus atque pedibus, beatis illis cæli ciuibus honoris impendere, haudquaquam prætermisit: ita ei quoque id specialiter collatum est, vt ad tumulum deportandus, sacrarum reliquiarum comitatu frueretur. Ecquis autem parem illi se in sanctorum veneratione existimare ausus erit? Quis vnquam tanto flagrauit studio & amore, quanto ille vel minimis sacrarum reliquiarum portiunculis delectabatur? Feruebant interim studia omnium erga beatas reliquias, & tanto se quisque gloriosiorem arbitrabatur, si noui quippiam aut præ cæteris amplius aliquid in earum apparatum expendisset. Vbique offerebantur sacrificia, & alia religionis officia præstabantur, nec in iis aliquid vnquam occurrit impedimenti, vt ipsi quoque prosperi successus, Annonis sanctitati gratulari viderentur. Et primo è summa æde deportatum est eius corpus ad beati Martini cœnobium, inde ad sanctæ Mariæ monasterium, quod nouum vocant: tum ad beatam Cæciliam, postremo ad sanctum Georgium, vbi ea nocte ad illud vigiliæ celebratæ sunt.

S. Anno quanto studio sanctos veneratus sit.

Tertiæ diei exequiæ.

Cœnobium S. Pantaleonis, religione & censu præstantissimum.

Tertio die post oblatum sacrificium, ad iucundissimi intercessoris eius Seuerini templum pastor exanimis adductus est: vbi singulari priuilegio obuiam ei prolatæ sunt tanti Pontificis sacræ reliquiæ. Postquam autem ibi quoque oblatum est sacrificium, ad S. Pantaleonis religione & censu præstantissimum cœnobium itum est, inde ad Ecclesiam Apostolorum, post ad sancti Gereonis. Excipiebatur autem apud sanctum Gereonem honorificentissime. Nam extra fores basilicæ, sancti cum multa reuerentia obuiam proferebantur, micabant intus luminaria, resplendebant diuersæ metallorum species, campanarum permixtus clangor perstrepebat, totiusque templi facies non alia erat, quam solet esse in solennitate præcipua. Atque ea quidem nocte ibi cum psalmis vigilatum est ad sacrum funus.

Quartæ diei exequiæ.

Quarto die post Missas celebratas, deportatus est vir sanctus ad monasterium sancti Andreæ, ad sacras Virgines, ad sanctum Cunibertum, vbi inter duos Euualdos medius est collocatus. Tandem ad Gradus ventum est, vbi innouatus est dolor, increuerunt lachrymæ, nec admittebatur consolatio, quod in omnium oculis extinctum iaceret Coloniæ decus & ornamentum. Ibi deliberatum est à proceribus de maioribus impendendis honoribus beato Antistiti, tanquam nihil dignum hactenus præstitum esset. Statutum est igitur, vt proxima luce generalis illic celebraretur conuentus, sanctorum reliquiæ ex omnibus Ecclesiis eo adducerentur, singulis congregationibus suos patronos honorifice sequentibus. Factumque est ita, non sine multorum summa admiratione.

Coloniensium fides & deuotio.

Prædicanda sane omnibus seculis Coloniensium fides & deuotio, qui sui pastoris funus tam splendide cohonestarunt. Postquam autem sacræ illæ reliquiæ in templum allatæ sunt, in medio earum positum est corpus exanime beati viri, vt quasi illis antecellere videretur, quibus vel æquari non nisi summorum sit. Equidem quid alij sentiant, ignoro: me quidem præ admiratione vix capio, dum non memini vlli vnquam funeri illos exhibitos, quibus præ timore sanctitatis eorum, vix quisquam propinquare ausus est.

Quintæ diei exequiæ.

Quinto die leuati sunt sacrorum corporum æterni magnique thesauri, beatissimum funus tanquam singulare patrocinium fertur in eorum medio, commixtim lachrymæ & cantus immolantur, itur ad ædem sancti Petri, atque in eam tanta celebritate & gloria infertur sacrum corpus, vt vix vnquam clarior illic regum triumphus celebratus sit. Innumeræ illic splendebant lampades & cerei, amplissimum templum præ nimia hominum multitudine angustum videbatur, baculus sancti Petri, ornamentum insigne, obuiam proferebatur cum multis reliquiis & crucibus. Et vt paucis expediamus, quod multis comprehendi non potest, nihil neque dignius, neque celebrius excogitari potuit, quam sit illic præstitum.

Item sextæ diei.

Sequenti inde die ad solis ortum dici non potest, quanta vi in ianuas sese intulerint, & clerus & populus, quantoque studio sacrificium & commendationes peractæ sint, aut quemadmodum deinde ad Rhenum sit instituta processio. Cantabatur Responsorium illud inprimis lugubriter, Adspice Domine, quia facta est desolata, ciuitas plena diuitiis, &c. vnde vtcunque colligi licet, quo animi mœrore pastorem illum suum Colonia tum prosecuta sit. Cum autem iam naui impositum esset beati viri corpus, & littora Rheni plangentium luctu personarent, adessent etiam illic quidam ex iis, qui virum Dei odissent, euidentissimo miraculo declaratum est, cuius apud Deum meriti ille esset. Nauis enim in alteram Rheni

tam Rheni ripam transmissura, contra fluminis impetum ascendens, instar sagittæ littus aliud feliciter occupauit, fortassis etiam eadem vi contra nautarum conatum altius itura, nisi sancti Heriberti ædes impediuisset. Eratque ea res tanto admirabilior, quod nautæ præ frigore vix manus mouere viderentur, Rhenusque & pluuiis & glacie plus solito intumuisset. Iam ante, vt supra meminimus, id ita fore prædixerat vir sanctus, cum adhuc esset in humanis. Vbi autem id conspicati sunt, qui in citeriori litore stabant, nauem scilicet illam contra naturæ vim, altiorem in ripa vlteriori attigisse locum, quam quo ipsi starent, valde attoniti laudabant Deum: alij, qui odio beati viri conflagrarant, suspirantes tundebant pectora, domumque abierunt. Completum est tum, quod in psalmo dicitur: Videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Illatum deinde est sacrum corpus in templum matris Dei, vbi sanctus Heribertus miraculis coruscat, & nox illa cum hymnis & psalmis exacta est. Postridie mane, vt septimo quoque die Colonienses suam & fidem & deuotionem seculis omnibus testatam efficerent, frequentes clerici, monachi, sanctimoniales & ciues transmisso Rheno, ante lucem eo peruenerunt. Multis autem in templo ardentibus cereis, sacrificium & commendationes celebratæ sunt, idque ea, qua par erat, reuerentia. Aderant Episcopi duo, Fridericus Monasteriensis & Egilbertus Mindensis, vterque decus sui temporis, & tanti funeris procuratione dignus. Aderant etiam primores Colonienses, permulti nobiles, monachorum greges, populus innumerus, parati omnes prosequi cæleste pignus ad montem vsque Sigebergensem. Per hos omnes medium ducebatur funus venerabile, psallentium choris vallatum: ferentibus illud vicissim manibus, modo humeris suis per quatuor fere milliaria non nisi nobilissimis viris pedestri itinere, quod tum resoluta glacie admodum lutosum & permolestum erat: nec quisquam seruilis conditionis, aut qui equo veheretur, permissus est ad iactum lapidis feretro propinquare. Interim donec conspici posset, Coloniæ signa campanarum omnia aerem sono complebant. Postquam ad montis conspectum ventum est, rursus tantus ortus est omnium planctus & luctus, vt nullis verbis explicari queat. Irruebant super feretrum monachi, & miserandum in modum plorabant obitum tanti viri, donec deficerent in eis lachrymæ: nec poterant absoluere inchoatam Antiphoniam illam, In Paradisum, &c. Miri quiddam ibi tum accidit. Ab Occidente aduolabant aues frequentissimæ, noui cuiusdam generis, montem operientes, & sua densitate plerunque cæli conspectum intercipientes, illicque permanentes, donec humato corpore, homines inde recederent. Eas vel Angelos, vel animas sanctas existimabant, qui eas cernerent. Rectius autem fortassis interpretabimur, significasse eas concursus futuros hominum. Tandem sepulturæ mandatum est corpus sancti Episcopi, volensque hominum lachrymas & eiulatus sedare Hermannus Vicedominus, Facessant iam, inquit, dolores omnes. Habet iam pater & Pontifex noster, quod optauit, psallitque & dicit: Ecce quod concupiui, iam video: quod speraui, iam teneo. Illi sum iunctus in cælis, quem in terris positus tota deuotione dilexi: audiuitque illam iucundissimam vocem Domini sui: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Nonnihil tum cessatum est à lachrymis. At non diu post, primum nobiles omnes, inde ministri Episcopi, postremo pauperes intro ingressi, luctum instaurarunt toto die. Conferat iam qui potest, harum exequiarum gloriam & celebritatem, cum quibuslibet regum & principum pompis atque triumphis. Cœpit autem Dominus illustrare seruum suum etiam miraculorum signis ad confutandam illorum impudentiam, qui paulo ante sanctissimam eius vitam dente rodebant canino, & preciosam margaritam, cælestis regis diademati destinatam, falsis rumoribus obfuscare nitebantur.

Illustre miraculum, quod vir sanctus viuens prædixerat.
Psal. 106.
Septimę diei exequiæ.
Obserua hæc lector.
Luctus ingens apud Sigebergenses.
Res mira.
Matth. 25.
Hęc viuens prædixit vir sanctissim.

XVI. Post obitum beati viri Abbas Sigebergensis, veritus ne deessent fratribus res necessariæ, parcius administrare cœpit alimenta. Qui tum legumina coquebat, quodam hebdomadæ suæ die in somnis vidit se anxium & fessum stare in culina, mox vero ad se ingredi beatum Annonem, & more suo degustare cibum qui coquebatur: sciscitari quoque, cur tam parce, tamque vtiliter tot fratribus cibus administraretur: se vero respondere: Te mortuo, pater, nobis alumnnis tuis & mendicis spes nulla est, cogitque metus futuræ inopiæ hac vti parsimonia. Tum autem sic, non absque reprehensione, dicere Episcopum: Itane mortuum tu me arbitraris? Facessat hæc opinio. Illa enim vita ego nunc fruor felicissime, quæ summi boni, summæ beatitudinis æternitate tota fluit: ad quam si conferar, qualis eram, cum à vobis dicerer viuere, quasi qui non essem, merito putari deberem. Ocyus igitur ex me dicito Abbati, vt certus de rerum copia, non sit ausus fratrum minuere portiones. Nam paucos post dies efficiam, vt tanta vos rerum abundantia affluatis, vt præ admiratione nec ipsi capere id possitis. Magna tum illic quoque cereorum penuria erat, ita vt ad Missas priuatas vix, & ne vix quidem interdum sufficerent fratribus. Apparuit igitur sanctus Episcopus alteri cuidam fratri quiescenti, atque ad eum: Demiror custodis vestri tenaciam, tam parce cereos fratribus suppeditantis. Velim huius ex te causam nosse. Respondit frater: Non est culpa custodis, amantissime pater, quippe quem penuria cogitata facere. Tum arridens beatus vir, Si non alia, inquit, huius ratio est, tu mihi iam eris promissionis meæ nuncius ad fratres, dicesque eis, intra paucos dies tantam ipsos ceræ copiam habituros, vt etiam colligere sine fastidio non possint.

Visio fratris cuiusdam.
Non sunt mortui sancti, sed viuunt.
Alterius fratris visio.

XVII. Cum itaque his & id genus aliis fratres animati essent ad quædam magna de beato viro speranda, fœmina quædam contractos habens digitos, ceram palmæ effigie ad tumulum eius attulit, flexis genibus orauit, ceram cum manu debili protulit, & simmulatque sepulcrum attigit, ilico sanata est, primum miraculum in sanctitatis eius testimonium inde reportans. Factum est hoc octauo Calendas Aprilis, quo die tum fuit Parasceue & Dominica Annunciatio. Mox circumcirca res diuulgata est: stupebant omnes, & difficulter volebant credere ob rei nouitatem, sed mulier & genere & nomine notissima, vel inuitis fidem fecit. Abiit autem fama miraculi etiam in exteras regiones, turbisque vndique confluentibus, copia quam promiserat vir sanctus, adesse cœpit. Memor autem futurorum Reginhardus, sciensque assiduitate sæpe vilescere, quod tam splendida ex vulgi concursu initia haberet, construendis ædificiis, acquirendis prædiis, templo ornando operam dedit. Denique ex iis rebus, quibus tum ille sacri corporis locus die noctuque plenus inueniebatur, tanta effecit, vt cum vix quadraginta illic monachi essent, ipso Abbate primum creato, breui amplius septuaginta vel octoginta inuenti sint. Condidit etiam mausoleum beati viri, in cuius vertice literis aureis hoc scriptum est Epitaphium.

Arida fœminæ manus sanatur.
Multũ auget Sigbergense monasteriũ.

Patribus egregiis ornata Colonia multis,
Ecclesiæ speculum misit in hunc tumulum.
Emicuit mundo noua lux Annone secundo,
Qui per cuncta suo par erat officio.
Mensibus hoc denis, annis actoq; vicenis.
Quarta Decembris eum lux tulit e medio.

Epitaphiũ S. Annonis.

XVIII. Interea populo magis magisque eo aduentante, faber quidam Coloniensis ex candente ferro cæcatus, itidem accessit, ad tumulum eius preces fudit, & ante quam surgeret, curatus, coegit omnes sublatis vocibus tam repentinũ beneficium laude & prædicatione efferre. Adducta est puella paruula, arido brachio misera, & ipsa quoq; sanata est. Pla-

Cæc. videt.

est. Placuit enim omnibus circumcirca commorantibus, vt pridie Nonas Maij cum Crucibus & reliquijs Ecclesiarum suarum eo se conferrent, & noui patroni suffragia communi supplicatione ambirent. Aderat dies, accurrit populus infinitus, curatus est in medio turbæ claudus, incredibili vocum strepitu miraculum ab omnibus celebratum est. Quantus deinceps illo in monte hominum concursus fuerit, vel inde satis constare potest, quod Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus per id tempus deuotionis studio eo adueniens, nec dignitate functionis, nec famulorum satellite impetrare aditum potuit ad sepulcrum, diu à turbis irruentibus exclusus, donec Abbatis opera, per loca clandestina introductus est. Singula commemorare miracula neque nobis possibile est, neque lectori gratum fuerit. Præcipua quædam, optima fide annotabimus.

Plurimi ad eius sepulcrum confluunt.

VIVENTE etiamnum beato Annone, quidam monachus Sigebergensis ab excelso templi loco corruens, XVIII. dissolutis & confractis membris, in linteo sublatus est, propemodum animam exspirans. Postquam vero in lecto repositus est, diu decubuit, multisque adhibitis curationibus, contra spem omnium eousque perductus est, vt cum scipione posset, licet claudicans, vtcunque ingredi. Ei iam ætate & religione prouecto, quandoque more suo iocose dixit beatus Episcopus: Tantisper huic innitere scipioni, donec à me curatus, illum abiicias. Id quidem nemo tum nisi facete dictam, interpretabatur. At vbi cœpit ille iam viuere in cælis, & crebrescentibus ad tumulum eius miraculis, ei custodiendo hic frater inuigilaret, quodam die vis inuisibilis eum è sede expellens, totum humi coram tumulo strauit. Scire ille volens, cuius impulsu id pateretur, dum circumfert oculos, conaturque surgere, toto corpore se sentit incolumem, neruis laxatis, membrorumque iuncturis diu confusis, suo loco restitutis. Itaque è templo properat ad domum capitularem, abiicit scipionem, flectit genua, iterum atque iterum tentat num possit porrecto corpore osculari humum, siue venias capere, quod antea impossibile fuerat, nec vllam sentit difficultatem. Currit andabilis ad Abbatem Reginhardum, tradit illi scipionem in testimonium curationis suæ seruandum. Abit cito tanti miraculi fama per omne monasterium, locaque vicina, conueniunt ad Ecclesiam monachi & populus frequens, promuntur Deo laudes & carmina, festum inprimis celebre ab omnibus peragitur.

Per iocū futura prædicit S. Anno.

Sanatur frater claudus.

FVIT Bonnæ homo quidam vsque adeo calamitosus & miser, vt credi non possit, nisi coram intuitus sis. Toto XIX. tremebat corpore, idque perpetuo: stridebat dentibus, voces edebat horridissimas, & quas nemo crederet humano ore effici posse. Ad huiusmodi autem edendos clamores vires ei addente dolore, cæterum adeo vi morbi frangebatur, vt prorsus nihil loqui posset. Nec iacere poterat, nec sedere, multo minus stare. Quoties mouebat pedem vt progressurus, mox retrorsum agebatur: hominemque videre, miseria erat. Aiebant ei quidam, recte cum eo actum iri tibi, si in Sigeberg proficisceretur, vbi noua iactitarentur miracula. Sic illi loquebantur, non homini consulentes, sed beato Annoni suo more insultantes. Et tamen quia præpotens Deus etiam malis nouit bene vti, eis insilientibus adducitur asinus: eo vectus miser, venit in Sigebergense monasterium: prosternit se miserandum in modum coram sacro corpore: omnes eum & mirantur, & miserantur. Paulo post tanquam ad se reuersus, vertit crebro oculos, appellat circumstantes, surgit à terra, ruit in ipsam pretiosi corporis thecam siue loculum, identidem osculatur, vota nuncupat, & abit sanissimus, Angelis hominibusque lætantibus. Subiicimus nunc aliud insigne, soliusque Dei miraculum, quod quamuis difficile sit credere, tamen tanta eius veritas est, vt vltro velim diuino esse iudicio obnoxius, si secus est, quam à me refertur. Legant & credant, qui norunt omnia posse Deum: &, si quidem pij & religiosi sunt, gaudeant se in beato Annone magnum habere patronum: sin aliter, timeant obtrectatorum suorum potentissimum persecutorem.

Homo miserrimus mire restitutus.

Matth. 19.

ARNOLDVS vir strenuus & diues, Dollindorpensis castri dominus, cum aliquando sederet ad audiendas XX. suorum causas & lites, iram quidem præ se ferre videbatur in noxios homines, at tamen mitius agebat, si non criminis grauitas obsisteret. Erat enim pro suo instituto pius, & magna prorsus in Deum fide. Accusabatur tunc coram illo Volbertus homo nequissimus, quod non persoluisset æs alienum. At ille animo ferox & lingua procacissimus, nihil modestum aut sanum respondit, immo ipsum quoque iudicem criminari cœpit. Querebatur se ab illo & ab omnibus præter meritum opprimi, absque vlla noxa rapi ad tribunal, prorumpensque in voces impias, Quandoquidem, inquit, frustra à Deo speraui iustam sententiam, alius mihi iudex & patronus quærendus est. Horrebant omnes, & miser ille diabolum inuocans, Tu, inquit, mihi præsidio sis: ego vero tibi me seruum vtraque manu trado & addico. Vlciscere iniurias meas, quod à Deo non obtinui. Ferebat Deus impij hominis blasphemiam: sed vbi ille nequam etiam in sanctos eius iniurius esse cœpit, vltio inaudita consecuta est, vt perspicue liceret animaduerti, verissime dixisse eum, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius. Surgebat iudex & cum eo maiores omnes, tantam non ferentes blasphemiam: agebant cum insano nunc minis, nunc blandimentis, vt ad sanitatem rediret, sed ille tanto furebat magis. Iam sol ibat ad occasum, & malignus ille in pascuis quærebat equum suum: veniensque ad syluam propinquam, inter vmbras arborum vidit hominis horrendam speciem, sicque prior appellat eum: Quisnam es tu, aut qua causa hic subsistis? Respondit diabolus: Equidem huc veni misertus tui. Scis enim, quem plenus amaritudine paulo ante inuocaueris, cuique te seruum deuoueris. Ego ille ipse sum diabolus. Me ergo protectore felix semper futurus, redi domum, sic tamen, vt à meo famulatu minime te subducas. Abscedit miser, & altera luce sedens equo cum commilitonibus suis sequitur iudicem alio tendentem. Rursus iudex cum suis tanquam nocturna cogitatione mutatum inuitat ad satisfactionem: promittit veniam pridie perperam gestorum, modo persoluat debitum. Ille redit ad contumelias & conuicias, ait se iam inuenisse meliorem patronum, qui & possit tueri suos, & aduersarios opprimere: cui non sit alius similis. Percontantibus alijs, ecquisnam ille sit, incunctanter respondet diabolum esse, nec dubitat in Christum & sanctos eius blasphemias & nefanda multa iactare. Tum iudex religioso mœrore affectus: O miser, inquit, ô præda satanæ, itane insanis in creatorem tuum? Nisi plenus esses eo, quem iactitas, nunquam tot probra conijceres in mundi Dominum & sanctos eius. Impietate etiam dæmones vincere videris. Illi credunt, & contremiscunt: tu vero totus amens, nihil metuis Dei potestatem, nec credis miraculis, quibus terra marique sancti illustrantur. Et vt alios omittam, de beatissimo Annone, præter alia eius miracula, constat, magnam eius in cæcis illuminandis esse efficaciam: nec dubium, quin possit etiam videntes luminibus priuare. Vide ergo, ne pereas illius cæcitate, vel sero cogaris eum deprecari. Ad hæc ille erecta ceruice, cachinnans & subsannans: Istum vero, inquit, signis clarescere credere quisquam, nisi delirus, potest? Noui ego hominem adhuc viuentem, & certe alienum à fide est, mortuum eum iam facere miracula, quæ viuus non potuerit. Si vanus sum, quid ita ille cunctatur vlcisci opprobrium suum? Si ille quenquam vnquam cæcum sanauit, radicitus excidat mihi oculus vterque. Vix eloquutus erat hæc, cum ecce repente sinister oculus eius sensim instar aquæ totus diffluere cœpit, foramine ad horrendum spectaculum vacuo relicto. Accurrunt ilico milites, certatim cupiunt inspicere vitium, nec possunt admirari satis, celebrant omnes beati Annonis nomen: solus miser ille manet incredulus. Hortantur eum omnes, vt vel experientia cautus fiat, & beatum Annonem precibus sibi conciliet. Ille vero seipso deterior, rursus exclamat: Donec vlla mihi luminis portio relicta erit, absit vt ei supplex fieri velim. Sit erroris vestri, sanctum eum dicere: mihi, si potest, prius etiam alterum excutiet oculum, quam hoc ego fateri velim. Dixit, & cunctis cernentibus, tanquam fulminis iaculum in caput eius vibrari visum est, cuius ictu reliquus oculus radicitus euulsus est. Mox equo fugam capessente,

Homo nequam mendacio iungit blasphemiam.

Zach. 2.

Diabolus ei apparet.

Iacob. 2.

Impie conuiciatur S. Annoni.

Ecce tibi diuinam vltionem.

Item alia vltio hominis blasphemi.

poſſente, infelix ab illo excuſſus, humi corruit: ſed pede altero inhærente vni è ſtapedibus, longius ab equo [illegible] raptatus eſt. Sequuti illum equites velociſſimi, moribundum, equo comprehenſo, ſoluerunt. Conſtabant ad eum omnes horrore concuſſi: ille vero præ dolore clamitabat & eiulabat, in puluere ſeſe volutans. Tum omnes pauore & ſtupore correpti, appellabant ſanctum Annonem, ſeſe in terram proſternentes, identidem clamabant Kyrie eleeſon. Ijs clamoribus per nemora & agros ſeſe diffundentibus, ex locis propinquis magna hominum turba cum ſacerdotibus aduolauit: qui cum rem totam didiciſſent, non mediocriter obſtupuere. Sollicitabant vero omnes, quid porro euenturum eſſet miſero illi. Propius autem ad eum accedens iudex & quidam religioſi viri, ſciſcitabantur ex eo, quinam haberet. Reſpondit ille tantis ſe diſcruciari doloribus, vt ſpem viuendi omnem abiecerit. Hortabantur eum illi, vt dum adhuc tempus pœnitentiæ adeſſet, colligeret ſeſe: quod ſi faceret, & beatum Annonem ex animo deprecaretur, & veniam & ſanitatem ei pollicebantur. Tum ille dolore vigente exclamauit: Fateor ſanctum Annonem poſſe, ſi velit, mihi reſtituere oculos ablatos: manuſque tremulas in cœlum porrigens, cunctis audientibus, lachrymabundus ita orauit: Parce, ſacratiſſime Pontifex, parce miſero mihi iure caſtigato, nec neges conuerſo miſericordiam, quam Dominus cunctis reſipiſcere volentibus offert, vbi ait: Viuo ego: nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Si reddideris mihi lumina, quod te poſſe credo, toto corde tibi ſemper ſubditus ero, & quod hactenus impie negaui, per totum orbem annunciabo, te prioribus ſanctis æquatum eſſe meritis & factis. Hæc cum ille diceret, & omnes miſeratione afficerentur, Arnoldus iudex hortabatur eos, vt communibus votis & precibus homini miſero diuinam miſericordiam conciliarent, ſublatiſque manibus, Kyrie eleeſon vna voce clamitarent. Impietatis enim notam ſe non poſſe effugere dicebat, ſi naturæ conſortem in ea calamitate deſererent. Itaque primus ipſe humi ſe abijciens, omnes vt idem facerent permouit. Poſtquam autem à terra ſurrexerunt, ſanctum Annonem iteratis vocibus inuocantes, inaudito miraculo noui in hominis capite oculi repente extiterunt, ſolito clariores: & tanquam nihil paſſus eſſet, ſanus & incolumis homo ſurrexit: populus circumſtans præ gaudio lachrymas fundens, immenſis vocibus ita vt par erat laudes diutiſſime depromebat. Poſtea ille ad beati Annonis tumulum venit, expoſuitque quid ipſi accidiſſet. Sed cum nemo crederet, Abbas Reginhardus curauit eum adducendum ad ſynodum, quæ tum, Hidulpho Archiepiſcopo præſidente, Coloniæ habebatur. Ibi ille coram omnibus totam huius rei pertexuit hiſtoriam, multis eius dicta ſuis verbis confirmantibus. Tandem etiam, cum miſſis nuncijs id exigeret Epiſcopus Hildulphus, vir fide digniſſimus Arnoldus ille, cuius crebro iam meminimus, grauiſſimum dixit teſtimonium, iuramento illud confirmans.

Vexatio dat intellectum auditui.

Ezech. 33.

Ad inuocationem S. Annonis fit inſigne miraculum

XXI. QVIDAM ex diœceſi Treuirenſi Romam ad beati Petri Apoſtolorum principis limina, vſitata iam ſeculis deuotione proficiſcentes, Confluentinum quendam clericum itineris comitem habuere. Cum quo varia conferentes, vt fit, leuandi laboris, animoſque oblectandi cauſa, tandem in mentionem beatiſſimi Annonis inciderunt, omiſſiſque alijs ſermonibus, multum & diu de vitæ eius ſanctitate & virtutum præſtantia loquebantur, eiuſque res geſtas viciſſim alij poſt alios commemorabant. Iam in veſperam prope perductus erat dies id genus ſermonibus, cum ecce clericus ille incredulum pectus ſuum prodens, Vos, inquit, perditum illum vanis in cœlum vſque laudibus effertis, quem ego nihil extra communiter mortuos habere exiſtimo: quippe virum, vt aiunt, ſuis malum, ſibiipſi peſſimum. Hæc ille execrabilis effutiens, focijs ſuis & pallorem & ſilentium præ horrore attulit. Cumque paululum ſubſtitiſſent, cœpto pergentes itinere, ita aiunt ad eum: Ecquis vel amentiſſimus eiuſmodi auſus ſit proferre ſermonem? quem cum à nemine magis, quam à clerico pro authoritate officij coerceri oporteret, ex clerici ore proficiſcitur. At ille peiora euomens, Si me, inquit, etſi à veſtra fide, non tamen à veritate aliena dicentem, idcirco reprehendendum putatis, quod è clero ſim: audite hominis finem, cui ſanctitatem arrogare vultis. Vehementiſſimus dolor pedum, & hactenus incognitus podagræ morbus animam ei, vt audiſtis, infeliciter extorſit. Crudeliſſimum autem fuerit, vllius bonitatis hominem ea pœna diuinitus conſumi, quam nec ſceleratiſſimus facile meretur. Non bene eum vixiſſe, vltio teſtis eſt: imo quam male obierit, & vita & vitæ teſtis vltio docet. O linguã merito præcidendam, cum ſcriptura diuina tam multis teſtetur locis, quem diligit Deus, eum quoque arguere & caſtigare. Quanta vero & quam indigna & immania paſſus eſt etiam ipſe filius Dei? quanta Apoſtli & martyres? quorum fuit quo vita celſior, eo mors deſpectior: imo pretioſior. Pretioſa enim in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius. Abſit ergo à fidelium animis, vt putent beatum Annonem vllam meritorum ſuorum iacturam mortis acerbitate feciſſe. Imo vt norint potius inde illi auctam gloriam: audiant, quæ blaſphemum hunc vltio conſecuta ſit. Monebant illum ſatis ſuperque comites eius, vt finem faceret tam proterue loquendi, nec tamen ceſſabat miſer. Itaque cunctis iam acerbitati, & tantæ temeritati vindictam expetentibus, repente alijs libere progredientibus, immotus ille ſubſtitit, & qui Chriſti confeſſori dolores pedum improperauit, tanquam ferreis ad talos conſtrictus vinculis, loco hæſit, intenſim graues pedum ſentiens cruciatus. Mox igitur tremere, palleſcere, miſere quiritari & eiulare cœpit. Reſpiciunt alij, mirantur clamantem, aſpernantur ſubſiſtentem, iratis vultibus perquirunt, quid ita hæreat ipſis properantibus. Aperit ille cum multo gemitu quid patiatur, non ambigunt illi id accidere meritis eius, cui detraxerat: dolent quidem præ commiſeratione, attamen lætantur eueniſſe. Tandem communes pro eo preces fundunt, ille veneratur in eis fidem, quam ante culpauerat: valde pœnitet eum temere eſſe locutum, preces & vota offert beato Annoni pro ſui liberatione. Tandiu oratum eſt ab omnibus, donec laxatus, ſuſceptum incolumis expleret iter. Inde domum reuerſus, nihil habuit antiquius, quam vt ſacratiſſimi Præſulis venerabiles cineres inuiſeret. Hoc enim & voti neceſſitas, & amicorum conſilia hortabantur. Vbi autem eo venit, cum multis lachrymis totam hiſtoriam veriſſime enarrauit, nobiſque ſcribendam reliquit.

Peregrinatio ad ſanctum Petrum.

Clericus quidam proſcindit S. Annonem.

Prouerb. 3. Hebr. 12. Apoc. 3. Pſalm. 115.

Punitur maledicus ſancti viri obtrectator

Curatur inuocans S. Annonem.

XXII. CONTRACTA quædam fœmina, ad beati viri tumulum cereum paruum attulit. Inde receſſura, mira velocitate ſe ſentit erigi. Turbata igitur exclamat: O ſumme ſacerdos Anno, quid mihi infeliciſſimæ nec opinanti accidit? Tanto enim fragore ſpina dorſi & coſtæ adhærentes reſtitutæ ſunt, vt quercus frangi videretur. Aduolabant multi, & fœminæ clamore, & oſſium ſtrepitu inuitati: videbantque erectam ſtantem ad illam felicis theſauri arcam, gratiaſque agentem, quam hactenus curuam ſemper viderant. Referunt rem ad alios, multique vtriuſque ſexus in eccleſiam irruentes, vna voce ſummæ Trinitati laudes grateſque agunt.

Contracta ſanatur.

XXIII TOTIVS orbis commune celebrabatur feſtum, in cœlos aſſumptæ beatiſſimæ virginis & matris Dei: qui dies eſt venerabilis, dies ſanctus, dies præclarus, cui comparari non poſſint vllæ ſanctorum ſolennitates: fratribuſque nocturnas vigilias hymnis & pſalmis ſolenniter agentibus, puerulus quidam, & nomine & facie omnibus notus, (quippe quem pater Reginhardus miſere contractum, ſtudio miſericordiæ alendum, à Rheno adduxerat) ad beati Annonis ſepulcrum manibus reptans venit. Aderant tunc ibi quidam, pro honore ſacratiſſimæ Virginis, Reginæ cœleſtis vigilijs intenti. Viderunt illi puerum ſemel atque iterum apprehendentem tumuli ſummitatem, conantemque ſurgere, ſed toties relabentem, tertio tandem idem tentantem, in pedes erigi. Et ſtabat ille quidem, ſed ruinam minare videbatur. Obtinuit tamen, vt aliquandiu ſcipioni innixus poſſet ambulare. Sed illo tandem reiecto, ſaluus & incolumis, integram gradiendi facultatẽ adeptus eſt. Multam ea res illo die lætitiã peperit, ad tam præclarã illuſtriſſimæ virginis ſolennitatem, tam inſigni accedente miraculo. Sunt vero etiam permulta alia lectu digniſſima

Feſtum Aſſumptionis S. Mariæ toto orbe celebre.

Puer contractus curatur.

O beati

beati Annonis miracula, quæ tamen cuncta prætermittens, ita paucissimis istis ad optatum laboris [illegible] peruenire tum, vt & clarissimum meritis & sanctitate virum, satis (vt reor) expresserim, & necessariam propter fastidiosos breuitatem non valde tamen excesserim. Præstet omnipotens Deus, vt in illa vita prosit animæ, si quid in hoc opere dignum suis laudibus elaboraui: sitque migranti patronus, qui scribenti materia fuit, Anno ter quaterq; beatus, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

In pedo seu baculo pastorali S. Annonis ligneo, qui adhuc in monasterio Sibergensi religiose asseruatur, in superiori parte in capite, incisi sunt versus sequentes:

Tityre coge pecus, cæcus ne ducito cæcos.
Moribus esto grauis, rector fore disce suauis.
Astu serpentis, volucris tege simpla gementis.

VITA SAPIENTIS ET DIVINI N. SABÆ, AVTHORE CYRILLO MONACHO: VIDETVR METAPHRASTES EAM AVXISSE, HABETVR QVINTO TOMO ALOISII

5 Decem. Vitæ Sanctorum cognitæ, quid conferant.

NIHIL est æque vtile ad commouendos animos ad desiderium virtutis, atque vita optimorum & præstantissimorum virorum, tradita piorum auribus. Illius enim viam licet asperam, non tamen esse eiusmodi, vt adiri non possit, nec esse omnino desperatam, ostendit: sed [illegible] eorum, qui præcesserunt, inducit ad imitationem: & narratione donorum, quæ illi acceperunt tanquam arrhas futurorum bonorum, in animos auditorum immittit promptum & alacre animi studium: & persuadet despicere omnem laborem & difficultatem, & ea postponere acquisitioni eius, quod est bonum & honestum. cuiusmodi est vita magni Sabæ, & Dei amor ineffabilis, & qui propter ipsum suscepti sunt sudores: & rursus innumerabiles donorum largitiones, quæ eam, quæ illic est futura, confirmant beatitudinem. Sed satius fuerit deinceps virum ab alto petito principio persequi, resque eius sedulo ac diligenter tractare, nihil prætermittendo eorum, quæ sunt magis opportuna. quod quidem aperte maximum damnum & est, & existimatur iis, qui amant res eiusmodi. I.

Patria S. Sabæ. 1 Reg. 1. Parentes. Ann. 419 vide Baro.

HVIC ergo beato patria quidé erat Cappadocia. Natus est autem in vico Mutalasca, (hoc est enim ei nomen) qui prius quidé erat vilis & ignobilis, & sita sub metropoli Cæsareensium: ex eo autem postea euasit insignis, & longe clarior illa Armathen, quæ olim tulit diuinum Samuelem. Oportebat vero ei omnino meritas referre gratias, quod eú in lucem produxisset. Pater Iohannes, mater Sophia: qui erant ambo clari genere & pietate. Natus est autem decimo septimo consulatu Theodosij. Cum vero iam quintum ætatis annum ageret hic vir admirabilis, eius autem parentes migrassent Alexandriam, (nam necessario eos vocabat tunc futura quædam expeditio) ipse in Cappadocia diuina quadam prouidentia, apud auunculum, cui nomen erat Hermias, cum paternis relinquitur facultatibus: partim quidem, ne nimis tenera pueri ætas defatigaretur itineris longitudine: partim autem, vt si parentes vitam illic finijssent, pulchrum illic semen & eius, quæ illic erat, hæreditatis successorem relinquerent. II.

Affligitur ab vxore auunculi sui adhuc puer.

Sic ergo apud auunculum manens Sabas, iam ætate proficiens, cum vxoris illius malignitas molestia afficeret adolescentem, (Erat enim seuera mulier impudens & difficilis) illinc recedens, accedit ad quendam Gregorium, qui ipse quoque erat patruus in quodam vico nomine Scandos, statim ab initio ostendens, quanto odio haberet malos, & se maiorem curam gerere virtutis, quam cognationis.

POSTQVAM autem, cum ageret apud Gregorium, vidit hoc patruo & auunculo magnam afferre dissensionem ac discordiam, (Contendebat enim vterque & ipsius Sabæ, & rerum eius esse dominus) ille omnem offensionis auferens occasionem, & statuens difficultates esse, veluti quandam viam vitæ, quæ ducit ad philosophiam, recte non secus ac boni imperatores, vsus est difficultate temporum, & repente despiciens diuitias, cognatos, pecunias, & quæcunque maxime solent adolescentum animos delinire, seipsum tradit cuidam monasterio, quod vocabatur Flauianæ, quod distabat viginti stadijs à Mutalasca: ostendens labores, qui ferunt ad virtutem, esse à sapientibus præferendos quieti & relaxationi, quæ ducit ad vitium. III.

Petit monasterium, et fit in omnibus Regula monastica.

Benigne itaque acceptus ab eo, qui tunc præerat monasterio, & cooptatus in numerum monachorum, illic deinceps se exercet in doctrina sacrorum psalmorum, & accurate instituitur in omni regula monastica. Ita beato Sabæ patrui & auunculi contentio, & vita accliuis & ardua, maxima fit causa, vt proficiat in vita, quæ est ex Deo.

POSTQVAM autem ij, cum diu seditionem inter se agitassent, vix tandem composita inter se discordia, tentarunt sacrum Sabam auellere à monasterio, & à pulchro illo vitæ instituto, volentes eum & paterna frui hæreditate, & suis facultatibus, & coniungi matrimonio, (quæ quidem sunt paruis magna & iucunda, & ea puerorum potius optiones, quam virorum esse significant) ipse diuino Dauide vtens tanquam consiliario, iudicauit esse optabilius, abiectum esse in domo Dei, quam talium tabernaculorum frui diuitijs & alia prosperitate. IV.

Psal. 83. Luc. 16.

Videbat enim illa quidem ipsorum amatorem diuitem transmittere ad gehennam, & ostendere vel sola egere gutta, quod quidem est paruum linguæ, quæ ardet, solatium, angustias autem & malorum perpessionem dignos efficere beato sinu Abrahæ, & recreatione ac delectatione, quæ in eo nunquam desinit. Et alioqui iudicabat esse longe stultissimum, voluptatem quæ est ad tempus permutare æterno supplicio. Atque sic quidem beati Sabæ propositum, vel ab ipsis, vt dicitur, cognitum est carceribus, & talem ab ineunte ætate ostendit philosophiam.

Psal. 118.

Etenim ipse super seniores intellexit, quoniam mandata Domini exquisiuit. Seipsum vero exercuit cum in alia omni abstinentia, tum vel maxime in ea, quæ ad gulæ pertinet compescendas delicias, & ventris nimiam curationem, vt sigillatim declarabunt, quæ deinceps sequuntur.

OPERABATVR aliquando hortum monasterij. Mala autem quæ pendebant ab ijs, quæ illic erant, arboribus, eius incitabant appetitionem, & mouebant ad vescendum ante tempus. Atque fuit quidem victus ab adspectu pomorum, (erant enim pulchra visu) vt qui ipse quoque esset homo, & humanis deliniretur cupiditatibus. Victus est autem vsque adeo, vt malum manu caperet. Deinde cum intellexisset esse tales maligni insidias, & solere eum latenter attrahere, semper voluptatem obijciendo tanquam escam, & postea suspicatus esset in fructu latere serpentem, & cogitasset primos parentes à voluptate & cibo eiectos fuisse ex paradiso, quæ eos confixerit malis innumerabilib. V.

Gen. 3. Fortiter vincit gulæ appetentiam.

Hæc cum ille mente pulchre agitasset, & iuuentutis ipse seipsum increpasset, malum statim iecit humi: & cum id pedibus conculcasset, cum malo etiam conculcat cupiditatem, & eam, quæ eius vicerat oculos, per probrum & contumeliam proterit suis pedibus: hanc in posterum sibi legem imponens, vt toto vitæ tempore, malo non vescatur amplius, neque indulgeat ventris appetitioni. Ab illo ergo tempore perpetuo in summa omnium rerum vixit abstinentia.

nentia, somni tantum capiens, quantum satis erat ad eius corpus continendum, quod erat continuis defessum laboribus. Manus vero beato Sabæ nunquam quiescebant: sed quando non eas ad Deum extensas habebat oratio, ex perpetuo versabantur in opere aliquo faciendo: ne si vel parumper relaxaretur cogitatio, clam non animaduersus sensim irreperet inimicus. Hinc virtutis fit ei penna leuior, & omnem quæ erat Flauianis fraternitatem (erat autem circiter septuaginta fratrum) obedientia, & humilitate, & omnibus alijs Euangelicis recte factis superabat.

VI. Porro autem hoc quoq; dicitur de conuersatione eius in hoc monasterio. Cum pistor hyeme aliquando vestes haberet madefactas, nec eas posset exiccare ad Solem, relinquit in clibano, Deinde oblitus se eas illic reliquisse, vt exiccarentur, cum, vt repente panis fieret, esset opus, ipse Sabas & alij monachi vna cum pistore fermentum commiscebant, & clibanum accendebant, intus relictis, vt diximus, vestibus. Flamma vero iam sublata, recordat* pistor, quando nihil poterat efficere, flamma iam minante terribiliter, cor eius sauciabat tristitia, & angebatur animo. Non ferens autem Sabas videre fratrem, qui ita angebatur, & ipse quoque internis non minus ardens viscerib. corpus quidem contemnit, & ignem despicit: munitus vero signo Crucis, continuo ita vt erat ingreditur clibanum: flammaq; conculcata, sicut prius voluptate, seruat ex igne vestimenta, & ipse egreditur illæsus: non propter pietatem quidem ac religionem, sicut olim adolescentes, sed potius propter amorem in fratrem, cum flamma optime reuerita. Hoc non solum eos, qui aderant, obstupefecit: sed Pauli quoque discipulum Sabam aperte ostendit. Nam si propter solum fratris dolorem, nec passus, & aduersus ignem suam ostendit audaciam, quomodo is recusasset esse à Christo anathema, vt possent alij esse salui? Qui ergo aderant, cum vidissent id quod factum fuerat, & ex ijs ipsis ij, qui ad maiorem gratiæ mensuram peruenerant, & ea accurate dijudicare poterant, quanta procedente tempore futura erat Sabæ virtus, cogitantes, illi quidem de extero magis animum adhibebant, quam eius postularet adolescentia: iure autem Deo agebant gratias. Sed sunt hæ quidem narrationes conuersationis eius in Flauianis, vt ipse postea Georgius patruelis illius mihi tradidit, non leuis aliquis & ei sola necessitudine coniunctus, sed etiam ex vita satis magnum afferens argumentum veritatis.

Vide Crucis signaculo maximum patratum miraculum

Dan. 3.

Rom. 9.

VII. Quædam autem in corde agitans, cum diuini desiderij nullum modum nosset, nec satietatem, in animo habebat ire in sanctam ciuitatem, & contemplari loca sancta, lustrareque & visere patres, qui erant in solitudine: & ea frui, quæ ex ipsis percipitur, vtilitate, aut etiam incitatione eorum vitæ institutionis, ostendere acriorem impetum ad virtutem. Si enim malæ consuetudines & congressiones possunt bonos mores corrumpere: quanto magis bonos mores bonæ adiuuabunt, & pulchre deducent ad viam, quæ fert ad virtutem? Accedit itaq; ad Præfectum monasterij, & animum aperit, & ab eo petit, vt liceat secedere. Ille vero non permittens, sed volens imperare iuuentuti tam moderatæ, & quæ admodum pulchram habebat animam, non audiebat obsecrantem, & peregre proficisci properantem non dimittebat, & ipsum omnino conabatur detinere. Deinde cum ad eum e superis diuina quædam aduenisset visio, mandat vt Sabam dimittat, nec prohibeat, quo minus peregre proficiscatur. Ille ergo persuasus visione eum dimisit, & inuitus volenti permittit. vt exeat. Ille autem id, quod desiderabat, consecutus, & cum precibus illinc dimissus, Deo duce pulchri illius itineris, tendit Hierosolyma: cum in hoc quidem monasterio annos decem transegisset, ætatis vero ageret annum octauum decimum: quo Marcianus & Iuuenalis ambo pij ac religiosi, ille quidem ab Imperio, hic autem à Pontificatu, morte desistunt.

Abbas eius per visum iubetur eũ dimittere, peregre ire ad loca sancta.

VIII. Cum vero hyeme venisset Hierosolyma, & à quodam sene Cappadoce in monasterio sancti Pasarionis hospitio esset exceptus, tunc quidem apud ipsum hyemat. Postea autem alijs alio beatum trahentibus, & vim afferentibus, vt qui ab illius virtute multo magis vicissim attraherentur, & vt apud se maneret, vnoquoque rogante, eo autẽ sene, qui ipsum primo hospitio acceperat, rogante, ne recederet à monasterio: ille tanquam eius, quæ Deo conuenienter agitur, vitę matrem quietem amans & silentium, non induxit in animum, vt cum illo quidem eorum cohabitaret: sed cum de magno accepisset Euthymio, (virtus enim eius vbique prædicabatur) captus est vehementi desiderio cum eo congrediendi, est enim simile semper amicum simili. Et quoniam ille non secus ac Hesperus, in solitudine quæ est ad Orientem, clarus erat miraculis & doctrina, desiderabat Sabas frui luce bonorum Euthimij & cum eo lætari, & ali radijs illius virtutum, & non secus atque generosæ plantæ, in anima & spiritualiter augeri. Atque ei quidem, quod dictum est, monasterio diuinus præerat Elpidius. Cum hoc autem desiderio teneretur beatus Sabas, accedit, & id enunciat beato Elpidio. Cum vero inuenisset eum quoque esse in eadem sententia, diuinis illius precib. acceptis pro alio viatico, ad magnum Euthymium tanquam filius ad patrem, non ex sanguine, sed ex virtute potius trahens cognationem, accedit.

Huius vitam habes 20. Ianuarij.

IX. Cum ergo aliquot illic dies mansisset, ad synaxim de more eunte Euthymio, ad eius pedes procidit, rogans, supplicans & obsecrans, vt fieret eius vnius rationis particeps, & ab ipso pastore pasceretur cum alijs. Magnus autem Euthymius, qui in exercendis pueris erat præstantissimus, vt qui omnium certaminum spiritualium fecerat periculum, cum vidisset Sabam adhuc iuuenem, dubitans ne ardor esset solum, non habens rationis iudicium & grauitatem, quæ ex ea proficiscitur, non prius permisit vt habitaret cum monachis, qui erant in Laura, quam totam monasticam perfecutus esset vitæ institutionem, quæ est in cœnobio, & ostendisset eam, quæ exigebatur, absolutionem. Quinetiam ei dixit: Non conuenit omnino, ô fili, vt qui est iuuenis, Lauram habitet. Hòc enim neq; Lauræ vllam affert vtilitatem, neque tibi expedit. Sed si me audias, ibis nunc in inferius monasterium ad Abbatem Theoctistum, apud quem scio fore, vt tu maximam accipias vtilitatem. Cum beatus his acquieuisset Sabas, (nam præter alia didicerat etiam obedientiam) & quæcunque ipse mandasset, se prompto & alacri animo facturum promisisset, (ideo enim, aiebat, ad te confugi, vt per te salutem assequar) eum continuo illuc mittit ad beatum Theoctistum, iubens vt eius magnã curam gereret. Dicebat enim se reuera videre in eo infusam Spiritus copiosam gratiam, & cum non multo interiecto tempore sua gloria esse impleturum vniuersum orbem terræ: vera, inquam, gloria, & quæ nullum finem sit habitura. Quæ quidem talem finem sunt consecuta, & ostenderunt esse veram illius prædictionem. Nam & ipse plurimam partem solitudinis effecit habitabilem, & Lauram extruxit maximam earum, quæ sunt in Palæstina, & ab omnibus, qui vitam elegerant anachoreticam, tanquam pastor est agnitus, eis effectus regula ad sanctitatem. Nam & mores eis tradidit, & legem imposuit, doctus ab Euthymio, & seipso viens exemplari, vt nullum imberbem in Lauram admitterent: quod quidem & apud patres veteres fiebat, & diligenter ab illis obseruabatur.

S. Sabas cupit esse cum Euthymio, sed is eum non admittit.

Euthymij de Saba prophetia.

X. Cum sic ergo diuinus Sabas fuisset in beati Theoctisti potestate, seipsum totum pure Deo tradit, & totus in illius versatur desiderio. Cum autem sciret esse duplicem sui constitutionem, ex anima, inquam, & corpore, duplicẽ excogitauit etiam exercitationem: nunc quidem corpore laborans, nunc autem anima. & nunc quidem dies transigens in laboribus corporis, nunc vero integras noctes insomnis peragens in precibus. Nunc aquam portans, nunc ligna ferens, & omnibus, quibus fuerat creditum aliquod ministerium, sustinens illorum operationes. Erat enim cum animi fortitudine, procera quoq; corporis magnitudine, & admodum robustus. Et ipse quidem alias alia subibat ministeria, & ipsam etiam maiorum curam: & ante omnes quidem veniebat ad synaxim: post omnes autem rursus recedebat, promptoq; & alacri animo diuino seruiebat ministerio: & his omnib. veluti sacram imponebat summam, obedientiam scil. & moderationem. Quocirca hoc mirabatur vniuersa multitudo monachorum, quod ætatem tam

Exercitia corporis & animæ

S. Sabæ magna perfectio in ætate tenera.

tem tam virtutum ornaret corona & perfectio. Cum vero quæ est ex Deo, semita æquabiliter & non offendendo porrigeretur, eum aliquo modo supplantare, & ne progrederetur, sistere cor abatur magna vi: etiamsi ille eum dolose aggrediens & malitiose, ac eo rursus est repulsus generoso & valde forti animo. Quinam autem fuerit modus insidiarum.

Erat quidam monachus genere Alexandrinus, nomine Iohannes. Is iam longo tempore molestus erat B. Theoctisto, vt ei permitteret ire Alexandriam, vt paterna bona illic disponeret: (resciuerat enim parentes paulo ante esse mortuos.) Atq; ille quidē, vt volebat, dimissus, vt petebat sanctus Sabas esset sibi socius itineris, vt qui esset fuisse generosum ac strenuum, & qui cuperet & posset esse particeps laborum aliorum. Cum beatus ergo Theoctistus annuisset Iohanni petitionem, Sabam quoq; emisit. Hoc autem, vt diximus fiebat arte maligni, vt ab eo quietis ex Deo, cursu eum reprimeret, & in mundo, & in ijs quæ ad hunc mundum pertinent, eum occuparet. Sed qui profunda & occulta aperit, non permisit vt eius laterent insidiæ. Nam cum ex Palæstina profecti agerent Alexandriæ, & ambo occupati essent in quærendis rebus Iohannis, agnoscitur à parentibus Sabas admirabilis, qui nuper illuc migrarant propter expeditionem, sicut iam ante ostendimus. Cum autem sic euasisset notus paternis oculis, fuit rursus Sabæ principium secundum certaminum: & cum maiori tunc luctatus fuit necessitate, quam quæ fuerat cum patruo & auunculo. Instabant enim parentes, quid non facientes, aut à qua arte & machinatione abstinentes, vt Sabæ persuaderent, vt vellet cum eis habitare, & de cætero apud eos degens, patris susciperet militiam, & pro illo * habitaret? Ille vero cum esset celeris & acris ingenij, cognoscit hoc fuisse excogitatum à maligno, vt parentum misericordia relaxaret contentam eius exercitationem, & spiritualium rerum desiderium redderet frigidius. & eorum quidem amori sapienter opponit Dei desiderium, dicens se timere illud præceptum, quod illos statuit eo esse indignos, qui desiderium parentum ei præferunt, & non crucem sustulerunt, & eum sunt secuti: Mundanæ autem huic militiæ, vere angelicam & diuinam: Si terrestris Regis miles, dicens, qui conspectus fuit ordinem deserere, magnas luit pœnas: quantum est periculum, si quis eius, qui est vere Rex, miles effectus, & in numeros illius adscriptus, proprium ordinē reliquerit, & tam paruam militiā ea permutauerit? Illud tandem adiecit ijs, quæ dicta fuerant, quod nec eos quidem de cætero parētes vocare sustinuerit, si eos amplius viderit rogantes & contendentes, vt à pulchra illa deficiat militia.

Insidiæ diaboli. — *Agnoscitur S. Sabas a parentibus.* — * *militaret?* — *Egregie illis respondit.* — *Matth. 10.* — *Nota monachi apostata.*

Cum nescirent ergo parentes, quid agerent, cesserunt filij constantiæ, & tandem vel inuiti concesserunt quidem, vt abiret: eum autem vehementer rogarunt, vt suæ pecuniæ acciperet aliquid ad parandum viaticum, quo opus habet peregrinatio. Atque illi quidem prompto & alacri animo Sabæ præbebant viginti aureos: ipse vix tribus acceptis, eisque, quod rogarent parentes, ne eos despiceret, soluit Alexandria vna cum Iohanne. Quod autem propter parentes eos tres aureos acceperit, non est procul quærenda probatio. Cum enim iam venisset in monasterium, eos ferens dat in manus Theoctisto, ipse nihil volens habere proprium: & alioqui ne malignus hinc acciperet occasionem suggerendi ei cogitationem auaritiæ. Iam vero decem annos illic diuinus transegerat Sabas, & beatus è viuis excesserat Theoctistus: quem cum sancte magnus sepeliisset Euthymius, pro illo quendam Marin, virum non paruifaciendum, elegit præfectum monasterij. Cum autem is duos annos vix fuisset post susceptam præfecturā à monasterij, è vita excedit. post quem diuinus Euthymius cuidam Longino viro bono monasterij committit præfecturam. Illo autem tempore admirabilis Sabas iam triginta annos natus, cum resplenduisset in vniuersa monasticæ vitæ institutione, & obiisset omnem rationem exercitationis, capitur amore solitudinis: & cum non posset ferre vim desiderij, accedit ad Longinum, petens quem desiderabat secessum. Ille vero (nesciebat enim, quomodo hoc ei ex se permitteret) deducit eum ad magnum Euthymium. Is autem cum oppletas haberet aures Sabæ virtutibus, quin etiam ipse quoque recte sciret viri perfectionem, & in rebus spiritalibus ardorem & constantiam, continuo rescribit ad Longinum, ne ei esset impedimento, quominus suum exequeretur institutum: sed ei permitteret vti quiete & silentio quinque dies hebdomadæ. Sciebat enim fore, vt omnino recte vteretur solitudine, & haberet occasionem ad Deum ascensionis. Sic ergo ei permisso silentio, compos iam effectus eius, quod desiderabat, ingressus est monasterij speluncam, quæ vergit ad austrum, quinque quidem dies hebdomadæ intus degens, & nihil edens sibi sumens, sed solum vacans precationi, & labori manuum: Sabbato autem egrediens, & seipsum superans in accessione eius, quod est melius, & quinquaginta numero confectas sportas, quas solent vocare Μαλαυια, afferens: Die autem Dominico cum collegisset tot ramos palmarum, quod seruabat sibi in hebdomada sufficere ad operandum, ingrediebatur speluncam. Et hoc modo perpetuos quinque annos se exercuit.

Monachi non debent habere proprium. — *S. Sabas degit in speluncam amittens itinere &c.*

XII.

Deinde diuinus Euthymius cum eum vidisset sic viuentem, eum sumpsit cum Domitiano socium decertationis ad certamina, quæ suscipienda erant in solitudine, cum de eius mente factus esset certior, & eum vocaret παιδογέροντα, id est, puerum senem, & vt qui exercitationis esset præceptor optimus, ad sublimiores eum virtutes exerceret. Et quoniam consueuerat admirabilis Euthymius decimo quarto mensis Ianuarij egredi cum Domitiano in vastam solitudinem Rubæ, & illic transigere sanctissimos dies ieiuniorum, egressus quidē est, vt consueuerat: Eum sequebantur Domitianus & Sabas: ingrediebantur vero per solitudinem, quæ vergit ad meridiem, vltra mare mortuum: & cum iter diu produceretur, ipsa solitudo, quæ est & arida & aquæ expers, & re ipsa ab omni re deserta, Sabæ sitim accendebat vehementē: & viæ prolixitate & siccitate efficiebat, vt iam defatigaretur & deficeret, neq; pedibus vti posset ad ingrediendum. Atq; ille quidem cum defecisset, humi iacebat, nescio an naturali aliqua ratione, vt solet fieri iis, quæ sunt huiusmodi, propter magnam caloris frequentiam consumpto humido: an quod Deus vellet ostendere Sabæ adhuc opus esse maiori fortitudine. Iacebat vero parua, vt ita dicam, viuens parte animæ, & iam aperte ostēdens se deficere. Cum eum autem sic affectum magnus vidisset Euthymius, & ipse non minus esset animo perturbatus, parum quidem ab eo recedit: humi vero procidit, & cum eos ad Deum sustulisset: Domine Deus, inquit, da aquam in terra sitienti, vt à deficiente iuuenis huius cōsolaris animā. Sic dixit, & cū Sabā protinus accersiuisset, ter fodit ligone, & terra vim sensit diuinorem, & paruit nutibus, qui sub adspectum non cadebant: & quæ erat deserta & aquæ expers, aquam genuit, & protinus aquam emisit limpidissimam, & maxime potabilem. Sabas autem cum illam bibisset, tunc restinxit sitim, & satis est recreatus: & latenter vim accepit diuinam, adeo vt de cætero alacriter ferre posset difficultatem solitudinis.

S. Euthymius suis precibus impetrat aquam à Deo.

XIII.

Cum sic ergo S. Sabas se gereret in solitudine, & magnū imitari Euthymium, & tanquam ad exemplar archetypū, ad illius vitam intueri studeret diligentissime, parum temporis intercessit, & cum ille magnus virtute Euthymius somnum obdormisset, vere beatam quietem est assecutus. Sed cum post illius decessum monasterium ocio & socordiæ paulatim se dedisset, longo tēpore aufugit beatus Sabas, & habitabat in solitudine, cum Gerasimus eam, quæ est circa Iordanem, solitudinem non secus atq; stella illuminaret. Sabas vero tunc attigerat tricesimum quintum annum suæ ætatis: iam autem aduersus eum cœpit bellum dæmonum, non obscure nec latenter, sed aperte & ita, vt oculis cernerentur, eum inuadentium. Nam cum illam Deo gratam moram traheret in solitudine, esset autem nox media, humi vero accumbebat, vt labores parumper remitteret, videt quosdam dæmones, qui scorpionum & serpentum speciem erant imitati, & eum inuadebant, & omnibus modis tentabant eum perterrefacere. Atq; primum quidem parum vereretur: deinde cum cito intellexisset cuiusnam esset machinatio, audacter fugit ad precationem, & in eius lingua resonat psalmus: Hoc autem erat quod canebatur, Non timebis à timore nocturno: sed super aspidem & basiliscum ambulabis. Talibus armis vtebatur Sabas aduersus dæmones. Solummodo ergo sic locutus est Sabas, & venenata illa animalia, tanquam fumus, statim euanuerunt, & dissolutum est visum in aerem.

S. Euthymii obitus. — *Gerasimus monachus.* — *Dæmones infestant S. Sabam.* — *Psal. 90.*

XIV.

Cum

Cvm aliquot autem dies deinceps intercessissent, rursus eum adoritur satanas, leonis formam suscipiens, torueque & furiose intuens, & tanquam qui impetum esset in eum facturus: impetum vero rursus sustinens, & vitans congressionem. Ille autem cum cognouisset esse maligni insultum, & ideo visione minime esset conturbatus: Si accepisti, inquit, contra me potestatem, cur reprimis impetum? Ego sum paratus, Dei cedens nutibus, & non inuitũ me offerens, vt deuorer. Sin minus, cur fremis & exultas inaniter? Ambulabo enim, & conculcabo te leonem, munitus Christi virtute. Hæc dixit diuinus Sabas: & protinus aufugit belua, quæ latebat sub specie leonis: omnes autem feræ ab illo tempore fuerunt magis mansuetæ & obedientes: adeo vt ipse vna cum eis versaretur, & nihil omnino læderetur à cohabitatione. Cum vero sic se gereret Sabas, ei prætereunti in via quatuor occurrunt Agareni, qui fame valde laborabant, & indigentia vehementer erant afflicti. Cum autem iam propius accessissent, illi quidem qui fame vrgebantur, eum diligenter circunspiciebant, & scrutabantur, & naribus quodammodo odorabantur, an aliquid cibi afferret. Ille vero (ò misericordiam & paternum animum) placidis eos intuens oculis, cum nihil haberet aliud, quo ipsos aleret esurientes, ea quibus ipse alebatur in commune proposuit: & extensa statim pelle ouilla, meleagriorum radicibus & arundinum * cordibus eos excepit. Mirati autem barbari eius promptum & liberalem animum, tunc quidem vrgentem famem, vt licuit, sedarunt. Postea vero remunerantes eius hospitalitatem, (ad talem enim simplicitatem & benignitatem, vt feræ ipsæ placidæ adspexissent, non solum animi hominum, quibus est à natura insita mansuetudo) venerunt afferentes caseos & dactylos. Ille autem, qui sicut apes laboriosæ, sciebat ex omni parte colligere id quod est vtile, ex eo cepit occasionem maioris modestiæ, & ad sui commendationem & cõpunctionem deuenit vehementiorem: Heu mihi, dicens, ò anima: ecce enim hi quidem barbari vel parui illius nostri fuere memores beneficij, & referre gratiam studuerunt tam præclare & munifice. Nos autem, qui quotidie fruimur bonis creatoris, nullam ei studemus vicissim referre gratiam per mandatorum obseruationem. Quænam ergo de cætero excusatio, quænam nobis dabitur venia? & sic multos dies compungebatur animo. Sed hæc quidem facta sunt à Saba admirabili, cum degeret solus in solitudine.

Contemnit terricula-menta dæmonis.

Illæsus viuit inter feras.

* corticibus leg. nonnulli opinor.

XVI Postea autem accedit ad eum quidam monachus, nomine Anthus, vir amicus virtutis, qui ipse quoq; longo tempore versatus fuerat cum beato Theodosio. Is cum Saba vinculis spiritus tunc colligatus, permansit de cætero ab illo inseparabilis. Cum vero sic essent inter se coniuncti, eos inuadunt quidam Agareni plane barbari, & animo malignissimi: qui quidem volentes honestam accipere occasionem, vt perinde ac iniuria affecti, se viderentur vlcisci, non autem priores facere iniuriam, mittunt ad sanctos vnum ex suis veluti quandam escam, vt si illi vel minimum impetum fecissent in eum, qui missus fuerat, ipsi ambos inuaderent & interficerent. Non enim ex animo illorum, sed ex ipsis vniuersum iudicabant, similiter esse moribus barbaris sanctos existimantes. Illi vero cum periculũ protinus præuidissent, nulla re alia quam ea, in qua sola poterant confidere, nempe precatione, aduersus eos armabantur: & cum simul inclinassent & genua & animos, Deum rogabant ardentissime, vt liberarentur ab illorum insidijs: Hi in curribus, Domine, dicentes, & hi in equis: nos autem nomine tuo iustificabimur. Quoniam non in fortitudine equorum, nec in tibijs virorum delectaris: sed in contritione cordis & humilitate nomen tuum inuocantibus. Sic finem acceperunt eorum preces, & terra dehiscens, quomodo olim Dathan, ita etiam tentatorem illum, qui ad eos missus fuerat, in aliorum conspectu deuorauit. Cum autem illud nouum vidissent miraculum, statim magno timore afficiuntur, & se conijcientes in pedes, longe recedunt. Ab illo vero tempore diuina à superis ad Sabam adueniens gratia, ita eum affecit, vt deinceps nihil faceret barbarorum insidias: & non solum ab eis non vinceretur, sed ne terreretur quidem penitus.

Anthus monachus degit apud S. Sabam.

Psal. 19.

Psal. 126.

Nota terribile Dei iudicium.

Num. 16.

XVII. Sed tunc quidem primum diuinitus hic Sabas euadit notus beato Theodosio, cum eis ad hanc cognitionem Anthus pulchre intercessisset. Deinde autem etiam solitudinem facit Sabas habitabilem, & Lauram in ea construit: quam omnium clarissimam & maximam, & virtus & multitudo eorum, qui in ipsa habitabant, breui tempore effecerunt. Verumenimuero operæprecium est repetere, vndenam & quemadmodum constituta sit Laura, & quisnam locum ostenderit, & mandauerit illic iaci fundamentum. Iam quatuor annos transegerat hic admirabilis Sabas in solitudine. Cum fuisset autem aliquando in excelso illo colle, in quo celeberrimi Theodosij doctrinæ fructum percepisse dicitur beata Imperatrix Eudocia, in consueta precatione pernoctans, videt visionem quandam admirabilem splendore coruscantem & veste lucida, ei ostendentem torrentem, qui à Siloe defluit ad austrum: & denunciantem, vt habitaret torrentis speluncam, quæ vergit ad Orientem: & ei pollicentem auxilium ex sancto, & alimentum ab eo, qui vel ipsis iumentis producit fœnum. Et fuit quidem visio eiusmodi. Ipse autem magna ex visione affectus lætitia, cum statim è colle descendisset, quadam diuina & sapiente prouidentia, tanquam ab aliqua dextera, deducitur vsq; ad speluncam. Quadragesimo itaque anno suæ ætatis cœpit habitare hanc speluncam, quando Anastasius quidem Archiepiscopus Hierosolymitanus, cum implesset decimum annum sui patriarchatus, cum eo vita quoque excessit, sui pontificatus successore relicto martyrio. Zeno vero Imperator Romanorum, interempto tyranno Basilico, cum is viginti menses obtinuisset tyrannidem, rursus accepit imperium.

Lauram condit S. Sabas.

Psal. 146.

S. Sabas in spelunca moratur.

XVIII Cvm hanc ergo speluncam habitasset magnus Sabas, quoniam ea in ascensu magnam habebat difficultatem quando vellet egredi aquatum, (fons enim distabat quinquaginta stadia qui nominatur Heptastomus) ab eo desuper appendens funem, sic suum ascensum & descensum effecit faciliorem. Cum is autem rerum necessarium nullam aliam curam gereret, sed contentus esset herbis, quæ nascebantur propter speluncam, Deus qui mandauit Sabæ, vt subiret speluncam, ipse ea quæ promissa fuerant, deducit ad exitum. Quomodo enim Eliæ prophetæ, qui olim ingressus erat montem Sidoniæ, & seipsum abscondebat: ita nunc quoque mittit ad iustum eos, qui res necessarias erant suppeditaturi, nisi quod ad illum quidem coruum: ad hunc autem, quosdam homines, licet barbaros, mites tñ & moderatos, & qui nihil aliud æque sciebant, ac virtutem habere in honore, qui ipsi quoque tanquam ab aliquo quem non videbant manu ducti, recta perueniunt ad speluncam: & cum per quendam funiculum ascendissent ad Sanctum, vbi viderunt illic vitam plane illaboratam, & nulla omnino supellectile instructam, nec vllis ornatam vtensilibus, virtutem adeo iure sunt admirati, vt magnifacerent vel illius solum seruire ministerijs. Sibi ipsi quidem certe imponunt veluti voluntaria quædam vectigalia, vt certis quibusdam diebus illuc venientes, ad illum afferrent caseum & panem & dactylos, & si quid erat aliud ad vsum necessarium, Deo hæc sapienter contexente & admirabiliter, vt Sabæ minime deessent necessaria, & ijs, qui afferebant, magnam conciliaret mercedem ea suppeditatio. Atque quinque quidem annos sic Saba transegit in spelunca, solus cum solo Deo conuersans, & fruens bono quietis ac silentij. Quinto vero anno iam desinente, simul etiam desierunt in eum maligni artes & machinationes: qui verso tergo turpiter fugiebat cum suis satellitibus & dæmonibus, & nec virum quidem amplius intueri poterat.

ἑπτάστομος, septẽ habens ostia.

3. Reg. 17.

Barbari quidam aliunt eum.

Victus ab illo dæmon turpiter fugit.

XIX. Cvm autem iam sic esset securus à dæmonibus, nec ei molestia afferretur ab hominibus, quietisq; & silentij amator vehemens, attamen cum non solum quæreret quod suum erat, sed etiam curam gereret salutis aliorum, imo vero cum hoc etiam ei iussisset Deus, dedit se solicitudinibus, & priuatus fuit silentio, re ipsa implens id, quod dictum fuerat à Propheta: Conscindite gladios vestros in aratra, & lanceas in falces: iubens ijs, qui ad perfectum boni habitum peruenerant, & iam hostes fugarant ac profligarant, transire ad colendos agros animæ fratrum, nimiũ sylnescentes,

Esa. 2.

uiscentes, eosq; mundanos & reddendos fertiles * fructus spiritus. Agebat autem tunc ætatis annum quadragesimum quintum. Multis vero ex multis locis illuc confluentibus, & maxime quicunq; a mundo, & ab omnibus quæ sunt mundi, recedentes, in monte versari elegerant, admirabilis ille grex celeriter augebatur: beato Saba cum alia gerente eorum cura, aptum quoque locum vnicuiq; deputante ad cellarum ædificationem. Quamobrem videre licebat viros electos septuaginta numero, omnes breui ad ipsum conuenisse, omnes diuinos & a Deo inspiratos, & qui Christi mandata accurate seruabant, implentes quendam secundum chorum septuaginta numeri Apostolorum, aut Angelorum cælestium Dominum laudantium. Inter quos erat quidem Ioannes, qui nouæ postea Lauræ præfuit, erat autem Iacobus quoque, qui Lauram Pyrgiorum ædificauit in Iordane, Firminusq; & Seuerianus. Ex quibus alter quidem ædificauit Lauram, quæ est in Malischa: alter vero monasterium, quod est in Maticha: & Iulianus optima Lauræ, quæ est in Iordane, quæ nominatur Eleeraba. & reliquorum sanctorum catalogus, quorum singulorum catalogus, quorum singulorum meminisse, & eos nominatim persequi, propter multitudinem recusat oratio.

*Fructus. [marginal notes illegible] templo.

Cvm eos ergo omnes diuini Sabæ virtus quauis tuba acutius clariusq; procul inuocasset, ille quoque statuit XX.
maximam Lauram constituere, vt per hanc solitudinem eis compararet supernam Hierusalem. Et primum quidem in colle, qui est in fontibus torrentis, qui sunt ad boream, turrim ædificat. Deinde vero inter torrentem domum excitat oratoriam: & cum in ea sacram mensam statuisset, & templum dedicasset, cum videret ex sacratis aliquem ad eum accedentem, cum faceret in eo diuinum celebrare mysterium: ipse propter magnam in Deum reuerentiam, modestiamq; insignem & humilitatem, rem fugiens, & omnibus modis differens sacerdotium. Cum templum autem sic excitasset, & Lauram illic constituisset, in cura gerenda fratrum deinceps studium & operam ponebat. At vero, vt qui esset acuto & subtili ingenio, & persuasit omnem formam & rationem exercitationis, in illos se admodum apte gerebat & congruenter: alios quidem adhortans, alios vero admonens, alios autem increpans, & omnes, vt semel dicam, generose ac strenue resistere maligni artibus efficiens. & non pusillo & abiecto animo ferre labores solitudinis: neq; in animi cadere angorem, quod quidem aperte est ars maligni: sed spe futurorum confirmari ac roborari. ab angore enim vinci & tristitia, & defatigari in laboribus, est animi plane mollis & effœminati, & qui non habet viriles & generosos spiritus. His & similibus vtens ad eos admonendos, effecit discipulos superiores quauis difficultate, quicquid intercedebat asperum, & vllam afferebat offensionem, dissoluens, & faciens eos maligni tela superuolare, & leuesceis pennas faciens ad virtutem: in rebus autem necessarijs, & quæ visum requirebant incuitabilem, & precibus eos sæpe adiuuabat, & clanculum eis opem ferebat: ne, si plus, quam possent, ferre tentassent, tandem defatigarentur. quod quidem eius signo declarabit oratio.

Missæ celebratio
Pie lare instituit monachos suos

Nam procul quidem a spelunca, vt iam prius diximus, fluebat aqua. Hoc vero male habebat monachos, & in XXI.
ea importanda magna afficiebantur molestia. Ille ergo beatus non sustinens eos videre id tam moleste ferre, se tunc noctu dedens precationi, Deum orauit vehementissime dicens: Domine Deus noster, si res est tuæ ineffabilis sapientiæ prouidentia, si hoc est omnino tuæ bonæ voluntatis & gratiæ, vt præsens locus habitetur, & floreat hominibus sanctum tuum nomen ferentibus, ipse nunc quoq; nos intuere propitius, & alicunde nobis aqua scaturiat ad nos reficiendos & refrigerandos. Sic precatus est, & quidam sonus statim eius pulsat aures. Videbatur autem sonus inferne emitti ex torrente: & cum despexisset, luna iam illustrante terram plenissimo lumine, videt quendam onagrum vngula pulsantem solum & fodientem: Deinde postquam terram satis fodisset & cauasset, ore fossæ impressum bibentem. Ille itaque id, quod erat consentaneum, reputans, Deum ipsos visitasse, statim descendit, vbi vidit onagrum fodientem. Cum autem ipse quoq; parum fodisset, (ô ineffabilem tuam, Christe, gratiam) inuenit aquam, quæ emittebatur ex terræ visceribus: quæ ab illo tempore vsq; hodiernum diem fluit per mediam Lauram, & neq; crescit hyeme, nec deficit æstate: idq; cum hauriatur fere ab omnibus, qui sunt in regione.

Precibus impetrat aquam a Deo.

Rvrsvs vero cum is aliquando solus noctu deambularet circa torrentem, & psalmos caneret Dauidicos, et XXII.
apparet columna ignis apud ipsum præcipitium, quod erat diruptum ad Occidentem torrentis. Videbatur autē columna in terra quidem fixa, capite vero cœlum tangere. Cum ille ergo hoc vidisset, scalæ quæ olim apparuit Iacob, & illius terribilis recordatur visionis: & statim eum inuasit timor commixtus lætitia, vt qui dignus esset habitus rebus tam magnis & tam arcanis. Cum ergo perseuerasset in oratione, donec luceret lux diei, pergit versus Orientem, vbi ab eo visa fuerat columna ignis, & offendit quoddam magnum & diuinum antrum, quod seruabat effigiem templi Dei. Ad Orientem enim erat quædam concha, quæ nō humanæ, sed diuinæ manus videbatur esse opus. In eo autem a tergo erat apertus latus quidam ingressus. Solis vero radius illinc influens, implebat domum copioso lumine, & suauem intus præbebat aerem, & valde bene temperatum, visum implens Theoreticis. Cum hic ergo ædem illam inuenisset diuinam, non manufacta ornatam pulchritudine, & ipse quoque pro viribus in eo artificiose fuisset fabricatus, & naturali pulchritudini adiecisset artis elegantiam, constituit Sabas, vt sabbatis & diebus Dominicis in eo consueta fieret glorificatio. Cum autem vidisset quandam petram, quæ templum supereminebat, ipse quidem eam delegit ad habitandum. Cum vero vellet semper manere in hoc diuino templo, & rursus ne eius quies & silentium conturbaretur, prouideret, illud sua sponte constructum tectum Diaconicum insculpit, & quandam illinc cochleam, quæ sub turre latebat, ædificat vsque ad petram: per quam assidue cum grata quiete & silentio latens veniebat ad ecclesiam. Templum autem consecrare, vt pareat, differebat, vt qui neq; ipse auderet suscipere dignitatem sacerdotij, nec alicui alij ex ijs, quibus præerat, rem permittebat. Ita enim statuebat sacerdotium esse semper monachis causam ambitionis. Atque talis quidem fuit visio: & sic diuinum illud templum Sabæ est reuelatum.

Visio eius.
Gen. 28.
Diuinitus videtur templum diuinitus fabricatum.
Seipsum & suos indignos sacerdotio iudicat.

Cvm autem multitudo monachorum quotidianis cresceret accessionibus, & breui peruenisset ad numerum XXIII
centum & quinquaginta, aucta quoque est ex vtraque parte torrentis cellarum ædificatio, & Sabæ cura & diligentia perfectum est, vt & iumenta ad ministerium, & alia quæ sunt apta ad vsum corporis, possiderent monachi: ne necessariarum rerum indigentia, eis sæpe specie pulchra & honesta esset occasio pergendi ad mundum, neglecta quiete & silentio. Cum ergo eius fama breui tempore in omnem partem peruasisset, multi ad eum veniebant cum multis pecunijs, quod illi præbuissent, hoc solum lucrifacere arbitrantes, & id tuto se habere reputantes. Has autem diuinus accipiens Sabas, non immisit in crumenas, nec abscondit in penetralibus: sed consumpsit ad fabricanda ædificia monachis conuenientia, & ad suppeditanda alia, quæ erant eis vsui: maxime cum etiam Martyrius, qui tunc sedem obtinebat pontificiam, esset in eum optime affectus, & et familiaritate coniunctus, eumq; & reueretur, & in magno honore haberet. Sed cum Patriarcha octauo anni sui Pontificatus è vita excessisset, & Salustius sedem post illum accepisset, iam quadragesimumoctauum ætatis annum agente B. Saba, quidam ex Laura prauis animis menteq; peruersa & libidini, qui plane erant carnes, & vt cū diuina dicā scriptura, spiritū non habebant: qui parū curantes exercere linguā ad canendū cantica Dauidica, eā diligenter exercuerunt, vt mouerent aduersus Præfectū, & pacifica apud eū dicēte (nā hoc quoq; est Dauidis) ad irā dolos cogitabant. Nam cū frumento tēpore et nascuntur zizania, sicut rubus in vinea, & ex discipulis cernitur vnus proditor, & Elisei discipulus erat Giezi, & Esau cum Iacob fuisse frater, & Cain Abelis.

Monachi sub Abbate Saba Multa ei pecunia donatur
Anno 485
Martyrius Hierosolymitanus Episc. moritur
vide Niceph. in Catalogo.
Psalm. 34
4 Reg. 4
Gen. 25 & 4.

Seditiosi ergo isti (oportet n. non ex nominibus sed ex studijs potius illos vocare) mala meditantes aduersus diuinum Sabam, veniunt in sanctam ciuitatē, & ad Salustium Episcopū linguis dolosis, aut, vt melius dicam, cordib.

accedentes

accedentes eum quærebant, qui esset præfuturus. Ille autem cum esset sapiens, & aures nō haberet faciles, nec ea admitteret, nisi prius examinata, accurate rogauit, quinam essent & vnde. Illi vero dicebant se habitare propter quendā torrentem, & illic peragere certamina exercitationis, celantes nomen Sabæ. Sciebant enim eum ex virtute notum esse omnibus: quomodo ipsi studium ponebant, vt ex vitio cognoscerentur ab omnibus. Cum ij autem sæpe rogarentur, vt dicerent cuiusnam esset torrens, & quomodo vocaretur, cum non possent effugere interrogationem: Qui ab aliquibus, dixerunt, vocatur torrens Sabæ. Ille autem, cum intellexisset eum esse Præfectum, aduersus quem isti struebant calumniam, rogauit rursus, Vbi est hic Sabas? Illi vero mittentes respondere ad propositum, (ô arrogantiam & amentiam) dixerunt eum non posse sufficere curæ de tam multis suscipiendæ, propter simplicitatem nimiam & rusticitatem: lenitatem illius & moderationem, simplicitatem vocantes improbi, eo quod nollet hic populus, vt admirandus dixit Esaias, aquam Siloe, quæ fluit silentio. Porro autem illud quoque addiderunt accusationi, nempe nimiam in suscipiendo sacerdotio cautionem, dicentes neque ipsum velle esse sacerdotem, neque alteri, vt fiat sacerdos, concedere. Sed hæc quidem illi.

Calumniātur quidā S. Saba apud Episcopum Hierosolymæ.

Esa 8.

XXV. QVIRICVS vero quidam sacerdos, & virtutis amator ardentissimus, cum tunc adesset apud Episcopum, & quæ dicta sunt audiuisset, Quid vero, inquit, vos primi Sabam suscepistis, an ille vos? Cum illi autem respondissent, illum quidem ipsos suscepisse & congregasse, eis vero regendis eum minime nunc sufficere, qui in magnam creuissent multitudinem, cum esset agrestior & simplex: Excipiens rursus Quiricus: Si ille, inquit, vos ab initio congregauit, & locum qui erat desertus, construxit ad habitandum: quanto magis & ipsum locum iam constructum & habitatum, & vos qui in vnum estis congregati, erit is aptus ad regendum? Cui enim in iis, quæ erant magis difficilia, opem tulit Deus, ipse etiam omnino adiuuabit in iis, quæ sunt minus laboriosa, & facilem ei reddet præfecturam & administrationem. Ad hæc illos, qui pacem oderant, cum quibus erat Sabas pacificus, & clam de proximo illiberaliter detrahebant, cum nihil possent respondere, tunc dimisit Episcopus. Considerate, inquit, in præsentia: crastino autem die accuratius de his inquiremus. Et statim quidem accersit beatum Sabam, nescientem cur esset accersitus. Porro vero eos quoque adducit, ad probandam, vt putabat, suam accusationem, & ad expellendum Sabam à rectione: vt autem rei ostendit exitus, ad ora potius eis obstruenda, & omnem auferendam sermonis occasionem. Nam postquam adstiterunt, tectus ille & incorruptus iudex, nihil illis omnino dicens, non arguens, neq; alio egens testimonio, vt qui de virtute Sabæ optime esset certior factus, & ab ea iā esset satis persuasus, eum quidē ordinat sacerdotē in conspectu omniū: hac autē apud eos vtitur admonitione: Ecce, inquit, habetis vestrū patrem, & Lauræ vestræ Præfectum, quem Deus desuper, & non homo, elegit. Nos vero solum Spiritu sancto manus cōmodauimus, non ipsum, sed nos potius ipsos afficientes beneficio. Sic dixit: & cum statim assumpsisset beatum Sabam, & ipsos seditiosos, & pium ac religiosum, qui tunc aderat, Quiricum, cum eis in Lauram proficiscitur: & primumqu dē sanctum illud tēplum consecrat: Deinde etiam aram in eo constituit, & gloriosorum Christi martyrum illic multas recondit reliquias.

Defendit partes S. Sabę Quiricus sacerdos.

S. Sabas ordinatur sacerdos.

Obserua de cōsecratione templi cum reliquiis.

XXVI ATQVE tunc quidem agebat Sabas quinquagesimumtertium annum suæ ætatis, quo tempore Anastasius quidem sedem tenebat imperatoriam, cum è viuis iam excessisset Zeno. Eodem autem anno ad Lauram accedit vir quidam diuinus, quem dona decorabant spiritualia, genere Armenius, nomine Hieremias: quem duo quoque sequebantur discipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoscebantur eius vitam aperte referre & exprimere. Ex his vero Paulus cum longo tempore in Laura fuisset superstes, & admirabilis Sabæ rerum gestarum accuratam accepisset experientiam iis quoque, qui sunt eum secuti, multa narrauit: quorū plurima sita sunt in præsenti Sabæ vita. Cum hi ergo ad Laurā accessissent, magnā ex iis voluptatē accepit B. Sabas: & tunc paruam cellā ad borealē speluncæ partē, in qua ille prius versabatur in exercitatione, quando solus torrentem incolebat, eis tribuit, & eis paruum reliquit oratorium, vt diebus Dominicis & sabbatis sua lingua consuetam peragerent glorificationem: ex quibus etiam auctum est in Laura genus Armeniorum. Cū itaq; Hieremias & qui cū ipso erant, ita ventitassent ad Lauram, diuinus quoq; Episcopus & silentiarius Ioannes, eorū vestigia sequens, eodē accedit, iam agens tricesimumoctauum annum ætatis: cuius angelicam in carne vitam, in suum tempus reseruat oratio: in præsentia autem immorabor in bonis B. Sabæ. Hæc enim de eo dicit insignis ille virtute Ioannes, qui fuit ipse quoq; vnus ex monachis Lauræ, quod illi quidē magno esset studio, vt se in omnibus gereret sicut magnus Euthymius, & eius vteretur vita tāquā exēplari aliquo.

Anno 492.

Ecce quanti viri secuti sunt eius vitę institutū.

XXVII CVM itaque soleret Euthymius quartodecimo Ianuarij semper proficisci in vastam solitudinem, & illic versari in diuinis diebus ieiuniorum, nulli se videndum præbens, & neminem alloquens, hoc quoque solebat B. Sabas facere consequenter, tempore solum parum mutato: quandoquidem ille quartodecimo, sicut diximus, hic autem vicesimo die mensis secedebat. Nam post diuini Antonij memoriam, magni Euthymij diem festum vicesimo die mensis celebrans Sabas, sic se conferebat ad solitudinem, & illic morabatur vsque ad festum Palmarum, non secus atque ille, se purum conseruans ab omni humana congressione. Et sic quidem semper faciebat vnoquoque anno vertente. Cum mortuum autem mare aliquando obiret, & in eo paruam quandam vidisset insulam admodum desertam & horridam, eius quidem statim captus fuit amore: animum vero induxit, in ea perferre dies ieiuniorum. Inter eundem autem dæmonis inuidia cecidit in quandam fossam, quæ ex fornace cum igne emittebat caliginem: fuitque ei vultus & barba exusta, & multæ aliæ partes corporis, adeo vt cum multis post diebus rediisset ad Lauram, signis tantum suorum morum & voce, iisque valde exiliter & obscure, agnosceretur, eius omnino mutata, barbaque effecta rariore. Nam nec loqui quidem omnino poterat, donec vis quædam diuina eum visitans à superis, ei vires immisit aduersus malos spiritus, infirmumque & languentem renouauit ac recreauit. Propter barbæ autem rarefactionem Deo quoque Sabas egit gratias, vt qui modestiæ ei causam præbuerit, ne propter barbæ densitatem sibi nimis placeret.

Quadragesimā diē ieiuniorū diuinitus. Festū S Euthymij.

Inuidia maligni dæmonis.

XXVIII PORRO autem hoc quoque de eo dictum est à B. Ioanne, quod rursus quidem vertisset annus: ille vero cum assumpsisset vnum ex discipulis, cui nomen erat Agapetus, pro more exibat in solitudinem. Non multi itaq; dies præterierant, & Agapetus quidē cum se somno dedisset, supinus iacebat, confectus labore & inedia: Vigilans autem Sabas, & vacans orationi, videt quendā leonē iacenti discipulo adstantem, & occulti leonis imaginem quodammodo referentē: & deinde ipsum in orbē obeuntē, & omni ex parte odorantem. Ille vero cum hoc vidisset, valde suo timuit discipulo, & cor eius cœpit vehemēter trepidare, & pro eo ardētē fudit precationē: & statim * fuit leo tropheū orationis, & se proripuit in fugā, discipulo nihil læso, nisi q̄ cauda solū sēsim eius vultū percussit, & eū à sōno excitauit. Atq; ille quidē apertis oculis cū vidisset leonē, caligās, cōfugit ad Sabā: Is autē primū quidē cū metu liberat: deinde etiā admonet ne tā facile vincatur à sōno & socordia, ne capiatur ab his feris, & multo magis ab iis quæ sub obtutū nō cadūt.

* *fugit*

Oratione fugat leonē a discipulo S. Sabas.

XXIX IAM vero hoc quoque rebus Sabæ addit præclarus Ioannes, quod cum de more esset iturus in vastam solitudinem, Agapeto pellem tradit ouilam, & panes siccos eius visum. Nam ipse Sabas toto ieiuniorum tempore erat ieiunus, nihil omnino cibi attingens, nisi quod sabbatis & diebus Dominicis diuina sumebat sacramenta. Ineuntes autem viam, quæ ducit ad Iordanem, & eius eam partem, quæ vergit ad Septentrionem, inueniunt locum quendā præruptum & præcipitem, in cuius cacumine erat quædam spelunca aditu difficilis: ad quam cum non sine maxima difficultate peruenissēt, Deo vtriq; Sabā ad hāc latēter attrahēte, inueniūt quendā monachū, qui vtebatur vita ab omni præparatione aliena, & plane anachoretica: erat vero is dignus habitus gratia perspiciendi. De more ergo factis preci-

Vide sancti viri admirandam inediam.

bus, cum

bus, cum sermones cœpissent conferre, rogauit, iudicans, Sabam anachoreta cum admiratione, etiam nomine eum dicens: Vnde nam, dicens, motus, ò admirande Saba, aut quonam tibi locum indicante, ad nos venisti? Ecce enim iam Dei gratia hic annos egi quadraginta, duobus solum demptis, & cum nullo homine non modo sum locutus, sed ne vltum quidem adspexi: quod me quidem magna afficit admiratione, quonam modo ipse, aut vnde motus, huc veneris. Beatus autem Sabas excipiens, Deus, inquit, qui meum nomen tibi notum reddidit, is quoque me in eam, quæ huc fert, viam, quomodo ipse scit, deduxit. Cum hi ergo sermones inter eos essent habiti, & anachoretæ dixissent ea, quæ consueuerunt, egressi sunt. Cum autem se satis longo tempore contulissent ad lustrandam solitudinem, reuertuntur vt visant anachoretam, & rursus benedictionem ab illo consequantur. Ingressi itaque speluncam, vident eum genibus flexis iacentem ad Orientem. Existimantes vero eum vacare solitæ orationi, diu expectauerunt. Cum autem iam esset tempus vespertinum, & ipse adhuc humi iaceret, dicit beatum Sabam accedentem dixisse, Commenda nos Christo, pater. Cum vero ne sic quidem respondisset, sed longum illud silentium in aliam adduxisset opinionem, accedens Sabas & tangens, inuenit eum iam expirasse. Conuersus itaque ad eum, qui sequebatur, discipulum: Adesdum, inquit, ò fili, sancti componamus reliquias. Ad hoc enim fortasse nos Deus conuocauit. Hæc Sabas quidem dixit discipulo, & cum iusta fecissent mortuo, & quæ de more cani solent cecinissent, & eum sancte & honorifice composuissent, deposuerunt in quadam parte speluncæ, magnis lapidibus aditum obstruentes. Deinde illinc recesserunt, & pridie Palmarum, vt solebant, ad Lauram sunt reuersi.

Anachoreta 38 annis nullum vidit hominem.

Eum vita functum Sabas cum discipulo sepelit.

Sed hæc quidem sunt, quæ de beato Saba facta esse in solitudine, tradidit hic præclarus Ioannes. Eodem autem anno, in quo & aucta est Laura, & diuinum illud templum fuit consecratum, & Sabæ fama manabat in omnem XXX.
partem: accidit vt ex parentibus, qui, vt prius à me dictum fuit, erant Alexandriæ, pater quidem è vita præclare excederet in insigni numero Isaurorum: mater vero Sophia cum ante oculos vidisset mortem mariti, & alioqui eam valde traheret fama filij, venditis facultatibus, continuo venerit ad filium, magnam vim auri afferens. Quæ quidem cum eum libenter adspexisset, & libentissime apud eum diuersata esset, ei persuadet filius, vt omnibus quæ sunt mundi renunciet, & veluti magnam & filio dignam, quod illum in mundum produxerit, ab eo accipiat mercedem, nempe ab hoc mundo separationem. Deinde paulo post mater quoque decedit in filij suauissimis manibus, iam prouecta ætate, & vitæ ex Deo agendæ institutionem studiose & acriter persequens. Sed eam quidem sepelit sanctus Sabas, & in communi omnium sua te condit venerabiliter: illius autem pecunias omnes Deo consecrat, eas opportune & vt par erat expendens. Lauræ enim hortos & habitacula ac diuersoria per eas comparat. Quorum alterum quidem construxit apud Hiericho, alterum vero apud ipsam Lauram ædificauit ex ipsis fundamentis: vt illud quidem viatores, hoc autem monachos reficeret & recrearet.

Mater eius decedit.

Operæ pretium est autem, ne illud quidem prætermittere, quod accidit in ædificando illo in Laura diuersorio. XXXI.
Vnum enim ex monachis miserat Hiericho Sabas admirabilis, vt illinc quandam exportaret materiam Lauræ iumentis. Ille vero feruente Sole torrefactus, laborabat siti vehementissima, & iacebat in via iam deficiens: est enim via admodum deserta, & plane aquæ expers. Cum tandem autem illi venisset in mentem beatus Sabas, diuinas illius preces tanquam aliquod sitis medicamentum implorabat: & statim, qui in columna nubis deduxit Israelem, ei quoque expandit nubem aquam parturientem, & cum quodammodo tegentem, & instar roris refrigerantem, & ei vires addentem. Sicque desuper nubem habens sequentem, venit in Lauram. Sed hoc quidem vel ab absente Saba factum est miraculum: persequamur autem, quam cœpimus, narrationem.

Exod. 13. ... sum ... ud vulgate.

Cum solitus esset magnus Sabas iis, qui à viris bonis desiderantur, diebus ieiuniorum peregrinari, sicut diximus, venit ei aliquando in mentem collem quoque habitare, qui dicitur Castellium: qui quidem distat à Laura viginti stadijs: ad eum autem hominibus propemodum nullus patet aditus, tam propter multitudinem dæmonum, qui eum incolunt, quam propterea, quod sit locus valde asper & agrestis. Cum in eo itaque colle fuisset, & Crucis oleum tanquam terrorem aliquem inexpugnabilem in omnem partem diffudisset, & altissimum esse suum statuisset refugium, collem habitauit toto verno tempore ieiuniorum. Sed primum quidem graue bellum quotidie in eum excitabatur, & iam vehementer eum aggrediebantur dæmones, & tanta in eum mouebatur tempestas, vt continentibus malis propemodum fractus & defessus esset exercitator, & iam consideraret, quomodo è colle excederet. Sed qui olim magno apparuit Antonio, ipse quoque Sabæ nunc apparens, & eum bono iussit esse animo, & aduersus malignam illam cateruam tantum ei dedit audaciæ, vt nec possent quidem illum amplius videre orantem: sed hoc satis esset ad eos fugandos, si ille solummodo conuerteret ad orationem, & hymnos ad Deum lingua sua attingeret. Hinc factum est, vt iusto Sabæ cor esset hilare, & tranquillitate impleretur animus. XXXII.

Dæmonum improbitas.

Mira vis precum S. Sabæ.

Itaqve circa finem ieiuniorum cum vir diuinus noctu aliquando vacaret orationi, rursus illuc aduentat XXXIII.
maligna illa caterua, vltimam afferens tentationem. Et repente quidem strepitus faciebant: & terrores intentabant: & partim quidem in serpentum & ferarum, partim autem in coruorum figuram mutabantur, & sic conturbare sanctum, & ei terrorem incutere conabantur. Cum is autem fortiter & constanter perseueraret in oratione, neque illi quicquam omnino possent efficere, tunc vel inuiti se fatentur esse victos: & (ò violentiam) humana vt poterant voce exclamantes, deinde hæc quoque vociferantes: Quid, dicebant, ò Saba, non sufficit tibi torrens? Non satis est tibi spelunca, & petra, & alia solitudo, quam obiisti & reddidisti habitabilem? sed nunc quoque ascendisti nostros fines, & ex iis, quæ sunt nobis propria, nos contendis expellere? Ecce & monte, & tuis tibi montibus cedimus, cum talem, vt videmus, adiutorem habeas, nempe Deum. Vbi hæc cum magno eiulatu inuerecunda illa & impudens visio, & alia eiusmodi deinceps dixisset, & quodammodo suam cladem deplorasset & calamitatem, cum magno tumultu circa mediam noctem è monte exierunt, coruis similes, & absonum & grauem quendam strepitum edentes. Hoc ipsum quoque obstupefecit pastores, qui pascebant greges circumcirca in montibus: sic, vt ego quidem existimo, diuina dispensante gratia, ne sint testes essent, quæ sunt huiusmodi. Nam cum ii sensissent strepitum coruorum, & illorum clamores, & repleti essent timore, mane congregantur ad collem, vt scirent quæ iam essent, ea, quæ facta fuerant: trepidique & timore affecti Sabam conuenientes, ei renunciant omnia, quæ noctu viderant & audierant. Ille autem cum eos vidisset tanto metu affectos, & adeo perturbatos, illam ab eis expulit timiditatem & animi anxietatem, & eorum, qui conciderat, animum recreauit. Deinde cum eos iussisset esse bono animo, eisque benedixisset, & pro eis esset precatus, eos dimisit in pace.

Dæmones se ab illo victos fatentur.

Vident dæmones in forma coruorum pastores ouium.

Cvm iam autem præteriisset tempus ieiuniorum, reuertitur quidem diuinus Sabas in Lauram, vt solebat. XXXIV.
Cum præclarum vero Paschatis festum præclare in ea celebrasset, quibusdam secum assumptis fratribus, venit in Castellium, collemque repurgauit, & quæ erat in eo materia, vsus est ad cellas ædificandas. Interim autem dum cum fratribus intentus erat operi, inuenitur domus cuiusdam in mundo splendidi, ex pulcherrimo lapide constructa, tecto excelsa, magnitudine ampla, ornata copiosis gratiis & elegantiis. Cum eam ergo inuenisset diuinus Sabas, & ipse quoque eam reddidisset elegantiorem, ex ea diuinum templum effecit. Hinc arbitratus fore, vt res ei succederet ex Dei voluntate, statuit plura ædificare habitacula, & locum redigere in cœnobium. Cum is autem sic cum suis laboraret in iis ædificandis habitaculis, eorum vero quæ sunt necessaria, nullam curam gereret, & quorum est hominibus vsus

Paschatis præclarum festum.

bus vsus ineuitabilis, Deus cui gratum erat locum ædificari, & cuius est præceptum, ne soliciti simus quid comedamus & quid bibamus: qui est vel ipsa matre nostra amantior, & maiorem nostri curam gerit, quam ipse pater. ipso viro longe optimo Marciano, etiam ad id ferentem, immittit visionem, qui ipse quoque præerat iis, quæ sunt in * Bethleem cœnobus, & rursus curam gerebat eorum, quæ erant vbique, cœnobiorum.

Matth. 6.

XXXV. VIDET ergo is noctu veluti angelicam & alienam formam, quæ suauissimum & pulcherrimum emittebat splendorem. Videbatur autem hæc quoque ei dicere: Tu quidem, ô Marciane, sine molestia & labore pernoctas, vt qui nullo indigeas ex iis, quæ ad corpus conferunt: Dei vero seruo Sabæ, qui propter multam in Deum charitatem in Castellio cum fratribus multos labores sustinet, rerum necessariarum magna est inopia, nec est vllus, qui sit vel paucis eos imperititurus ex iis, quæ ad vsum pertinent. Eum ergo impertiis, quæ habes, nihil omnino differens, ne adhuc maiore premantur indigentia. Et hæc quidem visio: Marcianus autem protinus nihil cunctatus, mittit ad Sabam multa necessaria, iis, quæ monasterio seruiebant, iumentis vtens ad ea exportanda. Ille vero, cum ea, quæ missa fuerant accepisset, & quænam missionis esset causa, didicisset, hoc quoque duxit esse signum, quod ædificationi & habitationi loci Deus faueret: & simul quidem vehementius Domino egit gratias, & cœnobij ædificationem vrsit vehementius. Deinde postquam fuit finitum, in monasterio collocat multitudinem electorum monachorum, Paulum quendam, qui anachoreta fuerat longo tempore, cum Theodoro discipulo præficiens eorum administrationi. Sed cum Paulus paulopost è vita excessisset, Theodorus suscipit omnem rerum administrationem, & fratrem Sergium, & Paulum auunculum cooptat in monasterium, qui & ipsi Castellio postea præfuerunt: eisque commissus fuit pontificatus Ailæ & Amathuntis.

Visio Marciani cuiusdam
Congregat multitudinem monachorum in recens extructo suo cœnobio S. Sabas.

XXXVI. ATQVE Sabæ quidem magnæ erat curæ, vt, quos esset plantaturus in cœnobio Castellij, & prouectæ essent ætatis, & monasticam viuendi formam accurate tenerent. Nulli autē ex mundanis, & iis, qui recēs aduenerāt, cōcedebat habitare in Castellio: sed paruo cœnobio ad Lauræ borealem partē exstructo, cū ei præfecisset viros industrios & sobrios, & quorū fidei credi possent fratrū animæ, hoc habitādū tribuit iis, qui è mūdo recens ventitabāt, donec ipsum Psalterium didicissent, & se exercuissent in alia monachorū vitæ institutione. Dicebat enim oportere monachū, qui degit in cella, esse studiosum, discernendi potestate præditū, sobrium, moderatū, tēperantē, aptū ad docendū: nō autē indigētē doctrina aliorū, qui posset & sua mēbra refrenare, & mentē tuto custodire. De eo enim dicebat dictū fuisse à Dauide: Dominus habitare facit vnius moris in domo. Cū autē vidisset hic diuinus pater, eum qui renūciauerat, & regulā monasticæ institutionis accurate didicisse, & mentē suam recte posse custodire, & aduersus contrarias depugnare cogitationes, & è mente sua expulisse oēm rerū mundanarū memoriam, ei præbebat cellā in Laura, si corpus haberet infirmū & imbecillū. Si vero esset fortis & robustus, ei iubebat cellā ædificare, hoc dicens & asserēs, quod si quis in eo loco cellā ædificaret, aut superædificaret, is tēplū Dei esset ædificaturus, illiq; & ipsi par futura esset merces. Nulli autē imberbi omnino licebat Laurā ingredi, propter eas, quæ ex maligno oriebātur offensiones, sicut iā ante declarauim*. Dicebat enim diuin* Sabas, hoc ab initio traditū fuisse à * parētibus: & propter illud ipsū, parē modū ab eo esse seruatū: Quoniā quādo, inquit, veni ipse ad magnū Euthymiū adhuc imberbis, volēs in Laura habitare, nō fui admissus, sed miss* fui ad B. Theoctistū. Dicebat enim esse valde periculosū, adolescētes & pueros simul habitare cū viris solitariis.

Monachus solitarius qualis esse debeat.
Psal. 67.
for * *patribus*
Periculosū est adolescētes & pueros habitare cū solitariis.

XXXVII. EANDEM ergo formam seruans diuinus quoq; Sabas, si quem ex iis, qui mundo renunciabant, viderent eiusmodi, cui scilicet facies nondum esset tecta pilis, cum mittebant ad illum, qui mihi dictus est superius Theodosius: qui quidem iam recesserat ab Ecclesia, quæ dicta est Cathismatis, & in parte Lauræ, quæ vergit ad Occidentem, constituerat monasteriū, quod vitæ cōmuniter degendæ conueniebat, distans à Laura trigintaquinq; stadiis: qui eos, qui mittebantur, lubēter admodū excipiens, omnibus modis studebat eorū curā gerere, ei qui miserat, gratificans: erant enim magno inter se amore cōiuncti diuinus Sabas & hic B. Theodosius: & vterq; alterius voluntatē præferebat voluntati suæ, immo vero voluntatē alterius putabat esse suam: cū Christi amor sic eos coniunxisset, & vt idē sentirent, eis persuasisset. Hoc autē erat omnium sermone celebratū, & aliud par Apostolicū ab Hierosolymitanis iudicabantur, atq; nominabantur. Eis ab Archiepiscopo, à Salustio, inquam, qui erat in Christo consummandus, mandata fuit præfectura vniuersi cœtus monachorum, non quod ipsi eam rem concupiuissent, sed potius electi fuissent à monachis, & præmiū virtutis eam accepissent præfecturā. Quonā modo autem ad hanc administrationē peruenerint, dicā paucis.

Theodosius S. Sabæ maxima charitate coniunctus.

XXXVIII. CVM Elpidius & Elias, successores magni Passarionis, è vita excessissent, consequenter ad Lazarum transit administratio. Sic etiam ad Gerontium. Qui cum decessisset, Anastasio cura fratrum committitur. Cum ij ergo, Lazarus, inquā, & Anastasius, præessent administrationi, res monachorū erāt admodū turbulentæ, & maximis agitabātur fluctibus. Cū hi ergo, quos diximus Lazarus, inquā, & Anastasius, monasticæ perfectionis paruā aut nullā curā gererēt, ad quasdā autē mundanas curas & pecuniæ emolumenta tota mēte & anima cōuersi essent, maxime cū Anastasius tūc post Zenonē suscepisset imperiū, & schismata cū summa impudētia & licētia loquerētur aduersus Ecclesiam: Cū tūc ergo diuinus Salustius (erat autē is Patriarcha Hierosolymitanus) statuisset liberare fratres ab illa tēpestate, primū quidē cōstituit, vt qui iā à me dictus est, Marcianus eis præesset, & eorū susciperet rectionē. Cū autē intercessisset aliquātū tēporis, ægrotabat quidē diuinus Salustius, & corpore erat male affectus: ad eum vero conueniunt omnes, qui erāt in solitudine: ipse autē cōmuni suffragio eorū, qui simul cōuenerāt, statuit vt monasteriis, quæ erāt circa sanctā ciuitatē, præessent Sabas & Theodosius, ij, quos præsens vobis ostendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodosius quidem iis, qui communiter viuebant: Sabas autem iis, qui cū nemine congrediebantur, & erant omnino separati, præerant.

Salustius patriarcha Hierosolymitanus quid prescriberit monachis.

XXXIX. POSTQVAM autem Salustius migrauit ex hac vita, Elias quidem, cuius sæpe memini in vita magni Euthymij, in sedē illius euehitur. Statim vero omni studio cōtendit, vt circa se cōgregeret bonos monachos sanctæ resurrectionis, circa turrim Dauid dispersos in aliquibus cellis. Monasterium quidē certe cōstruit apud Episcopatū, & cellas ædificat ad illos excipiendos, & vnicuiq; eorū, qui conueniebāt, abūde suppeditat ea, quæ erāt necessaria. Cū hi ergo oēs monachi illic cōgregarentur, diuinissimus Sabas rursus emēs multas cellas, in quibus illi prius habitabāt adiecit eas ad illos hospitio excipiendos, qui veniebāt ad Laurā: erāt enim ei proximæ. Cum in his autē occupatus esset Sabas, & alias quidē haberet, alias vero esset habiturus, in eo fit quoddā miraculū, magnū quidē, & quod est consentaneum esse incredibile, & admirabile quidē & cōtra opinionē, sed ab eius virtute minime alienū. Nā emerat quidē, vt dixim*, multas cellas: volebat autē alias quoq; emere, quæ erāt etiā propinquæ Lauræ, & suo instituto vtiles: sed auri indigētia obstabat volūtati: & cū earū acquirēdarū ardētissimo teneretur desiderio, nō habebat tamē manū, quæ ei opem ferret. Nihil enim ei reliquū fuerat, nisi dimidiū numismatis. Sed ille, vt qui Dei sciret copias sapiētiāq; & ad omnia fortitudinē, & illi permisisset vniuersū, id quod tūc habebat cellarū domino dedit tāquā arrhā, pactus quod nisi die sequēti solueret reliquū, id etiā perderet, quod soluerat. Atq; ille quidē cū sic cōuenisset cū monachis, solū ad illā intuebatur dexterā, quæ nō potest * examinari. Venit autē mane quidā hospes omnino ignotus: & cū nihil dixisset, aut ab eo rursus audiuisset, dat ei cētū & septuaginta aureos. Quos cū dedisset, cōtinuo recessit, nec quo nomine quidē vocaretur, ei significans. Cum vero statim coniecisset Sabas, vndenam & quam prompta fuisset eorum, quæ data erant, suppeditatio, & eam à Deo esse profectam aperte cognouisset, protinus & precium soluit cellarum, & alteram domum ædificauit ad excipiendos monachos, qui veniebant peregre. Quinetiam Castellio duo præterea acquisiuit habitacula,

Anno 492. teste Baron. et Elias succedit: hinc futurum Episcopum Hierosolym. iam ante prædixerat Euthymius vti habes in eius actis 20. Ianuar.
Magna Sabæ fiducia in Deum.
for * *examinari*
O... admirandā.

vnum

vnum quidem in sancta ciuitate, non multum distans à turre Dauid: alterum autem in Hiericho.

ACREM itaque eius in his rebus zelum adhuc magis amplificans Dominus e superis, duos quosdam ... dum carnem fratres, genere Isauros, nomine Theodulum & Gelasium, qui ipsi quoque erant artifices sicut ... Beseleel & Eliab, architectos noui tabernaculi, mittit ad nouum hunc Moysem. Quibus ille vtens opificibus ædificiorum, adstruxit quidem quæcunque in Laura adhuc deerant: construxit vero circa eam quoque monasteria. Deinde ædificat etiam domum ad panem faciendum. Fabricatur etiam nosocomium, & aquarum quoque receptacula construit propter torrentem. Quoniam autem neque quod et prius apparuerat à Deo conditum templum, synaxi fratrum sufficiebat: & rursus multitudo Armeniorum, oratorij exposcebat magnitudinem, alteram ædem excitat diuinus Sabas ab ipsis fundamentis, quæ ornatu & magnitudine nulla erat altera inferior: eamque Deo consecrat: quæ quidem cum ab Elia, qui tunc Ecclesiæ præerat, de more fuisset dedicata, illas quidem sacras fratrum synaxes illic iubet deinceps peragi: Armeniorum autem multitudinem transfert in illud diuinum templum, adeo vt Christianis quidem consueta glorificatio, & ipsa Euangelij lectio, quæ fit iis qui sunt præsentes, proprio eorum sermone impleretur: simul vero cum aliis diuina sumerent sacramenta, & fieret omnibus communis eorum participatio. Quoniam autem quidam, sequentes inanem vocem Petri cognomine Fullonis, (qui eadem sentiens, quæ Eutyches, cum Antiochenam sedem impie inuasisset, sæpe fuit expulsus à sacris vestibulis) angelico ter sancti hymno inserebant, Qui propter nos fuit crucifixus, diuinus Sabas adulterinam hanc tollens nouitatem, aliam quidem sacrorum hymnorum consequentiam, (quandoquidem sciebat eam recte prosequi Armenios) permisit eis solita voce canere: solum vero hymnum trisagium sanxit canere lingua Græca: hoc quoque præterea præcipiens, vt die quidem sabbati in templo speluncæ, diebus autem Dominicis fierent synaxes in templo Deiparæ: in aliis autem Ecclesiis, & Dominicis & insignioribus festis magis solennibus, à vespera vsque ad mane producerent vigilias.

Exod. 31.
Multa ædificat S. Sabas in vsus monachorum.
Petrus Fullo sectator Eutychetis. Trisagion Græce canere iussit Sabas, vt omnino posset longe abesse à Catholicis hymnum illud cum tum, quam docuisset Petrus Fullo, quæ canendi consuetudo etiamnum in Occidentali Ecclesia Parasceues tempore perdurat. Vide Baron. an. 492.

CVM sic ergo se gereret Sabas, & Lauram & Castellum quotidie augeret ædificiis, & fratrum accessionibus, XLI.
hi qui fuerant prius eius discipuli, deinde, vt iam ante diximus, calumniatores, non ferentes Lauram videre sic florentem: sed etiam adhuc maiore inuidia flagrantes, & cum aliis fratribus conspirantes & mala synagoga effecti circiter quadraginta, dolos aduersus sanctum consuebant, & omnibus modis parabant insidias. Hoc autem cum cognouisset ille mitis ac mansuetus, & eius qui vere est pacis author & legislator germanus discipulus, quod prius in diuinis, hoc in hac re quoque facit. & ne esset fratribus causa offensionis, non solum despicit cibum, vt vult Apostolus, sed etiam ab illa ipsa Laura recedit. Didicerat enim Sabas pugnare quidem cum dæmonibus: hominibus autem secedere. Hoc vero faciebat, tum improbos quidem pudore afficiens lenitatis suæ exuperantia: tum autem illo discessu inuidiam consumens & tabefaciens: ostendensque nullam rem propriam esse ei curæ: sed Dei causa omnem laborem suscipere, & fratrum vtilitatis. Hac de causa facile quidem recedit, & venit ad partes Scythopolis: manet vero in quodam loco, qui erat quidem desertus, vocabatur autem fluuius Gadarorum.

1. Cor. 8.
S. Sabas cedit quorundam fratrum inuidentiæ.

DEVS autem, cuius causa hæc Sabæ acciderant, Sabam non habuit despicatui: & ipse quidem subit speluncam quandam, sitam propter flumen: in ea autem habitabat leo insigni magnitudine. Cum in ea ergo versaretur, & post preces se sopori parum dedisset, ad eum media nocte accedit fera illa terribilis: cumque eum sensim veste apprehendisset, eum foras trahebat, & quodammodo iubebat eum exire e spelunca. Ille ergo excitatus, & illius conspectu minime conturbatus, nocturnos hymnos protinus est aggressus. Leo vero (o magnam in Saba operationem spiritus) statim extra recedens, dum preces fierent, expectabat. Peractis autem precibus, ille quidem humi sedens, vbi solebat leo decumbere, paululum requieuit. Is autem adueniens, eum trahebat similiter, & tentabat eum e spelunca expellere. Quid deinde consequitur? Non amplius obscure gratia cum Saba versabatur, sed aperte ostendebatur: quomodo olim Abrahæ, cum quauis calamitate reddens superiorem, regibusque & tyrannis ipsis insigniorem, etsi esset exterus, & hospes, & nullam haberet ciuitatem. Sic in hoc quoque loco Sabam, non solum dæmonibus, vt vobis sæpe ostendit oratio, sed etiam belluæ maxime horrendæ, venerabilem reddidit & terribilem. Nam cum leo sic eum contenderet expellere, & vehementer instaret, & Sabam vt traheret, ille labiis sensim apertis, O fera, inquit, hæc quidem spelunca ambobus, si velis, sufficit ad habitandum. Tibi vero si hoc non videtur, at tu mihi potius cede spelunca: ergo enim Dei manu sum formatus, & eius sum honoratus imagine. Hæc admodum leniter & placide dixit Sabas, & fera perinde ac sermonem reuerita, statim abiit, Sabæ cedens spelunca & cubili.

XLII.
Habitat in spelunca.
Nota Lector.
Gen. 13. 14. 20. & 21.
Vincet vi se gerat erga feram bestiam.

CVM sit ergo illic versaretur, multi ex finitimis ad eum ventitabant, & maxime quicunque habitabant Scythopolim & Gadara: eos enim vndique vocabat illius fama, non secus atque clara tuba, virum velut præconio prædicans. Quo quidem in loco quidam ex Scythopolitanis genere clarus, iuuenis ætate, nomine Basilius, à Deo motus ad ea quæ sunt honesta, cum humana omnia iussisset valere, ad ipsum accedit & Deum. Et ille quidem versabatur cum Saba, & apud ipsum viuebat, & eo vtebatur præceptore. Quidam autem latrones, pecuniis abundare arbitrati Basilium, circa mediam noctem spe pleni ad eos accesserunt. Postquam vero nihil inuenissent eorum quæ sperarant, recesserunt, & pro alio lucro sibi pararunt animæ vtilitatem. Nam cum vidissent vitam adeo tenuem & frugalem, & cui deerant etiam quæ sunt necessaria, obstupuerunt, & magni Sabæ copias sunt admirati: quæ in eo erant, quod nihil possideret. Suum itaque facinus animo versantes, & ne aliquo graui malo à Deo afficerentur dubitantes, recesserunt, audacis sui cœpti magna ducti pœnitentia. Tale etiam aliquid, quod contigerat, iniecit eorum animis maiorem eius, quod bonum & honestum est, æmulationem. Cum enim iam essent in medio itinere, in eos incidunt leones ingenti magnitudine, & visu terribiles. Quorum adspectu timore perterriti, & vitæ bonam spem non habentes amplius, vnam solam prospexere salutem, si ad Sabam & illius orationis virtutem confugissent. Res enim sapiens est anima ad videndum, quod est conducibile, cum ceciderit in necessitatem. Bestias ergo per illum adiurarunt, dicentes: Per preces monachi Sabæ, via nobis cedite: & statim leones, tanquam graui aliqua plaga, percussi nomine Sabæ, in pedes se coniecerunt. Latrones autem insigni miraculo obstupefacti, & vt qui persuasum haberent Sabam multum posse apud Deum, ad ipsum reuertuntur. Vide vero, quam ex metu acceperunt vtilitatem, & ineffabilis Dei prouidentiæ bonitatem & sapientiam. Ipsi enim statim seipsos accusant, & per se ea annunciant, quæ eis in via contigerant: & cum Deo promisissent, eiusmodi furtis & latrociniis se non esse amplius implicandos, abeunt ad Sabam, quod à bestiis non essent læsi, hanc ei veluti referentes gratiam, nempe suam in melius mutationem. De cætero enim latrones non fuerunt amplius latrones: sed dimissa omni iniusta & iniqua actione, operam dabant agriculturæ, & occupati erant in terræ laboribus.

XLIII
Basilius adolescens nobilis fit monachus.
Opes S. Sabæ
Res mira profecto.
Latrones recipiunt se ad bonam frugem.

CVM hoc autem miraculum ad multorum aures breui peruenisset, & omnes ad eum conuocaret, vexatus ille multitudine eorum, qui confluebant, desiderabat rursus priorem quietem & silentium. Cum Deo ergo commendasset fratres, qui erant congregati, & tradidisset cellam, quam nuper construxerat, facile tanquam passer aliquis, vt cum diuino psalmo dicam, transmigrat, & ad desideratum reuertitur silentium. Cum illi autem aliquot post annos ex hac vita migrassent, Eumathius quidam genere Isaurus, cum cellam accepisset ex successione, fecit cœnobium, & in eo collegit monachorum multitudinem: quorum vnus est etiam Tarasius, cui post Eumathium fuit commissa præfectura, vir qui fuit ipse quoque genere Isaurus, moribus vero laudabilis, & virtute insignis. Sabas autem cum longo post tem-

XLIV
Psal. 10.

post tempore reuertisset ad Lauram, existimabat se inuenturum quidem esse eos, qui prius erant seditiosi ex fratribus, ira remissiore, vtpote quod tempus, quod intercesserat, inuidiæ vigorem multum tabefecisset, & cum eius è Laura peregrinatione vna quoque eorum de ipso abiret cogitatio. Hoc autem non ita habebat: magis enim vigebat & amplificata erat perturbatio, & erat acrior inuidia. Hoc vero hinc fuit manifestum. Non enim ipsi soli aduersus sanctum parturiebant iniquitatem: sed cum aliis quoque viginti persuasissent, & eo quod est sub labris veneno eos impertiissent, tota die bellicam aciem aduersus eum instruebant. Quid ergo ille ad hæc? Dolebat quidem, videns fratrum procedere interitum: & eius grauiter scindebantur viscera: eorum, qui surrepti fuerant, prolapsionem perinde deplorabat, atque suorum membrorum amputationem. Deinde etiam hunc à ratione alienum volens motum eorum sustinere, opponebat iræ illorum lenitatem, odio dilectionem, rerum malarum meditationi benignitatem: vt reueriti eius mansuetudinem, ducerentur pœnitentia, & suam salutem lucrifacerent.

In[illegible]a quorum[illegible] [illegible] aduersus S. Sabam.

XLV. Cvm autem, vt est in prouerbio, conaretur lauare Æthiopem, & efficere vt cancer rectus ingrediatur, (nihil enim difficilius dediscí potest, quam improbitas) & videret eos vitio effici magis viriles, & nullius rei magis fidere, quam impudentiæ, &, vt dicit admirabilis Esaias, spem posuisse mendacium, & sperasse fore vt eo protegerentur: quoniam non poterat eis aliter mederi, rursus recedit ad partes Nicopolis: & diuertit ad quandam arborem, quæ fert siliquas, alimento quidem vtens illius fructu, tegumento vero ramis. Sed Deus, propter quem hæc rursus sustinere æquum censebat Sabas, tunc quoque rem suæ curationis sapienter contexit Sabæ, & quæ viro bono & virtutis amanti mercedem conciliauit. Nam cum hoc curasset, vt veniret ad cognitionem domini agri, (erat autem is quoque, vt est consentaneum, amicus virtutis) efficit vt is mox ad eum accederet, & tum in cæteris eius curam gereret, ac ei prouideret, tum cellam quoque ei excitaret: quæ postea, Deo opem ferente, constructa fuit cœnobium. Sed cum Sabas quidem in eo loco sic degeret, scelesti illi homunculi, & maligni scilicet figmenta, illi, inquam, seditiosi & Iudæ plane discipuli, tempus sibi dari opportunum ad illum calumniandum, arbitrari propter longam illam viri peregrinationem: cum de ipso talem in Laura famam confinxissent, Abbas noster, dicentes, obiens solitudines, captus fuit à fera: & sic induxissent eos, qui erant minus præditi ratione, & accessissent ad Patriarcham, etiam vbinam grauis hic casus accidisset falso adiiciunt. In solitudine enim, aiebant, mortui maris fuit deuoratus à leone. Hoc vero sic dicebant, vt quod ab eis fictum erat, videretur probabilius. Deinde etiam quærebant aliquem, qui esset eis præfuturus. Ille autem, qui nihil temere & inconsiderate neque dicere didicerat, neque alios audire: & alioqui Sabæ vita qualis esset à puero, non ignorabat, & quod dictum fuerat mentis iudicio permittebat: Sed non possum, inquit, ego facile credere, quod dictum est. Scio enim, quod cum sit Deus iustus, & iustitiam diligat, vt dicit diuinus Dauid, non sic dimisit seruum suum deuorari à bestiis. Abite ergo vos potius ad illum quærendum: aut si vobis videtur, expectate aliquantulum temporis, donec Deus nobis de eo aperiat. Cum illi ergo sic à scopo excidissent, & vacuis manibus reuertissent, quieuerunt in præsentia.

Esa. 28.

Vide cibi & vestitus austeritatem.

Æmuli eius fingũt eum deuoratum a fera.

Psal. 10.

XLVI Cvm autem aduenisset dies festus dedicationis, venit quidem, vt solebat, diuinus Sabas in sanctam ciuitatem cum quibusdam aliis fratribus monasterij, quod ab eo constitutum fuerat Nicopoli. Cum vero eum vidisset Episcopus, & quod eum præter spem vidisset, fuisset gaudio repletus, & de illo longo & insperato reditu esset cum eo locutus, eum deinde accepit seorsum, & rogauit vt ad suam rediret Lauram, & non sic rectore destitutam eam derelinqueret. Eo autem rogante vt ignosceret, (neque enim se posse tam multorum virorum curam gerere) ille non cessabat instare & obsecrare. Cum vero videret Sabam magis resistere, & nequaquam cedere, ille hæc ægre ferens, & nonnihil etiam ex suo commotus officio: Sed si non, inquit, audiueris hanc meam petitionem, non venies mihi amplius in conspectum. Non possum enim ferre, alios frui tuis laboribus. Cum sic autem dixisset Patriarcha, pollicitus quidem est se iussui illius esse cessurum: ne vero in negocia & turbas se rursus coniiceret, malam seditiosorum mentem cogitur aperire. Patriarcha autem protinus excitatus ad ei ferendum auxilium, hæc scribit monachis Lauræ: Vos, qui estis fratres in Christo, scire volo, patrem nostrum, non vt à vobis auditum fuerat, fuisse à bestiis consumptum: sed eum adhuc viuere, & esse superstitem, & ad nos venisse ad festum. Ego vero eum detinui, non æquum esse censens, vt ipse Lauram relinquat, quam suis construxit laboribus. Prompto ergo & alacri animo vos eum eo, quo par est, honore suscipite, & ei omnibus modis cedite. Sin autem sunt aliqui apud vos arrogantes, contumacesque & superbi, & se ei nolentes submittere, nos eos iubemus quamprimum à Laura recedere. Neque enim est permittendum, eum, locum suum non recipere.

Festum dedicationis Ecclesiæ.

Literæ Episcopi Hierosol. ad fratres Lauræ.

XLVII. Acceptis itaque literis, diuinus Sabas descendit ad Lauram, cum quendam constituisset Seuerum, vt præesset monasterio Nicopolis: cui, cum post aliquot annos fuisset consummatus, successit Dominus, & illi rursus Sabaron, qui ad mea vsque tempora fuit perpetuo Præfectus huius monasterij, cum iam ad profundissimam peruenisset senectutem. Cum venisset autem ad Lauram beatus Sabas, & omnibus audientibus lectæ essent litteræ in Ecclesia, illi, qui nihil non audebant, vbi quæ lecta fuerant, audiuissent, suo impetu incitati, & occulto eorum præfecto egregie parentes, alij quidem secures, alij vero dolabras & ligones sumentes in manus, & ad eam, quæ à Saba ædificata fuerat, turrem cum ira ascendentes, eam euertunt ab ipsis fundamentis, nihilo tolerabilius affecti, quam dæmones. Et alij quidem ligna & lapides iaciebant in torrentem: alij vero monachorum indumenta, & quicquid aliud habebant, rapientes, sic egressi sunt è Laura: & ad Sucæ Lauram protinus venientes, rogabant vt in eorum numerum referrentur. Sed Lauræ præfectus Aquilinus, vir diuinus, cum non esset ignarus eorum, quæ ipsi fecerant, ne passus quidem est, vt qui erant tam improbi, Lauræ hospitio omnino exciperentur. Cum itaque ad Thecoum, qui dicitur, torrentem peruenissent, & quasdam cellas propter eum inuenissent, quæ olim factæ fuerant ab iis, qui desciuerant, & se ab aliis separauerant, & alias quidem instruxissent, alias vero ædificassent ipsi à fundamentis, in eis habitabant, eas nouam Lauram nominantes.

Homines impotentes euertũt turrim S. Sabæ.

XLVIII Cvm illi quidem sic è Laura excessissent, alij fratres tanquam frumentum, ablatis zizaniis, fuerunt fructus Deo vtilissimus & purissimus. Cum interim autem effluxisset aliquantum temporis, quoniam huic amanti patri viscera non quiescebant, sed de iis, qui se ab illo abruperant, grauem dolorem conceperat, &, vt Apostolice dicam, corde vrebatur, postquam resciuisset vbinam degerent, & Lauræ & Castellij iumenta mulris onerasset rebus necessariis, abit ad ipsos: partim quidem volens sedare eorum maleuolentiam, partim autem volens occurrere egentibus. Et ille quidem sic. Nonnulli vero ex iis, & maxime ij, quos acrior inuaserat inuidia, cum eum procul adspexissent venientem, sic sensim inter se susurrabant, Videte, dicentes, quod ne hic quidem malum effugimus: sed rursus ad nos venit ille Strabo: & quæcunque eis alia subiiciebat inuidia. Sed cum ab iis non fuisset illius retardatus cursus, ad eos venit, & placidis eos adspexit oculis, & eos impertiit rebus necessariis. Cum autem vidisset eos magna vndique premi inopia, quod neque haberent qui eorum curam gereret, neque eis diuinum esset templum ad orandum: sed in propheticam ædem, quæ est Thecois, singulis ascenderent Dominicis, participaturi diuina sacramenta: & eos deinde inter se decertare, implerique tumultu & perturbatione, quod essent sine duce, & nulli parerent pastori & Præfecto, refert omnia ad Patriacham, & vehementer rogat, vt eos congreget & conciliet, & eis omnia præbeat, quibus indigent. Ille vero datis Sabæ septuaginta aureis, ei concedit dominium & res monachorum.

2. Cor. 11.

Insignis charitas Sabæ erga æmulos suos.

Is autem

vnum quidem in sancta ciuitate, non multum distans à turre Dauid: alterum autem in Hiericho.

Exod 31.

Multa ædificat S. Sabas in vsus monachorum.

Acrem itaque eius in his rebus zelum adhuc magis amplificans Dominus e [illegible] duos quosdam fabros [illegible] dum carnem fratres, genere Isauros, nomine Theodulum & Gelasium, qui ipsi quoque [illegible] sicut Beseleel & Eliab, architectos noui tabernaculi, mittit ad nouum hunc Mosen. Quibus ille vtens opificibus ædificiorum, adstruxit quidem quæcunque in Laura adhuc deerant: construxit vero circa eam quoque [illegible] tecta. Deinde ædificat etiam domum ad panem faciendum. Fabricatur etiam nosocomium, & aquarum quoque receptacula construit propter torrentem. Quoniam autem neque quod et prius apparuerat a Deo conditum templum, synaxi fratrum sufficiebat: & rursus multitudo Armeniorum, oratorij excedebat magnitudinem, alteram ædem excitat diuinus Sabas ab ipsis fundamentis, quæ ornatu & magnitudine nulla erat altera inferior: eamque Deo consecrat: quæ quidem cum ab Elia, qui tunc Ecclesiæ præerat, de more fuisset dedicata, illas quidem sacras fratrum synaxes illic iubet deinceps peragi: Armeniorum autem multitudinem transfert in illud diuinum templum, adeo vt Christianis quidem consueta glorificatio, & ipsa Euangelij lectio, quæ fit iis qui sunt præsentes, proprio eorum sermone impleretur: simul vero cum aliis diuina sumerent sacramenta, & fieret omnibus communis eorum participatio. Quoniam

Petrus Fullo, fautor Eutychetis. Trisagion Græce canere instituit Sabas, vero montibus pateret longe alter a Catholicis hymnum illum cantari, quã docuisset Petrus Fullo, quæ canendi consuetudo etiamnum in Occidentali Ecclesia Parasceues tépore perdurat. Vide Baron. an. 494.

autem quidam, sequentes inanem vocem Petri cognomine Fullonis, (qui eadem sentiens, quæ Eutyches, cum Antiochenam sedem impie inuasisset, sæpe fuit expulsus à sacris vestibulis) angelico ter sancti hymno inserebant, Qui propter nos fuit crucifixus, diuinus Sabas adulterinam hanc tollens nouitatem, aliam quidem sacrorum hymnorum consequentiam, (quandoquidem sciebat eam recte prosequi Armenios) permisit eis solita voce canere: solum vero hymnum trisagium sanxit canere lingua Græca: hoc quoque præterea præcipiens, vt die quidem sabbati in templo speluncæ, diebus autem Dominicis fierent synaxes in templo Deiparæ: in aliis autem Ecclesiis, & Dominicis & magnis festis magis solennibus, à vespera vsque ad mane producerent vigilias.

Cum sic ergo se gereret Sabas, & Lauram & Castellium quotidie augeret ædificiis, & fratrum accessionibus, XLI.
ij qui fuerant prius eius discipuli, deinde, vt iam ante diximus, calumniatores, non ferentes Lauram vidêre sic florentem: sed etiam adhuc maiore inuidia flagrantes, & cum aliis fratribus conspirantes & mala synagoga effecti circiter quadraginta, dolos aduersus sanctum consuebant, & omnibus modis parabant insidias. Hoc autem cum cognouisset ille mitis ac mansuetus, & eius qui vere est pacis author & legislator germanus discipulus, quod prius in diuinis, hoc in hac re quoque facit: & ne esset fratribus causa offensionis, non solum despicit cibum, vt vult Apostolus, sed etiam ab illa ipsa Laura recedit. Didicerat enim Sabas pugnare quidem cum dæmonibus: hominibus autem facile cedere. Hoc vero faciebat, tum improbos quidem pudore afficiens lenitatis suæ exuperantia: tum autem illo discessu inuidiam consumens & [illegible] benefaciens: ostendensque nullam rem propriam esse ei curæ: sed Dei causa omnem laborem suscipere, & fratrum vtilitatis. Hac de causa facile quidem recedit, & venit ad partes Scythopolis: manet vero in quodam loco, qui erat quidem desertus, vocabatur autem fluuius Gadarorum.

1 Cor. 8.

S. Sabas cedit quondam feris iudicantx. Habitat in spelunca Nota Lector.

Deus autem, cuius causa hæc Sabæ acciderant, Sabam non habuit despicatui: & ipse quidem subit spelun- XLII.
cam quandam, sitam propter flumen: in ea autem habitabat leo insigni magnitudine. Cum in ea ergo versaretur, & post preces se sopori paruum dedisset, ad eum media nocte accedit fera illa terribilis: eumque sensim veste apprehendisset, eum foras trahebat, & quodammodo iubebat eum exire e spelunca. Ille ergo excitatus, & illius conspectu minime conturbatus, nocturnos hymnos protinus est aggressus. Leo vero ([illegible] in Saba operationem spiritus) statim extra recedens, dum preces fierent, expectabat. Peractis autem precibus, ille quidem humi sedens, vbi solebat leo decumbere, paululum requieuit. Is autem adueniens, eum trahebat similiter, & rotabat eum e spelunca expellere. Quid deinde consequitur? Non amplius obscure gratia cum Saba versabatur, sed aperte ostendebatur: quomodo olim Abrahæ, cum quauis calamitate reddens superiorem, regibusque & tyrannis ipsis insigniorem, etsi esset ero, & hospes, & nullam haberet ciuitatem. Sic in hoc quoque loco Sabam, non solum dæmonibus, vt vobis sæpe ostendit oratio, sed etiam belluæ maxime horrendæ, venerabilem reddidit & terribilem. Nam cum leo sic eum contenderet expellere, & vehementer instaret, & Sabam vi traheret, ille labiis sensim apertis, O fera, inquit, hæc quidem spelunca ambobus, si velis, sufficit ad habitandum. Tibi vero si hoc non videtur, at tu mihi potius cede speluncamergo cum Dei manu sum formatus, & eius sum honoratus imagine. Hæc admodum leniter & placide dixit Sabas, & fera perinde ac sermone mtecuetita, statim abiit, Sabæ cedens spelunca & cubili.

Gen 13.14. 2 & 21

Videt vt se gerat erga ferã bestiã.

Cum sic ergo illic versaretur, multi ex finitimis ad eum ventitabant, & maxime quicunque habitabant Scytho- XLIII
polim & Gadara: eos enim vndique vocabat illius fama, non secus atque clara tuba, virum velut præconio prædicans. Quo quidem in loco quidam ex Scythopolitanis genere clarus, iuuenis ætate, nomine Basilius, à Deo motus ad ea quæ sunt honesta, cum humana omnia iussisset valere, ad ipsum accedit & Deum. Et ille quidem versabatur cum Saba, & apud ipsum viuebat, & eo vtebatur præceptore. Quidam autem latrones, pecuniis abundare arbitrati Basilium, circa mediam noctem spe pleni ad eos accesserunt. Postquam vero nihil inuenissent eorum quæ sperarant, recesserunt, & pro alio lucro sibi pararunt animæ vtilitatem. Nam cum vidissent vitam adeo tenuem & frugalem, & cui deerant etiam quæ sunt necessaria, obstupuerunt, & magni Sabæ copias sunt admirati: quæ in eo erant, quod nihil possideret. Suum itaque facinus animo versantes, & ne aliquo graui malo à Deo afficerentur dubitantes, recesserunt, audacis sui cœpti magna ducti pœnitentia. Tale etiam aliquid, quod contigerat, iniecit eorum animis maiorem eius, quod bonum & honestum est, æmulationem. Cum enim iam essent in medio itinere, in eos incidunt leones ingenti magnitudine, & visu terribiles. Quorum adspectu timore perterriti, & vitæ bonam spem non habentes amplius, vnam solam prospexere salutem, si ad Sabam & illius orationis virtutem confugissent. Res enim sapiens est anima ad videndum, quod est côducibile, cum ceciderit in necessitatem. Bestias ergo per illum adiurarunt, dicentes: Per preces monachi Sabæ, via nobis cedite: & statim leones, tanquam graui aliqua plaga, percussi nomine Sabæ, in pedes se coniecerunt. Latrones autem insigni miraculo obstupefacti, & vt qui persuasum haberent Sabam multum posse apud Deum, ad ipsum reuertuntur. Vide vero, quam ex metu acceperunt vtilitatem, & ineffabilis Dei prouidentiæ bonitatem & sapientiam. Ipsi enim statim se ipsos accusant, & per se ea annunciant, quæ eis in via contigerant: & cum Deo promisissent, eiusmodi furtis & latrociniis se non esse amplius implicandos, abeunt ad Sabam, quod à bestiis non essent læsi, hanc ei veluti referentes gratiam, nempe suam in melius mutationem. De cætero enim latrones non fuerunt amplius latrones: sed dimissa omni iniusta & iniqua actione, operam dabant agriculturæ, & occupati erant in terræ laboribus.

B. silius adolescens nobilis fit monachus.

Opes S. Sabæ

Res mira profecto.

Latrones recipiunt se ad bonam frugem.

Cum hoc autem miraculum ad multorum aures breui peruenisset, & omnes ad eum conuocaret, vexatus ille XLIV
multitudine eorum, qui confluebant, desiderabat rursus priorem quietem & silentium. Cum Deo ergo commendasset fratres, qui erant congregati, & tradidisset cellam, quam nuper construxerat, facile tanquam passer aliquis, vt cum diuino psalmo dicam, transmigrat, & ad desideratum reuertitur silentium. Cum illi autem aliquot post annis ex hac vita migrassent, Eumathius quidam genere Isaurus, cum cellam accepisset ex successione, fecit cœnobium, & in eo collegit monachorum multitudinem: quorum vnus est etiam Tarasius, cui post Eumathium fuit commissa præfectura, vir qui fuit ipse quoque genere Isaurus, moribus vero laudabilis, & virtute insignis. Sabas autem cum longo post tem-

Psal 10.

post tempore reuertisset ad Lauram, existimabat se inuenturum quidem esse eos, qui prius erant seditiosi, ex fratribus tra[n]quilliore, vtpote quod tempus, quod intercesserat, inuidiæ vigorem multum tabefecisset, & cum eius e Laura peregrinatione vna quoque eorum de ipso abiret cogitatio. Hoc autem non ita habebat: magis enim vigebat & amplificata erat perturbatio, & erat acrior inuidia. Hoc vero hinc fuit manifestum. Non enim ipsi soli aduersus sanctum parturiebant iniquitatem: sed cum aliis quoque viginti persuasissent, & eo quod est sub labris veneno eos impertiissent, tota die bellicam aciem aduersus eum instruebant. Quid ergo ille ad hæc? Dolebat quidem, videns fratrum procedere interitum: & eius grauiter scindebantur viscera: eorum, qui surrepti fuerant, prolapsionem perinde deplorabat, atque suorum membrorum amputationem. Deinde etiam hunc à ratione alienum volens morum eorum sustinere, opponebat iræ illorum lenitatem, odio dilectionem, rerum malarum meditationi benignitatem: vt reueriti eius mansuetudinem, ducerentur pœnitentia, & suam salutem lucrifacerent. Inuidia quorundam crudelis aduersus S. Sabam.

C V M autem, vt est in prouerbio, conaretur lauare Æthiopem, & efficere vt cancer rectus ingrediatur, (nihil e-
XLV, nim difficilius dedisci potest, quam improbitas) & videret eos vitio effici magis viriles, & nulli rei magis fidere, quam impudentiæ, &, vt dicit admirabilis Esaias, spem posuisse mendacium, & sperasse fore vt eo protegerentur: quoniam non poterat eis aliter mederi, rursus recedit ad partes Nicopolis: & diuertit ad quandam arborem, quæ fert siliquas, alimento quidem vtens illius fructu, tegumento vero ramis. Sed Deus, propter quem hæc rursus sustinere æquum censebat Sabas, tunc quoque rem suæ curationis sapienter contexit Sabæ, & quæ viro bono & virtutis amanti mercedem conciliauit. Nam cum hoc curasset, vt veniret ad cognitionem domini agri, (erat autem is quoque, vt est consentaneum, amicus virtutis) efficit vt is mox ad eum accederet, & tum in cæteris eius curam gereret, ac ei prouideret, tum cellam quoque ei excitaret: quæ postea, Deo opem ferente, constructa fuit cœnobium. Sed cum Sabas quidem in eo loco sic degeret, scelesti illi homunculi, & maligni scilicet figmenta, illi, inquam, seditiosi & Iudæ plane discipuli, tempus sibi dari opportunum ad illum calumniandum, arbitrati propter longam illam viri peregrinationem: cum de ipso talem in Laura famam confinxissent, Abbas noster, dicentes, obiens solitudines, captus fuit à fera: & sic induxissent eos, qui erant minus prædita ratione, & accessissent ad Patriarcham, etiam vbinam grauis hic casus accidisset falso adiiciunt. In solitudine enim, aiebant, mortui maris fuit deuoratus à leone. Hoc vero sic dicebant, vt quod ab eis fictum erat, videretur probabilius. Deinde etiam quærebant aliquem, qui esset eis præfuturus. Ille autem, qui nihil temere & inconsiderate neque dicere didicerat, neque alios audire: & alioqui Sabæ vita qualis esset à puero, non ignorabat, & quod dictum fuerat mentis iudicio permittebat: Sed non possum, inquit, ego facile credere, quod dictum est. Scio enim, quod cum sit Deus iustus, & iustitiam diligat, vt dicit diuinus Dauid, non sic dimisit seruum suum deuorari à bestiis. Abite ergo vos potius ad illum quærendum: aut si vobis videtur, expectare aliquantulum temporis, donec Deus nobis de eo aperiat. Cum illi ergo sic à scopo excidissent, & vacuis manibus reuertissent, quieuerunt in præsentia.

Esa 28. — Vide tibi & vestitus austeritatem. — Æmuli eius fingũt eum deuoratum à fera. — *Psal 10.*

XLVI C V M autem aduenisset dies festus dedicationis, venit quidem, vt solebat, diuinus Sabas in sanctam ciuitatem cum quibusdam aliis fratribus monasterij, quod ab eo constitutum fuerat Nicopoli. Cum vero eum vidisset Episcopus, & quod eum præter spem vidisset, fuisset gaudio repletus, & de illo longo & insperato reditu esset cum eo locutus, eum deinde accepit seorsum, & rogauit vt ad suam rediret Lauram, & non sic rectore destitutam eam derelinqueret. Eo autem rogante vt ignosceret, (neque enim se posse tam multorum virorum curam gerere) ille non cessabat instare & obsecrare. Cum vero videret Sabam magis resistere, & nequaquam cedere, ille hæc ægre ferens, & nonnihil etiam ex suo commotus officio: Sed si non, inquit, audiueris hanc meam petitionem, non venies mihi amplius in conspectum. Non possum enim ferre, alios frui tuis laboribus. Cum sic autem dixisset Patriarcha, pollicitus quidem est se iussui illius esse cessurum: ne vero in negocia & turbas se rursus coniiceret, malam seditiosorum mentem cogitur aperire. Patriarcha autem protinus excitatus ad ei ferendum auxilium, hæc scribit monachis Lauræ: Vos, qui estis fratres in Christo, scire volo, patrem nostrum, non vt à vobis auditum fuerat, fuisse à bestiis consumptum: sed eum adhuc viuere, & esse superstitem, & ad nos venisse ad festum. Ego vero eum detinui, non æquum esse censens, vt ipse Lauram relinquat, quam suis construxit laboribus. Prompto ergo & alacri animo vos eum eo, quo par est, honore suscipite, & ei omnibus modis cedite. Sin autem sunt aliqui apud vos arrogantes, contumacesque & superbi, & se ei nolentes submittere, nos eos iubemus quamprimum à Laura recedere. Neque enim est permittendum, eum, locum suum non recipere.

Festum dedicationis Ecclesiæ. — Literæ Episcopi Hierosol. ad fratres Lauræ.

XLVII. A C C E P T I S itaque literis, diuinus Sabas descendit ad Lauram, cum quendam constituisset Seuerum, vt præesset monasterio Nicopolis: cui, cum post aliquot annos fuisset consummatus, successit Dominus, & illi rursus Sabaron, qui ad mea vsque tempora fuit perpetuo Præfectus huius monasterij, cum iam ad profundissimam peruenisset senectutem. Cum venisset autem ad Lauram beatus Sabas, & omnibus audientibus lectæ essent litteræ in Ecclesia, illi, qui nihil non audebant, vbi quæ lecta fuerant, audiuissent, suo impetu incitati, & occulto eorum præfecto egregie parentes, alij quidem secures, alij vero dolabras & ligones sumentes in manus, & ad eam, quæ à Saba ædificata fuerat, turrem cum ira ascendentes, eam euertunt ab ipsis fundamentis, nihilo tolerabilius affecti, quam dæmones. Et alij quidem ligna & lapides iaciebant in torrentem: alij vero monachorum indumenta, & quicquid aliud habebant, rapientes, sic egressi sunt è Laura: & ad Sucæ Lauram protinus venientes, rogabant vt in eorum numerum referrentur. Sed Lauræ præfectus Aquilinus, vir diuinus, cum non esset ignarus eorum, quæ ipsi fecerant, ne passus quidem est, vt qui erant tam improbi, Lauræ hospitio omnino exciperentur. Cum itaque ad Thecoum, qui dicitur, torrentem peruenissent, & quasdam cellas propter eum inuenissent, quæ olim factæ fuerant ab iis, qui desciuerant, & se ab aliis separauerant, & alias quidem instruxissent, alias vero ædificassent ipsi à fundamentis, in eis habitabant, eas nouam Lauram nominantes.

Homines importuni euertunt turrim S. Sabæ.

XLVIII C V M illi quidem sic è Laura excessissent, alij fratres tanquam frumentum, ablatis zizaniis, fuerunt fructus Deo vtilissimus & purissimus. Cum interim autem effluxisset aliquantum temporis, quoniam huic amanti patri viscera non quiescebant, sed de iis, qui se ab illo abruperant, grauem dolorem conceperat, &, vt Apostolice dicam, corde vrebatur, postquam rescinisset vbinam degerent, & Lauræ & Castellij iumenta multis onerasset rebus necessariis, abit ad ipsos: partim quidem volens sedare eorum maleuolentiam, partim autem volens occurrere egentibus. Et ille quidem sic. Nonnulli vero ex iis, & maxime ij, quos acrior inuaserat inuidia, cum eum procul adspexissent venientem, sic sensim inter se susurrabant, Videte, dicentes, quod ne hic quidem malum effugimus: sed rursus ad nos venit ille Strabo: & quæcunque eis alia subiiciebat inuidia. Sed cum ab eis non fuisset illius retardatus cursus, ad eos venit, & placidis eos adspexit oculis, & eos impertiit rebus necessariis. Cum autem vidisset eos magna vndique premi inopia, quod neque haberent qui eorum curam gereret, neque eis diuinum esset templum ad orandum: sed in propheticam ædem, quæ est Thecois, singulis ascenderent Dominicis, participaturi diuina sacramenta: & eos deinde inter se decertare, implerique tumultu & perturbatione, quod essent sine duce, & nulli parerent pastori & Præfecto, refert omnia ad Patriarcham, & vehementer rogat, vt eos congreget & conciliet, & eis omnia præbeat, quibus indigent. Ille vero datis Sabæ septuaginta aureis, ei concedit dominium & res monachorum.

2 Cor. 11. — Insignis charitas Sabæ erga æmulos suos.

Is autem

Is autem cum rerum, quæ illic erant, sic factus esset dominus, primum quidem ... prouid... nihil eis deficeret, sed omnia eis suppeterent. Deinde templum quoque eis magnifice ædific..., &: d... & dedicat. Deinde eis quoque domum construit ad panem faciendum. Quæ cum fecisset, tractabiles qu... reddidisset, qui prius erant seditiosi & inobedientes, accersit Ioannem, qui iam à me dictus est ... committit præfecturam: qui ortus quidem fuerat ex Græcia: ante mortem autem suam ea, quæ m... post annos in Laura euenerunt, prædixit & apertissime enunciauit. Cum enim è præ... vita iam esset migraturus, & extrem... iam traheret spiritum, & extrema verba emitteret, quoniam multi cum circumsidebant ex iis, quæ ... Laura cum profundis suspiriis, lachrymisque & animi perturbatione: Ecce, inquit, veniunt dies, in quibus qui præfecturam Lauræ habitant, desciscent à recta fide: & extollentur quidem in seipsis, vt cum diuino Dauid dicam, qui exacerbant: in... dacia vero sua destruentur, & altitudo eorũ repente decidet. Et cum hæc dixisset, migrauit, cum septe annos impl... in præfectura Lauræ. Deinde post illũ consilio diuini patris Sabæ, qui illic erant monachi, cuidam Paulo com...ttunt administrationem: qui erat quidem Romanus genere, sed simplicissimus & ab omnibus negotiis alie... solas diuitias cognoscens, nil possidere. Ipse autem cum sex solum menses admodum inuitus permansisset in ... sua, nihil sibi volens exhiberi molestiæ, aufugit in Arabiam: & cum illinc venisset ad Seuerianum, excedit è vita: Seuerianum, inquam, illum, quem superius ostendimus construxisse monasterium in Baricham. Sed cum diuino Sabæ fecet eius fuga significata, ille Agapetum suum discipulum iussit præesse monachis, non magis honorans eius vi..., quam satisfaciens illorum petitioni. Ipsum enim, vt præesset, communiter vocabat totius simul Lauræ legatio. Neq; ipse quidem hoc lubens suscipiebat: sed effectus fuit illorum iudicio & sententia.

Bonitate sidem vincit obtrectatores suos.

Psal 65.

Prophetia Ioannis Abbatis iam morituri.

S. Agapetus præficitur nouæ Lauræ.

Cvm ei ergo commissa fuisset præfectura, inuenit quosdam ex fratribus, (erant autem ij quatuor à Paulo admissi, qui fuit simplicissimus, neque accurate examinati) tanquam virus sub labiis quædam Origenis occultantes. Inter quos primas partes obtinebat quidam Nonnus Palæstinus: qui videbatur quidem esse Christianus, & pietatis præ se ferebat speciem, laborabat autem morbo gentilium & Manichæorum, Didymique & Euagrij & Origenis, qui nugati sunt de præexistentia. Cum eos ergo ita se habere deprehendisset Agapetus, timens ne malum manaret ad alios, & omnes communiter inficerentur, eam rem communicat Patriarchæ: eoque in eius, quod statuerat, adhibito societatem, illos è Laura expellit. Non multum temporis intercessit, & cum è vita excessisset Elias, vt deinceps apertius ostendet oratio, accedens Nonnus cum suis ad eum, qui illi successit, Patriarcham, rogabant vt rursus restituerentur Lauræ, à qua dicebant se non iuste nec recte fuisse expulsos. Ille vero cum alia quidem nondum sciret, sed solum eos fuisse expulsos à Deo dilecto Agapeto, & existimasset illum virum nihil fecisse nec dixisse aut gratia aut odio commotum, eum statim accersit, rogatque num fieri posset, vt illi rursus admitterentur. Cum is autem dixisset non licere, & se malle illinc recedere, quam videre illos in suum gregem relatos, qui sunt pleni tali contagione, ipse quoque eos abominandos amandat Patriarcha. Sed cum Agapetus quoque post hæc, quinto anno susceptæ administrationis, migrasset ad Dominum, & cuidam Mamanti commissa fuisset fratrum præfectura, Nonnus cum suis tanquam morte Agapeti ansam accepisset libertatis, reuertuntur ad Lauram, & in ea clanculum subiiciuntur Mamantis administrationi, malignum quidem morbum adhuc in animis inhabitantem circumferentes, sed quem metu Sabæ non proferebant, nec ad aliorum aures audebant transmittere. Sed hæc quidem de iis, quæ in Laura postea acciderunt, vt ostendamus ea euenisse, quæ Ioannes prædixerat. Nunc illa quoque necesse est persequi, quæ sunt delectatura aures virtutis amantes, & animum sic affectum exsuscitatura ad æmulationem. L.

Quidam monachi Origenistæ Vide Baro. an. 532.

Expelluntur è Laura.

Redeunt fallaciter ad eam.

Cvm fratres, qui id fecerant, Sabas sic reconciliasset, & nouam Lauram sic ædificasset, & recte constituisset, & ad suam Lauram sic rursus rediisset, non satis habuit tam multa tam præclare gessisse in constituendis monasteriis, & effecisse, vt, de qua prius diximus, habitaretur solitudo: sed adhuc vehementer spirans aduersus dæmones, & diuino zelo motus contendebat efficere, vt reliqua solitudo fieret habitabilis, & fertilis monachorũ multitudinis, vt per ora multorum, aut vitam potius & virtutem, laudaretur Dominus. Ea de causa tempore ieiuniorum, accedit ad quendam torrentem, qui à maxima Laura distabat decem stadiis, cum quodam Paulo, ætate quidem sene, florenti vero virtute: & cum offendisset quandam speluncam in torrentis parte, quæ est ad boream, in ea quidem totam transegit Quadragesimam. Cum vidisset autem locum omni ex parte tranquillum, silentioque & quieti valde aptum, & esset veluti quadam percitus æmulatione, si non is quoque opem ferret ad fratrum exercitationem & salutem animarum: postquam illinc reuersus fuit ad Lauram, & ad præclarum & diuinum festum resurrectionis, cum & alios fratres & Paulum quoque assumpsisset, illuc rursus reuertitur: & ex spelunca quidem construit Ecclesiam: circa Ecclesiam autem insigne cœnobium. Et speluncam quidem nominat monasterium: Paulo vero mandat eius curam, ei ad iungens socios sollicitudinis Quiricum quendam & Eustathium. Sed de monasterio quidem hæc, Deo fauente, dicta sint. Creuit autem postea & monachorum multitudine, & copiis rerum necessariarum: & qui illic primum relicti sunt à diuino Saba, cum fuissent alterius successores, & motum & rectionis, illic quoque è vita emigrant. Cum multi autem ad eum accederent, & multa quidem ei offerrent, & magnam quoque ei suis manibus opem ferrent ad ædificationem, nullus fuit, qui vel aquæ frigidæ solum dedisset calicem: vt vel hinc possis conjicere de iis, qui maiora contulerant beneficia, qui non è vestigio sit à superis maximam & magnificam consecutus remunerationem. Sed hoc quidem ostendemus per multa, quæ sunt deinceps dicenda. Potest autem hoc quoque hinc cognosci. Erat quidam Marcianus, qui erat quidem relatus in numerum sacerdotum diuinæ resurrectionis: præerat autem sanctæ Sion. Icrebro veniebat ad beatum Sabam cum suis filijs, ex iis, quæ habebat, multa ad eum afferens, & ad ea quæ suscepta erant ædificia, eum filiis non parum adiuuans: qui prius ne in conspectum quidem veniebant Eliæ Patriarchæ: tantũ abest, vt amicitiæ & fiduciæ esset eis apud illum vllum pignus. Diuina vero gratia, pro continuo illo ad Sabam aduentu, & oblatione eorum quæ habebant, & auxilio quod dederant ad ædificationem, eos desuper remunerans, eos & admirabiliter ac præter opinionem conciliauit Patriarchæ, & perinde atque suos filios effecit familiares. Vnde etiam Marcianus quidem ab eo prouehitur ad excelsam sedem Sebastes: Antonius autem primus eius filiorum, creatur ipse quoque Episcopus Ascolitanus: Ioannes vero, qui erat ætate secundus, adsciscitur in sortem Diaconorum. Sic is, qui vel parua Deo dedit, hic quoque omnino accepit centuplum. LI.

S. Sabas totã Quadragesimã agit in spelunca.

Præclarũ & diuinum festum resurrectionis.

Marcianus sacerdos S. Sabæ multũ familiaris.

Divinvs autem Sabas (ad illum enim rursus festinat oratio) cum duos quosdam monachos in turre, quæ imminebat capiti eorum, quæ ipse ædificarat, monasteriorum, extructa autem fuerat à beata Eudocia, videret eadem sentire quæ Nestorius, & neque Dominum nostrum Iesum Christum vnum esse sanctæ Trinitatis, neque rursus Virginem confiteri Deiparam, valde angebatur, & intra viscera magnam habebat perturbationem. Ad eum ergo sic affectum accedens quædam visio, efficiebat dolorem magis intolerabilem, & maiore, quam prius, mœrore ei afflictabantur viscera. Videbatur enim videre quidem fratres de more venientes ad sacram synaxim: in templum autem ipsos quoque vna cum illis accedentes, & simul ingressos. Deinde cum diuini quidem mysterij peragereretur celebratio, alios quidem libere & secure veneranda frui mensa: ipsos vero, duos, inquam, illos vi expelli veluti à quibusdam satellitibus & lictoribus, & è templo exturbari: Se quoque præsentem rogasse satellites, ne eos tam iracunde expellerent: sed eis permitterent, vt sacramentorum sumerent communionem: eos autem in ipsum efferatos, dixisse voce LII.

Duo monachi Nestoriani.

Visio S. Sabæ de illis.

asp...ta,

aſpera, non oportere eos communicare, qui aperte erant Iudæi, & neque Chriſtum verum Deum, neque virginem Mariam eſſe cenſerent Deiparam. Hæc beneuolo Sabæ animo dolorem magis auxerunt, & ab illo tempore vehementiores fudit ad Deum preces, vt eius immitteret aliquem purum radium cognitionis. Sed nec ipſe fuit negligens in eo faciendo, quod potuit pro viribus: ſed aſſidue ad eos ventitabat, docens, rogans, & admonens, increpans, ſupplicans, nihil non faciens, donec Dei auxilio eos à graui morbo liberauit, & effecit vt rectè ſaperent. Eos S. Sabas redecit in viam.

LIII. DEINDE cum à turri deduxiſſet, illos quidem refert in numerum conuentus, qui erat apud beatum Theodoſium: vnum autem ex eius diſcipulis, nomine Iohannem, genere Byzantinum, moribus admirabilem, qui ex primo ordine ſcholarium vitam elegerat monaſticam, & exercebat Deo gratum viuendi inſtitutum, turris præficit curationi, alios quoque fratres ei tradens ad ferendum auxilium, & ei præterea, quantum ſatis erat, ſuppeditans res neceſſarias. Sed nec ipſe eos, vt ſolet fieri, negligebat: ſed ad eos viſitandos frequenter veniebat, & vehementer laborabat, & ad res eorum gerendas eis opem ferebat, donec ipſam turrem fecit cœnobium, alijs nihil inferius. In quo cum hic quidem Iohannes tanquam quædam ſtella in omnibus fulſiſſet, & magnam congregaſſet monachorum multitudinem, ex quibus vnus quoque eſt Cratias inſignis Habramius Epiſcopus, poſtquam trigintaquinque annos vixiſſet in præfectura, excedit è vita.

LIV. SED nobis rurſus venit tempus ieiunij, beatum Sabam vocans ad conſuetum ſeceſſum ſolitudinis. Operæpretium eſt autem non illud prætermittere, quod contigit fieri in ea peregrinatione. Nam è Laura quidem egreditur hic vir diuiniſſimus, vt optandum ieiunij ſtadium peragat in ſolitudine: Iacobus vero quidam ex diſcipulis, genere Hieroſolymitanus, moribus arrogans, mente vſus ſiniſtra, infra ſocietatè cum aliquot alijs monachis pari arrogantia, apud eum lacum, qui ſeptem habet oſtia, de quo à me prius dictum eſt, aggreſſus eſt propriam Lauram cõſtituere, cellas fabricans, & ædem excitans oratoriam: & alia conſtruens, quæ ad Lauram pertinent. Valde vero iraſcentibus fratribus, & ædificium vlterius progredi non ſinentibus, ille rei iniquitati adijciens mendacium, dixit hęc fieri de ſententia Sabæ patris. Quod quidem cum audiſſent monachi, deſtiterunt quidem prohibere eum ædificare, ſed non deſierunt angi animo, cum viderent ante oculos ſuos eum non paruam Lauræ partem præcidere. Sed exiſtimantes verum dixiſſe Iacobum, tacebant, patris expectantes reditum. Poſt completos autem illos dies ieiunij, ipſe quoque diuinus Sabas ad Lauram reuerſus, cum vidiſſet ea, quæ facta fuerant, continuo quidem accerſit Iacobum: paterne autem admonet, vt à cœpto abſtineat. Neq; enim id ex Deo eſſe, neq; placere fratribus: quinetiam illi ipſi quoq; eſſe valde periculoſum, priuſquam ſeipſum rectè inſtituerit & caſtigarit, illius fidei committi aliorum animas. Et ſic quidem diuinus pater eum prius benigne & paterne admonet. Iacobus monachus arrogans & temerarius.

LV. POSTQVAM autem vidit reſiſtere Iacobum, & minime cedere, paululum mutata ſua conſueta lenitate. Ego quidem, ô fili, inquit, quod tibi exiſtimo conferre, conſului. Quoniam vero non vis parere, vide ne magno tuo damno diſcas eligere id, quod eſt vtile. Hæc cum ille quidem dixiſſet, profectus eſt in turriculam: Iacobus autẽ protinus ſuſtinens tremorem totius corporis, & vehementi febre correptus e veſtigio, cum ſex totos menſes decubuiſſet, eo morbo vexabatur & premebatur. Interim vero cum omnem ſpem vitæ amiſiſſet, recordatus eſt ſuæ in patrem Sabam inobedientiæ: & vehementer rogat eos, qui aderant, vt eum ita, vt erat in lecto, tollant, portentq; & ponant ad ſacros beati Sabæ pedes, vt eum roget, vt det ei veniam ſuæ inobedientiæ: & non data venia, eum non ſinat ſic è vita excedere. Cum hoc autem factum eſſet, & in lecto decumbens illuc tranſlatus eſſet Iacobus, eum placide intuens, qui erat vere mitis & miſericors Sabas: Noſti, inquit, ô frater, quis ſit fructus arrogantiæ. Satis didiciſti, quænam ſit merces inobedientiæ. Ille vero cum vix potuiſſet aperire labra, (erant enim illa quoq; morbo vincta & præpedita) Ignoſce, inquit, mihi ô venerande pater, qui iam ſum exceſſurus. Ille vero protinus, Deus, inquit, tibi condonabit, ô frater. Cum ſic dixiſſet, porrexit manum. & manus illa ei vires attulit: quinetiam ipſe (ô miraculum) ſurrexit. Deinde cum ſanctus incemeratus impertijt ſanctificatis, & diuinum illud nutrimentum rurſus eſt cõlecutum corporis nutrimentum, alebaturq; & conualeſcebat, fortiſq; & robuſtus mirandum in modum cernebatur ab omnibus, & miraculum erat propemodum oculis incredibile. Homo, qui tam graui & diuturno erat morbo maceratus, & qui ne labris quidem vti poterat, tantum abeſt vt pedibus, tantillo momento temporis & cibum ſumpſit, & verba fecit, & è lecto facilius ſurrexit, quam qui erant ſani. Ille autem hanc ſibi imponit pœnam ſuæ inobedientiæ, quod ad noua illa ædificia non ſit amplius reuerſurus. Punitur diuinitus eius temeritas & inobedientia. Illuſtre miraculum.

LVI. CVM ea autem res veniſſet ad aures Eliæ Patriarchæ, non viſum eſt ei ferendum ſinere, vt illæ manerent amplius: ſed ſtatim mittens, eas euertit funditus, & humi deijcit. Diuinus autem Sabas cum quoſdam è Laura poſtea aſſumpſiſſet, & circa quinque ſtadia receſſiſſet ab ædificijs, quæ euerſa fuerant, nouas cellas fabricatur, & domum excitat oratoriam. Erat vero nomen Zagranon ei, qui locum ipſi præbuit ad illarum ædificationem. Quo quidem in loco Andream quendam & Paulum fratres ſecundum carnem, & ambos genus ducentes è Græcia, illarum rectioni præficit & curationi: & cum effeciſſet, vt quidam fratres ſimul cum eis habitarent, Lauram conſtituit, & eam eodem nomine vocat, quo lacum. Porro autem Iacobum quoque (ei enim, quod de eo dicitur, neceſſe eſt hoc quoque addere) volens oſtendere filium obedientiæ, tradit ei miniſterium eorum, qui hoſpitio excipiebantur in Laura. Accidit autem aliquando, vt cum fabas coqueret, &, vt qui in eis eſſet omnino inexercitatus, nimium & plus, quam opus eſſet, pararet, vt, quæ remanſerant ſufficerent ad tertium diem. Sed ille quidem ſecundo die quæcunque fabæ erant pluſquam opus eſſet, eas tanquam ſtercora proiecit in riuum propinquum. Quod quidem diuinum Sabam nequaquam latuit. Sapientis enim oculi ſuper caput eius. Abiit itaque latenter, & collectis, quæ effuſæ fuerant, fabis, cum eas parum extendiſſet ad ſolem, ipſas rurſus tollit. Deinde cum aliquantum intercesſiſſet temporis, ſolum Iacobum vocat ad conuiuium: & cum rectè paraſſet illas fabas, quas ipſe nuper in torrentem iecerat, ei ſuaue apponit obſonium. Poſtquam autem comediſſent, diuinus Sabas veluti tentans Iacobum, Ignoſce, inquit, mihi frater: forte enim non te ita excepi obſonio, vt volebam: condiendi enim artem non ſatis teneo. Cum is vero dixiſſet id ſibi valde placuiſſe, & iam longo tempore tam ſuauem cibum non comediſſe: excipiens magnus Sabas, Scias, ô fili, illas eſſe fabas, quas paulo ante, tanquam inutiles, in riuum proieciſti. Oportet ergo te cõſiderare, quomodo qui ne vllam quidem legumenis ita poteſt diſpenſare, vt cum vſu debitam proportionem habeat, & non redundet, poterit is fratribus regendis ſufficere? Quamobrem nec ad teſtimonium quidem, inquit, huic rei ferendum, valde diſcrepat illud Apoſtolicum: Si quis domui ſuæ neſcit præeſſe, quomodo is Dei præerit Eccleſiæ? Cum hæc & ſimilia dixiſſet Iacobo, & ſimul quidem œconomiam paterne correxiſſet, & illius priorem arguiſſet temeritatem, & ne ei tale quid rurſus eueniret, præmuniſſet, tunc eum quidem cum precatione dimiſit & benedictione. Nouas cellas extruit S. Sabas. Eccleſ. 2. Obſerua ſancti viri erga fratrẽ moderationem & prudentiam. 1 Tim. 3.

LVII. ALIQVANTO autem poſt tempore in cella ſilentium agens Iacobus, grauiter vexatus fuit à fœdis carnis cogitationibus, & eum opprimebant magni fluctus libidinis. Is vero cũ eis diu fortiter reſtitiſſet: deinde adſpexiſſet ad vaſtum pelagus tentationum, nec putaſſet fieri poſſe, vt vnquam ſedarentur fluctus, à maligno inductus & inſidioſis illius machinationibus & ſuggeſtionibus, & animo incenſus, fortaſſe vero ſacrorum quoq; canonum oblitus, ſtricto gladio amputauit ſibi genitalia, malum male medicans. Cum dolorem autem ferre non poſſet & fluxum ſanguinis, eos qui prope erant implorauit, & conuocauit eos, qui erant opem laturi. Illi vero cum accurriſſent, & hoc graue malum ab Præpoſterus zelus Iacobi monachi.

S. Sabas eũ expellit.

lum ab eo sua sponte susceptum adspexissent, arte medendi, vt potuerant, opem tulerunt, & dolore [illegible] cæterum res peruenit vsq; ad aures sacri Sabæ: & cum conualuisset Iacobus, expulit eum è Laura, vt qui sibi ipsi esset insidiatus, & manus improbe attulisset. Hinc cum grauis quædam pœnitentia Iacobum subijsset, ea [illegible] percussit animum, effecitque, vt calidas profunderet lacrymas, & ex imo pectore acerba traheret suspiria. & ad summa, erat visu miserabilis, & eo ipso eos, qui videbant, incitabat ad misericordiam. Cum sic ergo esset affectus, accedit ad beatum Theodosium, gestis illa bella carnis enuncians, & à se sibi allatas manus deponens, & Lauræ deflens alienationem. Ille vero ab eo flexus, cum ipso venit ad beatum Sabam, & [illegible] supplex, & rogat vt fratri ignoscat, & eum rursus in Lauram admittat, ijs pœnis, quas placet, impositis. Amici itaq; precibus motus Sabas, propterea quoq; visceribus eius opi plurimum ferentibus, admittit Iacobum: hoc inter cætera ei præcipiens, vt cum nemine sermonem conferret, neq; aliquem adspiceret, præter eum, qui illi ministrabat necessaria. Quiescentem ergo & silentium [illegible] tem Iacobum rursus habebat cella, & plurimam ostendentem pœnitentiam, & Deum vehementer rogantem, donec desuper remissum fuit crimen, & data est delicti venia. Quomodo autem, statim dicetur.

Ab eo iussus admittitur. Pœnitentia Iacobi monachi. [illegible] S. Sabæ.

VISVS est aliquando huic diuino Sabæ vir quidam visu splendidus, & vndiq; emittens dulcem radium lucis, LVIII prope stare, & ante pedes Iacobi iacentem ostendere mortuum: Iacobum vero orantem pro mortuo. Deinde vox quædam desuper audiebatur, Iacobe, dicens: Preces tuæ sunt exauditæ. Tange ergo mortuum, & resurget. Deinde cum Iacobus quidem tetigisset, vt iussus fuerat, mortuus resurrexit. Vir autem ille luminosus dixit Sabæ: Ecce surrexit mortuus. Tu quoq; de cætero relaxa à vinculis eum, qui suscitauit. Hæc cum vidisset Sabas, & celerrime cognouisset, quidnam sibi vellet illa visio, protinus egressus est è cella: & cum vocasset Iacobum, iussit vt deinceps accederet ad diuinam synaxim. Cum ille ergo venisset in ecclesiam, & fratres impertijssent eo, quod est ex Christo, osculo, & deinde descendisset ad B. Theodosium, & ille similiter in Christo salutasset, septimo die post visionem, e præsenti vita læte emigrat.

Feliciter moritur Iacobus monachus.

POST hæc autem duo quoq; quidam ex ijs, qui erant in Laura, cum [illegible] quæ ad Deum pertinent, essent fraternus inter eos consensus & concordia, (vocabantur autem Zanas & Benjamin) petunt à beato Saba cellam, quæ quinque stadijs à Laura distabat versus meridiem. Ille autem, vt qui sciret eorum in virtute studium & diligentiam, concessit quod petebant: & dat eis cellam, quam postulabant. Cum illi ergo eam accepissent, Saba quoq; eis magnam opem ferente & præbente impensas, ipsum cœnobium construxere. Cum multi autem illuc conuenissent, ecclesia ædificata, & ara fixa, & [illegible] vt par erat consecrata, statuerunt vt ijs quoq; eadem regula & leges viuerent, qua alij, qui eius parebant imperio. & sic locus ab initio erectus in monasterium floret vsq; in hodiernum diem: denominatur à B. Zanæ nomine. LIX.

Nouum monasterium construitur.

QVIDAM autem senex, qui ortus quidem erat in Bethania, vocabatur vero Anthimus, cum multis ex Deo sudoribus vitam suam ornasset, erat vltra torrentem ad Orientem, ex aduerso turris, quæ à beato Saba fuerat extructa, cellam ædificata, & triginta annis illic peregit. Deinde cum morbo quodam postremo fuisset implicatus, sedebat senex in lecto dolens. Cum ergo Saba admirabilis, cum & morbo & longa senectute sic vidisset omnino resolutum, rogauit vt transferretur ad aliquam cellam ex ijs quæ sunt iuxta ecclesiam: vt sic possent fratres eum visitare, & seruare ei minori labore. Hoc ille quidem rogabat: senex autem non patiebatur, dicens debere cum in Deo confidere: fore, vt illic consummetur, vbi habitauit ab initio. Dum id [illegible] noctu aliquando surrexisset Sabas, ante eam, quæ fit mane congregationem, visus est audire quandam symphoniam & modulationem tanquam multorum canentium. Arbitratus itaq; canticа, quæ cantari solebant in matutino cantica, apud se dubitabat, quomodo non, vt consueuerant, præter eius sententiam peragerent matutina cantica. Cum ocyssime itaq; venisset in templum, & portas inuenisset pulchre clausas, reuertitur, & rursus videbat et audire priores voces, quæ canebantur cum maxima voluptate. Erat autem hoc quod canebatur LX.

S. Sabas audit cantica cælestia.

Psal. 41

TRANSIBO in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei, In voce exultationis & confessionis, sonus eorum, qui festum celebrant. Cum ergo didicisset, vnde ueniret sonus canticorum illorum admirabilium, e somno repente excitat eum, qui sub eo erat ordinatus & iubet, vt ligni pulsu conuocet fratres. Qui cum repente fuissent congregati, assumens aliquos Sabas, venit ad cellam senis cum suffitibus & lampadibus. (illinc n. audiebatur canticum) & cum [illegible] totam cellam, nullum quidem alium inueniunt, nisi solum senem, cum eo iam consummatum. Quem cum rerum [illegible] compleuissent, & iusta fecissent, sacrum illius corpus mandarunt sepulturæ. Fuit autem post hæc aliud quoque à Saba miraculum, quod est cum ijs, quæ præcedunt, coniungendum. Erat in B. Theodosij monasterio quidam monachus nomine Aphrodisius genere Afranus, corpore maximo [illegible] robore nullius par erat conferri. Pondus n. frumenti duodecim modiorum eleuata tollens, imponebat humeris, nemine id attingente. Huic ergo Aphrodisio, cui fuerat commissum mulorum ministerium, accidit aliquando, vt cum manu alium percussisset, in maxilla, factum ipsum contereret, & [illegible] ex hac causa mulum interficeret. Ille vero & onere & mulo humeri imposito, venit in monasterium. Deinde [illegible] expulsus propter iracundiam interfectum, abit ad Iordanem, conuenitque Ioannem, qui tunc splendebat in Chuziba: & narrat ei calamitatem. Is autem ei consilium, vt eat ad beatum Sabam, & quæcunq; ille iusserit, faciat prompto & alacri animo. Sic n. fore & non aliter, vt salutem consequatur. Is vero cum obedire constituisset, ad Sabam recta proficiscitur, deplorans id quod acciderat, & suam deflens alienationem, & [illegible] aliud petiit [illegible] qui, atinterim breuem aliquem ab eo quærens audire sermonem, vt sciat quidnam facien[illegible] [illegible] possit saluti animæ. LXI.

Vide catholicum sepeliendi modum.

Aphrodisius [illegible] maximo robore.

Excipitur à S. Saba, expulsus è suo monasterio. Egregia virtus eius.

CVM hæc verba audijsset Sabas, & vidisset animæ agrum ad suscipienda semina spiritualia aptum, [illegible] excepit XLII. prompto & alacri animo. Iubet autem eum in hac cella manere, & ad nullum alium accedere, neq; e Laura egredi, linguæq; & ventri moderari. Hoc cum ille accepisset mandatum, apparuit magnus in operibus, & maximum potius & generosum animum, quam tale esse corpus consecutus. Per [illegible] n. triginta annos nunquam est e [illegible] egressus, nec ad aliam vnquam accessit cellam: & neq; [illegible] aliquid, neq; vllam habuit ollam non [illegible] participes olei, non vinum bibit, non mulsum, non [illegible] [illegible] & operi manuum erat intentus. Id autem erat contexitura sportarum, quas [illegible] appellant [illegible]. [illegible] n. nonaginta ex [illegible] fuit manibus singulis mensibus, eas præbebat [illegible] ex ijs, qui ministrabant in Laura, & [illegible] vicissim ab illis accepit buccea, quæ ad vsum pertinebant. Quomodo autem [illegible] Mirare [illegible] esset sine leguminibus. Hæc n. ab illo accipiens, reponebat in quadam pelle, & paululum [illegible] quot [illegible] & [illegible] erat contentus. Quod [illegible] congesserat [illegible] apparere, & sic [illegible] odore [illegible] implebat omnia visum nutriens.

Magna eius abstinentia.

IN hac vitæ ratione ille triginta annos transegit, vt dictum est: & [illegible] fuit, nec vlla [illegible] neq; vnquam ei doluit stomachus. Prædicendi quoq; donum consecutus [illegible] diebus ante mortem suam præcognouit, cum illa ei vltima fuisset reuelata. Petit ergo à diuino Saba, vt sibi liceat descendere ad Theodosium, vt ab eo quoq; consequatur remissionem: deinde reuertatur ad cellam. Annuit [illegible] Sabas petitioni. Nam [illegible] quoq; nouerat mortem Aphrodisij & cum eo mittens discipulum Theodulum, per ipsum significat beato Theodosio: Ecce [illegible] nem fratrem Aphrodisium, quem aliquando accepi hominem [illegible], nunc Dei gratia cum ad te mitto Angelum. [illegible] lubenter diuinus excepisset Theodosius, & eum communi [illegible] & salutatione, cum Theodulo [illegible] dimittit in pace. Is autem statim [illegible] rursus ad cellam, [illegible] parum ægrotasset, migrat ex hac vita ad iucundam [illegible] vitam, & in qua nulla cadit perturbatio. Eius vero diuina & sacras reliquias, cum consuetis hymnis & lampadibus [illegible] lens conuentus fratrum, deponit cum alijs sanctis patribus in quodam loco, qui erat extra ambitum Lauræ, [illegible]

Felix obitus eius.

En quam piæ [illegible] reliquias [illegible] de [illegible] reliquijs.

hic quo-

hoc quoque mandasset beatus Sabas: vt cum ab ijs, qui accedebant, cognosceretur eius capsa, vtpote insignis, eius virtuti conuenientes haberet etiam post mortem honores. Talis fuit hic magnus pater noster in virtutis exercitatione, & tam pulchros collegit fructus suorum laborum.

LXIV SED cum talia & tanta sint, quæ dicta sunt, nempe in multis locis deserti constructa ædificia monasteriorum, continua trophæa contra dæmones, correctio fratrum, qui fuerant supplantati, ipsos facere Angelos ex hominibus, gratia prævidendi futura: Cum talia ergo sint & tam digna admiratione, quæ dicta sunt, habent ea, quæ consequuntur, nihilo pauciora, si non etiam plura, quæ non sunt minus admiranda. Dicantur autem ea quoque. Est quædam ciuitas ad Orientem, quæ vocatur * Medapa, sita trans Iordanem, subiecta nonnullis Arabum. Qui eam ergo habitabant * Madapeni, frequenter eunt ad beatum Sabam, & quandam ab eo magnam percipientes vtilitatem, ipsi rursus multa suppeditabant necessaria illius monasterij, ea veluti quandam mercedem reddentes spiritalis illius vtilitatis. Ex ijs erat etiam vnus Gerontius: quem cum inuasisset quædam corporalis infirmitas, & longo tempore decubuisset in sancta ciuitate, omnium iucundissimam desiderabat profectionem, nempe vt veniret in montem Oliueti, & illic oraret, vbi dicunt diuina eloquia meum moratum esse Christum, & peregisse magnum miraculum assumptionis. Cum ergo iumentum ascendisset Gerontius, statim init viam, quæ fert ad montem. Interim autem, seu casu, seu maligni potius dæmonis improbitate, conturbatum iumentum, deijcit vectorem: & repente deturbatus Gerontius, talem subijt ossium confractionem, vt vel earum rerum periti medici desperarent de curatione. Erat vero Gerontio frater iunioris cum vidisset fratrem confractum tam miserabiliter, & magno fuisset dolore affectus, alia quidem parua esse reputans, & quæ longo tempore indigent, nempe medicorum euocationem, oleum & ligamenta, & quæcunque sunt artibus illorum consequentia, statuit ei adhibere medicamentum vtilissimum & continuo currens ad Lauram, accedit ad diuinum Sabam, miserabiliter eiulans, & fratris deflens calamitatem, & ad ipsum visitandum eum vocans. Ille autem (eius enim doloris valde fuit misertus: erat enim corde propensissimo ad misericordiam) vadit ad Gerontium, & cum eum offendisset tam male affectum, primum quidem vtitur efficaci auxilio orationis. Deinde cum etiam salutari vnxisset oleo Crucis, sanum protinus reddit eum, qui fuerat confractus, adeo vt nullo opus ei fuerit tempore ad recreationem. quod maximo stupore affecit eos, qui aderant, & admirati sunt magnum & præclarum opus Sabæ, & eius ad Deum fiduciam.

Luc. 21. Act. 1.
Gerontij casus miserabilis.
Eum precibus & oleo Crucis sanat S. Sabas

LXV. POSTEA autem Thomas quoque (eo enim nomine vocabatur filius Gerontij) propter vsum quendam venit ad habitaculum, quod est in Hiericho. Cum tunc autem fame laboraret ciuitas, conuenit magnum Sabam, & Paulum & Theodorum, qui administrabant Castellium & speluncam. Cum diuinus autem Sabas eum lubenter & iucunde vidisset, ingenue & spiritaliter cum alloquitur, viro valde delectatus. Volebat vero eum quoque & corporali conuiuio excipere, eumque mensa & sale impertire. Sed cœna quidem erat parata. Minister enim hospitij, quando vidit Thomam accessisse, non neglexit statim facere id, quod erat solitus: sed hospitem excepit ijs, quæ habebat in promptu. Interim autem dum comederent, ministrum rogat Sabas, an posset vinum quoque præbere. Cum is vero respondisset, se vix habere acetum in vase cucurbitæ, idque admodum acre, vt magis condiret olera, ille excipiés, Afferatur, inquit, ad me vas cucurbitæ. Benedictus enim Deus: nos vinum ex eo faciemus. Est enim perspicuum, quod qui omnino aquam mutauit in vinum, eius etiam mutabit acorem. Hæc dixit diuinum illud os & mellifluum: & allata protinus cucurbita, inuentum est in ea vinum, & vinum reuera lætificans cor hominis. Cum ij autem qui aderant, vt par erat, affecti fuissent admiratione, suffitum & ignem iussit ille beatus afferri. Diuina enim inquit, visitatio facta est in hac hora. Sed non eousque solum constitit miraculum, sed eousque processit, vt multitudini quoque daretur vinum: etenim ad tertium vsque diem ab illo tempore ad satietatem suffecit bibentibus. Thomas itaque ipse quoque admiratus insigne miraculum, à beato Saba petit cucurbitam: & cum accepisset, illam quidem habuit tanquam thesaurum: quod in ea autem remanserat vinum, ei suffecit domum vsque. Hæc mihi narrauit Gerontius, Gerontius, inquam, Gerontij quidem nepos, cuius membra iam confracta fuerant, & à diuino Saba fuerat admirabiliter in integrum restitutus: filius autem Thomæ, de quo dixi paulo ante: cui nunc quoque propter insignem virtutem obtigit præfectura monasterij magni Euthymij.

Ioan. 2.
Acetum mutatur in vinum, multumque augetur.

LXVI PORRO vero illud quoque adiecit ijs, quæ dicta sunt, quod multis postea annis fuit cucurbita compluribus occasio salutis. Si quando enim contigisset aliquem morbo opprimi, nos, aiebat, eam aqua implentes, ei qui laborabat, infundebamus: & aqua illa morbum soluebat protinus. Sed hæc quidem Gerontius. Mihi autem se offert narranda res lepida & amœna. Nam cum aliquando ad Iordanem beatus iter ingrederetur, secum autem quendam adduceret ex suis discipulis ætate iuuenem, eis fit obuiam multitudo mundanorum: inter quos erat etiam adulescentula specie venusta, vagis & lasciuis oculis: laqueus, qui non poterat facile superari. Postquam vero illi præterijssent, Sabas veluti tentans discipulum, Tibi, inquit, qualis visa est puella? Mihi n. visa est vnum solũ habere oculum. Nequaquam, inquit, ò pater: sed duos habebat oculos. Ille vero, Falsus es, ò fili. erat enim reuera orbata altero oculo. Discipulus autem ignorans hanc fieri interrogationem à sapiente Saba, vt ipsum tentaret: dum quærit, vt recte cognosceretur, quod non ab ipso recte cognitum fuerat: Nequaquam, inquit, ò pater: sed vel valde lucidos habebat oculos, & visu iucundissimos. Sabas autem, Qui factum est, inquit, vt hoc scires tam accurate, vt hoc etiam tam constanter audeas asseuerare? Ego, inquit, eam pulchre attendi, & aperte noui eam habere ambos oculos. Cũ vero iam esset discipulus laqueis implicatus, tunc diuinus eum aperte arguens, Vbi, inquit, tibi positum est illud præceptum, Ne ad eam attraharis tuis superciljs. De cætero ergo, inquit, non amplius mecum versaberis, neque mecum in cella manebis, donec assuefeceris oculum non sic vagari, sed in loco manere. Cum sic dixisset, illum statim mittit in Castellium. Deinde cum illic satis longo tempore esset versatus, & pulchre castigatus, & pro oculis satis luisset supplicij, non fallaci pœnitentia, sed cordis doloribus, eum rursus suscipit beatus, & refert in numerum suæ cellæ.

Nota hæc miracula.
Prou. 6. iuxta 70.
S. Sabas monachum oculos non continentem acriter castigat.

LXVII SED quod in cucurbita factum est miraculum, me propemodũ effugit, nisi quæ de altera cucurbita à me paulo ante dicta sunt, id reuocassent in memoriam. Nam ab athleta hic quoque fit aliquid simile ijs, quæ prius fecerat Moyses in fluentis Marræ. Lauræ enim coquus aliquando quidem coquebat cucurbitas, & eas parabat obsonium operarijs ædificatorum. Cum autem iam tempore prandij gustasset obsonium, inuenit id felle amarius. Cum ergo ægre ferret id quod acciderat, (neque enim erat aliud, quod illius vsum impleret) diuino Sabæ annunciat id quod factum erat. Is autem statim veniens in culinam, cum in ollam iniecisset signum Crucis, iussit coquo eam accipere, ac secure apponere. Is vero sic fecit, & lubenter comederunt artifices, sic admirabiliter mutata qualitate. Eius enim voluntatem diuina sequebatur gratia, quæ sola potest fidem facere eorum, quæ deinceps sequuntur. Nam aliquando quidem veniebat beatus ea via, quæ refert à Ruba ad Iordanem. In via autem incidit in leonem ingenti magnitudine, cui pes erat paxillo transfixus, & magnum sentiebat dolorem. Sic ergo affecta fera, quando vidit sanctum Sabã prætereuntem, ad eum accedit protinus, pedem tollens sublimem, & paxillum quodammodo ostendens, & rogans vt misereretur, & eum illa liberaret molestia. Ille ergo cum rem statim intellexisset, & leonis doloris esset misertus, (mansuetus n. & rerum honestarum amantibus animis, etiam ad eos vsque pertinet misericordia) illum quidem humi facit sedere: cum pedem autem sensim apprehendisset, eximit paxillum, & sic leonem liberat à dolore. Veruntamen

Exod. 15.
Obserua magnam vim ligni Crucis.

Leo curat asinum S. Sabæ, ei studiose inseruit.

en merito ipse quoq; beneficio affectus, & quasi magno & excelso animo volens referre gratiam, ferinæ quidē naturę oblitus fuit: ei autem adhæret tanquam gratus & beneuolus famulus, studiose in omnibus inseruire desiderans.

LXVIII. Nam erat quidem huic venerando patri discipulus quoque nomine Phlais. aderat autem quidam quoque asinus, per quem inseruiebat Phlais magni ministerijs. Si quando vero contigisset discipulum emitti ad aliquod ministerium, leoni asini custodiam, & aliam etiam eius curam pater leoni cōmittebat. Cernebatur itaq; leo asini capistrū ore accipiens, & mane ad vesperam vsq; ipsum ducens ad pascua; vespere autē ducens ad aquam, & sic domum reducens, & discipuli implens omnem curam in asinum. Dies aliquot interim transierūt, & leo sic assiduo fungebatur ministerio. Deinde quid accidit, & quid efficit inuidia? Phlais missus ad aliquod ministerium, & à diuina gratia desertus, forte propter aliquam mentis elationem, ex qua multa delicta procedunt, cadit in lapsum fornicationis. Illo vero die asini quoque custos leo, ferociter insurgit in eum, quem custodiebat, & eum deuorat. Cum hoc autem intellexisset Phlais & animaduertisset peccatum suum causam fuisse, vt deuoraretur asinus à leone, non ausus est amplius venire in conspectum senis: sed reuersus in locum, vnde trahebat genus, tristitia afficiebatur, & seipsum affligebat. Non tamen despexit eum diuinus senex: sed cum eum diu quæsijsset, inuenit, & ad se rursus reuocat: Deinde admonitionib. eum ducit ad pœnitentiam ex animo agendam, & efficit, vt abluat peccatum multis & calidis lachrymis, & sic vita laudabili Deo rursus placeat. Atq; sufficiunt quidem ea, quæ iam dicta sunt, ad ostendendam huius viri virtutis magnitudinem, & quanta Dei gratia esset locupletatus. Operæpretium tamen est, se oblectare in ijs bonis narrandis, quæ fecit Byzantij: & quidnam eum impulerit, vt relicta Palæstina, ad vrbem veniret regiam.

Frattem lapsum S. Saba reuocat ad pœnitentiam.

Elias Episcopus Hierosolymæ damnatur exilio.

LXIX. Anastasio & Elia, illo quidem imperij, hoc vero Ecclesiæ, quæ est in Palæstina, sceptrum administrante, oritur internum quoddam scandalum, quod Imperatorem & aduersus multos alios, & aduersus Eliam adeo irritauit, vt eum damnarent exilio. Dicatur autem primum, quidnam eum ad iram incitauit, vt sic, quæ sunt deinceps dicenda, facilius intelligantur. Tertio anno imperij Anastasij, incidit grauis seditio inter eos, qui præerant Ecclesijs. Romani quidem Pontificibus dissidentibus à Byzantinis, quod Acacium, qui Constantinopolitanus quidem fuit Episcopus, de [illegible] autem Christianis non recte sentiebat, inscriptum haberent in sacris diptychis: Byzantinis vero rursus inter se Alexandrinis, qui Chalcedonensem quidē synodum feriebant anathemate, Dioscori autem admittebant communionem. Cum ergo inter eos inuicem magna esset dissensio, qui prius dictus est Elias, qui præerat Palæstinæ Ecclesiæ, solius Euphemij, qui erat Constantinopoli, amplectebatur cōmunionem, Occidentalib. quidem, vt diximus, depugnantibus: Palladio vero Antiocheno ad gratiam intuente Imperatoriam: & ideo Chalcedonensem quidem synodū ferienti anathemate, ea autem amplectente, quæ tenebant Alexandrini: vtpote quod Anastasius eadem quæ Alexandrini sentiret. Cum sic ergo se haberet Elias, & statuisset soli communicare Euphemio, Euphemius quidem, propter rectam de fide sententiā ab Imperatore (ô iniustitia) impie pellitur à sedis rectione: & in eius locū eucitur Macedonius.

Anastasius Imperator irascitur.

Cum in his autem esset Ecclesia, ijs quidem, qui Euphemium sede expulerant, assentiri non sustinuit Elias, vt qui eum expulissent præter regulam: Macedonio vero non dubitauit cōmunicare, & cum eo cōuenire, vt qui ipse quoq; rectam fidem amplecteretur. Quod quidem non parum ab initio conturbauit Imperatorem. Postquam autem Flauianus quoq, qui post mortem Palladij Antiochenæ præfuit Ecclesiæ, eadem quæ ij sentiebat, & in vera & recta ratione ingrediebatur, non poterat amplius cōtinere ira Imperatoris, qui aduersus pietatem solam erat fortissimus: nec ferre poterat eorū concordiā: sed efferatus & acri ira percitus, vtrosq; damnat exilio. Solū autem in præsentia quidē Macedonium, cum innumerabilib. impetijsset calumnijs, eijcit Episcopatu: Timotheo vero, illius loco tradit administrationem. Studium autē & curam ponebat, vt Flauianus & Elias assentirentur Timotheo. Illi vero Timothei quidē susceperunt cōmunionem, vtpote quod ipse quoq; cōueniret verbo rectæ fidei: Macedonij autem admodū ægre ferebant exterminationē, vt quæ non tam iure ac legib. quam vi & potestate fuisset facta. Hoc aduersus ambos magno furore concitat Imperatorem, & efficitur Ecclesijs causa magnæ tēpestatis. Quod quidē cum nescio vnde rescuisset Elias, qui Palæstinæ præerat Ecclesiæ missis legatis, diligenter agit de reconciliatione. Legati aūt erant & multi alij patres, & ipse Sabas, cuius nunc vita est argumentū nostræ huius orationis, iam 70 annos natus. Præterea vero mittit etiam Eliæ Epistolā, in qua hæc scripserat: Habitatores eremi, & Sabam cū eis, qui est caput eremi, ad tuam potentiam mittimus legatos pro Ecclesijs. Tu autē eorum laborē reueritus, & eos qui sunt ex Deo sudores, ô Imperator, fac vt cesset bellū aduersus Ecclesias. & ne sinas malum progredi vlterius. Scimus enim tibi curæ esse, vt ea agas, quæ Deo grata sunt, qui tibi concessit diadema.

Anno 512. Mittitur S. Sabas cum alijs legatis ad Imp. & Niceph. Vide Baron. lib. 16. c. 32.

Epistola Eliæ Imp.

LXX. Cum hi ergo diuini patres iam ingressi essent viam, quæ ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quædam synodus Episcoporum Orientis & Palæstinæ tunc congregata aduersus Flauianum & Eliam, quæ prætextū quidem habebat iussa Imperatoris: acceperat autem duces, Soterichum Cæsareæ Cappadociæ & Philoxenum Hierapolis Episcopū: qui Chalcedonensem synodum abrogantes, Eutychis & Dioscori studebant confirmare dogmata. Cum ergo legati venissent Constantinopolim, arcana & quæ comprehendi non potest Dei sapientia, quæ minimarum rerum magnarū præbet occasiones, & ijs, qui eum glorificant, semper aliquando tribuit gloriam, hic quoq; certo consilio aliquid gerit, per quod beatum Sabam, qui indutus erat cilicio, & vili habitu amictus, omni imperatoria purpura reddit splendidiorem: & eam, quæ in eo habitabat aperit gratiam Spiritus, quæ operta erat multis velis moderationis & humilitatis. Nam cum ij, qui cum ipso erant, deducerentur ad Imperatorem, & fuissent iam omnes intra aulam imperatoriā, ille solus à custodibus arcetur ab ingressu, seu propter vilissimam & contritam tunicam, seu Deo potius eum sic volēte facere insignem & gloriosum. Cum illos ergo benigne esset intuitus Imperator, & ea dixisset, quę dici solent in aduentu: & deinde requireret, quisnam esset is, qui erat præcipue in literis positus Sabas. Cum monachi autem in omnem partem circuncursarent, (neque enim sciebant, quonam modo ille esset ab eis disiunctus, & vbinam manisisset) statimque imperatoris satellitibus ad eum quærendum quoquouersus obeuntibus, inuenitur stans in quodam angulo ante aditum regiæ, & psalmos canens Dauidicos. Cum illinc ergo eum dispulissent satellites, & per regiam eum festinanter introducerent, cum iam esset ascensurus limen, vbi præsidebat Imperator: videt ille circa eum insignem quandam & plane admirabilem visionem, non vt qui dignus esset talia videre: sed vt ei fieret manifestum, quantum honorem sit Sabas apud Deum consecutus. Visio autem erat huiusmodi.

1 Reg. 2.

S. Sabas nō admittitur in palatium Imperat.

** Cum Imperatoris legit Baro.*

Visio Imperatoris circa S. Sabam. Eius reuerentia erga [illegible] hos. [illegible]

LXXI. Quidam specie angelicus, veste splendidus, eum in orbem circumiens, & ingressus illum præcedens. Hæc cū vidisset Imperator, & virū vere esse diuinū censuisset, & ei assurgit, seq; in eum ostēdit valde officiosum, & magno eum habet in honore. Deinde iussit oēs sedere: reuerebatur n. erat ei magna in monachos reuerētia, etsi quidā scelerati essent, vt cōturbaret rectā fidei rationem. Auribus ergo pbens omnib. iussit vt vnusquisq; diceret, de quo vellet. Illi autē velud obliti cōmunis Ecclesiarū legationis, & cuius causa missi fuerant, vnusquisq, proprias pponebat petitiones. Imperator vero cū eorū postulata benigne cōcedens, quæ volebant impleuisset, quoniā petentibus omnib. silebat Sabas, nec omnino quicquā rogabat, ad eum vultū cōuertens Imperator, Tibi autē o pater, inquit, quid sibi vult tātu[m] [illegible] nectis, cū nihil omnino roges, nec postules? Ad hęc ille respōdēs. Hac de causa, inquit, veni o Imperator, primū quidē vt tuā adorē pietatē, donec sum adhuc in corpore. Deinde, vt rogē pro sancta Dei ciuitate, & eius [illegible] vt ne [illegible] tuæ potentiæ subeat indignationē, sed pax conciliētur potius Ecclesijs. Ita n. & ipse Deum habebis propitiū, & tibi

p. xclaras

præclaras præbebit victorias aduersus inimicos. Eius ergo libertatem admiratus Imperator, & quod nihil peteret ex terrenis, & iis quæ ad victum pertinent: sed quæ ferunt ad Dei cultum, & Ecclesiæ constitutionem, aliis quidem concessit, vt recederent: ei autem largitur munus mille aureorum, dicens ea esse distribuenda monasteriis, quæ fuerunt ab ipso constituta: & simul iussit eum manere, statuens vt ad se posset ingredi citra vllum impedimentum. Cum vero non sustineret sedare iram, quam iam pridem conceperat aduersus Palæstinæ Pontificem, aliquando dicit magno Sabæ: Qui vestræ præest Ecclesiæ, ô venerande Pater, nos, vt videtur, magnæ damnans leuitatis, non solum synodi Chalcedonensis suscepit patrocinium, quæ confirmauit dogmata Nestorij: sed etiam effecit, vt Flauianus Pontifex Antiochenus eandem etiam viam iniret: & nunc solus * restitit synodo Sidone congregatæ, Flauiano consentiens, vt non feriantur anathemate, qui improbe tutantur dogmata Nestorij. Vnde etiam nos putans ludificari, per epistolas nostris iussis fert leges contrarias, iubens eitci, quicquid in nostram fidem sentitur recens excogitatum. Sed non amplius tali nostra fruetur lenitate. Sed ecce decernimus, vt vides, illum quidem sede expelli: eius autem loco eum sufficí, qui sit digne præfaturus Ecclesiæ: quoniam non conuenit sacra illa loca profanari sceleratis decretis Nestorij.

Vide falsam & impiam de Synodo Chalcedonensi opinionem Imperatoris.

LXXIII. Hæc cum dixisset Imperator, & adeo graui ira ferretur in Eliam, incipiens diuinus Sabas Eliam defendere Patriarcham, eius iram ita compressit, vt non solum illam latam rescinderet sententiam: sed etiam patriarchæ magis caueret, & iuberet ei de cætero remanere sedem minime auferendam. Illinc autem cum ad Imperatricem venisset Ariadnam, eam multum rogauit, vt Patris Leonis tueretur sententiam, & leges conseruaret pietatis. Hinc exercitatorem subiit amor vehementior quietis & silentij, & valde desiderabat reditum. Quoniam vero menti eius tempus minime congruebat, (tunc enim vigebat hyems) statuit vrbanos tumultus in præsentia declinare: & egressus in quendam locum, non procul ab vrbe remotum, qui dicebatur suburbanum Ruffini, hyemauit illic reliquo tempore. Quem quidem in locum & alij quidam ad ipsum ventitabant, maxime autem Valentiniani Imperatoris neptis Iuliana, & Pompeij coniux Anastasia, quæ in hodiernum vsque diem floret multis recte factis in monte Oliuarum. Cum post hæc autem ver aduenrasset, ille quidem, vt qui iamdiu teneretur magno amore quietis & silentij, paratus erat de cætero proficisci in solitudinem. Contigit vero aliquid in pagis, qui sunt Hierosolymis, quod eius repressit impetũ, & fecit eum rursus venire ad Imperatorem. Deinde paulo post magno cũ desiderio ingressus est viam, quæ ducit ad solitudinem. Verum enimuero non ingratum fuerit hoc quoque addere iis, quæ dicta sunt, quod magnam iusti illius significat misericordiam in pauperes, quibus fiebat iniuria: & zelum aduersus eum, qui improba mente contendebat prohibere misericordiam, & admirabilem in eum prædictionem.

* restitit.

S Sabas cõciliat eum Eliæ Episcopo.

Vide Baro. ann. 513.

S Saba Cõstantinopoli redit ad suos.

LXXIV. FAMES simul & pestis, duo mala, & quæ similiter possunt tollere de medio, cum inuasissent nonnulla loca ex iis, quæ sunt sita sub imperio Romanorum, multas quidem domos exinanierunt hominibus: totos autem pagos, & habitationes, & agros reddiderunt vacuos habitatoribus. Porro autem malum quoque procedebat vlterius, & adhuc pluribus afferebat interitum. Cum ergo considerassent communium curatores, quin etiam ipse Imperator, quanam ratione commune non pateretur damnum vectigalium annuorum, decernunt vt à finitimis, qui attriti fuerant & perierant, ea exigerentur: & hoc locum habuit per vniuersam regionem, quæ parebat eorum imperio: & quicunque habitabat in locis vicinis, cogebatur etiam pendere vicinorum vectigalia, siue perijssent fame & inopia, siue etiam essent suis bonis eiecti propter necessitatem. Beatus ergo Sabas pro re tam iniqua ciuitatibus, & tam impia, & maxime quod etiam Hierosolymis executioni mandabatur hoc iniquum & tyrannicum decretum, accedit ad Imperatorem, annuncians rei absurditatem, ostendens pauperum interitum, dicens commune nihil hinc lucrifacere, sed extremo potius damno affici, omnibus, qui grauem illam famem & inopiam effugere potuerunt, afflictis ab hac grauiexactione, & quæ essent in posterum soluturi, eorum iactura commune afficientibus. Deinde fit etiam supplex, & vnam ab eo petiit gratiam, nempe vt pauperibus iniustum illud vectigal remitteret, & duplici exactione miseros illos non amplius opprimeret. Cum is autem & iustum esse reueritus, & propter illius viri preces motus esset pudore, & nesciret quid ageret, & pauperibus vellet præbere immunitatem à crudeli illo munere, Marinus quidam agrestis moribus, qui linguam cohibere non poterat, tunc vero magnam habebat potentiam, agebat autem & ferebat, quo volebat, leuitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & vere regiam euertit sententiam, dicens esse Nestorianos, qui erant in sancta ciuitate, & tali dono minime dignos.

Decretum valde iniquum.

S Sabæ in pauperes & oppressos commiseratio

Nestorianos Orthodoxos a Seuerianis & Eutychianis hæreticis vocari solitos, notat Baro ad hũc locum an. 513.

LXXV. CVM eum autem increpasset beatus Sabas, & iussisset eum cessare desuper bellum excitare aduersus Imperatorem: in fine autem illa quoque adiecisset, Nisi te velox propter ea, quæ dixisti, subierit pœnitentia,* tibi monimentum peribit cum sonitu: Marinus quidem nihilo se euadit melior: Ille vero cum Imperatori statim valedixisset, & alias ab eo drachmas accepisset, vt distribueret iis, quæ sub eo erant, monasteriis, proficiscitur statim in Palæstinam & eas, quæ sunt in ea, solitudines. Hæc autem magna in pauperes iniustitia, mansit incorrecta tempore Anastasij: cuius partem quidem curauit Iustinus, cum diuinus quoque Sabas tunc literis apud illum intercessisset: perfectam vero illius curationem postremo effecit Iustinianus. Non multum intercessit temporis, & finem acceperunt venerandi huius viri ad Marinum prædictiones. Nam cum quædam rerum innouatio occupasset ciuitatem, & mota esset popularis seditio, facultates omnes Marini raptæ sunt à seditiosis, & domus fuit igne exusta: & parum abfuit, quin ipse periret. Neque vero mortem, quæ imminebat, potuisset effugere, si non cito conuersionem adspexisset & pœnitentiam. Hoc autem & alij plurimi renunciarunt, & Pompeius quoque consobrinus Imperatoris: multum quidem deflens Marini calamitatem, multum autem admirans beati Sabæ certam & veridicam prædictionem. narrauit etiam postea Anastasia, vxor huius Pompeij, quam in monte Oliueti omni florere virtute, vobis superior tradidit oratio.

Prophetia S.Sabæ.

*peribit memoria tua cum sonitu, legit Baro.

Magni hominis sæui facultates diripiuntur &c.

LXXVI. DIVINVS autem Sabas cum emisisset quidem partem auri sibi datam ab Imperatore, paternam domum, quæ erat in Mutalasca, extruxit in templum martyribus Cosmæ & Damiano: quod reliquum vero erat, ex æquo diuisit & ijs, qui simul erant, fratribus, & quæ sub ipso erant, monasterijs, Quoniam autem quidam ex monachis, qui cum ipso ascenderant Constantinopolim, sordidi & illiberalis animi notam subeuntes in auri diuisione, dicebant maiorem ad se partem pertinere, vt qui plus, quam alij laborassent, & cum magno Saba venissent vsque ad Constantinopolim, non permisit, vt diu conturbarentur, & essent adeo parci & sordidi: partim quidem ex historia adducens, & & ostendens eis, regem Dauid æqualem partem vtrisque tribuisse, nempe & exercitui, qui in bello cum eo adijt certamina, & ijs, qui remanserant ad castrorum custodiam: partim vero etiam ostendens eis à contrario, quod illis maior pars debebatur: quandoquidem illi, inquit, pro nobis & corpore & animis certauerunt: ipsi autem solis corporibus laborauimus. Et hæc quidem sic.

S Sabas cõdit templũ SS Cosmæ & Damiani

1. Reg. 30.

LXXVII. DIVINVS autem Sabas Mamantem quoque quendam, qui præerat monachis in Eleutheropoli, qui laborabant morbo Seueri: & prius quidem apud tribunal Imperatoris libere & cum magna confidentia locutus erat aduersus fidem orthodoxam, postea autem ab ipso Seuero vehementer dissensit, assumens Hierosolyma, ab acceptabilla hæresi blandis verbis abducit, & vt Eliæ adiungeretur, efficit. Deinde multos quoque alios hæreticos suo exemplo Mamas illaquear, & deducit ad fidem orthodoxam. Venit autem deinceps oratio ad id, quod fuit caput certaminum, quæ suscepit Sabas pro recta in fide sententia. Iam enim Soterichus & Philoxenus cum suis improbe ascenderunt in

Mamãtem hæreticum conuertit.

 Sidona,

Sidona, vt anathemati quidem subjiceren. Chalcedonensem synodum: Flauianum autem & Eliam de sede deponerent. Sed illi eas, quæ in se struebantur insidias, supplicibus literis missis ad Imperatorem, tunc quidem depulerunt. Postea vero Soterichiani maiore in illos inuidia accensi, magno furore in eos incitant Imperatorem, vt qui maledictis ab eis appeteretur & irrideretur. Certe cum à mente deprauato Imperatore sibi traditam illis tradita fuisset potestas in Alexandrinos, auro subeunt & corrumpunt populum Antiochenum. Quæ autem sunt consecuta, sunt potius lachrymis scribenda, quam literis. Nam cum Flauiano quidem omnem adhibuissent necessitatem, & quid non graue & molestum in eum intulissent, † cogunt eum anathemate notare synodum Chalcedonensem, deinde eum de sede & ciuitate simul turpiter ejiciunt: Seuerum vero profanum caput Acephalorum, habentem etiam Imperatorem, maximam ad id opem ferentem, eius loco sufficiunt. qui, cum apprehendisset sedem Antiochenam, innumerabilia quidem mala fecit ijs, qui non ei communicauerant. Mittit autem sua quoque synodalia ad Eliam Patriarcham. Quibus minime admissis, non mediocriter ad iram accendit Imperatorem: & hæc synodalia rursus mittuntur Hierosolyma, simul missis etiam quibusdam Clericis, & non parua manu militari, vt ijs, quibus non persuaderabantur eadem tenere, quæ ipsi vim etiam afferrent.

Flauianus ejicitur. Vide Euag. lib. 3. cap. 32. Bar. ann. 512.

* Nota hūc Seuerū hæreticorum sentētiam feruidè defendisse.

Cvm hæc autem ita se haberent, & tam acerba in fidem orthodoxam exerceretur tyrannis, & iam Eliæ graue LXXVIII immineret periculum, & eius capiti malum impenderet, & nusquam auxilium, cum congregasset diuinus Sabas eximios omnes & electos monachos, & cum illis accedens, & illam, quæ circumsistebat Eliam, perrumpens multitudinem, (ò generosam animam) regis satellites & Seueri ministros illinc fugat tanquam quædam mancipia. Deinde alia quoque vndique confluentium monachorum multitudo, eos qui Seuero communicabant, in illorum ipsorum conspectu anathematis fidenter subjiciunt. Hoc dedecus & hanc ignominiam volens delere Imperator, contra committit Olympium quendam Cæsareensem, et tradit eis copias, quæ erant in Palæstina, regia vtens auctoritate, non legibus necessitudine. Qui cum primum ascendit Hierosolymam, Eliam quidem de sede deponit, ac eum damnat exilio. Ioannem autem filium Marciani, qui Seueri quidem confessus fuerat communionem, anathemati vero subjecerat Synodum Chalcedonensem, reponit in illius sedem. Quod quidem cum didicisset beatus Sabas non ... [illegible] sed cum rursus assumpsisset fidentem illam exercitum monachorum, tanquam præstantissimus quispiam Imperator, iterum in certamen: & Olympium quidem non offendit: (iam enim ille, tanquam res recte successisset, eu... fuset in ciuitatem) in Iohannem autem incidens nouum Patriarcham, testificatur & denunciat, ne Seuero admittat in communionem: sed tueatur potius synodum Chalcedonensem, & pro ea ad sanguinem [illegible] tur. Quod quidem facit ille, reueritus patrum protestationem, omnino oblitus conuentorum cum Olympio.

Sabam pulsum in exilium, testatur Concil. Nicæn. 2. Act. 1. Anno 513. Item Catholica confestatur. Vide Bar. hoc an. Elias Episcopus agitur in exiliū.

Propter quæ irritatus Imperator, Olympium magnæ condemnans stultitiæ, illum quidem statim deponit LXXIX de magistratu. Cum eum autem tradidisset Anastasio, & eum constituisset Ducem totius Palæstinæ, illuc mittit. Ille vero cum quam celerrime venisset Hierosolyma, & non solo quidem verbo impertiisset Patriarcham, sed solam spectaret gratiam Imperatoris, & pro honore ei dato fine ratione, ei vicissim præstaret officium magis expectationes, eum statim conjicit in carcerem, impudentem vim afferens, & difficilem adducens necessitatem, vt synodum quidem Chalcedonensem seu abrogaret & confirmaret, amplecteretur autem & defenderet Seueri communionem. Sed ille cum rem communicasset Zachariæ, qui præerat Cæsareensibus, latenter consulendo de iis, quæ erant proposita, callida arte subterfugit necessitatem. Ita autem erat: Pollicetur se omnia facturum, quæcunque Dux iuberet, prompte & alacri animo, si relaxaretur à custodia, postquam duo soli dies præterii ffent: Ne vi, inquit, videamur parere iussis Imperatoris, ita dimittitur è carcere. Deinde vna nocte multitudo eorum, qui erant circumcirca monachorum, conuocatur in templum Stephani primi martyris, specie quidem, vt qui esset mane celebraturus communem festum primo martyri: re vera autem eos aduocans ad auxilium orthodoxæ fidei: vt sic magis hæreticorum conteret arrogantiam. Diluculo ergo congregata fuerat multitudo monachorum, partim quidem ex iis, qui fuerant illic congregati monachi, sicut dictum est: partim autem de more venientia ad synaxim: partim vero, quæ concurrerat ad videndum Hypatium, qui erat consobrinus Anastasij Imperatoris, modo seruatus ex captiuitate: erat enim templum quoque capacissimum multitudinis. Aderat autem ipse quoque Dux, vt eo teste abrogaretur & abdicaretur synodus Chalcedonensis.

Recitantur hæc in Septima Synodo Action. 1. tom. 3. Concil. Impius Imperator quid exegerit ab Episcopo Hierosolymæ.

Protinvs ergo ascendit suggestum Ioannes, vtraque manu tenens Sabam & Theodosium pietatis pro- LXXX pugnatores. Cum se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, & dicentem oportere statim anathemate eos, qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille cum tanquam diuinum aliquod signum accepisset, & cor habuisset repletum audacia, vnanimem emittit vocem cum multitudine: Si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Seuerus & Soterichus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, sit anathema. Tunc sentit Dux fraudem, & veritus populi consensum vnanimem satis habuit, si se subducens silentio fugeret: & abijt Cæsaream. Qui autem remanserat consobrinus Imperatoris, iureiurando affirmauit diuinis patribus, se non venisse, vt communicaret malæ Seueri opinioni: sed vt loca adoraret venerando, seque velle potius communicare eorum sanctitati. Dat itaque Sabæ magnam vim pecuniæ, & iubet eam distribuere omnibus, qui illic erant, monachis. simul quidem ostendens suam in Deum fidem, & quam erga illum habebat pietatem & reuerentiam, efficiens manifestam.

Ioannes Episcopus ex hæretico Catholicus publice confitetur fidem Catholicā. Hypatius cōsobrinus Imperatoris suā declarat fidē.

Cvm autem beato Sabæ feliciter processisset è sententia certamen, quod pro recta fide susceptum fuerat, sciens il- LXXXI le Imperatorem hæc non esse passurum, sed pro ignominia & dedecore id habiturum, & ægre laturum, & omnibus modis operam daturum, vt se vlcisceatur, congregato toto cœtu monachorum, vbi cum eis rem contulisset, simul scribit epistolam ad Imperatorem, quæ hoc modo habebat: Dominus noster Iesus Christus, omnium Rex æternus & Deus, excelsi post illum regni sceptra piæ vestræ potestati sua benignitate tradidit: re vera volens omnibus quidem sanctissimis Ecclesijs, præcipue autem matri Ecclesiarum, bonum pacis conciliare per vestram in Deum pietatem. Sciunt vero omnes, quod cum ab hac Ecclesia cœpisset vere magnum veræ religionis mysterium, peruasit vsque ad fines orbis terræ: quod quidem nos horum diuinorum locorum habitatores, ab ipso à sacrosanctis acceptum Apostolis, sanum & integrum in hodiernum vsque diem conseruauimus, & in æternum Christi gratia conseruabimus, à recta verbi semita minime deducti ab aduersarijs, aut corrupti profanis & vanis eorum vocibus: in hac ergo intemerata, & in quam nulla cadit reprehensio, fide, cum nutritum & * eductum ab ineunte ætate fuerit vestrū imperium, venit nobis in mentem admirari, quemadmodum in diebus vestræ pietatis tantus tumultus & tanta perturbatio inuaserit matrem harum ecclesiarum, vt ne parcatur quidem ijs, qui Deo ministrant: sed sacerdotes & monachi, qui virtutem sequuntur à pueris modesteque & silentio vitam transigere delegerunt, in conspectu Iudæorum & quorundam aliorum gentilium, ab ipsa sancta Sion, per mediam ciuitatem, turpiter trahantur & interpellantur, & in profana quædam loca expellantur: quin etiam cogantur nonnulla facere ad rectæ fidei labem & reprehensionem, adeo vt qui huc veniunt voti causa, pro vtilitate animæ recedant repleti scandalis & offensione. Rogamus ergo vestram potentiam, vt nos quoque aliquando à tantis malis relaxemus, quorum omnium author & origo est

Epistola S. Sabæ ad Imperatorem

* educatum Kaiσ.

Sacerdotes & monachos hæretici persequuntur.

Seuerus,

Seuerus, cui, vt in Antiochena præsideat Ecclesia, mandatum est ad pœnam nostrorum peccatorum, ad malum quidem prauus suæ animæ, & totius Ecclesiæ multitudinis. Quomodo enim non est absurdum, nos qui sumus Hierosolymitani, modo doceri de fide, & qui fuimus omnium partes ad verbum pietatis, tam sero videri didicisse veram religionem? Quomodo non est hinc manifestum, quod hæc, quæ recenter apparet & videtur esse correctio rectæ & sanæ fidei, quæ fuit tradita à patribus, non est reuera correctio, sed peruersio & adulteratio potius eius, quod recte habet, eius suscepturæ mercedem iis, qui persuadentur, procurans animæ interitum? * Non ergo nec patimur aliquid aliud addere præter ea, quæ decreta sunt à trecentis & decem & octo patribus, qui fuerunt Niceæ, & tribus quæ postea consecutæ sunt synodis: neque quicquam aliter innouare: sed pro eo etiam animas profundere, & innumerabiles, si fieri possit, mortes parati sumus suscipere. Pax autem Dei, quæ superat omnem intelligentiam, fidem nostram custodiet sanctam, & sedabit tempestatem, quæ est aduersus eam excitata, nutu vestræ potentiæ, ad eius gloriam, & decus pij vestri & religiosi imperij.

Seuerus, à quo Acephali hæretici. Pulchre hęc quadrant etiā in horū temporum nouatores. * Nos, Bar. P... ep. 4.

LXXXII. Cæterum Imperator quidem cum hanc accepisset epistolam, in aliud tempus distulit respondere: eum enim tunc vocabat quædam barbarica expeditio. Nobis autem sunt reliqua aducienda huius viri narrationibus. Post iniustum illud Eliæ Palæstinæ Antistitis exilium, fames quædam & penuria rerum necessariarum, siccitas quoque & locusta, & graues quædam plagæ, integris quinque annis oppresserunt Palæstinam. Cum vero essent septem, quæ ab ipso constituta fuerant, monasteria, & quorum ipse curam gerebant, nulli eorum redditum ac prouentum prouidit: sed cum Deo eorum omnem mandasset curam, & ea similiter premerentur rerum omnium inopia, ille non modo nihil vile & abiectum est locutus: sed etiam conuocans Præfectos monasteriorum, suadebat vt propter hæc nihil angerentur animo, neque de corpore quicquam essent soliciti: sed fidem haberent patri, qui sciebat eos his indigere, & omnipotente sua dextera ea suppeditabit. Cum sic ergo statuisset Sabas, magnoque & excelso esset animo præditus, in ea, quæ ei parebat, Laura adeo defecerant necessaria, vt ne suppeteret quidem panis ad Deo sacrificandum & offerendum. Accedit ergo is, cui cōmissum fuerat ministerium, significans ei calamitatem: & simul appropinquare diem Dominicum ei in memoriam reuocans: & quod non poterit vtique celebrari diuinum mysterium, cum neque panis sit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessariis. Sed hæc quidem ille.

7 Monasteria S. Sabæ. Matth. 6. Magna penuria in Laura eius.

LXXXIII. Magna autem illa reuera & admirabilis anima, ne sic quidem desperauit de Dei curatione, & arcanis & ineffabilibus eius prouidentiæ: Sed ego, inquit, nequaquam prohibebo sacrum Dei ministerium. Tanta vero rerum necessariarum indigentia, præbebit nobis aliquem sacrarum rerum thesaurum ad celebrandum ministerium: sed est fidelis, inquit, qui iubet crastinum manere liberum à solicitudine, quod attinet ad vsum corporis. Et cum nondum aduenisset dies Dominicus, veniunt quidam ad ipsum tanquam consulto missi à prouidentia, simul ferentes onus triginta iumentorum. Onus autem erat frumentum & vinum & oleum, & alia monachis apta ad alimentum: adeo vt Laura propemodum esset angusta ad capiendum res esculentas. Statim ergo diuinus Sabas ei, qui indigentiam parce & sordide ei obiecerat, Quid ais, inquit, sacrumne dimittemus ministerium? Ille autem intelligens interrogationem esse reprehensionem cogitationum, quæ non satis erant validæ ad sperandum in Deo, procidit ad eius pedes, petens veniam, & pro tam illiberali paruitate vehementem inferens pœnitentiam: & ille cito eam dat discipulo, & ea quæ oportebat suadet, dicens non oportere esse tam paruo & abiecto animo: sed à spe diuina firmiter dependere, & quod dicit diuinus Dauid, curam iactare in Dominum: cui nos longe magis, quam parentibus, curæ sumus. Cum in his esset beatus Sabas, accedunt quidam monachi ex iis, qui erant in spelunca, dicentes: Modo quidam pastores non solum secure immittunt pecora agris Lauræ: sed ipsi quoque crebro sine pudore ad Lauram ventitant, illinc magna licentia alimenta exigentes, tumultuque & strepitu fratres implentes quotidie. Ille vero præcepit pastoribus admodum placide & benigne (vt erant eius mores humani & mansueti) vt de cætero abstinerent à via, quæ ducit ad Lauram, & ne talia amplius aggrederentur. Illi autem, quæ dicta fuerant, nihili facientes, cum nihil omnino cessissent, re ipsa docentur non contemnere mansuetudinem, quæ in Deo multa potest. Protinus enim admirabiliter quidem & præter opinionem arcetur lac vberibus gregum: intereunt autem nuper geniti fœtus pecorum, cum eis esset misere exclusum nutrimentum. Cum ergo sentissent pastores se luere pœnas suæ in Sabam inobedientiæ, ad ipsum veniunt, casum mirabiliter deflentes, peccatum suum acriter confitentes, neque se deinceps ingressuros esse viam, quæ ducit ad Lauram, constanter affirmantes. Ille autem tam celeri pœnitentiæ veniam concedit celeriorem, & protinus benedictione soluit calamitatem, & eos liberat à supplicio. Nam simulatque ille benedixit, mox solutæ sunt vberum pedicæ, & lac profuse manabat, & agni alebantur & crescebant, & pastoribus in gaudium mutata est tristitia. Hinc magnus ille à superna motus prouidentia, venit ad visitandum Eliam Patriarcham, annos iam natus octoginta: erat autem, vt iam diximus, Elias in exilio. Secum vero duxit Stephanum & Euthalium, qui ipsi quoque præerant aliquibus monachis. Cum ergo cum eis Sabam vidisset Patriarcha, qui erat in exilio, & gaudio fuit repletus, & omnium præsentium malorum quodammodo est oblitus. Eiusmodi res est anima, quæ luctatur cum calamitatibus, & condemnata est alienam domum habitare pro sua, si solummodo notos adspexerit oculos, hoc minuit molestias, & affert magnum solatium calamitatis.

Matth. 6. Mira Dei prouidentia res necessariæ ei suppeditantur abunde. Psal. 54. Vlto diuina in protervos pastores pecorum. Mira vis benedictionis S. Sabæ. Vide Baro. an. 518. tom. 6 Annal.

LXXXIV. Cvm illos ergo adeo lubenter vidisset Patriarcha, cum multos dies apud se retinuit, neque eum volebat omnino dimittere: sed quotidie circa horam nonam iam è domo procedens (toto enim alio tempore in grato permanebat silentio) sermone & alimento eos impertiebat, amice & syncere cum eis vitam agens. Cum vno itaque die illi venissent, vt consueuerant, (is autem erat nonus Iulij) cunctabatur egredi Patriarcha. Et illi quidem expectabant, cibum minime tangentes: Patriarcha vero media iam nocte egressus, lachrymosos habens oculos, Vos, inquit, cibum sumite. Non est enim mihi otium. Illis autem diligenter sciscitantibus, quidnam ei accidisset, quod tam tarde esset egressus, & cur tristis esset, & essent eius oculi suffusi lachrymis, ille acerbe eiulans, O beate Pater, inquit, ad Sabam intuens, Heu, inquit, hac hora mortuus est Imperator Anastasius: & oportet me quoque omnino decimo die post eum excedere, vt causam nostram agamus ante horribile tribunal. Hoc ipsum quoque apertum fuit beato Sabæ, & illa nocte, qua visione dignatus est Patriarcha, dicitur ipsum quoque vidisse fulmina, quæ desuper immittebantur in Imperatorem, & cum veluti persequebantur, vt interimerent: cum autem fugientem in regiæ penetralia, turpiter effudisse animam. Sed mors quidem Imperatoris, vt quæ apparuerant visiones significabant, statim fuit audita. Deinde vita quoque excessit Elias Patriarcha, sicut ab ipso prædictum fuerat.

Elias patriarcha in exilio diuinitus didicit obitum Anastasij Imperatoris.

LXXXV. Cvm ergo post Anastasium Iustinus pie assumpsisset imperium, & per vniuersum orbem terræ misisset edictum, vt Orthodoxi quidem remitterentur ab exilio: Chalcedonensis autem synodus scriberetur in sacris tabulis, & veteres honores redderentur Orthodoxis, & rursus tranquillæ fierentur Ecclesiæ. His sic factis, & Iustino Imperatore reuersa rursus fide orthodoxa, erat quidē B. Sabas natus plusquā octoginta annos ætatis, & corporis imbecillitate & senectute, & lōga illa & intēsa virtutū exercitatione afflictus & maceratus. Verū enimuero etsi ita se haberet, prōpto tamē & alacri animi studio florebat ac vigebat: & quos propter Christū suscipiebat labores, præferebat omni quieti & animi relaxationi. Vnde etiā omnia postponēs zelo, quo ducebatur pro fide orthodoxa, statim profectus est per Cęsaream &

Iustinus succedit Anastasio Imperatori. Vide Baro. tom. 7. Annal. an. 518.

Zelus S. Sabæ in conuertendis hæreticis. Schytopolim, vbique prædicans pium illud edictum Imperatoris, & in tabulis ecclesiarum inscribens quatuor synodos: & alios quidem ex eis, suasionibus & admonitionibus, alios autem etiam reprehensionibus reuocans, & omnes perfundens suaui melle suæ doctrinæ, & optime inducens ad fidem orthodoxam. Erat autem Scythopoli vir Scholasticus, nomine Iohannes, bonus animo, & vitam suam virtute exornans: qui de quodam Syluano, gente quidem Samaritano, authoritate autem insigni, & multam aliam narrabat improbitatem & animi vitium, & dicebat etiam eum maxime insectari Christianos. Hæc cum magnus ille audiuisset, quædam prædixit de Syluano, quæ non

Prædictio S. Sabæ de Syluano impio. ita multo post effectum sunt consecuta: quomodo etiam paulopost ostendet oratio, nempe igne in media vrbe accenso malum male esse periturum. Quid ergo? Sufficiunt ne hæc ex viri miraculis, an adhuc sitiunt vestræ aures & sunt arrectæ & nondum sunt satiatæ tam pulchris & pijs narrationibus? Conuertenda est ergo oratio ad ea, quæ deinceps sequuntur. Nam in his quoque est gratia similis, & operatio miraculorum.

Ioannes monachus assiduis vigiliis & lacrymis amisit lucẽ. VERSABATVR vir quidam in quodam monasterio ex iis, quæ sunt Scythopoli, nomine Ioannes, qui a congressione hominum separatam quietamque in silentio vitam ab ineunte ætate susceperat. Is animæ quidem oculos LXXVI. valentes habebat & sanos, & per ipsos sæpe præuidebat futura: corporis autem oculi luce carebant, & nec minimum quidem splendorem admittebant. Caussa vero erat eius per totam noctem assiduæ vigiliæ, & fontes lachrymarum & senectas iam profundissima. Dicebatur enim vixisse plusquam centum annos: quorum octoginta quidem transegit in eodem monasterio: quinquaginta autem permansit nusquam progrediens. Cum eius multo sermone vbique fama celebraretur, peruenit etiam vsque ad ipsum Sabam. Qui, cum eius conueniendi teneretur desiderio, iter ad eum est ingressus. Mulier autem quædam in illa via iacens, laborabat iam multos annos fluxu sanguinis: neque poterat malum omnino comprimi, vincebatque artem medicinam, & manum. Emittebat vero tetrum quoque quendam fœtorem, minime tolerabilem: adeo vt propter hoc ipsum afficeretur maiori animi ægritudine, vt quam fugerent omnes & auersarentur. Ea ergo postquam sanctum solum sensit transire, supplicationibus & eiulatibus eum prouocabat ad morbi curationem. Ille autem acribus illis cedens clamoribus, velociter ei opitulatur: & solo tactu manus

Præclarum miraculum. morbum comprimit. Deinde cum huius rei fama permanasset ad multorum aures, vir quidam ad sanctum accedit cum sua filia. Luctabatur vero illa cum tetro dæmone, & patri vitam faciebat acerbam, & plane non vitalem. Ea ergo

Al. * clamore, vel labore. cum magno * calore allata, valde miserabiliter rogabat pater sanctum, aut, vt id ipsum melius dicam, paterne. Quamobrem misertus Sabas, & respiciens preces miserabiles, vt qui erat re vera clementissimus, & apud se paratam habebat consolationem, puellam vngit oleo Crucis, & cum eius qui in eam actus est, nomen dixisset, eam statim liberat à

Aliud miraculum. morbo, parentique eam tradit sanam & mente & corpore.

Notã singularẽ gratiã abstinendi. ATQVE sic quidem Sabæ animæ diuina quædam insidebat gratia, quæcunque ipse petiisset, operans admirabiliter: & corpus quidem semper habebat cedens eius voluntati, vt neque defatigaretur laborum assiduitate, neque LXXVII. voluptate rursus rem teneretur. Nam toto quidem tempore ieiuniorum permanebat ieiunus. Solebat autem semel tantum vesci in hebdomada. Si vero aliquando ab aliquo vocatus esset ad cœnam, aut ipse rursus aliquos conuiuio exciperet, bis sæpe vescens in die, nihil damni ac detrimenti sentiebat stomachus. Deinde postquam rediisset Scythopoli, admodum iucundus autem & optatus apparens Ioanni Hierosolymitano Pontifici, (quod intercesserat enim tempus, auxerat desiderium, vt solet amicorum) ab ipso vocatus esset ad conuiuium, quoniam vna etiam aderat Antonius Episcopus Ascalonitanus, qui erat frater Archiepiscopi, cum illi Sabam medium intercepissent, illi amice propinabant, & pro viribus eum inuitabant & accipiebant. Sed neque rursus sancto erant manus otiosæ: sed vt par erat, remota omni fictione & simulatione, vescebatur appositis. Aderat autem diuinus quoque Theodosius, qui erat ei valde amicus & familiaris, vt iam à me sæpe dictum est: qui cum velut quoddam condimentum, vellet mensæ speciosam aliquam & gratam inijcere orationem, vrbane admodum & lepide inferens, dixit diuinum Sabam ita esurire, vt ne vos quidem ambo, aiebat, qui sufficitis ad totam simul alendam Palæstinam, possitis eius ventrem alere ad satietatem. Tale & tam validum ac robustum corpus beati Sabæ generosæ contigerat animæ. Erat autem summa modestia præditus, & moribus lenis ac facilis. Erat ad eum quidem conueniendum facilis patebat aditus: erat vero in sermone iucundus, & moribus quidem simplicissimus: prudentia autem constantissimus, charitatem non fictam & syn-

Amicitia Ingens inter Sabam & Theodosiũ Abbates. ceram apud omnes conseruans. Erat vero valde affectus in Theodosium, adeo vt quotidie ad se inuicem ventitarent, & inter se de virtute conferrent, & essent ambo instar luminarium omnibus, qui vitam amplectebantur monasticam. Sed ille quidem eorum, qui vitam exercebant communem: hic autem, Sabas, inquam, eorum qui à congressione separatam & quietam, susceperat præfecturam. Dicitur certe, beatum Sabam vrbane sæpe dixisse diuino Theodosio,

* perfectorum. illum quidem puerorum, se autem esse præfectum * præfectorum.

SED conuertendum est, vnde digressi sumus, & iis, quæ dicta sunt, addenda sunt quæ sequuntur. Appetente LXXVIII. iam fine anni quarti, quo aquæ penuria & siccitas, & alia mala his cognata, Palæstinam inuaserant, accedunt ad Sabam monachi speluncæ, petentes vt illinc recederent. Neque enim se posse amplius manere, neque resistere tantæ aquæ inopiæ. Quocirca ille quidem partim adhortatus, vt forti & excelso animo ferrent quæ ingruebant: partim au-

Insigne miraculum. tem eos paterne admonens, persuasit vt rursus permanerent in Laura. Ad vos enim, inquit, veniet Dei misericordia, & vos cito ab eo defendet. Tertio deinceps die finem acceperunt, quæ promissa fuerant. Repente enim erumpens vehemens pluuia, cisternas impleuit aquarum receptacula: & quod est maxime incredibile, illis solis delapsa est pluuia, qui cogitarant à Laura recedere. In omnibus autem illis, quæ circumcirca erant, monasteriis, ne minima quidem gutta descendit. Hinc factum est, vt monasteriorum, quæ erant circumcirca, præfecti ad eum confluerent, deflentes & lamentantes, & dicentes: Quid peccauimus Pater, quod non ad nos quoque per tuas preces aqua cecidit, qui æque laboramus siccitate, & valde desideramus benignitatem & refrigerationem? Ille autem paucis verbis eos liberauit à magna illa animi afflictione, sic dicens: Nunc quidem misit Deus benedictionem ad eos, qui egent maxime: sed neque vos diu despiciet. Neque vos aqua deficiet, donec dederit pluuiam super terram. Iam vero instabat Dominica dedicationis, & cum aquæ penuria diutius produceretur, omnis autem fons propemodum deficeret, & nec in se quidem paruum seruaret aquæ vestigium, sed multi ideo misere perirent: Ioannes Antistes Hierosolymitanus, valde suspectam habens multitudinem, (solet enim, cum laborauerit inopia alicuius rei necessariæ, seditionem protinus agitare, & aliorum facultatibus parare insidias) omnes partes obibat, loca locis mutans, & puteos fodiens, humidiora loca profundens, & fossas perscrutans, & à nullo abstinens, quod ei occurreret. Sed hoc nihil proficiebat. Omnium itaque spe abiecta, sedebat de cætero mœstus, & apud se deflens communem vrbis calamitatem.

CVM is ergo ita esset affectus, & communem casum, suum luctum esse duceret, quidam ex eius amicis, Sum- LXXIX. mus nomine, volens esse particeps solicitudinis, & quoad eius fieri posset, illius consolari ægritudinem: quoniam aliunde inuenire non poterat mali solutionem, accedit ad eum, narrans de pluuia quæ eruperat, & de diuinis illis signis, quæ facta fuerant Sabæ precibus: & consulit, vt eum ad se accersat, & vehementer roget, vt hanc eis alleuet calamitatem, & cessare faciat plagam, quæ tam grauiter infligitur. Ille autem persuasus, cum eum accersisset, & ad eius pedes procidisset, omnes adhibuit preces, vt sanctas manus ad Deum tolleret, quas ipse solet respicere, & eius misericordiæ viscera in mentem reuocaret, & efficeret, vt qui est bonus, eos benigne adspiceret, & eis reconciliaretur. &

soluerer

solueret calamitaté siccitatis, quę eos opprimebat. Cū is aūt differret, & ré suas vires superate diceret, Episcopus non cessat obsecrare, & genua prēstare, & nullū prætermittere modū supplicationis: (Quid enim ad deprimēdum & deiiciendū animū est calamitate vehemētius, & maxime ea, quę tā multos tādiu affligebat?) nesciēs deinceps, quid ageret mitissimus Sabas, se includit in domūcula, iubēs illos quoq; simul preces fūdere. Deinde ille quidē intēsæ vacabat orationi, & pro eis fūdebat preces. Tertius iā dies prętererat, & circa primā noctis vigiliā repēte conuertūtur nubes, & ex serenitate mutato aere in profūdā caliginē, vehemēs erūpēs pluuia, replet quidē aqua fōtes: torrētibus autem sua reddit fluenta, & vniuersam semel ciuitatē ad vno animo & vno ore gratias Deo agendum excitat. Et hæc quidem sic.

Modestia S. Sabæ.
Oratione sanctus pluuiam impetrat a Deo.

XC. Cvm aūt multū tēporis intercessisset, & magno Sabę ad 86. anos ętas prouecta esset, decedit quidē Ioānes, relicto successore Petro, viro virtute insigni. Tertio aūt deinceps anno Imperator quoq; Iustinus valde iā prouectę ętatis, & alioqui oppressus morbo corporis, cū ad administrādā Rēpub. nō amplius sufficeret, deponit imperiū, Iustiniano patruele suo cōstituto pro se Imperatore, qui erat patricius, Cōsul & Dux exercitus, & qui iā fortiter Rēpub. gerere erat aggressus. Sed de Iustiniano quidē dicere interim differamus: immoremur aūt in iis, q̄ admirabiliter à S. Saba facta sunt in Petrū successorē Ioānis: quæ quidē velim nolim ad se trahūt orationē, & sunt aliis lōge iucūdiora & gratiora. Nā is quidē veniebat assidue in solitudinē ad diuinū Sabā, & eandē in eū seruabat reuerētiam, quā priores Patriarchę. Interim vero cū morbus inuasisset sororē, (erat enim ei soror nomine Hesychia, nō vulgaris virtutis) & cū omnis ars medicorū abiecisset spē eius curationis, ipse nō minus, quā illa, animi mœrore cōfectus, & nullū inueniēs medicamētum calamitatis, ad diuinum Sabam statuit confugere, vt videret an aliquam assequeretur clemētiā. Ipse autem cum accessisset ad ægrotantem morbo incurabili, & ter manu fecisset signum Crucis, non differendo, sed continuo eam sanam reddit fratri. Talem ergo Episcopus inuenit remunerationem sui in Sabam honoris.

Anno 527.
Petrus Hierosolymæ Episcopus.
Iustino abdicanti succedit Iustinianus.
Signo Crucis ter edito repente sanat morbū incurabilē S. Sabas.

XCI. Tvnc vero, cū &, quæ à me superius dicta est, Iuliana è vita excessisset, eorū qui apud ipsā erāt Eunuchorū fidelissimi, qui iā lōgo ante tēpore erāt B. Sabæ amici & familiares, accedūt ad ipsū, afferētes cumulos pecuniæ: pro quib. nullā aliā petebāt remunerationē, quā solū, vt referrētur in numerū suorū monachorū. Ille autē cū nō posset suā legē soluere, neq; Eunuchorū & imberbiū aliquē in suā Laurā admittere, cū multis admonitionib. & sermonib. apud eos esset vsus, & eos cōfirmasset ad futurū, ipsos emittit ad B. Theodosiū. Illi vero paulopost Patriarchā cōuenientes, petūt ab ipso quēdā locū, volētes in eo degere separatim, & sibi solis & Deo vacare. Ille aūt cū Alexādro Eliæ monasteriorū Præfecto eos cōmēdatos, apud ipsum breui tēpore deposuisset, apud se cōsultabat, quē nā eis locū tribueret, & quēadmodū finē imponeret eorū volūtati. Interim vero pecuniis illectus Alexāder, nō stās pactis illis cōuētis, quę cū Elia inierat, diuidit Eunuchis monasteria, cū ad ea nullū laborē nec operā prius cōtulisset, quę ille multis laborib. & sudorib. cōstruxerat. A quib. vnū ex monasteriis in hodiernū vsq; diē nominatū est Eunuchorū. Sed de his quidē satis.

Anno 527.
Vide Baro.
S. Sabas Eunuchos & imberbes in suam non recipit Lauram.

XCII. Cvm iā aūt imperiū assumpsisset Iustinianus, & rerū suscepisset administrationē, agebat quidē B. Sabas 91 annū: finē vero vitę acceperat diuinus Theodosius: qui in Palęstina quidē erat populus Samaritanorū, cū Iulianū quēdā, qui ipse quoq; erat Samaritanus, sibi Regē creassent, multas iniurias faciebāt Christianis, Ecclesias depopulātes & exurētes, Christianos afficiētes suppliciis innumerabilib. & deinde etiā occidētes: & in vicos finitimos faciētes incursiones, & capsas sanctorū rūpētes, & igni mādātes. Quæ quidē maxime fecerūt in locis, quæ erāt circa Neapolim: vt qui Episcopū quidē gladio interemerint: quosdā aūt presbyteros cōprehēderint: & primū quidē mēbratim & frustatim eos dissecuerint, & deinde eos cū martyrū reliquiis frixerint in sartagine, & nulli probro & cōtumeliæ pepercerint in Christianos. Hæc postquam renūciata fuerunt Imperatori, aduersus illos magnas emittit copias: quæ cum eis manus conflig entes, & multos alios interimunt, & ipsum etiam Iulianum. A quibus Syluanus quoq; tunc Scythopoli comprehensus, in ignem iniicitur, & ita acerbum accipit vitæ exitum, vir qui multis probris & contumeliis affecerat Christianos, & ideo, vt arbitror, pulchre ad hoc à diuina reseruatus erat iustitia, vt sic lueret supplicium sufficiens, & finem acciperet: quod non multis ante diebus de ipso dictum fuerat à Saba. Deinde quidam ex eius comitibus, nomine Arsenius, illustris dignitate, ad falsa fingenda, & confundendam veritatem omnium callidissimus. Is cum post tetrum Iuliani interitum venisset Constantinopolim, & accessisset ad Imperatorem, & cum ipso & eius coniuge, nescio vnde, ei magna intercessisset familiaritas, multa quidē dicit, ad magnā autē iram eos accendit aduersus Christianos qui erāt in Palæstina, dicēs eos vel maxime fuisse authores & causas seditionis Samaritanorū, & dignos grauissimo supplicio.

Anno 530.
Samaritani Iulianū Regē sibi constituunt & affligunt Christianos.
Vide Baro.
Nota quos hodie imitentur hæretici.
Arsenij cuiusdam calumniæ.

CXIII Hæc postquam in Palæstina renunciata fuere Patriarchæ, eum statim subit misericordia eorum, qui falso accusabantur: & accedēs ad B. Sabam, eum vehementer rogauit, vt abiret & fungeretur legatione apud Imperatorem, & excogitatam refelleret calūniam, & Christianos liberaret à tantis periculis, nihil aliud futuros, nisi diaboli linguę trophæum & improbitatis. Ille autem paruit, & nullo interiecto spatio, iter statim arripuit: eratque reuera prætet fidem id, quod cernebatur, nempe hominem, qui in tam imbecilla lababat senectute, & quem par erat in lecto se quieti dedere, citra moram tantum iter inire, minime cedentem, neq; senile quippiam aut languidum, remissumve sustinentem: sed perinde atq; ætate adhuc vigentem, & magnam corporis imbecillitatem vincentem copia prompti & alacris animi. Cum iam autem peruenisset ad suburbia Constantinopolis, Imperatori quidem significatur aduentus: & ipse statim mittit vnum ex iuuenibus Imperatoriis, & quosdam ex suis satellitibus, aduentum illius maxime honorans. Deinde eo, quo par erat, comitatu stipatus, Sabas ad ipsum mittitur. Deinde Patriarcham quoq; Epiphanium, & quicquid erat apud se clarum & illustre, emittit, vt ei procederent obuiam. Neq; enim terrenum & mundanum aliquem, sed tanquam vnum ex angelis, & ciuem supernæ Hierusalem se censebat accipere. Quem postquam adhuc procul procedentē agnouit Imperator, ille quoq; cernebat aliquid simile ei, quod viderat Anastasius. Videbat enim quandam coronam eius capiti impositam, eleganti quodam splendore decoratam, & micantem luce omnis generis gratiarum. Visione ergo Rex obstupefactus, è cathedra surrexit, & sacrum illud caput reuerenter & iucunde est complexus. Deinde cum ille ab eo accepisset benedictionem, orauit vt sua quoque coniux esset eius particeps. Cum ea autem adfuisset, adorauit & rogauit, vt solueretur vitium eius matricis, (erat enim petra sterilior) & vt ex se natum posset videre filium: quod quidem illa pluris faciebat, quam ipsum imperium. Ille autem ad hæc tacens, solum illi precabatur, vt sospes & salua esset eius potentia. Illa vero rursus instabat, petens preces liberorum procreationis. Ille autem pergebat easdem rursus preces dicere, & aperte præ se ferebat se recusare petere, ne ipsa fieret mater filiorum. Vbi vero cum illa hoc sæpe petiisset, ipse nihilo magis annuit orationi, neque edidit preces conuenientes eius desiderio, tandem abiit Imperatrix magna affecta tristitia, quod id quod volebat, non esset assecuta. Deinde cum qui in preces incidissent, & maxime quicunq; solent principum gratificari cupiditati, etiamsi sint inutiles & nihil iusti habeant, eum criminarentur, quod preces recusasset, & dicerent id, quod Imperatricem maiori molestia afficeret, ille ægre ferens, causam aperte protulit: Sinite, dicens, ô beati. Non enim sinet aliquem fructum ex ea edi, ne ipse quoque gustet Seueri dogmata, & deteriores, quam prius ab Anastasio, tumultus Dei conturbent Ecclesiam.

S. Sabas valde grandæuus, it legatus ad Imperatorem.
Admodum honorifice accipitur ab Imperatore
Theodora interpellat S. Sabā pro sobole.
Cur denegata proles Theodoræ

XCIV Imperator autem Iustinianus in sanctum tantam ostendit pietatem & reuerentiam, & cum eum conuenisset, non solum remiserit iram, quam iam olim conceperat aduersus Christianos, qui erant in Palæstina, sed etiam Samaritanos * plene expulerit è ciuitate, & eorū synagogas deinceps prohibuerit: & de illis hāc legē tulerit, ne essent alter alterius hæredes, ne per successionē opes eorū crescerent & amplificarētur. Quinetiā vt interficerētur, quicunq;

Iustinianus contra Samaritas lex tulit.
*for * plane*

eorum

eorum fuissent authores seditionis. Quamobrem timore affectus Arsenius, qui ... Samaritanis, cum humano, metu quoque diuino concurrente, supplex à Saba contendit, vt ab ... ram piam impetrat petitionem. Sed hæc quidem postea. Imperator autem cum ... aduersus Samaritanos, & sic ea propter quæ venerat, sancto esset gratificatus, non huc vsque fuit promptus ... sed se extremum damnum accipere existimabat, si non eum regalibus & splendidis afficeret be... & fide ... abundantiam ostenderet suam in eum munificentiam. Cum eo certe assidue colloquens, & eum honorans, sicut ... Anastasius, vehementer instabat, vt aliquod pecuniæ vectigal subiectum ei monachis constitueret. Ille autem, Vigilium quidem, inquit, & pecuniæ, quantum satis est ad vsus necessarios, ille nobis prouidebit, qui populum non obedientem copiose aliquando aluit in deserto, & aquam eduxit è petra: & qui non solum necessaria, sed etiam sæpe quæ redundant, suppeditat. Tibi autem, ô Imperator, si tantæ est curæ, vt nobis gratificeris, adsunt aliæ quoque non paruæ, & non contemnendæ occasiones, per quas poteris in nos tuam exercere liberalitatem. Nam & Palæstini, qui male sunt affecti à Samaritanis, & quorum magnæ quidem prædæ sunt abactæ, multa vero ædificia & diuina templa, & mancipia præterea & greges, frumentumque & alios fructus viderunt exuri ante oculos, & nunc non habent, vnde nam sibi victum quotidianum comparent: supplices petunt aliquam ad tempus immunitatem, vt se parum recreent ac reficiant, & rursus possint sufficere annuis soluendis muneribus: & qui ad adorandum viuificum sepulcrum veniunt in sanctam ciuitatem, ipsi recto opus habent, vt se parum recreent à labore itineris: & maxime si quis eorum aliquando in morbum inciderit, postulant necessariam corporis curationem. Quinetiam quod à Patriarcha Elia prius cœptum est ædificari Deiparæ Virgini templum, multis adhuc indiget, nec satis est instructum ornamentis: & quæ sunt meis constructa manibus monasteria, cum nullum in propinquo habeant præsidium, in quod se recipiant, nullo negotio capi possunt ab inimicis, & prima incursione venire possunt in manus hostium. Ante omnia autem, Arrij, Nestorij & Origenis dogmata conturbant Ecclesias, nec sinunt eas pura frui tranquillitate: & ideo à tua potentia agendum est adhibendum studium, vt omnibus viribus ea tollas de medio, & tantum malum procul expellas. Hæc si feceris, bonam spem concipio, & in Deo confido, fore vt mox diues sequatur remuneratio, Romaque vniuersa & Carthago, & quæcunque amiserunt, qui ante te imperarunt, cernentur rursus partes tui imperij. Et fuerunt hæ quidem piæ & in commune vtiles beati Sabæ petitiones apud Iustinianum.

Exod.16.& 17

S. Sabas oratIustinianum pro Palæstinis.

Arrij, Nestorij & Origenis dogmata conturbant Ecclesiam.

XCV. Operæ pretium autem est quærere, cur prætermissis aliis hæresibus, Arrij solum meminit, Nestorij & Origenis. Fortasse enim quibusdam simplicioribus videbitur eis assentiri, & ideo harum trium solum meminisse. Quanam ergo de causa harum meminit? Quod aliæ quidem hæreses non valde tunc vexabant Ecclesias. Secta enim Arriana cum Gotthos occupasset, & Vandalos, & Gepidas, & comprehendisset totum fere Occidentem, omnes fere ex æquo pestifero repleuit exitio: Nestorij vero & Origenis hæresis morbo multi monachi laborabant, & timendum erat, ne alios attraherent ad malorum societatem. Nam cum quidam nuper conuenissent monachi Byzantium, visi sunt quidam tenere dogmata Theodori Mopsuestiæ: rursus autem Origenis dogmata defendere, Leontius, qui erat ipse quoque monachus, genere Byzantinus, qui erat vnus ex iis, qui cum Nonno ingressi fuerant nouam Lauram, quos postquam cognouit magnus Sabas, à suorum statim expulit conuersatione. Sed nobis reuertendum est ad seriem narrationis. Cum diuinus Sabas proposuisset tales apud Imperatorem petitiones, ille perinde ac iamdiu libens gratificari sancto, statim scribebat, imperabat, decretum in omnem partem mittebat, omnia faciebat, ne hæc differrentur & in longum protraherentur: ne coram quæ fiebat dilatio, tam pulchrorum beneficiorũ obtunderet splendorem. Hæc quidem Imperator. Qui autem ei, qui frigidum solum aquæ calicem dedisset in nomine suo, pollicitus est, scilicet se daturum centuplum, non distulit remunerari & referre gratiam: neque promissum suum produxit in longum, sed vt magnus pollicitus est Sabas, simul atque Imperator per Præsides prouinciarum impleuit, quæ fuerat pollicitus, Aphrica vniuersa & Roma eius accesserunt imperio: & qui erant in vtraque tyranni, Vitigis Romæ, & Gelimer Carthagine, eos pro liberis seruos, & pro regibus captiuos, & supplices accepit pro inimicis.

Arriani, Nestoriani & Origenistæ multi. Vide Bar. an. 530.

Matth 10

Iustinianus recuperat Afriam & Romam

XCVI. Sed cum huc deducta sit oratio, venit mihi in mentem huius viri constantia & animi generositas, quod nulla eum temporis necessitas coegerit ad illiberalem adspicere adulationem, aut se aliqua in re gerere seruiliter: (quod quidem difficiliter obseruari potest à viris bonis, & est factu admodum difficile) sed vsus est conuenienti aduersus omnes moderatione, honestatisque & philosophiæ magnam ducebat rationem. Hoc autem facile potest ostendi. Nam cum in eius petitionibus occupatus esset Imperator simul cum Tribuniano Quæstore circa eam, quæ vocabatur Magnaura, & in consilium eum adhibuisset, ille, cum iam venisset hora tertia, relicto Imperatore, Deo seorsum reddebat preces solitas, vacans sacris diuini Dauid psalmis. Cum Hieremias vero vnus ex discipulis ad eum accessisset, & dixisset, Quid hoc sibi vult, Pater? Cum Imperator tantum adhibet studium, & vt tuas impleat petitiones vehementer laborat, tu, eo relicto, nunc agis alibi: ille admodum ingenue respondens, Non est hoc alienum, inquit, ô fili. Nam & ipse facit, quod ei conuenit: & nos omnino id, quod debemus. Sed redeat nobis oratio ad ea, quæ proposuimus.

S. Sabas statuto tempore relicto Imperatore persoluit preces solitas.

Imperator omnia facit ad preces eius.

Imperator ergo tanto studio affectus aduersus huius viri petitiones, per vniuersum orbem terræ mittit decretum: & statim Episcopis, Antonio Ascalonitano, & Zachariæ Pellæ, literis præcipit Imperatoriis, vt visant loca Palæstinæ, quæ fuerunt exusta à Samaritanis, & habita ratione eorum, tributa alleuent. Visant autem templa quoque Sanctorum, & quantum ipsa damnum acceperint à scelerata & audaci manu Samaritanorum, per illorum ipsorum facultates, aut publicas reparent pecunias, & in sancta ciuitate exstruant nosocomium, & annuos ei dent redditus mille octingentorum & quinquaginta aureorum. Quinetiam aliam quoque domum, vt in ea habitarent, qui procul illuc veniebant, & Deiparæ templum eleganter exstruant & exornent, & præsidium prope Lauram muniant, vt in inimicorum insultibus esset tutum monachis refugium. Præter hæc vero nominatim quoque declaratas hæreses tollant de medio, & præclaro subiiciant anathemati. De his autem fere omnibus Procopius quoque Cæsariensis in quinto libro de Iustiniani ædificiis, ab eo constructis, hæc sigillatim refert, ipsumque constructum Deiparæ templum accurate exponens, eiusque pulchritudinem & magnitudinem nulli dicens esse similem, & id nouam vocari Ecclesiam: cum Cyrillo conueniens, qui diuini Sabæ vitam conscripsit ab initio. Præterea autem de duabus quoque ædibus constructis illi suffragatur: quarum vna quidem est ad excipiendos hospites: altera vero ad recreandos eos, qui morbo affliguntur. Quinetiam illic constitutos multos pecuniæ redditus, & templorum renouationes, quæ exusta fuerunt à Samaritanis, & propter inimicorum incursiones exstructum præsidium, ei congruenter persequitur.

Vide Baro. an. 530

Hinc apparet, Metaphrastē nūc Sabæ historiā auxisse.

Cum has ergo constitutiones diuinus Sabas ab Imperatore accepisset in literis, & recessisset Constantinopoli, venit Hierosolyma. Cum autem illuc venisset, & magistratibus tradidisset literas, quas habebat imperatorias, hinc venit Scythopolim, vbique prædicans decreta Imperatoris, docens ciuitates, componensque & instruens ad fidem orthodoxam. Deinde eos quoque, qui grauia illa passi fuerant à Samaritanis, & aliis modis recreans, & tributorum immunitate consolans. Hieremias autem monachus, cuius iam feci mentionem, cum nescio quo pusilli & abiecto animo motus, à Laura maxima recessisset, in quodam deserto torrente statuit habitare, qui quinque stadiis aberat à pe-

rat à spelunca boreali. Cum illic vero fuisset magnus Sabas, & locum vidisset valde aptum, & vt qui in rebus honestis non soleret cunctari, paruam quandam aram & oratorium, & diuersas cellas intra paucos dies ædificat: & statuens, vt quidam monachi eas habitarent, eorum curam tradit Hieremiæ: & sic Dei gratia fuit locus in Lauram constructus, quæ floret vsque in hodiernum diem, Hieremiæ sortita appellationem. Cum Scythopoli autem, vt diximus, esset Sanctus, ad eum accedunt Cyrilli parentes, qui fuerant olim Sancto noti, & ei legibus amicitiæ coniuncti, qui ei commendant Cyrillum adhuc valde iuuenem: & efficiunt, vt ab eo impertiatur puer benedictione. Hic est vero Cyrillus, qui magni Sabæ vitam nobis conscriptam tradidit. Dicit ergo ille ipse Cyrillus: Cum me, inquit, magnus Sabas adspexisset, & salutasset, & sua dignatus esset benedictione, Hic exhinc, inquit patri, est meus discipulus. Doceatur ergo psalterium: eo enim opus habeo. Sed enim redeundum est, vnde digressi sumus. Lauræ Hieremiæ conditur.

XCIX. CVM ergo regiæ literæ fuissent ostensæ Episcopis, & quæ factæ fuerant Ecclesiarum euersiones, subiectæ fuissent eorum oculis, primæ quidem Palæstinæ, vt quæ perfectam sustinuisset vastitatem, duodecim * centariorum publicorum fecit remissionem: Scythopoli autem, quæ minus damnum acceperat, non plusquam vnius. Postquam vero hæc recte gesta fuissent à magno Saba, reuersus Hyerosolyma, adoratis sanctis locis, & iis dictis, quæ quodammodo dici solent in exitu, venit ad maximam suam Lauram. In qua cum parum esset moratus, morbus quidam ingruens, illum vere fortem adamantem lecto tradit. Quod quidem cum significatum fuisset Patriarchæ, repente venit ad illum visendum. Cum vero venisset, & sic vidisset eum in cella iacentem, egenum rerum omnium necessariarum, quando oportet ea etiam suppetere, quæ redundant, & circa corpus omnem excogitare curationem, vtpote quod & morbus & senectus & longi labores possint vehementer extenuare: supplex ab eo contendit, vt exportetur ad sibi subiectam Ecclesiam, vt possit illic frui aliquo ex iis, quæ pertinent ad remissionem ac recreationem. Ille autem Patriarchæ reueritus supplicationem, & illuc exportatus, iacebat cum ipso morbo luctans, & ab eo similiter confessus. Cum vero aliquantum temporis intercessisset, ad eum diuina quædam aduenit visio, significans illius hinc futurum excessum. Statim ergo reportatus in cellam, cum vltima verba dixisset fratribus, & postremum eis dedisset osculum, & cuidam Melitæ illorum commisisset præfecturam, viro idoneo cum id crederetur, à terrenis migrat ad cælestia, suamque animam in manu Dei deponens, iam natus * nonagesimumquartum annum. Erat vero quintus dies Decembris, quo mortuus est vir ille inclytus, & ad vitam quæ illic est, migrauit, comitatus ab angelis & martyribus, vt paulopost ostendet oratio. Nunc autem per seriem procedat narratio. fol * centenariorum, vel centuriarum Visio S. Sabæ Obitus felicissimus. * nonagesimumsecundum.

C. CVM ergo mors Sancti, breui tempore in omnem partem peruasisset, concurrit quidem ad sacrum illius corpus multitudo innumerabilis. Côcurrit autê vniuersus quoq; ordo monachorum, & quicunq; erant Episcopi: qui cum quo par erat ornatu corpus composuissent, hymnos & cantica ei de more canentes, pie admodum & sancte inter duas Ecclesias in media Laura deponunt: vbi cum ille esset superstes, vidit columnam lucis. Atque talis quidem fuit vita beati Sabæ, & eius tam admiranda, & quæ naturam superabant recte facta. Nobis autem eundem est ad miracula, quæ facta sunt post mortem, quæ sunt & numero multa, & insignia magnitudine. Corrigit Bar. an. 531 Idem testatur acta Io. Silentiarij ab eodem Cyrillo edita. Honorifica sepultura.

CI. DICATVR vero primum quidem id, quod se paulopost esse dicturam pollicita est oratio. Romulus quidam, genere Damascenus, illiberalis artis opifex, primas partes tenens in choro Diaconorum, qui erant Gethsemane. Is domo sua perfossa eo tempore quo obdormiuit beatus Sabas, & multa surrepta pecunia, sicut ipse narrauit, angebatur, & perplexo erat animo, nesciens quid ageret. Accedit autem ad templum martyris Theodori, vt qui sciret sanctum esse feruentissimum, & qui posset efficere, vt deprehenderentur malefici. Cum vero in templo perseueraret orare, & iam quintus dies aduenisset, martyr noctu apparens ante eius oculos, Cur, inquit, tam acerbe affligeris & lamentaris? Postquam autem is dixit, se ipsi suam exposuisse calamitatem, ille benigne pro se respondens: Sed scias, inquit, me hic non adesse. Iussi enim sumus omnes martyres concurrere, & beati Sabæ animam, quæ modo est exoluta à corpore, ad loca quietis deducere. Sed noli, inquit, flere. Cum enim, inquit, in hunc locum veneris, inuenies fures & pecuniam. Romulus autem cum statim secum assumpsisset alios, venit quamprimum ad locum, & inuenit, sicut vidit, veram esse visionem. Et hoc quidem est huiusmodi, quod testatur Sabæ in Domino multam fecisse fiduciam. Quod autem iam deinceps aggreditur dicere oratio, nihil videbitur minus, si non etiam magis, admirabile, & magis gratum ac iucundum. Vide quid possint sancti.

CII. ERANT quidam fratres, genus ducentes ex campestri regione, sanctum semper colentes, & in eum adhuc superstitem, magnam fidem ostendentes. Hi in agro viuentes, & cum suis colentes manibus, in ipso tempore vindemiarum quodam malo morbo feriuntur, & spem omnem vitæ abiiciunt. Atque illi quidem graui morbo iacebant oppressi: fructus autem egebat manu, quæ eum colligeret. Cum hi ergo bifariam diuisum haberent animum, & propter metum mortis, & propter fructuum interitum, nec possent inuenire vllam mali solutionem, Sancti vix tandem recordantur, & eum inuocant, vt malo ferat auxilium. Ille vero eis præter spem cito subuenit, & vtrique eorum apparens separatim, hæc significat, se Deum quidem pro eis rogasse, & oportere eos mane venire in agrum & in vineas. Illi autem cum surrexissent, visi sunt statim pedibus firmis & valentibus, & facile confecerunt vinum, quæ ducebat ad vineam: & erant de cætero præclari præcones miraculi: & eo die, quo fuere curati, festum publicum celebrant. Illi post hæc adiciatur tertium, quod ipsum quoque est pari gratiæ & potentiæ. S. Sabas & inuocatur, & exaudit.

CIII. MVLIER quædam Palæstina, nomine Ginarusa, quæ erat pia & amans virtutis, promiserat se duo templa sancti ornaturam esse duobus velis: speluncæ, inquam, & Castellij. Vbi autem ad illa conficienda fuissent parata omnia, quæ se ea esse texturas cum illa conuenerant, nescio quanam de causa differebant. Cum animo ergo angeretur, & ægre ferret Ginarusa, si propter illarum dilationem videretur fidem fallere, & non stare promissis, quæ fecerat sancto, ille ei in somnis placidus apparens, eius sedauit molestiam: & rogauit, ne eam contristaret mulierum negligentia: Mane enim, inquit, tibi parentes, opus aggredientur. Hæc simul quidem piæ mulieri significat: & iis, quæ telas contexturas opus erant pollicitæ, apparens valde terribilis, efferebatur, & se vltima eis mala allaturum minabatur, si de cætero vel tantillum opus differrent. Mane ergo mulieres sibi inuicem renunciabant ea, quæ se operaturas fuerant pollicitæ, manus operi diligenter admouerunt: & sic pia Ginarusæ promissa finem accepere. Nobis autem deinceps fuerit côsequens illud persequi, quod vulgo iactatur de camelo. Frumentum à mari mortuo per camelos mercede portabatur ad Lauram. Camelorum autem dominus erat Saracenus. Postquam vero cameli fuissent prope Lauram, vna ex iis, quæ à via declinauerat, (ea est autem præceps, & admodum alta) labitur nescio quomodo, & cum ipso onere defertur in torrentem. Hoc autem vbi vidisset Saracenus, clamauit protinus: Abba Saba, preces tuæ meæ camelo opem ferant. Nondum finierat sermonem, & visus est, vt ille dicebat, videre quendam canis capillis, camelo insidentem: ipse vero cursu processit per aliam viam, & camelum omnino illæsam suscepit ex præcipitio: gratias autem veluti reddens sancto pro beneficio, quotannis accedit ad capsam, & mercedis, quam suis collegit laboribus, ei consecrat tertiam partem numismatis, paruam gratiam egregio proposito. Porro vero hoc quoque ex iis, quæ post mortem ab eo gesta sunt, & iucundissimum simul, & maxime admirabile: quod cum pro multis veluti quoddam signaculum adiecero orationi, imponam finem narrationibus. Apparet cuidam fœminæ religiosæ. Item aliis. Saracenus Sanctum inuocat, & is statim adest, opemque fert.

CIV. LAVRA laborabat aquæ penuria, sicut iam ante diximus: & cum sæpe produceretur defectus pluuiæ, grauiter afflige-

affligebantur monachi: & eo aperte redigebantur, vt nescirent quid consilij caperent. Cum itaque aliquando apud se considerassent, quemadmodum aqua eos deficeret, cogitarunt aliquod supra petram construere ædificium, & fodere inferius cisternam: vt aquæ quidem pluuiæ congregarentur in ædificium, illinc autem paulatim confluentes in cisternam, eorum supplerent inopiam. Ad opus quidem certe conducunt quendam Mamantem cum filio, qui erat eiusdem artis: ambos, inquam, ædificandi peritos. Qui postquam supra petram construxissent ædificium, sub quo iacebat illud beatum corpus Sabæ, & aquam contendebant inducere, & eam excauabant, & faciebant aquæductum, vt per eum ferretur aqua in cisternam, & non per obliquum subiens efflueret. Interim vero cum imber vehementer rupisset, rumpitur quidem repente ædificium, aqua supra modum repletum. Cum autem vix potuisset Mamas effugere periculum, filius Auxentius (sic enim vocabatur) præoccupatus à materia & ab impetu aquæ, detractus fuit à præcipitio, & delatus in vestibulum duarum Ecclesiarum: vbi etiam diximus beatum iacere corpus patris, non minus

Insigne sane miraculum.

quam decem vlnas distante altitudine. Deinde cum cessasset pluuia, inuentus est puer sub lapidibus illæsus & integer, & nec sæuus ille aquæ impetus, neque lapidum pondus, ei detrimenti aliquid attulerunt.

Bar. an. 532.

Sed diuini quidem Sabæ omnia enumerare, non est tutum, ne ipsi fugientes socordiam, à multis arguamur CV.
crimine immoderationis. Conuerti autem oportet ad ea, quæ deinceps sequuntur: & narrandum est bellum, quod

Turbæ Origenistarum in monachos S. Sabæ.

deinceps exortum est in Ecclesiis. Postquam enim fuit Ecclesia recens liberata ab hæresibus, & respirauit à longis illis tumultibus & perturbationibus, & fuit in ea quies & tranquillitas, malignus in eam rursus inuidum iniiciens oculum, mouet aduersus eam quosdam Nonni asseclas: Domitianum, inquam, & Theodorum. Qui cum iam olim sentirent ea, quæ Origenes, vbi etiam assumpserunt auxilium temporis, & eorum alter quidem Galatarum, Theodorus autem Cæsareæ Cappadociæ creati sunt Antistites, magnam suam ostentarunt potestatem. Hinc Nonni quoque asseclæ per classes in omnem partem proficiscentes, & in omnia Orthodoxorum monasteria & Ecclesias securè facientes incursiones, aduersus ipsam quoque maximam Sabæ Lauram militant cum securibus & dolabris, & quibusdam aliis instrumentis, aptis ad diruendum & euertendum, vt vel eam funditus euerterent, vel eam etiam sua peste implerent. Sed magni Sabæ Deus nunc quoque magnum operatur miraculum, & eos, sicut olim Ægyptum, densis tegit

Exod. 10.

tenebris & profunda caligine: & cum esset hora secunda diei, illi cum perinde ac noctu per totum diem ambulassent, & nec vbi quidem essent scirent, vt illud Esaiæ in eis impleretur, qui dicit: Contritio & infelicitas in viis eorum, &

Esa. 59.

viam pacis nescierunt. Palpabunt vt cæcus murum, & tanquam non sint oculi palpabunt. Cum sic ergo nihil scirent, sed in viam asperam, & accliuem, & omnino minime tritam incidissent, vix tandem die sequenti inuenti sunt circa monasterium B. Marciani: & sic cum lucem adspexissent communem, pudore sunt repleti, & re infecta redierunt.

Pudefiunt impij.

Hoc sapientibus & non mente captis hominibus sufficeret, si vel paruam honesti curam gessissent, vt tenerent CVI.
se ea aggredi, quæ non essent Deo grata. Sed non illis: verum magis magis crescebat vitium, & bellum excitabatur vehementius & tetrius. Dolis enim quibusdam compositis, & sceleratis instructi insidiis, mittunt quendam paulopost,

Petrus Episcop. Hierosolym. decipitur ab Origenistis.

nomine Theodorum, ad Petrum Episcopum Hierosolymitanum, & egregio illi viro (hei mihi) persuadentes, quæ improbe confixerunt, vt Petri Alexandri & Ioannis, cui erat cognomen Strongylus, id est, rotundus, susciperet communionem. Quod quidem in Nonni asseclis maiorem addidit animum, & plus dedit fiduciæ, & suam hæresim non latenter, sed aperte etiam circa obeuntes, tanquam legem ferentes, promulgabant. Quinetiam si aliquem ex orthodoxis monachis deprehendissent in sancta ciuitate, impia manu ferientes, & Sabaitem vocantes, illinc cum turpiter expellebant. Multos quoque cum grauissimis tradidissent suppliciis, quoniam non potuerunt latere, apertum eis bellum indicunt. Cum autem tentum sensissent viri, qui circa Iordanem habitabant, Eliæ zelum, vt par erat,

3. Reg. 19.

spirantes, veniunt ad eis opem ferendam, & communiter cum eis, tanquam ad aliquod præsidium, confugiunt ad Lauram diuini Sabæ. Postquam vero hæc renunciata Origenistis, in eos maximo impetu irruunt: & cum portarum confregissent cataractas, Lauram ingressi sunt, & vulnerantur multi ex orthodoxis & sociis, Deo hic quoque permittente arcanis rationibus, & minime prohibente, vt fieret manifestior furor hæreticorum, & suis athletis splendidior contexeretur corona.

Furor hæreticorum.

Cum hæc autem sic processissent, mittitur patrum communi suffragio Gelasius, cuius fidei commissa fuerat CVII.
Lauræ præfectura, Byzantium, vt significaret Imperatori ea, quæ facta fuerant. Qui cum interim tantum terræ & maris obiisset, ei tamen excluso omni aditu ad Imperatorem & Patriarcham (omnes enim aditus præoccupauerat

Obsessus artes hæreticorum.

vitij colophon, qui Nonni sectatorum erat præcipuus, Theodorus, cit diligentibus impositis custodibus & speculatoribus, ne per aliquem eorum existimantibus ingrederetur monachus ex Hierosolymis, & Patriarchæ & Imperatoris aures ad se attraheret) Cum sic ergo omni aditu exclusus fuisset Gelasius, post tantam viæ longitudinem, quam propter Christum pro fide orthodoxa sustinuit, post tantam afflictionem vacuis manibus reuertitur: & cum fuisset Amorij, (quæ est ciuitas clara & illustris) perpetua morte è vita excedit. Cum hoc autem rescivissent Nonnus, Theodorus & Domitianus, & quicunque erant eiusdem vitæ æmulatores, Georgium, qui ipse quoque sectam sequebatur Origenis, eius loco præfectum & ducem constituunt, & in diuinissimi Sabæ throno improbe (ô iustitia & Dei tole-

S. Sabæ Lauram occupant hæretici.

rantia) collocant. Rei absurditate meus intumescit animus, itaque disrumpor & suffocor. Hinc enim miserabiliter accidit, vt patres, qui erant in Laura, alius alio dispergerentur, non secus atque agni quidam lupo aduentante.

Sed non diu admodum permisit Deus hanc superare tempestatem, neque diuini Sabæ præcepta passi sunt cum CVIII
amplius tacere, & vti lenitate: sed mox diuinam iustitiam excitant ad vindictam. Et ideo Nonnus quidem, malorum

Diuina vltio in scelestos hæreticos.

illorum studiorum opifex, vitam exegit miserrime. E vestigio Georgius quoque accusatus cuiusdam libidinis, cuius vel meminisse solum, linguam polluit, ab illa Laura turpiter expellitur, cum septem solum menses ei præfuisset. Deinceps autem rectionem suscipit Cassianus, vir qui ab infantia fuerat educatus apud diuinum Sabam, & in pulchra illius disciplina pulcherrime institutus, & factus sacerdos maximæ Lauræ. Qui cum decimum mensem impleisset in administratione, & deinde ex hac vita excessisset, Cononi post ipsum mandant monachi Præfecturam. Mandant vero Deo, vt arbitror, monachorum animos ad hoc mouente. Fuit enim vir ille summe resplendens, & recti dogmatibus, & omni virtute & recte factis. Qui etiam in præfectura vsus est magna cura & diligentia. Nam & eos, qui illinc recesserant eiecti ab Origenistis, patres rursus collegit, & Lauram, quæ à frequentibus illis tumultibus & bellis hæreticorum iam inclinata fuerat in genua, mox erexit, & veluti renouauit.

Anno. 553.
V. Synodus œcumenica

Post hæc enim sancta & œcumenica quinta synodus congregata fuisset Byzantij, Theodorus Mopsuestiæ, & CIX.
Origenes, & vna cum his impia de præexistentia & restitutione dogmata, generali fuerunt subiecta anathemati: & sic hæreticis deinceps omni ablata libertate loquendi, diuini Sabæ Lauræ, & vniuersa fere cum eis Palæstina, vicesimo tertio anno post illius mortem, à grauibus hæresibus, & temporis acerbitate & iniquitate respirarunt, & quietam deinceps & tranquillam vitam egerunt, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cum quo Patri simul cum sancto Spiritu sit gloria & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Plura idem auctor de S. Saba in vitis SS. Euthymij 20. Ianuar. & Ioannis Silentiarij 13. Maij.

MARTY-

Anno 290.

MARTYRIVM GLORIOSI MARTYRIS DALMATII EPISCOPI, PER HIERONYMVM VIDAM CREMONENSEM, ALBÆ EPISCOPVM, HEROICO CARMINE CONSCRIPTVM. HABETVR IN OPERIBUS EIUS.

5. Dec.

NEC te nos tacitũ, indictũve relinquere fas est,
Nec sinere ire tuos sine carmine Dalmati honores.
Quos tibi rite die memores redeũte nouamus.
Huc ades, ô quondam clarum iubar, addite cœlo
Post tantas vitæ ærumnas, post mille labores,
Et quos insigni es perpessus morte dolores
Pro Christi decore, & vere pietatis amore.
Huc ades, & festas quas lati ereximus aras
Inter & Eridani ripas, & fluminis Ollij,
Dexter ades, populique tua prece vota secunda,
Seu Rhodani te gens halantibus inuocat aris
Accola, quam quondam in tenebris, & nocte iacentem
Erexti, verumque dedisti cernere lumen,
Omnem luce noua, radijsque recentibus oram
Perfundens, dictisque hominum fera pectora lustrans,
Seu Ligurum extremis tenet inclyta finibus Alba.
Quandoquidem haud procul inde ferunt te lucis iniisse
Limina, & in Tanari ripa vagiisse sonantis.
Mox charam implesti meritis ingentibus vrbem
Celsa docens rectas ad sidera tollere menteis:
Nec potius te Ticini liquidissimus amnis
Detineat, sedesve iuuet cognominis vrbis,
Quam pater imperijs sacris placidissimus olim
Rexisti gentis custos, templique sacerdos.
Illic, credo equidem; fumant maioribus aris
Templa tibi, quæ quondam atauí eduxere sub astra
Indigenæ tua mirati immortalia facta.
Illi iure quidem hæc memores, visuque coacti:
Nos vero, quos longe alia regione remotos
Vix tantorum operum tenuis famæ attigit aura,
Ad nomen tibi præcipuos largimur honores.
Sponte autem: non diues opum. non æris abundans
Stat pagus, sed enim pietate in teque, fideque
Nulla fasellifero certauerit ora Paderno.
Nulla tuas tendat melius gens dicere laudes.
Nam simul ac lætum in cœtum conuenimus omnes.
Fœmina, virque choros agimus, suaque inclyta facta
Aequamus cœlo. Responsant densa salicta
Vndique, & aerea recinit de turre Cremona
Armipotens, gaudetque procul pietate suorum.
Primus ego ante aras vates, vicique sacerdos
Carmina mille cano, totidem plebs consona reddit.
Primo ipsam vt meritis præsens deuinxeris Albam,
Expulerisque adytis mentitos numina diuos
Indigetes, verumque Deum detexeris vrbi
Implentem maria, ac terras cœlumque profundum
Concinimus. tum vt tota tuis vltroque citroque
Gallia præbuerit faciles hortatibus aures
Admirata hominem supra te plurima vbique
Posse Deo plenum, vanasque reliquerit aras,
Et simulacra, Deum falsos reddentia vultus,
Sparseris vt vers diuinos numinis haustus
Per populos in corda, animosque in nube iacentis
Obscura illustrans monitis erexeris aureis
Ad sanctum iubar, immensique ad luminis ignes,
Omnia per terras quæ late fama canebat.
Hoc te. Ticini gens accola nomine tanto
Præfecit diuumque adytis, morumque magistrum
Haud vrbi indecorem summo insigniuit honore,
Multa vbi mira olim superum regnator ab alto
Te poscente hominum solitas superantia vires
Edidit obstupuit regio ad miracula rerum.
Tu varijs ope diuina de casibus ægros
Mortales nulla eripuisti præditus arte.
Tu vocem surdis, tu lucem lumine cassis
Reddis, & in media positos iam morte, relictosque
Erigis. elatos tu prisca ad munera vitæ
Restituis, animasque in frigida membra reponis,
Tu ductori Italo, cum te miser imploratum
Finibus æquoreæ venisset ab vsque Rauennæ,
Incolumem ac validum prædixit vincere natum,
Quem nõ modo discedens ægrum, mortiq; propinqua
Luctantem, & superis prope functum liquerat auris.
Addimus innumeros, quos nocte dieque labores
Pro superum decore, & vera pietate tulisti:
Quot casus, quot per mortes, per quanta pericla
Ieris, aut diros quoties euaseris enses.
Ipse aderat pater omnipotens, teque ocyus vsque
Ceu fuluarum auium subuectum insignibus alis
Omnibus eripiens seruabat casibus vltro.
Huius ope instantem fugeres cum protinus hostem,
Ticinum, pleno tibi qui se obiecerat alueo,
Tranasti suspensus, iterque impune tulisti
Aerea per, fluctusque supra sine ponte, sine vllis
Nauigijs rapida correptus turbine nubis
Ocyor aut Euri pennis, aut fulminis igni,
Nec se oculis potuere sequi trans flumina, donec
Conspexere amnis ripa vlteriore canentem
Cælicolum tanto grates pro munere Regi.
Talia frustrati viderunt multa, nec vnquam
Gens infesta tuum potuit contingere corpus
Donec purpurea emeritum insignire corona
Omnipotens statuit pater, e tenebrisq; vocare
Iucundam ad lucem semper florentis Olympi.
Tum demum ipsius Ticini in littore captum
Sponte ferunt gladio colla obiecisse secanda,
Et nil mutato lætum isse ad funera vultu.
Nec commune tamen fuit, aut sine numine lethum.
Nam caput excelum penitus ceruice cadendo
Blandum nomen adhuc seruatoris cuncta sonabat,
Et longo erectus tenuit se tempore truncus,
Viuus adhuc veluti vigor & v[illegible] adesset:
Quo monstro attoniti cr[illegible] madentes
Agnouere Deum, veniamque [illegible]manibus ausis
Orantes verum tenebris ha[illegible]gatis.
Omnia quæ in numerum memores al[illegible] aria circum
Dicimus hic nullus, qui no[illegible] tuis [illegible] ordo est,
Nulla tuis quæ non titulis [illegible] ætas.
Nempe tibi primos pueri, mixtæque puellæ
Semper vere legunt flores, & cerea cantu
Dona ferunt, varijsque onerant altaria frugum
Primitijs de more. viri matresque, suorum
Ipsæ etiam tibi dant operum testantia fructum
Munera, bombycum folles, linique maniplos
Enodis, albumque oculo nigrante fasellum.
Tu populi præsens vota audis rite vocatus,
Auertisque tuis precibus mala plurima genti,
Concilians nobis auersum crimine nostro
Cælestum Regem, & quodcunque piacula pubis
Infecere, tuo tu diluis ipse fauore,
Et tua, qua multum polles, nos gratia seruat.

Margin notes:

S. Dalmatius per multos in Italiæ, Germaniæ, & Galliæ finibus cõuertit.

S. Dalmatius ecclesiæ Papiensis olim Antistes.

Turris ciuitatis Cremonæ totius Italiæ altissima.

Prædicat Albensib⁹ S. Dalmatius fidẽ Christianam.

Multis claret miraculis.

Rauennatis cuiusdam filiũ pristinæ sanitati restituit.

Multa pro Christo passus adueɾsa.

Transit flumen per aerem Dei auxilio, siccis pedibus.

Ab infidelibus Papiæ capitur & detruncatur.

Post cædem longo tempore mansit viuus truncus corporis eius quo signo multi conuertebantur.

Mos Italicus in exornandis altaribus, & Sanctorum imaginibus.

Inuocat Sanctum author, pro sua & patriæ salute.

Nunc vero si nostra vnquam fuit vlla salutis
Cura tibi, aut nostri si te mouere labores,
Nunc, o nunc pater, auxilio, nunc munere nobis,
Est opus alme tuo, tantis occurre periclis,
Quæ nostris, nisi pulsa vetes, ceruicibus instant.
Inter se Reges aduersi bella lacessunt:
Militis ipsi inopes nos semper prætereuntis
Præda sumus: nostros manus est externa labores.
Adspice nos, & tanta tuis dispendia pelle.
Vitam inopem nostro liceat tolerare labore,
Solarique famem, paruosque educere natos.
Si quid præterea in nostris frondiue, dolive est.
Corrige tu, & meliorem animum prece suffice genti.
Nos furto nihil inter nos carpamus auari
Diues quisque suo: pateant noctesque, diesque
Prædia nostra: domus nullo custode relicta
Nullos nocturno metuant neque tempore fures.
Ipsi iam culmis sint tuti arentibus agri,
Prataque, siluæque, & pictis vineta racemis.
Surripiant nec iusta auidi plus parte coloni.
Assuescantque satis dominorum inhibere iuuencos,
Sponte sua pactos nec apro subducere sulcos.

De hoc martyre plura habentur, vel certe eadem, infra in vita SS. Valentini, Concordij & sociorum, 16. Decembris.

Ann. 251.

DE S. BASSO EPISCOPO ET MARTYRE, EX MSS. PERANTIQVIS MONASTERII S. PONTIANI NICIENSIS, QVÆ RECITAT VINCENTIVS BARRALVS SALERNVS, MONACHVS LERINENSIS, IN SANCTORVM LERmensium Chronologia.

5. Decem. Illi cruciatus.

BASSVS Episcopus Niciæ prouinciæ dum Christum prædicaret à Perinio Præside detentus, & ad Deorum sacrificia inuitatus, cum Idolis immolare contemneret, primo in equuleo suspensus ac diutius tortus est: deinde luminis ardentibus circa latera appositis excruciatus, Iesum Christum Dominum maiori constantia profitebatur; quapropter in equuleo leuatus fustibus & scorpionib. Præsidis iussu diutissime cæsus est. Post hoc depositus, ad statuas deorum, ligna pro sacrificio portare compellitur, data sententia, vt si nō sacrificaret eodem igne consummaretur. Qui dum sacrificare contemneret in ignem missus, sed in eo dudum manens illæsus eductus. Sicq; à Præside ad Iudicem Niciæ prouinciæ destinatur cum literis sibi mandantibus, vt Bassum aut sacrificare compelleret, aut excogitatis supplicijs peremeret: sed dum à iudice suasus sacrificare nollet, fabricatis duobus clauis ad mensuram longitudinis corporis eius, eisque à plantis pedum per medium corporis vsq; ad verticem confossus in Christi confessione emisit spiritum Nonas Decembris tempore Decij & Valeriani. Cuius corpus à Christianis Niceæ ciuitate sepultum est.

Cōsummat martyrium

Ann. 290.

VITA ET MIRACVLA S. P. N. NICOLAI EPISCOPI MYRORVM LYCIÆ, EX SIMIONE METAPHRASTE.

6. Decem.

Præfatio

SCITA quædam res est manus Pictoris, & quæ pulchre quidem scit imitari veritatem, & rerum signa ostendere euidentia, sed res est magis scita oratio, & pictura longe efficacior, ad id quod vult ostendendum, & veluti oculis subijciendam: quæ & magis scit incitare ad imitationem, & aliquem stimulum imitationis in animas immittere & ad paria excitare. Iam enim vita eorum qui ex Deo vitam egere, expressa oratione, multos ad virtutem attraxerit & aduocauerit, & ad similem zelum omnino accenderit. Quomodo etiam vita diuini Patris Nicolai & eius potius quam vllius alterius quæ & aures delectat & animam afficit lætitia: & excitat animum ad honestarum rerum operationem. Sunt ergo res eius narrandæ, & oratione comprehendendæ pro viribus, etiamsi sint iam olim quidem multis cognitæ, & quæ nulla indigent historia, nisi ad eas repetendas & in memoriam reuocandas, & ad vestrum virtutis amantium lætificandos animos. I.

Patria & parentes S. Nicolai

HVIC ergo magno & admirando Patri patria quidem erat Patara, Lyciæ ciuitas, prius insignis. Parentes autem honesto quidem loco nati: ea vero possidentes facultates quæ sufficiebant & non erant superfluæ: qui quidem mundanam gloriam & pompam ne gustauere quidem, & filio futuri erant pulchrum exemplar ad hoc, vt ei gratum esset nil possidere; ei soli quod bonum est vacantes, & id modis omnibus persequentes. Hi plantati secus decursus aquarum pietatis, simulatque dant in tempore fructum diuinum Nicolaum, mater cessat parere, sterilis ab illo tempore manens & nullos producens liberos, quodammodo profitente natura non posse eam alium proferre. Sed cum eum primum simul & vltimum, generosum ramum mater in lucem edidisset, multiplicem spiritu cum coniuge fructum dedere virtutum cumulum, hac vere pulchra locupletati sobole, Nicolao, inquam, admirabili. Ex his natus præbuit, indicium suæ cum Baptista coniunctionis, eius quæ ipsum peperit sterilitatem: quod ille quidem in lucem editus soluit matris vterum: hic autem contra claudit. Cum autem oporteret eum lactare vt infantem & maternis admoueri vberibus, hic quoque Deus significat qualis esset futurus Nicolaus, cum venisset ad ætatem quæ saperet. Nam tota quidem hebdomada mamilla vtebatur vt infans cum venisset autem quartus dies & parasceue, semel in vtroque eorum lac sumebat: idque vespertino tempore, sub perfecta regula educatus etiam ante pueritiam: & familiarem sibi esse abstinentiam ostendens ab initio. II.

Psal. 1.

Luc. 1.

Quarta & sexta feria semel tantū sugit vbera.

Adhibetur literis.

Mulieres fugit.

Psal. 8.

CVM sic ergo educaretur, & bonos mores partim quidem ex illis ipsis parentibus exprimeret, partim autem ipse ex se produceret & coleret, tanquam bona aliqua & generosa terra, & iam ad idoneam peruenisset ætatem, traditus fuit Grammatico. Is vero cum optimo & acutissimo ingenio plurimas disciplinas breui tempore percepisset, ciuile quidem & forense genus doctrinæ respuit. Insolentes autem sodalitates declinans & consuetudines & collocutiones cum mulieribus, & vel oculos in eas iniicere sibi interdicens, curam gerebat vitæ temperantiæ. & iubens valere externas conuersationes, diuinis omnino vacabat ædibus, & malleus in eis abiectus esse ex diuini Dauidis sententia.

Presbyter ordinatur.

Postquam autem in diuinarum scripturarum & de Deo dogmatum cognitione satis elaboratum fuisset, & ornatus esset gratiis innumerabilibus, accuratamque & exactam vitæ formam quæ decet Sacerdotes vere obseruaret, quinetiam vel ante canos essent eius mores constantes & similes, rogabant ipsum vt fieret presbyter. Hortatu ergo eius patrui, ab Antistite qui tunc erat Myrensium, ordinatur presbyter: & Deo qui ipsum dederat, redditur, vt qui parentibus iterata fuis-

ta fuisset donum precationis. Hic autem Myrensium Pontifex donum diuini spiritus consecutus, videns iuuenis animam florentem virtutibus, prædixit gratiam quæ in eo erat abundatura, sic dicens. Eorum quidem qui tristitia afficiuntur, erit benignum solatium. Pulchre autem pascet animas, & eos qui errauerint reuocabit ad pascua pietatis: & apparebit Seruator iis qui fuerint in periculis. Quæ quoquo tempore postea ad effectum deducta sint declarabunt ea quæ deinceps consequuntur.

III. QVID oportet autem dicere quanta post eius ordinationem ad virtutum exercitationem ei accessio facta sit: vigiliisq; ac ieiuniis & precibus quomodo se dederit? Quibus ex rebus factum est vt vitam incorporeorum in mortali corpore agere contenderet: & ideo de eo quædam magna daret conieienda. Postquam vero eius patruus cuius prius meminimus, nominabatur autem ipse quoque Nicolaus, vidit adolescentem, eo processisse virtutis, & tanta dignatum esse gratia, ei mandat diuini templi curam, quod ille prius ædificauerat in nomine Sanctæ Sion, & construxerat monasterium. Et ad iuueni hac in re opem ferendam, adhibet quoscunque sciebat esse virtutis eius socios: vt simul cum eo ferrent curas Ecclesiasticas, & diligentissime rebus sacris prouiderent. Atque cum aliquando quidem profectus esset Hierosolyma admirandus Nicolaus, vt viuificum Christi sepulchrum & salutare lignum crucis in ea adoraret, impleuerunt isti locum illius: & ea quæ ad templum eiusque dispensationem pertinebant ita administrarunt ac si ille adfuisset. Sed hæc quidem postea.

IV. CVM autem eius parentes iam è vita excessérant, facultatum hæres relictus, & ea perpetuo faciens quæ par est filium qui diligit parentes, non statim aspexit ad diuitias: neque quemadmodum amplificaretur & ei permaneret hæreditas, vel paruam vllam curam gerebat. Nam cum iam olim omnibus mundanis renuntiasset delitiis, per eam quæ est hæc consecuta viuendi rationem contendebat ostendere vera vitæ procemia, & principio consentiens reddere id quod deinceps accesserit. Et ideo omnia sua Deo permittens. Notam fac mihi Domine, dicebat, viam in qua ambulem, quoniam ad te sustuli animam meam: & doce me facere voluntatem tuam, quoniam tu es Deus meus. Quoniam in te proiectus sum ab vtero, à ventre matris meæ Deus meus es tu. Audiui autem diuinum quoque Dauid sic dicentem: Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. A sapiente quoque Salomone: Eleemosynæ & fides ne te deficiant; non desistebat benefacere: sed erat manus aperta egentibus, & fluuius fluens multo & quieto fluento. Verum enimuero iam par est meminisse singulorum, vt diuitiæ eius bonitatis cognoscantur accuratius.

Post obitũ parentum quomodo se gesserit. Psal. 142. Psal. 61. Eccl. 7.

V. VIR quidam qui ex claro obscurus, & ex diuite fuerat factus pauper, quoniam redactus erat ad summam rerum omnium inopiam, cum ipsa etiam ei defecissent necessaria, proh dolor quousque progreditur egestas? Statuerat filias suas (erant autem tres forma insignes) mercede ad libidinem prostituere, volentibus: & ex earum quæstu se & filias alere. Eas enim matrimonio coniungere non poterat, quia propter nimiam paupertatem omnes eas dedignarentur. Is ergo in his erat, & hanc improbam animo versabat cogitationem, & iam ad miserabile opus aggrediebatur. Sed tu Domine qui es & natura bonus, & omnis boni causa, & benigno inflecteris nostris necessitatibus, efficis vt hoc veniat ad aures Nicolai: & bonum mittis nuntium & promptum opitulatorem ad eum qui iam veniebat in animæ periculum, qui simul & eius solaretur paupertatem, & liberaret à re quæ erat grauior, paupertate. Vide autem mihi sancti cum prudentia commiserationem. Non enim sustinuit ad eum accedere, & de eo paucis disserere, neque ei ostendere manum quæ illi benefecisset, quæ solent facere qui sunt ad misericordiam pusillo & abiecto animo: sciebat enim hæc esse grauia iis quæ ab opibus & gloria deciderunt ad inopiam, vt quæ eos pudore afficiant, & priorem felicitatem reuocent in memoriam: Sed perinde ac euangelicum præceptum contendens superare, quo iubetur ne id quod fit dexteræ fidei credatur: ne ipsum quidem qui afficiebatur beneficio voluit adhibere testem eius quod fiebat: tantum aberat vt gloriam quæreret ab hominibus. Nam ipse etiam boni quid faciens, magis studebat latere, quam ij qui mala faciunt. Certe cum auri permultum simul collegisset, intempesta nocte venit ad eius viri ædes, & cum id per quandam iniecisset fenestram, domum statim reuertitur, veluti erubescens videri dare.

Matth. 6. Subuenit nobili egenti prostituere volenti filias.

VI. MANE ergo cum vir ille surrexisset & aurum inuenisset, & deinde vinculum soluisset, fuit obstupefactus: & se falsum esse putabat. timens ne non esset aurum id quod cernebatur. Vndenam enim tale quid fuisset suspicatus, noluisse benefactorem eum habere conscium beneficij cui benefecerat? Quocirca summis id arterens digitis & curiosius intuens, vbi cognouit id vere esse aurum, lætabatur, mirabatur, dubius erat animi, præ gaudio calidas effundebat lachrymas. Postquam autem multa apud se versans neminem habebat eorum quos cognoscebat cui adscriberet id quod factum fuerat, hoc Deo acceptum ferebat: & lachrymis non cessabat ei gratias agere: sui quoque in Deum peccati culpam contendebat soluere ante alia; & vnam ex suis filiabus, nempe primam, viro coniungit matrimonio, pro dote ei soluto auro quod abunde fuerat suppeditatum. Quod quidem postquam venit ad notitiam Nicolai admirabilis, & hominem cognouit fecisse ex eius animi sententia (hoc enim erat ei studio per nuptias auferre mali occasionem) paratus erat similia quoque facere in secundam filiam: atque adeo tantundem auri pondus alligatum mittit per eandem fenestram, noctu omnibus inscientibus. Cum vero vir mane surrexisset, & aurum similiter inuenisset, eodem modo rursus fuit obstupefactus, humique prostratus solum calidis irrigabat lachrymis: Deus, dicens, qui vis misericordiam, dispensator nostræ salutis, qui etiam prius propter meam homo factus es inobedientiam: & nunc me cum filiabus liberas à laqueo alieni, ipse mihi enim ostende qui tuæ deseruit voluntati, qui inter homines est angelus & imitator tuæ benignitatis; quis hic est, qui nos eripuit à paupertate quæ nos premebat, & à tetris soluit cogitationibus. Ecce enim tua misericordia secundam filiam trado viro coniungendam matrimonio legitimo, quæ iam vitauit ne sit preda Diaboli, & ne mihi quæstum afferat quouis damno, proh dolor grauiorem.

Prima matrimonio collocatur filia.

VII. HÆC dixit: & secundæ filiæ statim celebrauit nuptias, erecto iam animo & bona spe ductus fore vt nec in tertia quidem ei sit defuturus qui eam accipiat coniugem. Se enim iam in promptu putabat habere dotem, ex prioribus de ea quoque, vt par erat, concipiens fiduciam. Erat itaque attentus & solicitus, & totas noctes vigilabat assidue, ne eo insciente accederet egregius ille suppeditator pecuniæ: sed si veniret eum ambabus manibus apprehenderet, & ex eo sciret quisnam esset, & vndenam aurum ad eum afferret. Atque ille quidem sic vigilabat aduentum eius præstolans. Tertio autem pedetentim accedit Dei seruus Nicolaus cum esset nox profunda: cum venisset ad locum consuetum, tantundem auri rursus alligatum immittit per eandem fenestram. Pater vero puellarum cum sensisset strepitum auri quod ceciderat, & animaduertisset adesse consuetũ opum suppeditatorẽ quã citissime potuit eũ est persecutus: eũq; cum cõprehẽdisset, & cognouisset quisnã esset, neq; enim is propter virtutẽ & splendorẽ generis erat obscurus,

Secundæ. Pro tertia elocanda suppeditat aurum S. Nicolaus.

procidit ad eius pedes, & illum redemptorem vocabat, & adiutorem, & seruatorem animarum quæ iam ad extremum adducebantur periculum: Nisi enim, dicebat, tuas magnus ille in misericordia Dominus excitasset miserationes, iam olim perijssem infelix pater cum tribus, heu mihi, filiabus. Sed nunc nobis per te dedit salutem, & ab acerbo casu peccati liberauit: & erexit mendicos è sterquilinio, & e terra surgere fecit pauperes. Hæc ille quidem cum lachrymis lætitiæ & calido spiritu fidei ei dicebat: & ad beatos illos pedes adhærescebat. Ille autem postquam cognouit, se iam homini euasisse manifestum, eum facit surgere, & sacramento illius adstringit animam ne apud alios proferat quæ facta fuerant toto tempore vitæ suæ: neque publicet misericordiam. Hoc est huius viri vnum, quod est & maximum, & maxime cognitum. Eius vero quæ quotidie fiebant in egenos distributiones, & pani mendicis suppeditationem quos in fame alebat, & bonis implebat animas esurientes: Sed ad hæc ne mediocriter quidem dicenda, suff. cerit aliquis.

Psal. 112.

Multa S. Nicolai in egenos benignitas.

QVONIAM autem etiam virtutum amabat perfectiorem & maiorem apud Deum coniunctionem assequi & familiaritatem, capitur quidem amore silentij, animo vero concipit abscedere; vtpote quod non posset alteratiqui quod desiderabat. Vacate n. inquit, & cognoscite. Quamobrem statuit se longe remouere, & conuenienter Prophetæ habitare in solitudine. & cum aliquando ei visum esset venire Palæstinam vt sancta loca videret, in quibus qui pro nobis passus est Dominus in mundo est versatus, cum ascendisset nauem quæ tunc venerat ex Ægypto, tenditversus Palæstinam simul quidem quærens eam quam desiderabat solitudinē, & proficiscens ad visenda loca sancta. Sed de his quidem dicere differamus. paululum autem immoremur in nauigatione. Atq; nauigabat quidem recta in Ægyptum. Cum autem nihil futurorum à nautis præuideretur, is tempestatem maximam & sæuos ventorum impetus eis prænunciat. Dicebat n. se vidisse malignum nauem ascendentem, velique & claui rudentes gladio diffecantem, & totam nauem retinentem & circumagentem, & volentem eam cum viris ipsis submergere. Sic inquit, & statim veluti signo dato, vehemens quædam procella spirans è nubibus, pelagus tollit in fluctus maximos, & qui cum eo nauigabant, non minus fluctuabant animis, & prope magnum stantes Nicolaum, Deum quidem precabantur, ipsum vero rogabant vt opem ferret in grauissimum adductis periculum, & nullam sperantibus mali solutionē, ex eo quod ipse prædixisset, sperantes eum posse etiam opem ferre. Ille autem eos iussit bono esse animo, & pollicitus est breui futuram à malo liberationem. Omnia certe quæ eis molesta erant cito sunt ablata: mareq; cuasi placidum, & in perfectam mutatum est tranquillitatem: & ipsi obliti lamentationum, ad lætitiam animi sunt conuersi, Deo & eius famulo agentes gratias, & dupliciter eum admirantes, & quod prædixisset, & quod tristia remouisset. VIII.

Psal. 45.

Psal. 54.

Peregrinationem ad loca sancta suscipit.

Tempestatem sedat.

SED cum hæc ita se haberent, quidam ex nautis cum in summum mediæ antennæ ascendisset, vt nauis armamentorum recte aliquid componeret, cum iam illinc esset descensurus, ex alto lapsus cadit in mediam nauem: & ille quidem iacebat nihil spirans & videbatur mortuus. Ille vero ad opem ferendam etiam antequam vocaretur paratissim⁹, oratione eum facilius quam si somno delineretur excitat: & viuum rursus nautis reddidit. Deinde cum vela omnia expandissent, & aura leni & suaui confecissent sequentem deinceps nauigationem, cum iam terræ appulissent, multas Dominus per Nicolaum, fecit curationes. Nam & cæci statim claram lucem aspiciebant: & alij qui laborabant, liberabantur ab ijs quæ habebant malis. Et vt semel dicam, nullus erat qui ab vllo detinebatur morbo aut ægritudine, aut vlla etiam opprimebatur molestia, qui si ad Nicolaum accessisset, non statim curaretur, & leuaretur eo quod illi afferebat molestiam. Cum sic ergo non solum facilis, sed etiam gratuita facta sit curatio, quemnam oporteret abesse ex ijs qui male se habebant dat ratio considerandum: Rursus vero quam multi fuerint qui curabantur; Deinde etiam quanta fieret apud Deum gratiarum actio, & quanta esset celebritas eorum qui eum glorificabant. IX.

Mortuum suscitat.

CVM illinc autem profectus esset ad Christi sepulchrum rursus etiam venit ad venerandum Golgotha, vbi etiam pro nobis fixa est crux salutaris. Deinde etiam noctu accedit diuinum signum crucis. Et ei quidem sua sponte aperiūtur sacrosancti loci portæ. Cum frequentes autem preces & multam obtulisset illic adorationem, consequitur etiam maiorem boni spiritus operationem. Postquam vero satis versatus fuit in Palæstina, rursus per mare reuertitur in patriam, cum hoc diuina ei iussisset visio, ne suaui illius voce eius oues amplius priuarentur. Hic cum nauem ascendisset ille admirabilis, & nautarum arguitur improbitas & diuini spiritus virtus in eo habetur in admiratione. Nam ille quidem erat nauigaturus in patriam: & cum hoc prius pactus esset cum bonis illis nautis, ita nauem ascendit. Illi vero postquam sustulissent anchoras, domum versus tendebant. Cum è portu ergo egressi essent, & velum extendissent, secundo velo vtentes, nauigabant in patriam suam. Nequaquam autem hoc contemptum habuit iustitia: sed è vestigio eos est persecuta, & violenta quædam repente exorta tempestas, clauum auulsit, & detraxit gubernacula, & ipsis quidem vltimum minabatur periculum: illum autem appulit in portum patriæ. Quid ergo ille magnus & misericors animus? Ne acerba quidem in eos vsus est oratione. Sed cum primum eos vidit mutatos & acerba motos pœnitentia à propria quoque victus est bonitate: & secunda nauigatione eos rursus remisit in patriam. Ipse vero sanctæ Sion iam redditus monasterio, quod ab eius patruo olim pulchre fuerat ædificatum, vt iam ante declarauit oratio, iucunde ab eis est vsus, & omnes qui in ipso erant repleuit voluptate, eosque excepit liberali & munifica gratia. Sapienter autem res eius superna dispensabat prouidentia, & magnam hanc lucem erat magno impositura candelabro, & ideo eum rursus deduxit ad ciuitatem, diuinum mel virtutis diligenter operantem. X.

Crucem sanctam veneratur & adorat.

Sedat tempestatem.

CVM sic autem vitam ageret vt humanos omnes lateret oculos, se magis aperiebat & ostendebat esse maximi faciendum. Non enim celabat virtus operarium: non magis quam si lux eos qui per illum ambulant. Quinetiam fructus laborum illius cito arborem indicabat. Sed Deus quoque qui nouerat occulta cordis illius, non sustinens cultorem suum amplius latere, virum reddit manifestum. Quemadmodum autem hoc factum sit attendenda est narratio. Cum illo tempore Myrensium Antistes & sedem & vitam simul reliquisset, & iter ad Deum esset ingressus diuina subijt æmulatio subiectos ei Episcopos & è Clero eximios, vt vir dignus in sede reponeretur, & cum essent aliquando omnes congregati in Ecclesia, consuluit quidam ex eis, Dei & sapientiæ illius dispensationi hanc rem precibus committere. Hoc cum omnes, tanquam vnusquisque suam elegisset sententiam, Deus qui facit voluntatem timentium eum, & exaudit preces illorum, vni eorum reuelat eum qui erat præfuturus ecclesiæ, & ad eum aliquando diuina apparens visio, visa est ei iubere, vt veniens ad templi aditum illic staret: & diceret qui primus ad templum veneret, is est qui meo mouetur spiritu, & eum accipientes, est autem ei nomen Nicolaus, eum create Episcopum hoc enim est ei prædestinatum. XI.

Diuinitus declaratur Myrorum Episcopus.

CVM hoc vir ille diuinus accepisset mysterium, hæc synodo & clero communicat, & omnibus diligentius vacantibus orationi, is cui ille magnus fuerat reuelatus, venit in eum locum ad quem fuerat iussus. Iam autem circa matutinum diuino spiritu motus magnus ille Nicolaus, venit in ecclesiam. Cum vero fuisset in vestibulo, eum accipiens is qui illa fuerat dignatus visione. Quomodo vocaris ô fili, diligenter rogauit. Ille autem cum recte & simpliciter, Nicolaus peccator, inquit, Domine, seruus tuæ sanctitatis. Ille vero vir diuinus postquam hæc moderata & humilia audiuit Magni verba, partim quidem ex nomine Nicolai quam ei prædixerat visio quæ apparuerat, partim autem ex summa modestia: Non ignorabat enim, Super quem Deus respicit nisi super mitem & quietum: cognoscens illum hunc esse quem Deus significabat, protinus impletur lætitia, & perinde ac si in aliquem occultum incidisset thesaurum, XII.

rum, & lucrum esse reputasset viri inuentionem, dicit ei, Sequere me fili. Deinde cum assumpsit & duxit ad Episcopos. Illi vero rem statim coniiciunt quæ à viro prius eis dicta fuerat, & diuino gaudio et quoq; plenus factus animus, & Dei suffragio conuenientem iudicant viri virtutem. Deinde sanctum statim ducunt in medium templi. Cum vero in omnem partem fama peruasisset: solet enim ea in rebus tam magnis valde contenta & celeri vti penna, confluxit quidem multitudo innumerabilis. Illi autem maxima voce. Accipite, inquiunt, ô fratres. Vestrum pastorem, quem vobis vnxit sanctus Spiritus, cui nostras animas gubernandas & instituendas tradidit: quem non humanum suffragium sed diuinum præfecit. Habemus ergo quem desiderabamus, quem quærebamus nunc accepimus. Cum ab eo recte pascendi & ducendi simus, non desistimus spe fore vt Deo assistamus populus peculiaris in die apparitionis eius & reuelationis. His adiecit populus gratiarum actionem, & locutus est lætitiæ verba ad Deum quæ verbis exprimi nequeunt.

Myrensi populo commendatur.

XIII. *SACRA autem Episcoporum synodus vna cum clero, cum quidquid iustum est & fit de more in eo prius disposuissent, eum Pontificatus chrismate initiant, cunctantem quidem & dubitantem suscipere munus Pontificale, propter vere laudatam autem timiditatem vix ad sedem ascendentem Episcopalem, & Myrensium suscipientem præfecturam & præsidentiam, recte tractantem verbum veritatis, & pietatis recta tenentem dogmata & ea docentem. In hæc autem malignus inuidam iniecit oculum. Sic enim florentem non ferebat pietatem sed acris vehemensque eos subiens qui rerum potiebantur, statim acerbiorem effecit persecutionẽ, & edicta venerunt imperatoria per vniuersum orbem terræ ad negandam pietatem fideles euocantia; sin minus vincula, & carceres, & grauissima tormenta, & postremo violentæ mortes, eos accipiebant protinus qui non obtemperabant. Ea breui perueniunt vsque ad ciuitatem Myrensium, volucribus vrentia ministris, feruentibus impietatis amatoribus. Diuinus ergo Nicolaus, quoniam in ea erat magnus, rem defendens & colens Christianorum, & pietatem libera voce prædicans, comprehenditur ab iis qui primas partes tenebant in ciuitate: & condemnatus vt in vincula coniiceretur, & omni suppliciorum genere torqueretur, cum multis aliis Christianis traditur in custodiam. in qua etiam mansit non paruo tempore, nulla re quidem quæ bona esset fruens: mala autem carceris ferens tam forti & generoso animo, quam quis ferret ea quæ essent grata & iucunda. Sed nec sic quidem intermittebat suos in fide alere: infirmo & infracto fundamento pedes illorum statuens, & eos reddens vividiores & acriores pro veritate.

Vngitur & ordinatur Ep. opus. persecutio Lyciniana ex Simeo: de hac cum loqui Auctorem putabat B ro. an 316 n 36 Datur in custodiam.

XIV. SED statim sol apparet post nubem: & lenis & suauis quædam aura post procellam, benignusque & clemens meus Christus desuper ad suam intuens hæreditatem, destruit quidem omnia impietatis sceptra, tollitque de medio, Diocletianos inquam & Maximianos & quicunque fuere post eos Gentiles, erigit autem cornu salutis populo suo. & signo crucis per stellas apparente Constantis & Helenæ filium Constantinum euocat, & ei tradidit sceptrum Romanorum. Is vero cum esset sapiens, & eum qui vocasset non ignorasset, in eo confidit: & deiectis omnibus aduersariis, acerrime defendit pietatem: & iis, qui prius fuerant Imperatoribus cecinit palinodiam, iubens quidem diruti templa simulachrorum, solui autem è carceribus eos qui fuerant inclusi propter nomen Christi, & ædificari templa Christianorum, & ecclesias suum ornatum suscipere. Cum hoc ergo decretum omnem eius imperio subiectam comprehendisset regionem in suam patriam reuertebantur omnes Christi confessores. Suum itaque Pontificem Nicolaum ciuitas suscepit Myrensium, instituto quidem ac voluntate martyrem & incruentum victorem. Ille autem à Deo datis omni ex parte florens donis, & morbos omnes curabat, & fuit breui clarus & gloriosus, non solum apud fideles, sed etiam apud multos infideles, & habebatur in omnium animis in maiori admiratione quam quæ possit verbis exprimi. Et ideo cum videret adhuc restare multas aras simulachrorum, & magnam Dæmonum cateruam in eis habitare, & non paucos perdere ex Myrensibus, diuino zelo animo incensus exurgit fortissime, & omnem illorum obiens regionem, si in aliquam aram aliquando incidisset, humi deiiciebat, & in puluerem comminuebat: & sic procul expellens Dæmonum multitudinem, effecit vt grex pace tranquilla frueretur.

Cōstātinus Imperatorem Christianorum restituit. Baron ann. 318. n. 39. S. Nicolaus ad suos reuertitur. Euertit aras dæmonum.

XV. CVM sic bellum gereret Sanctus aduersus spiritus improbitatis, fit quædam ei à superis inspiratio & diuinior cogitatio, vt ne à Dianæ quidem templo abstineret. sed ipsum quoque aggrederetur, & eidem faceret quod prioribus: erat enim id & pulchritudine admirabile, & alios superans magnitudine & iucundissimum dæmonibus habitaculũ. Cum ergo maior aduersus hoc templum eum subiisset impetus, idq; iuuenilius & acrius esset, non solum diruit omnia quæ supra terram eminebant & ea humi deiecit: sed etiam totum conuulsit ab ipsis fundamentis, & ad summam, templi quidem ea quæ erant in aere sublimia humi deiecit: quæ autem erant sub terra proiicit in aerem. Mali vero dæmones ne aduentum quidem Sanctum vllo modo poterant sustinere: sed etiam voces emittebant fugientes: & affirmabant se ab ipso magna affici iniuria & inuitos à rebus suis excedere. Et hæc quidem Sancto sic procedebāt: & bonum exitum est assecuta quæ ab ipso aduersus dæmones suscepta fuerat expeditio: Sed aliarum eius rerum vult rursus meminisse oratio, & non mandare obliuioni ea quæ digna sunt quæ dicantur & mandentur memoriæ.

Templum item Dianæ.

XVI. CVM enim Constantinus, qui primus Imperator elegit esse pius, administraret Romanorum imperium, & hic magnus Pontifex suam exerceret plebem ad recta suscipienda dogmata, & si quid in eis erat alienum & adulterinum, id totum radicitus excinderet. Nicææ quidem omnes congregantur orthodoxi, vt pium fidei decretum constituerent, Arrii autem impiam procul expellerent blasphemiam, & conciliarent pacem vniuersæ Ecclesiæ, decernendo Filium esse Patri honore æqualem, & ambas partes coniungendo in vnum. Fit ergo hic quoque admirabilis Nicolaus pars sacræ synodi, & strenue resistens nugis Arrii cum omnia dissoluisset, & accuratam fidei regulam omnibus tradidisset, illinc recedit & ad suum gregem reuertitur, adhortans omnes & adducens ad virtutem: & tractans doctrinam acrius & feruentius. Cum autem aliquando fames inuasisset Lyciam, alimento etiam opus habebat ciuitas Myrensium, & iisdem malis laborabat. Cuidam itaque nautæ qui frumenti fecerat mercaturam, noctu magnus apparet Nicolaus, & ei tribus datis pro arra aureis, iubet eum proficisci in ciuitatem Myrensium, & iis qui sunt illic vendere frumentum. Excitatus itaque mercator, aureis in manu inuentis, cum visionem mente agitasset, & quod factum fuerat esset admiratus, venit Myra. Et ille quidem vendit frumentum in ciuitate: qui vero in ea erant, inuento eo famis solatio, id Deo & magno Nicolao, sicut etiam multa alia adscribebant.

Concilio Nicæno sub Syluestro contra Arrium interest. Lyciam fames inuadit Qui Myrensib. succurrerit S. Nicolaus.

XVII. DEINDE seditio a* Thuphalis oritur in magna Phrygia. Quod cum audiisset Imperator Constantinus, & de eo communiter deliberasset, tres simul ei subiectos duces exercitus, eorum autem nomina erant Nepotianus & Vrsus & Herpylion, ad res sedandas & componendas emittit in Phrygiam. Illi vero magna celeritate profecti Constantinopoli appulerunt in quendam portum Myrensium prouinciæ Lyciæ: vocabatur autem Andriaces Nauale. Cum vero non concederet eis mare vt nauigarent, breui tempore in portu manserunt, & interea quidam ex eorum militibus è naui exeunt, ea comparaturi quæ erant eis ad vsum necessaria. Quomodo autem solent milites alienarum rerum rapina & violentia valde delectari, iis hic quoque vtebantur, & res vexabant accolarum & depopulabantur. Deinde res etiam processit ad seditionem, & excitatus est quidam tumultus ad Placoma quod dicitur. Hoc cum rescisset Nicolaus admirabilis, ille nihil cunctatus venit ad Nauale. Postquam autem manifestus fuit paucis quibusdam, fama omnia peruasit, & protinus vniuersa ciuitas

* Athaphus Se litio in Phrygia. Io. Diac. apud Baron. ann. 326. Suo aduentu tumultum sedat.

 cum du-

cum ducibus exercitus de more ei processit obuiam. Cum ille itaque exercitus duces interrogasset quamobrem & vnde venirent, illi dixerunt se fuisse missos ad imperatorem, vt componerent seditiones exortas in Phrygia. Ille vero eos in ciuitatem acceptos, splendide & magnifice hospitio excipit. Deinde cum illi militum tumultum sopiissent, & ab illo assecuti essent benedictionem, iam erant egressuri.

XIX. INTERIM autem quidam ex ciuibus ad sanctum Nicolaum accedunt, & ad eius pedes magno animi ardore procidentes, rogabant vt opem ferret ijs, quibus fiebat iniuria: & postulabant vt liberarentur a malis præsentibus. Præses enim Eustathius, cum eiulatu dicebant & lachrymis, pecunijs corruptus ab ijs qui colunt inuidiam & improbitatem, tres viros ex ijs qui sunt in ciuitate, cum nihil omnino peccarint, morte multat. Pro his ergo vniuersa ciuitas miserandum in modum cruciatur, & affligitur, & in magno mœrore tuam implorat præsentiam. Si enim adfuisses, non apud eam tale scelus aspexisset. Hæc cum homo Dei audijsset, & imitator illius clementiæ, ad hæc excitatur & assurgit animo, & iam inducit fiduciam, & assumptis ducibus exercitus statim viam est ingressus. Cum autem fuisset in quodam loco, is vero vocabatur Leo, rogabat eos qui accedebant an de viris illis aliquid scirent, & vbi eos reliquissent. Illi autem, in platea, inquiunt, apud Dioscoros qui vocantur. Ille vero recta pergens ad Martyrium sanctorum Crescentis & Dioscoridis, vbi intellexisset eos modo portam egredientes duci ad Beran (is autem erat locus quo ad mortem ducebantur condemnati) gradum accelerans, & quod deerat senectuti, cordis feruore supplens, breui tempore peruenit ad locum constitutum, & videt magnam quidem circumsistentem multitudinem, viros vero, proh dolor, post vinctos manibus, & opertos habentes oculos, & nudo collo & extenso sectionem expectantes; miserabile spectaculum, & quod nec oculum quidem poterat habere testem perpessionis; & ipsum carnificem qui iam gladium stringebat, cædemque spirantibus & furiosis intuebatur oculis, & vel solo aspectu præ se ferebat immanitatem.

Eustathius Præses auro corruptus tres viros innocentes supplicio damnat.

XX. HÆC postquam vidit & in illud triste spectaculum coniecit oculos lenitate temperans austeritatem, neque temere & insolenter aliquid est locutus, neque timido accessit & pusillo animo: sed confestim accedens ad lictorem, ensem quidem eripit ex illius manibus, nullo timore affectus aut perturbatus. cum autem iacit humi & viros illos soluit vinculis quibus erant ligati. Hæc eum facientem cum magna auctoritate, nemo erat qui esset prohibiturus. cum & insignem eius nossent virtutem, & eius pro iustitia cœlum reuererentur. Atque ij quidem qui seruati fuerant, lætitia calidas mouebat lacrymas, & ob mutationem alacri animo simul exclamabant. Totus autem campus erat theatrum, laudabantque omnes & in clamorem erumpebant ad conspectum eorum quæ spectabant. Tunc Præses apparet Eustathius, sed eum cum apparuisset magnus despicit Nicolaus, & minime admittit accedentem, & propinantem procidere ad eius pedes, repellit, & minatur se de eo dicturum Imperatori, & aduersus eum Deum esse vocaturum, & in extrema eum esse mala adducturum, qui tam iniuste vtebatur magistratu, & magna mala aggrediebatur. Ille autem & grauiter ferebatur stimulis pœnitentiæ, & cor eius mordebatur graui morsu conscientiæ. Exoratione & lachrymis captabat misericordiam, eique fiebat supplex: & toto animo rogabat vt magnus Nicolaus ei reconciliaretur. Deinde culpam quoque transferebat in Simonidem & Eudoxium qui erant primi Myrensium. Non ignorabat autem eum mentiri. Sciebat enim eum pecunia corruptum morte damnasse innocentes. Atque illi quidem maximas ei agebant & habebant gratias: & præclarus Christi seruus a lingua eorum canebatur. & illius solus hoc fuisse factum erat extra controuersiam: Duces autem exercitus diuinis eius dignati precibus, & iter honestum ducentes viaticum, venerunt in Phrygiam, & rebus illic omnibus vt oportuit compositis, & ijs confectis quæ iusserat Imperator, læti redeunt Byzantium. Hi accipiuntur ab Imperatore & magistratibus honorifice & magnifice, & de cætero integra erant clari & insignes: & erat magna in eos obseruantia.

Liberat innocentes S. Nicolaus.

Supplicem habet Eustathium.

Tribuni re bene gesta redeunt ad Imperatorem.

XXI. NON erat autem hæc æquo animo passura inuidia: neque erant tolerabilia inuidorum oculis. Accedentes itaque quidam ad * Præfectum vrbis, vt qui existimatione ab eis vincerentur, aduersus illos grauem adornant calumniam, dicentes illos duces non rectum capere consilium: neque eorum desiderium ad bonum finem tendere. Res enim nouas moliuntur, quantum ad nostras aures peruenit: & mala machinantur aduersus Imperatorem. Cum de his Ducibus hæc dixissent, & multo auro Præfectum emissent, per illum corrumpunt aures Imperatoris. Nam cum ipse protinus venisset in conspectum Imperatoris, narrat quæ ab illis audiuerat & persuadet vt indicta causa ab illo capiantur, & in carcerem conijciantur: ne nobis inquit, non animaduertentibus faciant ea quæ sunt meditati. Sic quidem factum est, & coniecti sunt illi in carcerem, cum nec ipsum quidem scirent cur essent traditi in custodiam, tantum aberat vt aliquid mali machinati essent aduersus Imperatorem.

* hunc Ablauium fuisse habet Methodius in vita S. Nicol. D. Ablauij Præfecti Prætorio meminit & Baron. anno 316 n. 74.

XXII. INTERCESSIT aliquantum temporis, & rursus malignitas tanquam non contenta prioribus adimplet etiam id quod deerat. Nam sic quidem degebant illi viri afflicti in carcere: calumniatores autem cum viderent tempus fluere, timentes ne si euenisset aliquid inopinatum, structæ quidem arguerentur eorum insidiæ, conuerterentur vero in periculum, rursus accedunt ad Præfectum, & ei facessunt negotium ne sic viros relinqueret, sed eis iustum inferret supplicium. Ille autem veritus, ne aurum sibi auferretur, si finem non accepissent quæ erat pollicitus, accedit rursus ad imperatorem: vultusque seueritate & ipso tristi aspectu, præ se ferens malorum se venire nuncium: & simul volens ostendere se illius vitæ curam omnino gerere, esseque in eum summa fide & beneuolentia. Deinde variem insidiosis verbis incepit & se ei insinuat, dicens: Domine, qui aduersus tuam mala sunt meditati potentiam, pro ijs bonis quæ à te sunt consecuti, ne in carcere quidem desistunt à tali meditatione, neque vlla ducuntur pœnitentia: sed nunc quoque perseuerant in cœptis prioribus, & improbi eadem rursus struunt. Nunc ergo si liceat quidem, eos iuste puniemus. Sin minus, at considerandum est ne si * eos præuenerint, ipsi male afficiant. Hæc conturbant Imperatorem, & iniiciunt ei suspicionem. Ipse ergo volens mentem liberare à sollicitudine & in futurum non amplius timere, morte condemnat innocentes.

Tribuni tres Marcellinus detrudi in carcerem.

* nos

XXIII. CONSTITVTVM ergo fuerat vt die sequenti morerentur. Vespere enim lata fuerat sententia, & ad * custodem carceris venit infelix nuncius condemnationis, & illi de eis omnia significat. Ille autem cum multum suam deplorasset calamitatem, erat enim, vt videtur, longe Præfecto humanior, & alioqui iam eis euaserat amicus & familiaris, deinde mœrens, ad eos accedit: Et, vtinam, inquit, ne vobiscum quidem primo sermonem contulissem, neque tantum tempus apud me versati essetis, neque sane fuissem vobiscum particeps, facilius enim sustinuissem calamitatem: de disiunctione minorem dolorem acciperem, nec sic perturbatio meum perculisset animum. Cras enim a nobis inuicem disiungimur, acerba, heu mihi, & vltima disiunctione. Neque vos amplius iucundum videbo spectaculum, non audiam loquentes, non panem apponam communem. Iussi enim estis interimi. Sed si de vestris facultatibus vultis aliquid disponere, iam est tempus: ne mors vestram præueniat sententiam. Hæc ille quidem dixit mœrens, & illorum mortem acerbe deplorans. Illi autem, quid enim ad hæc fecissent animæ, quæ nullius rei quæ mortem mereretur sibi erant consciæ, & vestes lacerabant, & capillos misere vellebant: Quis nobis dæmon, dicentes, vitam inuidit? Cur nos autem subibimus mortem maleficiorum? Quidnam fecimus, quod mortem mereretur? Amicos suos nominatim vocabant: cognatos, familiares, Deum ad rerum præsentium vocabant testimonium, iam ante oculos mortem visione apprehendebant.

Damnantur ab Imperatore in se perfidi.

* Hilario nomen huic viro ait Io. Diac. apud Surium.

Falsis sententia eis indicatur.

XXIV. CVM sic acerbe lamentarentur, & tam miserabiliter suam lugerent calamitatem, alter eorum cui nomen Nepotianus, cor-

nus, recordatur Nicolai, & quemadmodũ Myris ille tres viros defendit, & à morte eripuit, cum ex inopinato eis fuisset seruator & defensor. Hæc eis inter se loquentibus (inuentione enim valet necessitas, & animam ad multas excitat cogitationes) ab illis quoque ad Deum intercessor statim assumptus est Nicolaus, dicentibus: Domine, tui Nicolai Deus, qui tres viros ab iniusta morte prius eripuisti, ad nos quoque aspice: quoniam non est inter homines qui opem ferat. Ecce enim cor nostrum comprimitur, & eius afflictiones multiplicatæ sunt super nos, & nemo est qui nos educat è tentatione. Ecce nos quoque vox deficit ante animam, & lingua igne cordis exiccatur: & tibi non possumus amplius offerre preces. Cito præueniant nos misericordiæ tuæ Domine, ne despicias iniustitiam & iniustam mortem. Eripe nos è manu eorum qui quærunt nostram animam: & festina ad nostrum auxilium. Cras enim dedemur

Implorant S. Nicolai auxilium.

XXV. morti.

Cvm hæc attendisset, qui eorum qui ipsum timent, tanquam pater filiorum, miseretur, mittit auxilium à sancto, nempe suum famulum, & noctu apparens Imperatori Nicolaus admirabilis: Imperator, inquit, surge cito, & eos tres Duces exercitus qui detinentur in carcere, libera. Fuerunt enim temere appetiti calumniis. Deinde iniustitiæ quam patiuntur exponit tragœdiam, & quemadmodum eis fuerunt paratæ insidiæ accurate persequitur. Sin minus, se & bellum moturum, & male ipsum perditurum, & extrema ei facturum est minatus. Admiratus itaque Imperator eius fidentiam & dicendi libertatem, & alioqui quod intempesta nocte sic ingressus esset regiam: Sed quis tu es, rogauit, qui hæc meæ potentiæ intentas & minaris? Nicolaus autem: Qui præsum, inquit, Myrensium metropoli: & statim ille quidem surgit conturbatus à visione. Sanctus vero similiter etiam apparet Ablabio Præfecto dormienti: & de eis mandat eadem. Ablabio autem, qui ipse quoque rogauit quisnam esset, Nicolaus respondit, Christi seruus. Excitatus ergo Ablabius, mente versabat id quod in somnis viderat, & quidnam esset quod ei apparuerat, & quidnam significaret: & statim venit ad ipsum quidam ab Imperatore, significans ea quæ Imperatori visa erant in somnis. Ille vero ei rursus renunciat visionem, & narrat ei omnia quæ ibi apparuerant. Illa ergo admirabili, & quæ erat præter opinionem, visione obstupefacti, Imperator & Præfectus, & quod veluti signo dato eadem ad vtrunque venisset, quoniam somnium non poterant coniicere, accersitis è carcere illis Ducibus exercitus, omnibus circumsistentibus, Quanam, inquit, arte magica vtentes, talia ad nos misistis somnia, tam acre bellum intentantia? Illi autem qui nullius rei eiusmodi sibi erant conscij, se nutu inuicem interrogabant, si quis eorum quid nosset, obstupefactum alter in alterum oculum coniicientes. Imperator vero eos videns sic affectos, mutatur ad lenitatem, & prope eos acce-

Apparet S. Nicolaus Imperatori iubens absolui insontes.

Sistuntur Imperatori.

XXVI dens, iubet ad hæc respondere.

Illi autem oculos replentes lachrymis, & assidue vlulantes: Nos, dixerunt, ô Imperator, neque ars magica quid sit, nouimus; neque aduersus tuam potentiam graue quid sumus meditati. Testis est qui omnia videt oculus. Si autem hæc non ita sunt, sed mali aliquid in te cogitauimus, nullam ô Imperator, de nobis ceperis misericordiam. Non, ô Imperator, per ipsam Trinitatem, neque toti nostro generi peperceris. Sed si quid est vel morte grauius, id in nos pronuncies. Nobis, O Imperator, fuit hæc hæreditas relicta à parentibus, honorare Imperatorem, & in eum beneuolentiam præferre rebus omnibus. Si quis vero hæc transgrediatur, male eum multate, & eo vti deinceps tanquam hoste. Quamobrem nostra neglecta, ad tuam, O Imperator, salutem aspeximus. Quando autem manus quoque hostilis aduersus tuam mouebatur potentiam, & tempus postulabat talem virorum virtutem, aliis prætermissis qui erant eiusdem cuius nos authoritatis, nos quod vtinam non fecisses, elegisti præ cæteris, & belli in eos gerendi curam nobis mandasti. Hac de causa prompto & alacri animo tuo iussui paruimus, & bellum suscepimus aduersus inimicos, & propriam virtutem, id Deo dictum sit propitio, factis satis ostendimus, in quo quidem omnes sat scio consensuros. Hoc quod nobis prius præbuit felicitatem, aduersus nos nunc armat inuidia: & condemnamur, proh dolor, vt vides; & nos esse extrema passuros expectamus. Quocirca eo rediit nostræ in te beneuolentiæ ostensio, vt esset occasio maioris supplicij, & pro gloria quæ sperabatur & remunerationibus, nos tenet metus mortis & condemnationis, propter hoc vltimum & præclarum quidem sed infelix factum. Quomodo hæc, O Sol, Quomodo hæc

Causam dicunt.

XXVII. sustines videre, O iustitia.

His animo flexus Imperator, aperte ostendit se pœnitere factæ illis iniuriæ. Timebat enim Dei iustificationes: & verebatur purpuram, ne leges ferens aliis, redderet ipse rationem, & pœnas lueret iudicij. Eos itaque statim benignis intuetur oculis, & placide eos alloquitur. Illi autem suis ad dicendum excitatis animis, quum ansa loquendi libere eis data fuerat ab Imperatore, publicabant thesaurum, nec spem celabant: & Domine tui Nicolai Deus magna voce clamabant, qui tres viros ab iniqua morte aliquando seruasti, nos quoque per ipsum eripe ab hoc periculo imminenti. Sermonem arripit Imperator, & quis est, inquit, hic Nicolaus, & quomodo & quosnam seruauit dicite. Nepotianus autem omnia statim narrat sigillatim. Imperator vero qui & in Deum & suos famulos honore prius quoque sibi placebat, ne hic quoque suæ est oblitus virtutis. Sed simul atque de illo viro fuit renunciatum, non opus habuit multis verbis, sed quæ sibi apparuerat visionem magis recolens, fiduciamque & loquendi libertatem pro iis qui afficiebantur iniuria, & acrem illius zelum supra modum admiratus, eis donat veniam. Et: Non ego, inquit, vobis vitam largior: sed is quem vocastis ad auxilium, qui nec nos quidem sinebat dormire, vos acerrime defendens & vestri curam gerens. Abite ergo ad ipsum, & tonsa coma ei agite gratias. Nostro quoque nomine ei renunciate. Ecce feci quod iusseras, noli mihi amplius minari. Hæc dixit, & aureum Euangelium, & quoddam aliud vas ex auro & gemmis compositum, & duos cereolos aureos eis donat, iubens ea dedicare templo quod est Myris. Sic illi admirabiliter & contra opinionem assecuti salutem iter continuo sunt ingressi, & læti ad sanctum veniunt, & lubentes eum videbant, & præ maximo gaudio aperte ostendebant se promptissimo & alacerrimo animo esse profusuros vitam sibi donatam, vt referrent gratias ei, qui ipsos tanto affecerat beneficio. Deinde templo dedicant & offerunt ea quæ acceperant ab Imperatore. Domine, Domine, quis similis tibi, qui liberas egenum à manibus eo potentiorum, tenuim di-

Absoluuntur

Cõstãtinus Imp. mittit S. Nicolao præclara munera.

Psal. 81.

XXVIII centes, & nec ipsos pauperes sinentes expertes gustus lætitiæ, sed eos quoque suis bonis impertiens.

Sic ergo Deo in operibus suum extollente famulum, allata de eo sublata fama, in omnem partem peruadebat, & omnia comprehendebat: mare transmittebat, per terram ferebatur, & nullum dimittebat locum ad quem non magni magnarum gratiarum peruenisset auditio. Nautæ itaque aliquando in magnam incidunt tempestatem, qui cum eam quæ in manibus eorum erat posita salutem desperassent, quoniam magnum Nicolaum à fama acceperant esse velox auxilium in iis quæ præter spem eueniunt, se totos ad eum precandum conferunt, & eum inuocabant in tempestate, & manus ad eum tendebant, & à solo eius pendebant auxilio. Ille autem ne parum quidem cunctatus protinus nauem insilit, & cum se manifeste conspiciendum illorum præbuisset oculis. Ecce, me, inquit, vocauistis, & adsum vobis opem laturus. Deinde cum eos iussisset esse bono animo, clauum sumit in conspectu omnium, & ita nauem videbatur dirigere. Deinde etiam mare increpans sedat fluctus & turbines, & alia mala tempestatis, quemodo prius quoque meus Iesus, & sic eis facilem & tranquillam præbet nauigationem. Cum autem eos leni & placido vento vectos terra excepit, è naui descendentes contendebant ad eum accedere qui eos liberarat à periculo. Deinde cum accepissent eum iuisse ad Ecclesiam, vadunt ad templum. Atque ille quidem cum se fecisset partem cleri, stabat cum aliis. Illi autem cum in eum coniecissẽt oculos qui non erat eis prius cognitus, ex ea quæ eis in mari facta fuerat appa-

Nautis in rebus desperatis S. Nicolaum inuocantibus adest.

ntion[illegible], cum continuo agnouerunt: & accurrentes procidunt ad [illegible]us pedes, & lingua quidem [illegible] mouebatur ad [illegible] das gratias: simul vero cum ea etiam loquebatur animus, eorum quæ passus & quomodo [illegible] erat liberatus [illegible] & oculis emittebant lachrymas testes eorum quæ dicebantur. Deinde etiam iis qui aderant [illegible] sigillatim [illegible] seriem rei gestæ.

Corda hominum nouit singula, Dei dono. ADMIRABILIS vero Nicolaus non minus sciens liberare à periculo animæ, quod erat etiam ei maiori curæ, cum perspiciendi facultatis dono spiritus eis insidentem vidit improbitatem, quæ procul à Deo remouebat & ab illius mandatis: Vosipsos, ô filij, dicebat, agnoscite, agnoscite inquam, vo[illegible] & corda vestra & mentes vestræ motus & cogitationes ad hoc dirigite vt Deo placeatis. Nam etsi multos lateamus, & boni esse videamur, at illum quidem certe omnino nihil latebit eorum quæ nostra sunt. Nam homo quidem, inquit, in faciem, Deus autem in cor. XXIX

Iacob. 12. 1 Cor. 3. Hoc quoque scripturam audiuistis dicentem. Ne faciatis mala, & vos non comprehendant mala. Discite vero potius benefacere, & corporis sanctificationem toto ex[illegible] tere proposito. Vos enim estis templum Dei. Qui [illegible] per hoc templum, perdet enim Deus hæc dicit diuinus Paulus. Sic facite, & de cætero Deum habebitis adiutorem. Sufficiunt mihi hæc quæ dicta sunt ad ostendendas opes quibus ille à Deo erat locopletatus. Sed nescio quomodo eius mentio, nec hic quidem patitur sistere orationem: sed nisi ea quæ supersunt adiecero, damnum ducit [illegible] maximum.

* sero QVIDAM enim * serius ab antiquis vtique temporibus repertus ad nos veniens, describit hunc beatum moribus quidem senilem, aspectu autem angelicum, spiritum vero sanctificationem & diuinam gratiam. Porro autem XXX.

Singularis gratia vultus eius. hæc quoque de eo adiecit, quod si quis in eum incidisset, ei qui incideat, ex solo eius aspectu, magna habebatur quod esset melius accessio, & mutatio. Vnusquisque vero cuius animus aliquo premebatur dolore & perturbatione, cum vel solum in eum defixisset oculos, satis magnum inueniebat molestiæ solatium. Ex eius quoque vultu emicabat

Multos ab hæresi reuocat. fulgor quidam supra modum luminosus, & eius illustrabat faciem plusquam Mosi. Si itaque contigisset aliquos ex iis qui erant diuersæ sectæ vel in via cum eo congredi, si solum eius suauem illius linguam sermonem [illegible]int, statim ab[illegible] abiicientes hæ[illegible] quæ illis coaluerat à pueris: & rectam veritatis rationem toto pectore admittebant. [illegible] ergo cum sic vixisset, & ex virtutis ratione sic præclare gessisset: & vere iucundo & suaui vnguento, mediam Myrensium

Migrat ex hac vita ciuitatem, [illegible], [illegible], gratiarum floribus perfudisset, & ad profundissimam peruenisset senectutem, fessusque plenus diebus, [illegible], quam iis qui resoluuntur: quoniam cum cum esset homo, oportebat communi legi [illegible] naturæ [illegible] breuem morbum incidit. Ille vero ab eo consumptus est in agendis Deo gratiis, hymnisque qui dicuntur in [illegible] & [illegible] migratio[illegible] iucundissime eum reddebat affectum. Nam quod aliis permanere in carne, hoc illi disiungi à corpore. Sed ille quidem hanc breuem & caducam reliquit vitam, & transit ad illam diuturnam & beatam, cum splendoribus Angelorum conuersans & exultans, & videns lucem veritatis apertius & purius. Pretiosum autem [illegible] corpus sancti Episcoporum manibus & cleri totius, facibusque & luminibus honoratum depo-

Vnguentum esfluxit e corpore eius continuo promanat. nitur in templo quod est Myris, vnguentum in hoc vsque tempus profluens, morborum corporis & animæ remedium.

CVM autem ex omnibus terræ partibus illuc [illegible] confluerent qui copiosæ illius gratiæ fiebant participes, quidam ex Lyciis qui erant procul [illegible], & multorum dierum iter aberant, vehementer inuadit desiderium veniendi ad sancti monumentum & participandi sanctificationem. Cum itaque cibos in nauem immisissent, in Lyciam erant nauigaturi. Malignum autem Dæmonium quod Dianæ templum olim habitabat, quod inclytus Nicolaus cum multis XXXI

Diabolus sanctas peregrinationes impedire conatur. [illegible], ara humi deiecta, cum sensisset illorum nauigationem; partim quidem in sanctum concepto odio quod & templum eius euertisset, & eum illinc exterminasset, & pro viribus eum studeret vlcisci: partim autem volens viros priuare sanctificatione, & lædere desiderium, se simulans mulierem, videbatur ferre vas plenum oleo: & dicebat se valde quidem cupere id ferre ad sancti sepulchrum: sed vereri longam nauigationem & contremiscere; neque enim, inquit, fieri potest, vt mulier tanta sit audacia, vt tantum maris audeat nauigare. Rogo ergo vos vt hoc vas accipiatis & feratis ad sepulchrum, & in sancti lucernam iniiciatis oleum. Hæc abominandum dicebat & rogabat Dæmonium, vas illud tradens in manus piorum. Illi autem vt semel dicam inerat mala quædam operatio & omnino digna eo qui dederat. Multum itaque precata persuadet. Cumque id accepissent, quoniam primi diei erat peracta nauigatio, tuum opus ô fidelis Dei serue, & egregie defensor periclitantium, hoc quoque quod mirabiliter

Dæmonis fraus detegitur à S. Nicolao factum est & contra opinionem. Noctu enim cuidam eorum apparens, iubet vas iacere in profundum. Illi vero cum primum [illegible] ita fecerunt, & id in mare proiiciunt, statimque flamma sublimis sublata est in aerem, tumultusque & tetri odores [illegible] emittebantur. Tunc aqua cœpit dehiscere: & inferne clangens tanquam erumpentis terræmotus, [illegible], & aquæ [illegible] erant scintillæ, & nauis raptis in [illegible] fluctibus iam obruebatur: & viri [illegible] inopinato periculo obstupefacti, se inuicem tristes & plane desperantes intuebantur, & nullum tandem mali inueniebant exitum. Sed qui procul salutis eorum curam gerebat, & iusserat vt vas in mare proiicerent, is tunc quoque eis apparens, eos à grauissima liberauit tempestate, & à maximo periculo. Nam simul atque nauis parum mota [illegible] loco; & viri solutisunt metu, & quædam eos afflauit aura suauis & odorifera, & odore sunt delectati, & maxima sunt eorum animi [illegible] lætitia.

HÆC tibi sunt à Deo dona ô Nicolae; hæ sunt laborum remunerationes, hæc sunt præmia tuorum certaminum, & tuæ exercitationis, quæ, inquam, adeptus es in hac vita præsenti. Futura enim illa sunt omnino, quæ neque XXXII

1 Cor. 2. cerni possunt oculis, nec audiri auribus, nec corde comprehendi, quæ didicimus Deum præparasse iis qui ipsum diligunt. Ego autem nihil dubitabo te & præclarum vocare martyrem coronatumque victorem sine sanguine, quantum scire possumus respicientes tuum animi institutum. Qui sola precatione impiam confregisti potentiam, & ab exilio pulchre fratris reuocatus: & cum splendidis trophæis reduxisti ad Christianos; & priorem honorem secundo excepisti in Christo Iesu Domino nostro. Cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor & adoratio nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Vita [illegible] quarto April[illegible].

Est Sermo B. Petri Damiani de eodem S. Nicolao Episcopo, quem inter opera eius Romæ excusa offendes, & 8. Tomo Aloysii Lippomanni.

DE SS. DIONYSIA, DATIVA, LEONTIA, ITEMQVE TERTIO, BONIFACIO, ET ALIIS QVIBVSDAM, EX LIBRO III. SANCTI VICTORIS EPISCOPI VTICENSIS, DE PERSECVTIONE VANDALICA.

ANN.480

I. ADDIDIT beſtia illa (Hunnericus vel Honoricus Vandalorum Rex) ſanguinem ſitiens innocentum, Epiſcopis needum adhuc in exilium directis, per vniuerſas Africanæ terræ prouincias vno tempore tortores crudeliſſimos deſtinare: vt nulla remanſiſſet domus & locus, vbi non fuiſſet eiulatus & luctus: vt nulli ætati, nulli parceretur ſexui, niſi illis, qui eorum ſuccumberent voluntati. Hos fuſtibus, illos ſuſpendio, alios ignibus concremabant. Mulieres, & præcipue nobiles, contra ius naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam noſtram Dionyſiam curſim ac breuiter nominabo. Cum viderent eam non ſolum audacem, ſed etiam matronis cæteris pulchriorem, ipſam primo niſi ſunt fuſtibus expoliatam aptare. Quæ cum pateret, diceretque, de Domino ſuo ſecura, Qualiter libet, cruciate: verecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furentes, celſiori loco, veſtimentis exutam, * conſtituunt, ſpectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus virgarum, dum riuuli ſanguinis toto iam corpore fluitarent, libera voce dicebat: Miniſtri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipſa eſt laus mea. Et quia erat ſcripturarum diuinarum ſcientia plena, arctata pœnis, & ipſa iam martyr, alios ad martyrium confortabat. Quæ ſuo ſancto exemplo vniuerſam ſuam patriam liberauit.

6. DECEM.
* conſiſtūt,
S. Dionyſia crudeliſſime cæditur.

II. QVÆ cum ſuum vnicum filium, admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidoloſum conſpiceret, verberans cum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna ita confortauit, vt matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera cōſtituto ita dicebat: Memento, fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati ſumus: non perdamus indumentum noſtræ ſalutis, ne veniens inuitator, veſtem non inueniat nuptialem, & dicat miniſtris: Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & ſtridor dentium. Illa pœna timenda eſt, quæ nunquam finitur: illa deſideranda vita, quæ ſemper habetur. Talibus itaque filium ſolidans verbis, velociter martyrem fecit. Venerabilis vero adoleſcens, Maioricus nomine, in certamine confeſſionis ſpiritum reddens, curſum palmiferum conſummauit: amplexanſque illam hoſtiam ſuam, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium ſpei futuræ in ſua domo maluit ſepelire: vt quoties ſuper ſepulcrum eius Trinitati preces effundit, alienam ſe à filio nunquam eſſe confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate, vt fati ſumus, acquiſiti ſunt Deo, longum eſt narrare.

Præclara vox S. Dionyſiæ, filium ſuum cōfirmantis.
Matth. 22.

III. NAM & eius germana, nomine Datiua, atque Leontia filia ſancti Germani Epiſcopi, cognatuſque Datiuæ venerabilis * Emelius mediens, religioſus quoque Tertius, Trinitatis confeſſione præclarus, vel Sibidenſis Bonifacius quanta pertulerint, qualibuſque cruciatibus euiſceratæ vel euiſcerati ſint, qui valet, ordine dicat.

* Vſuardus hunc Æmilianū vocat

VITA S. ASELLÆ VIRGINIS, PER DIVVM HIERONYMVM AD MARCELLAM SCRIPTA, HABETVR TOMO PRIMO EPISTOLARVM EIVS.

ANN.370.

I. NEMO reprehendat, quod in epiſtolis aliquos aut laudamus, aut carpimus: cum & in arguendis malis, ſit correctio cæterorum: & in optimis prædicandis, bonorum ad virtutem ſtudia concitentur. Nudiuſtertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Ilico pupugit animum, & mihi venit in mentem, non debere nos tacere de virgine, qui de ſecundo ordine caſtitatis loquuti ſumus. Igitur Aſellæ noſtræ vita breuiter explicanda eſt: cui quæſo ne hanc epiſtolam legas: grauatur quippe laudibus ſuis: ſed iis potius, quæ adoleſcentulæ ſunt, legere dignare: vt ad exemplum eius ſe inſtituentes, conuerſationem illius perfectæ vitæ normam arbitrentur.

6. DECEM.
Leę vita habetur 22. Martij.

II. PRÆTERMITTO, quod in matris vtero benedicitur ei, antequam naſcatur: quod in phiala nitentis vitri, & omni ſpeculo purioris, patri virgo traditur per quietem: quod adhuc infantiæ inuoluta pannis, & vix annum decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis conſecratur. Sit gratiæ omne, quod ante laborem fuit: licet Deus præſcius futurorum, & Hieremiam ſanctificet in vtero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulum ante conſtitutionem mundi ſeparet in euangelium filij ſui. Ad ea venio, quæ poſt duodecimum annum ſudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit, impleuit. Vnius cellulæ clauſa anguſtiis, latitudine paradiſi fruebatur. Idem terræ ſolum, & orationis locus extitit & quietis. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cum eam non veſcendi deſiderium, ſed humana conſectio ad cibum traheret: pane & ſale, & aqua frigida concitabat magis eſuriem, quam reſtinguebat.

Aſella benedicitur in matris vtero, & decēnis Domino conſecratur.
Hier. 1.
Luc 1.
Rom 1.
Mira abſtinentia eius.

III. ET quia pene oblitus ſum, quod in principio debui dicere: Cum primum hoc propoſitum arripuit, aurum colli ſui, quod quidem murenulam vulgus vocat, quod ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente, quadam ordinis flexuoſi catena contexitur, abſque parentibus vendidit, & tunicam fuſciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pio negociationis auſpicio, ſe repente Domino conſecrauit: vt intelligeret vniuerſa cognatio, non poſſe aliud ei extorqueri, quæ iam ſeculum damnaſſet in veſtibus. Sed, vt dicere cœperamus, ita ſe ſemper moderate habuit, & intra cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit, vt nunquā pedem proferret in publicum, nūquam viri noſſet alloquium: &, quod magis ſit admirandum, ſororem virginem amaret potius quam videret. Operabatur manibus ſuis, ſciens ſcriptum eſſe: Qui non operatur, non manducet. Sponſo aut orans loquebatur, aut pſallens. Ad martyrum limina pene inuiſa properabat. Et cum gauderet propoſito ſuo, in eo vehementius exultabat, quod ſe nullus cognoſceret. Cumque per omnem annum iugi ieiunio paſceretur, biduo triduoque ſic permanens, tum vero in Quadrageſima nauigij ſui vela tendebat, omnes pene hebdomadas vultu lætante coniungens: &, quod impoſſibile fortitan eſt hominibus ad credendum, Deo autem præſtante poſſibile eſt, ita ad quinquagenariam peruenit ætatem, vt non doleret ſtomachum, non viſcerum cruciaretur iniuria, non ſicca humus iacentia membra confringeret, non ſacco aſperata cutis, fœtorem aliquem ſitumque contraheret: ſed ſana corpore, anima ſanior, ſolitudinem putaret eſſe delicias, & in vrbe turbida inueniret eremum monachorum. Et hæc quidem tu melius noſti à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genubus camelorum in illo ſancto corpuſculo præ orandi frequentia obcalluiſſe perſpecta eſt. Nos, quod ſcire poſſumus, explicamus. Nihil illius ſeueritate iucundius, nihil iucunditate ſeuerius, nihil ſuauitate triſtius, nihil triſtitia ſuauius. Ita pallor in facie eſt, vt, cum continentiam indicet, non redoleat oſtentationem. Sermo ſilens & ſilentium loquens. Nec citus, nec tardus inceſſus: idem ſemper habitus. Neglecta munditiеs, & inculta veſte, cultus ipſe, ſine cultu.

Voluntaria paupertas.
Solitudo & ſilentium.
2. Theſſ 3.
Solitudinē delicias reputat
Eius genua in camelorū dur[...] obcalluerunt.
Veſtitus ei[us]

cultu. Sola vitæ suæ qualitate promeruit, vt in vrbe pompæ, lasciuiæ, deliciarum, in qua humiles [illegible] boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant: viduæ eam imitentur, & virgines, maritatæ colant, noxiæ timeant, suscipiant sacerdotes.

An. 400. DE S. MARTINO ABBATE SANTONICORVM, EX D. GREGORII ARCHIEPISCOPI TVRONENSIS DE GLORIA CONFESSORVM CAPITVLO LVII.

7 DECEM.
S. Martinus monasterium construit.
Multa ad sepulchrum eius miracula.

MARTINVS Santonicæ vrbis Abbas, Martini, vt ferunt, nostri discipulus, apud vicum vrbis ipsius in monasterio, quod ipse post magistri dogmata ædificauit, in pace quiescit. Ad cuius tumulum quædam e pagensibus manus contractas deferens, retulit sanas. Alius qui exustis febre neruis, poplitibusque [illegible] gressu caruerat, vt ad sepulcrum sanctum prostratus est, nouum robur sumens, ablata debilitate, incolumis relatus est, multos ipsi deinceps seruiens annos. Huius sepulcrum Palladius Episcopus cum non valuisset cum multis, opitulante adiutorio Confessoris, cum quinque Abbatibus mouit, composuitque quomodo voluit.

Ann. 300. VITA BREVIS S. ATHENODORI EX MENOLOGIO GRÆCORVM.

7. DECEM. Græci Latini 11 Nouemb.
S. Athenodorus capitis sententia damnatur.

SANCTVS Athenodorus fuit sub Diocletiano Imperatore ex Mesopotamia Syriæ, monasticam vitam a puero ingressus, delatus vero vt Christianus apud Præsidem Eleusium Christum confessus, inter duas columnas extensus accensis facibus vritur, & vicinis in nares infixis cruciatur, postremo multis & variis tormentis superatus lata sententia vt ense percuteretur, qui illum percussurus erat dissoluto corpore tanquam mortuus cecidit, manu ipsa cum ense in terram excidente, cumque nullus alius ad eum accedere ausus esset beatus Martyr Deum precatus spiritum tradidit.

DE S. GENEBALDO SIVE GENEBAVDO EPISCOPO LANDVNENSI, *habes in vita S. Remigij Rhemensis Episcopi 13 Ianuarij cap. 42. & seqq.*

S. FARÆ VIRGINIS VITAM, *quam nonnulli Burgundofaram, tanquam Burgundia Faram, vnde originem traxit, vt ex vita Faronis Episcopi Meldensis fratris eius, quæ est 28. Octobris, vbi parentes eius recensentur & patria, manifestum euadit, existimant, si tamen ea est, habes 3. Aprilis. De eadem Ionas Scotus in vita S. Eustachij Abbatis Luxouiensis 29. Martij cap. 5. & 6.*

VITAM S. AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS, *cuius ordinationis solemnitas 7. Decembris, non tantum à Latinis, sed & a Græcis, qui eam Natalem dicunt, vt constat ex eorum Menologio, celebratur, habes supra 4. Aprilis.*

S. SERVI TVBVRBITANI *Martyrium habes supra 13. Iulij vbi de S. Eugenio Episcopo Carthaginensi agitur cap. 11.*

VITA S. P. N. PATAPII, EX SIMEONE METAPHRASTE. HABETVR IN TOMIS ALOYSII.

8. DECEM.
Patria S. Patapij.

NON multos parit Ægyptus: sed quando parit, magnum parit. Hoc dictum quidem est de quodam alio ex antiquis Philosophis: euentum autem accipit in Patapio. Vir enim ille, & vita, & miraculis, non solum pro multis, sed etiam pro omnibus sufficit patriæ ad ornatum: adeo vt illa non magis pudore suffundantur propter eas, quæ olim in ea fuerant, impietates, quam quod huic post gratiam produxerit, glorietur. Is patriam quidem habuit clarissimas Thebas: Thebas illas, quas pulcherrimus fluuiorum Nilus circumfluit quidem semper: irrigat autem in tempore: præbet vero iucundissimum fluentum & ad videndum, & ad bibendum. In his ergo natus, & per aquam & spiritum renatus, (ortus enim erat ex fidelibus parentibus) honeste quidem alitur: diligenter autem eruditur, & sic in moribus componitur, vt virtutis animi paulopost ostendent. I

Verum se prębet philosophum.

CVM sic ætate & vera sapientia magnus ille cresceret, philosophus factus, non sermonibus, res humanas despiciens, & res solum diuinas persequens, propter hæc alijs quoque omnibus despicatui habitis, patria, parentibus, amicis, familiaribus & cognatis, Ægyptum quidem illam & illum Nilum iubet valere, vt quæ terrenorum solum fructuum profitetur fertilitatem. Ille autem sciebat solitudinem esse maxime accommodatam ad virtutum exercitationem. In eam ergo profectus, ei se tradidit: in qua cum multis laboribus longo tempore versatus, non solum quicquid erat pulcherrimum & produxit & aluit, sed etiam perfecit, vt in ipso radices ageret, vt propemodum secundum naturam virtus ad eum pertineret. Sic cum * sufficienter autem illum diuinum percepisset radium, & lux totus esset effectus, non sub modio, sed super candelabrum a Deo ponitur. Illud autem maxime omnium, velle multo latere, vel maxima causa fuit ei vt non lateret. Nam illic quidem postquam mons eum celare non potuit, (erat enim ille reuera ciuitas multis ornata bonis) claraque voce clamabant, & omnes conuocabant, partim quidem eius recte facta, partim autem etiam miracula. II

Degit in solitudine.
* sufficienter

Multi ad eum se adiungunt: at ille fugit.
Negligentia corporis.

CVM ergo multi confluerent, & propter multitudinem eorum, qui accedebant, præberet solitudo speciem ciuitatis, ab illa quidem se fuga subducit, & ab iis, qui ipsum recte norant: ignotus vero venit Constantinopolim, & cum ad murum, qui est in Blachernis, fixisset sedem suæ habitationis, soli [illegible] & Deo vacabat, hospes solitarius, & qui neque cum multis vllam habebat congressionem, neque ab eis adspiciebatur: & quæ alius [illegible] statuisset certamina, ea arbitratus ille esse principium, præcedentia, inquam, & quæ ipse iam recte gesserat, acriter tendebat ad anteriora, maiora veluti certamina aggrediens, & se totum accommodans ad contemptionem affectionum corporis. Nihil erat ei curæ vestitus, nihil alimentum, nihil somnus: vt qui exercitatoriam quidem, seu quæ in agendo consistit, vitam superaret: angelicam autem æmulabatur etiam cum corpore, & in aliis, & quod intelligenter versaretur cum intelligentiis, & illā diuinā visione apprehēderet pulchritudinem. Sic cū actione cōcurrens contēplatio, erectū & sublimē [illegible] exercitatorem, & ad ipsum vsque cælum extollebar. Multa vero & admirabilium rerum effectrix, mirandum in [illegible] dum vigebat & florebat gratia, vtpote quod non posset virtus suum celare operarium, & Deus simul glorificaret eum, III

qui de-

qui elegerunt ipsum glorificare. Sed quod iam mihi dicere aggressa fuerat oratio, gloriam quidem minime admirans, latere autem maxime cupiens, hic quoque euadit manifestus miraculorum & virtutis thesaurus.

1. Reg. 2.

IV. ADOLESCENS quidam, qui oculorum quidem splendorem ab ortu admiserat, fidei autem lumine resplendebat, cũ desuper ad id mouente prouidentia, ad hunc magnũ accedit, & imitatur cæcum, qui dicitur in Euangeliis: nisi quod ille quidem ad Christum: hic vero accedit ad Christi famulum, & loquitur eadem quæ ille, & eum eodem ardore & affectione, dicens: Miserere mei, & præbe lumen meis oculis, qui es veræ lucis filius & gratiæ: vt ego quoq; effectus contemplator horum, quæ videntur, admirer quidem eorum excellentiam: per res autem creatas, celebrem creatorem. Et hæc quidem cæcus: Ille vero homo misericordiæ, videns oculos quidem nullius omnino splendoris participes, tantam autem fidem, quam dicit diuina scriptura efficere etiam, vt montes transferantur, frangitur quidem: (Quidni enim, cum esset animo clementissimo & mansuetissimo?) & simul mentem illius examinans: Quid ad me, inquit, accedens, ô adolescens, quæris vt ea donem, quæ meas vires superant? Quid in me vidisti eiusmodi, vt id à me postules, quod solus potest efficere vniuersorum opifex? Ille enim hæc, vbi, & quando, & iis quibus vult, dat admirabiliter. His sensim verbis abigens adolescentem, nihilo minus cum aliquid inuenit de fide remittentem, neque à sua petitione & desiderio desistentem: sed voces adhuc flebiles emittebat & miserabiles. Et miserandus quidem eius videbatur habitus: admiranda autem prudentia & oratio, persuadens verbis, lachrymis rogans, se in omnem speciem mutans, & postremo affirmans, se non esse discessurum, vt qui sciat fore, vt ab illo accipiat curationem. Tunc ergo cum certam & minime dubiam fidem apud eum inuenisset, impertit ei magnus gratiam: & quoniam ad curationem ei sermo sufficiebat: In nomine Iesu Christi, qui & cæcis, inquit, lucem, & spiritum largitur mortuis, in quo etiam credens accessisti, esto videns. Ille quidem dixit: hic autem vidit, & ita se habere est conspectus, & ibat omnia, gaudens, glorificans, gratias agens, oculos omnium ad se conuertens, adeo vt nonnulli significarent digito, dicentes: Hic est, qui erat aliquando cæcus. Hoc fuit principium magni Patapij miraculorum, & hic modus, ne magnum lumen illius gratiæ esset sine teste, & ne non cerneretur à multis. Vult autem oratio ei quoque alterum addere, quod ad miraculi rationem non est priori inferius.

Luc. 18.
1. Cor. 13.
Solo verbo cæco restituit lumen.

V. VIR quidam inter Byzantinos insignis, laborabat hydrope, & ei erat corpus valde inflatum: quæcunque autem habebat, effundens in manus medicorum, illos quidem iuuit, reddens locupletiores: se autem præter sanitatem, priuauit etiam facultatibus. Is de illis quidem spe abiecta, in superno vero auxilio, & magni Patapij precibus spem suæ salutis collocans, venit ad eum, & morbi ostendit grauitatem, & dolorum enunciat acerbitatem. Ille autem rem nouam videns & miserabilem, pellem quidem illam inflatam & tumefactam: tumorem vero, qui totum corpus peruaserat, & veluti quoddam sepulcrum animatum, calamitatis mouetur misericordia, & his tribus vtitur ad eius curationem, nempe oratione, & Cruce, & lachrymis: oratione quidem, tanquam medicamento: Cruce autem, tanquam instrumento, qua etiam signat omnia circa ventrem: lachrymis vero, tanquam pecuniis. Eas cum commiscuisset oleo, vnxit corpus. Deinde etiam ei nomen occinens Dominicum, & dicens: Iesus Christus, qui ei, qui prius laborabat hydrope, præbuit sanitatem, ipse te nunc curat, & liberat à plaga, quæ te premit. Hoc cum ipse dixisset, statim quidem soluta sunt vincula humidarum ventris obstructionum: meatus autem naturales emiserunt quicquid erat humidum & saniosum: & purgata fuit interna viscerum vniuersorum structura, & homo conualuit.

Oratione, Cruce & lachrymis hydropē sanat.
Luc. 14.

VI. TERTIVM vult his adiicere oratio, quod est & dictu maius, & narratu admirabilius. Quidam alius ætate iuuenis, miser autem animo, à sæuo dæmone agitatus, aliquando veste rupta nudus errabat: aliquando vero per præcipitia & fossas ferebatur: aliquando aũt vagabatur in montibus & solitudinib. aliquando etiam se in aquam iaciens, sibi mortẽ minabatur miserabilem. Hic ergo cũ à cõsueta & dæmoniaca plaga aliquãdo agitaretur in mare, proh dolor, maximo impetu ferebatur. Sed Deus à superis eius sistit impetũ, præter opinionem ad eum magnũ adducens Patapiũ. Nam cũ ei ex inopinato occurrisset dæmoniacus, incipit quidẽ conturbari, & misere in orbem saltare: spumã aũt ex ore expuere, & oculos peruertere, dentib. vero stridere, & ad sanctũ minaci & cædem spiranti intueri obtutu. Postquã aũt fuisset propius, dæmonium voces emittebat miserabiles, dicens: O calamitatem! Quid hoc est? hic quoque rursus est Patapius? Quid agam? Quo me vertam? Vbinam deinceps habitabo, qui iam multum laboraui, & vix inueni habitaculum, & ex eo nunc per vim expellor? Vere terribilis es, ô Nazarene, vere terribilis, & vbique in omnes obtines imperium. Quo ergo proficiscar? Si in desertum, si in ciuitates, si vbicunque dixerit aliquis, ipse illuc præuenis, sola Crucis figura, solo tuo nomine nos expellens. Victus sum, superatus sum: cogor recedere. Hæc malignus loquebatur spiritus, & iuuenem in medium aerem excutiebat saltibus. Magnus autem ille Dei athleta cum in acie Crucem formasset digito, & cum eo modo, quo Dominus, increpasset: Egredere, inquit, immunde spiritus, egredere: abi procul in solitudines. Christus hæc tibi per me præcipit, cuius potentiam vel inuitus es confessus. Hæc cum iussisset Patapius, adolescentem discerpens spiritus, terræ allisit, & per os tanquam quidam fumus exiit & effugit. Cum autem se dæmone liberatum sensisset adolescens, lachrymabatur præ gaudio: & primum quidem Deo, secundo vero Patapio adscribebat salutem.

Adolescens a dæmone misere vexatus.
Nota vim signi S. Crucis.
S. Patapius expellit dæmonem.

VII. SVFFECERINT hæc quidem, vt sint signa illius gratiæ, & in Deum fiduciæ: sed tamen cum his vnum adhuc addidero, (non est enim iucunda narratio) finem imponam orationi. Mulier quædam in grauem morbum inciderat. Affectio autem quomodo erat maior, quam vt eam vlla manus humana medicaretur: ita maior est etiam, quam vt eam vlla lingua dicat. Eius enim mamilla in se, proh dolor, producens morbũ, quem medici vocant cancrum, exedebatur cum magnis doloribus. Nihilo secius autem reliqua quoque membra corporis, cum vno per consensum affecta, tabescebant. Procedente tempore, tota quidem fere pars fuerat consumpta: dolores autem cor acriter attingebant, & mors appropinquabat. Periti vero medicinæ, callide tractantes mulierculam, & ipsi facultates, & morbus nihilo secius attondebat mamillam. Ea, cum magni Patapij fama in omnem locum peruaderet, prudenter & vtiliter faciens, ad eum accedit, & terræ caput allidit, & tangit eius genua, & flens miserabiliter: Care serue Dei, cura me miseram, clamabat lamentabiliter: cuius ante sepulturam vermis corpus depauit, & dolores excedunt, & mortem omnibus fugiendam, mihi reddiderunt optabilem. Ille autem cum ante corpus prius adspexisset ad animam: Si puram, inquit, fidem offers Deo, qui hæc potest, & nihil dubitas de curatione, consequens fidei sequetur exitus tuæ petitionis. Audiuit mulier, & cum ex imo miserabiliter ingemuisset, Credo Domine, magna voce exclamauit, cui sunt omnia aperta & manifesta, medere graui meæ ærumnæ: Credo Domine: huic malo medere. non fero dolores, qui cor meum penetrant, & mortem parturiunt. Cum eam vidisset adeo cruciatam, iubet eam ei ostendere locum morbi: & cum manum admouisset vulneri, & eam Cruce signasset. O mulier, inquit: scio morbum tuum esse grauem, & curatu difficilem: cæterum fides vincit affectionem, & spes percipit curationem. Abi ergo in pace: sanatum est vlcus tuum, & sopitus est dolor. Simul atq; hæc dixit, & mulieri confluxit affectio, & mamilla euasit omnino sana. Cum illa esset talem consecuta gratiam, fuit apud omnes testis & prædicatrix diuinæ & admirabilis magni Patapij virtutis curationum.

Crucis signo sanat morbum incurabilē.

VIII. Ex vnguibus leo, ex his nobis cognitus fuerit Patapius. Nam qualia quidem fuerint, quæ ab illo fiebant, hæc possunt ostendere. Si quam multa autem vellem dicere, opus esset longa oratione & tempore. Sed quomodo in signaculo, quod est vnum & idem, nihil oportet anxie inquirere de ea, quam habet, potestate, seu sint plura, seu pauciora

Ex quibus cognitus sit Patapius virtutibus.

ciota [illegible], quæ imprimuntur: ita hic quoque non oportet nimis curiosè seruari multitudinem. Similis [illegible] & eadem potestas. Conuertenda est ergo oratio ad illius decessum: & eius vitæ finis sit nobis quoque [illegible].

SIC magnus ille homo Dei, & re vera virtutis exemplar animatum, cum vitam suam ornasset bonis factis & miraculis, cum esset accessurus, immo vero in suam ciuitatem profecturus, & sublatum [illegible] cœlo signum, apud eum qui eidem aderant, quicunque se dediderant exercitationi, & erant amantes virtutis, mœrore affecti & lachrymantes, illius migrationem communem existimantes orbitatem: sine illo viuere, mortem communem nominantes: dolore vincentes rationem, & in apertas erumpentes lachrymas, & conquerentes de separatione: Pater, dicebant, charissime, pater suauissime: cur nos filios diligens, apparuisti sic decessum accelerans? Cui patris orbitatem [illegible] concilias? Cur migras in aliam patriam? Cur non nos quoque prius eo amandasti, si potest fieri? Quis est, qui [illegible] sit quidem sedaturus dolorem, corpus vero curaturus, animam autem medicaturus oratione, vita & miraculis? [illegible] nam est spes de cætero? Quænam filiis tuis consolatio? Heu quomodo feremus calamitatem?

Multi eius decessum deflent.

HIS illi quidem, casum, vt poterat vnusquisque, tragice deplorantes. Ille vero se aduersus mortem fortem ostendens, & vitæ minime cupidum, ad eos qui circumstabant se amanter inclinans, sensim oculos attollens, & [illegible] intuens: Ne sic, ô charissimi, ne sic vestrum patrem lachrymis prosequimini: sed potius precibus. Nam illud quidem & vos & me lædit: hoc autem præbet auxilium. Sic cum eorum luctum sedasset & fletum, & de anima, & de futura illic vita multa esset philosophatus, & omnibus, prout vniuscuiusq; ætati conueniebat & dignitati, monita dedisset & deinde esset precatus, tanquam in somnum resolutus, puram illam emisit animam. In virtute autem exercitatæ & sacræ illius reliquiæ, sanctis manibus compositæ, deponuntur in sacro templo Præcursoris, multis eas prosequentibus, & glorificantibus Patrem & Filium & Spiritum sanctum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. X.

Obdormit in Domino.

ANN. 625.

SANCTI ROMARICI COMITIS AVSTRASII VITA EX MSS. PER R. P. NICOLAVM SERARIVM S. I. PRESBYTARVM edita.

8 DECEM. S. Romarici genus & parentes. MS. 2. c. 1. Aimoin. lib. 3 c. 96. MS. 1. c. 1. De Rolicetes Hemm. Lib. 10 p. 286 lib. 1. c. 6. ib. S. Romarici tenuen fortuna, et ma[illegible] MS. 1. c. 1. & 2. c. 1. Quia docet etiam S. geberrum Childeberti patrē, Theodeberti auō. qui regnare cœpit anno 575. [illegible] S. Romarici [illegible] & sæpe alibi.

PRænobili Sicambrorum genere ortum duxit sanctus Romaricus, & quidem vt existimatte Licentior eius vitæ scriptor, e Faramundi Francorum Regis posteritate. Ipsius parentes fuerunt non stirpe magis quam Christiana Catholicaque fide conspicui: Pater quidem Romulphus, magnus in Theodeberti Austrasiorum Regis aula Princeps; mater autem nomine Romula aut Romulida, quibus in Metensi vrbe palatium. Ille pro insigni sua in suum Regē fide, quoad licuit ac potuit, contra illius & fratrem & hostem Theodericum Burgundionum Regem, fortiter depugnauit. Sed post aquam, occulto Dei iudicio, cruenta prope Tullum inter hosce [illegible] pugna fuit, & Theuderico cessit victoria; captus est, neque multo post á fratre occisus cum filiis duobus Theodebertus, ideoque nec Romulpho parcitum: sed ab eodem Theodetico interemptus, & eius pene omnes in fiscum redactæ facultates, arces ac prædia in quibus fuit terræ non parum ad Mosellæ amnis ripas: præsertim in ea luræ seu Vogesi montis parte, per quam flaere incipit ille Ausoniano versu celeberrimus fluuius: vbi & castrum habuit idem Princeps in vno quodam editissimo montis huius iugo. Auendum vel Auendunum, alias Habendum [illegible] Habendunum, vulgari tum lingua Habspurg, de quo postea sæpius. Sepultus vero fuit vna cum defuncta [illegible] coniuge Romocurti, quod olim Monsterium, vbi adhuc hodie vtriusq; retinetur olla & monumentum. I.

ROMVLPHI & Romarici nomina initium videntur habere á gloria, quæ Rhum, aut spatio, quod Raum vocatur, finem vero, illud quidem ab auxilio, quod Hülff, illud a potentia: vt sit Romaricus, loci aut gloriæ diues ac potens. Et hic quidem forma traditur admodum excellente, bonisque corporis viribus fuisse. Primis statim annis, vt Christianæ fidei præceptis erudiretur, Deique timore imbueretur, operam dederunt parentes: & primam fere ætatem in Austrasiæ Regum Childeberti ac Theodeberti, aula exegit. Quia vero ad huius fines venit aliquando sanctus Columbanus, eique peregrinatus fuit, per occasionem istam factum vt cum sancto isto ageret sanctus Romaricus, cuius que doctrina & exemplo ad perfectionis vitæ studium valde inflammaretur. Accedebat, quod maxima ei cum sancto Arnulpho familiaritas ac necessitudo intercederet, ab eoq; ad maiorem Dei cultum excitaretur plurimum, sic vt quodam tempore ipsi pæne decretum esset, ad Lirinense beati Honorati monasterium sese conferre, ibidemque religiosum sanctitati disciplinam. Sed vtrumque ad alia quædam declinaret destinarat Deus. II.

Vbi [illegible] Viele S. Romarici [illegible] sæpe alibi. S. Romaric[illegible] petit restitui in possessiones paternas. MS. 2. Fuit hic Lugdunensis Epis. Ad S. Mart. confugit. Fit Palatij comes.

THEODERICI Regis tyrannide, orbatus sanctus Romaricus & parente, & fortunarum parte longe maxima, tenuiorem iam Metis domi suæ vitam degebat, eique tunc visum Brunechildis Reginæ, quæ Regis auia erat, plurimumque apud ipsum poterat, supplicare, vt in pristinas restitueretur possessiones. Sed [illegible] preces feroa aspernata est mulier, cui etiam astitisse tunc dicitur parum initis Episcopus, Andius [illegible], qui non modo non iuuerit supplicem, sed impedierit etiam, eique in faciem nimia cum ira pede in imp. gerit. Ab homine [illegible] tanta cum iniuria repulsus Romaricus ad Deum, pauperum & afflictorum vindicem ac patrem [illegible] & ad Mettensem sancti Martini ædem sacram profectus, beatissimi huius Antistitis preces ac patrocinium [illegible] sensit obstitit. Nec frustra. Nam cum Theodericum illum nepotem suum veneno, vt aiunt, [illegible] Brunechildis, scelerumque premente conscientia extimesceret omnia, eorum, qui vel [illegible], vel propter genus, aliave ornamenta eminebant, animos instituit captare, ipsique Romarico [illegible] patrimonii hæreditatem. Sicque deinceps Palatij Comes in Clotarij [illegible], & huius filij Dagoberti [illegible]. III.

MS. 1. c. 1. E uxore conjugium & [illegible]. S. Amatus S. Romaricu aperit [illegible] vitæ [illegible]. Vide cap. 8. Vita S. Amati, 13 Sept.

VXOREM [illegible] opulentiaque non imparem, sed cuius ignoratur nomen, duxit Romaricus, & ex ea filias suscepit tres Adelbergam, Adsalsudim, & Segebergam, quæ eb formam & corporis animique candorem & claritatem Clarae etiam dicta. Pie, casteque ac sancte instituit omnes [illegible], ade [illegible] vt postea tres duæ suam Deo consecrarint virginitatem, prout inferius dicetur. Prima vero Adelberga, præter [illegible] voluntatem, sit cito castitatis proposito coniugium prætulit. Accidit vero, vt sancti Columbani in Lexouiensi Monasterio successor, magnæ virtutis [illegible] beatus Eustachius (alias Eustasius) e sanctæ illius disciplinæ alumnis, qui infra sex [illegible] vitæ erant, nonnullos doctrina, zelo ac virtute præstantes [illegible] loca, vbi velut idolorum adhuc vigebat superstitio, [illegible] Christianæ pietatis ac perfectionis cura videbatur, ablegaret, vt Apostolorum instar, dum verbi semen spargerent, idolorum omnem cuerterent, Christianæ sancte [illegible]. His inter fuit beatus Amatus, qui Metas cum venisset, a sancto Romarico benignissime [illegible] accept[illegible] perfectionis vitæ flammam ardentibus [illegible] sermonibus renouauit, dum præsertim quodam, cum ab illo rogatus fuisset, vt super mensa, dum cibo reficeretur corpus, aliquid quo & pasceretur animus, diceret. Ille vero [illegible] videns anreos, [illegible] lancibus & poculis [illegible], occasionem exinde accepit, vt de fluxa horum, similiumque bonorum [illegible] & incertitudine disserere. Qui eorū atebat possessores sunt, ij sæpissime illorū nō [illegible] Domini [illegible] serui sunt. Verum [illegible] ad [illegible] æternique Domini voluntatem ac nutum, ad animorum suorum vtilitatem [illegible]. Et IV.

cum illam

cum iſtam in rem plura diſſeruiſſet, ita ſermonem claudebat, vt ſapientiſſimum & quodammodo fœlicem monſtraret, qui Domini vocem audiret: Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: Commouerunt hæc & ſimilia valde omnium, qui ad bonum ſemen terra bona erant, ſed in primis Romarici Principis animum, in quo verus ille religionis amor ac deſiderium, quo flagrarat adoleſcentior, inflammari rurſum ac recrudeſcere cœpit ilico.

Matth. 19. Matth. 13.

V. SED antequam Vale huic ſæculo poſſet facere, omnium quas relinquere ſtatuebat, rerum componenda fuit ratio. Itaque ſuum filiabus animum expoſuit, & quas ad perpetuæ virginitatis cuſtodiam iam pridem magnopere hortatus erat, ſimulque poſſeſſionum ſuarum, quoad eas, quibus videretur, tribueret, adminiſtrationem amicorum bonis fidiſque commendauit. Sed vniuerſe omnes ad humanarum rerum contemptionem, idemque ſecum vitæ ſuſcipiendum genus inuitabat, ſic vt è familiaribus ac famulis fuerint circiter triginta, qui præeuntem ſequi Dominum, cœnobiticamque cum eo complecti vitam ſtatuerint. Qua ipſorum voluntate admodum lætatus & cæteros præmijs quidem pro fideli hactenus præſtito obſequio maximis affecit, quoſdam etiam libertate donauit. Hos vero XXX. ad cœnobium, quaſi ſuos iam in via Domini ſocios ac fratres, ducere voluit. Ipſe igitur die præfinito, cum illis omnibus, & duce ac magiſtro ſuo Amato, in viam ſe dedit: ad Luxouienſe Monaſterium adijt: ſe, ſuoſque Euſtachio Abbati obtulit, magnopere rogans, vt ad ſanctum illum, qui ab eo in omni ſanctitate ac innocentia regebatur, cœtum aggregaretur, omne officium, obedientiamque religioſam ex animo pollicens. Et vero impetrauit.

MS. l. 3. c. 2. Quomodo ſuas res aliquo modo compoſuerit, & cum ſuorum vel familiarium vel famulorum pluribus cœnobium inierit.

VI. INITO religioſæ vitæ ſtatu, omnem in eo curam ſtudiumque collocabat Romaricus, vt in omni erga Deum & homines charitate, quæ vera Chriſtianæ vitæ perfectio eſt, progreſſus faceret maximos, huiuſque rei cauſa in precibus, diuinarumque rerum meditationibus erat plurimus: ſed præcipue obedientiam, animique demiſſionem ſectabatur: ita vt ſe ijs, quibus in ſæculo famulis quondam vſus erat, ſponte ſubijceret: eaque libenter, quæ viliora & contemptiora videbantur opera ſuſciperet omnia. Manuum ei opus fere fuit, hortum fodere, irrigare, aliaque omni cura colere.

MS. l. 3. c. 1. Quemadmodum in cœnobitica vita ſeſe exercuerit Romaricus. Rom. 13. 1. Cor. 13. & 14.

VII. DVM in Luxouienſi cœnobio, vitæ, quam dixi rationem teneret, agitabat ſubinde animo, quemadmodum ad Dei gloriam & cultum bona, quæ in ſæculo multa olim ac magna poſſederat, conuerteret. Succurrit autem ei ipſi cogitatio, vt ad perfectionis ſtudium, ſanctæque caſtitatis obſeruationem quamplurimos & quamplurimas traduceret: hiſque in fundis prædijſque ſuis, oratoria, domos, & quæ ad victum, veſtitumque futura erant neceſſaria omnia conſtrueret. Beati ergo Euſtachij Abbatis bona venia, cum ab eo etiam B. Amatum Magiſtrum, ſpiritalemque Patrem ſuum itineris, operiſque totius ſocium, directorem, & moderatorem impetraſſet, in vicinam Luxouienſi Monaſterio Vogeſianam ditionem ſuam profectus eſt, & arcem, quam in præcelſo montis iugo habebat Auendunenſem, quæ idolis quondam & Principum venationibus ſeruierat, Deo dicare, virorumque, qui è Sancti Columbani diſciplina colere illum vellent, ſedem ac monaſterium facere decreuit: ſimiliterque virginibus, quæ ſuum cœleſti ſponſo pudorem conſecrarent, parthenonas excitare. In his autem excitandis ſacrum quoddam ſecutus myſterium eſt. Nam in montis cacumine templum & oratoria varia condidit: circum vero montis radicem cœnobiola ſeptē in quib. ſingulis eſſent ſanctimoniales XII. Nā ſeptem Apocal. S. Ioannis Eccleſias, ſeptemq; candelabra, ſeptē ſtellas ſeptemque Angelos conſiderabat. Ruſumque XII. Apoſtolos, XII. portas Hieruſalem cœleſtis, XII. tribus Iſrael, vt quemadmodum ab his omnibus in vna ſancta fide, ſpe & charitate laudatur Deus, ſic ab omnibus hiſce ſacris fieret ædibus: Et quando vel matutinæ, vel alius alicuius precis in montis cacumine ſignum daretur, ilico ſubdita cœnobiola omnia diuinam maieſtatem dilaudare ac obſecrare inciperent, ſicque mons totus diuinis perſonaret, ac veluti Sinai fumaret laudibus. Nam etſi duæ, quarum vertex vnam, alteram S. Amati rupes tenebat, Eccleſiæ hiſce ſubditis ſeptem coniungantur, nouem veluti Angelorum chori erant, qui ſine fine Deum concelebrant, ac dicunt Sanctus Sanctus Sanctus. Ideo enim & à vicinis populis olim vocabatur locus hic Neunkirche/ id eſt, nouem eccleſiæ. Hodie vna vero illis vulgari lingua vocatur idem mons, Le ſainct mont, id eſt, ſanctus mons.

MS. l. 3. c. 1. Quomodo caſtrum ſuum Auendunenſe in Monaſterium verterit pluresque circumcirca erexerit parthenonas. Caſtrum Auendunenſe in monaſterium vertit, & circum circa parthenouas erigit. MS. l. 3. c. 3. Apocal. 1. & ſeq.

VIII. PERCREBVIT vero confeſtim longe ac late cœpti tanti fama, & præter viros, qui Monaſticen adamarunt, complures ex ipſa etiam Sancti vel ſtirpe vel aula, plurimæ ad S. Romaricum è ſplendidis nobilibuſque familijs virgines venerunt. Omnium tamen primæ duæ ipſius Sancti filiæ, quas virginitatis tetigerat, vt antea dictum eſt, illibatæ amor, & ex eadem cognatione aliæ, inter quas excelluit Sancti ipſius neptis Gebetrudis, ſicuti & in virorum cœtu huius frater Adolphus. Nam cum prima, vt ibidem tactum, è Sancti filiabus matrimonium delegiſſet, nupſit nobiliſſimo ſplendidiſſimoque cuidam è Sicambrorum gente, cui Bethylinus nomen. Eo ex matrimonio natæ duæ proles, quas, marito annuente, miſit patri filia, vt ſanctè ab eo educarentur, & Deo, ſi videretur, in locum, quem ipſa olim reſpuiſſet, conſecrarentur. Omnibus vero tam viris quam virginibus præerat exemplo, totiuſque operis molitione ac dignitate Romaricus: ſed ſacerdotali auctoritate S. Amatus, cuius conſilio & nutu agebat Romaricus omnia: & ab ijs, virginibus omnibus præpoſita pia, prudens & grauis fœmina Mactefledis, Abbatiſſa prima, cuius, poſt biennium morientis anima in cœlum viſa, ſtellæ inſtar, euolare, ipſique in eodem munere ſucceſſit filiarum Romarici altera, S. geberga ſeu Clara, quæ & Cæcilia in MS. interdum vocatur, neſcio an ob cæcitatem, quam ob aſſiduas in precibus lachrymas incurriſſe ibidem ſcribitur. Poſt hanc vero Abbatiſſa tertia fuit Gebetrudis, de qua paulo ante Sancti neptis.

Exod. 19. Iſai. 16. MS. l. 3. c. 3. Adductæ cæl. ſt Regi virgines multæ per S. Romaricum. MS. l. 3. c. 2, cap. 4.

IX. MVLTÆ Romarico in Galliæ poſſeſſiones & in Lotharingia vtraque, inferiore nimirum ſeu antiqua, quæ vel Moſellanici ducatus erat, vel eius certe pars non exigua, & in ſuperiore ſeu hodierna tribuuntur. Et harum quidem poſſeſſionum magnam partem, quæ Voſegi montibus ad primos fluuij Moſellæ curſus continetur, ſuis illis cœnobijs attribuit, ita in eo tractu, qui Vaulydaio aut Vaulx de lu dicitur hodie, id eſt, Vallis lucæ, inueniri dicantur duo & quinquaginta banna ſeu communitates, quæ Auendunenſi Dei domui aſſignatæ, præter opes ac reditus, qui alijs etiam ex locis additi. Cum vero, ſanctæ quietæque ſolitudinis deſiderio, Metenſem Epiſcopatum deſeruiſſet S. Arnolphus, ei aptum in Vogeſana eremo locum apparauit Romaricus: qui & morienti illi adfuit, mortuoque parentauit honorifice. Dixerat vero moriens Romarico: Bone vir, & Deo amabilis, ora Chriſtum pro me. Iam enim adeſt dies, in quo Iudici meo præſentabor.

MS. l. 2. c. 4. E bonis ac poſſeſſionibus ſuis quantum excitato à ſe Monaſterio dederit S. Romaricus. In vita S. Arnulph.

X. SANCTI ſunt, qui vel innocenter ac ſanctè vita ſua tota vixerunt, vel certe ad ſanctitatem per pœnitentiam redierunt, in eaque diem clauſerunt extremum. Et ad hoc poſterius genus ſancti pertinent Amatus & Romaricus. Agreſtius enim quidam, olim Theoderici Regis notarius, poſt in Luxouienſi cœnobio Monachus, tandem vero etiam ſchiſmaticus; aſceticas D. Columbani regulas ac inſtituta vehementer accuſare, paſſimque criminari cœpit, ſic vt Epiſcoporum eam ob rem Synodus Matiſcone fuerit. Sed in ea ille vanitatis à S. Euſtachio, de quo ſupra, conuictus, & ad Dei tribunal inuitatus, reſipiſcentiam tum ſimulauit: ſed in cœpta aduerſus S. Columbani diſciplinam calumnia pertexit, & omnium quos potuit, inſigni verſuria, & nonnulla qua pollebat, linguæ volubilitate ſolicitauit animos, nonnulloſque decepit, & in his fuere Amatus & Romaricus: quod totum eius, qui temporibus turbiſque

Ioan. 4.

SS. Romaricus & Amatus ab Agrestio [illegible] vide Baron. Ann. 717.

bisque istis vixit, scriptoris valde boni, Ionæ verbis operæ pretium est referre: Agrestius, inquit, interim in [illegible] stant vesaniam metu verecundiæ continuit, non tamen a malis penitus recessit. Cœpit namque post a tentare [illegible], & sub specie discipuli, precium proditionis taxare. Venit ad quendam virum venerabilem Romaricum, qui primæ nobilitatis fuerat apud Theobertum Regem, porro beati Columbani exemplo & Eustachii prædicatione permotus, in Luxouiensi cœnobio monasticis institutis se subdiderat. Cum autem diu sub regulari tempore vitam ageret, post, Eustachio annuente, puellarum monasterium in fundo suo extruxit, in quo etiam regulam beati Columbani custodiendam indidit. Cumque iam multa religione polleret, ad eum Agrestius pergit, se [illegible] atque obedientem simulat, simulque Amatum, quem ibi Eustachius ob imbuendam regulam præfecerat, mo[illegible] suggestionibus tentat. Eo namque tempore pro quibusdam rebus neglectis tam Amatus, quam Romaricus, ab Eustachio obiurgati fuerant. Læsos ergo vt sensit, vt facilius exasperatas mentes suis assertionibus ingereret, quibusdam adhibitis stimulis paulatim nitebatur, vt venenata verba sanæ mentes reciperent, & sic in contemptum [illegible] B. Columbani, propriam vesaniam propagaret. Proh dolor, execrabili suasione ac letifera suggestione insanus ille, sana maculauit. Nam abiectis institutis pristinis, rudibus plebem doctrinis instruere illi conati sunt: & educti tam ante,

Iob. 26

iuxta B. Iob, colubro tortuoso, manu obstetricante diuina, rursum zelum inuidiæ admittere non metuunt. Dehinc ad Burgundoforam dirigit iter Agrestius, vt eam quoque suis stimulationibus, si posset, macularet. At Christi virgo eum non fœmineo more, sed viriliplane responsione confudit: Num tu, inquit, confutator veritatis & nouorum introductor argumentorum, ea causa huc venisti, vt veneno tuo dulcia mella misceres, & vitalia alimenta letali amaritudine commutare? Illis tu detrahis, quorum ergo virtutes experta agnoui, quorum doctrinam salubrem cepi, ex quorum eruditione multos cœlestia regna penetrasse comperi? Meminisse te velim illius Esaiæ: Væ qui dicit malum, bonum, & bonum malum. Accelera, & prorsus ab hac vesania festinus recede. Confutatus ille his Christi famulæ responsis, rursum ad Romaricum & Amatum repedat, vt cœptam deceptionis rugam foueat & confirmat.

Isa. 5.

Obinclinationem ad schismata & dissensiones in [illegible] plex a Deo vindicta.

Sed non defuit vltio diuina. Cum enim ad hoc iam omnes adspirarent, vt contemptui pristinorum documentorum subscriberent, & assensores se præberent: primum lupi rabie exagitati, duos ex huius affectionis fautoribus, per intempestam noctem intra septa irrumpentes, morsibus laniarunt, atque ipsos quoque rabie comprehensos, miserabiliter morti traditi sunt. Alium quendam Placidium, qui ad hunc discordiæ fomitem vehementer adspirabat, dæmo[n] [illegible] persuasit, atque ignobiliter neci dedit. Nam propria manu ipse se laqueo suspendit. Sed cum hæc vltio nondum corrigeret delinquentes, protinus maior secuta est. Nam subito fulgur lapsum è cœlo magno fragore percutit locum, Ecclesiam perlustratur, tegumenta subuertit, plebem vrit & exanimat, scilicet vt præsens correctio illi, quæ nimia simplicitate eius ignauæ persuasioni assensum præbuerat, monstraret futurâ debere transfugere. Mortui ad præsens sunt vsque ad viginti. Deinde metu perculsos paulatim mors rapuit, vt ex ea vltione vt aiunt amplius quam quinquaginta extincti sint: autore quidem criminis ad pœnitentiam reseruato, vt si agnoscat & redeat, procul dubio sanitatem recipiat. Nullum etenim Dominus perire desiderat, sed semper, quamuis grauibus delictis obrutum, vt per pœnitentiæ fomenta resipiscat, expectat. Sed cum ille sæpius sibi datum pœnitentiæ locum non agnosceret, vt B. Eustachij sententia, ad diuinum iudicium ipsum vocantis, præualeret, ante triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni meta compleretur, à seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus, interijt. Occasio criminis dicebatur, vxoris permixtio. Quod quamuis multi dixerint, & pro vero asserere voluerint, nostrum tamen affirmare non est. Cuncta enim, iuxta Salomonem, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum: & secundum Apostolorum, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Hoc tamen non nobis dicendum est, iustam eum sententiam diuini iudicij fertur non distulisse, vt & assentatores siue asseclas eius cessare à lacerationibus famulorum Dei admoneret, & ille per contumaciam admissa scelera merita vltione lueret. Codex tamen M. S. totius quidem sanctæ huius narrationis mentionem nullam facit: sed pœnitentia ductum Agrestium significat, tamen eum innocentem occisum, ideoque & martyrem dicit, cuius corpus in sancto adhuc monte

MS l. 4 c. 2.

quiescat.

SS Romarici & Amati pœnitentia

Matth. 26.

Sur. sub mortem dicti

Psal. 40.

SED quicquid de Agrestij resipiscentia sit: resipuerunt certe ac pœnitentiam egerunt Amatus & Romaricus. XI.
Noluit enim Dominus, quos ad tam bonum Euangelij sui odorem, tantam Christianæ perfectionis lucem, tam multorum salutem excitarat, aliena vero nequitia & improbitas circumuenerat, deserere: sed eos, vt sanctum Petrum iterum prolapsum, misericordiæ suæ oculis clementer aspexit, saniorem que ijs mentem iniecit. Pergit enim laudatus auctor Ionas, & inquit: Amatus vero & Romaricus venerabilis Eustachij veniam postulantes, recepti sunt, & submoto dissidio, eius fruuntur gratia. Sicque diaboli occursum insidijs, qui tam præclara cœpta impie disturbare ac penitus euertere sperarat. Nunquid, ait Propheta, qui dormit, non adijciet, vt resurgat? Sapienter ac benigne admodum fecit Dominus, cum nobis adeo infirmus, & ad casum pronis non innocentiæ tantum, ac summæ perfectæque virtutis, sed pœnitentiæ item & correctionis exempla suis in sanctis procurauit. Certe in sancti Amati vita vetus auctor apud Surium Tomo quinto die decimo tertio Septembris, de pœnitentiæ, quos fecit Sanctus hic, & ad eius tanquam Magistri sui exemplum, ipsos vt opinari est; sanctus Romaricus; fructibus narrat hic. Post paucos dies coram fratribus culpas suas, quas se admisisse meminit, voce publica confessus est, in cilicio & cinere prostratus. Cum igitur in ea esset pœnitentia, incommoda corporis affectus valetudine, perpetuo cruciabatur dolore. Sed ille sciens tempus adesse, quo ipsius peccata purgarentur, in illis doloribus mirifice exultabat. Iam annum in eo cilicio & cinere egerat, die ac nocte iugiter precibus vacans, cum præ nimio membrorum cruciatu, cute & carnibus exesis, nuda ossa paterent. Interim ille nihilominus cum lacrymis semper Domino loquebatur. Cum autem finem adesse sentiret, cuidam fratri ait: Affer epistolam Leonis Papæ, quam ille ad sanctum Flauianum scripsit, in qua Catholicæ fidei plenissima ratio continetur. Allata est epistola, & cum illi legeretur, ita dixit: Sic credo, o Trinitas ineffabilis: ita confiteor Deus omnipotens: ita de te sentio, Fili Dei Christe Iesu: sic de te intelligo, Spiritus sancte, æterne Deus: atque ita vnum Deum in Trinitate, trinumque in vnitate confiteor. Cum

F. 106. c. 12.

MS l. 1. c. 4.

autem summa esset humilitate prædictus, indignum se putauit, qui intra Ecclesiæ septa sepeliretur. Iussit igitur fodi sibi sepulchrum in ipso aditu basilicæ matris Dei, & hoc epitaphium, quod ipse composuit, ei imponi: Omnis homo Dei, qui in hunc locum sanctum ad orandum introieris, si merueris obtinere, quæ postulas, pro animis Amati pœnitentis hic sepulti, Domini misericordiam deprecari digneris: vt si quid mea paruitas de meis peccatis obtinere non potuit tepide pœnitendo obtineat vestra sanctorum charitas, sedule Domini misericordiam deprecando. Post beati vero Amati mortem, quæ decimo tertio Septembris memoratur, ad sacerdotalem capessendum ordinem, quem demisso hactenus animo renuerat, progressus est Romaricus, & postea, vt se suaque omnia sanctæ Apostolicæ sedi subiiceret, eiusdemque patrocinio ac tutelæ suum istud cœnobium, amplissimasque ipsi ab se datas possessiones ac reditus committeret, Romam profectus est.

MS. l. 3. c. 7.

POST varios in Domini cultu labores, ætate admodum iam grandis, plenusque dierum, febri correptus est, XII.

eumque ea magis ac magis intenderetur, suos quos spiritu pepererat filios, filiasque omnes ad pietatis, perfectionisque amorem, accuratam religiosæ vitæ normam, in eaque perseuerantiam cohortatus, Eucharistiæ SS. Sacramentum accepit, & die quidem Dominica, quæ vt Martyrologia significant, vel erat dies VIII. Decembris, vel ei certe proxima; è corpore lætus ad eum abijt, qui pro tantis relictis opibus, honore ac dignitate tanta contempta, centuplum ei promiserat, relicto successore, qui Luxouij Monasticen didicerat optime, Adelphio nepote, qui & ipse post triennium mortuus est, die II. Septembris in eodem Luxouiensi monasterio, cum eo iam æger, [illegible] causa ijsset. Ac primo quidem in B. Virginis oratorio cum S. Amato sepultus Romaricus: Deinde in magnificum S. Petri templum, quod vltra Mosellam hodie visitur, translatus fuit. Cum enim barbara & ingens Hunnorum multitudo partes eas, vti & alias complures depopularetur, in sancti quoque Romarici cœnobia tam virorum quam virginum desæuiit admodum. Sed postea consilio & prudentia Theodorici Syndici, liberalitate vero ac munificentia Ludouici III. peramplum vnum, quo virgines simul omnes caperentur, vltra Mosellam augusto cum templo, quod S. Petri dicitur, exstructum fuit cœnobium: & in hoc religiose translatæ simul Sanctorum Romarici, Amati, & Adelphi reliquiæ die 17. Maij sub annum Domini 910. præsente Tullensi Episcopo Drogone, & postea rursum, maiore adhuc auctoritate, ijdem in Diuorum catalogum relati, & honore sanctis debito affecti per Leonem IX. Pontificem, cum Tullum venisset, & Vdonem Tullensis Ecclesiæ primicerium eam ad rem in cœnobium istud misisset. Ex eo tempore per varias rerum temporumque vicissitudines mansit ad hodiernum vsque diem antiquitate, virginumque nobilium frequentia & insigni opulentia inclytum illud cœnobium, opido auctum & cinctum, quod à Sancto ipso, Romarici mons appellatur, cui per eiusdem sancti, eiusdemque Magistri S. Amati, & Nepotis B. Adelphi preces, sancta & fausta precor à Deo omnia.

M S. l. 2. c. 4. & 5.

Mar. 10.

M S. an. D. 904.

M S. l. 4. c. 4.

An. 879. regnabat.

VITA BREVIS S. CYPRIANI PETROCORICI ABBATIS. PER S. GEORGIVM ARCHIEPISCOPVM TVRONENSEM CONSCRIPTA, DE GLORIA CONFESSORVM CAPITVLO centesimo.

CYPRIANVS Abbas Petrocorici oppidi, magnificæ sanctitatis vir fuit, per quem Deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus est. Nam manus debiles frequenter reintegrauit, paralyticis gressum, cæcis restituit visum, tresque leprosos inunctos oleo pristinæ reddidit sanitati. Sed & nune crebro super infirmos sanitates ostendit, si fideliter eius tumulum expetant, aut illum exorent.

9. DECEM.

Deus S. Cypriani meritis multa operatur miracula.

SANCTI GEORGII NAZIANZENI FVNEBRIS ORATIO IN LAVDEM SORORIS SVÆ GORGONIÆ; ESTQVE ORATIO VNDECIMA.

An. 360.

I. SORORE M laudans, domestica prædicabo: non tamen quia domestica, ideo falso, sed quia vera, ideo laudabiliter: vera autem, non modo quia iusta, verumetiam quia nota. Nec vero ad gratiam, etiamsi cupiamus, loqui conceditur: quippe cum auditor, tanquam peritus quidam arbiter, inter Orationem & veritatem stet, vt immeritas laudes improbans, ita meritas efflagitans, si modo probus & æquus sit. Quocirca non hoc vereor, ne vltra veritatis metas prosiliam: sed illud contra, ne infra veritatem sublistam, ac procul à rei dignitate remotus, laudatione mea gloriam ipsius imminuam. quandoquidem difficile est, tum actionem, tum sermonem, ipsius laudum ornamentis adæquare. Proinde, nec, quidquid alienum est, laudetur, si iniquum sit: nec quidquid proprium & domesticum est, contemnatur, si honestum & eximium: (nec alioqui, & illi lucro sit, alienum esse, & huic propinquitas detrimento cedat. Vtrinque enim æquitatis ratio læderetur, si & illi laude afficerentur, & hi silentio premerentur.) quin potius veritate, tanquam regula & canone, vtentes, nec quicquam aliud spectantes ex [illegible], quæ plerique, & viles homines solent, ita demum ea & laudabimus, & silentio prætermittemus, quæ laudem aut silentium promerentur. Illud autem omnium absurdissimum fuerit, si, cum propinquos aliqua re fraudare, vel conuitijs incessere, vel accusare, vel quoquo modo lædere minime pium esse censeamus, imo scelus illud, quod in homines genere coniunctissimos perpetratur omnium maximum esse iudicemus, Oratione tamen eos fraudantes (quæ bonis viris maxime debetur, & per quam immortalem eorum memoriam reddere queamus) æqui aliquid nos facere arbitremur, maioremque improborum, qui nos ad gratiam loqui criminantur, quam bonorum, qui meritas laudes exposcunt, rationem habeamus. cumque nos ab exterorum laudibus prædicandis ea causa non perterreat, quod eorum virtus nobis haudquaquam perspecta & testata sit (quamquam id multo æquius fuerat) amicitia tamen, ac subeundæ multorum inuidiæ metus, nos impediat, quo minus nos laudemus, eosque potissimum, qui extremum vitæ diem clauserunt, & à quibus gratiam inire studere nimis iam serum sit: quippe qui, vt alia omnia, ita laudatores etiam & vituperatores reliquerunt. Quoniam autem de his rebus purgandi nostri causa satis multa diximus, nobisque Orationem hanc necessario institutam esse demonstrauimus, age ad ipsas iam laudes accedamus, dictionis quidem venustatem, & elegantiam contemnentes (nam hæc quoque, quam laudamus, minime compta & expolita erat, atque ornatus neglectam pulchritudinem esse statuebat) debitum pietatis munus, quasi æs quoddam alienum perquam necessarium exoluentes, simulque multos ad eiusdem virtutis zelum & imitationem erudientes. quoniam hoc nobis in omni sermone atque actione propositum est, vt eos, qui fidei nostræ commissi sunt, perfectos reddamus. Igitur alius quidē defunctæ patriam ac genus laudet, encomiorum videlicet leges honore prosequens: omnino autem multis pulchrisque sermonibus minime destituetur, si eam exterius etiam exornare voluerit, non secus atque præstantem quandam & eximiam formam auro & gemmis, atque ab arte & manu profectis ornamentis: quæ deformem quidē admotu ipso produnt, pulchræ autem nullum pulchritudinis incrementum afferunt, vtpote ab ea superata. Ego vero, cum huic legi, quæ ijs rebus obseruari solet, hactenus paruero, vt communium parentum mentionem faciam (neque enim fas est tanti boni parentes ac magistros præterire) ad ipsam confestim Orationem conuertam, nec eorum, qui rerum illius narrationem à me requirunt, desiderium frustrabor.

9. DECEM.

Virtus in quouis laudanda, & contra

Laus bonis maxime debetur.

II. ECQVIS est igitur, qui nouum Abraham, ac nostræ memoriæ Saram ignoret? G[illegible]gorium dico, & huius vxorem Nonnam (nam ne nomina quidem ipsa prætereunda sunt, vt quæ ad virtutem exhortentur) illum inquam per fidem iustificatum, & hanc matrimonio cum fideli viro copulatam: illum multarum gentium patrem insperato effectum, hanc spiritualiter parturientem: illum ex paternorum Deorum seruitute fuga elapsum, hanc ingenuorum filiam & parentem: illum ex cognatione & domo sua ob promissionis terram egressum, hanc discessi[illegible]nis huius auctorem. (hoc enim vno nomine, si ita loqui fas est, Saram quoque ipsam superauit.) illum, qui pulchre peregrinatus est,

Parentum laus.

tus est, hanc quæ prompto animo peregrinationis sociam se ipsi præbuit: illum, qui Domino sese adiunxit, hanc, quæ virum suum dominum, & appellat, & existimat, ac propterea iustitiæ laudem quadam ex parte consecuta est: quorum pollicitatio, & quorum Isaac (quantum quidem in ipsis fuit) & donatio. Atque vxoris quidem, bon[...] pastor (cum scilicet vota fecisset, cumque deduxisset) & ab ea recte parendi exemplum: viri autem, idola syncero animo fugisse, ac postea etiam dæmones fugare: vxoris rursum, quod ne salem quidem cum idolorum cultoribus communem habuerit: hoc inquam honore par, & concors, atque vnanime, nec minus virtutis, coniunctionisque cum Deo, quam carnis matrimonium: hos inquam, tum vitæ longitudine & canitie, tum prudentia & splendore inter se certantes, ac reliquos omnes superantes, carne quidem paulum detentos, spiritu autem, etiam ante d[...]unctionem, translatos: quorum non est mundus, & quorum est mundus, ille nimirum contemptus, hic antepo[...]us: quorum est opibus labi, & quorum propter honestam negotiandi rationem opibus affluere, nempe bona huius vitæ despicientium, eorumque loco cœlestia emeutium: quorum breues quidem huiusce vitæ reliquiæ, & quantulum illud est, quod pietas reliquum fecit, ac multa & longæua illa vita, qua fracti & confecti sunt. Vnum adhuc adiungam ad ea, quæ de ipsis dixi: qui vtrique sexui pulchre ac iuste diuisi sunt, nempe vt virorum ille, hæc fœminarum ornamentum esset, nec ornamentum solum, verumetiam virtutis exemplar. Ab his Gorgonia, & vitam, & gloriam accepit: ab his pietatis semina: ab his, & quod honeste vixit, & quod hilaris, ac cum meliore spe abscessit. Præclara quidem hæc quoq; sunt, atque eiusmodi, vt plerisque eorum, qui nobilitatis nomine magnopere gloriantur, atque ob maiorem splendorem tumidos animos gerunt, non facile supperant.

S. Gorgoniæ spiritualis patria, & propinqui. AT si de ipsa sapientius & sublimius differendum est, Gorgoniæ patria quidem superna Hierusalem, ciuitas III.
inquam illa, quæ oculis minime cernitur, verum animo & mente intelligitur: in qua ciuium munere fungimur, & ad quam omni celeritate properamus, cuius ciuis Christus est, & conciues frequens ille cœtus, & Ecclesia primitiuorum, qui in cœlis descripti sunt, & circum magnum vrbis conditorem per gloriæ contemplationem festos dies

Vera nobilitas. celebrant, ac sempiternam choream agitant: nobilitas autem, diuinæ imaginis conseruatio, atque archetypi imitatio, quam ratio & virtus efficiunt, purumque desiderium, eos, qui supernarum rerum vere studiosi sunt, quotidie magis ac magis, quantum ad Deum attinet, informans, ac denique cognitum habere, & quinam, & quam ab causam facti sumus. Ac mea quidem de his rebus est sententia. Ob eamque causam omnibus, quæ ab ortu Solis sunt, nobiliorem illius animam esse, & scio, & prædico, sublimiori vtique, quam pro vulgi more, nobilitatis & ignobilitatis canone ac regula vtens, nec genere, sed moribus vtramque designans, nec per tribus ac familias, eos, qui lau[...]tur, aut vituperantur, expendens, verum seiunctim & sigillatim. Et quia mihi apud eos est oratio, quibus illius virtutes cognitæ ac perspectæ sunt, alius proinde aliud quidpiam conferat, ac sermoni opituletur. Neque enim fieri potest, vt vnus, quantumuis auribus & mente pollens, omnia complectatur.

S. Gorgoniæ pudicitia. PVDICITIÆ quidem laude adeo excelluit, adeoque omnes ætatis suæ mulieres, ne dicam priscas, quarum IV.
ingens ob pudicitiam fama est, superauit, vt cum in hæc duo cunctis vita diuisa sit, nempe in matrimonium & cœlibatum, atque hic quidem sublimior & diuinior sit, verum laboriosior & periculosior, illud autem humilius, sed tamen tutius, vitatis vtriusque molestijs, quicquid in vtroque pulcherrimum erat, elegerit, atque in vnum copularit, alterius nimirum sublimitatem, alterius securitatem, fueritque citra supercilium pudica, cœlibatus bonum matri-

Nec cœlibatus nec matrimonium simpliciter laudanda: monium admiscens, illudque ostendens, neutrum horum, aut Deo nos omnino adstringere, aut ab eo dirimere: ita vt alterum natura sua prorsus fugiendum sit, alterum omni ex parte laudandum & amplectendum: verum mentem esse, quæ & coniugium & virginitatem pulchre regat & moderetur: atque hæc instar materiæ cuiusdam ab artifice ratione dirigi, & ad virtutem elaborari. Non enim, quia carni copulata erat, idcirco à spiritu disiuncta est, nec quia caput virum habebat, ideo primum caput ignorauit: sed cum mundo & naturæ paulum ministrasset, & quantum carnis lex volebat, vel is potius, qui hanc carni legem indixit, totam se Deo consecrauit. Quodque pulcherrimum & honestissimum est, maritum etiam ad se pertraxit, ac non importunum dominum, sed bonum conseruum asciuit. Nec id duntaxat, verum corporis quoque fructum, hoc est filios, & nepotes, spiritus fructum effecit, vt quæ genus totum & domum totam vnius animæ loco Deo purificarit, ac matrimonium per vitam in matrimonio Deo gratam & acceptam, pulchramque eam, quæ inde manauit, oblationem, laudabile reddiderit, atque seipsam quidem, dum vixit, virtutis omnis exemplar liberis suis proposuerit, posteaquam autem accita est, voluntatem suam domui suæ velut tacitam cohortationem post se reliquerit.

Prou. vlt. ENIMVERO diuinus Salomon in pædagogica Sapientia, hoc est in Prouerbijs, fœminam domi manentem, vi- V.
rumque amantem laudat, ac foris oberranti & petulanti, atque infami, meretricijsque gestibus & nominibus pretiosas animas captanti, eam opponit, quæ honeste intus versatur, ac muliebria officia virili animo exequitur, semperq; ad fusum manus obfirmat, & duplices marito vestes conficit: atque tempestiue agrum emit, & famulis cibos probe suppeditat, ac plena mensa amicos excipit, cæteraque omnia præstat, quæ ille de honesta & industria matrona præ-

Ab vmbra statuam laudare & leonem ab vnguibus. dicauit. Ego vero, si ab his rebus sororem laudem, perinde faciam, vt si ab vmbra statuam, aut ab vnguibus leonem laudem, relictis maioribus rebus & perfectioribus. Quænam vnquam dignior fuit, quæ videretur? quænam tamen minus visa est? Quænam mœstitiæ atque hilaritatis modum melius cognouit: vt nec mœstitia inhumana, nec mollities petulans videretur, verum altera prudentiæ, altera lenitatis laudem obtineret, atque hoc modestiæ velut norma esset, nimirum humanitate cum animi magnitudine coniuncta & temperata? Audite mulieres, quæcunque nimio ostentationis studio & desidia laboratis, ac pudoris velum contemnitis. Quænam oculos ita frenauit? Quænam risum ita irrisit? adeo vt vel leniter subrisisse, nimium pene ipsi videretur. Quænam auribus ianuas magis imposuit? Quænam rursus eas diuino sermoni magis patefecit? vel potius quænam linguæ ad exponendas Dei iustificationes

S. Gorgoniæ mores pro ornamento erant. mentem ducem magis præfecit? Quænam ordinem labijs æque præscripsit? Vultis ex illius laudibus hoc quoque dicam (quod illa quidem nihili æstimabat, quemadmodum nec quæcunque vere pudicæ, atque honestis moribus præditæ sunt: factum est tamen earum vitio quæ ornatus & elegantiæ nimio studio ducuntur, nec eorum, qui res huiusmodi docent, sermone purgantur, vt hoc magnum & præclarum esse videatur) non illam aurum arte ad exi-

Mundi muliebris & fuci genera. miam pulchritudinem elaboratum ornauit, non flauæ comæ, tum apparentes, tum sublucentes, non crinium nodi, & impositiuræ, pretiosum caput summa cum infamia scenam efficientium, non circumfluentis & pellucidæ vestis magnificentia, non lapidum splendores & gratiæ, propinquum aerem colorantes, ac formam lumine circumfundentes, non pictorum artes & præstigiæ, ac vilis & parua constans pulchritudo, terrenusque fictor, incontrariorum fabricans, insidiosisque coloribus Dei figmentum obducens, & per honorem infamiam inurens, ac diuinam formam meretricium procacibus oculis idolum proponens, vt adulterina pulchritudo naturalem imaginem, quæ Deo ac futuro æuo seruatur, surripiat. Verum cum externos multos & varios mulierum ornatus cognitos haberet, nullum tamen moribus suis, atque intus condito splendore præstantiorem agnoscebat. Vnus illi rubor placebat, quem pudor affert: vnus candor, quem parit abstinentia. Nam pigmenta, & fucos, ac viuas tabulas, & fluxam formæ venustatem scenicis & triuialibus relinquebat, quibusque probrum ac dedecus est erubescere. Atque hæc quidem talia.

Pruden-

VI. PRVDENTIAM autem ipsius ac pietatem nemo est qui verbis vllis assequi possit: nec multa exempla reperiri queant, præter illius, tum secundum corpus, tum secundum spiritum, parentes: in quos solos intuens, & quibus virtute neutiquam inferior cum esset, hoc tamen nomine perquam libenter cedebat, quod ab his hoc bonum accepisset, eosque illuminationis suæ radicem, & agnosceret, & fateretur. Iam vero quid illius ingenio acutius? quippe cuius consilio, non ij tantum, qui genere ipsam attingebant, & qui ex eadem plebe atque eadem caula erant, sed vicini etiam omnes communiter vtebantur, eiusque præcepta & admonitiones pro firma & inuiolabili lege ducebant. Quid illius sermonibus solertius? Quid silentio prudentius? Et quoniam in silentij mentionem incidi, addam id, quod maxime proprium ipsi fuit, quodque mulieribus admodum cõgruit, atque huic tempori permagnam vtilitatem attulerit. Quænam res diuinas, tum ex diuinis oraculis tum ex propria intelligentia & sagacitate, magis cognouit? Quænam rursus minus locuta est, mulieribus pietatis finibus sese continens? Iam, quod mulieris erat, quæ vere pietati studere animum induxisset, & in quo solo satietatem nescire præclarum est, quænam tot donariis, cum alia templa, tum hoc quoque ornauit, haud scio an post eam ornandum & honestandum? Iam vero quænam perinde seipsam templum viuum Deo exhibuit? Quænam pari honore Sacerdotes complexa est, eumque præsertim, quem pietatis commilitonem & magistrum habuit, illum inquam, cuius pulchra semina sunt, & par filiorum Deo consecratum? Quænam domum suam piis hominibus magis proposuit, pulchram, inquam, exceptionem, ac diuitias conciliantem? Et, quod est præstantius, quænam pudore, ac Deo gratis incessibus, eos ita excipiebat? Quænam præterea tranquilliorem in calamitatibus mentem prætulit? Quænam rursus animum ad eorum, qui laborabant, vicem dolendam propensiorem? Quænam liberaliorem egentibus manum porrexit? Equidem Iobi quoque verba de ea iactare non dubitem, Ostium eius viatori omni patebat: nec foris iacebat peregrinus. Cæcorum oculus erat, claudorum pes, pupillorum mater. De ipsius porro erga viduas humanitate ac misericordia quid maius dicere necesse est, quam quod hinc fructum hunc tulit, vt vidua minime vocata sit? Illius domus propinquis inopia laborantibus hospitij communis locus erat. Illius opes pauperibus omnibus non minus communes erant, quam suæ cuique facultates. Dispersit, dedit pauperibus: atque ob diuini promissi firmitatem summamque veritatem multa in cælestia horrea condidit, ac persæpe de multis bene metendo, Christum ipsum excepit. Quodque præclarissimum est, non magis optima videri, quam re vera esse studebat: quin potius in abscondito, apud eum, qui abscondita intuetur, pietatem luculenter excolebat. Omnia mundi principi eripuit: omnia in tuta illa horrea transtulit. Nihil terræ præter corpus reliquit: omnia cum alterius vitæ spe commutauit: has vnas liberis suis opes reliquit, nempe sui imitationem, & eiusmodi laudis studium.

S. Gorgonia silentij studiosa.
S. Gorgonia templa exornat.
S. Gorgoniæ libertas.
Iob 31.
Psal. 111.

VII. NEC vero tanta quidem ipsius, tamque incredibilis animi magnitudo fuit, verum deliciis & effœminatis ventris voluptatibus, rabido inquam, & lanianti cani corpus tradidit, tanquam scilicet liberalitati suæ ac beneficentiæ confidens (quemadmodum plerique facere solent, qui misericordia erga pauperes luxum ac delitias redimunt, ac non bono malum sanant, sed pro bono malum recipiunt) aut puluerem quidem ieiunus subegit, alij autem chameuniæ (hoc est humi dormitionis) pharmacum reliquit, aut id quidem animæ subsidium excogitauit, verum somno minus quam quispiam alius, moderata est, aut hanc quidem legem, velut corporis expers, sibi indixit cæterum aliis recto corpore insomnem noctem ducentibus (quod quidem certamen maximi philosophicorum virorum est) in terram sese inflexit: aut hac quidem in re non mulieres tantum, sed etiam fortissimos viros animi magnitudine superauit, verum prudenti psalmodiæ tono, vel diuinorum oraculorum lectione & explicatione, vel tempestiua memoria, vel genuum, quæ labore occalluerant, & quasi solo adhærebant, inclinatione, vel lachrymis animæ labes expiantibus in corde contrito & spiritu humilitatis, vel oratione sursum collocante, vel mente sublata, & minime vagante, his inquam omnibus rebus, aut harum aliqua, quisnam virorum aut mulierum est, qui eam à se superatã esse gloriari queat? Ac de ipsa non minus vere, quam magnifice, prædicari potest, quod virtutum alias imitata sit, aliarum exemplum fuerit: atque alias quidem inuenerit, alias autem superarit. Et vt quosdam fuisse demus, qui vna aliqua virtute cum ipsa contenderent, at hoc certe nomine omnes vicit, quod vna virtute omnes complexa sit. Sic enim omnia præstitit, vt ne mediocriter quidem vnum quisquam alius: sic autem ad summum singula, vt vel vnum solum pro omnibus abunde sufficeret. O squalidum corpus, & indumentum, virtute sola florens! O animam corpus, pene etiam sine cibo, velut materiæ expers, retinentem! vel, vt rectius loquar, ô corpus, etiam ante dissolutionem, mori coactum, vt anima libertatem nancisceretur, nec à sensibus impedimenti quicquam acciperet! O noctes insomnes, & psalmorum cantus, & stationem ex die in diem desinentem! O Dauid, quam tu piis duntaxat animabus haud prolixe cecinisti! O tenera membra humi prostrata, ac præter naturam sese exasperantia! O lachrymarum fontes, quæ ex afflictione seminabantur, vt in exultatione meterent! O nocturnum clamorem nubes penetrantem, atque ad Deum peruadentem! O spiritus feruorem, ob orationis desiderium nec canes nocturnos, nec frigora, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras formidantem! O fœmineam naturam, quæ propter commune salutis certamen virilem naturam superasti: atque illud conspicuum fecisti masculum & fœminam, corporis, non item animæ, discrimen esse! O ingentem post Baptismum castitatem, & sponsam Christi animam in puro corporis thalamo! O amarum gustum & Euam, tum generis nostri, tum peccati matrem, & impostorem serpentem, & mortem, illius continentia superatam! O Christi exinanitionem, & serui formam, & passiones, ipsius mortificatione honoratas! O quonam pacto, vel omnia illius enumerabo, vel maiorem eorum partem prætermittens, eos, quibus ea ignota sunt, detrimento non afficiam! Sed iam pulchrum fuerit pietatis quoque præmia nunc adiicere. Vos enim, qui vitam illius probe nostis, mihi iampridem cupere, atque in oratione mea requirere videmini, non præsentia duntaxat, & ob quæ nunc illic exultat (quæ & aurium, & humanæ mentis, & oculorum captum excedunt) sed etiam ea, quæ iustus ille retributor in hac vita ipsi rependit: nam hoc quoque sæpenumero ad eorum qui dubia fide sunt, ædificationem facit, perexigua scilicet & in aspectum cadentia, maioribus, & inuisibilibus fidem astruens. Narrabo autem partim omnibus nota, partim plerisque arcana & ignota: quod nimirum hoc quoque ipsa studio habuerit, de gratiarum donis minime se iactare atque gloriari.

Voluptas rabidus canis.
S. Gorgonia corpus aspere tractat.
S. Gorgonia virtutes omnes ad summum vsque habuit.
S. Gorgoniæ vigiliæ.
Vir & mulier, corpore non autem animæ discrimen sunt.
Cur Deus pios hic quoque sæpe remuneretur.

VIII. MVLAS illas furore percitas nostis, & vehiculi abreptionem, infaustamque illam subuersionem, & horrendam raptationem, ac malas confractiones, atque hinc ortam hominibus à fide alienis offensionem (quod nempe istuc ad hunc modum tradantur) ac celerem infidelitatis correctionem, quoniam illa ossibus omnibus & membris, tam conspicuis, quam ab aspectu remotis, contrita & concisa, ne medicum quidem alium præter e[illegible], qui [illegible]m tradiderat, habere sustinuit: (tum quod virorum oculos & manus erubesceret: modestiam enim & verecundiam in ipsis quoque doloribus retinuit: tum quod ab eo defensionem quæreret, cuius permissu in hanc calamitatem inciderat) nec ab vllo alio, quam ab eo, salutem est consecuta. Quo factum est, vt quidam non magis hac [illegible] percussi, quam ex insperato sanitatis institutæ miraculo stupore perculsi fuerint: atq; ob eam causam hæc [illegible] accidisse visa sit, vt gloriam & splendorem ex calamitatibus consequeretur, nimium illa quidem dolo[illegible] vt homo: præstantius autem, quam humana conditio ferre videretur, sanata, posterisque narrationem p[illegible]mam illam quidem ad fidei in afflictionibus, & constantiæ in grauibus & periculosis rebus argumentum [illegible]

S. Gorgonia furore mulorum euersa collidi[tur].
In graui morbo [illegible] accer[sit], & a[b eo] [cur]atur.

tum

autem ad diuinæ erga huiusmodi homines benignitatis demonstrationem. Ad id enim, quod de iusto viro [illegible] dictum est, Cum ceciderit, non collidetur, magis nouum aliquid adiunctum est, Etiamsi collisus fuerit, [illegible] sanabitur, gloriaque afficietur. Nam si præter quam æquum esse videbatur, ægrotauit, at etiam præter quam [illegible] videbatur, ad se rediit: adeo vt morbus à sanitate propemodum superatus sit, clariorque [illegible], quem [illegible]. O laudabilem & admirandam calamitatem! O passionem incolumitate sublimiorem! O [illegible] hæc [illegible], percutiet, & [illegible] adhibebit, & sanabit, & tertia die suscitabit, licet ad alt[illegible] quiddam magis [illegible] derent, vt [illegible]: nihilo secius tamen huius quoque calamitati pulchre conueniunt. Sed [illegible], etiam procul à nobis dissitis, notum: ad omnes enim huius miraculi fama permanauit: atque hæc historia [illegible] admirandis aliis Dei operibus, & potentiis, in omnium linguis auribusque versatur. Quod autem in vulgus [illegible] ob eam, quam dixi, sapientiam & pietatem à fastu atque ostentatione alienam, ignotum & obscurum est, [illegible] in medium prof[illegible], ô pastorum optime & perfectissime, & sacræ illius ouis pastor, idque nunc demum [illegible] (quandoquidem nobis solis hoc arcanum commissum est, atque huius miraculi testes nobis ipsis mutuo [illegible] defunctæ datam diutius seruabimus? Mihi vero, vt tum silentio premendæ, ita nunc efferendæ [illegible] huius rei tempus esse videtur, non solum ad Dei gloriam, sed ad eorum etiam, qui calamitatibus premuntur, consolationem.

S. Gorgo[illegible] morbus.

ADVERSA corporis valetudine tenebatur, grauiterque laborabat: eratque insolens quoddam & prod[illegible] sum morbi genus: subita nimirum totius corporis inflammatio, ac velut ebullitio quædam, & feruor sanguinis, ac deinde eiusdem concretio, & torpor, pallorque incredibilis, & mentis ac membrorum dissolutio: idque [illegible] longa intervalla, sed nonnunquam etiam admodum crebra & assidua: malumque illud haud humanum [illegible] batur. Nec vero medicorum, tum separatim, tum etiam inter se de morbo sedulo consultantium, artes propulsando dolori pares esse poterant, nec parentum lachrymæ, quæ multum sæpe valuerant, nec publicæ preces & supplices orationes, quas, vt pro sua quisque salute, populus vniuersus faciebat. Omnes enim eo animo [illegible], vt [illegible] salutem suam esse salutem ducerent: quemadmodum contra illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem. Quid igitur magna illa, maximisque rebus digna anima facit? & quam dolori medicinam adhibet? hic enim iam arcanum istud est. Desperatis omnibus aliis auxiliis ad mortalium optimum medicum confugit, atque intempesta noctis captata, cum morbus nonnihil remisisset, ad altare cum fide procumbit, eumque, qui super ipso honoratur, cum ingenti clamore inuocans, omnibusque nominibus appellans, atque omnia ea, quæ vnquam mirifice gesserat, velut in memoriam ei reuocans (nam, & veteres, & noua historia callebat) tandem pia & præclara quadam impudentia effertur. Eam, quæ Christi fimbria sanguinis profluuium compresserat, imitatur. Quidque [illegible]? audite. Cum caput suum pari cum clamore, lachrymisque, quibus abundabat (mulierculæ illius instar, quæ olim Christi pedes rigauit) altari admouisset, nec se prius illud dimissuram esse denunciasset, quam sanitatem obtinuisset, ac deinde hoc suo pharmaco corpus totum perfudisset, etsi quid vspiam antityporum pretiosi corporis aut sanguinis manus condiderat, id lachrymis admiscuisset (ô rem admirandam!) statim liberatam se morbo sensit, atque, & corpore, & animo, & mente leuis discedit, prosperi successus, quod sperauerat, consecuta, & per animæ robur corporis robur accipiens. Magna quidem hæc sunt: non tamen falsa. His omnes, tam sani, quam ægri fidem adhibete; vt sanitatem, partim habeatis, partim recipiatis. Quodque [illegible] non verborum fumus hæc narratio sit, hinc liquido constat, quod hanc rem, quamdiu ipsa vixit, etiam & silentio compressam, nunc demum patefeci. Ac ne nunc quidem eam vulgassem, nisi timor quidam animum incessisset, si tantum miraculorum, & fidelibus, & infidelibus, & iis, qui nunc sunt, & posteris, occultassem. Atque huiusmodi quidem ipsius vita fuit: compluraque etiam, ne modum [illegible] expleri [illegible] ipsius laudandæ auiditate teneri videremur, prætermitti[illegible]. Pæ[illegible] [illegible] iniuriam fecerimus, nisi ipsius quoque laudes commemorauerimus; cum præsertim [illegible] cuperet ac requireret. Commemorabo autem, quam fieri poterit, breuissime.

S. G[illegible] mortem optat.

DISSOLVI cupiebat (multam quippe apud eum, a quo vocabatur, fiduciam obtinebat) ac cum Christo esse, omnibus terræ commodis præponebat: nec quisquam eorum, qui ad amorem valde propensi sunt, atque ægre [illegible] ita corpus damnat, vt illa, excussis his compedibus, atque hac fæce, cum qua viuimus, superata, cum pulchro illo pure coniungi, cumque totum, quem amabat, addam etiam a quo amabatur, complecti gestiebat. [illegible] tunc videlicet [illegible] collustratam, atque hactenus, vt, à quo defuncti sumus, agnoscamus. Nec vero tam sublimi ac diuino desiderio fraudatur, quodque consequuta est, per prænotionem ac longam vigiliam bonum illud percipit. Hanc enim somnus vnus suauissimus excipit, vtroque vna præstituto tempore discessum e vita complectens diemque adeo plenum indicans: Deo nimirum hoc constituente, vt parata, & non turbata esset. Nam quod ad purgationis & initiationis bonum attinet (quod commune donum, & secundæ vitæ fundamentum à Deo omnes acceptum habemus [illegible] perat. Immo vero tota vita nihil illi aliud erat, quam purgatio, & perfectio: ac regenerationem quidem à Spiritu sancto habebat, ipsius autem præsidium ab anteacta vita. Atque (ut si pene vt audacter loquar) Baptismus, non gratia, sed sigillum erat. Porro cum virum hoc ad omnia accedere cuperet, vt maritus quoque perficeretur (vt, vt is vno verbo virum describam: vir illius: nec enim scio, quid amplius dicere necesse sit) vt sic toto corpore consecraretur, ac non dimidia tantum ex parte initiata discederet, ipsiusque aliquid imperfectum relinqueretur, hoc quoque precibus ab eo, qui voluntatem timentium se facit, ac petitiones eorum ad finem perducit, impetrauit. Cum autem omnia ex ipsius animi sententia sese haberent, nec quicquam eorum, quæ cupiebat, abesset, iamque præstitutus dies immineret, ita iam ad mortem & exitum se comparat, atque, vt legem, quæ in huiusmodi rebus viget, expleret, in lectum se conijcit. Cumque ad virum, & filios, & amicos, sermones hos habuisset, quos mulierem, viri & filiorum, & fratrum amore præditam habere par erat, ac de altera vita præclare disseruisset, diemque extremum festum diem fecisset, ita demum obdormiuit, plena, non humanorum dierum, quos ne ipsa quidem exoptabat, vtpote quos sibi malos, & vt plurimum [illegible] ea mole atque impostura coniunctos esse non ignoraret: sed dierum secundum Deum ita plena, vt haud scio an perinde quisquam eorum, qui in diuturnitate n[illegible] mortem obierunt, ac multos annorum orbes numerarunt. Sic illa soluitur, aut, vt melius loquar, assumitur, aut auolat, aut transmigrat, aut paululum ante corpus abscedit.

Dies seniorum Deum S. Gorgonia [illegible]

VERVM enimuero qualis ipsius laus mihi prop[illegible] excidit! fortasse autem ne tu quidem id passurus fuisses, ô spiritualis illius pater, qui etiam miraculum illud accurate obseruasti, nobisque indicasti: magnum sane, vt ipsi ad gloriam, ita nobis ad virtutis monimentum, atque [illegible] desiderium. Ac [illegible] horror quidam subit, lachrymæque simul, hoc miraculum recordanti. Iam [illegible] ebatur, atque extremos spiritus afflabat, [illegible] eam, tum propinquorum, tum cæterorum chorus [illegible], professionis [illegible] ipsi præstantium, & [illegible] tio, animæque distortio, extremæ zelotypia prosequ[illegible] & [illegible] omnium amor anxietate permixtus, par[illegible] exsuscitandam in [illegible] animis ipsius [illegible] aliquid audire gestientium, partim etiam loqui cupientium, [illegible] tamen audentium. Ac multæ lachrymæ, mœror [illegible] non parum videbatur, eam, quæ [illegible] luctu prosequi) altumque silentium erat, ac mors illius sacræ cuiusdam [illegible] speciem habebat. [illegible]

S. Gorgonia ad Deum in morbo confugit.

S. Gorgonia eum quis super altari honoratur, inuocat, & sanatur.

Matth. 9. Luc. 7.

S. Gorgonia mortis diem innotescit. Baptismus S. Gorgoniæ.

S. Gorgonia maritum baptismum impetrat.

Psal. 144.

[illegible] S. Gorgoniæ patet Amphilochio [illegible] Orat.

IX. X. XI.

qu[illegible]

quantum quidem ex aspectu conijci poterat, nec spirabat, nec mouebatur, nec sonum vllum edebat, silentiumque illud fracti & dissoluti corporis opinionem in omnibus afferebat: perinde videlicet atque vocis instrumenta, ob animæ qua mouebantur, excessum, iam oppressa & extincta essent. At cum Pastor ille, qui propter miraculum, quod in omnibus rebus elucebat, facta dictaque illius omnia diligenter obseruabat, labia ipsius leniter moueri sensisset, auremque propius admouisset (fidentem enim, cum, cum sui mores, tum commiseratio ipsa faciebat) quin tu ipse huius silentij mysterium exponis? nemo quippe tibi narranti fidem abrogabat. Psalmodia erat, id quod submussitabat, ac psalmodiæ verba ad exitum pertinentia: & si vere loquendum est, libertatis illius ac fiduciæ, cum qua hinc excedebat, testimonium. Ac beatus ille, qui cum verbis illis extremum vitæ spiritum claudet: In pace in idipsum dormiã & requiescam. Hæc, & à te, ô mulierum præstantissima, canebantur, & contingebant: ac psalmodia, id erat, quod fiebat, coniunctumque cum discessu epitaphium erat: quippe quæ mentem à vitiosis permotionibus recte pacatam habueris, ac præter communem soporem, debitum quoque charis hominibus somnum acceperis, quemadmodum eam par erat, quæ in pietatis verbis, & vixerat, & abscesserat. Equidem non dubito, quin ijs, quæ oculis cernuntur, multo præstantiora sint ea, quibus nunc frueris, nempe sonus epulantium, Angelorum chorea, cœlestis ordo, gloriæ contemplatio, cum alius, tum supremæ Trinitatis purior & perfectior illuminatio, non iam vinctam mentem ac per sensus diffusam suffugientis, sed totam sese toti menti contemplandam & tenendam præbentis, totoque diuinitatis lumine animis nostris affulgentis. Omnino inquam his frueris, quorum, etiam dum adhuc in terra esses, & syncæram ad eam mentis erectionem, riuulos habebas. Quod si quid eos quoque, qui tibi à nobis habentur, honores curas, atque hoc præmij sanctis animis diuinitus contingit, iusta sentiant, nostram quoque Orationem, pro multis, ac præ multis funebribus donis accipias velim, quam Cæsario ante te, & tibi post illum persoluimus: quandoquidem fratrum funeribus oratione prosequendis sumus reseruati. An vero nos quoque post vos pari honore quispiam affecturus sit, dicere haud queo: cæterum eo duntaxat honore, qui Deo gratus sit, afficiamur, tum peregrinantes, tum habitantes, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & Patri cum Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Psal. 4. — Extrema S. Gregorij verba — Cælestium beatitudo

VITA S. LEOCADIÆ VIRGINIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI, REGII HISTORIOGRAPHI, HISTORIARVM HISPANIÆ LIBRO QVINTO.

A. 300.

LEOCADIA virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibetur, quæ propter sanctissimos eius mores & Christi cultum, cui feruentissime seruiebat, à Diacono Hispaniæ Præfecto tanquam Christiana capitur, & apud vrbem Toletanam carceri mancipatur. Vbi cum grauissimos beatæ Eulaliæ, & reliquorum martyrum cruciatus audisset, positis in oratione genibus, quinto Idus Decembris impollutum Deo reddidit Spiritum. Sunt qui dicunt Leocadiam crudelissimis Daciani satellitibus, ab altis Toletanæ vrbis mœnibus fuisse præcipitatam, vsque ad locum vbi nunc eius ecclesia colitur extra vrbem. De cuius vita & morte plures etiam scripserunt.

9. DECE. — S. Leocadiæ patria — Carceri mancipatur. — Eius obitus.

ANNOTATIO CÆSARIS BARONII S. R. E. CARDINALIS.

*Cum Sarraceni Hispanias inuasissent, venerandum eius corpus in * Gallias delatum fuerat, cuius brachium postea ecclesiæ pristinæ redditum Laurent. Padil. & Vasæus in Chron. tradunt. Sed his diebus Romam ipsum venerandum corpus allatum, in Hispaniam solenni pompa transferendum accepimus.*

* Ad viciniam Montibus Cellã S. Gisleni Calendis Iulij translatũ scribit Molan. in Nat. Sãct.

MARTYRIVM S. EVLALIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, AVTHORE PRVDENTIO HYMNO III. PETRI STEPHANŌN.

Quo autẽ anno, eũdẽ cõsule. A. 290. 10. DEC.

Patria S. Eulaliæ, quam ipsa ornat reliquijs suis.

GErmine nobilis Eulalia,
Mortis at indole nobilior.
Emeritam sacra virgo suam,
Cuius ab vbere progenita est,
Ossibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,
Vrbe potens, populis locuples:
Sed mage sanguine martyrij,
Virgineoque potens titulo.

Ætas quæ passa est.

Curriculis tribus atque nouem,
Tres hyemes quater attigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices,
Supplicium sibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
Tendere se patris ad solium,
Nec sua membra dicata toro:
Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia pusiola.
Spernere succina, flere rosas,
Fulua monilia respuere:

In teneris annis senilis morũ grauitas.

Ore seuera, modesta gradu,
Moribus & nimium teneris,
Canitiem meditata senum.
Ast vbi se furiata lues
Excitat in famulos Domini,
Christicolasque cruenta iubet
Thura cremare, iecur pecudis
Mortiferis adolere deis:

Infremuit sacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniique ferox
Turbida frangere bella parat,
Et rude pectus, anhela Deo
Fœmina, prouocat arma virum.
Sed pia cura parentis agit,
Virgo animosa domi vt lateat,
Abdita rure, & ab vrbe procul,
Ne fera sanguinis in pretium
Mortis amore puella ruat.

Mater eã sitientem martyriũ abscondit.

Illa perosa, quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores sine teste mouet,
Septaque claustra fugax aperit:
Inde per inuia carpit iter.

Illa vero fugit, & ad martyrium properat.

Ingreditur pedibus laceris,
Per loca senta situ & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox sileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generosa patrum
Turba columniferum radium:
Scindere qui tenebrosa potens,
Nocte viam face perspicua
Præstitit, intereunte chao.

Exod. 13. Num. 4.

Non aliter pia virgo viam
Nocte secuta diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica cum fugeret,
Et super astra pararet iter.

Illa gra-

Illa gradu cita peruigili,
Millia multa prius peragit,
Quam plaga pandat Eoa polum:
Mane superba tribunal adit,
Fascibus adstat & in medius,

Fidenter se offert crudeli tyranno, eumque [illegible]

Vociferans, Rogo, quis furor est,
Perdere præcipites animas,
Et male prodiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis,
Omnipatremque negare Deum?

Quæritis, ô miseranda manus,
Christicolum genus? en ego sum
Dæmonicis inimica sacris:
Idola protero sub pedibus,
Pectore & ore Deum fateor.

Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus & ipse nihil:
Illa nihil, quia facta manu:
Hic, manuum quia facta colit:
Friuola vtraque, & vtraque nihil.

Maximianus opum dominus,
Et tamen ipse cliens lapidum,
Prostituat, voueatque suis
Numinibus caput ipse suum:
Pectora cur generosa quatit?

Dux bonus, arbiter egregius,
Sanguine pascitur innocuo,
Corporibusque piis inhians,
Viscera sobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem.

Vide constantiam.

Ergo age tortor, adure, seca,
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilem, facile est:
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.

Talibus excitus in furias
Prætor, ait: Rape præcipitem
Lictor, & obrue suppliciis:
Sentiat esse deos patrios,
Nec leue principis imperium.

Quam cuperem tamen ante necem,
*Si potis es, reuocare * viam,*
*Torua puellula, * nequitia.*
Respice gaudia quanta metas,
Quæ tibi fert genialis honor.

* tuam
* nequitiam.
Tyrannus et primum blanditur

Te lachrymis labefacta domus
Prosequitur, generisque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occiduo in tenero,
Proxima dotibus & thalamo.

Non mouet aurea pompa tori,
Non pietas veneranda senum,
Quos temeraria debilitas.
Ecce parata ministeria
Excruciabilis exitii.

Minas intentat.

Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque vlulanda tuis,
In cineres resoluta flues.

Hæc, rogo, quis labor est, fugere?
Si modicum salis eminulis
Thuris & exiguum digitis
Tangere virgo benigna velis:
Pœna grauis procul abfuerit.

Martyr ad ista nihil: sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa iacit: simulacra dehinc
Dissipat, impositamque molam
Thuribulis, pede prosubigit.

Sancta virgo eum conspuit.

Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant,
Et latus vngula virgineum
Pulsat vtrinque, & ad ossa secat,
Eulalia numerante notas.

Diris vngulis laceratur

Scriberis ecce mihi, Domine:
Quam iuuat hos apices legere,
Qui tua Christe trophæa notant:
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti.

Hæc sine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.

Gaudet in tormentis, & Deo laudes decantat.

Dirus abest dolor ex animo,
Membraque picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauant.

Vltima carnificina dehinc,
Non laceratio vulnifica
Crate tenus, nec arata cutis:
Flamma sed vndique lampadibus
In latera stomachumque furit.

Ig[illegible] cruciatus

Crinis odorus & in iugulos
Fluxerat, inuolitans humeris,
Quo pudibunda pudicitia,
Virgineusque lateret honos,
Tegmine verticis opposito.

Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata, caput
Occupat, exuperatque apicem:
Virgo citum cupiens obitum,
Appetit, & bibit ore rogum.

Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior
Visa relinquere, & astra sequi:
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.

[illegible] in columbæ specie ex eius ore euolat.

Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus ingenuus emoritur:
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ouans,
Templaque celsa petit volucer.

Vidit & ipse satelles auem
Fœmina ab ore meare palam.
Obstupefactus & attonitus
Prosilit, & sua gesta fugit,
Lictor & ipse fugit pauidus.

Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit simul Eulaliæ,
Axe iacentia sub gelido,
Pallioli vice linteoli.

Nix operit corpus eius.

Cedat amor lachrymantum hominum,
Qui celebrare suprema solent,
Flebile cedat & officium:
Ipsa elementa, iubente Deo,
Exequias tibi, virgo, ferunt.

Nunc locus Emerita est tumulo
Clara colonia Vettoniæ:
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit, & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.

Hic, vbi marmore perspicuo
*Atria luminat * alta nitor*
Et peregrinus, & indigena:
Reliquias, cineresque sacros
Seruat humus veneranda sinu.

* alma.
Sacros eius cineres habet Emerita

Tecta corusca superrutilant
De laquearibus aureolis,
Saxaque cæsa solum variant,
Floribus vt rosulenta putes
Prata rubescere multimodis.

Carpite purpureas violas,
Sanguineosque crocos metite:
Non caret his genialis hyems,
Laxat & arua tepens glacies,
Floribus vt cumulet calathos.

Ista comantibus e foliis
Munera virgo, puerque date:
Ast ego serta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, festa tamen,

Sic venerarier ossa libet,
Ossibus altar & impositum:
Illa Dei sita sub pedibus,
Prospicit hæc populosque suos.
Carmine propitiata souet.

Vident cos sancti & tuentur.

MIRACVLVM STVPENDVM AD SEPVLCHRVM S. EVLALIÆ MARTYRIS *fieri solitum quotannis in die anniuersario Passionis eius, quod describit Gregorius Turonensis lib. 1 de gloria Martyrum cap. 91.*

EVLALIA gloriosa apud Emeritam vrbem passa, magnum miraculum in die immolationis suæ populis profert. Sunt igitur ante eius altare, quo sancta membra teguntur, tres arbores, sed ignarus ego cuius sint generis. Cumque iam medio mense, decimo, quando eius passio celebratur, sint ab omni foliorum decore nudatæ, ea die illucescente cælo, in modum columbæ alitis flores proferunt suauitatis, scilicet quod sanctus eius spiritus in columbæ specie penetrauit cælos, & quod beatum eius corpusculum iam exanime vestibusq; nudatum, nix cælitus decidua molli vellere contexisset. Quod miraculum si solitæ arbores protulerint libertate, scit populus sibi annum vel pressuris vacuum vel frugibus plenum. Quod si tardius flores ex more paruerint, cognoscit plebs hoc sua fieri noxa: nam priusquam erumpant, quærula ad sepulchrum Martyris ac mœsta decumbit, deprecans vt solitam promereatur conspicere gratiam: sed nec psallendo procedit, si hæc manifestata non fuerint: iam si placatur Martyr à lachrymis plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei flores, qui odorem nectareum respirantes, animi mœstitiam & aduentu lætificent, & reficiant suauitate. Dehinc diligenter collecti, & in basilicam sacerdoti delati processio cum gaudio celebratur: nam & hos flores sæpius infirmis prodesse cognouimus.

Flores Eulaliæ columbæ similes: vide vitam eius.

MARTYRIVM SANCTORVM CHRISTI MARTYRVM MENÆ, HERMOGENIS, ET EVGRAPHI: EX SIMEONE METAPHRASTE. HABETVR IN TOMIS Aloysij.

An. 300.

I. POST Seruatoris Christi in terram aduentum, multi quidem etiam alij se ad martyrica certamina exuerunt: cum omnibus autem se quoque magnus exuit Menas. Postquam enim Diocletianus simul & Maximianus magnum quidem habuerunt imperium, fuerunt omnibus terribiles. Cum autem voluissent repugnare pietati, & fidem in Christum expugnare, quam vel portis inferi validiorem mansuram ipse pronunciauit: postquam magnum ad hoc adhibuere studium, & omnem mouere lapidem, quando cognouerunt se ea aggredi, quæ non possent fieri, & vt dicitur, iaculari in aerem, & conari mouere, quæ sunt immobilia, vterque eorum deposuit imperium: apud alios quidem prætexentes fortunæ satietatem, & amorem mutationis: iis autem, quibus poterant secreta communicare, & animum aperire, dicentes Christi virtutem, & quæ ex signis proficiscebatur, persuasionem: & quod cum hoc non potuissent efficere, alia posthabentes & parua existimantes, nec imperare quidem volebant.

10. DECE. — Matth. 16. — Diocletianus & Maximianus cur se imperio abdicarint.

II. CVM sic ergo illi imperium deposuissent, Maxentius quidem ab eis Romæ, Constantius autem Galliis, Maximinus vero Orienti præficiuntur Imperatores. Fuit ergo protinus in Oriente magna persecutio aduersus Christianos, & rerum communium confusio, & vt semel dicam, magna quædam perturbatio & seditio in terra & in mari, Maximino studente quidem confirmare maiorum suorum deceptionem, & falsam religionem: è terra autem, si fieri posset, tollere res Christianorum, & omnino auferre de medio. Cum vero ei relatum esset, totam Alexandriam (ea est autem ciuitas illustris in Ægypto) & per se quidem seditionem agitare causa Reipublicæ, & seditionem etiam agitare, cum Christi ad eam venisset prædicatio, vbi deliberasset & considerasset, & visum est (quoniam non poterat per se præsens ciuitatem conciliare) edictis interea reprimere quidem prædicationem, componere autem controuersias publicas & ciuiles. Cum vero edicta videretur superare eorum, qui seditionem agitabant, controuersia, & ratio prædicationis, relata sunt hæc quoque rursus ad Imperatorem. Ille autem continuo non parum quidem ægre ferebar suarum contemptionem constitutionum: irascebatur vero, quod dij patrij abolerentur.

Maximinus sæuus hostis Christianorum.

III. IRÆ itaque hunc prætextum præ se ferens, quod tanta defecisset ciuitas, tunc quidem suum retinuit impetum, eos qui erant in Ecclesia, vt qui essent ex magistratibus, reueritus: Postea autem cum in hoc totum suum conuertisset studium, & cognouisset sibi quidem necesse esse Reipublicæ gratia adhuc versari Byzantij, non expedire vero, eo relicto proficisci Alexandriam, mittit ad eos virum, qui vocabatur quidem Menas, & erat genere Atheniensis, & vnus ex senatu, & ex Græcorum processerat disciplina: vt qui cum in alia esset doctrina summe exercitatus, tum etiam in arte rhethorica, quæ in disceptationibus versatur & contentionibus, erat inexpugnabilis: & vt paucis dicam, ad dicendum quidem erat promptissimus, ad audiendum vero prudentissimus: tunc autem celabat religionem, & occulte sectabatur res Christianorum: vsque ad hoc tempus autem se simulabat sequi voluntatem Imperatoris. Verebatur enim, quoniam sunt certamina periculosa, sua sponte venire ad martyrium. Atque Imperator quidem maxima celeritate eum mittit Alexandriam, vt rerum quidem ciuilium componat controuersias, & eos conciliet, qui propter eas processerunt ad seditiones: maxime vero & præcipue, vt zelo patriæ religionis, & dicendi arte, & animi celsitudine, Christi prædicationē expelleret è ciuitate, & rursus imperatoriā doceret religioné, eos subiūgés, qui illā abiurauerāt.

Menas senator & egregie doctus orator, occulte vero Christianus.

Is sedat tumultus Alexandrinos.

IV. ILLE autem potestatem & tantarum rerum molem suscipiens, cum breui tempore fuisset in ciuitate, attis necessitate & ingenij præstantia controuersias facile composuit: & ciuibus quidem antiquam pacem, ciuitati vero potentiam & tranquillitatem omnino restituit, adeo vt raro quidē tribunali, plagis autem ne semel quidem opus fuerit. Cum autem in aliis quidem vidisset conuenire ciuitatem, in noui vero dogmatis sententia nondum conuenire, & omnia sigillatim scripsisset ad Imperatorem, conuersus est ipse ad prædicationem: & intelligens esse facile, si modo velit, totam per se ciuitatem conuertere ad veram religionem: & quod si in alio quidem tempore subisset martyrium, pro se solum accepisset coronam: hodie autem pro iis, qui decertant, accipiet mercedem: intuens ad coronas, statuit & magis arguere deceptionem, & traducere ciuitatem ab errore gentilium, & persuadere omnibus, vt discant pietatem, & seipsum reddere manifestum, & certaminum occasiones ipse tanquam ansas præbere aliis. Quoniam vero perspiciebat multitudinem nequaquam quidem nudas admittere adhortationes, sed eas potius habere suspectas: facilius autem capi à fide, quæ proficiscitur ex operibus, pauca docens, idque solum, quando videbat interrogantes, & cupientes discere: magna ex parte autem eos per signa inducens, adeo breui ad eam, quæ latebat, traduxit veritatem, vt fuerint omnes parati dæmonum statuas & aras deiicere: &, si quando liceret, pro Christo pati mortem prompto & alacri animo. Nam cum ille quidem cum rebus publicis ipso quoque dignitatis fastu exutus, totum forum obiret honesto & moderato incessu, & totus quoque fere populus ipsum consequeretur, propter reuerentiam magistratus & signorum & curationum: accideret autem forte fortuna, vt ipse incideret in ægrotos, aut illis occurreret, quibus erat corpus aliqua parte mutilum, ille quidem protinus cernebatur animo perturbatus, &

Vide Baro. an. 307.

Conuertit Alexandrinos ad Christum.

manus

Multos curat languidos signo Crucis, &c.

manus eis imponebat, & Christum inuocabat, & signo Crucis obsignabat. Illi vero cum essent claudi, statim saltabant omnibus videntibus: surdi autem & cæci, protinus videbant & audiebant, mutique loquebantur, & dæmoniaci curabantur.

Cvm hæc ergo fierent, & precaretur quidem beatus Menas: ad inuocationes autem concurrerent omne ge- V.
nus miracula, (manifestum enim erat iis, qui simul aderant, quis solum nominatus faceret miracula, & quod non esset alius, nisi Christus Deus) erumpens repente vniuersa ciuitas à maiorum, in qua enutriti fuerant, deceptione, & patrios quidem deos multum ludificans, multa vero dicens aduersus Imperatorem, & grauissime execrans iam eos, qui colunt, quam ea quæ coluntur, & toto animo abiurans parentum impietatem, à martyris lingua & mente omnes simul pependerunt, & sua ei anima adhæserunt, sacras voces arbitrantes, & verba vitæ, illius solius verba ignorantibus, paucis ad signa confluentibus, & ad agnitionem eorum obsurdescentibus. Quinam autem erant isti? ij, à quibus magni quidem fiebat festum dæmonum, quod peragebatur ad aras, propter commessationem, & ebrietatem, & cubilia, & intemperantiam: contemptui vero habebantur res honestæ & venerandæ Christianorum, propter vitam continentem & impatibilem, & quæ erat cum corpore, vitam incorpoream. Cum autem isti tenebrarum filij & interitus, derelictum errorem & suorum simulacrorum dedecus non ferentes, sanctum quærerent vlcisci pro facta eis iniuria, & populum pro eius in deos contumelia, cauerent autem imperum multitudinis, hæc quoque clam referunt ad Imperatorem. Vt vero eius iram maxime accenderent, & ad pœnas sumendas eum totum inducerent, & à dubitatione & ira obsessum, efficerent celerem vltorem audacis facinoris, hoc nomen Galilæus, seminarunt per totam epistolam: eiusque dominatus, & deorum contemptionem & abolitionem: & aduersus ambos scommata & irrisionem, & vniuersam ciuitatis defectionem.

Nota quib. Christi doctrina displiceat.

Accusatur S. Menas apud Imperatorem. Vide Baro. vbi sup.

Maximinvs autem statim eis lectis literis, pudore & dolore fuit repletus. Dolebat enim propter damnum VI.
ciuitatis, cum considerasset, quam mutilatum sibi esset imperium, & quanta pars potestatis esset sibi ablata: Pudore vero afficiebatur, videns se esse victum, & suos deos esse affectos contumelia. Cum autem præ se tulisset eam, quæ ipsum inuaserat, animi perturbationem, & vultus tristitiam, esse solummodo intensam cogitationem, & eius quod expediebat, meditationem, quoniam huic tempestati diu non potuit resistere, fit protinus manifestus & arguitur abanimi perturbatione, & aperte erumpit in iram. Cum itaque multis maledictis Christum esset insectatus, & beatum Menam condemnasset etiam: & adiecisset, fieri quidem non posse, vt homines hominem discernant: peccare autem peccatum minime ignoscendum eos, qui cum nihil habeant, cuius in simulent benefactores, efficiunt vt illorum in eis spes cernatur inanis: surrexit, interim iterum vrgentium prætermissa solutione. Mane autem die sequenti conuocatis magistratibus, cum communiter cum eis considerasset, & vidisset omnes consentientes in quendam Hermogenem, virum quidem honestum & clarum, & alioqui non malum, (erat enim temperans & bonus in pauperes, &, vt dicit Apostolus, legem non habens, natura faciebat, quæ sunt legis: ignorabat vero tunc Christi virtutem, & nec eius erat baptismo consummatus: etiamsi imprudens ingrediebatur via, quæ est ex Christo: & erat quidem eius ouis, sed non signata: & coniunctionis ac familiaritatis nondum acceperat signaculum) Cum ergo hæc ei adessent, & esset quidem ipse quoque genere Atheniensis, & in Græca eruditione summe exercitatus, tam experientia, quam natura valeret prudentia: & ad dicendum ita accederet, vt videretur ad hoc venire meditatus: & ideo censeretur esse aptius implicatis & perplexis, quæ tunc orta erant, negociis, & ad eum adiecit animum Imperator: & cum vidisset vniuersum ad hoc consensisse senatum, statim quidem tanquam probri & ignominiæ causa vel absentem beatum Menam remouit à rectione: misit autem Hermogenem, qui tunc erat Præfectus vrbis, iubens eum & magnum Menam examinare, & ciuitatem ab errore, vt ei quidem videbatur, liberare: non modica quidem ei data manu ex Byzantio, quæ cum eo versaretur, & maiore ex Alexandria, quæ ei inseruiret.

Maximinus Christum proscindit.

Rom. 2. Multę Christi oues necdū signatæ.

Hermogenes vir egregius, mittitur ab eo Alexandriam.

Visio eius.

Hermogenes ergo iam nauigans in Ægyptum, cum vndique circumflueret ministris & satellitibus, videt VII.
tres viros luminosos, ei dicentes: Vide, Hermogenes, quod nec breue quidem studium Deus despicit. Cum ille autem interrogasset, Et quod est hoc breue studium? Imperfectum tuum, dixerunt, suscipiens propositum, viam tuam, quæ ad multorum spectabat naufragium, effecit tibi gloriæ conciliatricem, & honorum immortalium. Vide ergo, vt hæc bona nuncia apud te conserues, & ne ea mandes obliuioni: etenim per hoc tuum iter, mox habebis verum Regem & æternum. Porro autem à nobis quoque ipsis cum virum consequeris, per quem & huic beato Regi has amicus, & eum accipias profectum, quem qui hodie regnat, tibi dare non potest. Cum vero ad extremum galli cantum nox iam peruenisset, excusso simul somno, &, quam ex nocturna visione acceperat, perturbatione, non valens conijcere ea, quæ visa fuerant, suspicatus est solummodo somnium esse visionem illam, quod illi nec opinatam è vestigio rerum annunciabat mutationem, & gloriam forrasse constantiorem quidem, sed tamen terrenam. Cum autem paucis post diebus longam illam confecisset nauigationem, & placido fluctu in portum appulisset Alexandriæ, descendit de naui, & continuo se totum dedebat exequendis Imperatoris monitis atque iussis. Nam cum Imperator quidem multa præfecto mandasset aduersus beatum Menam: ei vero vniuersa ciuitas obuiam processisset in litore: tympana autem & laudes & tubæ in occursu circumsonarent: & vna vox esset laudantium, eum extollens, qui missus fuerat ab Imperatore, cum ipse Præfectus suos tanquam in phalangis ordinem direxisset satellites, & iussisset præcedere lictores & apparitores, cum tanto stupore & admiratione omnium ascendit in ciuitatem, cum quanta iis, qui tunc erant, potuisset videri vel ipsam terram mouere. & negociorum meditatione, & in rebus omnibus studio diligentissimo, constantique & inflexibili habitu animi, sperans se & ab Imperatore mandatum honorem recte administraturum, & eorum, qui non erant firmi, gressus supplantaturum.

Intrat Alexandriam cū multo satellitio.

Cvm autem vespere solus per se esset, dimissa turba, quæ eum deduxerat, animaduertens magnus Menas, quod VIII.
cum seorsum quidem sunt homines, & maxime viri clari & insignes, ferunt reprehensiones, & cum ea, quæ eis sæpe visa fuerant, refelluntur, sustinent: in concione vero & congregata multitudine, ægre ferunt se redargui, & constanter permanent in iis, quæ sibi visa fuerint. Hoc ille optime considerans, & quod eruditissimus quidem vir erat Hermogenes, nondum autem poterat comprehendere tantam dogmatis altitudinem: & quod si sic ascenderet tribunal, cum de pietatis institutione nihil antea audiuisset, non prius discussis malis, quas anticipauerat, notionibus, dicendi scientia & vehemens ingenium, & contentio animi, ingentes spiritus excitante authoritate magistratus, non solum erunt impedimento ad tradendam pietatem, sed satis etiam erant ad tantam corrumpendam ciuitatem, quæ in fide nuper est plantata, & ad eius pia euellenda semina: moderato & honesto habitu ingreditur ad Præfectum. Quem cum compellasset, dixit: Gratia vni & magno Deo: eius enim, vt videtur, prouidentia nunc primum tu excelsus & clarus, magna illa & prima regia vrbe relicta, ad hanc vltimam & paruam accessisti: & cum iam esset sanctus de pietate sermonem inchoaturus, vel potius malas de Deo anticipatas notiones prius labefactaturus, Præfectus cum & vnum Deum audiuisset, & ne à calumniatoribus vocaretur in inuidiam, vt qui admitteret inimicos Imperatoris, & eos sermone impertiret, & alioqui morum grauitate, & in sanctum acerbitate, Imperatoris captans beneuolentiam, & ad emolumenta adspirans, interrupto sermone, eum iubet comprehendi & conseruari in custodia, tantum dicens assistentibus, Si veneris dicras crastinus, sciet hic solidus myita Galilæi, qualis ego sum amicus inimicis Imperatorum & deorum, & an sit vnus Deus, an multi.

Magna sancti Menæ prouidentia.

S. Menas ad eum venit.

Sed ab illo iubetur abduci in carcerem.

Crastino

IX. CRASTINO autem die ei propoſito tribunali, & ſpectante toto populo, & aſſiſtentibus ſatellitibus, ipſe præſidens, iuſſit ſanctum aſſiſtere. Cum hoc autem factum eſſet, & læto vultu & interrito animo martyr adſtitiſſet, dixit Præfectus: Æquum eſt, ô Mena, omnem hominem honorare Reges, & Regum deos colere, & præterea grato eſſe animo in benefactores: aut ipſe aperte doce, quid ad hæc facere oporteat. Sanctus vero, Eatenus, inquit, ô Præfecte, grato eſſe animo oportet in benefactores, quatenus & ei, qui eſt gratus, & ei in quem hoc fit, id fuerit vtile. Quando autem contra magnum vtriſque affert damnum, tunc oportet reiecta ea, quæ eſt cum damno, beneuolentia, ea præferre quæ conferunt. Reges vero honorare quidem ſanctum eſt propter poteſtatem & principatum. Quando autem ij non ſunt recte & ſane affecti in Deum, qui eſt primus principatus, neque ei, vt par eſt, honorem tribuerint, non dixerim eos eſſe honorandos. Quinetiam eorum dij non ſunt temere colendi, niſi prius examinauerimus, an vere poſſint quæcunque oportet Deum poſſe: & num, cum & ortum habeant & principium, fine quoque careant & ſint immortales. Sin autem eis horum deſit aliquid, eos quidem oportet deſpicere. Quomodo enim fuerit Deus imperfectus: feruenti autem deſiderio & mundo corde quærendus eſt Deus, qui eſt vere Deus.

Siſtitur ad tribunal.

Reges quādo honorādi & quando non.

X. EGO igitur, vt ipſe ſcis, ô Præfecte, cum & eſſem Athenienſis, & patriam legem iamdiu honorarem, & in tenera adhuc ætate amiſſis parentibus eſſem neſcio quomodo ſtudioſus & valde laborioſus, ſtatui percurrere omnem Græcorum fabuloſam doctrinam. Hoc vero à me breui eſt confectum, omnemque eorum ſcientiam & artem accurate percurri. Cum vix tandem autem accepiſſem, eſſe apud Chriſtianos quoque quaſdam ſcripturas, fuit mihi ſtudio eas legere. Cum vero legiſſem, animaduertebam in eis tantam latere vtilitatem, quanta nec dici quidem poteſt: & eas conferens cum Græca diſciplina, inueniebam magnam differentiam, eaſque inter ſe pugnare, quaſi ex diametro. In illis quidem virtutem & veritatem, in hac autem errorem & improbitatem. Nam quæ ſunt apud Chriſtianos quidem ſcripturæ, inducunt Chriſti virtutes Deo conuenientes, & alioqui ſimplices, diuinæque naturæ, & ſibi conſequentes: Græcorum autem ſcripturæ, inducunt Deum præditum humanis affectionibus & perturbationibus: & ſunt quidem plenæ mendacio, plenæ etiam turbulentis animi motibus: repletæ quoque intemperantia & immoderatione, habentes deos inter ſe pugnantes, victoſque & ſauciatos ab hominibus, in quos cadit interitus: & innumerabilibus aliis malis refertæ & fabulis. Et vt ſemel dicam, illarum quidem finis eſt ſalus, ex veri cognitione: harum autem apertus interitus, & deductio ad turpes probroſaſque affectiones, & inuentionem erroris. Quamuis vero ita ſe habeant ſcripturæ Chriſtianorum, non continuo decreui eas ſequi: ſed etiam Chriſti virtutis quærebam experientiam, vt facto doceret veritatem: & cum incidiſſem in quendam, cui erant mutila membra corporis, & cum hoc dixiſſem eſſe bonæ fortunæ, inueni verbis diuinis factam quoque eſſe conſequens. Poſtquam ergo ſolum Chriſti nomen dixiſſem ſuper illa membra mutilata, illa, protinus amiſſa mutilatione, perinde ac rurſus transformata, ad eam, quæ erat in principio, traducta ſunt ſanitatem. Cum ergo re ipſa & facto agnouiſſem opificem, & Græcorum ac gentilium abiuraſſem vanitatem, baptizatus ſum, & me ſoli Chriſto dedicaui. Ab illo autem tempore in hodiernum vſque diem, ô Præfecte, morbos difficiles, & affectiones incurabiles, & quas ſolus poterat curare Deus, cito & facile curo, ſolum Chriſti nomen inuocans. Eorum vero, quæ dico, teſtis eſt mihi vniuerſus populus, & hoc quod circumſiſtit theatrū: nec poteſt dicere hęc eſſe falſa, & verba inania. Nā nūc quoq; licet ea, quę dicūtur, facto ipſo cōprobare.

Chriſti doctrina lōge diuerſa à Philoſophica.

Refert S. Menas Hermogeni conuerſionis ſuę modum & ordinem.

Menas vt cognouerit Deum, & baptizatus ſit.

XI. CVM ſic veritatem aperte explicauiſſet martyr, totus populus & vniuerſum theatrum ab hora tertia vſque ad ſeptimam, à lingua martyris quodammodo dependebant, & illius magis ſermonem deſiderabant, quam contumeliam. Et poſtremo cum vidiſſent ipſum ſimul & deos Imperatoris refelliſſe & arguiſſe, & verum Deum demonſtraſſe, & ſimul illos producere teſtes ſuorum miraculorum, vno ore omnes: Ne labores, dicebant, ô bone Præfecte. Nam nos ipſi fuimus teſtes prodigiorum: ipſi fructum ſenſimus eius miraculorum. Nullum ſerpit mendacium, neque vlla fraus ſubeſt in iis, quæ ab ipſo fiunt: cognouiſſes ipſe quoque veritatem, ſi ſimul adfuiſſes, & quod non oportet alium exiſtimare & adorare Deum, quam eius Deum. Reueritus autem Præfectus ciuitatis fidentiam, & loquendi libertatem, & videns omnem fere populum ad Chriſtum declinaſſe, & iuiſſe in athletæ ſententiam, & ſeruare, ne quid noui in eum audeatur: & partim quidem non potens dicere contra veritatem, partim vero etiam erubeſcens eum punire, qui veritatis verbum tam recte tractabat, vt omnes qui aderant, ei parerent & crederent, perturbatione plenus & triſtitia, iubet ſanctum rurſus includi. Surrexit ergo protinus à tribunali, & dimiſit theatrum: & à certamine ſimul effluxit populus, & vniuerſum theatrum: & eorum omnium emanabat quidam ſuſurrus, martyrem laudibus proſequentium. Atque ſanctus quidem erat incluſus: linguam autem ne ſic quidem habebat tacentem, & ab hymnis in Chriſtum abſtinentem. Liberaſti nos Domine ab affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, pudore affeciſti. Aperuiſti in parabolis os noſtrum, & locuti ſumus propoſitiones ab initio.

Menas in cuſtodiam reducitur.

Pſal. 43.

Pſal. 77.

XII. PRÆFECTVS autem reputans, quantum ex prima quidem experientia eum condemnaſſet ciuitas, quantum vero ſit eum etiam condemnaturus Imperator, cum acceperit, & non parum ſe affligens, propemodum ſibi indicebat inediam. Cum tamen apud ſe cogitaret ſomnia, & tota nocte ea mente verſaret, poſtquam illuxit, audiuit vero congregatum rurſus eſſe theatrum, & heſternam ſuperare hominum frequentiam deſiderio communis in dicendo contentionis, & athletæ probabilitatis, reliquarum rerum curam dicens eſſe poſthabendam, ſedit in tribunali: circumſiſtebant omnes ſatellites attoniti, & ſubuciebatur eius oculis quodlibet inſtrumentum factum ad torquendos homines (ita enim iuſſerat Hermogenes, vt metum afferret martyri). Poſtquam ergo hæc facta ſunt, & introductus eſt ſanctus vinctus funibus, dicit Præfectus: Dic mihi tu exeerande: Quanam fortuna fretus, eo proceſſiſti audaciæ, vt populo quidem perſuaderes, vt à poteſtate deficeret Imperatoris: impudenter autem diis detraheret, & tuam teneret ſententiam, & ſic repente tuæ linguæ mentique adhæreſceret: & conuictus es criminis peregrinæ à te introductæ religionis, & affectatæ tyrannidis? Ad hæc ſanctus: Quod tyrannidem quidem, inquit, non affectem, moderatus hic, in quo me inueniſti, habitus ante me pro me reſpondit. Populum vero non ipſe perſuaſi deficere, ſed zelus Dei, qui per ſigna ab eis fuit agnitus. De tuis autem & Imperatoris diis male dixi, quod oportet omnem hominem, cum ratione & iudicio falſum deprehenderit, ipſum quidem exeerari, adorare autem veritatem. Veritas vero, ô Præfecte, apud homines, de qua non eſt dubitandum, eſt ipſe Chriſtus.

Siſtitur coram Hermogene.

Veritas adoranda, quę eſt Chriſtus

XIII. PRÆFECTVS vero dixit: Hoc tibi ita videtur, ô demens. Quod enim non oportet colere & adorare Crucifixum, & quod nugæ erant & inanes ſermones, quæcunque à te heri dicta ſunt, ex hoc patebit. Quando enim, cum ego aliquod tuum membrum exſecuero, aut exuſſero, tu qui Chriſtum adoras, non potueris id reſtituere, quomodo hæc viſus fueris aliis re vera dediſſe, quæ non potuiſti tibi ipſi largiri? Ad hoc annuit vniuerſus populus. Sanctus vero dixit: Opto, ô Præfecte, vt tu in me Chriſti facias periculum. Confido enim fore, vt ea depoſita, quam nunc ſuſtines, dignitate, ipſe quoque cernaris vnus ex iis, quibus Chriſtus imperat. Præfectus itaque & ſuam volens iram vlciſci: ſperans autem fore, vt propter ea, quæ dixerat, ſanctum in omnibus conuinceret, iubet carnoſam illam partem plantæ pedum, ſuper quam collocata eſt vtraque baſis, gladiis excoriari, & ſic denudatis oſſibus, ſtare ipſum ad rogata de diis ei proponenda: vt ſic maxime laborum dolorumque acerbitate perculſus, ad danda reſponſa & ſoluendas quæſtiones facile impediretur. Sanctus autem, cum ei immiſericorditer caro gladiis ſcinderetur, & vniuerſæ, quæ circuncirca ſitæ erant, venæ ei rumperentur, & quicunque nerui motum adminiſtrantes congenerati erant, diuellerentur

Vide crudele ſupplicij genus.

parum

parum qu[illegible] ing[illegible] ebat, gratia quodammodo c[illegible] & at[illegible] p[illegible]bant, q[illegible] te occatione [illegible]. [illegible] enim fructus laborum, [illegible] coronæ. Si enim fort[illegible] gerebat aduersus dolore[illegible] magna [illegible] esset, [illegible] ipsum sustentaret, & leuaret sensum dolorum. Postquam [illegible] extens[illegible] s, [illegible] tectus super sola ossa. Pes m[illegible], p[illegible] erat in [illegible] Domine. Effluebat a[illegible] m vndique ex eius vestigiis magna v[illegible] sanguinis. & ipse quid[illegible] hab[illegible]bat [illegible] vero & vig[illegible]ntem habebat animam aduersus pericula: liberam autem linguam ad [illegible] ndum, quam p[illegible]tus. Nullum a[illegible] cum omnino tenebat instrumentum tormentorum. Statim ergo man[illegible] theatrum, tanquam parta v[illegible] ia.

Marginal note: [illegible] 25.

PRAEFECTVS autem simul & cogitans vitare reprehensiones, & aduersarium reddere veluti inermem & inutilem, iubet ei [illegible] am[illegible] linguam ex ipso gutture. Sanctus vero, Etiamsi, inquit, extinx[illegible]ris pupillas [illegible] oculorum, ne sic quidem ego offendam. Est enim lucerna me[illegible] pedibus lex Christi. Confido autem, d[illegible], quod postquam ipsi l[illegible]guam amisero, tunc tu linguam suscipies, clara voce canentem Christi magnalia. Postquam vero quadam machina & studio lictorum, lingua martyri crudeliter euulsa fuit ex ore sacro, & ipsi ferri aciem [illegible] n[illegible]icientes, eam [illegible] excindebant, patiebatur vir generosus, & angore plenus erat eius animus. Fortem tamen [illegible] præbebat, & ad Christum totam suam dirigebat cogitationem. Postquam autem finem accepit tormentum, d[illegible] quidem erat sancto robur corporis: ipse vero Christi desiderio animo confirmatu[illegible], sensim sublato capite, & mul[illegible] sanguinem [illegible] expuens, & defluxionibus totus effectus purpureus, confidenter omne[illegible] fixis adspiciebat ocul[illegible] & nutu Præfecto su[illegible] in rebus asperis animum, & populo suam significabat fortitudinem: & se non modo non cede[illegible], [illegible]d c[illegible]m rem [illegible] dei [illegible] putare, & mortem [illegible]. Præfectus aut[illegible] in furore conceptus, quod etiam [illegible] com, populum suis nutibus testem faceret suæ magni animi virtutis, iussit protinus eius quoque excindi oculos. Postquam vero ministri ad hoc magnam adhibuere diligentiam, & statim, nulla communi[illegible] naturæ moti misericordia [illegible]nentes athletam, crudeliter eius sacros effodiebant oculos dolentis quidem, (Quidni enim?) & significan[illegible] h[illegible] næ naturæ imbecillitatem: ferentis autem hoc quoque fortiter, & caput, quoties id ab eis permittebatur, inclinantis, & quodammodo Domino gratias agentis, quod tali a[illegible] bona conf[illegible] qui dignus habitus! Præfectus repente an[illegible] affectus & tr[illegible] ob ea, quæ videbat, cum hoc solum dixisset, Cras [illegible] liquum corpori[illegible] erit tradendum auibus, vt nu[illegible] ad memoriam superstites reliquiæ, & cum sic iussisset seruari, surrexit è tribunali. XIV

Marginal notes: [illegible] lit. — [illegible] su- [illegible] martyri [illegible] euulsam. — Oculi quoque effodiuntur

MILITES vero sanctum adhuc modicum spirantem abducunt, & conuciunt in carcerem. Noctu autem hora circiter tertia, cum quasi fulgur illustrasset carcerem, accedit Christus ad locum, in quo proiectus fuerat sanctus: & primum quidem eum complet fiducia & animi alacritate: Deinde linguam quoque & oculo[illegible] reformat, vt prius. Deinde cum p[illegible] quoque sanasset, & vt semel dicam, cum veluti mortuum totum denuo viuificasset, Attende, inquit, tibi ipsi o Mena. Ego enim, inquit, sum Iesus Christus, propter quem es passus, qui neque prius a te aberam, neque long[illegible] a tuis certaminibus: sed expectabam, vt tuus in me amor cognosceretur à magistratibus & po[illegible]tibus. Quoniam autem est cognitus, de cætero ero tecum, aperte te defendens. Hermogenem autem Præfectum, qui meo est infestus nomini, eras quidem habebis supplicem, paulopost etiam socium certaminis, vt tibi erit manifestum, & qui pro me vna tecum feret testimonium, promptoque & alacri animo tecum patietur, & simul coronabitur. Est enim me[illegible] d[illegible]g[illegible]um clementia, propter ignorationem, eius in cognitione bonitatem, & bonorum operum effectionem prætermittere. Hæc cum dixisset, & sanct[illegible] m ei [illegible]sset Spiritum, eum repleuit omni lætitia. XV

Marginal notes: Christus ei apparens, totum illum sanat — Christus ei suum [illegible] spiritum

PRAEFECTVS autem quoniam & ipse erat solerti ingenio, & vir bonus: & beatum quidem Menam sciebat esse & doctum, & genere clarum, & ex eadem præterea ortum patria, media nocte cum somnum excussisset, & [illegible] ta, quæ te[illegible]bras o[illegible]du[illegible]nt, ad se reduxisset, & animo reputasset, qualia quidem sancto Menæ intulisset supplicia: quanta vero ipse contra attulisset fortitudinem & animi constantiam, nihil quod pusillum & abiectum ostenderet animum, aut passus, aut locutus: & quod is periisset, cuius sapientiæ & studio sunt omnes inferiores, (cum enim iam existimabat mortuum, vt qui ad tanta non [illegible] cisset supplicia) & seipsum damnans, quod non blanditiis eum potius induxerit (bene enim actum esset, si vel sic eum cepisset) oculos suffundit lachrymis, & deplorat iacturam. Decernit ergo veluti viri tantam recreaturus virtutem, cum nunc surrexisset, illius corpus publice honorare, vt mortuos honorant qui sunt eis proximi genere: & sic martyri pro iniuria, quam ei fecerat, satisfacere. Orto autem iam die, quoniam erat theatrum plenum Alexandrinis, (fuerat enim congregatum à præconibus, cum sic iussisset Præfectus) prætendens ipse, iussit maximo honore è carcere ad tribunal deferri corpus martyris. XVI

Marginal note: Dolet Hermogenes, quod S. martyri tam crudelia intulisset supplicia.

CVM vero qui missi erant, ingressi fuissent carcerem, viderunt miraculum, quod erat superius ratione & cogitatione: luce quidem plenum, obscurum alioqui carcerem: duos autem viros, quorum forma non potest verbis exprimi, qui assistebant quidem tanquam satellites: vt milites vero, erant parati ad defendendum: Martyrem autem non solum viuum, & conseruantem illæsam corporis integritatem: sed placide etiam intuentem, & linguam mouentem, & iucunde psallentem. Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es Domine. Protinus ergo visione obstupefacti, stetere muti. Cum breui autem perspexissent non esse tandem & somnium ea, quæ videntur, sed vigiliam & veritatem, & diuinam quandam potestatem, mutati exclamauerunt: Magnus Deus Christianorum. Protinus ergo procul abiectis illis entibus militaribus, iudicis autem iam nihili facientes, & Præsides quidem ac Præfectos damnantes: damnantes vero etiam ipsum Imperatorem, crediderunt in Christum, & statuerunt deinceps manere apud sanctum. Cum autem ex eo contigisset diutius tardare milites: desiderabat autem ciuitas quidem videre corpus fortissimi athletæ: videre vero etiam, quid esset euenturum, stabat theatrum, aduersus ipsum Præfectum & milites indignans & tumultuans. Præfectus autem volens gratificari populo, postquam cognouit nihil aliud esse, quod eis afferret molestiam, nisi militum moram diuturniorem, pluribus aliis diligentioribus militibus iubet, vt afferant martyrem. Cum autem illi ipsi quoque venissent in carcerem, & illas res omnes vidissent admirabiles: audiuissent vero martyrem apertissime & expeditissime disserentem, & linguam dulciter mouentem: Viderunt autem milites quoque ei, tanquam Deo alicui animum adhibentes, admiratione pleni & spectaculo propemodum resoluti, ipsi quoque statim cognouerunt rem esse diuinæ virtutis, & toto animo crediderunt, nihil Præfecti curantes potestatem, & reliquis accesserunt. XVII

Marginal notes: In carcere lucé duos Angelos conspiciunt satellites Præfecti. — Psal. 22. — Credunt in Christum. — Alij quoq. milites credunt.

SANCTVS vero postquam audiuit à militibus, iam totam adesse ciuitatem, magnificientem eum videre, & paratos esse omnes credere illius Deo, si, quæ in eum facta sunt, viderint miracula: nihil cunctatus egreditur, habens etiam simul cum eo futuros milites. Cum autem eum ad theatrum accedentem vidit populus adeo sanum & integrum, atque si nihil asperum & molestum esset passus: audiuit vero eum quoque canentem: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: simulatum & scenicum quendam [illegible] actum suspicabantur ea, quæ vide[illegible]tur. Postquam autem curiosius oculos conuicientes, agnouerunt illum esse Menam, oculis videntem, & lingua [illegible]tem, & ingredientem pedibus, statim omnes vna voce: Fortis fuit, dixerunt, fortis fuit Christi virtus, etiam adue[illegible] ipsam mortem. Felix ciuitas Alexandrina, quæ per vnum hunc virum hodie tantam fraudem deprehendit, & pu[illegible] didicit veritatem. Dei filius citra controuersiam est hæc potestas & virtus. Gloriare, ô orator, athleta veri Dei & [illegible]uat[illegible] XVIII

Marginal notes: Psal. 26. — Populus Alexandrinus mirè celebrat Christi virtutem.

uatoris, gloriar. Præfectus autem obstupefactus rei nouitate & admirabilitate, & veritus, ne præter spem aliquid noui faceret cogitaret theatrum, statuit surgere. Postquam vero vidit totum populum ferri quodam magno motu & impetu, audiuit omnes clamantes: Mane, ô venerande Præfecte. Noli inuidere tantæ ciuitati rem maximam, nempe vt verum Deum agnoscat hodie, & recta ingrediatur ad lucem veritatis: ipse quoq; totus versatur in contemplanda te admirabili, quę acciderat martyri, & populo denunciat silentium. Cum autem sanctum iussisset ad se venire, vbi proxime fuit, eum animaduertit & cognouit. Nam ei quidem antea videbantur somnia ea, quæ apparebant, vt qui Christi nondum habuisset experientiam. Postquam autem & qui aderant lictores, & omnis alia satellitum caterua, quin etiam ipse Præfectus, proprijs manibus singula examinantes, cui contradici non potest, fidem cognouere miraculi, tunc omnes circunsistentes, & ipse quoque Præfectus obmutuit.

XIX. CVM autem permultum transijsset temporis, multum vero stuporis excussisset Præfectus, & ad se redijsset, dixit sancto: Dic mihi ô homo vere per Deum tuum. Quid hæc sibi volunt? & quæ hæc sunt, quæ videntur admirabiliter & præter opinionem? Potest enim hæc Deus solus facere, & non alius. Sanctus autem cum breui & principij expers Dei principium eos, qui aderant, docuisset, & quam esset Crux necessaria & maxime salutaris, esset elocutus, & ad summam, vniuersum susceptæ carnis œconomiæ explicasset mysterium, subiunxit in fine: Deus ergo, ô Præfecte, cum sit bonus atque benignus, & propter salutem hominum in terram descenderit, nullum vult omnino perire ex omnibus, & à bonis æternis excidere: sed quomodo mater post partum omnino quidem curam gerit filij: sustinet autem, propterea quod sit imperfectus, eius etiam contumelias, non ideo male volens infanti: (vincitur enim à visceribus, & valde potius cupit videre eum, cum peruenerit ad perfectionem, gloria aliqua & splendore insignem) ita etiam Deus nostri quidem curam gerit post creationem, & tanquam pater sustinet ea, quæ in ipsum admittuntur delicta propter ignorationem: & à suis potius victus visceribus, beneuole se gerit & clementer: nihil aliud desiderans, quam vt eius gloriam consequamur, cum in virum perfectum creuerimus ad mensuram ætatis spiritalis, sicut nos docet Paulus, plenitudinis ipsius Christi. Postquam ergo vidit vos Seruator à dæmonibus infestatos, tarde venire ad eius cognitionem, & ad æmulationem ipsum prouocantes in non deis, & ad iram concitantes in vestris simulacris, & non formidantes eius vires & potentiam, vestri curam gerens tanquam filiorum, in me hodie conuicit, & errorem vestrorum cultuum, & zelum qui non est ex cognitione, vt ipsi quoq; præsentes mihi confitemini. Discat ergo vnusquisque vestrum, in me Christi reputans potentiam, quod homo, qui iam spectabam ad senectutem, & magnam quidem corporis partem, omnes autem vires tormentis amiseram, & perinde ac mortuus eram coniectus in carcerem, adsum nunc coram vobis integer, illæsus, nihil diminutus, tanquam rursus in lucem editus, & iterum natus valentior, & si quis velit inuenire eum, qui est vere Deus, cum agnouerit eum, qui mihi hodie dedit linguam, & pedes, & oculos, eum quoque esse credat, qui ab initio & alia, ipsam lucem, & rationem, & motum rebus donauit mobilibus. Cum his ergo intelligens, ô Præfecte, ne sustineas ignorare eum, qui tui curam gerit, & tuam expectat conuersionem. Oportet enim te quoq; ipsum ad Christum accedere, sicut etiam ab ipso mihi fuit significatum. Lætare autem, quod ad bonum & æternum sis Regem accersitus, & ad martyrij stadium te mecum exutus.

Menas docet Hermogenem & alios, quæ nostræ fidei sunt.

Ephes. 4.

Præclara sunt hæc Christi miracula.

XX. PRÆFECTVS autem, vt qui bonam haberet animam & gratiæ capacem, maxime vero cum etiam gratia eius animæ oculos attigisset, cœpit intelligere, & partim quidem ex verbis, partim autem etiam ex miraculo, verum Deum & splendorem pietatis paulatim admittere. Coniectans vero eam quoq; quam prius in nauigando adspexerat visionem, & quemadmodum Deus, qui apparuerat, valeret cum connumerari, cum suis ministris & amicis, lætabatur quidem tanquam de re magna: dubitabat autem, quemadmodum qui tanto tempore errori adhæserat, repente dignus fuerit habitus, qui tali Deo fieret familiaris. Cum ergo hæc apud se versaret, diuina gratia eum adhuc magis vocans ad agnitionem, ei illustriora præbet signa veritatis: & videt ille cum quibusdam paucis, duos viros sanctum circunsistentes, fulguri forma similes, alatosq; & ij qui videbant, magnum afferentes terrorem, vt qui essent parati ad eum defendendum: caput autem corona redimibant. Postquam vero alijs quoq; communicauit id, quod cernebat, & inuenit eos eandem, quam ipse adspexerat, vidisse visionem, cum nihil esset quod dubitaret, constitit repente, cum è sede exilijsset, & clamauit ad populum: Est hic reuera veri Dei famulus, manu sanctum ostendens: & magnus est is, quem nos docet colere Deum verum: qui adeo quidem admirabiliter & contra opinionem proprios refringit athletas: è cœlis autem eis, vt videtis, tribuit victorias: & intelligentem eis opem ferens, eos defendit. Imprudens vero ceram malis deditus dæmonibus, & volebam idipsum vobis persuadere, qui recte Christo volebatis parere.

Visio Hermogenis.

Hermogenes diuinitus illuminatus, credit in Christum.

XXI. HÆC dicens, paratus quidem erat currere, & prensare pedes martyris: diu autem eum retinuit terror & spectaculum Angelorum. Atq; repente quidem euanuerunt Angeli: Ille vero accurrens, & sancti pedes apprehendens, suauiter deosculabatur, & ei dicebat: Ora vere Dei serue, ora, quæso per ipsam, quam prædicas, veritatem: Ora, vt ego quoque indignus fiam seruus, & Deo tuo seruiam. Nunc sensi ex ijs, quæ in te facta sunt, spectaculis, quibusnam vtantur satellitibus, qui germane ad Christum accedunt, & videntiam eis & quales sint laborum remunerationes: & quod sunt quibusdam alienis & terribilibus stipati satellitibus, vt tu quoque. Qui nos etiam tanquam sceleratos & profanos, visu aliquandiu repellebant & amouebant. Tandem autem visi humanitate, tua nobis cesserunt sanctitate & puritate: & vereor, ne me accedentem Christus repulerit, rogantem, & hoc magnum, & quod nostra merita superat, postulantem, vt referat in numerum infimorum suorum [illegible]orum. Verumenimuero sic quoque præclare mecum agi existimo, si talem Deum assecutus, sinam po[illegible] pristinum [illegible]ris & amentiæ.

Osculatur pedes S. Menæ.

XXII. SANCTVS autem: Bono animo esto, inquit, clarissime Præfecte: neque quicquam de clementia Dei dubitaueris. Ego enim, qui ex meipso Dei feci periculum, & scio eum esse benignum & misericordem, & qui ob vitia hominum mouetur misericordia, confido quod te non solum non repellet accedentem: sed hac etiam tua syncera suscepta fide, scripsit iam nomen tuum in libro vitæ: & quantum ego possum scire, statuit vt tu per martyrium, diuinum eius nomen mecum glorifices. Cum sic dixisset, & intellexisset populum toto die manere ieiunum, & vidisset eum stare erectum præ admiratione eorum, quæ cernebantur, & velle adhuc manere, & eius vultum cernere, & sermones audire, pollicitus eum mane affuturum, statim abijt, & dimisit theatrum. Sed Præfectus ne sic quidem sustinuit discedere à martyre: sed cum eo vocante tota nocte est versatus, accuratius per catechesim ab eo institutus in verbo veritatis. Cum autem esset mane, & tanta frequentia congregatus esset populus, vt nec eum caperet quidem locus theatri, vna vero cum Præfecto ascensurus esset sanctus in concionem, magna multitudo gentilium sancto dedita opera occurrens, tanquam vno ore, Omnes nos, dicebat, credimus Deo, qui à te prædicatur, & iam omnia negamus, & ei soli militare & seruire constituimus. Cum Deo autem gratias egisset sanctus, & laudasset multitudinem propter celerem conuersionem, & dixisset, quod nec protinus quidem credidisse cum audierint, neque esse cunctatos animo dubitantes, apud Deum caret mercede: & quod mox baptizati, futuri sint participes donorum Christi, cum vna cum Præfecto ascendisset, constitit.

Tota nocte discit a S. Mena fidē nostram.

Multi gentiles credunt.

XXIII POSTQVAM autem intuens ad populum, Deus, dixit, vos suo perficiat signaculo, & reddat sibi ad omne opus vtiles, iussit vnumquenq; rogare & discere de Deo, quod vellet. Præfectus vero cum toto populo, De tuo, inquit, Deo nulla est nobis dubitatio, ô sanctissime. Omnia aperte cognouimus, & omnibus, quæ à te dicta sunt, cre-

S didimus

Marg.: Mar. 10.

dedimus. Vnum solum petimus, vt Deo coniungamur, & familiares reddamur per baptismum. Cum itaque ... fuisse Præfectum vidisset populus: Reuera, dixerunt, non est Deus acceptor personarum, vt qui propter moderationem & curam quam gessit pauperum, reddiderit Præfecto sui cognitionem, & vero Dei cultu eum sit remuneratus. Postquam autem ex ijs, quæ circumcirca erant, ciuitatibus affuerunt Episcopi quidam pij & religiosi, qui erant omnes vndecim: quorum alij quidem solum vt viderent certamina martyrum: alij autem ideo è deserto descenderant, vt visitarent fideles, qui erant in ciuitate, & allata quoque esset aqua, cum ita iussisset sanctus, ipse sanctus cum è loco excelso descendisset, & Præfectum quidem inclinare caput Dei amantissimis fecisset Episcopis, illos vero eius capiti aquam infundere, & dicere: Suscipit lauacrum regenerationis Hermogenes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sic eum fecit baptizari coram toto populo. Eo autem nomine populus Christum multis laudibus est prosecutus.

Marg.: 11 Episcopi adsunt. Hermogenes baptizatur.

QVONIAM vero & Præfecti regeneratio cogebat festum celebrare, nec facile poterat satisfieri tantæ multitudini, tunc quidem sanctus dimittit theatrum. Deinde etiam conuersus ad Episcopos: Non iustum est, inquit, vt Ecclesia tanto viro priuetur, qui est tam studiosus, & modestus, & tam sublimi ingenio. Ea de causa propter multam in sanctum reuerentiam, cum accepissent Hermogenem nihil contradicentem, illi eum referunt in clericorum numerum. Deinde cum per ordinem ecclesiasticos omnes gradus transiuisset, eum constituunt Episcopum ciuitatis. Qui etiam cum post electionem die septimo coegisset quicquid habebat auri & aliarum facultatum, & valere iussisset delicias & lautitias, & alia quibus delectantur eorum animæ qui mundo delectantur, omnia dedit in manus pauperum. Deinde cum etiam alia omnia parui fecisset, cum vniuersa multitudine se armauit ad bellum gerendum contra dæmones, vt ... quos gerere inimicitias propter priorem vitam, & eorum errorem vehementer persequeretur, & cum breui eorum fana & aras euertisset, & simulacra deiecisset, vbique Crucem fixit. Ac in Christi nomine construxit altaria. Atque turbas quidem postea ad eius pedes procidentes, & rogantes baptizari, baptizabat, tam multos quotidie, vt nec facile posset eorum numerus comprehendi: dæmoniacos autem, aut qui ab alijs premebantur ægritudinibus, sola Christi inuocatione, repente liberabat à dæmone, & ab ægritudine: & docebat semper amplecti castitatem, & piam Dei cultum, humilitatemque & charitatem, mansuetudinemque, & nil possidendi virtutem, & cæteras similiter virtutes: seipsum proponens exemplar ijs, qui docebantur. XXIV

Marg.: Refertur in Clerum hique deinde Episcopus vt le B. Ion. ... au. 38. Vbique figit Crucem. Multa facit miracula.

CVM autem non multi dies præteriissent, & tota ciuitate in vnam conuenientem sententiam effecti sunt omnes vnius gregis Christi, vir quidam deditus falsæ religioni dæmonum, vnus ex Senatu, nomine Rusticius, ciuitati inuidens & nobis Christianis: & simul ebrietatem, qua vti solebant ad aras, & reliquam intemperantiam pluris faciens, quam eam, quæ est apud Christianos, abstinentiam & moderationem, ita vt erat ira percitus, magna celeritate currens ad Imperatorem, paucis narrat omnia: Abolitum est, dicens, omne sacrificium: contumelia est affecta deorum magnificentia: euersa sunt templa: diruta sunt omnia deorum altaria: & ad summam, refert deorum deletionem, & Præfecti mutationem: & quod Præfectus Hermogenes, vetere beneuolentia & lucro ciuili inductus ab eloquente Mena, vniuerso fere persuasit imperio, vt declinaret ad Crucifixum: & iam quidem vbique secure adoratur Christus: eum autem secuta est tota Alexandria. Hæc cum dixisset, vt eum magis prouocaret ad iracundiam, & ad pœnas de Christianis sumendas acrius irritaret, adiecit: Nisi hoc tibi magnæ fuerit curæ, & à te quidem euertantur res Christianorum, in pristinum vero statum restituantur res deorum, scio fore, vt tuum quidem imperium citissime euertatur: confirmetur autem regnum eius, qui dicitur Christus. XXV

Marg.: Nota Christianorum veterum abstinentiam.

HOC cum audiuisset Maximinus, fore quidem, vt suum corrueret imperium, Christi autem regnum erigeretur: laudato quidem & honorato Rusticio propter eos in ipsum & in deos beneuolentiam, efferatus aduersus Præfectum & vniuersam ciuitatem, & magis quam expediret indignatus, statuit ille ipse continuo proficisci Alexandriam magno studio & apparatu, cum bellicosorum hominum decem millia ad hoc iussisset sequi, dicens: Vel sola Imperatoris mei presentia motos populus, eos deos honore afficiet, quos illi censent colendos, & te ab alia reprimet improbitate. Nam nisi ita esset, vt ipse rerum status arguit, citra vllum roborem mala fierent, & nec studeret quidem istorum aliquis. Attamen cum deorum prouidentia in ero Alexandriæ, & hos ipsos vlciscar, & meam coniugam ignorationem, procul amandans errorem in Crucifixum. Dixit, neque multum temporis permisit intercedere: sed rebus omnibus publicis posthabitis, magna celeritate venit Alexandriam: & statim iubet sanctos reprehendi, & mane, tota vidente ciuitate, & manu assistente militari, sedens pro tribunali, eos iussit nudos introduci. XXVI

Marg.: Rusticius delator ac proditor magno honore afficitur. Maximinus Imperator venit Alexandriam. SS Menas & Hermogenes, nudi coram illo sistuntur.

POSTQVAM autem eos solum vidit introductos, magna voce exclamans, O dij, inquit, qui hoc futurum est, quod iste, cuius tantá curam gessi, & et primos magistratus, quos nulli alij ex ijs, qui nobis parent, mandaui, sua sponte omnia despexerit, & ad tam obscuram & abiectam fortunam transfugerit, & comam etiam capitis sibi ademerit, & nihilo melius sit affectus, quam mimi & scurræ, qui in scena risum mouent. Propius vero accedens ad Hermogenem, Dic mihi, inquit, ô infelix, quanam de causa tibi commisi totius terræ & maris imperium, & decreui, vt absque successore gereres magistratum: non vt dijs quidem futurum beneuolum, & nullo modo eos abnegaturum, & beneuolum quoque nobis futurum, & hunc doctum & sapientem virum, qui prospero fortunæ flatu præter æquum inflatus, & hinc lapsus est in errorem, arte & experientia & verborum persuasione ad patriam reduceres religionem? Quidnam ergo te mouit, aut quidnam spectasti, vt sinceres cum diutius versari in vanitate, & non solum eum ab errore reduceres, sed eiusdem malæ opinionis ei fieres socius: & tibi præterea caput ô stolide, tonderes, & reputareris ... ille vnus ex ijs, qui sunt in theatro, histrionibus? Cum eo iræ & acerbitatis processisset Imperator, iracundeque & furiose eos esset intuitus, benigne Deus adspexit martyres: & repente eis apparent Angeli, eos audacia replentes & viribus, & vrgentes ad certamina: iubentes, ne timerent iram Imperatoris, vtpote quod victoria sit eum eis futura. XXVII

Marg.: Nota quorum similes hæc, qui eiusmodi tonsuram irrident.

HERMOGENES autem statim respondit: Si sustines me patienter audire, Imperator sapientissime, quanam de causa & quid spectans, primas quæ apud te reputantur felicitates lubens abiecerim, promptoque & alacri animo ad hanc fortunam descenderim, vt velim videri stultus, & pauper & ridiculus, & inglorius, & dici potius Christi: & ideo lubenter accusari erroris & ignorationis, & paratus esse & ensem, & ignem, & bestias propter Christum despicere: & pro illo potius mortem inire quam vitam, toto meo testimonium ferente concilio, maxime vero reipsa subiecta oculis, magnam veritatis curam gerens, & ne quid, quod sit oppositum, prætermittam, dicam id quod quæsiuisti. Imperator autem, Ego, inquit, hoc omnino, & nihil aliud cupio, si non ipse falsum præfers veritati, hoc tu maiori honore habens propter necessitatem. Hermogenes autem: Mihi, ô optime Imperator, me aduersus Christum audacter & insolenter gerenti, & volenti quidem quos olim Deos colui, tuam autem obseruare potentiam studio fuit, vt ipse quoque scis, cum tanta ad ciuitatem venire pompa & apparatu: & virum quidem partim blandirijs, partim vero metu ad hanc quæ vigebat, patriam reducere impietatem: ... ne cum maiore quidem dixerim ad nos accessisse, & ne tu quidem, si affuisses, desperasses virum posse vincere. Mihi autem feret testimonium vniuersus hic populus, quam eram ab initio varius, blandiens, minans, terrens, in omnes denique species me transformans, vt virum abducerem à pietate. Ego enim stultus ignorabam, in qualem virum incidissem, quam robustum & valentem, XXVIII

Marg.: Hermogenes respondet tyranno.

valentem, & qui liberam quidem habebat linguam ad responsa, animum vero ad ferenda intentata supplicia, & omnia denique perpetienda paratum, potius quam ad Christum abnegandum. Sed vt alia omittam, cum vidissem eum recusare deos colere, & neque potestatem curare, neque suppliciorum aut tormentorum vllam ducere rationem: sed tam probabiliter quidem, & ad persuadendum apte contradicere, vt ego quidem ab eius ingenio vincerer: dij autem arguerentur: & ei vniuersus suffragaretur populus, & eadem, quæ ipse, sentiret de religione: cogitaui eum paulopost talibus cruciare suppliciis, vt, si possem quidem, eum perfecte vincerem: sin minus, eius quidem certe reprimerem promptum & alacrem animum, & dicendi facultatem impedirem. Visum est ergo mihi, plantas pedum eius gladiis excindere vsque ad ossa: quinetiam eius quoque linguam excindere eloquentem, à qua omnia superabantur: præterea vero eius quoque oculos effodere: vt propter oculorum quidem tenebras otio deditus, fractus autem dolorum cruciatu, tardior quidem fieret ad respondendum, imbecillior vero ad contendendum. Atque lictores quidem eum primum iubentem audiuissent, fecerunt vniuersum. Ille autem homo continuo esse conuictus, & nihil amplius ferens, quam communis possit natura, missus in carcerem, erat plane mortuus. Viri tamen misertus, (verum enim fateor) vt docti & mei ciuis, & ægre ferens, quod vir periisset tanta sapientia præditus & eloquentia, summo mane afferri iussi corpus eius exanime, volens videre, quonam eius redijsset constantia. *Narrat ei totam S. Menæ historiam.*

XXIX. Postqvam autem eum vidi accersitum recte ingredi, & pure intueri: deinde etiam eum audiui aperte disserentem, videbar mihi videre spectrum & inane somnium: & statim clausi oculos, deorum inimici vel ipsum simulacrum abhorrens. Cum autem de sede descendissem, & visionem simul cum aliis curiose indagassem: & non solis credens oculis, sed etiam manibus examinans & contrectans, illum ipsum didici esse Menam, protinus victus sum à veritate, non falsum testem habens conscientiam. Verum enimuero adest ipse quoque, ô Imperator: & dicat quidem populus cruciatus: curiose autem ipse quoque inquire, vt volueris, eum miraculum sit tibi ante oculos. Dic vero mihi per tuos deos, ô Imperator, Si quis vidisset Christum, sicut ego ipse vidi, repente totum hominem reformantem & animantem, & ex hoc quidem suam potestatem confirmantem, nempe quod hæc quidem non sunt alterius, quam Dei, & quod ipse sit, qui primum creauit hominem: pollicetur autem iis, qui illum secuti fuerint, in cælis quidem regnum æternum, hic vero tantum posse, quantum ipse solus. Si quis, cum hæc & didicisset & vidisset, despiceret quidem talis Dei esse & dici amicus: despiceret autem posse omnia agere & mutare, quæ solus ipse Deus: & cæcos quidem facere videre, claudos autem saltare, & montes mouere, & mortuos suscitare: & vt simul dicam, rem omnem mouere creatam solo verbo & nutu: Deinde etiam pignus habere, quod lætabitur, & regnabit in æternum: Qui cum reliquisset, & clausisset oculos ad tantam beatitudinem: elegisset autem vestros deos colere, & esse Consul & Imperator, quisnam is tibi videretur? Non vere stultus, non emotæ mentis, & qui longe abest, vt intelligat quod sit conducibile. *Gen. 1* *Matth. 16.* *Ioan. 14.*

XXX. Propterea igitur, ô Imperator, ego errorem, & fabulas vestras, & deos abominatus, & abnegata hac omni, quæ videtur, felicitate, ad solum Deum accessi, & malui, vt ipse dixisti, esse infelix: potius videri stultus, quam esse, eligens. Atque nostra quidem ex iis quæ audisti, iam didicisti: Res autem Christi si velis experientia discere, ne cuncteris. Excogita ergo in nos magnum aliquod & graue supplicium: &, si tibi forte deest aliquid ad excogitanda supplicia, ego qui magna in his exercitatione ad summam processi experientiam, ea quoque quæ restant, reuocabo in memoriam. Obiice bestiis, deturba è præcipitio, mari obrue, terra infode, gladio scinde, igni combure, vnicuique membro appositum excogita supplicium. Sic enim ego quoque paulo ante cæcutiens, feci in eo luminari, & qui me deduxit ad veritatem, Menæ. Atque populus quidem, cum tam artificiose & libere dixisset Hermogenes, admiratus est eius animi virtutem, & dicendi facultatem: Imperator autem eum nec aduersus quæ dicta fuerant, posset aliquid dicere, (nam & populus testificabatur, & in conspectu eius erat miraculum) & simul cogitans, quod si ad dicendi veniret contentionem, ipse quidem pudore afficeretur, eius vero dij refellerentur: animi dubius & dolore affectus, iussit sancti manus & pedes, illas quidem ex humeris, hos autem ex genibus ense amputare, ipso vidente, iaci in focum ignis. Deinde cum ventrem conto percussissent, & omnia effecissent fluere, id quod restabat adhuc spirans abiicere eos iussit in fluuium, qui præterfluit ciuitatem. Lictores ergo nudos † enses, & crudeliter intuentes, cum essent vel solo adspectu terribiles, facto statim circumsistentes, primum quidem crudeliter manus, deinde rursus quoque pedes immaniter amputauerunt. Ille autem laborabat quidem frequentibus confectus doloribus: adeo vero se fortem præbebat, ac si non ipse pateretur, sed alios potius videret affectos suppliciis. *Magna cōstantia & dicendi libertas S. Hermogenis.* *Eius manus & pedes amputantur.* *Videtur deesse † tenentes, aut quippiam simile.*

XXXI. Postqvam autem vidit sua membra igne redacta in cinerem, caput parum attollens, & ad focum adspiciens, Quam felix sum, inquit, quod manus meas, quas aliquando extendi ad deos alienos, & pedes, qui ambulauerunt in errore, Deus hodie accepit vt oblata ei in sacrificium. Protinus autem milites, postquam abscissæ fuerunt manus & pedes, ad ventrem se contulerunt: & conto quidem eum verberarunt, fluxerunt autem intestina. Ipse vero iam quidem deficiebat, & imbecillum adhuc conseruabat spiritum: tam generoso autem erat & forti animo, quam si modo cœpisset decertare. Cum eum ergo adhuc spirantem accepissent milites, sicut iussi fuerant, in fluuio demerserunt. Postquam autem Maximinus de martyre Hermogene vix tandem deposuit solicitudinem, protinus de beato Mena cœpit deliberare. Cum vero timeret, ne, si cum eo disseruisset, (quoniam & miraculis & dicendi facultate existimabatur esse supra hominem) ipse quidem victus dedecoraretur: & eos etiam perderet, quos adhuc habebat errore implicatos, sancti miraculis inductos ad veritatem: omnibus prætermissis, iubet vt eum in obscuro & tenebricoso carcere inclusissent, primum quidem vinctum manibus à tecto suspenderent: Deinde etiam ab eius pedibus lapidem appenderent adeo grauem, vt vehiculo impositus, vix posset ferri: Deinde eum relinquerent, vt diuulsus violenter moreretur. *Præclara fortitudo.* *Dure caditur.* *In flumen mergitur.* *Atrox in S. Menam supplicia statuuntur.*

XXXII. Protinvs ergo ij, quorum est hoc munus, fecerunt quod eis fuerat imperatum: & sic ipsum dimittunt suspensum, nullum omnino sinentes eum videre ad consolationem. Sanctus autem eum & capiti impositis vinculis, & deorsum trahente pondere lapidis extenderetur, & ei propemodum dissoluerentur compages, nerui vero conuellerentur, & carnes dilacerarentur, & vt semel dicam, omnis ei alia grauiter abrumperetur commissura, quamdiu quidem vires corporis sufficerent ad animi constantiam, grauiter quidem patiebatur, psallebat autem assidue: Vide humilitatem meam, & laborem meum. Et illud, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Postquam autem plane ei consumptis viribus, suam coniunctionem omnino negauit natura, cum dixisset, Gratias ago tibi, Domine, quod tua bona perceperim: tanquam pondere supplicij repente ei voce repressa, in soporem resolutus, tacuit. *Psal. 24.* *Rom. 8.*

XXXIII. Postqvam vero vtrique athletæ tanta constantia & fortitudine desiit certamen martyrij, repente adsunt amantes & socij Angeli ad eos defendendos: & primum quidem eum martyris Hermogenis corpus è fluuio profundo sustulissent, & repente eum totum integrum restituissent, & deinde etiam animassent, & dixissent se proficisci ad Menam athletam, & ipsum hortari essent, vt consequeretur, vbi parum ingressi venerunt ad custodiam, intro statim perrexerunt, viribus, quæ sub adspectum non cadunt, dissolutis et claustris. Hermogenes vero seipsum quidem mente agitans, & totum actum tacite considerans, obstupescebat: beatum autem Menam etiam suspensum adspiciens, *S. Angeli vtrumque restituunt.*

spiciens, & iam non spirantem amplius, & totum [illegible] cernens [illegible] tolerabile [illegible]. Verum [illegible] & videret, hortati Angeli, statim cum quodam honore & reuerentia ad [illegible] accedunt, Relaxant [illegible] vtrisque vinculis, cum, quas sustinuerat, membrorum iuncturam compegissent & sanassent [illegible] & alacri animi studio repleuissent, statim quidem soluunt Hermogenis [illegible] propter [illegible]. Cum autem vsque ad matutinum cum eis essent versati, & ad pericula subeunda [illegible] magis acuissent, [illegible] ad mox eis mittendas coronas, & polliciti essent se simul adfuturos, & certamina [illegible] ad [illegible] vsque, & [illegible] pus coronarum & victoriæ renunciationem, & deinde etiam eis pacem dedissent, & faustam victoriæ [illegible] eis significassent, statim ab eis recesserunt.

IMPERATOR autem cum summo mane iussisset aperiri theatrum, & ad eum omnem conuenire populum [illegible] pro tribunali. Quoniam autem acceperat totam ciuitatem credidisse Christo [illegible] tanilo viro & consiliis [illegible] esse quidem inutile eam relinquere impunitam: rursus autem inconsideratum & à ratione alienum [illegible] omnes, vt puniantur: simulans se totum ignorare, dixit: Quod vos quidem qui adestis, deos quidem [illegible] & aliis [illegible], nos autem Imperatores reuerentia & timore & in aliis rebus obedientia colere statuentes [illegible] aliis intellexi. Quod autem non statim repugnastis & restitistis illis execrandis, qui Crucifixi res [illegible] & [illegible] ipso ante hos lapidibus obrueritis, existimo deos ex hoc iram non leuem concepisse. Ego igitur, qui [illegible] deos cupio vlcisci, & nullum vestrum [illegible] diuinitus immissam incidere calamitatem, iubeo ciuitatem & [illegible] prius iis, qui vestigite olim fuerant attributi, honoribus: vt sciatis & ex his pœnis vobis impositis, & stultorum illorum supplicijs, quod quando Iudex, qui non fuerit ipse præoccupatus, non vult suam prodere [illegible], & prodiga facere cum his histrionibus, nunquam potest opem ferre Crucifixus, aut liberare à malis: solum autem hoc potest, certam mortem & extremam infelicitatem procurare iis, qui parent. Eorum quæ dico, [illegible] vobis [illegible] [illegible] præstigiatores Hermogenes & Menas, vtrique ipsorum [illegible] tormenta pollicentes [illegible] alios à mortuis suscitaturos: à me autem breui, vt oportebat, graui morte vita priuati, ne sibi ipsis quidem possunt opem ferre. Vbi autem nunc est plani illius Christi virtus? XXXIV.

POSTQVAM ergo ad tantam blasphemiam processisset Imperator, multo tumultu plenum erat theatrum, [illegible] omnibus ægre ferentibus, & iam [illegible] nouas moliri statu[illegible]. Cæterum cum à præconibus [illegible] silentium, & insuper [illegible] esset Imperator, qui [illegible] ex sui animi sententia, repente totum adspiciens theatrum, cum vidisset sanctos, qui in medium tribunal descendebant, (ex inopinato enim apparuerant) vna velut lingua & vno ore omnes exclamauerunt: Vnus vere est Deus, Deus Christianorum. Hoc facto, quidam Eugraphus, qui quoque in Græcorum doctrina erat exercitatus, rempublicam autem adhuc [illegible] Menæ fuerat [illegible] ergo cum tunc [illegible] vnus ex iis, qui erant in theatro, & videret quæ fiebant, cum vidisset miraculum, & esset velut zelo accensus, [illegible] se diuinæ Crucis signasset signaculo, & animi fortitudine & audacia [illegible] repletus, in medium prodiit, & audacter Imperatori, Ego, ô Imperator, inquit, sum Christianus, & tua insania respuo & execror, & [illegible] religionem, & iam tibi sum propter Christum propositus, nulla mearum carnium motus misericordia. Ne existimes autem fore, vt minis vel blanditiis me sis omnino superaturus, sed neque vllum Christianorum. Nobis enim mors quidem est vita, quæ cum vobis agitur impiis. Vera autem vita est mors, quæ pro Christo suscipitur. Et scio quidem quod [illegible] leo rugiens in hanc ascendisti ciuitatem, quam [illegible] ira corripis, & cultu simulacrorum Christi gregem [illegible]: & quod hodie quoque ad nos prosiluisti cum eadem [illegible]. Sed te [illegible]abimur, & audacia, qui [illegible] ad mortem subeundam [illegible] suscipiendam, & pietate immutabili, tanquam dolosam aliquam vulpem, quæ ludit [illegible] ridicule. XXXV.

Vltro se offert martyrio Eugraphus, Christianumque se esse confitetur, signans se Cruce.

[illegible]

HÆC cum audijsset Imperator, & esset ei cor ira accensum, & iam esset emotæ mentis ex stupore miraculi, velut oblitus [illegible] Imperatorem, esse decet, desiliens, cum insana manu cuiusdam eorum, qui prope erant, strinxisset ensem, [illegible] ira & certa vulnera affert Eugrapho: & sic per se interimit prope tribunal virum fortem & martyrem: primum quidem [illegible] citra vllum timorem, & ferentem plagas, & vel ipsis arguentem Imperatorem: postea autem in terra iacentem firmo & constanti animo, & Deo agentem gratias, quod primus aliorum ad [illegible] ingrederetur: & non [illegible], sed multis tum [illegible] acciperet, vt dignus pluribus haberetur coronis. Qui cum & has plagas acciperet, & his vocibus [illegible] exspirauit. Temulentam autem adhuc habens animam Imperator, quod ita vicerat, sic ad mutare [illegible] ministerium, cum rursus resedisset ad sedem, aliquandiu manens cogitabundus, cognouit se per impudentiam dubitationi attulisse remedium, & specie impugnasse veritatem. Cum repente ergo ad [illegible] redijsset, & se ad sanctos conuertisset, Iuro, inquit, deos omnipotentes, me multa quidem alia spectasse vidisse inopinata: tales autem viros esse magos, nunquam sum opinatus. Sed quid noui facere videmini, arte magica & præstigijs populum [illegible] dicedere, & simpliciores abducentes à deorum potestate, & non pro Crucifixo tam facile persuadentes? Ego itaque, qui vos misceros sum optime expertus, mox aperte ostendam vel vos esse spectra, vel hance mentitam membrorum vestrorum reformationem, esse fraudem oculorum, & apertas præstigias. XXXVI.

Tyrannus [illegible] Eugraphum [illegible] manu interficit.

Imperator virtutem diuinam magicæ adscribit artis.

SANCTI autem dixerunt: Consequenter dixisti, ô Imperator. Nam quoniam mens quidem tua est [illegible], cæcus [illegible] in anima, cor vero est excæcatum: [illegible] quoque admirabilium veritatem, [illegible] deceptio. An non enim aperte [illegible], quæ sunt [illegible] luce clariora? Quod si quid etiam [illegible], quæ vides dubitas, a nobis [illegible] diligenter inquire veritatem. Sin autem scientia [illegible], vel honor [illegible] tibi imperium, quod res est apud vos maxima & beatissima, existimas nos a nostra traducere [illegible] falleris, ô Imperator. Nam tu prius, mutato errore, Christum confitebetis, quam nos a veritate [illegible] falsis [illegible] adhæreamus. In nos ergo pronuncia sententiam, recte sciens, quod quicquid [illegible] dixeris aut feceris, [illegible] obstinate, & alieno, quem tibi proponis, scopo longe cadet. Imperator autem cum & [illegible] intellexisset veritatem, maxime vero cum cognouisset ex stupore & admiratione eorum, qui adstabant, (Sanctos enim [illegible], & manibus [illegible] subsistebant) timens ne populus, cuius iam erant animi persuasi a [illegible], illorum [illegible] veritati, aliquid noui in eum agerent, cum hoc [illegible] iussisset eis amputari capita, surrexit è tribunali. [illegible] autem sancti cum iis, qui eos ducebant [illegible], & toto populo ad locum venerunt, stantes & manus [illegible] & oculos in cœlum tollentes, in conspectu omnium [illegible] præstiti ciuitati, & Christianis omnibus, & Ecclesijs quietem & tranquillitatem, & vt nemo, qui eorum egeret auxilio, reuerteretur inanis. Deinde post precationem [illegible] inuicem amplexi, dataque pace & salutatione, [illegible], vterque eorum à milite, cui id obtigerat, beatum finem accepit. XXXVII.

Imperator [illegible] veritatem.

Decollantur sancti martyres.

QVONIAM autem magnus Menas adhuc viuus petierat ab Imperatore, vt eius corpus deponeretur Byzantij, (De [illegible] autem mandauit etiam iis, qui tunc erant fideles, & erant [illegible], dicens [illegible] ciuitatem sibi [illegible] ad habitandum [illegible] inuidens Maximinus vel ipsam [illegible] capsam [illegible] ferream, & [illegible] martyrum: deinde etiam in mare proijci [illegible], dicens, aliquid de iusti faciendis Galilæi prædixerit: & vt sic eius excideret prædictio. Q[illegible] asseruabant, cum essent vn[illegible] XXXVIII.

diligenter

diligenter executi, in arca ferrea sanctorum corpora in mari demerserunt. Imperator autem, cum nec ciuitatis ferre posset scommata, & simul intellexisset populum in eum efferri audacia, & dubitaret, ne temere & periculose aliquid in eum inireur, ex ea iter ingressus est versus Byzantium, metu & pudore affectus. Cum hic ergo fuisset rerum exitus, fit rursus etiam aliquid, non minus prioribus.

Tyrannus timetsi... ab Al... nis.

XXXIX. IMPERATOREM equitantem præuenit capsa, quæ ferebat corpora martyrum, quæ & tanta erat, & per mare nauigabat. Nam cum diuina quadam virtute celerrime è fundo emersisset, & fluctus marinos persuasisset, secunda aqua nauigabat, & celeritate par volucribus currebat Byzantium: & eum qui condemnauerat ne habitaret ciuitatem, ea quæ fuerat condemnata, magna præuenit celeritate. Postquam autem diuina quædam apparitio ciuitatis Episcopo facta est media nocte, quæ significabat & mox affuturos martyres, & iubebat eum properare ad litora, quæ sunt in arce, vt eos descendentes è mari statim exciperet: cum hac ipsa hora noctis congregasset eos, qui ex clero simul aderant, & quosdam pios & fideles, cum eis perrexit ad litora, quæ ei ostenderat is, qui apparuerat. Cum autem versus mare intenderent oculos, repente vident lucem, tanquam columnam è cælo vsque ad mare peruadentem, & in quadam cymba quodammodo fundatam: duos vero viros adspectu præclaros, ex vtraque parte honorifice & venerabiliter appropinquantes. Idipsum autem quod videbatur, appellere ad portus, in quibus illi stabant.

Insigne profecto miraculum.

Visio,

XL. POSTQVAM vero paulatim fuit propius, & iam cognitum fuit, eam esse arcam & non nauem, considerantes eam, neque cum vndæ erant conuexæ, resilire: neque cum rursus concauæ, delabi: & sine remis & clauo ingredi, & ex aduerso virorum nauigare: lucemque esse multam & splendidam, & tantam, vt non minus quam Sol locum illustraret: & viros illos in se ferre quidem signa cuiusdã diuinæ & admirabilis naturæ, qui ipsi quoque quodammodo pedibus ingrediebantur per aquam, & deducebant capsam cum quadam reuerentia: omnes metus & horror inuaserat. Atque Angeli quidem capsæ ductores, cum iam fuissent in conspectu eorum qui adstabant, cum tantum viti essent & appropinquassent, quantum satis erat ad mandandum, vbi nũc quidem martyres ponere oporteat, propter Imperatoris amentiam, & vbi paulo post propter eorum voluntatem, & quæ, & quemadmodum facere oporteat, repente ex eorum oculis recesserunt. Episcopus autem, & qui cum eo aderant, primum quidem arcæ circumfusi, eam amplectebantur: postquam vero intellexerunt eam esse totam ferream, eos stupor inuasit, considerantes quonam modo supra tam tenuem nauigauerit superficiem, non omnino obruta: & tunc quidem, cum eam supra in arcem detulissent, in occulto quodam templo absconderunt, sicut iussi fuerant.

Episcopus Byzantinus cum Clero corpora Sanctorum honorifice condit.

XLI. POSQVAM autem statim reuersus Maximinus, & e vestigio plaga diuinitus immissa percussus, priuatus fuit oculis, & simul ab Angelis flagellatus, vt ipse suis dixit familiaribus, paucis post diebus expirauit: cum post plagam & flagella tantum vixisset temporis, quantum satis erat ad aperiendum arcanum ijs, qui ad ipsum genere attinebant: ne lateret Dominus iudicia faciens, & diuina iustitia etiam hic malos puniens: adhibita audacia Episcopus, considerans solam fidem sufficere ad auxilium, magno studio & honore transferens fortissimorum martyrum Christi corpora, propter mœnia arcis ea deposuit, custodes quidem ciuitatis, nauigantium autem conseruatores: eorum, qui sunt in morbis & calamitatibus, certissimum solatium, ad gloriam magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Nota quid antiquitas senserit de martyribus

VITA S. SOLÆ SIVE SOLI ABBATIS, SCRIPTA AB ERMENOLDO (ALII ERMINRICVM, ET ERMANRICVM VOCANT) DIACONO ET MONACHO, EX TOMO IV. ANTIQVÆ LECTIONIS D. Henrici.

ANN. 760

EPISTOLA ERMINRICI AD GVNdrammum.

DIlectissimo in Christo Gundrammo, eximii monasterii, * Erminricus conleuita tuus licet indignus, deuotus tamen in Domino.

10. DEC.

*al. Ermanricus, cod. Rebdorfien. Ermenoldus.

Dum vbique vrbanitate ac munimento diuinorum eloquiorum comptus, nec non & in cothurno sublimis habearis, & dum late seges Doctorum pene ad maturitatem sit; ita vt vbicunq; Gramatici ac Philosophi in sancta hymnidicos resonent modos; miror multum cur hos omnes, qui bene scioli, ac tibi sunt in his notuli, prætereundo, me tenus perueneris; petens ac sacramentis obtestans, ceu minimam ac infirmam paleam, granum quoddam, ad boni odoris pastum elimare. Quod ita arduum sensui meo videtur, quantum ad tale opus minus à cernentibus iudicor. sed ad hæc ne obsisterem, intulisti illud Socraticum, Apis, inquiens, quod nequit viribus, conatur ingenio. Et cernis, quod fert formica folliculum sibimet permaximum, ac per id statura non despicitur, cum magnitudo oneris deportetur; licet leue sit, quod velle constat. Hæc ita fore, res diuulgent, Sed tamen, vt Catholica fides tenet, nostrum est velle, & Dei omne bonum cœptum perficere; dum nec concipi quid boni potest, eo non incipiente, neque perfici, ni ille adsit perficiens, qui & ordiens. Quapropter summis precibus ad auxilium nostrum est ille petendus, qui propter nos dignatus est descendere in terram, vt summum granum, & æternum faciat fructiferum, ita vt peracta resurrectione sua, seges innumerabilis credentium orthodoxorum increuerit. Amen, ac Deo gratias vbique dicatur. Inde & descendit illud purum granum, odorem bonorum operum Deo & hominibus vbique spargens. Solus vulgariter Sualo cognominatus, ex discipulatu S. Bonifacii, Monachus factus, cuius tu tantummodo & tugurium possides, & vitam describere non solum poscis, sed & obnixius angis. Quod me tunc facere velle, cum Dei adminiculo profiteor, si venerabilem Abbatem domnum Rabanum, tuum patruum licentiam scribendi petieris: vel potius, si permagni laboris non esset, ipse dignaretur tanti viri signa annotare. Vel si hoc ob nimiam eius occupationem fieri nequeat. Rudolfo in omni arte ex eius doctrina peritissimo, saluo domni Abbatis priuilegio, identidem iubeat. Ad vltimum si saltem tuæ mentis sit id agere, & hoc facias me prænoscere. Opto me tecum in Christo bene vbique valere

EPISTOLA GVNDRAMMI AD ERMANRICVM.

CHARITATE, QVÆ DEVS EST, AMATO ERMANRICO DIACONO ET MONACHO GVNDRAMMVS CONLEVITA TVVS ÆTERNAM IN DOMINO salutem.

SANE cum ignorem me hactenus in actiua & periculosa vita, & te ceu remotiorem à seculari militia positum in Theorica, non dubitem, quin recondere me sedulo, vt me Deus omnipotens conseruet à mundi retiaculo. Et vt lectum habes ob delectionem criminum, & augmenta præmiorum, præsens hoc tempus à Deo indultum habemus. Quapropter frater mi licet diuerso habitu, vnitamen seruiamus Domino, cuius onus leue est, cuius iugum ferre suaue, volenti tamen. Dein honoremus & Sanctos Dei deuota mente, seruitio quo possumus: quia bonam voluntatem Deus in nobis quærit, nec pensat quantum, sed ex quanto seruiamus ei. Idcirco & te quasi cæteris familiariorem poposci, quatenus Soli beati Monachi vitam & gesta conscribas, vt meritis ipsius, tui laboris mercedem apud omnipotentem retributorem accipias, ac mihi in eo satisfacias: & vterque cumulum sudoris recipiat in futuro, ego petitionis, & tu scriptionis. Nam & multos actus eius agnouimus iam insignes, & in vita huius luci agentem, & post hanc vix comparabilia facientem; ita vt aliquem ex prioribus Eremicolis vel Antonium vel Paulum in eo mirareris. Quæ non solum ex ore meo didicisti, sed & à superstitibus quibusdam, qui verba eius & opera hausere, indubius audisti. Quapropter non pigeat te hanc viam nunc aggredi, scilicet vt gesta eius breui & veraci periodo conscribas: quia & maiora ocia te habere censui ob beatam consuetudinem cœnobij: & ideo neminem alium laborantium ad hoc opus quæro: Nolis volis, acclamito, vt huius materiam cum Dei opitulatione incipias exposco. Domini Abbatis patrui mei licentiam defero, & Ruodolfi oratoris tui preces annuncio, teque ipse efflagito, quin & ex amicabili familiaritate firmiter mando, vt & vera & manifesta Dei opera luculento sermone depingas, & in corrigendis & augendis Ruodolfum adesse deposcas, ad eius personam Prologum scarpsinans. Opto itaque fraternitatem tuam vbique bene valere mecum in Christo, Amen. Matth

Versus Ermanrici.

Versus ab imo
Corde supernis
Concupiendo,
Facta beatum
Semper in æuo
Currè ideoque
Nolo pigrescas,
Quin bene cantes.
Mitis & alme
Quidquid in orbe
Te tenus vernat:
Incipientque
Omnia tecum.
Rore superno
Carmina cœlo
En Rudolfe
Tepeto scribens,
Verba benignus,
Nec deme vera,
Litera festa
Ordiar ergo.
Iungere Sanctis,
Quatenus istis,
Lætificent me, &
Gaudia longa.

Musa celebris:
Nolo desistas:
O bone Christe,
Rector & auctor,
Est bene cretum,
Omnia recta
Te exsinuantque:
Tu mihi labrum
Tangas ab alto,
Vt pia pangam,
Doctor amande,
Corrigas vnca
Et plana firma,
Quatenus ista
Reddat habenda
Nam neque Solus
Quin foueat nos,
Remunerando.
Gesta notata
Hactenus acta
Cessat orando,
Hic & in æuum
Cantu erunt hic
Prima proplema
Suscipe nauta.

OMNI IN ARTE CELEBERRIMO DOMNO RVODOLFO MEO DIDASCALO ERMINRICVS VLTIMVS OMNIVM, AC INDIGNVS LEVITA, PLVRIMAM ÆTERNAMQVE IN DOMINO salutem.

EX quo pater sanctissime bonitatem ac doctrinam tuam aliquantulum prælibare * iuueniori tempore, licet vt infans, qui magis optat ludere, quam mores & Sophiam discere, ex hoc tamen assensi, non quantus es, sed vt quantula tunc virtus adfuit, quam magni ac multiplicis ingenij vir sapiens habearis. Nec tale lumen in te fore quiuisset, ni ex luce luminum scopos sua illustrata fuisset: quia omnis sapientia à Domino Deo est, & spiritus vbi vult spirat, requiescens super humilem & trementem verba Dei. qua de te venerande Magister in multis desidero profectum laboris tui, dum & omnibus, iuxta Apostolum, omnia factus es, mihi infirmo factus es ceu infirmus; quatenus vt aliger semiplumatus firmior ex doctrina tua fiam, & quandoque Deo gubernante, in campum Olo Agio Graphe volare, ac quiescere queam. Quod & te scio magis rebus, quam verbis ostendere malle, si tempus secundum adesse potest. Interim paternitati tuæ intimare volui, quid super petitione charissimi mei Gundrammi tuæ mentis esset, vtrū incipiam, an vt insipientium moris est, penitus denegem. Nam huiusmodi non solum petebat, sed & obsecrabat. Adiuro te per vitam meam amande, vt in amore Domini vitam sancti Soli Monachi conscribas, propales, in quantum à fidelibus referentibus comperta sint tibi, nec abneges deprecanti. Cui tam honestæ petitioni, licet laboriosæ, negare non potui. Idcirco & paternitatem tuam deposco, vt vbicunq; in sensu vel ratione tibi videar titubare, paterno stylo emendes, quia & huius beati viri progressus vel vita tibi est notior, & ad corrigendam seriem orationis ideo aptior. Nam ego tantum ea, quæ auditu percepi, Eccl. 1. Iaco 3. Esa 66. 1. Cor 9.

cepi, scribere malui, etsi non omnia, tamen ipsa, quæ à religiosis viris audieram, prætereire dignum non censui. Quia in multis euidentioribus signis apparet, quam magni meriti sit apud Deum omnipotentem iste vir. Quapropter dimissa accidiosa excusatione, ad narrationem, quamuis breuem, Deo annuente, iam veniam, vt simul in Christo bene semper tecum valeam, Amen.

IV. Ante vero quam ad exponenda eius miracula veniam, ratus sum aliquid succinctum edicere de ipsius loci situ, in quo beatus Christi confessor sibi tugurium nobile statuit. Quod licet exiguum ac vile visui haberetur, proprio tamen stratis palatiis hoc delectabiliter positus est. In pago namque Sualua vel domo ipse locus situs est, habens Orientali ex parte flumen quod * Alemona nuncupatur, piscibus copiosum, & maxime bimanes cancros ebulliens, naualique mercimonio aptum. At ex Occidentali & semimeridionali plaga, ita vndique alpibus celsis circumseptus est, vt vix vnius difficillimi ascensus præbeat euntibus facultatem. Ex Septentrionali vero parte amnis supradictus veniens, decurrit ad Orientem ac Austrum versus. Terra autem ibidem adiacens sterilis est, nihilque pinguius Sigale gignit, tædisque arborum, ac pice aliis aruis famosior. Hunc nempe in omnibus tam iocundabilem ac delectabilem locum elegit sibi incola sanctus; sciens scriptum, quod arcta via est vere, quæ ducit ad atria vitæ. Nec immemor prophetiæ, dicentis: in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci: & erit ibi semita, & via sancta vocabitur. Quæ quamuis typica sint, huic tamen cœlicolæ loco non inconuenienter aptari possunt: quia vt ex referentibus agnoui, sæuis serpentibus, ac beluis dirissimis locus ipse antea est refertus. Sed vox in deserto clamantis direxit viam asperiorem in planiorem: ita vt vndique Christicolæ ad venerabilem Christi * sacerdotem confluxissent, monita salutis percipere. Tantumque meruit piæ virtutis obtinere, vt plures à malis bestiolis obsessos, ore extraxisset, ac Christo ad animas eorum viam parasset.

Descriptio Cellæ Solonis.
al. * Alemona
al. * Altmona
Matth. 7.
Esa. 35.
Matth. 3.
* Confessorem

V. Cvmqve enim fama prodigiorum, ac virtus Domini euidens de eo longe lateque percrebuerint, Deo eum in omnibus gubernante, seque sub syncerissimo humilitatis pallio occultante; perueniat * tamen de eo sermo vsque ad aures ipsius domini, ac serenissimi Imperatoris Caroli Augusti: quia non potuit ciuitas abscondi super montem posita, neque lucerna lucens occultata est, sed potius eleuata. Cæsar autem Augustus supradictus, vti sapientissimi fuit ingenij, perscrutans omnia gesta eius, tradidit ei cum firmissimo munimento ipsum locum, quem incoluit, eumque sui oratorem perpetuum fecit.

* tandem
Matth. 5.
A Carolo Imp. is locus ei attribuitur.

VI. Habvit itaque beatus Sola post gloriosum triumphum martyrij sancti Bonifacij Archiepiscopi, dominum VVillibaldum Episcopum, & VVunebaldum germanum eius Presbyterum, adiutores * sui laboris; qui ei vt propriæ gentis viro, omnibus his in locis adminiculum ac solatium præbebant. Quin & accolæ regionum harum quocunque aduentantes, ei in Christi amore frequentius administrabant: aliquanti & prædij sui partem tradebant illi. Quam ille cum timore Domini accipiens, cum his, quæ dominus Carolus Augustus ei donare dignatus est, ad egregium * Fuldense cœnobium potestatiua manu contradidit. Vbi Deo prouidente, modo sanctissimus, ac in omni parte peritissimus dominus Abba Rabanus perspicabiliter fulget: videlicet nemini deuotior, quam illi magistro, quem sequi ab exordio cœperat: illique familiæ, quæ magistri sui institutionis imitatrix vbique nobilis habetur. Cœperunt autem & multa miracula, Domini gratia tribuente, per beatum Solam fieri, ex quibus pauca, quæ ex quodam sene ipsius sanc seruitore, in decrepita iam ætate superstite agnoui, annectam narratione subbreui.

S. Soli socij laboris.
* Lapidici laboris;
Citat hæc verba VVicellius in suo Hagiologio vbi de Sola.
* Fuldanense

VII. Enimvero priscis in gestis dum lectum sit ante Christi incarnationem cæcum à natiuitate neminem Sanctorum illuminasse, licet mortuos suscitarent, leprosos mundarent. Et dum in hoc tempore moderno illud rarissimum sit; iste, saluo omnipotentis priuilegio, & Apostolis ac successoribus eorum dato, natum à primis cunabulis cæcum signaculo Crucis apposito irradiauit, ocellisque eius incognitum lumen ostendit. Per idem vero tempus & claudum quendam in gestatoriis reptantem potius, quam ambulantem, ad cursus sui statum diuina virtute erexit. Cuius hactenus gestatoria in loco datæ salutis pendentia, ad signum sunt. Sed cur hoc de eo * clanculum videtur, cum ipse salutiferæ medicus salutis dignatus est promittere membris suis, dicens: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet. Quamuis nemo signis Dei æquiparari possit, quia omnis homo creatura Dei, & omne bonum ex Deo, & per Deum fuit: & omne corporale malum ex homine, & per diabolum fit, & quicquid mali inuisibiliter constat. Sed ille humani generis inimicus per humilitatem Domini nostri Iesu Christi perpetualiter victus ac damnatus est, quotidieque per membra sua eum deuincit, cum per Sanctos suos, qui hactenus mole carnis aggrauantur: sed meritis eorum intercedentibus triumphat, ipse, qui per eos pugnat, nec non & potius per eos, qui iam sunt cum eo coronati, ad quorum busta nostra peccata deflendo concurrimus sedulo gloriosissime contrarium nostrum pellendo eliminat, contrariique deiiciuntur, ac sanitates saluberrimæ hominibus donantur. Horum omnia martyria plures ex frequentibus visibus * liberiore ore testificantur: quia Deo propitiante vbique iam mundus in gloriosorum actionibus * munitus refulget, ex quorum meritis reliquiæ fiant salutæ. Et dum iam prope generaliter interitus ipsius diaboli immineat, crebrioribus, necesse est vt vrgeatur angoribus: sed intercessionibus piorum paulalum differtur cito casurus, donec numerus beatorum implebitur: & sic plenius omnes electi cum Domino semper sunt gauisuri.

Nota tempus, quo hæc in ... scripta.
Cæcum illuminauit Claudum restituit.
* calculo
sum
Ioan. 14.
* testimonium liberiore ore
* adiutus
Rom. 11.

VIII. Nec hoc prætereundum censeo, quod piissimus Christi sacerdos Sola plus se ad exercitium sanctæ conuersationis quotidie extendens, pluris virtutis cumulum à Deo meruit roborata possidere mente. Nam & quendam in his misellis gregibus, qui sæpius orationis causa ac eleemosynæ ad ipsam cellam confluxerant, & benedici se ab eo petierant, conspexit horribili dolore detentum, sic vt nec loqui, nec audire posset, aliis ante eum ad benedictionem festinantibus, ipse stetit vt mutus. Sed dum diu beatus Sola in præcordiis suis orationem cum lachrymis ad Deum funderet, prospiciens iterum, ac tertio, & suspirans dixit: Surde & mute spiritus exi à plasmate Dei. Et continuo cecidit coram populo: & sanatus est homo. [Quod quidem tabulæ pictatoriæ ibidem pendentes testantur, id fore, quod dictum est.] Pensate itaque mens humana difficillime potest, quanto amore iste vir diligeretur à Christo omnipotente; qui eum non solum in cœlo sui regni principem, sed & in terra in his duobus signis egregiis facere dignatus est æqualē: excepto quod Dominus semper facit cū potestate; hoc iste solus ex eius dono & virtute egit, lachrymosa cum impetratione. Etenim hæc vulgus, & qui minus intelligunt, nosque cum eis pro maximis laudibus tenent, quod sancti Dei in hoc seculo à diuersis languoribus corpora cæcorum, claudorum, aridorum, & paralyticorum in nomine Christi curant; sed tamen non solum in hoc, quando potius, & in eo opere laudandus, ac glorificandus est omnipotens Deus, quod ipse interius cæcos, claudos, & dissolutos nos quotidie curare non cessat. Nametsi altius intelligitur in his debilibus non antea salus corporis tribuitur, quam mentis ægritudo intus sanetur: quia nec corpus sine peccamine interius affligitur, nec mens sine remissione delicti interius sanatur: licet omnigene sit nobis incognitum, quid vnusquisque mereatur apud omnipotentem Deum. Sed siue sit hoc, siue illud, iustus & æquus est Dominus in omnibus operibus & iudiciis suis, ac gloriosus in electis suis.

Surdum & mutum sanat.
Desunt hæc in MS. VVindek.

IX. Sane & hoc miraculum huic opusculo insertendum censui: quod multi vetustiores accolæ se meminisse ferunt supradicti pagi. Nam quodam in die dum iter suum nobile vna cum asello suo ageret, contigit se in quendam locum

deuenisse pascualem, quo oues absque pastoribus pascebantur, nescio quo abeuntibus. Interim propius accedendo cœpit asellus aures vicissim erigere; dein offensis pedibus caput in altum extendere: ad extremum eleuata cauda declius per auia currere cœpit. Tum assessor suus hoc inusitatissime fieri cernens, tremebundus, vti senex, desiluit, seque Crucis signo obfirmauit. Cœpit tamen arctius tractare, quid asino esset; vel quid super eum diuina bonitas facere voluisset. Sed dum hoc secum deprehenderat, quod in via Balaam non fugerat, neque illum asellum fugientem Angelum, eleuans oculos cernit lupum. Intellexit itaque vir Deo plenus, naturalem Asini sui formidinem, fixoque in terram capite paulo diuinam orauit virtutem, & tunc demum ad fugibundum aiebat: In nomine Domini mei Iesu Christi, ô asine, præcipio tibi, vt concito cursu irruas in eam bestiam, quæ sub frutice latet, insidiando iniquis bidentibus. At ille ex præcepto magistri sui intrepidus aggreditur lupum. Interim & mandritis è diuerso venientibus, & ad vtrumque conclamantibus: insolitum & inauditum nimium est duellum. Sed præualuit asinus, & necatus est lupus, non à pastoribus cursitantibus, sed asellinis calcibus ac dentibus. Tum omnipotentis Dei famulus pastores illos nimis cœpit precibus rogitare, ne hoc alicui hominum vsque ad animæ suæ exitum dixissent. Hacque sponsione ab eis recepta, leuatus in gerulum suum, propria repedauit ad loca. Vnde nec mirandum est, cur omnes virtutes, quas per eum Christus omnipotens dignatus est operari, ad hoc vsque tempus pene latitassent, ita vt à nemine scribentium ante me propulatæ sint.

Num. 22. — *Asellus cum lupo, imperante S. Solo, congreditur & eum necat.*

Sed quare hoc, nisi quod sicut istic, sic per omnia signa sua spectatores suos clausuris sui præcepti obfirmauit firmissimis: quatenus in omnibus creatorem suum, in quantum virtus data est, imitaretur, qui cernentibus tribus discipulis transfigurationis suæ oroma, mandatum dederat nemini hoc ante gloriosissimam resurrectionis suæ palmam dicendum. Non aliter & beatissimus vir Deum omnium creatorem imitando, qui non iam solus, sed gratia Dei plenus sciens omnes pias virtutes, quas per suas preces ad honorem dantis obtinuit, non ab alio, nisi ab eo fieri, qui semper magnifice operatur in Sanctis suis: & ob id inanes vulgi rumusculos sibi vendicare noluit, sed omnia in laudem Dei conuertit; memorans puto illud Apostoli dicentis: viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Ducta igitur in terris angelica vita; tertio Nonas Decembris vocante Domino, assumptus est ad cœlestia regna. Obsecro autem per eius amorem, quem felix Sola feliciter sequebatur, qui hæc forte legere dignamini, ne rusticitatis meæ verba ore scyllatico attendatis, neve virtutes, quas per eum Dominus dignatus est ostentare, ceu inauditas, rugosa fronte respuatis: dum & plurimi hactenus sint operum eius assertores, qui me non plura neque ficta, sed perpauca & veridica de eo scripsisse testantur.

oroma, id est, visionem. Matth. 17. — *Gal. 2.* — *Obitus eius.*

IDCIRCO & gorceuinc lee huius oratiunculæ, quid super eo nuper mihi narrauerit dominus Gundram- X.
mus Diaconus charissimus meus,* qui modo cellulæ ipsius æditiuus est positus,* licet Regis sit Capellanus, annectere ocioti penna curaui: sicque * decimum capitulum cum tota sermonis serie finiri. Orationis itaque ac familiaritatis gratia conuisitarem ipsum, vt amicum, quamuis locum difficillimum, heremicolam tamen indagaui. Ast ille, vt est per omnia charitate plenus, benigne nos susceptos duxit ad hospitium, ibique omni humanitate ostentata lassabundi quieuimus nocte præsenti. Nam, vt in quarto huius sermunculi capitulo dixi, nimis difficilis ascensus & descensus manet ibidem pergentibus in tantum, vt pene non sit latior, quam ad sonipedis vnius iter sufficere potest. Quamobrem & multum impeditando laborauimus; & nisi Dei omnipotentis auxilio atque intercessione beati Solæ fulciremur, vel in articulis pedum, vel * manibus cruentaremur. Deo tamen protegente illæsi peruenimus. Peracta autem nocte cum corporum refectione, diluculo primo hymnis ex debito peractis, licentiam petimus redeundi. Sed supradictus amicus meus animalia me ac equestres meos vehementia abducere iussit, meque ceu inuitum precibus insistentibus secum & hunc diem manere obtinuit. Sed nec antea dimisit, quam ei aliquid de gestis beati Solæ sacerdotis Christi scriptitare promisi: sic tamen, vt secundum id, quod cognitæ rei veritas approbaret, meque iuxta vires à Deo datas deuotissimum existere velle. Tunc ille mellifluis verbis cœpit mihi narrare. Ego namque frater charissime, imperante Domino meo Rege, ex obedientia patrui ac domini mei charissimi, & fratrum eius, qui cum eo cœnobialiter viuunt, hic sum: vt cernis in artissimum & sterilem locum deputatus minister. Sed vt scias me in eodem nullo modo persistere nec posse, nec malle: nisi quædam causæ nutum tamen coegissent. Dicam tibi breuiter, quibus mœroribus sedulo prouocer in animo. Primum est, quod ab ipsa infantia mea dominus meus beatissimus Abbas, qui mihi licet sim indignus genitus, est patruus, ex disciplina vero pater & dominus: me sinnosis nutrimentis cum sanctissimo fratrum gremio educare cœperat, & ad virilem vsque ætatem cum fomentis patrum perduxerat, sed proh dolor, nihil seruitij hactenus videor reprehendere ei, quin & gemisco, me tam cito ab ipsius disciplina, non sponte mea, Deus scit, sed vi ablatum in Palatinorum numero, sicut noscis, nuncupatum. Ad hæc & hoc mentem sæpiuscule mouet, quid in me boni dominus Rex potuisset nancisci, quod seruitium meum dignatus est appetere, vel cur voluisset me à quietissima cœnobij vita, quamuis hactenus non ligatum, in ea educere, & in hæc asperrima montium iuga statuere: licet dignior mihi præsens locus fore videatur, graue tamen est mihi, nihil aliud quotidianis obtutibus, quam saxea scopula & tedas aspicere. Indurata tamen fronte contentus sum huius loci tugurio: nec hac in patria affecto plus commendari saluo commendato.

** quomodo* — ** qui Regis erat Capell.* — ** sequens* — ** naribus* — *Gundrammus ab auctore petit sibi scribi aliqua de gestis S. Solæ Rabanum intellige.* — *Enarrat quomodo ad cellam S. Solæ venerit.* — *tædas.*

Simul & hoc scito, quod hanc querimoniam nulli hominum antea planxi: sed neque tibi propalassem, nisi quod obstrusa angustia familiariter dissoluta solet deinceps frequenter leuius portari. Nam ne nimis longe sermonem protraham, hic manendi Deo semper in omnibus opitulante hæc materies maxima constat: quia sicut iam tibi narraui, supradictæ anxietates me hinc pepulissent, ni charissimus Deo Sola, cuius tu hic ex aquilonarij oratorij latere monumentum aspicis, me detinuisset. Cum itaque ego è viro venerabili domino Altino Episcopo, ad cuius diœcesin locus ipse pertinet, rogarem, vt sepulchrum beati viri effodiendi, & in eodem pauimento aliquanto melius humandi licentiam daret, concessit vt rogaui. Factoque ieiunio, cum his, qui tunc mecum adesse poterant, cepimus fodere. Quod dum peractum est; leuauimus sarcofagi operculum ex multis iam annis subtus terram positum, & tamen integrum. Et dum libentissime, quid intus corrupti haberet, contemplaremur, tantus, & tam ineffabilis mirifici odoris fumus inde egressus est, vt tota basilica suauissime ex eo redoleret impleta. At nos nimis attoniti in parte, qua steteramus domus regiæ, vt fragiles procubuimus; refocillati vero ex * odore fragranti, diuinam clementiam orantes resumpsimus spiritum: & tunc demum propius accedentes, perspeximus non solum sancti viri ossa integra, sed & ipsius beatæ glebæ puluerem ita sibimet cohærentem, nimiæque viriditatis speciem tenentem, vt quasi non olim mortuus, sed semper viuus putaretur. Hoc igitur amande frater, absque dubio scias, nobis cernentibus, & pauorem nimium ac immensum tripudium inculcasse. Sed quia omnia possibilia sunt omnia possidenti, laudauimus hymnis, quibus potuimus, creatorem nostrum, qui dum nihil eramus, plasmauit nos: & dum culpis exigentibus, ad nihilum demum reuerteremur, iterum diaboli seductione oblita restaurauit nos: cuius laus est in æternum, & in secula seculorum, Amen.

Hic Altinus fuit V. Episcopus Eystetensis post S. VVillibaldum. — *Inuentio S. Solæ.* — *Mira ex corpore eius odoris fragrantia.* — ** ore* — *Eleuatio.*

Posthæc vero cum ingenti gaudio statuimus beati viri memoriam aliquantulum altius, quam pridem fuisset: non tamen in alio, quam pene in eodem loco. Et licet alij de eius virtutibus taceant, nos qui sub alis eius sedulo degimus,

ipsius

ipsius miracula prædicamus: narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit, & qui dominatur in æternum, ut sit benedictus in secula seculorum.

Hanc itaque ego rationabiliter editam rationem intentus audiens cum respondissem Amen, aio ad eum: O nimiæ prudentiæ sagacissime frater, quam æquanimiter querelam mentis tuæ difseructas, lætitiamque spiritualiter operis adiungendo, credo quod nil iam sit, quod te contristet huius beatissimi viri precibus adiutum. Sed quæso cur mihi indigno atque imperitissimo, non dico, angorem cordis tui, sed & signa, & virtutes huius sanctissimi viri voluisses sic incognita nouiter ve coram exponere. Cum ex multis iam temporibus audierim, eum multa fecisse, & te, licet laborando in eius tugurio affectibus dixisti, scietim perstitisse? Si quid tamen adhuc in animo voluas, ut charissimo edicas amico.

Tum ille, frater amande, inquit: hæc idcirco tibi sic exposui, ut certior sis de almitate huius emeriti viri, quamuis olim multa de eo prælibassem, aliquanto tamen nunc de eius beatitudine, ut reor, lætior manes. Quapropter mihi ne deneges, quando aliqua ex miraculis eius scriptis tangas, lumenque quod in te diuina gratia accendit, in hoc opusculo ne obducas, efflagito: sed vera ac bene cognita apertias, quatenus mihi satisfacias, & cum in perpetuo intercessorem habeas. His nempe edictis rationibus, ô Rudolfe, in omnibus sagacissime, sicut amore concatenati sumus, supradicti viri precibus libentissime parui: sed tuæ sanctitati obuncam verborum congeriem commendo: quatenus dictis locum & maculosis licentiam condones. Plura enim de supradicto sanctissimo scribere mentis erat; si non vbique noctis angustiæ tempus cohiberet. At tamen hæc pauca, quæ scripta sunt, magnum * martyrian, fidemque multiplicibus præbent, intantum, ut nihil fideles ac beneuoli dubitare velint, vel possint, quando credant eum semper cum sancto sanctum, & cum electo electum. Vnde & ego in decimo sermonis mei capitulo finem de eo fieri malui: quia licet minus prudenter perfecti viri tamen actus, vitamque descripsi, quod denarius & quaternarius * numerus figurarum secundum ut qui in concordia decalogi & Euangelij totam vitam suam duxerat tali syllogismo subiaceat.

martyrian, id est, testimonium.
** martyriũ*
** numerus scilicet, ut qui*

ADELVNGVS EYSTETENSIS EPISCOPVS ALTINI SVCCESSOR, *qui obiit anno 858. Febr. 21. obtinuit apud Pontificem Max. Gregorium IV. ut S. Sola de tumulo leuatus, sanctorum numero ascriberetur, ut notat Bruschius in Catal. Episc. Eystetens.*

PROLOGVS ERMENOLDI DIACONI ET MONACHI IN VITAM BEATI SOLÆ PRESBYTERI AC ABBATIS.

IN paganorum itaque multorum panegyricis, dum multos scenico more viuentes ita Poeticis figmentis comperimus, perlectis eorum actibus, laudatos, ut stolida mente, & penitus à lumine fidei cæca eos in Deos transtulissent, quorum aliquod sibimet inusitatum, commentante diabolo, inuenisse fabulose iactabant. Cur nos, qui Christiani sumus, signaculoque muniti stigmatis Christi, quo leuato, omnia Ægypti delubra, cadentibus idolis, diruta sunt, taceamus * gloriosum belligeratorum triumphum, pro fide Christi in omni vita sua decertãtium? Quin actus, vitamque ipsorum, tanquam verissimo Regi militantium, liberiori religione describamus. Quos signa per virtutem Domini non ficta, sed veraciter facta, & præsentia, ac post huius vitæ discessum subsequentia, clarissimos reddunt, intantum, ut nihil dubitemus, eos, quin cum Christo sint in paradiso gaudentes, qui tot ac tanta nomine Domini inuocato in terra * facere præsentes. Et dum vsque hodie Maronis, ac Homeri inutiles fabulæ à Christianis viris lectitantur, cur non magis libet perscrutari dicta ac facta maiorum? Ad quorum tumbas sedulo procumbimus, diuinam clementiam implorantes, quatenus per intercessionem eorum, qui iam sunt in cœlo cum Deo coronati, nobis, qui adhuc in dubio schemate assistimus, auxiliati, ad gloriam sui triumphi dignentur. Sed ne nimis in longum sermo protelletur, abbreuientur huius rationis ambages. Et quia magnorum heroum omnium acta pensare dignum me fore haud censeo, honorabilissimi beati Solæ Sacerdotis Christi vitam ex parte tangendo, licet super vires meas sit, propalare tamen aggrediar.

** vitam gloriosorũ belligeratorũ pro Christo*
*al. * fecere*

I. IGITVR beatissimus cœlicola * Sola Apostolis in omni actione sua pene consimilis, regnante domino Pipino Imperatore super Franciam & Germaniam, eodem tempore, quo ipse de gente Anglorum magistrum suum sanctum scilicet Bonifacium Archiepiscopum prosecutus est; hanc in patriam, ceu iubar solis clarissimum, delatus est. A quo Presbyter. Monachusque ordinatus, sanctæ conuersationis initia sumpsit. Cum enim piissimus Imperator comperta S. Bonifacij sanctimonia, ac sociorum eius, cœpisset familiaritate, eorumque colloquio amicabiliter potiri; annuente Dei gratia, cœpit beatum Episcopum Bonifacium præ omnibus his, qui sub eo fuere Episcopis, habere, eumque sui ac totius populi fidei doctorem fieri iussit. Qui cum ab Imperatore mandatum sumens, totam Franciam, ac Alemanniam, ceu pater filios, non solum lacte, sed & pane firmiore educauit. Atque ut erat vir per omnia plenissime doctus, ne per imperiale præceptum contemneret sedis Apostolicæ priuilegium, Romam adiit: ibique ab Apostolico domino Leone accepta Archiepiscopatus auctoritate, nactis benedictionibus Domini, inde rediit, qui illuc deuotus properauit.

** Solus*
S. Sola a S. Bonifacio Sacerdos & Monachus ordinatus est.

Deinde ut maior lux fidei in sua patria luceret; cœpit de sanctissima sua cohorte emeritos præficere Episcopos ac Presbyteros, vbicunque constituendos. Qui simul cum suo magistro, veluti cum summo * Apostolo, gentem nostram intantum correxere, ut Apostolos præsentes cernere: sicuti & fides & morum institutio, quibus in partibus prædicabant, hactenus seminis huius germen optime pullulare declarauit. Quorum quoque pium initium elegantissima finis syllogismauit; dum & nullus ex his maniplis relictus est, * quando vel glorioso martyrio coronatus, vel pia confessione honoratus est.

** Apostolico*
** quin sit.*

II. HIC denique mitissimus vir, cuius in præsenti sermonem tenemus, sanctus Sola, inter cæteros compares suos, ceu gratissima florum gemma, licet latitans enituit: illisque, ut superius diximus, ad colligendos Deo populos vbique dispersis, iste multo ardentius præceptorem suum dominum sanctum Bonifacium in omnibus cœpit prosequi. Illam puto sententiam Domini memorans, qua dicit, perfectum omnem esse, qui est magister eius. Nec alias quam ut beatus Ioannes Euangelista ex pectore Domini nostri Iesu Christi plus cæteris diuinam sapientiam ebibit, amplexatus: sic & iste magistro suo adhærendo omnis ædificationis documentum percepit adstructus. Plusque heremum cupiit, quam vllos aridi seculi ramusculos, aut honores deciduos; gestans in mente vaticinium Prophetæ. Ea, inquiens, elongaui fugiens à seculo, & quieui in heremo. Eleuatisque virtutum pennis, veluti simplicior columba volauit, ac requieuit corpore, scilicet in ea solitudine, quam ipse sibi elegerat: mente enim & animo semper fuit in Domino.

Matth. 10.
Solitudinẽ amauit.
Psal. 54.

SED

De nomine S. Solæ. & loci vocabulo Cella Solonis Solenhouen

SED ne quid discipulis S. Bonifacij archimandritæ deesset, Christo omnipotenti in omnibus cooperante [illegible] sæculo tritici Domini dispensatores constituti, semina vbique centiflua mittentes, reteque Euangelij [illegible] que de profunditate sæculi huius fluctiuagas animas ad cœlestis patriæ littus trahere. At vero iste Sola Domino [illegible] tis, ac orationibus vacare desiderans, heremum petijt, & ob hoc, vt putamus, diuina prouidentia Sola nuncupatus, quia solitudinem amauit.

** Solus*
** Deo soli sit coniunctus,*
solitudo ipsa eo cultore nomen superstite habebat.
** Clericorū*

NEMPE & ipse locus, quem incoluit ex eius nomine solitudo dici potest: quem tamen quidam vulgo Cellam vel curiam Solonis vocant. Ast ego salua aliorum æstimatione, dico, cum Monachum, i. Solum, potius, quam Solonem: & cellam ipsam, cellam B. Solæ, quam cellam Solonis posse nuncupari. dum & ipse * locus à mundi actibus sequestratus * sit. Et ideo solitudo ipsa à cultore, scilicet Sola nomen habeat. III.

O quam felix collegium beatissimi Bonifacij: dum enim lucernæ Episcoporum, Presbyterorum, ac * cæterorum graduum copiose de suis per totum mundum lucerent, nec solitarios diuina bonitas ex his abesse passa est. Quorum omnium gesta scribere non solū super meas vires est, sed & omnium pene linguarum doctorum fortium [illegible]. Plus enim in secreto pectoris sui cubiculo conati sunt Deo placere, quam superficietenus actus suos propalare mallent; licet apertum sit, ex fructu tali, rami de qualitate processerint. IV

Anno ab 90. 1300. 11. Decem.

SERMO DIVI EPHRÆM, DIACONI ECCLESIÆ EDISSENÆ, DE LAVDIBVS SANCTI IOSEPH PATRIARCHÆ, AMBROSIO CAMALDVLENSI INTERPRETE. EXTAT IN OPERIBVS eius.

Vt quibusdam placet. Ioseph typus Christi. Item pudicitiæ fons & victor libidinis, ita dictus.

DEVS Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus magne atque admirabilis, qui etiam electi semen sanctorum seruorum tuorum diligentium te, largire, clementissime, vt fluant in me gratiæ tuæ fluenta largissima, quo digne valeam præclarum ac maximum præbere spectaculum pulcherrimi atque castissimi Ioseph, qui semper baculus fuit, cui innitetetur Patriarchæ Iacob profunda & veneranda senectus. Hic enim profecto, hic sanctus puer à prima statim ætate, Christi & primum, quod ad nos ex Virgine prodijt: & secundum, quo summo pauore concutiet omnia, signauit aduentum. Itaque, charissimi mei, à Christo dilecti fratres, constantes & alacres animo simus, vt honestissimi pueri facta tam grandia, suspensis mentib. inspicere atque audire possimus. Equidem, fratres mei, hunc adolescentulum non modo honestissimum dixerim, sed omni dignissimum admiratione, pudicitiæ fontem, victoremque libidinum, ac trophæum mirabile de hoste referentem. Vnde & futuri illius Saluatoris aduentus figura præcessit. Quisque igitur abijciat ex animo omnem terrenarum rerum curam, & cum desiderio suscipiat dulcia carmina. Sunt enim spiritalia cantica, quæ lætificant animam. Sicut

Gen. 37. enim Dominus noster de sinu Patris, vt nos omnes redimeret, missus est: ita & puer Ioseph à patre directus est, vt suos

Ibidem. visitaret fratres. Et quemadmodum illi, simul atque inspexerunt appropinquantem Ioseph, cœperunt aduersus eum cogitare nequitiam, & quidem cum illis pacem à patre perferret: ita & Iudæi duro semper corde, mox vt Saluatorem

Matth. 21. viderunt, dixerunt: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & nostra erunt omnia. Et sicut fratres Ioseph dicebant: Occidamus eum, & obtineamus ipsius hæreditatem, Ioseph fratres comedentes vendiderunt, quem proposito & voluntate necauerant: eodem modo Iudæi execrabiles, Pascha manducantes, Saluatorem occiderunt. Descensus in Ægyptum Ioseph, Saluatoris signat ad nostra descensum. Sicut autem Ioseph intra thalamum inclusus, omnem pec-

Gen. 47. cati vim magno vigore calcauit, atque aduersus Ægyptiam dominam suam, coronas victoriæ clarissimas retulit: ita

Ibidem. & Dominus ac Saluator animarum nostrarum ad inferni claustra descendens, dextera sua omnem illic atrocissimæ

Ibidem. mortis, & [illegible] tyranni potentiam strauit, atque destruxit. Quoniam vero peccatum superauerat, Ioseph in carcerem seruandus includitur, donec tempus coronæ percipiendæ veniret: ita & Dominus, vt peccata mundi omnia tolleret, in monumento reponitur. Ioseph biennij tempus egit in carcere, magna ibi cum requie ac libertate

Gen. 41. versatus: & Dominus noster triduum in inferno permansit, vt potens, & corruptione intactus. Iussu Pharaonis Ioseph placide e carcere, vt verissimus Christi typus, educitur, ac somniorum fidelis interpres futuram frugum vbertatem facile signat: at vero Dominus noster e mortuis propria virtute surrexit, inferni spolijs captis, reconciliationemque prædicans, & æternam vitam. Ioseph accepta super omnem Ægyptum potestate, in curru Pharaonis sedit.

Ibidem.

Ibidem. Rex autem noster ante sæcula, atque Saluator, ascendens in nube lucida in cœlum, ad dexteram Patris cum gloria se-

Act. 1. det, vtpote vnigenitus Filius. Cum vero in Ægypto regnaret Ioseph, accepta contra inimicos suos potestate, addu-

Gen. 42. cuntur sponte illius fratres ante eius solium, quem addixerant neci: ingrediunturque cum metu ac tremore, vt adorent in conspectu eius, qui ab illis in mortem venditus fuerat: & cum timore procidunt coram Ioseph, quem super se regnare noluerant. Agnitis vero ille fratribus suis, vno verbo ostendit homicidas. Quod illi audientes, attoniti, & pauore perterriti steterunt, obtutibus humi depressis, confusione pleni, & loqui minime audentes, neque omnino quicquam habentes, quod in excusationem sui sceleris afferre possent, recognoscentesque aperte peccatum suum. Putarant infelices, qua illum hora vendiderant, eum esse iam mortuum, dum repente is, qui fuerat ab eis peremptus, magna factus potestate, super illos regnare deprehensus est. Ita & in die illa terribili, cum venerit Dominus in nubi-

Luc. 19. bus æris, sedebit super sedem regni sui, adducenturque vincti coram illo ab Angelis terribilibus omnes inimici eius, qui eum super se regnare noluerunt. Arbitrati enim tunc sunt impij Iudæi, illum, si crucifixus esset, quasi hominem esse moriturum, non intelligentes miseri, Deum illum esse, qui, vt, saluaret animas nostras, aduenerat. Ac sicuti Io-

Gen. 45. seph dicebat palam fratribus suis, terrens eos, ac pudore suffundens: Ego sum Ioseph, quem vos vendidistis: ecce

Matth. 24. nunc regno etiam nolentibus vobis: ita & Dominus Crucem ostendet lucentem ipsis crucifixoribus suis, recogno-

Zach. 11. scentque ipsam Crucem, & Filium Dei à se crucifixum. Vidistis, vt Ioseph in carne figura certa fuerit Domini tui. Quoniam vero à puero effloruit ipsius virtus, age hinc iam initium sumentes, ipsius gesta enarrare pergamus.

Gen. 37. HIC nempe beatissimus, decem & septem annorum tempus in domo patris gratia sublimis virtutis enituit, II proficiens quotidie in timore Dei, in honestate propositi, & in honore parentum. Cum vero in fratribus suis deprehenderet iniquitatem, modice illam annunciauit patri. Re enim vera virtus semper ab iniquitate dissentit, neque illi congruere potest. Huius rei gratia illum oderant fratres, quod ab eorum scelere alienus esset, virtutique puer operam daret.

Ibidem. Habens autem habitantem in se Deum sanctum, cernebat in somnis, quæ sibi ex dispositione summi Dei euentura erant. At pater Iacob cum ignoraret fratrum odium clandestinum aduersum Ioseph, simplici animo diligebat Ioseph, virtutum flore ab ipsa prima ætate vernantem. Pascentibus autem illis oues in Sichem, contigit Ioseph esse cum patre domi. Pater autem Iacob absentium filiorum affectu paterno curam gerebat. Dixit ergo ad Io-

Ibidem. seph dilectissimum filium suum: Veni, fili, perge ad fratres tuos, & diligenter addisce, an recte valeant ipsi, & greges: citoque rediens, renuncia mihi. Accepto patris mandato, Ioseph pergebat gaudens ad fratres suos, deferens pacem

ea perso-

ex persona patris, nullaque eum de illis mordebat suspicio. Profectus igitur oberrabat in solitudine, fratribus suis, eorumque pastoribus minime inuentis. Cum vero mœrens ac tristis incederet, occurrit illi homo, viamque monstrauit, quæ ducebat ad fratres. Vbi autem eos procul adspexit Ioseph, lætior aduolat, amplecti omnes nimio amore desiderans. Illi autem postquam eum appropinquare viderunt, quasi feroces bestiæ, de occidendo eum tractare cœperunt. Ibat igitur Ioseph, velut innocens agnus, manibus atrocium luporum discerpendus. At vbi ad eos peruenit, placide illos ac blande salutauit, vt sese haberent, ex persona patris interrogans. Verum illi insurgentes continuo, tunica illum, qua indutus erat, exuerunt, & singuli stridebant dentibus in eum, viuum absorbere cupientes, trucesque & immites, vt odio suo satisfacerent, honestissimum illum ac sanctum puerum, varia cæde affligebant. Cernens autem Ioseph seipsum tot malis expositum, (nullus enim prorsus erat, qui misereretur) ad preces se & lachrymas, gemitusque conuertit, & extollens vocem, obsecrabat eos, dicens: Vt quid, fratres mei, ita irascimini? Deprecor vos omnes, sustinere modicum, dum loquar. Mater mea defuncta est, & pater Iacob eam nunc vsque quotidie luget, & vultis luctum alium afferre patri nostro, priore adhuc vigente, & needum sedato? Obsecro vos omnes, ne me à Iacob patre meo separetis, ne descendat senectus eius cum mœrore ad infernum. Adiuro vos per Deum Abraham, Isaac & Iacob, qui ab initio vocauit Abraham, & dixit ei: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram bonam, quam ego ostendam tibi: & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam maris, quæ est innumerabilis: per Deum excelsum, qui dedit Abrahæ tolerantiam prompte offerendi in sacrificium filium suum vnigenitum Isaac, vt reputaretur ipsi Abrahæ in gloriam: per Deum, qui eruit Isaac de morte, dans pro illo arietem in holocaustum acceptabile: per Deum sanctum, qui dedit benedictionem Iacob ex ore patris sui Isaac: per Deum, qui descendit cum Iacob in Charran in Mesopotamiam, vnde exierat Abraham: per Deum, qui liberauit Iacob ex omni angustia, & dixit se daturum ei benedictionem: ne, quæso, destituat patre Iacob, ne ita me lugeat, sicut luxit Rachel: neque rursus contenebrentur oculi eius, qui horis singulis opperitur reditum meum, & ingredi ad se expectat. Remittite me ad Iacob patrem meum. Nolite, obsecro, spernere lachrymas meas, sed patri me restituite.

Ibidem. — *Anno ab Orbe condito 2306. Ioseph à fratribus inhumane tractatur. Vide annal. August. Tornielli; Oratio S. Ioseph ad fratres suos. Genes. 12. Genes. 22. Ibidem. Genes. 27. Genes. 28. Genes. 32.*

III. Hæc illo per Deum patrum adiurante, feræ illæ belluæ continuo in lacum eum iniecerunt, neque Deum metuentes, neque eius adiuratione ad reuerentiam moti, & quidem cum ille singulorum vestigia stringeret manibus, & fratrum pedes rigaret affatim lachrymis, clamans ac dicens: Fratres mei, miseremini mei. Iniecto autem Ioseph in lacum solitudinis, amarissimis lachrymis, miserabilibusque lamentis atque gemitibus, seipsum vna & Iacob patrem deflebat, lachrymansque & trahens ex alto corde longa suspiria, dicebat: Inspice, pater Iacob, quæ filio tuo contigere. Ecce enim in lacum missus sum veluti mortuus. En ipse præstolaris meum ad te reditum, pater, & nunc in lacu iaceo tanquam homicida. Dixisti mihi, pater: Perge ad visitandos fratres tuos cum pastoribus, & ad me cum celeritate reuertere: Sed ecce isti velut immanissimi lupi effecti sunt, & me abs te separarunt, honestissime atque amabilis pater. Non iam adspicis faciem meam, neque vocem audis, neque vltra super me innititur tua sancta & veneranda senectus. Non iam ego vicissim intueor sacram dulcemque canitiem tuam, quoniam sepulto mortuo melior non est conditio mea. Defle, pater, filium tuum, & te filius vicissim deploret, quia ita à puero separatus sum à facie tua. Quis dabit mihi loquentem columbam, vt profecta hinc annunciet senectuti tuæ gemitum meum? Defecerunt, dulcis pater, & lachrymæ, & gemitus, voxque ipsa penitus elanguit, nec est qui adiuuet. O terra, ô terra, quæ clamasti ad Deum sanctum pro Abel iusto iniuste perempto, sicut tradiderunt nobis aui, ac parentes, quod scilicet terra clamauerit propter sanguinem iusti: ipsa nunc quoque clama ad Iacob patrem meum, aperte illi indicans, quæ mihi à fratribus acciderunt.

Genes. 37. In lacum à fratribus inicitur. Deflet se & patrē suum. Genes. 4.

IV. Vt autem iniecerunt Ioseph in lacum funesti illi, sederunt vt comederent ouantes, ac biberent: ac veluti exultant victores fugatis hostibus, & capta præda, ita illi nimio cum gaudio discubuere. Cum vero læti atque gestientes manducarent ac biberent, leuantes oculos, viderunt negociatores Ismaelitas venientes, qui pergebant in Ægyptum, camelos ducentes, qui aromata ferrent, dixeruntque ad inuicem: Multo nobis melius est, venundare Ioseph peregrinis negociatoribus istis, vt profectus hinc, in aliena regione moriatur, nec sit manus nostra super fratrem nostrum. Eduxeruntque Ioseph de lacu fratrem suum, tanquam feræ belluæ, acceptoque precio vendiderunt mercatoribus, non patris sui mœrores considerantes, cui curam ingentem angoremque iniiciebant. Illis vero iter agentibus, contigit vt deuenirent in locum Hippodromi, vbi sepulta est Rachel. Illic enim defuncta erat, cum rediret Iacob de Mesopotamia. Vbi autem vidit Ioseph sepulchrum Rachel matris suæ, accurrens cecidit supra monumentum, extollensque vocem suam, ingemuit lachrymans, & clamauit in amaritudine animæ suæ dicens: Rachel, Rachel mater mea, exurge de puluere, & inspice Ioseph filium tuum, quem dilexisti, ac vide quid illi contigit. En ipse captiuus in Ægyptum abducitur, traditus quasi maleficus in alienorum manus. Fratres mei omnino nudatum vendiderunt in seruum, & pater Iacob ignorat, quomodo proditus sum. Aperi mihi, mater mea, & suscipe me in sepulchro tuo. Fiat tumulus tuus, vnus in hi ac tibi lectulus. Suscipe, mater, filium tuum, ne violenta pereat nece. Accipe me, mater, qui subito Iacob patre destitutus sum, sicuti & tuo mater contubernio à puero priuatus sum. Audi, mater dulcis, gemitum cordis mei, grauemque eiulatum, & me in tuo monumento suscipe. Non enim iam sustinent oculi mei lachrymarum imbres, neque anima mea gemitibus sufficit. Rachel, Rachel, non audis vocem filij tui? En vi abducor, & me suscipere non vis? Iacob vocaui, nec audiuit vocem meam. Ecce rursus & te voco, & ne tu quidem audis me. Hic, hic supra tuum tumulum moriar, ne in alienam regionem quasi malefactor aliquis ducar.

Genes. 37. Diuenditur mercatoribus Ismaelitis. Genes. 35. Deflet caput suum S. Ioseph super tumulum matris suæ Rachel.

V. Vbi vero omnes simul adspexerunt Ismaelitæ, qui emerant Ioseph, illum ita cucurrisse, ac super tumulum Rachel matris suæ in faciem corruisse, dixerunt ad inuicem: Adolescens iste præstigias artis magicæ in nos exercere vult, vt manus nostras possit effugere, nobisque ignorantibus euanescere. Comprehendamus eum igitur, & fortibus nexibus constringamus, ne nobis magiis suis auferat visum. Accedentes itaque ad illum, frementesque dixerunt: Surge iam, atque magiam exercere desiste, ne te supra tumulum hunc percutientes, auri, quod pro te dedimus, iacturam patiamur. Postquam vero surrexit, viderunt omnes illius faciem lachrymis ac gemitibus nimiis adustam, cœperuntque singuli modeste illum rogare, dicentes: Cur fles? Quid lachrymis manas? Magno enim mœrore detineris, ex quo sepulchrum istud vidisti, cum esses in huius Hippodromi via. Itaque abiecto metu, confidenter nobis eloquere, quod sit opus tuum, cur item venditus sis. Pastores enim illi, cum te venderent, nobis ita dixerunt: Caute illum obseruate, ne forte in via diffugiat à vobis: insontes sumus nos: ecce enim prædiximus vobis. Itaque diligenter expone, cuiusnam sis seruus, pastorumne illorum, an liberi alicuius: causamque edicito, cur ita flebiliter, tantoque cum affectu ac studio supra tumulum istum cecidisti. Nos nempe te emimus, dominique tui sumus: vt seruus igitur noster tua omnia nobis edissere. Nam cui ea magis pandere debes? Nostri iuris cum sis, effugere vis, negligentibus nobis, vt pastores illi prædixerunt? Verum dic nobis aperte, oramus, quisnam sis, quod sit opus tuum, bono-

Ismaelitæ suspicantur eum artem magicam exercere.

que esto

que esto animo: videris enim liber. Non te vtemur vt seruo, sed tanquam fratre, aut charissimo filio. Na[illegible] mus in [illegible] maximam libertatem, atque in statu honesto ingentem disciplinam: dignusque profectu es [illegible] stare, & cum magnatibus honorari, ô iuuenis. Quippe hic decor tuus te & nunc honestissimum reddit, pul[illegible] berum, ac tui iuris facies esse, erisque noster amicus, & inprimis familiaris in terra, ad quam te ducimus, vt l[illegible] gaudeas. Quis enim huiusmodi non cupiat puerum, oculorum specie insignem, & ingenuitate sapientiaque præstantem.

Ioseph his lapis mei respondet.

RESPONDENS autem Ioseph, inter suspiria & gemitus, dixit eis: Neque seruus vnquam fui, neque sit, neque VI. magus, nec vllo quidem scelere meo in manibus vestris venundatus sum: sed filius vnice dilectus patri meo fui. Porro pastores illi fratres mei sunt, misitque me pater videre eos, vt sese haberent: quippe indulgentissimus pater illorum cura macerabatur. Aliquanto enim diutius illic inter montes morati erant: cuius rei gratia me ad videndum illos miserat pater. At illi zelo magno, inuidiaque contra me concitati, me vobis in seruum vendiderunt, auulsum a finibus & visceribus patris, minime ferentes tanta in me paternæ dilectionis indicia. Sepulcrum vero istud, matris meæ est. Nam cum ex Charran migraret pater meus, vt abiret in locum, vbi nunc habitat, hinc transitum habuit, atque in eo itinere mortua est mater mea, & in hoc tumulo, quem cernitis, sepulta. Ista cum illi audissent, lachrymati sunt, vicem illius miserantes, dixeruntque ei: Noli timere adolescens: ad summum enim honoris prouchendus, modo proficisceris, Ægyptum ingrediens: nempe enim effigies tua, tuæ ingenuitatis index est: immo nunc meliore esto animo, fratrum inuidus atque inuidia liber, qui te vendiderunt nobis.

Genes. 35.
Ismaelitæ eius vicem miserantur, eumque consolantur.

AT vero fratres Ioseph, vbi illum vendiderunt, allato hirco, ac mactato, tunicam eius fœdantes sanguine, mi- VII. serunt patri, dicentes: Hanc in montibus iacentem inuenimus, ac continuo cognouimus Ioseph fratris nostri esse vestem, omnesque in mœrore sumus illius gratia. Quamobrem hanc ad te mittimus tunicam Ioseph variam, pater, cum fratrem nostrum minime inuenerimus. Agnosce igitur & ipse, si filij tui est: omnibus quippe visum est, hanc esse Ioseph. Cum vidisset autem Iacob tunicam Ioseph, amaro cum gemitu & eiulatu exclamauit, dicens: Tunica Ioseph filij mei est, fera pessima deuorauit filium meum: amaroque animo inter luctus & intolerabiles gemitus dicebat: Cur ego pro te, fili, magis deuoratus non sum? Vt quid mihi non continuo occurrit bellua, vt satiata carnibus meis, te, fili dulcissime, reliquisset illæsum? Quare me magis non discerpsit & dilaniauit, cibusque illi factus non sum, mise[illegible] Væ mihi, væ mihi: dirumpuntur viscera mea propter Ioseph. Deficite plorantes oculi mei, & caliginem obducite semper: ecce enim tunica tua in altum me impellit gemitum, fili: est enim integra. Itaque non te fera, puto, deuorauit, dulcis fili, sed humanis profecto manibus & exutus, & occisus es. Nam si, vt fratres tui aiunt, consumptus a bestia fuisses, tunica vtique tua per partes discissa esset. Neque enim fera prius exuere sustinuisset, ac tunc demum exsisset carnibus tuis, fili. Rursum si prius exuisset, ac demum deforasset, tunica tua sanguine infecta non esset. Non scissuræ vnguium in tunica, non dentium sunt vlla vestigia. Vnde igitur sanguis? Si autem fera, quæ comedit Ioseph, ita sola fuit, quo pacto hæc omnia perpetrare potuit? Hic igitur mihi deserto ac destituto luctus, hic gemitus est. Ioseph lugeo, & tunicam defleo. Duo hi luctus, duo gemitus, acerbissimi ploratus, Ioseph, atque tunicæ. Quomodo enim ille exutus est? Moriar ecce, Ioseph fili mi, mea lux, meumque firmamentum, & tunica tua mecum descendet in infernum. Nolo enim iam Solis radios absque te cernere, fili mi Ioseph. Deficiat anima mea cum anima tua, Ioseph lux mea.

Genes. 37.
S. Iacob lugens filium suum.
Fatetur non a fera deuoratum esse.

INTEREA Ismaelitæ sumentes Ioseph, magno studio illum in Ægyptum deduxerunt, existimantes ob exi- VIII. miam adolescentis formam pecunias plurimas a quouis ex principibus sibi conferendas. Ipsis autem per medium ciuitatis prætereuntibus, ecce Phutiphar illis continuo occurrit, intuitusque Ioseph percontatus est eos, dicens: Dicite, negociatores, vnde est hic adolescens? Non enim vobis similis est: omnes namque vos Ismaelitæ estis: hic autem formæ honestate præcellit. Qui responderunt: Nobilissimus omnino, plenusque prudentiæ est. Dato igitur pretio, quantum illi postulauerant, summo affectu emit ab eis Ioseph. Et cum introduxisset domum, inuestigabat, quænam fuisset eius educatio. At vero ille a sancto semine iusti Abraham, Isaac & Iacob nihil degenerans, proficiebat virtute, magnaque constantia domo domini sui, ac de die in diem pudicitiæ virtutem, adspectu ac verbo magis magisque tuebatur, habens ante oculos iugiter Deum sanctum, cuncta superne inspectantem, Deum patrum suorum, qui illum ex lacu & morte, atque ex fratrum eripuerat scelere. Verum ipsius cor iugiter conterebatur, ac mœrebat pro sancto patre suo Iacob. Animaduertens autem dominus eius constantiam iuuenis, atque grauitatem, summamque disciplinam & gratitudinem, omnia, quæ possidebat, Ioseph pulcherrimo, tanquam charissimo filio, tradidit gubernanda: neque quicquam aliud nouerat dominus, nisi panem solummodo, quo vescebatur. Sciebat enim Ioseph esse fidelissimum, expertusque erat rem suam ac omnem substantiam, sub manibus illius in dies augeri. Porro domina ipsius cum vidisset Ioseph singulari pulchritudine præditum, vulnerata est acri amoris iaculo, vesaniaque diaboli, & vehementi cupidine dormire cum illo cupiebat, honestissimumque adolescentem, ac pudicitiæ fontem, in foueam turpitudinis ardebat impellere, innumeras artes, variosque ornatus excogitans, ac nullis omnino sumptibus parcens. Nam horis singulis mutabat amictum, faciemque stibio ac fucis varus pingens, & crinibus aurum inserens, atque impudicis nutibus subridens, castissimos tentabat iuuenis oculos. Putabat nimirum infelix, hisce illecebris tam clanimum facile illaqueari posse. At vero Ioseph, timore Dei vndique septus, ne simplici quidem adspectu in illam intuebatur. Postquam vero illa animaduertit artes suas & ornatus insignes nihil iusto præualere, maiore flagrabat cupiditatis ardore, ac solicitudine anxia, quid ageret ignorabat. Cogitabat procacibus verbis illum ad ignotum ei opus hortari, obseruans tempus, quo illi, velut aspis insaniens, impudicitiæ virus infunderet: impudentiusque saepe dicebat ad Ioseph: Dormi mecum, nihil omnino formidans. Audacter mecum congredere, vt & ego specie tua satiatum sua, & tu vicissim mea satieris pulchritudine. Cubilia multa nobis ad hoc opportunantur. Habes tu liberam totius domus potestatem: nullus omnino ingredi præsumet ad nos, neque nostrum impediet secretum. Itaque accede ad me, meumque imple desiderium: valde enim vror concupiscentia tui.

Genes. 39.
Insigne studium pudicitiæ S. Ioseph.
Anno ab Orbe condito 2311. Vide Torniel. in annal.
Genes. 39.
Ibidem.
Anno ab Orbe condito 2316. Hic varios infert tatori pudicitiæ ictus. Torniel. in annal.

AD hæc lapis ille adamantinus, & animo, & corpore inuiolabilis perstitit, atque in tanta procella immobilis IX. mansit. Cæterum timore Dei cuncta repellens ignea libidinis iacula, congruaque sibi honestate ab se illam diuinis verbis arcebat, ita illi dicens: O mulier, istud quidem scelus implere minime conuenit tecum, quæ domina mea es. Deum enim quidem timeo. Ecce autem & dominus meus omnia tradidit mihi, quæ sibi & domi, & foris sunt: neque est aliquid, quod sub manu mea non sit, præter te. Quam igitur iniquum esset, tantam vim dilectionis talis domini prodere, qui me ita dilexit? Quomodo possum coram Deo, qui scrutatur corda & renes, huiusmodi facinus ex[illegible] Hæc sancta verba dicebat Ioseph horis singulis ad dominam suam, corripiens, admonens, increpans, culpans. Verum nihil diuinum mulieris auris admittebat, maioreque turpitudinis flagrabat ardore, & insita magis vtebatur obstinatate

Enim fortiter a se repellit castissimus iuuenis.
Psal. 7.
Hebr. 4.

instate libidinis, obseruabatque per momenta tempus reperire idoneum, quo castissimum iuuenem impudice violare posset. Videns autem Ioseph mulierem adeo impudenter atque immaniter, ceu feram, super se irruere, vt animum suum, corpusque corrumperet, leuauit oculos suos ad Deum patrum suorum, assidueque orabat altissimum, dicens ita: Deus Abraham, Isaac & Iacob, Deus magne atque terribilis, erue me ab hac fera pessima. Ecce enim ipse aspicis, Domine, mulieris insaniam, quomodo me in occulto occidere per flagitium cupit, vt vna secum moriar in peccatis, & prorsus separer à Iacob patre meo. Liberasti me, Domine, de morte, & ab iniustis fratribus meis. Libera me nunc quoque ab insaniente fera ista, ne operibus nequam alienus efficiar à patribus meis, qui vehementer ac pie dilexerunt te, Domine. Atque ex alto corde trahens longa suspiria, Iacob iterum appellabat, cum lachrymis dicens: Ora, pater, ipse pro filio tuo Ioseph: quoniam vehemens aduersum me concitatur bellum, quod me à Deo separare possit. Istud mulieris bellum longe atrocius est, quam quod mihi fratres mei inferre voluerunt. Illud necabat corpus, hoc separat à Deo animam. Scio equidem, dulcissime mi pater, quoniam orationes tuæ pro me ad Deum sanctum ascenderunt, atque ideo ex lacu mortis ereptus sum. Et nunc rursus exora altissimum, vt me ab hac eruat fera, quæ filium tuum perdere nititur: cui neque in oculis verecundia, neque in corde timor Dei est: ne, sicuti finibus tuis destitutus corporaliter sum, ita & ab animo alienus efficiar. Profectus sum ad fratres meos, factique sunt vt belluæ, & vt grauissimi lupi abs te auulserunt, pater sancte: & in Ægyptum deductus sum in manibus aliorum, & ecce rursus fera alia occurrit mihi. Fratres quidem in deserto interimere me voluerunt: hæc autem in cubiculo me discerpere inquirit. Ora, pater dulcissime, pro me filio tuo, ne coram Deo & patribus meis moriar.

Precatio eius ad Deũ

X. Cvm autem verbis dominæ suæ parere noluisset, quæ illum singulis horis vrgebat, ac veluti aspis immitis illi, omni pudore abiecto, imminebat, obseruauit ipsa tempus, quo illum in thalamo solum inueniret, sicque peccatum consummaret. Vbi vero illum in lectulo suo, vt cupiebat, deprehendit, accedens impudenter, ipsum ad se conabatur attrahere, nequitiamque perpetrare. Ille autem admiratus mulieris impudentiam singularem, continuo extra domum cursu exsiliit: ac sicuti aquila, cum aucupes viderit, alis cæli celsitudinem penetrat: ita & Ioseph ex his retibus fugit, ne vel dicto, vel facto vulnus exciperet: inque illius manibus pallium linquens, diaboli laqueos fugit. Videns autem mulier illum ita effugisse, magno in mœrore erat: iamque plectere iustum cogitabat, accusare illum turpitudinis apud virum volens, vt eo comperto, vir eius zelotypo furore succensus, interimeret Ioseph, illud simul secum reputans: Multo mihi melius est, vt Ioseph moriatur, vt vel sic requie fruar. Non enim fero tantum pulchritudinis in domo mea per momenta conspicere, eum frui ipsa vel clam, aut palam eximia iuuenis specie nequeam. Vocatis itaque seruis & ancillis suis, ait: Scitis quid admiserit in me puer Hebræus, quem constituit vir meus super domum suam? Voluit mecum impudenter congredi. Non sufficit illi potestas omnis domus nostræ, nisi me quoque separare à viro meo conaretur. Sumptamque Ioseph tunicam ostendit viro, probro illi dicens: Adduxisti ecce puerum istum Hebræum, vt contumeliam inferret, illuderetque mihi vxori tuæ. Scis tu, Domine mi, quod pudica sum: atque ideo annunciaui tibi. Auditis huiusce calumniis vir eius, vxoris verbis protinus credidit, ita esse asserentis: iratusque iussit continuo vinciri Ioseph, & in domum carceris mitti, maximas intentans minas, verborum illius ac benedictionum, quæ sibi tum domi, tum foris propter Ioseph euenerant, penitus immemor. Neque crimen obiectum diligenter inquisiuit, sed statim aduersus eum iniustam protulit sententiam, dicens: Ioseph in carcerem coniici iubeo, nullaque prorsus requie fruatur. Deus autem Abraham, Isaac & Iacob, qui scrutatur omnium corda, cum ipso erat, deditque illi misericordiam in oculis principis carceris, ac permisit illum in carcere liberum à vinculis viuere. Neque enim vnquam discedit benignissimus Deus noster ab his, qui metuunt illum corde perfecto.

Genes. 39. *Fugit Ioseph relicto pallio in manibus adulteræ.* *S. Ioseph falso delatus, mittitur in carcerem.* *Genes. 39.* *Ibidem.*

XI. Post hæc peccauerunt Pharaoni pincernarum princeps, ac magister pistorum, iussitque Rex vtrumque in carcerem trudi. Porro Ioseph ministrabat illis. Cum autem illi clausi detinerentur, post dies aliquot vident ambo somnia, quid eis breui euenturum esset, præsignantia. Ioseph autem sanctus, minister eum esset, consueto ingressus ad eos, animaduertit ambos mœstos ac tristes: & cum mœstitiæ causam percontaretur, dixerunt: Somnia vidimus, nec est qui ea nobis exponat: ideoque in mœrore sumus. Dixit autem eis: Istud quidem Dei est, obscura quæque reserare timentibus eum. Dicite mihi somnia vestra, vt ea vobis per me Deus meus aperiat. His auditis, pincernarum & pistorum principes dixerunt somnia Ioseph, quæ viderant ambo. Ioseph autem paucis verbis exposuit eis exactissima fide, quæcunque illis à Rege euentura erant, vt postmodum rei probauit euentus. Namque pincernarum principem honori suo, officioque restituit: pistorum vero magistrum tradidit morti. Cumque pincernæ ventura prædiceret, orabat eum, dicens: Memento mei coram Pharone, Regique de me celeriter suggere, vt me hinc educat: nihil enim peccaui, neque mali quippiam feci: sed absque causa iniectus in domum carceris sum. O semen electum atque beatissimum, quid à mortali homine subsidium quæris? Omisso Deo, hominem rogas? Certe expertus es auxilium Dei, quando etiam pudicitiæ tunicam intactam, inuiolatamque seruasti. Cur, oro, castitatis lilium, deficis animo, cum Deus tibi regnum gloriamque prouideat? Quo autem tentationem fortius toleras, eo illustrior tibi corona victoriæ contexitur. Vt autem, iuxta quod prædixerat Ioseph, impleretur somniorum solutio, post triduum fecit Pharao conuiuium omnibus optimatibus suis, recordatusque inter epulas pistorum magistri, & pincernarum principis, alterum quidem in priorem restituit gradum, alterum vero tradidit morti.

Genes. 40. *Anno ab Orbe condito 2317.* *Vide Tornellum in annal. hoc anno.* *Exponit pincernarũ & pistorum præfectis sua somnia.* *Ibidem.*

XII. Cvm vero oblitus esset pincerna interpretis sui, per Dei prouidentiam post duos annos vidit Pharao somnia magna, quæ sapientum omnium Ægyptiorum, omniumque magorum artem omnem, intelligentiamque transcenderent. Experrectus autem Pharao, sapientes omnes accersiri iussit: quibus cum somnium annunciasset, nemo vim somnij explicare valuit. Rege itaque mœrente, cuiusque confecto, nunciauit ei pincernarum princeps omnia de Ioseph. Eis auditis, Pharao gauisus est gaudio magno, iussitque continuo illum ad se adduci. Et cum processisset ex carcere, dixit illi Pharao coram optimatibus suis: Audiui de te, quod vir sapiens & prudentissimus sis, & qui somnia obscura interpretari noueris. Respondit autem Ioseph Pharaoni: Indultoris sapientiæ Dei est exponere somnia. Dixit autem Pharao somnia sua coram Ioseph, & omnibus magnatibus suis: audiuitque continuo somniorum expositionem ex ore Ioseph, veluti ex ore Dei. Stupefactus Pharao ad tantam adolescentis sapientiam, excellensque consilium, (siquidem illi consuluerat, virum vnum constituere sapientem atque intelligentem, vt Ægypti frumenta colligeret: futuram quippe famem ingentem dicebat: vt haberentur fruges plurimæ in tempus prestitutæ seruatæ) ait ad illum: Teipsum constituam hodie super omnem Ægyptum, qui tale consilium reperisti: atque ad tui oris imperium & Ægyptus, & omnis domus mea disponetur. Tunc imposuit illum in currum suum, omnesque magnates partim antecedebant currum, partim circumdabant eum, vna pergentes, maxime cum ex ore Pharaonis accepissent, secundum esse illum Ægypti Regem. Videns autem Phutiphar, qui Ioseph prius in

Genes. 41. *Anno ab Orbe condito 2319.* *Eductus è carcere, & Regis somnia exponit.* *Tornel. his hoc anno.* *Ibidem.* *Fit princeps totius Ægypti.*

que esto animo: videris enim liber. Non te vtemur vt seruo, sed tanquam fratre, aut charissimo filio. Na… mus in te maximam libertatem, atque in statu honesto ingenteм disciplinam: dignusque profecto es cu… Regi… stare, & cum magnatibus honorari, ô iuuenis. Quippe hic decor tuus te & nunc honestissimum reddit, paulo po… berum, ac tui iuris facies esse, erisque noster amicus, & inprimis familiaris in terra, ad quam te ducimus, vt lætens… gaudeas. Quis enim huiusmodi non cupiat puerum, oculorum specie insignem, & ingenuitate sapientiaque præstantem.

Ioseph illis lapidem ei respondet.

RESPONDENS autem Ioseph, inter suspiria & gemitus, dixit eis: Neque seruus vnquam fui, neque fur, neque VI.
magus, nec vllo quidem scelere meo in manibus vestris venundatus sum: sed filius vnice dilectus patri meo fui. Porro pastores illi fratres mei sunt, misitque me pater videre eos, vt sese haberent: quippe indulgentissimus pater illorum cura macerabatur. Aliquanto enim diutius illic inter montes morati erant: cuius rei gratia me ad videndum illos miserat pater. At illi zelo magno, inuidiaque contra me concitati, me vobis in seruum vendiderunt, auulsum à finibus & visceribus patris, minime ferentes tanta in me paternæ dilectionis indicia. Sepulcrum vero istud, matris meæ est. Nam cum ex Charran migraret pater meus, vt abiret in locum, vbi nunc habitat, hinc transitum habuit, atque in eo itinere mortua est mater mea, & in hoc tumulo, quem cernitis, sepulta. Ista cum illi audissent, lachrymati sunt, vicem illius miserantes, dixeruntque ei: Noli timere adolescens: ad summum enim honoris prouehendus, modo proficisceris, Ægyptum ingrediens: nempe enim effigies tua, tuæ ingenuitatis index est: immo nunc meliore esto animo, fratrum insidiis atque inuidia liber, qui te vendiderunt nobis.

Genes. 35.
Ismaelitæ eius vicem miserantur, eumque consolantur.

AT vero fratres Ioseph, vbi illum vendiderunt, allato hirco, ac mactato, tunicam eius fœdantes sanguine, miserunt patri, dicentes: Hanc in montibus iacentem inuenimus, ac continuo cognouimus Ioseph fratris nostri esse vestem, omnesque in mœrore sumus illius gratia. Quamobrem hanc ad te mittimus tunicam Ioseph variam, pater, cum fratrem nostrum minime inuenerimus. Agnosce igitur & ipse, si filij tui est: omnibus quippe visum est, hanc esse Ioseph. Cum vidisset autem Iacob tunicam Ioseph, amaro cum gemitu & eiulatu exclamauit, dicens: Tunica Ioseph filij mei est, fera pessima deuorauit filium meum: amaroque animo inter luctus & intolerabiles gemitus dicebat. Cur ego pro te, fili, magis deuoratus non sum? Vt quid mihi non continuo occurrit bellua, vt satiata carnibus meis, te, fili dulcissime, reliquisset illæsum? Quare me magis non discerpsit & dilaniauit, cibusque illi factus non sum, miser? Væ mihi, væ mihi: disrumpuntur viscera mea propter Ioseph. Deficite plorantes oculi mei, & caliginem obducite semper: ecce enim tunica tua in altum me impellit gemitum, fili: est enim integra. Itaque non te fera, puto, deuorauit, dulcis fili, sed humanis profecto manibus & exutus, & occisus es. Nam si, vt fratres tui aiunt, consumptus à bellua fuisses, tunica vtique tua per partes discissa esset. Neque enim fera prius exuere sustinuisset, ac tunc demum exsaturari carnibus tuis, fili. Rursum si prius exuisset, ac demum deforasset, tunica tua sanguine infecta non esset. Non scissuræ vnguium in tunica, non dentium sunt vlla vestigia. Vnde igitur sanguis? Si autem fera, quæ comedit Ioseph, ita sola fuit, quo pacto hæc omnia perpetrare potuit? Hic igitur mihi deserto ac destituto luctus, hic gemitus est. Ioseph lugeo, & tunicam defleo. Duo hi luctus, duo gemitus, acerbissimi ploratus, Ioseph, atque tunicæ. Quomodo enim ille exutus est? Moriar ecce, Ioseph fili mi, mea lux, meumque firmamentum, & tunica tua mecum descendet in infernum. Nolo enim iam Solis radios absque te cernere, fili mi Ioseph. Deficiat anima mea cum anima tua, Ioseph lux mea.

Genes. 37.
S. Iacob lugET filium suum.
Facile conijcit non a fera deuoratum esse.

INTEREA Ismaelitæ sumentes Ioseph, magno studio illum in Ægyptum deduxerunt, existimantes ob eximiam adolescentis formam pecunias plurimas a quouis ex principibus sibi conferendas. Ipsis autem per medium ciuitatis prætereuntibus, ecce Phutiphar illis continuo occurrit, intuitusque Ioseph percontatus est eos, dicens: Dicite, negociatores, vnde est hic adolescens: Non enim vobis similis est: omnes namque vos Ismaelitæ estis: hic autem formæ honestate præcellit. Qui responderunt: Nobilissimus omnino, plenusque prudentiæ est. Dato igitur pretio, quantum illi postulauerant, summo affectu emit ab eis Ioseph. Et cum introduxisset domum, inuestigabat, quænam fuisset eius educatio. At vero ille à sancto semine iusti Abraham, Isaac & Iacob nihil degenerans, proficiebat virtute, magnaque constantia domo domini sui, ac de die in diem pudicitiæ virtutem, adspectu ac verbo magis magisque tuebatur, habens ante oculos iugiter Deum sanctum, cuncta superne inspicientem, Deum patrum suorum, qui illum ex lacu & morte, atque ex fratrum eripuerat scelere. Verum ipsius cor iugiter contristabatur, ac mœrebat pro sancto patre suo Iacob. Animaduertens autem dominus eius constantiam iuuenis, atque grauitatem, summamque disciplinam & gratitudinem, omnia, quæ possidebat, Ioseph pulcherrimo, tanquam charissimo filio, tradidit gubernanda: neque quicquam aliud nouerat dominus, nisi panem solummodo, quo vescebatur. Sciebat enim Ioseph esse fidelissimum, expertusque erat rem suam ac omnem substantiam, sub manibus illius in dies augeri. Porro domina ipsius cum vidisset Ioseph singulari pulchritudine præditum, vulnerata est acri amoris iaculo, vesaniaque diaboli, & vehementi cupidine dormire cum illo cupiebat, honestissimumque adolescentem, ac pudicitiæ fontem, in foueam turpitudinis ardebat impellere, innumeras artes, variosque ornatus excogitans, ac nullis omnino sumptibus parcens. Nam horis singulis mutabat amictum, faciemque stibio ac fucis variis pingens, & crinibus aurum inserens, atque impudicis nutibus subridens, castissimos tentabat iuuenis oculos. Putabat nimium infelix, hisce illecebris iuuenis animum facile illaqueari posse. At vero Ioseph, timore Dei vndiq; septus, ne simplici quidẽ adspectu in illam intuebatur. Postquam vero illa animaduertit artes suas & ornatus insignes nihil iusto præualere, maiore flagrabat cupiditatis ardore, ac solicitudine anxia, quid ageret ignorabat. Cogitabat procacibus verbis illum ad ignominiæ opus hortari, obseruans tempus, quo illi, velut aspis insaniens, impudicitiæ virus infunderet: impudentique facie dicebat ad Ioseph: Dormi mecum, nihil omnino formidans. Audacter mecum congredere, vt & ego specie tua satiater tua, & tu vicissim mea satietis pulchritudine. Cubilia multa nobis ad hoc opitulantur. Habes tu liberam totius domus potestatem: nullus omnino ingredi præsumet ad nos, neque nostrum impedire secretum. Itaque accede ad me, meumque imple desiderium: valde enim vror concupiscentia tui.

Genes. 39.
Insigne studium pudicitiæ S. Ioseph.
Anno ab Orbe condito 2311.
Vide Tornielli in annal.
Genes. 39.
Ibidem.
Anno ab Orbe condito 2316.
Hera eius sollicitat pudicitiæ illius. Torniel. in annal.

AD hæc lapis ille adamantinus, & animo, & corpore inuiolabilis perstitit, atque in tanta procella immobilis IX.
mansit. Cæterum timore Dei cuncta repellens ignea libidinis iacula, congruaque sibi honestate ab se illam diuinis verbis arcebat, ita illi dicens: O mulier, istud quidem scelus implere minime conuenit tecum, quæ domina mea es. Deum enim quidem timeo. Ecce autem & dominus meus omnia tradidit mihi, quæ sibi & domi, & foris sunt: neque est aliquid, quod sub manu mea non sit, præter te. Quam igitur iniquum esset, tantam vim dilectionis talis domini prodere, qui me ita dilexit? Quomodo possum coram Deo, qui scrutatur corda & renes, huiusmodi facinus exequi? Hæc sancta verba dicebat Ioseph horis singulis ad dominam suam, corripiens, admonens, increpans, culpans. Verum nihil diuinum mulieris auris admittebat, maioreque turpitudinis flagrabat ardore, & insita magis vtebatur obstinatate

Eam fortiter a se repellit castissimus iuuenis.
Psal. 7.
Hebr. 4.

nitate libidinis, obseruabatque per momenta tempus reperire idoneum, quo castissimum iuuenem impudice violare posset. Videns autem Ioseph mulierem adeo impudenter atque immaniter, ceu feram, super se irruere, vt animum suum, corpusque corrumperet, leuauit oculos suos ad Deum patrum suorum, assidueque orabat altissimum, dicens ita. Deus Abraham, Isaac & Iacob, Deus magne atque terribilis, erue me ab hac fera pessima. Ecce enim ipse adspicis, Domine, mulieris insaniam, quomodo me in occulto occidere per flagitium cupit, vt vna secum moriar in peccatis, & prorsus separer à Iacob patre meo. Liberasti me, Domine, de morte, & ab iniustis fratribus meis. Libera me nunc quoque ab insaniente fera ista, ne operibus nequam alienus efficiar à patribus meis, qui vehementer ac pie dilexerunt te, Domine. Atque ex alto corde trahens longa suspiria, Iacob iterum appellabat, cum lachrymis dicens: Ora, pater, ipse pro filio tuo Ioseph: quoniam vehemens aduersum me concitatur bellum, quod me à Deo separare possit. Istud mulieris bellum longe atrocius est, quam quod mihi fratres mei inferre voluerunt. Illud necabat corpus, hoc separat à Deo animam. Scio equidem, dulcissime mi pater, quoniam orationes tuæ pro me ad Deum sanctum ascenderunt, atque ideo ex lacu mortis ereptus sum. Et nunc rursus exora altissimum, vt me ab hac eruat fera, quæ filium tuum perdere nititur: cui neque in oculis verecundia, neque in corde timor Dei est: ne, sicuti finibus tuis destitutus corporaliter sum, ita & ab animo alienus efficiar. Profectus sum ad fratres meos, factique sunt vt belluæ, & vt grauissimi lupi abs te auulserunt, pater sancte: & in Ægyptum deductus sum in manibus aliorum, & ecce rursus fera alia occurrit mihi. Fratres quidem in deserto interimere me voluerunt: hæc autem in cubiculo me discerpere inquirit. Ora, pater dulcissime, pro me filio tuo, ne coram Deo & patribus meis moriar.

Precatio eius ad Deū

X. Cvm autem verbis dominæ feræ parere noluisset, quæ illum singulis horis vrgebat, ac veluti aspis immitis illi, omni pudore abiecto, imminebat, obseruauit ipsa tempus, quo illum in thalamo solum inueniret, sicque peccatum consummaret. Vbi vero illum in lectulo suo, vt cupiebat, deprehendit, accedens impudenter, ipsum ad se conabatur attrahere, nequitiamque perpetrare. Ille autem admiratus mulieris impudentiam singularem, continuo extra domum cursu exsiliit: ac sicuti aquila, cum aucupes viderit, alis cæli celsitudinem penetrat: ita & Ioseph ex his retibus fugit, ne vel dicto, vel facto vulnus exciperet: inque illius manibus pallium linquens, diaboli laqueos fugit. Videns autem mulier illum ita effugisse, magno in mœrore erat: iamque plectere iustum cogitabat, accusare illum turpitudinis apud virum volens, vt eo comperto, vir eius zelotypo furore succensus, interimeret Ioseph, illud simul secum reputans: Multo mihi melius est, vt Ioseph moriatur, vt vel sic requie fruar. Non enim scio tantum pulchritudinis in domo mea per momenta conspicere, cum frui ipsa vel clam, aut palam eximia iuuenis specie nequeam. Vocatis itaque seruis & ancillis suis, ait: Scitis quid admiserit in me puer Hebræus, quem constituit vir meus super domum suam? Voluit mecum impudenter congredi. Non sufficit illi potestas omnis domus nostræ, nisi me quoque separare à viro meo conatetur. Sumptamque Ioseph tunicam ostendit viro, probro illi dicens: Adduxisti ecce puerum istum Hebræum, vt contumeliam inferret, illuderetque mihi vxori tuæ. Scis tu, Domine mi, quod pudica sum: atque ideo annunciaui tibi. Auditis huiusce calumniis vir eius, vxoris verbis protinus credidit, ita esse asserentis: iratusque iussit continuo vinciri Ioseph, & in domum carceris mitti, maximas intentans minas, verborum illius ac benedictionum, quæ sibi tum domi, tum foris propter Ioseph euenerant, penitus immemor. Neque crimen obiectum diligenter inquisiuit, sed statim aduersus eum iniustam protulit sententiam, dicens: Ioseph in carcerem coniici iubeo, nullaque prorsus requie frui. Deus autem Abraham, Isaac & Iacob, qui scrutatur omnium corda, cum ipso erat, deditque illi misericordiam in oculis principis carceris, ac permisit illum in carcere liberum à vinculis viuere. Neque enim vnquam discedit benignissimus Deus noster ab his, qui metuunt illum corde perfecto.

Genes. 39.
Fugit Ioseph relicto pallio in manibus adulteræ.
S. Ioseph falso delatus, mittitur in carcerem.
Genes. 39.
Ibidem.

XI. Post hæc peccauerunt Pharaoni pincernarum princeps, ac magister pistorum, iussitque Rex vtrumque in carcerem trudi. Porro Ioseph ministrabat illis. Cum autem illi clausi detinerentur, post dies aliquot viderunt ambo somnia, quid eis breui euenturum esset, præsignantia. Ioseph autem sanctus, minister eum esset, consueto ingressus ad eos, animaduertit ambos mœstos ac tristes: & cum mœstitiæ causam percontaretur, dixerunt: Somnia vidimus, nec est qui ea nobis exponat: ideoque in mœrore sumus. Dixit autem eis: Istud quidem Dei est, obscura quæque reserare timentibus eum. Dicite mihi somnia vestra, vt ea vobis per me Deus meus aperiat. His auditis, pincernarum & pistorum principes dixerunt somnia Ioseph, quæ viderant ambo. Ioseph autem paucis verbis exposuit eis exactissima fide, quæcunque illis à Rege euentura erant, vt postmodum rei probauit euentus. Namque pincernarum principem honori suo, officioque restituit: pistorum vero magistrum tradidit morti. Cumque pincernæ ventura prædiceret, orabat eum, dicens: Memento mei coram Pharone, Regique de me celeriter suggere, vt me hinc educat: nihil enim peccaui, neque mali quippiam feci: sed absque causa iniectus in domum carceris sum. O semen electum atque beatissimum, quid à mortali homine subsidium quæris? Omisso Deo, hominem rogas? Certe expertus es auxilium Dei, quando etiam pudicitiæ tunicam intactam, inuiolatamque seruasti. Cur, oro, castitatis lilium, deficis animo, cum Deus tibi regnum gloriamque prouideat? Quo autem tentationem fortius toleras, eo illustrior tibi corona victoriæ contexitur. Vt autem, iuxta quod prædixerat Ioseph, impleretur somniorum solutio, post triduum fecit Pharao conuiuium omnibus optimatibus suis, recordatusque inter epulas pistorum magistri, & pincernarum principis, alterum quidem in priorem restituit gradum, alterum vero tradidit morti.

Genes. 40.
Anno ab Orbe condito 2337.
Vide Torniellum in annal. hoc anno.
Exponit pincernarū & pistorum præfectis sua somnia.
Ibidem.

XII. Cvm vero oblitus esset pincerna interpretis sui, per Dei prouidentiam post duos annos vidit Pharao somnia magna, quæ sapientum omnium Ægyptiorum, omniumque magorum artem omnem, intelligentiamque transcenderent. Expergefactus autem Pharao, sapientes omnes accersiri iussit: quibus cum somnium annunciasset, nemo vim somnij explicare valuit. Rege itaque mœrente, curisque confecto, nunciauit ei pincernarum princeps omnia de Ioseph. Eis auditis, Pharao gauisus est gaudio magno, iussitque continuo illum ad se adduci. Et cum processisset ex carcere, dixit illi Pharao coram optimatibus suis: Audiui de te, quod vir sapiens & prudendissimus sis, & qui somnia obscura interpretari noueris. Respondit autem Ioseph Pharaoni: Indultoris sapientiæ Dei est exponere somnia. Dixit autem Pharao somnia sua coram Ioseph, & omnibus magnatibus suis: audiuitque continuo somniorum expositionem ex ore Ioseph, veluti ex ore Dei. Stupefactus Pharao ad tantam adolescentis sapientiam, excellensque consilium, (siquidem illi consuluerat, virum vnum constituere sapientem atque intelligentem, vt Ægypti frumenta colligeret: futuram quippe famem ingentem dicebat: vt haberentur fruges plurimæ in tempus pressuræ seruatæ) ait ad illum: Teipsum constituam hodie super omnem Ægyptum, qui tale consilium reperisti: atque ad tui oris imperium & Ægyptus, & omnis domus mea disponetur. Tunc imposuit illum in currum suum, omnesque magnates partim antecedebant currum, partim circumdabant eum, vna pergentes, maxime cum ex ore Pharaonis accepissent, secundum esse illum Ægypti Regem. Videns autem Phutiphar, qui Ioseph prius in

Genes. 41.
Anno ab Orbe condito 2339.
Educitur è carcere, & Regi somnia exponit. Torniellus hoc anno.
Ibidem.
Fit princeps totius Ægypti.

carcerem miserat, mirandum spectaculum, quod sedisset Ioseph in Pharaonis curru, timui valde, insimque [illegible] dio principum subducens, cursu in domum suam ac [illegible] se recepit, & aperiens ostium, ait vxori. Vides [illegible] mulier, signum mirabile & insperatum, ex quo timor nobis magnus incumbit? Ioseph [illegible], qui quondam noster fuerat seruus, dominus noster effectus est, totiusque Ægypti. Et ecce cum gloria Pharaonis [illegible] curru, & tanquam Rex honoratur ab omnibus. Ego autem cum illum [illegible] ferre nequirem adspectus, sensim me subripui, clamque discessi.

Torpescit mulier fatetur scelus suum marito suo. His compertis, vxor viro rem aperuit, ita dicens: Notum sit tibi hodie peccatum meum, quod ego admisi. XIII
Ego sum, quæ pulcherrimum Ioseph, pudicissimum illum adamaui, cumque per singula momenta blanditiis plurimis, & ornatibus variis castissimo insidiarer adolescenti, vt illo frui possem, cuiusque eximia pulchritudine satiari, neque omnino efficere id quirem, vt vel verbo pudicitiam proderet, vt illum tenere contenderem, vt me vel modice tolerarent. Verum ille, dimisso pallio in manibus meis, aufugit. Ego enim eram, quæ vim illi inferre volueram, quando tibi pallium eius ostendi. Cæterum author sum illi bonorum, quæ ipsi & regnum præstiti, & maximam gloriam. Nisi enim ego ita amassem Ioseph, in carcerem coniectus non fuisset. Immo vero & gratias mihi habere debet quæ fui gloriæ ipsius causa. Iustus ac pius & sanctus est Ioseph, qui etiam calumniam passus, nemini prodidit. Exurge itaque, ac perge gaudens, & cum vna cum magnatibus aliis adora securus. Surgens autem Phutiphar, studiose cucurrit, & Ioseph sanctum reuerenter adorauit. Inter hæc impletis iam annis illius vbertatis maximæ, inualuit fames in tota

Gen 42. 43. Fratres Ioseph veniunt in Ægyptum vt emant frumentum. Is durius accepit fratres suos. terra Chanaan, mœstusque erat Iacob cum filiis suis. Audiens autem, quod alimenta venderentur in Ægypto ad omnem copiam, dixit liberis suis: Audiui quod in Ægypto frumenti plurimum sit: pergite igitur illuc, & emite nobis escas, ne omnes fame moriamur. Acceptis mandatis patris, filii Iacob descenderunt omnes emere sibi cibos. Cumque in Ægyptum peruenissent, accesserunt ad Ioseph cum reliquis, vt triticum emerent: non autem agnoscebant illum, quod esset frater suus. Vt autem vidit Ioseph fratres suos, protinus agnouit omnes, & ait fremens: Hi decem viri, exploratores pessimi sunt, atque ideo ingressi sunt Ægyptum. Comprehendite illos igitur, & in vincula conicite: profecti enim sunt ad explorandam terram. Hoc illi adspicientes, contremuerunt, & cum metu ingenti responderunt ei, dicentes: Absit hoc a nobis, domine: omnes fratres vnanimes sumus, filiique dilecti patris vnius viri iusti. Fuimus aliquando duodecim numero, ex his vnus pulcherrimus & charissimus patri, à bestia mala peremptus est, lugetque illum pater vsque in hanc diem. Frater autem alius cum patre nostro est in terra Chanaan, relictus in solatium patris. Respondit illis rursus Ioseph cum iracundia, dicens: Quoniam quidem ego Deum sanctum timeo & colo, istud vobis condono. Sumite igitur escas, & continuo ad patrem vestrum pergite, ac, si vera dicitis, fratrem vestrum minimum, quem ille amat, adducite ad me huc: sicque demum credam vobis. Sumentes autem triticum, ad patrem suum cum mœrore profecti sunt in terram Chanaan, nunciaueruntque ei suspicionem pessimam, & iracundiam viri. Ve-

Gen 43. hementer autem hac illorum relatione tristatus est pater, atque cum gemitu: Quid hoc fecistis: Vt quid domino Ægypti alium vos habere fratrem dixistis? Qui respondentes, dixerunt ei: Ipse interrogauit nos, cognationemque nostram scire diligentissime voluit. Dicit eis Iacob: Moriar magis, quam Beniamin ex sinu tollatur meo.

Cvm vero fames vrgeret, dixit eis Iacob: Si ego filiis ex Rachel penitus orbari, meisque charissimis liberis priuari debeo, vt dicitis, surgite: tollentesque munera in manibus vestris, pergite simul. Fecerunt autem sicut præceperat eis Iacob: cumque venissent in Ægyptum, omnes cum timore magno adorauerunt coram Ioseph. Qui postquam vidit fratrem suum Beniamin cum metu ac formidine adstantem, commota sunt viscera eius, cœpitque eum amplecti, atque osculari, interrogabatque eum summo affectu, dicens: Viuit pater? Qui ait: Viuit seruus tuus pater noster. Dicit ei iterum: Num habet adhuc Ioseph in corde? Et ille: Vehementer, inquit, illum habet fixum in animo consumiturque ipsius desiderio. Cum vero illum amplecti non posset, neque vitra interrogare, ingressus in cubiculum

XIV

Ibidem

Lachrymatur Ioseph viso Beniamin. suum, copiose profudit lachrymas. Qua enim hora vidit fratrem suum, continuo recordatus est patris sui Iacob, dicebatque cum lachrymis: Beati qui vident te merentur diuinam sanctæ tuæ senectutis effigiem, dulcissime pater: neque enim totum regnum, omnisque gloria conferri potest canis tuis, ô summum dilecte Deo. Optaui addiscere ex ore Beniamin, an me gestares in corde, sicut & ego te. Ideo coëgi fratres meos atque coegi secum adducere Beniamin fratrem meum. non enim illis credidi dicentibus mihi de te, quod haberent patrem, & minimum fratrem, putabamque illos inuidia concitatos, etiam filium tuum minorem Beniamin occidisse, atque in maiorem luctum animum tuum iniecisse quemadmodum & me proposito malæ voluntatis occiderunt. Oderant quippe nos duos, quod vterini essemus, ego & Beniamin. Scio, pater, quia nostri gratia vehementer angeris, & solicitudine cumulatis, & nunc maxime cruciatur senectus tua propter fratrem meum Beniamin: & ipse enim magno cruciatu afficior, dum cor desidero neminem nostrum tuæ senectuti in præsentiarum assistere. Non sufficiebat tibi luctus meus: adiectus est tibi, pater, & hic. Ego gemituum tuorum atque singultuum sum auctor. Dure nimis ac crudeliter feci, Beniamin ad me venire præcipiens, dum addiscere cupio, an vere viueret pater meus. Quis mihi dabit tuam sanctam curius effigiem cernere, & insatiabiliter intendere in Angelicam faciem tuam? Deinde cum amantissime in cubiculo fleuisset, lota iterum facie, prodiit hilaris, iubetque introduci omnes in domum suam, vt cum illo conuiuium inirent.

Prandet cum fratribus suis. Avdite, quæso, fratres, quomodo illos vndique in formidinem impellit Ioseph. Iubet illos accumbere, singulos nominatim vocans, & per ordinem, sicut fuerant geniti, statuens, vtebaturque per vnumquenq, quod in quasi diuinationis modo. Propositus erat illi scyphus argenteus, quem tenens ille manu, atque in læuam transferens, pulsabat cum dexteræ digito manus. Cumque pulsaretur scyphus, magnum sonitum edebat in aures omnium assistentium. Semel igitur pulsans, ait: Horum omnium primus Ruben est, primus ipse in honore discumbat. Pulsauit

XV.

Simulat se diuinatione vti S. Ioseph vt fratres suos probet. secundo, & secundi nomen edixit: Simeon, inquiens, secundus natu est: ipse quoque secundo discumbat loco. Tertio dehinc innuitum digito expromens: Leui, ait, discumbat, & tertio honoretur loco. Atque ita singulos accumbere fecit, nomine illos per ordinem vocans. Quamobrem eos in stuporem conuertit, maiorque formido eos impleuit, adeo vt putarent ipsum omnia scire, dicerentque ad inuicem: Putasne agnouit ex calice, nos sibi antea esse mentitos, cum diximus Ioseph à fera pessima deuoratum esse? Magna igitur cogitationum tempestate fluctuabant. Vt autem hac eos suspicione leuaret, ex mensa sua partes eis tradit, ampliorem atque partem fratri suo Beniamin, ita vt maiorem quincuplo, quam cæteris, miserit. Cur itaque hoc Ioseph fratrib. fecit, vt ex scypho nomina diceret singulorum? Vt scil.

Gen 43. Gen. 44. illorum crimen augeret. Tunc iubet dispensatori suo, vt frumento copioso fratribus absque precio daret, atque in sacco Beniamin clam deponeret scyphum, eosque gaudentes continuo [illegible] iter. Haud longe à ciuitate discesserant hilares, cum illos ille cursu insecutus, obiurgare cœpit, atque insectari, grauesque intentare minas, fures eos appellans, & collati sibi honoris indignos. Respondentes autem dispensatori Ioseph fratres, dixerunt: Aurum etiã, quod altera vice inuenimus in marsupiis nostris, retulimus domino nostro, nunc scyphum domini tui qua ratione furati

essemus?

essemus? Absit hoc à seruis tuis. Dixit autem eis: Sacculos vestros deponite, scrutandosque permittite. Festinato illi saccos deposuere ex iumentis, inuentusque est scyphus in sacco Benjamin. Quod illi cum vidissent, sciderunt vestimenta sua cœperuntque minas multas,& probra, & iniurias inferre ei: neque ipsum solum, verum & Rachel simul & Ioseph cum patre insimulant, dicentes: Vos scandalum fuistis patri nostro, tu & Ioseph, filij Rachel. Ioseph enim regnare super nos voluit, & merito à fera comestus est. Tu autem rursus frater eius in ignominia & probro nos esse fecisti. Nonne vos estis filij Rachel, quæ patris sui idola furata, se ea furatam esse negauit? Extollens autem vocem Benjamin cum gemitu & lachrymis, satisfacere singulis cœpit, ac dicere: Deus ipse patrum nostrorum scit, qui assumpsit Rachel, quemadmodum ipse voluit, qui pulcherrimi Ioseph mortem minime ignorat, ipsumq; modo consolatur inuisibiliter, qui videt nostra omnia, qui scrutatur corda & renes: ipse, inquam, scit quia non hunc scyphum vt dicitis, furatus sum, neque tale aliquid cogitaui: ita videam patris Iacob sanctam, venerandamque canitiem, vt cum gaudio sancta illius osculer genua, vt scyphum istum furatus non sum. Heu, heu Rachel, quid contigit filijs tuis? Ioseph pulcher à fera, vt aiunt, occisus est. Ecce ego nunc, mater, fur repente, dum nescio factus sum, & ignoro, quo pacto in terra aliena seruus detineor. Ioseph in eremo cum discerperetur à bestia, clamauit vt inueniret qui se liberaret, & non inuenit: En ego rursus, ô dulcis mater, apud fratres meos me expurgo, nec est qui audiat me, credatque mihi filio tuo.

Fratres criminantur Benjamin & Ioseph. Gen. 31. Ierem. 17. Apoc. 2.

XVI. SVMPTO itaque Benjamin, regressi sunt in ciuitatem ad Ioseph, nihil habentes, quod respondere possent. Respondens autem Ioseph, irato similis, ait eis: Hæccine est beneficiorum meorum retributio? Idcirco honoraui vos, vt mihi scyphum meum, in quo vaticinor, auferretis? Nonne dixi vobis, quod non estis pacifici, sed exploratores? Propter timorem Dei hoc agam vobiscum: eum solum, qui furatus est calicem meum, seruum meum esse iubeo. Accedens autem vnus ex eis, Iudas nomine, posito genu, orabat eum, dicens: Ne, quæso, irascaris, domine, si loquar. Interrogasti nos seruos tuos, dicens: Habetis patrem, aut fratrem? Diximus domino nostro: Est nobis pater seruus tuus, qui duos filios habuit, quos super omnes nos diligit. Vnum ex his fera pessima discerpsit in montibus, lugetq; illum horis singulis pater, & in dolore ac gemitu nuncusque persistit, atque adeo, vt terra (ferme dixerim) ad voces eius lugere videatur. Alterum secum detinet domi in solatium prioris filij. Nunc autem, sicut iussisti, adduximus fratrem hunc nostrum, & inuenti sumus serui tui grauissimi sceleris rei. Oro autem, vt ipse seruus tuus sim pro puero isto, modo puer cum fratribus reuertatur ad patrem. Ipsum enim ego suscepi à patre meo, & sine ipso ad eum redire non possum, ne videam patris mei amarissimam mortem.

Iudas se loco Benjamin seruũ facit.

XVII. CVM audisset Ioseph verba Iudæ, videretque eos omnes vultibus in humum demissis assistere, adspiceret item Benjamin scissa tunica cum gemitu procidentem adstantium genibus, vt ipsi Ioseph exorarent, quo ad patrem cum fratribus eum redire permitteret, nimis omnino turbatus est, commotisque visceribus, adstantes omnes protinus abire iussit. Quibus abeuntibus, leuauit vocem suam Ioseph cum fletu, dicens fratribus, quos retinuerat: Ego sum Ioseph frater vester: non sum comestus à fera, vt modo dixistis. Ego sum, qui à vobis in lacum proiectus sum nudus. Ego sum, quem Ismaelitis vendidistis: qui cum omnium vestrum genibus vestigijsque prouolueret, nemo fuit ex vobis, qui tunc in illa pressura misereretur mei, sed vt feræ belluæ in me inuasistis. Veruntamen, fratres mei, nemo vestrum timore turbetur: magis autem gaudete mecum, & exultate. Et quemadmodũ dixistis patri nostro prius, quod ego in montibus à fera interfectus essem, ita rursus læti renunciate Iacob, dicentes: Ioseph filius tuus viuit, & ecce sedet in curru Regis, sceptrum regni Ægypti manu tenens. Cum vero vocem Ioseph audissent fratres eius, præ pauore ac formidine facti sunt veluti mortui. Accedens autem Ioseph, verus sanctæ propaginis palmes, osculabatur vnumquemque eorum magno affectu, nihil prioris iniuriæ memor, vt sibi congruum erat: eosque & donis, & honoribus lætiores fecit, magnoque cum gaudio remisit omnes ad patrem dicens: Nolite in via contendere omnino: sed magis festinanter properate ad patrem nostrum, & dicite illi: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me Deus Regem totius Ægypti: Accede cum gaudio, pater, & adspice filium tuum. Veni, pater, in lætitia cordis, vt videam sanctæ senectutis tuæ Angelicam faciem.

Gen. 42. Gen. 37. Prodit se fratribus suis S. Ioseph. Humanissime consolatur fratres suos S. Ioseph.

XVIII ABEVNTES vero cum festinatione, renunciauerunt Iacob verba Ioseph. Audito Ioseph nomine, suspirauit Iacob, lachrymasq; profundens, ait eis: Quare conturbatis spiritum meum, vt rursus recolam effigiem Ioseph, pulcherrimi & optimi filij mei, dolorisque flammam, iam sensim extinctam, denuo vultis accendere? Accedens autem Benjamin, deosculatus est illius genua & mentum, dicens: Vera sunt, quæ audisti, pater optime & honestissime. Ostenderuntque illi omnia, quæ miserat Ioseph. Tunc autem credidit verbis Benjamin: surgensque cum omni domo festin⁹ & gaudens, perrexit in Ægyptum ad Ioseph filium suum. Vt autem audiuit Ioseph aduenisse Iacob patrem suum, processit ex vrbe cum optimatibus Pharaonis, magnoque obsequentium stipatus cuneo, occurrit illi. Cum vidisset autem Iacob filium suum, cecidit super collum eius, magno cum gemitu & affectu dicens: Iam nunc lætus moriar, ex quo vidi faciem tuam, dulcissime fili. adhuc enim tu veraciter viuis. Amboque fleuerunt pariter, & glorificauerunt Deum. Et nos igitur pro his omnibus referamus gloriam Patri & Filio & Spiritui sancto nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Gen. 46. Iacob cum omni domo sua venit in Ægyptum.

Plura de S. Patriarcha Ioseph qui volet, consulat Homelias S. Ioannis Chrysostomi, in Genes. Homil. 61. 62. 63. 64. 65. nec non Serm. De Ioseph à fratribus vendito. & de continentia Ioseph. S. Ambros. lib. de Ioseph Patriarcha. Augustin. in serm. de tempore 81. & sequent. S. Greg. Mag. in Ezech. lib. 2. Homil. 22. & Zenon. Episc. Veron. lib. 1. serm. 7.

DE S. THARSONE *martyre, cuius festum hic occurrit, habetur in gestis S. Marcelli Papæ, quære Lector 16. Ianuarij initio historia.*

VITA S. DANIELIS STYLITAE, VT HABETVR IN SIMEONE METAPHRASTE, ET TOMIS ALOYSII.

Ann. 450

I. QVEMADMODVM viris fortibus vsuuenit, vt quando quis de bellis & certaminibus & trophæis, eis statim excitetur animus, & quærat instructas acies, & manus conserere cupiant cum hostibus: & quo plura de his verba fieri audierint, eo magis eis crescit desiderium, & talia facinora statim aggredi cupiunt: ita etiam virtutis amatoribus, vt si quis eis narret vitas, quæ in monastica versantur exercitatione, & per omnem peruadunt virtutem, quæ Deo conciliat, simul inflammantur, & ea cupiunt, quæ sunt sibi conuenientia, & ad summam, ijs quæ dicuntur, vt quæ sint sibi propria, afficiuntur, & se parant ad imitationem. Admirabilis itaque vita huius Danielis, quemadmodum vel non sola maxime sufficit ad animum, qui captus est amore virtutis, maiore zelo accendendum, & ipsum omnino mouendum & demulcendum, & suauissimorum laborum exercitationis afferendam voluptatem, quæ non habet satietatem? Quo est enim admirabilior, eo est etiam vtilior: & si quis eum voluerit æmulari, in modico multam, & quæ cum paucis conferri potest, inueniet virtutem.

11. DECEM. Vita sanctorum studiose imitanda.

S. Danielis patria. Parentes. HVIC ergo beato patria quidem erat, quæ inter Euphratem & Tigrim sita, & est, & nominatur Mesopotamia. Natus est autem in quodam vico, vicino vrbi Samosatorum: eorum, qui illic habitant, lingua eum vocabant Maratha. Et pater quidem erat Elias, mater vero Martha. Fuit autem hic modus conceptionis. Mater eius [illegible] modum mancus ac mutilus. erat enim sterilis ad liberorum procreationem. Cum itaque [illegible] infectarentur maritus, noti, cognati, & omnes a [illegible], & libere totum [illegible] sterilitatem [illegible] acerbe obiicerent, illa ab eis male [illegible] & corde cruciata, quid facit? Confugit ad eum, qui hæc potest curare: & clam dumo media nocte egressa, manus in cœlum tollens, & terram lachrymis irrigans, Domine Rex, inquit, qui ab initio masculum & fœminam [illegible] dixisti, Crescite & multiplicamini: qui dedisti in sterilitate Saræ quidem Isaac, Annæ autem Samuelem, Elisabeth vero Ioannem: tu quoque meæ similis miserere calamitatis, & tua misericordia intuere, & solue sterilitatem, & aufer opprobrium, & sterilis ventri da mihi fructum: vt eum quoque tibi offeram, qui dedisti, quomodo prisca Anna Samuelem. Cum tam acerbe fleuisset in contritione spiritus, domum rursus ingreditur: & cum paulum dormitasset, videt in somnis duo luminaria, præclara pulchritudine, ingenti magnitudine, figura autem dissimilia. Ea videbatur videre e cœlo reflecto sensim descendentia, & super eius imminere capiti. Cum mane autem [illegible], [illegible] & [illegible] communicasset, alius quidem aliquid aliud dicebat: [illegible] illud vero [illegible] significatione, quod ex [illegible] erat processurum vel ipsis stellis lucidius.

Gen. 1. Gen. 2. 1 Reg. 1. Luc. 1. 1 Reg. 1. Visio matris eius.

S. Daniel natus. NON multum temporis intercessit, vt cum concepisset, peperit beatum Danielem, & patri, vtrisque, [illegible] tatum, [illegible] & sterilitate, & animi ægritudine. Hæc beato Danieli vitæ fuere prooemia: [illegible] prodijt in lucem, [illegible] raro [illegible] fieri [illegible]. Atque puer quidem [illegible] annum iam [illegible]: nondum autem ei vllum nomen fuerat impositum a parentib. vt qui hoc quoque ei vellent dari à Deo, quomodo eius quoque in vitam productio ab eo processerat. Duxerunt ergo parentes puerum in quoddam monasterium. Simul autem tulerunt quoque, quæcunque primitias manus Deo solent offerre, vt hic vere sacer etiam in sacro loco susciperet appellationem. Cum vero accessissent, & dicerent Præfecto Mandræ spiritalis: Quodnam nomen est imponendum puero? Ille vir diuinus, diuino velut spiritu afflatus, dicit id esse imponendum, quod Dominus omnium reuelauerit, & simul ad puerum intuitus, ad hunc, inquit, ipsum intuens, iussit afferre vnum ex ijs libris, qui erant supra mensam, mos enim erat [illegible] ponere libros super aram sacram, propter communem monachorum vtilitatem. Protinus ergo facit puer id, quod [illegible] tum: & affert librum, non forte fortuna, sed diuina voluntate & ductu Dei, librum illum, qui prophetæ Danielis habebat eloquia. Cum ille ergo vir iudicasset [illegible] e cœlo datum esse hoc signum, eodem statim nomine, quo prophetam, vocat eum, qui erat ei moribus similis: & vt Deo placuit, puerum vocat Danielem.

Danielis nomen ei impositur.

ATQVE si parentum quidem verbis acquieuisset, hic vir diuinus, tunc fuisset Deo Daniel continuo dedicatus, & ab infantia fuisset cooptatus in numerum monachorum. Cum is autem non posset persuaderi: sed tenera [illegible] retur ætatem & nimiam infantiam, tunc quidem reuersi sunt domum cum Daniele, cum ita visum esset ei, qui [illegible] perior: vt non aliorum, sed sua sententia puer bonum eligeret. Atque protinus quidem primum [illegible] signum [illegible], qualis futura esset arbor: & virtutum vmbræ iam sequebantur eum, qui per lucem ambulabat. [illegible] procedente ætate, aperte est ostendit, quantum incrementum spiritus accepisset præter ætatem. Nam iam quidem [illegible] Daniel annum duodecimum, & cum nemini quicquam dixisset, neque voluntatem animi prodidisset, despicit quidem parentes propter Christum, despicit & cognatos, mundumque, & quæ sunt in mundo: omnibusque relictis, a [illegible] libus, vico illo, qui eum tulit, cum procul ab eo abfuisset circiter duodecim stadia, venit quidem in quoddam cœnobium monachorum. Procidens autem ad pedes Præfecti sacri [illegible], rogabat vt ipse quoque cooptaretur in numerum illorum, & eum monastico amictu indueret. Cum autem ille & eo [illegible] pubescentem [illegible], & teneram ætate obijceret, dixisset [illegible] cum ea subire, quæ subeunt monachi: fore enim, vt breui deficeret [illegible] laboribus, qui sunt [illegible] & vel ipsis viris difficiles: vigiliæ, humicubatione, ieiunia, corporis & [illegible] voluntatum perfecta mortificatio. & ideo suaderet, vt aliquantum temporis maneret apud parentes, & non tantos suscipere labores, in ætate tam immatura, & corpore non satis robusto & adulto: Ego quidem, inquit Daniel, ideo accessi, vt sic quidem in Christo viuam, moriar autem in eo. Quod si dum [illegible] suscipiam labores, mors sequetur, melius erit mihi mori, quam abire vacuum, & [illegible] manum ad aratrum, vt cum Euangelio dicam, retro conuerti.

Duodennis petit monasterium. Labores & exercitationes monasticæ.

CVM ergo multa quidem dixisset, multa autem etiam audiuisset Præfectus sacræ mandræ, nec potuisset eius vehementem retardare impetum, & acrem hunc amorem, fratres adhibet in consilium, an oporteat eum in ipsorum admitti monasterium. Illis vero pueri magnam mirantibus constantiam, alacrque & intentum eius animi studium, & existimantibus esse Deum, qui eum moueret, & vt admitteretur, lubenter assentientibus, de cætero est cum eis quoque Daniel, imo vero supra ipsos, quod ad vitam ex Deo agendam attinet, & ardorem ad virtutem. Intercessit parum temporis, & cum cognouissent parentes, vbinam sit, & apud quos, illi quidem ad eum accedunt cum admiratione. Cum vidissent autem puerum [illegible] ipsum dedicasse, & Deo consecrasse, nequaquam eis accidit, quod solet hominibus & parentibus: neque [illegible] runt charissimum filium, vt eum acciperent, & domum reducerent: idque, cum nondum esset monastico habitu consummatus: sed re vera volentes ostendere se esse illius parentes, valde lætati sunt de eo quod factum fuerat, & multis precibus à monasterij Præfecto contenderunt, vt ante suos oculos monastico eum amictu inducrent. Ille vero hanc rem rursus communicat monachis: & postquam illos quoque [illegible], cum [illegible] omnes congregati in Dominico, & Danieli sacram recitassent [illegible], & tondet ei capillos, & monastico eum induit habitu, qui iam sicut monachi viuebat, & viuere statuerat. Cum eius autem præcepisset parentibus, ne ad filium frequentes accederent, lætos remittit, quod quidem est valde nouum, parentes priuatos filio.

Duodennis fit monachus egregius.

Tondetur, & accipit habitum monasticũ.

ERAT ergo illic beatus Daniel proficiens, & inualescens spiritu: & ei crescenti simul quoque crescebant omnia semina virtutis, & alia quoque haud ita multo post accesserunt. Quod autem [illegible] excellentioris ei fuit vitæ principium, & radix fructuum, qui postea prouenerunt, hoc iam sum dicturus. Cor eius accendit amor diuinus, & in eo vehementer excitat desiderium videndi loca illa, in quibus Christus pro nobis [illegible] passus, & vbi est sepultus, & vnde, cum surrexisset, ascendit in cœlos. Simul autem diuina quoque quædam cupiditas eius inflammabat animum, videndi virum illum magnum in exercitatione Simeonem, inquam, qui erat in columna: & accedens ad Præfectum monasterij, id quod volebat, ei communicauit: & rogauit, ne, quod petebat, sibi denegaretur. Ille vero tunc quidem sua sponte non concessit: paulopost autem vel inuitus dimisit. Nam cum ei necesse fuisset venire Antiochiam, propter eius ecclesiasticas, tunc cum secum assumpsisset Danielem, & quosdam alios fratres, incipit iter ingredi. Et postquam fuissent in illo vico, qui nominatur Telada, vbi magnus ille in sanctitate Simeon, magnos illos peragebat labores exercitationis, cum ad ipsum iam venissent columnam, contemplabantur & columnæ altitudinem, & loci asperitatem, & quemadmodum vir ille generosus & hyemis ferebat algorem, & æstatis calorem, & minas imbrium, & vim ventorum, & quæ alia corporis tolerant a. Cum hæc viderunt, alij quidem insipientiores, existimabant sanctum vana gloria adductũ, tanta sustinere certamina: Beatus autem Daniel non solum ea stupebat & mirabatur, sed etiam incitabatur ad imitationem, & boni [illegible] stimulum ac-

Simeon Stylites, cuius vita est 5 Ianuarij.

lum accepit animo. Cum vero, vbi infernè clamassent, magnus ille desuper prospiciens, dixisset oportere admoueri scalam, & ad ipsum ascendere: tunc pulchre licuit videre animorum probationem: alius quidem causatus pedum imbecillitatem, alius renum, alius senectutem, alius aliquid aliud, recusabat ascendere: Daniel vero cum eucurrisset, & magistrum rogasset, & ab eo iussus esset, ascendit prompto & alacri animo, & magnum salutat Simeonem cum gaudio & admiratione.

Et loquitur S. Daniel.

VII. NEQVE vero fuit hic labor Danieli inutilis, & ad eum ascensio: sed primum quidem ad virtutem excitatur & instituitur, & redditur vehementius eius desiderium. Deinde autem ab eo quoque, vt oportebat, consequitur benedictionem manus impositione, & futuri suscipit prædictionem. cum enim audiuit dicentem vel maxime prophetice: Esto fortis, fili, & confirmetur cor tuum. Multos enim & difficiles labores propter Christum es suscepturus, qui & sufficiens erit tibi consolatio, & ad eos fortiter ferendos tuum roborauit animum. Descendit ergo Daniel post hanc suauem cum eo congressionem, & rursus ad sacrum redit monasterium. Postquam autem monasterij Præfectum ad se vocauit Deus: egregius vero hic Daniel, qui pasci pulchre didicerat, modo recte posse pascere putabatur, & vi ad hoc trahebatur à suis condiscipulis: ipse qui gratam consectabatur quietem & silentium, & hoc ambibat, vt esset remotus ab omnibus negotijs: & sciens, quantum ea possit conferre ad virtutem, minime statuit cedere: sed alium adduxit, qui esset eis vtiliter præfuturus: sibi autem optime consuluit: Ecce, dicens, liber factus est Daniel, nemini obnoxius. Ecce tempus, quod ante desiderasti. Tuum ergo persequere scopum, & viæ institutum: & quod proposuisti, perge exequi. Cum sic ergo omnia reliquisset, & nulli animi sui arcanum aperuisset, egreditur clam è monasterio, & venit ad mandram illam, in qua erat sita columna beati Simeonis. Infra enim circa eam erat quoddã monasterium: in quo cum totos quatuordecim dies transegisset, volebat Simeon Danielem adhuc apud se manere: (simile enim simili delectatur) ille autem non sustinuit, cum alio teneretur desiderio. Desiderabat enim videre sacra loca, & interiorem quærebat solitudinem: sed viam, quæ vergit ad Palæstinam, audiens esse difficilem, & prope inuiam, vtpote quod Samaritani bello inuaderent Christianos, ipse non ferens de hoc suo prompto & alacri animi studio aliquid remittere, cum se confirmasset, & sibi mortem contemnere persuasisset, paratus erat exequi id, cuius studio tenebatur.

Prophetia illius de Daniele.
Eligitur præfectus monasterij S. Daniel, sed respuit præfecturam.

VIII. CVM vero iter esset ingressus, ei in via occurrit vir quidam, cui erat ætas senis, monachi vestitus: cana autem coma, & qui erat in omnibus similis Simeoni qui erat in columna. Syra vero lingua allocutus Danielem, & cum complexus, rogauit, quonam iter suum dirigeret. Ille autem, si Deo, inquit, videtur, vado ad loca sancta. Is vero excipiens: Recte dixisti, inquit, si Deo videtur. Nunc autem certo scias, id quod est tibi propositum, nõ esse ex Dei sententia. Non enim audiuisti seditionem & tumultum, qui est in Palæstina? Ille vero, Audiui, inquit, sed in Deo confido eum mihi futurum adiutorem: & maxime quidem spero omnino fore, vt nec mali aliquid nobis omnino accidat. Sin autem aliquid tale acciderit, seu viuamus, seu moriamur, sumus Domini. Illo autem hoc propheticum proferente responsum, Ne dederis in commotionem pedem tuum, & non dormitabit, qui te custodit, angelus: cum ad hoc prompto & alacri animo respondisset Daniel, dicens, omnino bonum esse mori propter Christum, id ægre ferẽs canus, auertit faciem, &, Non fero, dixit. Non enim permisit Deus, vt nos intempestiue in mortem conijciamus, & vt per vim interficiamur, procuremus. Ille est enim, qui dixit: Si persequantur vos ex hac ciuitate, fugite in aliam. Cũ autem non concessisset sanctus obiectioni, & dixisset, Si tibi ita videtur, nihil moror reditum: Non consulo, inquit ille, tibi, vt ab hoc cœpto omnino desistas: stultus enim essem. sed si mihi credas, iubens multum valere regiones Orientales, conuersus, vade Byzantium, quæ, quod attinet ad sanctificationem, est secunda Hierusalem: immo vero est prima. Illius enim priuilegia ei nunc à Deo data sunt, in qua multis quidem tibi licebit frui templis: multis vero sacris spectaculis: & si tibi corde fuerit viuere inquiete & silentio, aut in superiore Thracia, aut in ipso ore Ponti eius rei tibi erit magna facultas: & Deus hac in re tuum implebit desiderium. Præterea non oportet existimare te Deũ

Proficiscitur in terram sanctam.
Reuocatur à cœpto itinere.
Rom. 14.
Psal. 120.
Matth. 10.
Stulti sunt qui dehortantur à peregrinatione ad loca sacra.

IX. quide esse conuenturũ Hierosolymis, Byzantij autem minime. Deus n. nequaquam loco circumscribitur, ô dilecte.

Hos sermones cano illo conferente cum Daniele, Sol erat in occasu: & accidit, vt diuerterent ad quoddam monasterium. Cum audiuisset autem Daniel hic esse diuersandum, Tu quidem, inquit senex, prior ingredere: ego aũt te sequar e vestigio. Existimans itaq; sanctus eum vrgere aliquam corporis necessitatem, portam ingressus, expectabat. Postquam vero ille non amplius aderat, ratus Daniel eum in aliquo alio loco diuersari, solus accedens ad Præfectum monasterij, & ad eos qui erant sub ipso fratres, honestum dedit osculum, signum dilectionis. Deinde ẽt sumpsit cibum sibi appositum. Postquam autem somni tempus esse cognouit, ei rursus assistens senex, suadebat illa facere, quæ prius dicebat, & quamprimum proficisci Byzantium. Atq; ille quidem excitatus, cogitabat quisnam is esset, & an esset homo aliquis, an vnus Angelus. Is vero erat magnus ille Simeon, qui iubebat eum frequentissimam & ciuitatum reginam adire ciuitatem, vt hæc esset multis via ad salutem. Cum ergo sic ei visum esset facere, neq; vlli quicquam dixisset, postquam nocturna cecinit cantica, omnibus valere iussis egressus, propere contendebat Constantinopolim: & cum in ostium Ponti esset ingressus, eum excipit templum Michaelis militiæ principis, quod illic pulchre est positum: & septem illic dies est versatus. Cum autem audiuisset aliquos dicentes de alio templo, quod situm quidem erat supra id, quod dicitur Hieron: locus vero ab ijs, qui incolebant, nominabatur Philempora: & cum accepisset in eo malos habitare spiritus, & nonnunquam submergere nauigantes, & inuadere eos qui transeunt, & malos esse vicinos accolis, & non posse aliquem eum transmittere illæsum, non mane, non meridie, non vespere, reuocans in memoriam magnum Antonium & res illius, & quam multas ille quoque à dæmonibus sustinuerit tentationes, & quod eos tandem virtute Domini omnino superauerit, & quam multos illis superatis honores sit assecutus: ipse quoque se ad aggrediendа exuit certamina: & cum iussisset eos, qui aderant ei, templum ostendere, & venisset in atrium, medium templum ingreditur, Christi Crucem tanquam arma inferens inexpugnabilia, & simul psallens: Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Quamobrem vel ante conflictum perterrita ipsa phalange dæmonum, obibat omnes angulos, quærens fugientes dæmones & in vnoquoque eorum flectens genua.

Simeon Stylites apparet Danieli.
Templum S. Michaelis.
Crux Christi arma inexpugnabilia.

X. ATQVE iam quidem erat vespera, & aderat princeps tenebrarum, & iaciebantur lapides in Danielem, & sonus audiebatur, & confusa vociferatio & strepitus excitabatur. Ille autem rursus perseuerans in oratione, stabat quietus. Deinde ad eos, Si aduersus me, dicebat, structa constiterit acies, non timebit cor meum. Primam ergo illam noctem, & secundam, quæ postea est consecuta, sic transmisit. Tertia autem vidit homines magnitudine maximos, forma alienos, crudelitate, quantum licebat conijcere, carnificos, horribiliter stridentes, & minantes Danieli, & metui admiscentes suæ causæ defensionem, dicentes: Quis tibi, ô infelix, vt huc venires, persuasit, quando etsi nihil aliud, tempus quidem certe, quo hic fuimus, nos loci dominos vtique effecit? Et ex ijs alij quidem minabantur se eũ in mare esse iacturos: alij autem rursus maximos lapides immittebant. Nemo vero audebat ad eum accedere prope. Quid ergo facit? Credit Domino, qui dixit hoc genus expelli solo ieiunio & precatione. Et sic quidem facit, & eos minantes, atque etiam iacientes parum aut nihil curans, primum quidem ipse quoque contra minabatur: tantum enim in Christi virtute confidebat. Deinde cum eos adhuc videret se magis impudenter gerere & tumultuari, ipsis omnino despectis, obstruit omnem templi aditum, ostendens se solum velle cum eis luctari, & nec fuga quidẽ egere, si

Psal. 26.
Psal. 26.
Dæmones terrere conantur S. Danielem.
Mar. 9.
Ille vero contemnit ineptos.
Profligat eos penitus

Profligat eos penitus. ipsi irrumperint: solam autem aperit fenestram, vt videret accedentes, & [illegible] Nonmultũ intercessit temporis, & Christi quidẽ virtute [illegible] st omnis illa [illegible] dæmonum [illegible] aute vniuersus locus liber ab illorũ insultib. & deinceps libere, & sine vllis insid[iis] ambulabant, & mare nauigabant.

XI. HVIVS vero rei fama manauit in omnes partes: & licebat videre viros simul & mulieres, iuuenes & [senes,] pauperes & diuites, qui habitabant circumcirca in locis finitimis, tanquã illuc [illegible] aliquod, continuo [illegible] ad eum [illegible] & admirari, quonam modo, vbi nuper quidem erat exitium, ibi sit salus: vbi autem dæmonum vociferationes, ibi nocte & diu canantur ad Deum cantica. *Cantica ad Deum nocturna & diurna.* Inuidus vero Satan, & hominum inimicus, neque de [illegible] partam victoriam, neque sancti patientiam, neq; * priorem videre sustinens vtilitatem, ad secundum aggreditur [illegible] & quibusdam ex ijs, qui in templo cooptati erant in clerum, tales immittit cogitationes, quales olim Iudæis aduersus Christum, non bonum esse permittere hominem huc habitare, quem ignoratis, vnde sit. Ille autem & fama omnes ad se attrahit, & illius honor est omnino diminutio vestrorum vectigalium. Sed significate, dicebat, hæc Episcopo, & eum cito * expellite. Et sator quidem hic est: tale est autem semen. Qui vero acceperant, non ex alio norunt, quam quod hæc continuo produxerint. Cum primum semen acceperint, fructum produxerunt. & accedunt ad Episcopum, & de sancto renunciant. Episcopus autem Constantinopolitanus: [h]is erat Anatolius [illegible] quomodo, inquit, de homine male dicitis, & expellere aggredimini, quem, vnde sit, nescitis, neque quænam sit eius vexatio: cum contra oporteat quidem eum illic sinere, vt, si sit quidem bonus, nos quoque faciat participes veritatis: sin autem contra, ipse quidem hinc tute expelletur, vos vero & ego hac in re vacabimus reprehensione. Sic illi à se ipsis capti, (Res enim est eiusmodi vitium: ipsum quidem in seipsum cadit, & à rebus suis capitur) præ pudore vultus tegentes, cessarunt ab improbitate.

**piorũ tor.*

Clerici S. Danielem accusant apud Episcopum Constantinopolitanum.

XII. POSTQVAM autem eorum insidias sic vidit malignus esse irritas, longum esset dicere, quam multas quidem rursus visiones prioribus grauiores beato intulerit: quam multas autem molestias & vexationes, nunc quidem minas se eum interempturum: nunc vero in mari submersurum: nunc autem aliquid aliud facturum eorum, quæ nollet, [illegible] maxime & ipse & malus eius exercitus ab ipso hæc erant passuri. Nam postquam ille surgens orauit, & audacter est locutus, dicens: Dominus Iesus Christus, in quem * credidistis & credo, ipse vos in vltimum abyssum demersos [illegible] tenebris [illegible] vlulantes & flebiliter clamantes, & suas facies, vt videbantur, pulsantes, assimilati vespertilionib. illo ipso hæc adspiciente sancto, egressi sunt & abierunt. Ille autem nunquam cessans iniuriam facere, existimans quod eum sæpe, tanquam in vrbis obsidione inuaderet, tandem poterit beati spiritus & generosum animum deprimere ac frangere: accedit ad maleficij tertiam probationem, & aduersus eum rursus commouet priores calumniatores. Qui cum accessissent ad Episcopum, perinde ac iam maximis affecti iniurijs, sanctum vocabant maleficum, simulatorem, & [illegible] deceptorem: dicebantq; eius consuetudinẽ esse eis intolerabilem, vt qui vel solo adspectu sit molestus & importunus. Ille vero iam victus à tot vexationibus, ad se accersit Danielem: & rogat quisnam sit, & vnde, & quibusnam rebus opus habeat: & postremo, quamnam in Deum teneat opinionem, in has partes venerit. Ille autem cum eius, quod est maximum & primum, nempe orthodoxæ in Christum fidei, primum meminisset, alia deinde connexuit, patriam, & genus, & finem: nempe [illegible] cum diuina mouerit reuelatio, vt videret Byzantiũ, & in hæc loca veniret. Hæc cũ audiuisset Episcopus, assurrexit, & eum est amplexus: & eum tanq. virum re vera diuinũ honorauit. Atq; hæc quidẽ hic recte gesta fuerant à magno Daniele. Fieri aũt omnino non poterat, vt qui Christi vitæ institutum susceperat, non etiam eius vitæ agendæ ordinẽ pro virib. videretur imitari. Quomodo ergo eius Dominus cum tentationib. [illegible] videretur inchoasse, ita hic quoque nisi quatenus ille hunc mouebat, & [illegible] virtute faciebat miracula.

**credidi, legendum videtur, aut intelligendum [illegible] conuersauit.*

Dæmones [illegible], & [illegible].

Episcopus Byzantinus S. Danielem magno afficit honore.

XIII. NON multi dies prætererunt, & vehemens morbus inuadit Patriarcham: qui etiam effecit, vt se sisteret sancto supplex, & eum continuo accersiret, vt pro ipso Christum rogaret, vt laboranti opem ferret: Cum is autem solum genua flexisset ad orationem, adfuit Christus exaudiens, propemodum ante [illegible] petitionem: conualuitq; & [illegible] Patriarcha. Et sic quidem miraculum: non magis autem est admirandus propter curationem, quam propter benignitatem in curatione. Nam postquam eum sanauit, petijt mercedem sanationis: ea vero erat, vt ijs, qui calumniati fuerant, remitteret debitam. Pontifex autem ei lubenter concessit petitionem: & quomodo eum, inquit, non item etiam, quibus parum abest quin etiam agam gratias, quod effecerint, vt te viderem, qui mihi dedisti salutem, & fuerunt causa, vt tu ad nos venires? Cum autem apud eum & monasterij, & donorum, & vt eum coperijt [illegible] fecit, mentionem fecisset: Si vis me, inquit ille magnus, magno studio prosequi, sine me ea facere, quæ Deo & mihi videntur. Et sic ad templum missus, cum magno & præclaro comitatu, cum eadem fecisset quæ prius, & aditum obstruxisset, per paruum quoddam foramen colloquebatur cum ijs, qui accedebant. Nouem iam anni præterierant, & eum ad vitam perfectiorem vocans prouidentia aperte ostendit futura. Cum enim fuisset in ecstasi, videt columnam nubis, & ea admodum sublimis erat sublata, & ex aduerso eius pendebat in aere. & admirabilis Simeon stabat super caput columnæ. Simul autem cum eo duo adstabant adolescentes: eratque eis vestis clara & refulgens. Desuper vero ex capite columnæ audit vocem dicentem: Huc ad me ascende Daniel. Cum is autem respondisset, Et quomodo potero ego, Domine, in tantam extolli altitudinem? Iussit Simeon ijs, qui cum ipso erant, adolescentibus, vt descenderent, & assumptum ad se deducerent. Qui cum imperata fecissent, eum tollunt, & prope ipsum statuunt. Ille autem eum statim amplexus, simul in cœlum eum tollebat, & magna voce clamabat: Esto fortis, Daniel: te strenuũ ac robustum præbe, & ita pulchre ac generose. Postquam vero vox admodum clara eum circumsonabat, (visa est enim terribilis, & tonitrui similis) Daniel, cui percussæ & conturbatæ erant aures, ex somno quodammodo ad se redijt.

S. Daniel celeritate sanat Episcopum Constantinopolitanum.

Reddit bonum pro malo.

Visio eius

XIV. HOC futurum eius vitæ institutum, Simeonis instituto conueniens, prius significauit, & quod oportebat eum & columnam ascendere, & transire ad locum, columna longe excelsiorem. Sic sententia & voluntate omnipotentis, ab eo effecta sunt omnia, & ad eum paulopost missa est pellis ouilla ab Elia, ad eum, inquam, qui moribus erat Eliseo similis. Sic autem missa est. A Simeone ad Imperatorem missus quidem erat Sergius, eius discipulus, [illegible] ferens donũ, omnia mala depellens, nempe tegimen quod habebat in capite: solent aũt id vocare cucullam. Cũ aũt Imperator haberet animũ alijs intentũ, & esset in curis publicis occupatus, Deo hæc omnia prouidente & disponente, hic, quem diximus Sergius statuit nauigare & redire, & contendebat [illegible] ad monasterium, quod nominant Acœmetorum, i. non dormientium. Cum ergo ipse reuerteretur cũ quibusdã, [illegible] accessisset prope locũ Danielis, statim tanquam signo dato, beatus erat in ore omnium: Et alij quidem [illegible] eius [illegible], alij autem [illegible], alij vero curationũ: alij vero, quod mansuefecit locum, qui possidebatur à dæmonibus: & nunc quidem [illegible] in mari, sine periculo nauigant: illæsi aũt iter obeunt ij, qui sunt in via pedestri. Hæc intelligit Sergius, cui cõmissum fuerat donũ preciosissimum: & cum eius desiderio motus fuisset animus, rogat quisnam hic sit, & vnde, & an liceat eum cõuenire. Illi vero & locũ alacriter ostenderunt, & cum in terram appulissent, ipsi accedunt ad sanctũ, & vna cum [illegible] gius. Qui cũ benigne admodum beatum salutasset, alia quidẽ [illegible] exponit. Simeonis, inquam, hic decessum, & quod ab ipso donum ferret ad Imperatorem, dicens Danieli, id ad [illegible] potius [illegible] missum, quam ad [illegible], ad quem [illegible] mitti opinaretur. Alia autem rursus audit à Daniele, quæ ei Deus significauit de Simeone, & de vita, eius vitæ instituto congruenter agenda. Quæ quidem cum audijsset Sergius, [illegible] statim donum e [illegible], id donat Danieli, à patre Simeone dicens migrare ad patrem Danielem. Et hæc [illegible] sic fiebant.

Vide Baron. an. 46[illegible] Leonem intellige.

Monasteriũ non dormientium.

XV. DEVS autem rursus consueta faciens, incitabat Danielem visione quadam diuina, [illegible] aggrederetur [illegible] certationem maiorem & sublimiorem, vas eum electionis, quomodo Paulum, præsciens futurum. Apparuit vero visio non Danieli, sed potius Sergio. Videbantur enim tres ad eum venisse adolescentes, & dixisse: Surge Sergi, dic Abbati Danieli: Expletum est tempus tuæ in templo habitationis. Adesto deinceps, & ad maiora parare certamina. Cum ergo Sergius diuinam aperuisset visionem, quoniam is statuerat non repugnare omnibus nutibus omnipotentis, & alioqui priori quoque visioni secunda consentiebat: & præterea Simeonis etiam indumentum erat arrha tali vitæ degendæ, mittitur Sergius, vt disceret loca magis solitaria, quæ illic sunt, vt oporteat ponere columnam, & aptum ad agendam vitam in quiete & silentio. Qui cum partes quasdam fastigij montis pulchre esset perscrutatus, postquam venisset in illum locum, in quo oportebat stare columnam, tu Deus omnium hoc quoque ostendis. Videt ergo protinus dictus Sergius albam columbam: quæ alas frequenter expandens, & parum rursus subuolans, iterum decidebat. Arbitratus ergo eam esse captam & vinctam laqueis, ad eam festinat, & contendit eam capere manibus. Illa vero cum statim euolasset, ne oculis quidem poterat apprehendi. Cum tamen euidens accepisset signum statuendæ columnæ, & ipse quoque satis intellexisset, quam esset aptus locus, descendit ad sanctum, & omnia sigillatim renunciat cum ea, quam viderat, visione. Ille autem & lætatus est, cum audiuisset, & ad locum venire cupiebat. Dat vero Marcus quidem ei amicus & alioqui familiaris columnam. Cum autem factus esset is quoque, qui solet vocari modius, & capiti columnæ fuisset adaptatus, iubet circa mediam noctem perforari sibi templi parietem: & ita, omnes latens, ascendit. Deinde etiam cum gaudio concipit preces, quæ ita habebant: Gloria tibi, Christe Deus, quod me talibus bonis & tali vitæ instituto es dignatus. Sed tu scis, ô Domine, quod te solo fretus hanc ascendo columnam, & hoc certamen subeo. Suscipe meum propositum: confirma me ad cursum: cœptum meum absolue. Sic beatus ille non spiritu solum esse cælestis, sed etiam, quoad eius fieri poterat, corpore esse contendebat: & de cætero solus erat in columna, seipsum collocans in cęli & terræ confinio: ab hac quidē recedens carne & spiritu, ad illud aūt contendens.

[Al]tera [visio]. [illegible]

Altera visio.

Anno 46[illegible] S. Daniel ascendit in columnam, ad [illegible] ti constructam. Vide Baro. anno vbi supr.

XVI. HÆC autem non poterat inuidus ferre oculus: neque patri inuidiæ erant illa tolerabilia. Sed cum loci dominus ad horum venisset cognitionem, (erat autē illi nomen Gelasius) inconsiderate ita animo perturbatus, aut potius dæmonis importunitate commotus, & aduersus sanctum virum furore percitus, (causa autem prætexebatur, quod non eam posuisset voluntate illius) Imperatori quidem renunciat id, quod factum fuerat. Renunciat autem etiam Gennadio (is enim constitutus fuerat Episcopus Constantinopolitanus post decessum Anatolij). Atque ab Imperatore quidem dicens non fuit exauditus: Episcopus vero inuidia motus, seu ei qui rogarat concedens, non solum censebat sanctum è columna deiiciendum, sed etiam pœnæ subiiciendum. Redit ergo Gelasius totus ira percitus, aliosque quoque multos secum assumens, & è columna sanctum volens detrahere. Sed qui semper in sanctis suis est admirabilis Dominus, qualia nunc quoque fecit, illum audacter insultantem reprimens, & eius seruum, qui erat occultus, gloriosum efficiens. Nam cum esset maxima serenitas, essetque aer purus & limpidus, nubes repente concurrerunt, & orta est caligo, & vehemens pluuia & grando deorsum ferebatur. Tantusque erat eius impetus, & tam ingentes minæ iræ supernæ, vt etiam vitium caderent folia & pampini, non solum fructus: erat enim tunc tempus vindemiæ. Sed nec hęc quidem reprimebant amentis stultitiam. Sed cum non multum abfuisset, quin ille periret, ne sic quidem discebat sapere, & se moderate gerere: neque volebat scire, quanta superna gratia locupletatus esset Daniel. Sed anhelans, & madefactus, cū iis qui circa eum erāt, aggressus, indignabatur, minabatur, clamabat, & deiicere sanctū aggrediebatur.

Gennadius Episcopus Constantinopolitanus male statuit de illo.

Psal 67. Deus eum mire tuetur.

XVII. SED postquam qui cum eo erant, ei quæ erant optima, suggesserunt, dicentes nec esse columnam agro propinquam, & hinc ei nullam futuram molestiam: immo vero eum percepturum fructum multarum orationum, & ei futurum valde vtilem, cum sit bonus vicinus: Postquam hæc dixerunt, persuaserunt: & tunc quidem iussit descendere, pudore, vt arbitror, motus propter eos, qui aderant, ne videretur frustra venisse: postea autem ei rursus pollicebatur ascensum: & cum rursus ascendisset, quantum voluisset, mansurum. Cum autem, columnæ admotis scalis, sanctus descenderet, & iam in sexto gradu pedem figeret, eum qui erat inflexibilis, cœpit misericordia, dum illos videret pedes tanquam alias columnas: quos per totas noctes & dies stationes reddiderant tumidos & vlceratos, & vulneribus plenos. Quæ ille cum stupore contemplatus, & sanctum adiurauit, vt rursus rediret, & audacis sui cœpti petiit veniam. Postea vero ei is quoque columnam posuit excelsiorem, & crassitudine validiorem, basique & cæteris magnificentiorem, & de illius patientia & tolerantia Imperatorem reddidit certiorem. Atque hæc quidem sufficerent, quæ sunt plurima & maxima, ad sancti vitam ostendendam, & gratiam, quam ipse à Deo erat assecutus. Oratio autem hæc parua esse considerans, & tanquam elementa ac principia, quæ sunt his longe maiora, properat declarare.

En voluntarium sancti viri martyrium in columna.

XVIII VENIT paulopost quidam ad sanctum, Thrax quidem genere, ætate autem senex, qui ex sectis bendis contractibus sibi victum parabat: νομικὸν, id est, legis peritum, vocant Græci. Is filium ferens vnigenam, qui à maligno detinebatur spiritu, cum eum posuisset ad columnam, & ei lachrymæ fluebant ex oculis, & adiunxit verba, lachrymis magis miserabilia. Vide enim, quam multas fletus habebat occasiones: naturam, canitiem, filij adolescentiam, quod propter eum solū laboraret, quod longe esset profectus, & magni itineris labores esset perpessus, idque, cum esset puer dæmoniacus, & tanta esset eius vexatio & immoderatio. Et cum postremo addidisset, esse iam tricesimū diem, ex quo nomen illius malignus clamaret spiritus: eius animus, qui facile mouebatur misericordia, ipsius statim est misertus. Quidni enim misericordia mouendus erat Christi discipulus? Si tu ergo, inquit, credis fore, vt persanetur tuus filius, dabitur tibi secundum fidem tuam: & simul eum iussit potari oleo à sanctis, qui illic erant. Quod cum factum esset, statim quidem eum humi iacit sæuum dæmonium, eumque valde laniat ac lacerat. Deinde magna voce cum luctu clamans, Egredior heu, inquit, egredior. Cum dies iam adesset octauus, vbi dæmoniacus nigrū & concretum euomuisset sanguinem, gloriosi patris sanatus est precibus, & sanus & recte se habens suo patri est traditus. Ille autem cum accepisset filium, lingua quidē vtebatur ad agendas gratias: lachrymis vero, ad lætitiam. Sunt enim etiā lætitiæ lachrymæ, quando summam animi ægritudinem summæ excipientes lætitiæ, nubem quæ premebat, protinus depulerint, & naturali fluxione lachrymarum visæ fuerint cum voluptate. Sic puer non solum curatur à malo dæmone: sed etiam continuo armatur aduersus dæmones, cum pater post curationem eum Deo consecrasset, & vt monasticum amictum & vitam susciperet, effecisset, & medico corporis eum tradidisset, & rogasset, vt esset etiam medicus animæ: qui etiam purus ad purum accessit, omni mundanæ vitæ relicta vanitate. Hoc quidem fuit vnum eiusmodi: alterum autem, eo non inferius.

Curat dæmoniacum.

Is curatus, monachi habitum & vitam amplectitur.

XIX. CVIDAM Cyro, qui prius quidem fuit Præses, postea autem ascendit etiam ad sedem episcopalem ciuitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyaium, & ab illo postea discesserat propter quandam moram aduersus eum calumniam, erat filia nomine Alexandria. Ea eodem modo erat affecta, quo ille quem prius diximus, & grauiter vexabatur à dæmone. Eius ergo pater, cum sanctus ei venisset in mentem, ad ipsum ducit filiam, naturali beneuolentiæ alium commiscens ardorem, nempe fidei. Simul atque ergo sancti manus eius capiti fuerunt impositæ, fugatus est spiritus: & quæ laborabat, statim conspecta est sana. Porro autem huic quoque miraculo fuit alterum coniunctum. Iam enim Cyrus sancto valde confidens, eius vtebatur gratia. Vnde etiam vxorē eius, cui suorum agrorū fuerat mandata cura, quę ipsa quoque erat dæmoniaca, duxit ad ipsum. Neque cū sua fefellit fiducia: sed ea quoque cū filia mūdata fuit à tabe dęmonis.

Manus impositione sanat dæmoniacam.

Pro quibus is vtique magnas ei habens & agens gratias, [illegible] vir doctus, & humanis literis eruditus [illegible] in columna epigramma postea inscripsit, quod sic habet: Hic stat vir, qui vndique impetitur, & ventos [illegible] Ambrosio autem vt tur alimento, & limo expers [illegible] sanguine. Actis vero radicibus, fundauit ædificium columnæ duplici. Est autem radix Simeon, filium prædicans matris, quæ non est experta nuptias. Sed hæc quidem hic.

Deinceps vero erat quidem dies, omnium dierum præcipuus. Vir autem quidam ex iis, qui prope Euxinum pontum habitabant, venit afferens filium, qui ipse quoque possidebatur quidem à dæmone [illegible] & surdus & mutus, & qualem curasse Christum docent Euangelia. Cum autem columnæ iam appropinquarent filius cum patre, excutiens puerum dæmon, & auellens eum ab ipsis, qui ipsum tenebant, impulit eum ad scalas, quæ tunc quidem [illegible] admotæ columnæ: & ille quidem protinus ascendebat scalas: sanctus vero desuper ad [illegible], Deum rogabat. Quomodo enim non à dæmone è scalis proiectus, fuisset contractus, nisi is retinuisset dæmonem precatione? Non ergo ei manus imposuit, neque fecit, quæ aliis facere consueuerat: sed ille quidem precabatur superius: puer autem cum esset adhuc inferius, & ad medias scalas nondum peruenisset, sanitatem est assecutus. Cum vnius tantum fecero mentionem aliorum suo tempore meminero. XX

Anno 461. Leo Imp. prolem ea [illegible] impetrat precibus. Vide Baron. hoc anno.

Magnus Leo, qui Romanum quidem imperium: naturam autem regere non poterat, sed proles ei deerat mascula, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominum, apud ipsum Daniele vsus intercessore. Ille vero paruit, & anno sequenti parituram esse vxorem protinus significauit. Res ergo, vt dixerat, successit, & natura [illegible] precibus, non solum ad hoc, vt daret filium: sed ad hoc etiam, vt daret illo tempore, quo sancti os diuinum prædixerat. Sic ille non solum erat filius precationis: sed etiam per preces dabat aliis, vt haberent filios. Idcirco eum remunerans Imperator, tertiæ columnæ ei iecit fundamentum. XXI.

Vide Baron. hoc anno vbi supra. Eudocia vxor Valentiniani Augusti venit ad eum. Seruata ex Aphrica dicitur quod a Genserico VVandalorum Rege capta in Aphricam deducta, post dimissa fuerit. Vt Hierosolymis agitaret hæc scriptorum.

Cum fama ergo sanctum vbique prædicaret, ad eum venit Imperatrix * Eudocia, quæ nuper seruata ex Aphrica. & magnam quidem ei reuerentiam, multum autem tribuens honorem, & rogans ipsum, vt de columna quidem descenderet, ad sua vero loca veniret, & ea habitaret: Sunt autem, dicebat ea, mihi multa, & simul quidem amica silentio, & quæ possint aliam præbere consolationem. Ille vero bonam eius mentem accipiens & laudans, statuit non transmigrare, sed in eo loco perseuerare, in quo fuerat à Christo plantatus: & virtutis radices in eo agere, & fructum conuenientem dare suo tempore. Cum hæc & alia dixisset eiusmodi, & benedictione eam impertiisset, emisit. Tunc autem transit ad columnam Gelasij, & simul cum columna (erat enim excelsior) ei quoque aucta est virtus: & vitæ institutum aggressus est excelsius. Non erant autem futura hæc tolerabilia, neque diabolo, neque illius [illegible]. Propterea ipse quidem ei rursus accendit fornacem tentationum: vsus est vero ministris hæreticis, qui erant Byzantij. Isti cum quandam sumpsissent mulierem ex meretricibus, quæ erat quidem genere Asiana, ei autem erat nomen Basiana: cum nauigasset vero Byzantium, improbum, proh dolor, quæstum faciebat suo corpore. Eam cum verbis decepissent, & promissa pecunia, totam ad id quod volebant, incitassent, efficiunt vt vadat ad sanctum, & vel illum, vel vnum ex suis discipulis, ad amorem illiciat, & ad fœdam prouocet libidinem. Proficiscitur ergo impudica ad pudicum, impura anima ad mundam, comitū secum ducens multitudinem, splendida externa vtens specie, & libidinosis gestibus, aureoque amictu & alio intertexto ornatu, arbitrata se allecturam & inescaturam illos oculos, qui nihil terrenum, nihil ex materia contextum dilexerunt. Manens autem in quodam agro, qui erat ex aduerso columnæ, & mandræ rationis compotum pecorum huius egregij pastoris Danielis, simulabat se ægrotare: vt, si fieri posset, vel ipsi quidem sancto ægrotationis animi causa esset: sin minus, illius saltem discipulis afferret perniciem. XXII.

Imprudens scortum incredibilia fingit de illo.

Cum autem postquam longo tempore mansisset, inane & irritum erat callidum eius cœptum, descendit quidem ad eos, qui miserant: dicit vero execranda, & ea mentitur de sancto, quæ non solum magno illi nunquam in mentem venerunt, (hoc enim ne qui valde quidem à mente discessit, crediderit) sed nec vlli ex illius discipulis: multum quidem abest. Hæc autem erant: Mei amore, dicebat, valde quidem captus erat Daniel: animo vero [illegible] accepe[illegible] & tandem cum iussisset suis discipulis, vt me sursum ad ipsum per scalas deducerent: ego autem, inquit, passa non essem, me occidendi consilium ceperunt, vt hæc lateret intemperantia. Et ecce vix manus eorum effugiens, mihi [illegible] consului. Sic mentiente Mænade, & ea dicente, quæ probari non poterant, hæc verba illi attendentes, arripuerunt perinde ac verissima, (Quæ enim volebant, ea etiam vera putabantur) & ea ad alios transmittebant. Verum enimuero hic quoque erat idem Deus, & iustitia, quæ neque potest vitari, nec obliuioni mandari. Quid ergo accidit & quomodo hæc dispensantur? Malus spiritus statim mittitur ad malam & mendacem fœminam, & inuitus inuitam cogit effari fraudem hæreticorum in illam, & suum rursus mendacium & machinationem. Cum eam ergo accepissent ciues, & ad sanctum duxissent, rogabant sanctum vt curaret. Ille autem verus Christi discipulus, qui dixit septuagesies septies oportere fratribus remittere debita, & diligere inimicos, ambo simul præcepta vna executus est actione: illud quidem, condonando iniuriam: hoc vero, miserendo calamitatis: immo vero eam splendide erigendo, & sanitati restituendo. Nam cum oratione vsus, eam oleo sanctorum tanquam salutari aliquo potasset medicamento, malum quidem spiritum, tanquam aliquid venenatum, statim expellit: eam autem, quæ laborabat, suis sanam reddit. Quæ etiam illius complexa columnam, magnas quidem agens gratias, & deinde multa Deo promittens, vt quæ duplicem morbum effugisset: non solum eum, qui apparebat, & damnum afferebat rei, quæ videbatur: sed multo magis eum, qui latebat, eratque vulneratum, & sua sponte susceptus, & animam immortalem punire poterat immortaliter. XXIII

Viro cælesti persequitur fæminam mendacem. Matt. 18 & 5. Oleo sancto duplicem pellit morbum.

Anno 464. Prædicit incendium imminens Constantinopoli. Vide Baro.

Non solum autem morbum, qui modo inciderat, poterat curare sanctus: sed etiam ritu bonorum medicorum, & futurum nosse, & quod erat euenturum, prophetice & videre & dicere certissima poterat coniectura. Magnam quidem certe vrbem magnas adorturas esse ruinas, cum à superis accepisset reuelationem, eam Episcopo significat Gennadio, iubens contentiore vti precatione. Quin etiam Imperatori Leoni prædicit similia, & bis in hebdomada iubet communes fieri supplicationes. Sic enim eis pollicetur iram Dei futuram mitiorem. Atque ij quidem sancti præceptis contemptui habitis, erant ipsa intellecturi experientia, ea quæ multitudo peccatorum efficit, vt ad effectum deducerentur. Procedens autem id declarabit oratio. Quoniam autem diuini quoque agni sacrificatorem oportebat esse Danielem, qui iam ei prius significauerat & corpus & animam, è superis quidem mouet Imperatorem spiritus: mouet autem Gennadium quoque Imperator, & ad eum scribit, vt acceptis multis ex ecclesia, veniat ad magnum Danielem, & eum consummet ordine sacerdotali. Cum is vero hæc fecisset, qui prævidendi quidem futura magnam habebat potestatem, primum quidem spiritu præcognoscit futurum ad se aduentum: Deinde cum ille iam venisset ad columnam, dixit se iampridem desiderasse ad eum ascendere: sed curas prohibuisse ecclesiasticas, ne finem imponeret suo desiderio: nunc autem venire, vt & ipsum videret, [illegible] precibus frueretur & sermonibus. Rogabat vero, vt scalæ quoque adhiberentur. Frustra, inquit ei prædicens magna vi præditus Daniel, hunc laborem vt [illegible] peteres, procurauit, qui te ad nos mouit. Hoc simul & stuporem & [illegible] attulit sacerdoti: Stuporem quidem, quonam modo sic eius cognouit aduentum: timorem autem, quod mens eius magno erat Danieli manifesta. Neque enim, nisi coactus fuisset ab Imperatore, ad eum vnquam venire annuisset. XXIV

Cum autem & Episcopus, & qui sequebantur Episcopum multum rogauissent, vt admouerentur scalæ & ad eum ascenderet: prohibebat vero inuictus Daniel: imminebat autem iam Sol mediis eorum capitibus, calidis [illegible] XXV.

rius radius,& vid. bat Episcopus multitudinem siti & æstu torreri,inbet inferius quidem Archidiacono p... ... confusitas. Ipse autem cum esset precatus, ordinat magnum Danielem etiam non p...entem, presbyterum, & ... multitudo de eo,qui erat vere dignus,clamabat, Dignus. Cum sic Patriarcha Gennadius Danielem nominasset sacerdotem,& ecce dixisset,& tibi populus iustam de more propter ea emisit voce..,& Deus desuper tibi per me manum imposuit: & omnia, vt semel dicam, suscepisti signa sacerdotij. Restat ergo, vt scalæ admoueantur columnæ,vt fiat ... facti particeps sacrificij, & Deo vocanti omnino cedat. Tunc cum beatus cognouisset Daniel hæc non fieri sine Dei numine, sed et quoque grata esse & accepta, quæ facta sunt,iubet poni scalas,& cælestem margaritam, diuinam, ii quam, communionem, & dat & accipit. Deinde cum etiam fecisset alia omnia, quæ solent fieri a sacerdotibus, & precatus esset pro multitudine, eos dimisit læ...antes simul & admirantes: partim quidem propter præscientiam & vere laudabilem timiditatem: partim autem, quod vix quidem, persuadetur tamen ipse quidem accipere sacerdotium,illis vero præbere preces & benedictionem. Hæc Imperatori quoque significantur,& simili cum replent lætitia & admiratione. Ob... q... ... ... de ... ... ordinat... ne.

XXVI. Cvm non ergo ingentes,qui sunt imperij proprij,sumpsisset spiritus, sed didicisset quantum sit virtus Imperio præstantior,ipse quoque ad eum ascendit,& perinde ac sit regium fastum & supercilium reliquisset inferius,&se exuisset, se quidem humi prostemit: tangit autem sacros illius pedes, quasi hæc faciendo magis honoraretur, quam quod esset Imperator. Quos cum tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius, erant enim illi pedes valde tumentes, & omnino scatentes vlceribus: eratque simul horribile & miserabile illos videre & tangere. Tunc ergo Imperator donat eum basi geminarum columnarum, quas ipse posuit, duplicem eam columnam nominans. Quam ascendens lætabatur Daniel. Nam & illa erat sublimior altitudine, & hæc etiam, & hæc etiam extendebatur ad exercitationem, æstate quidem, ardentius cum sole ferienie: hyeme autem, aere frigidius. Cum vero & vis ventorum, niuisque & grandinis vehementer impeteret, & violentiam ostenderent minime tolerabilem, certe multa consequebantur miracula: quæ quidem mihi, vitanti prolixitatem orationis, non sunt omnia dictu facilia: sed solum, quæ sunt præcipua,vt sum pollicitus. Quod autem nec si velim quidem,possum præterire, hoc nunc,quantum potero assequi oratione,conabor narrare. Leo Imperator ad eius pedes se abiicit Bar. an. vot supr.

XXVII. Iam pridem quidem principium habebat anni ambitus, & mensis instabat, quem Romani vocant Septembrem, in quo magni martyris Mamantis festum pij celebrant. Vespere ergo, quando festum à piis præparatur,& tota nocte agitur vigilia,finem accipit magni Danielis prophetia:& repente in maxima & regia ciuitate incipit incendium, quod vsque adeo est excitatum,& adeo inualuit,vt fere vniuersam contriuerit ciuitatem. Nam cœpit quidem à muto, qui est propter mare, quem etiam nominant nauale: peruenit autem vsque ad forum Constantini, & pertigit ad portum Iuliani, quasi mediam cinxisset ciuitatem. Quo in loco & comprehensa sunt vniuersa corpora: quæcunque vero fuere comprehensa, facile perierunt: & sic pastus ignis, in maximam creuit flammam: eratque malum inexpugnabile: quippe cum quicquid ad opem ferendam afferebatur, argueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domus, multa autem templa, virorumque & mulierum profe... psit depascens multitudinem: multi vero, partibus & membris corporis,quæ inuaserat ignis, statim mutilabantur: erantque semiustulati, & media parte cæsi: miserabiliores ijs,qui omnino cum suis perierant. Erat ergo periculum,ne,quod vulgo celebratur orbis terræ miraculum, Constantini, inquam, ciuitas,cineretur pari similis incendio Sodomorum. Vix tandem,vt in tanto malo, eis venit in mentem sancti Danielis prædictio,& credunt fore,vt illius solum precibus malum vincatur. Hinc factum est,vt ad eum magna celeritate currerent, ille quidem pecuniæ de..... ... ...uationem: hic seruorum, alius domus, alius amicorum: & hic quidem cognatorum, ille vero vxoris & suorum filiorum, alius autem omnium facultatum. Propter quæ sanctum tanto dolore affecere,vt totus repletus lachrymis,eos damnaret negligentiæ,quod ipso eis multum testificante,& prædicente,malum pœnitentia vitare non curarint: vt qui in patiendo solū fuerint Niniuitæ,non etiam in pœnitendo. Hæc dicens,illis quidem sic suadebat curam gerere orationis & ieiunij. Qui etiam ipse quoq, manus in cælum tollens, illinc implorabat auxilium: & post orationem, cum eis dixisset finem calamitatis,eos dimisit. Post septem,inquit,dies cessabunt minæ ignis. Sic ille dixit,& res est consecuta. Septimo enim die non erat amplius ignis. Tunc & alios,& eos qui gerebant magistratus,quinetiam ipsum Imperatorem incessit metus:& secum assumpta Imperatrice,fit supplex beato Danieli,pro eo quidē,quod præterierat,misericordiā:securitatem autē in futurū postulans. Festum S. Mamantis. Eius festi vigilia. Anno 465 Constantinopolis ardet Marcellin in Chrō. Baro an. vbi supr Euag. lib. 2. c. 13. Genes. 9. Ionæ 3. Vir sanctus hortatur Constantinopolitanos ad orationem & ieiunium.

XXVIII. Atqve iam quidem post autumnalem conuersionem mutato tempore erat hyems,& hyems maior, quam vt eam possit explicare oratio,quæ tamen superabatur ab inuicto generosi animo. Cadebant autem imbres plurimi,& ventorum erat procella vehemens. Venti vero etiam inter se agitabant seditionem, & multi simul spirabant, & adeo violenti & immanes, vt ferreas ansas columnarum, quæ duas columnas inter se committebant & coniungebant, & Danielem in alto ferebant, violenter auellerent: ille autem in parua sola contineretur columnella, quæ inter eas erat iniecta. Simul ergo & procella irruebat,& conquassabantur columnæ:& iustus superne,tanquam ramus arboris,huc & illuc circumferebatur,& flatu circumagebatur. Inferius autem vociferabantur discipuli lachrymantes: & in illum solum conuertebā: oculos,& vna eis erat acerba expectatio,patris eorum priuatio. Sed non itidem lababat spes Danielis in Dominum: sed super hanc firmam petram fundatus beatus,nemini quicquam loquens,neque si hoc eueneerit pertimescens,(Quid enim ei graue erat mori,cui hic manere, Dauidi congruenter,erat carcer?) perseuerabat mentem sursum erigere, & orare. Clamauit ergo iustus, & Dominus statim exaudiuit eum,& desuper è cælo, sicut è naui prius,ventos increpat,& repente tranquillitas fuit & serenitas. Et ventorum quidem res ita habuit. Baro ibid. Vide quanta patitur inuicto animo Virtus orationis eius. Psal. 141. Matth. 8.

Cvm autem non spiritus solum,sed etiam quosdā ex iis,qui Arriana laborabāt insania,coerceri oporteret à perturbatione: hoc quoque prudentissime, vt consueuerat, per illum prouidetur. Et videte, quam vario vti consilio & multiplici dispensatione, & alia per alia connexere sæpe scit prouidentia. Nouerat Imperator,quæ iusto Danieli acciderant: & contendit ad videndam columnam, partim quidem pœnas sumpturus de iis, qui ansas non effecerant firmas & validas: partim vero, vt eas tuto de cætero committeret. Sed illos quidem magni Danielis mansuetudo eripit à minis Imperatoris, mortem eis minantis. Descendenti autem de monte Imperatori non paruum accidit periculum. Nam cum quidam metus equum forte fortuna perturbasset, quem ipse ascenderat, isque conterritus, pedes erexisset anteriores, supinus quidem statim humi iacebat equus, supinus autem etiam cum eo Imperator: id vero,quod ante stabat super sellam regiam,frontem contriuit Imperatori,& quæ erat in capite, coronam procul expellit. Quo tempore contingit,eas,quæ erant in ipsa,margaritas, aliam alio,dispergi. Sed Daniel quoque cum oratione præuenisset malignum,à mala morte seruat Imperatorem:& sic reuersus fuit sine periculo. Sed hic in loco est caput narrationis,& quomodo nouit prouidentia admirabili vti consilio & dispensatione. XXIX Baro ibid. Ingens Imperatoris periculum. S Daniel eum liberat precib. suis. Baro ibid.

Eqviso Imperatoris,aut,vt eum vulgaris & consueta lingua vocat,Comes equorum,omni quidem anteriori tempore laborabat nefaria Arrij insania. Tunc autem & Imperatoris timens periculum,& ne,quod acciderat,ei itā conciliaret,cursu venit ad sanctum. Ille vero non solum cum metu ab Imperatore,sed etiam mala est pollicitus se esse liberaturum opinione, quæ est quouis alio periculo grauior. Hæc audiuit Equiso, & cum mitibus ac placidis eius suasionibus opinionē Arrij abiurasset,ea sentit,quæ Orthodoxi. Atq; sinceras quidem scribit ad Imperatorem,quod Arrianum liberat ab hæresi.

& lorda-

& Iordanes, abnegata deceptione, in rectis incedit dogmatibus: & quod vel propter hoc ipsum est iust[illegible]
Litera Imperatoris ad eum.
etiam huc ad me venit, vt à te veniam consequeretur. Ille autem contra rescribit: Periculi quidem mei causa non [illegible]
fuit, quam ipse mihi, qui sic ausus sim ascendere ante tuos oculos, & non pedes procul abij à sacra columna. Hoc [illegible]
tem deinceps diligenter cauebo. Iordani vero non modo non irascor, vt etiam valde lætor, quod meus ex eo quo casus,
et causa fuerit, vt, qui iacebat, surgeret. De cætero autem tanta erat Imperatoris in sanctum reuerentia, vt non so-
lum ipse honoraret cum iis, quæ oportebat: sed etiam aliis eum, tanquam rem cælestem, ostenderet.

Baro ibid.
I T A Q V E cum paulopost contigisset, Regem Lazorum venire ad Imperatorem Romanorum, causa faciendi XXXI
fœderis, aliis quidem prætermissis, eum vero accipiens & ducens ad sanctum: Hoc est, inquit, mei imperij miraculum.
Ille autem vsque adeo obstupuit, eius videns tolerantiam atque fortitudinem, vt non solum sanctum, sed etiam colu-
mnam, in qua erat positus, cum lachrymis adorans, multas voces emitteret barbarus valde eruditæ mentis, & quæ
En quàtum ei deferunt etiá Reges.
multa didicerat: Ago tibi gratias, dicens, Rex cælestis, quod mihi, qui ad terrenum Regem veneram, cælestem huius
viri vitam ostenderis, & dignum me censueris, qui essem spectator talium mysteriorum. Adeo autem vtrisque ma-
gnus ille vir visus est dignus admiratione, vt ambo illum ad definienda fœdera arbitrum cóstituerent. Porro autem cum
domum reuertisset Gubazius Rex Lazorum, & subiectis sibi populis narrabat miraculum, & sancti semper memine-
rat: neque vnquam mittebat Byzantium, quin ad eum quoque scriberet literas: quæ non terminabantur solis salu-
Itemque alij omnes.
tationibus, sed etiam plurimi faciebant eius meminisse, & rogabant, vt oraret pro suo regno. Adeo stupebant omnes,
iusti tolerantiam, & propinqui & hospites, & priuati & Reges, & Romani & barbari: & accedentes, accedebant tan-
quam ad Angelum: & abeuntes, eius inuocabant auxilium: & precibus ab eo aliquid petebant, & impetrabant.

A T Q V E sufficiunt quidem ea, quæ nuper dicta sunt ad significandam illius fortitudinem: & quod quæ ab eo XXXII
suscipiebantur certamina, erant maiora, quam vt homini conuenirent. Quoniam autem hoc maxime studeo, nihil
prætermittere eorum, quæ sunt præcipua, adiiciam iis, quæ dicta sunt, maius quiddam, quod attinet ad fortitudinem
& tolerantiam, & ad eum admirandum, qui dedit illi vires. Erat hyems, eaque glacialis, & valde aspera: vehementes
vero rursus ventorum procellæ, & grauiores præcedentibus: simul autem cum vento densa quoque nix decidebat.
Rursus mire infestatur a ventis &c.
Venti itaque vehementius ingruentes, ei ex pelle confectam cucullam flando expellunt, & in vallem quandam sub-
iectam iaculantur. Cum ventis autem multa quoque nix & frigida eius faciem impetebat. Ille autem (neque enim
habebat rectum, ad quod confugeret) tota nocte (ô inuictam animam) omnia suffert vinculis corporis, temporis a-
Mira eius patientia.
cerbitatem, niuem, ventos, asperam circa auroram concretionem & conglaciationem. Apparet dies, & malum non
cessabat, sed magis inualescebat, & hyems intendebatur. Discipuli autem nullo modo poterant è porta prospicere,
neque erat vllus, qui ei opem ferret. Totum ergo illum diem & sequentem noctem, quæ fuit multo acerbior, hic vir
generosus fortiter & constanter pertulit. Iam tertius quidem erat dies tempestatis: desierat vero efferata glacies: & cum
Horrédum in corpore viri Dei spectaculum
scalas admouissent, qui erant feruentiores ex discipulis, & propere ascendissent, vident, ô Domine Deus, horren-
dum spectaculum, & quod antequam vidissent quidem, ab eis expectabatur, ipso tamen adspectu visum est terribi-
lius: sanctum amictu quidem iam nudatum, glacie vero omni ex parte comprehensum, & capite & facie, & reliquis
partibus corporis: neque hoc solum, sed etiam ipso corpore omnino concretum, & in glaciem, si frigus spectes &
concretionem, conuersum: eum quis glacialem hominem nominauerit, (Quid enim aliud?) aut mortuum, quod e-
xistimaretur ne posse quidem spirare. Cum calidis ergo aquis soluissent glaciem, quinetiam corpus adspersissent:
postquam ille ad se redusset, & tanquam à morte suscitatus, spiritum recepisset, vocem quoque accepit, & dixit: Cur
mihi vultis exhibere negocium, & suauiter dormientem vexatis? Nam cum modo Domini inuocarem auxilium, ac-
cidit mihi, vt parum dormitarem. Cæterum bene sit vobis, ô filij, qui patris tantam curam geritis. Date autem mihi,
inquit, quo me induam: erubescens, vt arbitror, propter nuditatem, non autem calore indigens. Ille vero alium ami-
Esa 61 iuxta 70.
ctum ad eum attulerunt, & eum induerunt, tunica diuinæ lætitiæ indutum, vt dicam cum propheta.

P O S T E A autem multum eum rogante & obsecrante Christi amante Imperatore, (hæc enim ad eum vsque XXXIII.
peruenerunt) & dicente: Si non tua causa, at nostra & nostræ vtilitatis, parce istis nimis præcipitibus & proiectis
periculis: & ne tibi ipsi mortem propemodum consciens, & nos orbos relinquas, & ipse ante tempus videns è vita e-
ducere: Hæc & his plura dicente Imperatore & rogante, & pedes simul prehensante, vix sustinuit, vt sibi parum sal-
Vita eius & patientia, maximum miraculum.
tem fieret tectum, reueritus lachrymas Imperatoris. Hoc quidem iam à me dictum est, nihilominus tamen nunc quo-
que dicam. Nullum erat, nec videbatur Imperatori maius miraculum magni Danielis tolerantia & vita. Omnes ergo,
qui apud eum fungebantur legatione, siue essent reges, siue legati, aliquos quidem per alios, alios vero etiam per se
deduxit ad sanctum. Illi vero magis stupebant videntes, quam audientes: & sic redibant benedicentes, & ani-
ma effecti meliores. Quod autem vt futura quoque videret, tanquam iam præsentia, à superis acceperat, à me qui-
dem iam sæpe superius ostensum est. Est vero huius quoque rei manifestum indicium. Quædam fama in omnes par-
tes manabat, Gensericham regem Vandalorum, bellum gerere aduersus Romanos magno apparatu & maiore auda-
cia: & quod iam cum magna manu peruenit Alexandriam, eam sibi volens belli facere præsidium. Non parum ergo
animo angebatur magistratus, & ipse Imperator: qui etiam cito currit ad consuetum medicamentum animi ægritu-
De Genserecho Vandalo quid prædixerit
dinis, & sancto famam significat. Ille vero tanquam non præuidens, sed iam videns oculis ea, quæ erant euentura, di-
xit protinus, non solum Genserichum Alexandriam non esse occupaturum: sed in omnibus etiam aliis, re infecta,
domum esse reuersurum. Omnino nihil opus est adducere id, quod euenit iis, qui virum norunt. Factum est enim non
multo post, sicut diuina Danielis lingua prædixit.

P R O P T E R hæc ergo, & multa alia his admirabiliora, volens Imperator magnum remunerari Danielem, quo- XXXIV.
niam alia ratione non licebat, rogat vt fiat saltem domuncula illius discipulis: Vt habeant, inquit, suo corpori habi-
tationem. Sanctus vero, Si dixisti quidem, inquit, de extruendo ædificio, non potest id mihi esse gratum. Neque e-
Petit reliquias S. Simeonis.
nim beato Simeoni vnquam adfuit. Tu autem si velis facere mihi rem gratam, festina huc adducere illius reliquias:
& rem mihi gratissimam, acceptam tibi feram. Tunc lubens iubet Imperator: tum vt sacra domus ædificetur Simeo-
ni, ante columnam Danielis ad boream: tum vero, vt domus quoque fierent hospitibus, qui ad montem ascende-
bant, & magni Danielis discipulis, etsi ei sanctus tunc multum prohiberet. Cum autem qui missi fuerant Antiochiam,
sic iubente Imperatore, reliquias attulissent, significabat quidem magnus Daniel Episcopo vrbis, vt prædicet & pu-
Obserua Lector, quam reuerenter antiquitas haberent sacras reliquias.
blice annunciet exportationem tabernaculi, & vt ipse sedeat in vehiculo Imperatoris, sinu tenens reliquias: & sic iter
faciat cum psalmis & hymnis: & cum eas deduxerit ad templum militiæ principis Michaelis, illic diuinam celebrent
mystagogiam. Quæ cum peragerentur, & magno & splendidissimo comitatu deducerentur, multa per ipsam transi-
tu facere miracula conspectus est Dominus: quæ quidem sigillatim omnino narrare, non est præsentis temporis.
Postquam autem finem acceperunt ea, quæ pertinebant ad reliquias, & ipse sacerdos, & omnes qui simul consequé-
bantur, cum gaudio ad sanctum ascenderunt, maximas suauissima anima in eos verbis effudit gratias, & mellis pluri-
mum reuera scatere fecit in illorum animis, de amore in pauperes & in fratres, de charitate, & iudicio, & remunera-
tione, & de aliis huiusmodi apud eos verba faciens.

N O N solum autem in iis, quæ ipse faciebat, ostendebat præstantiam suæ virtutis: sed etiam in iis, quæ patieban- XXXV.
tur ij,

rum, qui non erubescebant eum maledictis insequi. Cum quidam certe aliquando ex iis, qui ad eum accedebant (erat vero is lapsus in vera religione) sanctum maledictis incesseret, & qui aderant & audiebant, eum increparent, ipse suam manum intra indumentum iniecisset, & piscem assatum eduxisset: Ecce, inquit, hunc & alios multos comedebat, qui vestro iudicio est abstinens. Statim autem iustitia virum est persecuta. Postquam enim & ipse paulopost re vera de pisce comedit, vxorique eum dedit & liberis comedendum, eos inuadit furor, & à dæmone possessi conspecti sunt ab omnibus. Qui ergo aderant, cum causam sensissent, duplicem furorem miserati, eos accipiunt & ducunt ad sanctum. Ille vero cum non solum esset mitis erga peccatores, sed etiam calumnias conuerteret in contrarium: postquam vidit confitentes peccatus, eos liberauit à furore, & à grauiore dæmone, nempe à mala opinione. Qui etiam postea tantum fructum acceperunt ex eius curatione, vt volentes esse descriptam suam gratiarum actionem, ex argento illius figuram effinxerint, & seipsos sub eius pedibus posuerint, & nomen scripserint, & gratiarum actionem adscripserint, & militiæ principis templo dedicauerint. In beati autem Danielis labris tanta erat salutaris persuasio, & eius oratio propemodum æque, ac vita, poterat delinire animum, & persuadere, vt viam angustam eligerent: vt non solum eos, qui ad hoc ipsum ad eum ascendebant, aut erant alioqui mites & mansueti, flere & eius magno amore capi persuaderet: sed eos ipsos, qui erant etiam impudentes & agrestes, similiter efficeret. Huius autem rei apertum est indicium.

Calumniatorē sancti viri Deus punit.

Nota hæc contra Iconomachos.

XXXVI. QVIDAM nomine Edranus, genere Galata, fortis alioqui & manu strenuus, in sanguine & bellis educatus, qui etiam in multis locis se præclarissime gesserat, & suo imperio parentes habebat multos, & eos omnes in bello fortes. Eius fama peruenit vsque ad aures Imperatoris. Is autem cum illum, & eos qui eius parebant imperio, accersiuisset, eos quidem aliis afficit honoribus: illi vero tradit curam suorum equorum (solet is vocari Comes, sicut superius diximus. Porro autem ipsum quoque mittit, vt solebat, ad magnum videndum Danielem, & accipiendam eius benedictionem. Cum vero ad eum venisset, & eius vitam didicisset, & sermonibus ea, quæ vere erant vtilia, doctus esset, & diuina quadam mutatus esset mutatione, & ex lupo in ouem esset conuersus, militias quidem & bella & honores Imperatoris multum valere iussit, & qui toto ante tempore ad sanguinem & cædem erat exercitatus, & quid aliud, quam miles, idque barbarus, is repente philosophus, & mitis Christi erat discipulus: & rogabat, vt referretur in numerum eius discipulorum. Postquam autem videt magnum Danielem suis precibus annuere, illius discipulus fit doctor multorum aliorum: & cum omnes, qui erant cum ipso, aduocasset familiares & notos, & qui alioqui ad eum attinebant, suadet illis, vt eadem, qua ipse, via ingrederetur. Adhortatio vero fuit eiusmodi, quæ posset vel cum lingua certare oratorum, & ferre victoriam. Eius ego memoriæ mandabo, quæ sunt iucundissima, & scio fore, vt ea quoque vobis placeant.

Hæc est vera mutatio dexteræ excelsi.

XXXVII. EGO, inquit, statui deinceps Regi militare cælesti. Mihi enim persuasi nihil profuturum homini, si totum mundum lucrifaciat, & damnum suæ animæ patiatur. Quodnam autem ad nos ex bello lucrum redit, nisi omnino gladij, cædes, sanguis & strages? Quænam vero in his non inest calamitas, & præterea detrimentum animæ? In quibus, & qui cecidit, iuste cecidit. Quid enim bellum gerebat cum iis, qui sunt eiusdem generis? & qui interficit, est omnino parricida & execrandus. Cur enim propter pecuniam aut inanem gloriam tantum facinus ausus est suscipere? Sed leones quidem, ò homines, & pardi, & lupi, & si quid est his agrestius, nunquam commune inter se bellum gerunt. Nobis autem quibus natura adest mansuetudo, & oratio quæ opprimit [illegible], quæ est præter naturam: quinetiam mores et misericordiam, & communem naturam reuocat in memoriam: ante omnia vero, quibus, vt neque iniuriam faciamus, neque contradicamus omnino, si nobis fiat iniuria, est maximum præceptum: idque cum prope habeamus exemplar, illum ipsum scilicet nostrum Dominum, qui cum traheretur ad cædem, sequebatur: (atqui quanta est differentia inter Dominum & seruum?) quomodo hæc [illegible] habent, quando & si hæc non faciamus, multas habemus remunerationes: si faciamus autem, multa supplicia? Quod si etiam oportet vicissim inuadere eos, qui nos inuadunt, oportet omnino magnam manum & excelsam inuocare ad nos defendendos ac vindicandos: vt si nos potius facientes ea, quæ ille præcepit, vehementiores plagas imponamus inimicis. Hæc ergo si vultis, finite: mecum autem manete: & vitam quæ est ex Deo, eligamus. [illegible] vnusquisque viam suam ineat. Nullam ego maiorem imponam necessitatem, in hoc quoque Christum sequens: qui cum nos multis quoque aliis honorasset, primum honorauit libero arbitrio.

Luc 9.

Homines feras belluas crudelitate vincunt

Matth. 5.

Liberum arbitrium.

XXXVIII. HÆC etsi non videantur esse barbari nominis, si quis tamen reputauerit gratiam diuini Spiritus, & quod is dignus esset eam assequi, inueniet omnino eum potuisse hæc dicere, & his excelsiora. Mox autem ostendit [illegible] iam vis suasionis. Duobus enim barbaris, qui diuinam doctrinam ne auditione quidem acceperant, persuasit, vt omnibus dimissis, simul cum eo viuerent: aliis vero cum dedisset pecunias ex iis, quas habebat, & eos valere iussisset, permisit vt irent quo vellent. Ille autem & qui cum eo erant, renunciationis sacram [illegible] regulam, habitum monachorum sancti manibus, & Edranus mutato nomine pie vocatus Titus. Neque vero ipse Imperator ignorauit id quod factum fuerat: sed cum resciuisset, id ægre ferebat: & mittit, qui Edrano exprobret eius recessum. Postquam autem, qui missus fuerat, cognouit illum immutabilem, & fuit hoc etiam sancti literis confirmatum, desperato reditu, statuit nihil amplius addere. Ipsum vero Titum tantus subiit magni zelus & imitatio, vt illius etiam nutrimentū curiose inquireret, & magni faceret scire quidnam comederet: & quoniam non videbat, aliis fratribus post cantica vespertina se ad quietē cōferētibus, ipse clā egrediens è dormitorio, [illegible] post colūnas, & sanctū curiose indagā., præbuit fratribus speciē quandā & opinionē socordiæ. Sed cū totis [illegible] diebus nihil resciuit, cogitationē suam sancto aperit, & rogat, vt dicat an quid comedat & bibat. Cum is autē se comedere & bibere affirmasset, sed adiecisset: Tanto vtor alimento, quantum sufficit ad vinculum corporis continendum. Non enim viuimus gratia delitiarum: sed potius nutrimur, vt possimus viuere: ille quidem adoratione suam significans submissionem, abiit: de cætero autem in cibo & somno tanta cautione vsus est & obseruatione, vt cibi quidem tantum sumeret, quantum sufficit ad viuendum.

Vir insignis in bellis nutritus, cum qui ullam aliis fit monachus.

Non viuimus gratia deliciarum, sed nutrimur vt possimus viuere.

XXXIX. ADVERSVS somnum autem qualem ostendit generosus hic vir decertationem? Cum se funibus ab axillis medium suspendisset in aere, ad pectus extendit tabulam, & librum imponit tabulæ, vt vtrunque faceret, nempe vt & sic suspensus posset legere, & si à labore aliquando oporteret ad somnum conuerti, tabula caput exciperet, parum consolans vim naturæ. Atque erat ipse quoque Titus Imperatori charus propter virtutem: & quando ad sanctum ascendebat Imperator, ad ipsum quoque ibat & redibat, ex eo magnam capiens vtilitatem. Atque ille quidem cum sic vitam instituisset, in pace ibidem obdormiit. Non solum autem ipse sic adiecit ad virtutem, sed vnus quoque ex eius famulis, nomine Anatolius: qui illo viuente, vna cum eo ferebat iugum vitæ à Christo agendæ: & ab eo abscedente, adhuc magis virtutem exercuit, & multos alios participes fecit vtilitatis. Sic spiritualis patris in triplici prole conseruabatur gloria, & sic fuit genus fertile, quod ad virtutem attinet, Anatolio. Duodecim discipuli ei chorum implebant, parem illi zelum spirantes ad ea, quæ sunt pulchra & honesta: & ei postea sacra ædes constituitur & monasterium, & vir erat clarus & insignis. Sed hæc quidem hactenus.

Titi monachi lucta aduersus somnum.

Anatolij monachi [illegible] 12. discipuli.

XL. NOBIS autem reuertendum est, vnde digressi sumus. Quænam sunt ea, quæ postea facta sunt ab admirabili Daniele? & quibusnam miraculis vitæ conuenienter effectus est gloriosus? Imperator quidem Leo suam filiam Ariadnam

† videtur deesse dic, aut aliud quippiam.

riadnam iam nubilem coniungit matrimonio Zenoni Isaurico & nuptiali, cum honore consulatus ab... D... etiam cum mittit aduersus barbaros qui populabantur Thraciam. Ille autem simul cum iis, qui eius imperio parebant, principibus ad velox auxilium, nempe beatum ascendit Danielem. Ille vero prophetice effatus & prædicit lætum reuersurum Zenonem: & aliquos quidem esse ei postea structuros insidias: cum autem ... superiorem. Sufficiebant hæc quidem & nihil amplius dicere oportebat, sed ... res, quæ præcesserunt, quod hæc quoque ita vt dixit, facta sunt, certo sciri. Dicentur tamen hæc quoque sigillatim, apud pias enim aures habetur oratio, & quæ omnia scire sitiunt. Iamquidem ex hominibus Leo excesserat Imperator: & filius ex Zenone susceptus, paruus, inquam, Leo, qui etiam ab auo fuerat renunciatus Imperator: quoniam propter nimis teneram ætatem non erat omnino ad tantum administrandum imperium, Zeno pater pueri, a senatu ad sceptrum est perductus. Huic ergo Zenoni, eius quidem in imperio collega filius statim decessit: imperium autem ad solum patrem redit. omnibus vero ... Romanis quietis ac tranquillis, grauis in eum exarsit inuidia à cognatis: &, vt dicam cum propheta, iniquo odio oderant ipsum. Insidiatores autem erant Armatus & Basiliscus. Cum ergo sæpe Zeno sensisset insidias omne quidem aliud despicit auxilium: ascendit autem ad sanctum, & ei renunciat vniuersum. Ille vero quid non ei prædixit totum, quæ erant euentura? Quid vero non factum est eorum, quæ prædicta fuerant? Prædixit quidem fore vt ex imperio expelleretur, & in exilio aleretur & præ cibi inopia herba vesceretur: & ab iis, qui ipsum oderant, postea reuocaretur, & ad imperium reuerteretur, & in eo vitæ finem acciperet. Ille autem cum primum quidem prædicti, ab Imperatrice Verina incitati, ei struebant insidias, lubens cessit imperio, sciens fieri non posse aliter, et ad fugam opem ferente nocte & multo imbre: & cum Ponti fretum clam transmisisset, cum vxore venit in Isauriam.

Vide Baro. ann 474.

Zeno obtinet imperium

Psal. 24.

Et euenta prædicti S. Daniel.

Sed cum ad hunc locum peruenit oratio, nescio quo me vertam, cum me multa simul vocent & ... trahant, quæ sunt & vtilitate paria, & ordine æqualia. Multa enim à magno Daniele simul præclare gerebantur, & simul effecta reddebantur ea, quæ prædixerat: & ipse in acie stabat pro veritate. Vtrum ergo sunt illa, an hæc, narranda? Existimo prædictionum vos quidem iam accepisse satietatem, neq; plures cupere: eius autem zelum pro pietate requirere. Sceptra quidem, vt dictum est, arripit Basiliscus: horribiliter vero statim sibilat aduersus Dei Ecclesiam, & de carnis à Christo susceptæ dispensatione nugatur quædam blasphema & adulterina. Acacium autem, qui tunc sedem tenebat pontificalem, qui rectam quidem defendebat rationem: illius autem dogmatum tempestati, spiritus feruore, & dicendi libertate vehementer resistebat, vult inique morte mulctare. Hoc cum multos quidem congregasset ex iis, qui vitam agunt solitariam, & ex iis, qui promiscue viuunt & communiter, & grex concurrisset vndique, seruauit pastorem, qui, ne periret, veniebat in periculum. Decretum fuerat magnum quoq; Danielem vocare in auxilium, & viro mitti Sacerdos Imperatoris rabiem significat. Cum autē, qui erat sapiens ad malefaciendum, hoc cognouisset Imperator, ipse quoque Danieli significat, hunc ipsum potius Sacerdotem fuisse causam huius tumultus. Nam & fecit ciuitatem aduersus me insurgere, & milites corrumpit ac peruertit, & in me maledicta congerit, & probra intorquet: & aduersus me facit innumerabilia. Quocirca oportet te, aiebat, precibus tuis Imperatori potius opem ferre contra Episcopum. XLI.

Ann. 476. Basiliscus arripit imperium, de Christo male sentiens.

Sed hic mihi consideret aliquis, admirabilis Danieli & in discernendo summam sapientiam, & in dimicando pro Christo fortitudinem & generositatem. Quorum illud quidem ostendit in deprehendendo maleficio: hoc vero, quod non solum probro affecerit eum, qui susceptam à vero Deo humanitatem probro afficiebat: sed etiam maximas minas in eum intenderit, & prophetice ei dixerit: Disrumpens, inquit, disrumpet Deus regnum tuum. & alia addiderit, quæ cor eius vsque adeo poterant mordere & angere, vt ne ille quidem, qui minister erat futurus verborum, ausus fuerit hæc ore renunciare Imperatori: sed à magno petierit, vt literis, ipsisq; obsignatis, hæc significarentur Imperatori. Et sic ille quidem recessit. Pontifex autem cum omnes fere eximios congregasset Episcopos, mittit ad magnum Danielem, eum adhortans, vt suum pro Christo daret auxilium: dicens illius esse solius linguæ & virtutis aduersus adeo absurdam dimicare blasphemiam, & suscipere bellum pro Ecclesia. Atque isti quidem profecti, hæc significarunt. Quoniam vero sancto erat valde difficile è columna descendere, & renuebat, quid rursus machinatur Patriarcha, volens eum ad id flectere? Rursus mittit Episcopos, iubens eos ei apparere mœstos, vtique miserabilibus & verbis & gestibus: & profundere lachrymas, validissimum medicamentum ad persuasionem, & omni ratione conari eum flectere. Imitare, dicentes, primum magistrum & præceptorem. In iis enim, quæ sunt facienda pro Christo, pulchrum est Christum imitari. Declinauit ille quoque è cœlis & descendit, procurans salutem hominum. Quid ergo absurdi fuerit, si tu quoq; aliquantisper è columna descenderis, & quæ venit in periculum, ne pereat, seruaris Ecclesiam, pro qua ipse tam amans proprio non pepercit sanguini? Existima tibi ipsam adstare Ecclesiam, & vocem emittere, & extendere manus ad auxilium. XLII

Et quoque quæ prædixerit S. Daniel.

Ægre descendit de sua columna S. Daniel

Cum his & aliis pluribus Episcopos prius instruxisset Patriarcha, & omnino exercuisset, vt aptissime ad mouendam misericordiam, & maxime miserabiliter ad proponendam accederent petitionem. illis autem imperata facientibus, & instanter supplicium tuum cum lachrymis clamantibus. primum quidem ea quæ fiebant, ægre ferebat sanctus, & angebatur animo. Deinde cum videret magis perseuerantes, & vehementius precantes, & cum multa ab illis clamore calidas lachrymas emittentes, nesciebat quid ageret illa misericors anima, ad vtrasque distracta cogitationes. Quando enim ad Sacerdotes, & ad Sacerdotum intuebatur lachrymas, mouebatur: quando autem ad columnam, & eos qui sunt in ea labores, & optabilissimam quietem, erat inflexibilis. Sic ergo inter se contendentibus cogitationibus, & in æquilibrio quodammodo positis, quærit momentum superni iudicii: & eo stante ad orationem, vox statim è cœlo existit, quæ iubet ei, vt & descendat, & rursus reuertatur ad columnam. Sic eum cum gaudio excipientes Episcopi, deduxerunt ad Pontificem: qui, dici non potest, quanta rursus fuerit plenus lætitia, & quanto eum honore exceperit. Atque statim quidem Christi miles vertit aduersarium, etsi ei in conspectum non venerit: verbis autem solum, tanquam eminus emissis iaculis, vsus sit, sicut etiam per eam, quam prius miserat, epistolam, nouum appellans Diocletianum: & cum per vtraque eum terruisset, nempe & præsentis seculi, & futuri supplicia, tanquam improbum mancipium, persuasit vt fugeret. Minarum enim timore affectus cum respondisset, Ecce tibi concedo ciuitatem, & omnes qui sunt in ea, ipse prætextu exercitationis processit extra terminos ciuitatis. XLIII

S. Daniel diuinitus iubetur a columna descendere, & pugnare aduersus hæreticum imperatorem

Imperator fugit.

Sed nec sic quidem eum dimisit vir fortissimus: sed fugientem, tanquam qui clypeum abiecisset, persequebatur militem, & contendebat eum apprehendere, vt argueret, & cum eo singulari certaret certamine. Init ergo viam, quæ illuc ferebat. Vide autem mihi zelum athletæ. Nam cum ei pedes laborassent exercitatione: & non possent ingredi, commodato accipit alios pedes, & ducebatur portatus ab aliis. Fuit ne vero eius iter inane & absq; miraculis? Nequaquam, & lubentissime quidem omnium meminissem: sed cum tria prohibeant, nempe & prolixitas narrationis, dicendi facultatis imbecillitas, & ne, si velim omnia dicere, cum vos exsatiauero, sitis socordiores in iis, quæ sunt præcipua, multis prætermissis, paucorum meminero. Quidam leprosus ad eum in via accedens, eandem vocem, quam olim etiam ad Christum, nisi quod ille quidem filium, hic autem seruum Dei vocabat, & rogabat, vt ab eo assequeretur curationem. Ille vero, Quid tibi vis, inquit, quod eo relicto qui hæc potest curare, accessisti ad hominem, XLIV

Matth 8.

ho[illegible]nem, qui est similibus obnoxius affectionib⁹, ea postulans, quæ eius vires superant: V[illegible]rum enimuero si quid [illegible] c[illegible], non illum solum, sed etiam eius ministros posse hæc curare, erit tibi per nos quoque, vt credidisti, sanatio. Cum autem ille hæc confitebatur, & adhuc magis rogabat vt sanaretur, misericordia simul & admiratio magnum subit Danielem: misericordia quidem, propter morbum: admiratio autem, propter feruorem fidei: & conuersus significat iis, qui sequebantur, vt & manus tollant in cælum, & Deum placent lachrymis. Deinde cum illius iussu is m[illegible]n corpus lauisset, & fuisset mundatus, (non procul enim aberat) ostensus est totus sanus iis, qui aderant. Qui cum ad [illegible] id, quod factum fuerat, & nudum accepissent eum, qui fuerat curatus, quid non faciebant? quid non dicebant? quo non animi motu afficiebantur? Admirabantur, clamabant, glorificabant, obstupescebant: mouebat quidem fides eis linguam ad gratiarum actionem: verba autem sustinebat admiratio, & efficiebat, vt præ stupore obmutescerent. Quinetiam dicentes, nesciebant quidnam dicturi essent, huiusne fidem, an illius gratiam, an Dei potentiam. Oculi autem omnium in illum solum erant coniecti: voxque vna erat & narratio, leprosus & illius mundatio. Vt ergo essent plures testes huius rei admirabilis, veniunt ad maximum Dei templum, & virum illum in suggesto statuunt, facientes sicut Zachæus. Nam illi quoq; persuasit fides, vt ascenderet sycomorū: & his rursus, vt in alto statuerent eū, qui curatus fuerat, persuasit similis feruor spiritus. Quis, quæ tūc propter mag[illegible]ū Danielē fiebant, narrauerit?

Et à sancti curat morbos virtute Christi. Leprosus mundatur. *Luc. 19.*

XLV. CONFLVIT ad eum vniuersa fere ciuitas, ægrotantes quidem, desiderio sanationis, prope habentes exemplar, leprosum qui fuerat curatus: sani autē, vt viderent eos qui curabantur, & spectaculo miraculorum minime priuarentur. Quæ vero eorum, qui accedebant, fidem sequebantur miracula, sunt maiora, quam vt verbis exprimi possint, & auribus percipi. Cum autem sic splendide comitatus magnus ille Daniel ad locum, in quo erat Imperator, fuit prope palatia S[illegible], vir quidam Gothus genere, desuper prospiciens per fenestram, cum sanctum vidisset sic deduci & portari, eius irridet mollitiem, & ironice eloquitur: Ecce, inquit, nouus Consul. Hæc dixit, & statim accepit fructum suarum nugarum: illinc enim deturbatus, humi iacebat mortuus. Videntes quod factum fuerat satellites: & dolore simul & ira repleti, & alioqui timore correpti, ne vel alius ex suis, vel ipse Imperator simile quid aduersus magnum illum locutus, in eadem incideret, non timebant sanctum ingredi regiam. Cum vero iis, qui cum eo erant, cunctantibus ingredi, alioqui magna esset perturbatio, tunc eum Euangelice pedum suorum excutere puluerem, eos qui cum ipso erant, hortatus esset sanctus, & ipse hoc fecisset, reuersus est: sed neque tunc vacuus. Multi enim milites, qui eum eam parum solum vidissent, mores & habitum stupuissent Euangelicum, eum statim sunt consecuti. Et sic quidem vadit Byzantium homo Dei.

Statim punitur a Deō Gothus S. Danielem irridens. *Matth. 10.* *Multi milites eum sequuntur.*

XLVI. IMPERATOR autem viri reueritus virtutem, & veritus ne quid ei graue accideret propter illius contemptionem, mittit ad eum quamprimum, & rogat vt reuertatur. Ille vero non modo flexus, sed etiam magis irritatus, cum dixisset, quod qui cælestem Regem conaretur exacerbare, ipse multo magis malorum thesaurum sibi recondit: & deinde adiecisset etiam fore, vt hic breui excidat ab imperio, & eas, quæ illic sunt, minas non effugiat: Hæc cum dixisset, & si quis in tunicam eius ferat puluis, eum excussisset, processit fidenti animo. Cum hæc annunciarentur Imperatori, simul etiam sua sponte cecidit turris palatij perinde ac si per res inanis vas arrogantem & insolentem hominem Deus vellet erudire. Quæ etiam autem ab accedente sancto facta sunt miracula, (quomodo enim ex vrbe cum eis est egressus, ita etiam ingredientem ipsa rursus sequebantur, quodammodo ipsa, vt ita dicam, Dei virtute famulum deducentia) cum ex his pauca, eaque propter satietatem, velut cursim adduxero, transibo ad ea, quæ super sunt.

Eius iniuria vlciscitur Deus.

XLVII. DVO quidem ab ipso adolescentes primum sanantur, qui vexabantur à dæmonibus. Deinde mulier quædam alia fide Chananæa, quæ habebat filiam, & vel ariæ [illegible] tantis animi testes lachrymas profundebat ex oculis, & per eas quærebat curationem, sanam quidem accipit filiam: lætitiam autem referens pro mœrore, domum rediit. Deinde cum sanctus per mediam procederet ciuitatem, patricius quidam ex senatu, qui ipse quoque Zachæum est imitatus, cum eum feruenti fide domo sua accepisset, Zachæi quoque similem consecutus fuit benedictionem. Postquam autem fuit in ipso maximo Dei templo, & simul versatus fuit cum Patriarcha, qui ipsum cum magna simul lætitia accepit & honore, hic quoque aliis quidem noua, sibi vero solita facit miracula. Serpens, qui aliunde prorepserat, & se magni Danielis pedibus per spiras inuoluerat, erat terribile spectaculum: & cum ad eum defendendum, qui aderant, accurrissent, illos quidem inani vlulatu timiditatis: ipse autem serpenti audacter ac fidenter minatus, eum et tanquam ministro magna imperasset authoritate, Vade, inquit, & tuas latebras repete, & specus subterraneos. Ille vero perinde vt qui non posset contradicere, statim repit ad parietem, & in conspectu [illegible] abrumpitur.

Quædā eius miracula. *Matth. 15.* *Luc. 19.* *Vide sancto cum magna authoritate.*

XLVIII HÆC cum de magno Daniele didicisset mulier Rais, fide quidem ferrent illa & maxime pia, gloria autem valde insignis, promptu & alacri animo ad eum accurrens, & similiter atque illa meretrix, illius pedes rigans lachrymis, precibus ab eo contendit vt sibi nasceretur filius. Cum autem humi deiecta, vidisset eius pedis solum, exercitatione à tendine discissam, stupet tolerantiam, & emittit voces Chananææ similes: dans enim funiculum, rogat vt eum circa illius pedem inuolueret, ei rursus reddat: hæc est, inquiens, summa meæ petitionis. Ille vero primum quidem non sustinebat. Deinde motus etiam illius lachrymis, & præterea Episcopi & cæterorum verbis flexus, non solum cum funem circumuoluisset, ei reddidit: sed etiam significauit fore, vt ipsa pareret filium, & prædixit etiam nomen filij, Zenonem, dicens, ô mulier, vocabis filium. Et sic quidem sanctus: ego autem nihil dicam amplius. Clarum est enim ita euenisse: nihil enim excidebat ex iis, quæ ab illo prædicebantur. Propter Sanctum quoque timens Imperator, & ei omnino repugnare declinans, eum aggreditur arte & blanditiis: & cum ipse sæpe eum, & per multos, vt ad ipsum veniret precatus, non persuadebat, ipse ad eum venit, & ritu supplicis adorat, & illius pedes prehensat, rogans vt sibi detur venia. Illa autem (Quis enim ad ea videnda erat ipso perspicacior) illum quidem multis tunc probris insequitur. Deinde etiam aperit id, quod multos latebat: Humilitas illa, dicens, & contritio est artificiosa simulatio, densa pelle tegens importunitatem eius & immanitatem: sed ciro videbitis, qui omnia perspicit Dei oculum, & validam manum, quæ etiam potentes deiicit. Atque cum sic quidem sanctus tam multa fecisset miracula, Deique vertisset & profligasset hostem, & res Ecclesiæ bene constituisset, quin etiam futura prædixisset, reuertitur ad columnam, & certamina ac labores magno & forti animo suscipit.

Luc 7. *Matth. 15.* *Prædicit sæminę partum.* *En vestium veterum etiā impius Imperator.* *Reuertitur ad suam columnam.*

XLIX. NON multum intercessit temporis, & Basiliscus quidem vt à magno prædictum fuerat Daniele, à regia expellitur, & Zeno rursus sceptra tenet: & finem acceperunt eius prædictiones: & ad magnum Danielem venit Zeno cum vxore, videns quidem conuenientes exitus prædictionum: euentu autem dignas redditurus gratias. Iam vero finem quærente oratione, & cum magni Danielis vita volente simul requiescere, in illius miraculis adhuc parumper iucunde immorabimur. Vir quidam artificio aurifex, habebat puerum, qui septimum quidem iam annum attingebat, nondum autem poterat ingredi: sed serpentium ritu venire vtens, se mou[illegible]ndo [illegible]eptabat. Sumpserunt eum parentes, & posuerunt ante columnam: ipsi autem infra miserabiliter & flebiliter eiulantes, ipsos quoque qui videbant, prouocabant ad lachrymas. Sanctus vero ex alto despiciens, cum partim quidem increpando, partim autem admonendo eorum luctum sedasset, iubet vt perseuerent in sacra æde Simeonis, & ver[illegible] eran[illegible] vtantur reliquiis, & ea tanquam aliquod soluens medicamentum, morbo vinctis imponant pedibus. Dixit, & facta sunt: & septimo die cum [illegible] more precatio fieret à beato, (ô admirabilium operum opifex Domine) vident statim pu[illegible]rum salientem, & gradus ascendentem, & columnam amplectentem.

Anno 477. Basilisco pulso, Zeno redit ad imperium Vide Baro. ad. vbi supr. *Obserua quo pacto sanatur puer claudus.*

Lucæ 10. QVIDAM aliud iter faciens ab Oriente, incidit in latrones: qui cum ei plagas, vt etiam sacra dicam scriptura, imposuissent, quæ secum habebat, auferunt: quin etiam cum eius genitum neruos excussissent, relinquunt semimortuum. Eum quidam viatores cum vidissent sic iacentem, & benigne sustulissent, ferunt in propinquam ciuitatem Ancyram, & id ciuitatis Episcopo significant: à quo multorum medicorum traditus manibus, cum ad eum curandum ab eis adhibitum esset omne studium, sanantur quidem vulnera, sed nequaquam restituitur ad hoc, vt posset ingredi. Nondum enim is veneranda sacram anchoram apprehenderat Danielem. Cum multis ergo lachrymis persuasisset Episcopo, vt ipsum ad magnum mitteret Danielem, (hac enim de causa iurabat se iter esse ingressum) tanquam onus inanimum impositum iumentis, ducitur ad sanctum. Deinde columnæ impositus, quid non ad mouendam dicebat misericordiam? quas non vel maximas afferebat lamentationes? Clamabat, lachrymabatur, manibus petebat, oculis reuocabat in memoriam iter propter eum susceptum, ostendebat mala, quæ acceperat à latronibus. Sed hic mihi considera, quam esset hic magnus à fastu alienus, & quantum oderat gloriam: & quemadmodum in fugiendo honore tantum posuerit studij, quantum alij ad gloriam consequendam feruntur cupiditate. Vt enim alij adscriberent curationem, eos transmittebat ad Simeonis oratorium: etiamsi maior ad ipsum ex eo rediret gloria. Sed reuertendum est, vnde digressi sumus. Postquam enim ille portatus fuit ad templum Simeonis, ad quod iussus fuerat, & quod ex reliquiis sumitur, oleo quotidie vngebatur, iam quidem erat sextus dies circa auroram, cum staret magnus Daniel ad cantica matutina, idem huic quoque accidit, quod priori: nam & repente consistit supra pedes, & cursim gradus ascendit, & columnam amplexus, Deo & eius ministro agebat gratias. Sed cur non dico id, quod est maius? Quidam Hippasius, & authoritate & fide Centurio, sicut erat is, qui celebratur in Euangelio: Hic ergo si quando vidisset aliquem ex familiaribus, aut cognatis, aut filiis, aut seruis morbo implicatum, à sancto scriptis verbum solum requirebat, & ægrotanti imponens epistolam, statim morbum tanquam aliquem fugitiuum fugabat. Cum vnius adhuc meminero, accedam ad magni Danielis migrationem. L.

Egregia sancti viri humilitas & modestia.

Debilis ab infirmitate curatur.

Matth 8.

Mira vis epistolæ à B. viro scriptæ.

MVLIER quædam habens filium, duodecim annos natum, ab ortu mutum: ea, inquam, cum latenter accessisset, & in sancti manibus charissimum posuisset, cum bona spe recedit. Vident itaque monachi puerum, & cum eum sumpsissent, ducunt ad sanctum. Ille vero cum eum solum vidisset, iussit vt cum eis versaretur, futurus ipse Dei minister. Postquam autem significarunt beato puerum esse mutum, iubet illius linguam vngi oleo sanctorum. Quis prætereat ea, quæ sunt postea consecuta? Suspicantur matrem propter paupertatem mentiendo dixisse filium esse mutum, vt ex eo aleretur filius: & accedentes, alij quidem ei incutiebant terrorem, vt sic conturbatus loqueretur: alij autem telis pungebant dormientem, aut linguis acutis, & repente è somnis excitabant, vt clamasse, & aliquid interim dixisse deprehenderetur. Is vero cum vellet ipse quidem multa dicere præ dolore: valido autem morbi vinculo linguam haberet præpeditam, erat mutus, ore cordis multa loquens ad Deum. Venit dierum primus & præcipuus: & cum Diaconus Christi Euangelium esset de more lecturus, cum primum nomen Euangelistæ effatus est populus, omne puer præueniens, dixit pura & maxima voce, Gloria tibi Domine: & sic deinceps per totum sacrum ministerium perseuerauit simul cum populo canere & respondere. Atque multa quidem alia à magno Daniele gesta sunt, quæ nec quæ verbis explicari possunt, neque propter satietatem capi auribus. LI.

Puer mutus loquitur.

VERVM enimuero sufficient hæc ad ostendendum, quanta ille fiducia esset diues apud Deum, & quanta ei cum illo interecederet coniunctio. Hoc autem solum dicam, & ea quæ dicta sunt, veluti obsignabo, quod cum multis & maximis miraculis, tanta erat ei lenitas & moderatio: & non solum moderatio, sed vt cum diuino Dauid dicam, contritio & summa humilitas, vt non magis eum quis admiraretur propter operationem miraculorum, quam quod cum talia operaretur, nihil existimaret se plus habere aliis. Quinetiam cum virtute tantum præstaret, in iudicio de aliis ferendo erat admodum cautus & parcus. Quam vero esset in omni re à fastu & superbia alienus, quis dixerit? Eorum autem, quæ supra nos sunt, adeo timebat & cauebat docere aliquid, vt cum quidam, qui de Theologia libenter sciscitabantur, quædam etiam abstrusa proponerent, quæ ardebant facere sacerdotes, & ei exhiberent molestiam: Si à vobis quidem, inquit, de Deo disceptant, vobis sufficit chorus Apostolorum, & quæ de Deo disserunt patrum voces: neque opus est curiose vlterius inquirere. Quod si de rebus humanis & Sacerdotibus vobis est controuersia, sunt hæc omnia Dei iudicio relinquenda, & iis, qui ab illo talem acceperunt administrationem. nobis vero satis esse debet, si ab aliis pascamur, & ea consideremus & inquiramus, quæ ad nos pertinent: non autem has superuacaneas & noxias persequamur quæstiones. Et hæc quidem sic habent. LII.

Psal 50.

S. Daniel ab omni superbia & fastu alienissimus

ORATIO autem, cum iam veniat sanctus ad finem, desistit ipsa quoque in silentium. Verum enimuero cum hic quoque pauca quædam ante finem dixerimus, sic sistemus orationem. Cognouit quidem vir ille propheticus cum reliquis omnibus, suam quoque ad Dominum migrationem: idque aperte suis prædixit discipulis. Cum autem præstitutus dies iam appropinquaret, benedictionem eis relinquit in scriptis: sicut quidam alij facultates, eique delectus est scriba, & tale fuit eius testamentum: Ego, inquit, ô filij & fratres, (ambo enim vos estis, tum quod vos genui spiritualiter: tum vero, quod Deus est communis pater omnium) Ad hunc communem patrem iam vado: sed non orbos relinquam mihi dilectos, destitutos patris solitudine: sed illi patri vestri relinquo curam, qui cum vobis omnibus me creauit. Ipse ergo, qui omnia fabricatus est ratione & sapientia, & deinde cælos quoque inclinauit, & descendit in terram, & mortuus est, & resurrexit pro nobis, ipse erit vobiscum. Vt sapiens quidem, vos seruans à maligno: vt Dominus autem, ad suam conseruans voluntatem: vt pater vero, si forte aberretis, benigne reuocans, & spiritualiter vlnas nobis extendens. Vt autem qui se pro nobis ad mortem tradiderit, vos etiam inter vos inuicem coniunget concordia, & efficiet, vt sitis vnum patri. Sectemini humilitatem, seruite obedientiæ, amate hospitalitatem, ieiunium, vigiliam, paupertatem, & quod est primũ & maximum præceptum, charitatem. Quæ ad pietaté pertinent, recte tenete. Hæreticorũ zizania cauete: à matre vestra Ecclesia minime separemini. Si hæc omnia feceritis, eritis virtute perfecti. LIII.

S. Daniel prædicit obitum suum

Testamentum eius.

Psal. 17

Matth 22.

Perseuerantia in ieiunio.

HÆC pus labris dictauit, & iussit legi ab omnibus monachis, stantibus ad scalarum gradus, & deflentibus illius separationem. Dicitur autem hoc visum esse circa eum: nempe tribus diebus ante mortem, iam media nocte concurrisse & ad eum conuenisse sanctos, qui fuerunt à seculo, Prophetas, Apostolos, Martyres, & omnes denique Sanctos, qui & magnum benigne salutarunt, & iusserunt eum diuinum celebrare mysterium. Quod quidem celebrauit, & intemerata ipsa sumpsit sacramenta, & iis quibus parcat impertiit. Atque iam quidem magnus extremum agebat spiritum, & ipse Antistes Episcoporum (is erat Euphemius) iam enim mortuus erat Acacius, cum aliis veniebat ad emigrationem. Aderat autem Rais quoque fidelissima: & vir quidam, qui possidebatur à dæmone, pergebat ad columnam: qui & sanctorum ad sanctum aduentum clamando aperte significabat, & eos suis appellabat nominibus: & ipsorum, vt qui conuenissent, meminerat Angelorum. Deinde etiam adiiciebat, fore vt tertia hora huius diei ipse Daniel excedat ad Dominum, & à diuturna habitatione immundus expellatur spiritus. Quæ vtraque suo tempore euenerunt. Quæ prius dicta est autem Rais, magnifice parabat ea, quæ pertinebant ad sepulturam: & cum multos adduxisset artifices, & iussisset fieri tumulum in inferiore parte basis columnæ, & vsque ad fastigium, statuit ex vtraque parte tumuli homines, qui faces ferrẽt, & lampadea tenerẽt manibus, & ea canerẽt, quæ cani solẽt in decessu. Cumque illa corpus infra detulisset, in plũbeo id posuit loculo: in hoc quoque, seruás magni Danielis testamẽtũ. Ille.n. mãdauit LIV.

Sancti inuisunt decessurum.

Vide Baro. an 489.

Felicissime cum corpore

Honorifice admodum sepelitur.

dissipa-

discipulis, seu Imperatores, seu Reges, aut vlli alij, se inuicem superare contendant in loculi sumptu & magnificentia, nolite suscipere: sed illic & sic corpus deponi finite, vbi & quomodo voluerit Rex fidelissima. Hæc ergo peracta sunt, & expulsus est immundus dæmon, cum multum hominem discerpsisset.

LV. PORRO autem quædam quoque alia effecta sunt miracula. Tres enim per stellas Cruces, cum dies esset, & Sol luceret clarissimus, cum summa pulchritudine & splendore dicuntur apparuisse, & stetisse super preciosum illum loculum. Quinetiam volasse columbæ candidissimæ, quæ cum eo semper est, gratiam Spiritus significantes. Si ergo sacrum illud corpus Danielis, depositum fuit manibus primi Pontificis. Rursus illi quoque fuerunt impositæ reliquiæ trium puerorum, qui erant Babylone, cum sic iussisset sanctus, ne tam illius reliquias, quam eos, qui erant ei impositi, adorarent accedentes. Sic sanctus ab humana gloria studuit ostendi alienus etiam post decessum. Talis fuit vita magni Danielis ab ortu vsque ad decessum: Talia eius sunt benefacta. Qui cum obiisset omnem exercitationem, & omne genus certaminis, & tam multis clarus fuisset operibus, effectus plenus dierum, tam humanorum, quam spiritus, in senectute bona excedit è vita, cum ad octogesimum annum peruenisset & menses tres.

Tres cruces apparent. *Euthemiũ Constantinopol. Episc. intell ge.* *Magna ætas eius in tãta vitę duritia*

LVI. AIVNT autem eum quoque capillis capitis processu temporis adeo euasisse comatum, vt quadruplici quidem coma discriminarentur: longitudo autem eorum, ad quatuor cubitos produceretur. Barba quoque erat ei densa, quæ ipsa quoque bifariam discriminabatur. Atque ille quidem cum sic vixisset, requieuit: nobis autem pulchrum exemplar suam reliquit vitam, non solum vt laudemus, aut etiam vt admiremur: sed vt pro viribus quoque imitemur. Laus enim ad eum fertur solum: Imitatio autem non facit, vt simus etiam participes bonorum, quæ ei debentur: gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia cum Patre eius, qui caret principio, & sanctissimo & bono & viuifico eius Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CERTAMINA SANCTORVM MARTYRVM ALEXANDRINORVM EPIMAchi & Alexandri, Amonariæ Virginis & sociarum Martyrum: necnon aliorum sanctorum, qui diuersis diebus in Alexandria sub Decio passi sunt, à Dionysio Episcopo Alexandrino in epistola ad Fabium (quem S. Hieronymus Flauianum vocat) Episcopum Antiochenum conscripta, quæ est apud Eusebium lib. 6. c. 34. hist. Eccles.

Ann. 253.

I. NON ex Imperatoris edicto persecutio apud nos incœpta fuit, sed integro anno præuerterat. Nam vates (quisquis ille fuerit) malorum omnium quæ huic ciuitati acciderunt architectus, infinitam gentilium turbam contra nos incitauerat, impuleratque, atque adeo ad patriam suam & antiquam superstitionem defendendam magnopere instigarat. Qui ab illo ad maleuolentiam irritati, omnemque aucupati licentiam ad scelus patrandum, solam pietatem & verum cultum dæmonum suorum, istum censuerunt, vt Christianorum cæde & sanguine suas crudeles manus respergerent.

Persecutio in Alexandria sub Decio. *31. IANVA.* *Metræ alias Metrani martyrium.* *Quintę muliebris cędes.*

II. PRIMVM igitur senem quendam, Metram nomine, arreptum, impia verba contra Deum loqui mandant: cuius corpus, propterea quod eorum voluntati repugnabat, fustibus cædunt, vultum oculosque præacutis arundinibus pungunt, ipsumque adeo ad suburbia abductum lapidibus obruunt.

III. DEINDE fidelem mulierem, quæ vocabatur Quinta, ad idolorum delubrum ducere, & ad falsos deos venerandos impellere cœperunt: eamque cum se auerteret, & talem cultum detestaretur, pedibus constrictis, per vniuersæ vrbis plateas asperis saxis constratas raptare: & simulac corpus eius ad saxa molaria allisissent, & flagris pariter lacerassent, ad suburbia trahere, ibique crebro saxorum coniectu obterere. Tum vero vno quasi animorum impetu omnes in piorum ædes irruere, & singuli quos sibi vicinos esse cognouerant, propere educere, expoliare, diripere: & diuitias ac supellectilem, si quæ erat preciosior, sibi seponere: si quæ vilior, sordidior, & ex ligno confecta, in viis dissipare, deinde exurere: adeo vt ciuitas illa veram speciem vrbis ab hostibus captæ, dispoliatæque probe repræsentaret. Fratres ergo deflectere è via, & in loca separata ac solitaria se subducere: rapinam bonorum suorum, similiter cum illis quibus Paulus illustre perhibeat testimonium, cum gaudio suscipere. Atque haud scio vtrum quisquam, præter aliquem vnum alicubi fortasse, hucusque Dominum denegauerit.

Hebr. 10.

IV. APOLLONIAM porro virginem id temporis cum primis admirandam, & admodum prouectam ætate, comprehendunt, maxillisque eius crudeliter deuerberatis, omnes dentes illi excutiunt: atque rogo in suburbiis extructo, minantur, nisi verba blasphemiæ vna cum ipsis palam eloqueretur, se eam viuam crematuros. Illa paululum temporis ad deliberandum precata, & dimissa ex eorum manibus: sine mora insilit in rogum, sicque flammarum incendio absumpta est.

9. FEBRV. *Apolloniæ martyrium.*

V. SERAPIONEM item proprio lare abstractum, diris concidunt tormentis: & omnibus membrorum articulis confractis, ex loco edito præcipitem deiiciunt. Nullus itineris flexus, nulla via publica, nullus angiportus erat, in quo tuto vel noctu vel interdiu liceret incedere: quippe omnes vbique vno ore conclamabant, Si quis è Christianorum numero impia & prophana verba effari recusauerit, rapiatur extemplo, & in ignem coniiciatur. Atque ista mala hoc modo non ad exiguum temporis spatium grassata sunt: verum tandem seditio & bellum intestinum, quod in illos miseros postea inuasit, crudelitatem contra nos exercitam in ipsorum capita conuertit: vnde nos quidem, dum illorum furor in nos incensus, aliis rebus implicatus tenebatur, paulisper respirauimus. Verum confestim animum Imperatoris, qui clementius aliquanto & humanius videbatur erga nos antea affectus, omnino commutatum esse, nobis nunciatum est. Quapropter minarum formido, in nos iactatarum, vehementer accrescebat.

14. NOVE. *Serapio præcipitatus.* *Seditio oorta persecutionem interrupit.* *Vide Nicep. c. 19.*

VI. NAM Decij edictum erat iam diuulgatum, illudque tale profecto videbatur, quale Dominus prædixerat futurum: in quo terribilissima illa eius propemodum explebatur sententia, nimirum Electos (si possibile esset) in errorem inductos fore. Quin omnes certe metu perculsi obstupuerunt. Atque ex illis qui cum dignitate, tum diuitiarum affluentia præstare videbantur (qui quidem non pauci erant numero) nonnulli timore perterriti, diis illorum colendis se vltro offerunt: alij ex priuatis ædibus in publicum raptati, ad delubra ducuntur à magistratibus: multi vicinorum suasu eo pelliciuntur, qui quidem nominatim euocati, ad impura & profana eorum sacrificia se conferunt. Horum autem non pauci, quasi minime essent sacrificaturi, sed illi ipsi potius victimæ & sacrificia idolis futuri, pallore exalbescunt, & formidine attoniti stupent: adeo vt à frequenti populi turba, quæ circumsistebat, dum se omnibus perspicue patefaciebant, cum ad moriendum, tum ad sacrificandum eadem timiditate esse affectos, risui & ludibrio haberentur. Alij paratius ad altaria procurrunt, duro ore & impudenti constanter asseuerantes, se nunquam fuisse Christianos: de quibus Domini sententia verissime dici potest, Diuitem difficulter posse seruari. Ex reliquis qui tenuiores erant, & magis obscuri, plerique vtrumque istud hominum genus quod postremo posuimus, imitantur: alij capessunt fugam, nonnulli prehenduntur. Atque ex prehensis, multi ad vincula & carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenentur conclusi: postea tamen, antequam ad tribunal accedunt, Christum eiurant: quidam tormenta diu fortiter sustinent, sed ad extremum succumbentes, fidem pernegant.

Decij edictum in Christianos *Matth. 24.* *Diuitum & honoratiorum in persecutione incõstãtia* *Matt. 19.*

Electorum in ima synodo constantia. 27. FEBR. Iuliani martyrium. 30. OCTO. Cronionis martyrium. 27. FEBR. Besæ militis martyrium. 30. OCTO. Macaris Afri. 12. DECE. Epimachi & Alexādri. 12. DECE. Ammonarij virginis. Mercuriæ. Dionysiæ. Ammonarium alteræ. 14. DECE. Heron, Ater, Isidorus. Dioscorus. 14. DECE. Nemesis. 20. DECE. Ammon, Zeno, Ptolemæus, Ingenes, Theophilus. Martyres in aliis locis. 22. DECE. Ischyrion. 22. DECE. Chæremonis Episcopi cum vxore fuga. [a] Nilus vrbs

CÆTERVM qui Dominicrant, tanquam firmæ & beatæ columnæ eius ope & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum animis penitus insidebat, vires ac tolerantiam apte & appositè respondente adepti, admirabiles & insignes eius regni martyres ac testes facti sunt. Quorũ primus erat Iulianus, homo podagræ doloribus adeo oppressus, vt neq; incedere, neq; pedibus consistere posset. Hic cum aliis duobus, qui eum gestabant, ad Iudicẽ adducitur: quorum alter exẽplo fidẽ denegat: alter, nomine Cronion, cognomento Eunus, & senex ipse Iulianus, Dominũ ingenue confitentur: qui per totam vrbẽ, quæ certe (vt nostis) amplissima est, camelis insidentes deducti, & ita sublimes verberibus cæsi, tãdẽ immẽso quodã rogo & supra modũ exardescẽte, hominũ multitudine vndiq; circũfusa, cõburũtur. VII.

AC dum abducebãtur ad locũ supplicij, miles quidã nomine Besa, illis inter eũdũ opẽ ferre, & his qui eos cõtumelia afficiebãt, ex aduerso resistere laborat. Qui cũ populus cõtra eũ, ppterea vociferaretur, inde illico abripitur ad Iudicẽ, & in pugna illo pulcherrimo, pro pietate suscepto, tãq̃ fortissim[us] Dei bellator, strenue & viriliter se gerẽs, securi demũ percutitur. VIII.

ALIVS quidam genere Afer, qui & appellatione Macar (& ob vitã beatã, quã diuinæ gratiæ subsidio degisset, vere Macar, i. beatus) cũ ad fidei negationẽ, Iudice eũ ad eã rẽ magnopere cohortãte, adduci nõ posset, viuus crematus est. IX.

EPIMACHVS etiã & Alexãder, nõ lõgo post tẽpore quã vincti tenebãtur, post horũ martyrium multos dolores perpessi, dilaniati nouaculis, & flagellis lacerati, ad extremũ ardẽtissimis flãmis circũtecti absumpti fuerũt. Quibus quatuor mulieres martyres adiũgebãtur: quarũ prima fuit Ammonariũ, sancta virgo: quæ, cũ Iudex diu illam admodum torsisset, vtpote constanter asserentem se nihil eorum aliquando dicturam quæ ille iussisset, eaque in sententia firme perstaret, ad supplicium abducitur. Mercuria, secunda erat. Anus in primis veneranda, tertia Dionysia: quæ quanquam erat multorum liberorum parens, illos tamen Domino in amore minime prætulit. Quarta, Ammonarium altera, quæ tres, cum Præses vereretur ne incassum tormenta illis infligeret, & quodammodo vinceretur à mulieribus nullum cruciamentorum genus amplius subire cogebantur: sed statim capite obtruncato, mortem oppetunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tanquam in prima dimicationis acie locata, satis tormentorum exceperat. X.

HERON præterea, Ater, & Isidorus, Ægyptij, & Dioscorus vna cum illis, adolescens quindecim annorum natus, Iudici traduntur. Et primum Iudex adolescentulum, tanquam facilem ad persuadendum, blandis verbis in fraudem inducere, tum velut remissum & flexibilem ad fidem negandam tormentis impellere tentat. Sed Dioscorus neque persuasione quicquam commotus est, neque Iudicis omnino cessit sententiæ. Cæteros acerbissime crudelissimeque verberibus dilacerat: quos cum tormenta magno & fidenti animo pro fide tolerare cerneret, rogo cremandos tradit. Dioscorum autem, cum propter singularem animi magnitudinem, quam palam ostenderat, tum propter prudentissima responsa, quæ ad singula rogata dederat, Iudex magnopere admiratus, dimittit: affirmans, se propter ætatem certos dies illi velle concedere, quibus resipiscendi haberet facultatem. Iam ergo Dioscorus, summa pietate eximius, nobiscum est, expectans cum certamen prolixius, grauiusque, tum amplius præmium, & diuturnius. XI.

PORRO Nemesis quidam, & ille etiam Ægyptius, falso in crimen vocabatur, quod cum latronibus societatem coiuisset: sed istam calumniæ notam ab eo alienissimam quidem, cum coram Centurione diluisset: iterum per Iudicem fuit delatus, quod Christianus esset, vinculisque constrictus ad Præsidem venit. Iste iniustissimus Præses, beatum martyrem tormentis & verberibus duplo grauioribus, quam latrones ipsos, affligens, exemplo Christi inter latrones interiectum (vnde non parum honoris adeptus est) sæuo ignis exurit incendio. XII.

QVÆDAM porro militũ turma derepente accedit: nimirum Ammon, Zeno, Ptolomæus, Ingenes, & pariter cum illis senex Theophilus: qui pro tribunali se ipsi stiterunt. Cum igitur quidam, quod Christianus esset, in quæstione versaretur, & iam ad fidei negationem propenderet: isti assistentes, præ ira in dignitate dentibus frendere, vultu nutare, manus extendere, toto denique corpore gestus quoldam agere cœperunt. In quos cum omnium ora essent conuersa, priusque in illos alij in eos iniecerunt manus, illi ipsi ad subsellia accurrere, & Christianos profiteri: sic, vt cum Præfectus, & assessores qui ad erant in concilio, timore obstupescerent, tũ Christiani, in quos iam inquirebatur, ad ea tormenta quæ post essent perpessuri, tolerãter sufferẽda maxime cõfirmarẽtur: tũ deniq; Iudices, qui essent cõtra eos sententiam pronũciaturi, maxime metu exhorrescerent: illi vero e foro gloriantes abscedere & præ testimonio quod Christo perhibuerãt, summo gaudio exultare, Deo per illos gloriosos triumphos agente. Alij præterea cõplures in vrbibus & pagis à gentibus distracti sũt, & quasi membratim discerpti: ex quibus vnum exempli gratia cõmemorabo. XIII.

ISCHYRION cuiusdam magistratus negocia, mercede conductus, procurat: is qui eum conduxerat, iubet idolis sacrificare: quem cum mandato minime obsequeretur, cœpit conuicijs lacerare: ac cum constanter fidei adhæreret, grauibus affecit contumelijs, atque vbi vidit eum pacate & tranquille omnia sufferentem, arrepto fuste præacuto, intestina ac viscera illius transfodit, crudeliterque interemit. Quid attinet percensere multitudinem eorum qui in solitudine & montibus vagi, errantesque, fame, siti, frigore, morbis latronibus, bestiis fuerunt extincti? Quorum electionis beatæ & eximiæ victoriæ quæ tamen testes sunt hi quibus adhuc ex illo numero vita suppeditat: tamen vnum aliquod factum proferam, quo res illæ sint exploratius cognitæ, perspectæque. XIV.

CHÆREMON Episcopus ciuitatis quæ [a] Nilus dicitur, cum iam plane grandis esset, & ætate prope exacta, vna cum vxore sua ad montem Arabiæ confugiens, neque post reuersus est, neque vsquam eos quispiam videre potuit. Et licet fratres iam aliquoties eum cum vxore quærerent, tamen neq; ipsos, neque corpora eorum vspiam reperire potuerunt: permulti certe in eo Arabico monte errans, à Barbaris Sarracenis facti captiui: quorum alij ægre quidem, & vix ingenti pecuniæ summa redimi poterant: alij hactenus nullo modo. Atque ista, mi frater, non frustra quidem dicendo persecutus sum: sed vt cognoscas, quantæ & quam acerbæ calamitates apud nos obtigerint: quas qui fuerint magis experti, plura de illis & sciunt, & dicere possint. XV.

Ann. 290

VITA ET CERTAMINA S. P. N. SPIRIDONIS ARCHIEPISCOPI TRIMMYTHVNTIS, EX SIMEONE METAPHRASTE.

HABETVR IN TOMIS ALOYSII.

12. DECEM. vt in Metaphraste habetur. Latini autẽ habent eum 14. Decem. Gene. 25. Psal. 131. Gene. 18. Psal. 91. Matt. 5. fort. * Christi

AD vtilitatem animæ res est maxima, vita generosorum & piorum virorum, & quæ potest parare magnas opes virtutis. Non solum enim resecat id, quod est deterius: sed etiam magnam efficit mutationem ad id, quod est melius. Siue enim fuerit aliquis vitiis præoccupatus, talibus fruens narrationibus, facilius ab eis se continet. Siue sit aliquis virtutis studiosus, audita historia, exurgit alacrior: & amore eius, quod est simile, incitatur ad imitationem. Imitatio autem & æmulatio magnorum & admirabilium virorum quantum possit, & alij quidem ostenderunt, eorum qui præcesserunt præclarum virtutis studium imitati: maxime vero omnium, vita admirabilis Spiridonis: qui Iacob simul & diuinum Dauid summe est æmulatus: & sicut illi, amplexus est lenitatem ac mansuetudinem, & à simulatione alienam simplicitatem: similiter vero ad Abrahami aspexit hospitalitatẽ, & suas facultates effecit cõmunes indigentibus. Hocq; factũ est, vt nõ terræ, ppter mãsuetudinem, vt habet promissio, sed ipsorũ cælorũ assequeretur hæreditatẽ, & propter diuitias, quas despexit, [*] Christũ plane diuinas cõparauit diuitias miraculorũ autẽ dilatatus est fluuiis, qui semper quidẽ hauriũtur, nũquã vero desinunt. I.

EVM tulit quidem insula Cyprus: erat autem non garrulus aliquis, neque vrbanus & elegans moribus: neque qui multitudine & foro delectabatur: sed simplex & quietus, & à negociis cuiusque remotionem colẽs, si vllus alius.

Quocirca

Quocirca ad Patriarchæ Iacob vitam se omnino effingens, sicut diximus, fuit ipse quoque pastor ouium: non tamen omnino pastor, aut nimia simplicitate, aut feris & agrestibus moribus: sed commodis & valde facilibus, & qui à vulgi quidem se abducebat congressione: pauperibus autem & hospitibus tam facilis ad eum patebat aditus, & se eis tam præbebat affabilem, vt esset omnibus hominibus in sermone iucundior, & ad facultates suas communicandas longe liberalissimus. Præteriisse certe aliquem ex iis, qui accedebant, qui non fuisset ab eo hospitio acceptus, erat ei longe molestissimum, perinde ac si re aliqua maxima & quæstuosissima esset fraudatus. Et erat quidem alioqui ei liber animus, & alienus ab omni illiberali assentatione & humilitate: ad eorum autem, qui iter ingrediebantur, labores recreandos, & ad pedes qui erant fatigati, abluendos, & ad mensam apponendam, & alia administranda iure amicitiæ & moderationis, erat adeo dexter & officiosus, vt ipse solus hoc magis præstaret, quam famuli, qui sunt in suos dominos maxima præditi beneuolentia. Erat enim ei contemperata cum grauitate quidem simplicitas: cum animi vero magnitudine, lenitas: cum intensa autem & ardenti charitate, grata florebat temperantia: quam non minus dilexit, & ardenter est amplexus, quam reliqua omnia: vt qui cum legitima quidem & pudica vxore non diu versatus, & liberorum pater ex ea effectus, deinceps voluptate & omni alia mundana cupiditate permansit superior. Hinc mel virtutis conficiens diligentius, & in lege Domini studiose meditans, benissimus euasit & elementissimus. Et vt semel dicam, erat Spiridon diuinum virtutum exemplar archetypum: habens quidem omnes in se scriptas, sed ad quarum imitationem pauci poterant accedere.

Mira eius affabilitas & liberalitas.
Insignis hospitalitas.
Egregiæ ei[*] animi dotes

III. Cvm sic ille resplenderet benefactis, magnamque vitam & insignem attulisset, multa quoque dona maiora consequitur, tam quæ sunt hic, inquam, quam quæ futurorum describunt magnitudinem. Hæc autem erant: Morbo confecta confirmabat corpora, membrorum mutilationes sanabat incurabiles, malignos increpabat spiritus: quos cum primum increpasset, nulla mora interiecta fugiebant, & statim recedebant: alia quoque ab eo fiebant his maiora, virtute diuina ei opem ferente. Quamobrem ex pastore constituitur pastor, loco ouium cura gregis ei commissa, quo tempore magnus Constantinus Romanorum tenebat imperium, Trimmythuntinorum creatus Episcopus. Quantam autem, postquam perductus fuit ad sedem, virtutis curam gesserit, ostendent, quæ similiter à sedem adepto facta sunt miracula. Verumenimuero omnia illius persequi, stulti & ineruditi fuerit hominis: neque vero id quis assequi potuerit: quomodo etiam omnia prætermittere, nimis magnum damnum attulerit. Quæcunque autem & dici possunt, & auditu valde sunt vtilia, ea dicam.

Miraculis coruscat.
Fit Episcopus Trimmythuntinorum.

IV. Castigabat Deus insulam pluuiæ egestate, & grauis premebat siccitas: & siccitatem quidem consequebatur fames: famem autem pestis: & populi quidem magna pars iam interierat: altera vero id mox credebatur passura. Opus autem habebat illud malum omnino aliquo Elia, aut alio illi simili, qui cælum aperiret oratione: is vero erat Spiridon. Nam cum plaga grauiter vrgeret, & populum valde persequeretur, ipse pro grege magnum capiens angorem, & paternis inflammatus visceribus, rogat quidem vt clemens Deum clementem. Ille autem statim implet cælum nubibus ex extremo terræ: & quod est mirabile, ne aliquem motum elementorum existimaret consequi pluuiam, Deus eas procul ostendit. Sistit autem, non prius permittens eas ascendere insulam, quam sanctus eum rursus oraret. Nondum enim ille guttam emiserat lachrymarum, & protinus multa erupit pluuia: & pinguescit quidem terra: aluntur autem fructus, & crescunt segetes, & omnia simul mala soluuntur. In hoc Spiridon fuit ipso Elia, vt aliquid dicam audacter, benignior. Nam Elias quidem cum pluuiam retinuisset, deinde rursus remisit: Ille vero primum non imitatus, existit ei par in secundo. Et hoc quidem est eiusmodi. Alterum autem est illo nihilo inferius.

Siccitas, Fames, Pestis in Cypro.
3 Reg. 18.
Efficacia precum S. Spiridonis.
3. Reg. 17. & 18.

V. Affligebat rursus communis calamitas, & fructum non ferebat insula. Frumentarij autem & frumenti cauponatores, in tantis Dei minis volentes frui deliciis, & tempore callide & malitiose vtentes, magis augebant calamitatem, frumenti, vt dicit scriptura, trahentes & augentes precium: & è propinquorum malis impium sibi lucrum parantes. Ad vnum ergo horum diuitum cum quidam pauper accessisset, & pecunias quidem non haberet, quibus emeret, quæ erant sibi ad vsum necessaria: lachrymas autem, quas proh dolor habebat, exolueret, & flebiles voces miserabili habitu & obtutu emitteret, illum inflexibilem conabatur flectere, pedes prensans, totam domum complens eiulatu: Quid non faciens, quid non dicens, quod posset attrahere ad misericordiam? Postquam autem nihil horum omnino lapideam illam animam mouit ad miserationem, vnum refugium inuenit pauper, nempe sanctum. Ad quem cum accessisset, & suam inopiam, & summam diuitis refert egestatem misericordiæ. Cum is autem hoc audiisset, misertus quidem est calamitatis: diuitis vero odio habuit immanitatem: & veluti à Deo afflatus, prædixit inprimis prophetice: Tu autem nec gemas, nec lachrymeris. Tua enim domus cras abundabit bonis: qui autem nunc est diues, simul erit & miserabilis, & irridebitur, & inuitus tibi cedet iis, quibus eges: promptoque & alacri animo rogabit, vt accipias. Hæc pauper putabat sanctum quidem solum dicere ad consolandam, qua premebatur, calamitatem. Vnde etiam abibat tristis, vt qui sacram anchoram, nempe eam, quam in magno Spiridone spem habebat, inuenisset inanem & irritam.

Amos.
Prophetia eius.

VI. Cvm nox autem iam aduentasset, Deus quidem annuit: repente vero cælum aquam effundit in terram, tanta copia & tanto impetu, vt diuitis vna attraherentur horrea: frumentum autem & omnis alius fructus sparsim eiiceretur, & iaceret paratus ad rapiendum volentibus. Orto autem die, diues quidem miser, & luctu plenus, & huc & illuc circumcursans, & iustam deflens calamitatem, rogabat eos, qui accedebant, vt sibi opem ferrent ad fructus colligendos. Cum multi vero, vtpote esurientes, ad rapiendum concurrissent, accedit etiam ille pauper, miraculo quidem obstupefactus: pauperem autem irridens suauissime & meritissime, & domum replens fructibus, & omnia nullo negocio habens, vt dicitur, nec seminata, nec arata. Deinde cum confluentem videret multitudinem sæuus ille & immisericors, (oportebat enim nihil manere imperfectum eorum, quæ prædicta fuerant à Spiridone) & res omnes illius secure ambabus haurire manibus, & eum quoque, qui heri fuerat supplex, vna cum reliquo populo abunde, sicut diximus, frui iis, quæ iacebant, petiitque ac ei sua sponte dare volens, liberalisque esse & munificus, qui sordidissimus erat & parcissimus, iubebat eum ad satietatem accipere ex iis, quæ aderant. Ille autem satis irrisa eius ignorantia, domum est reuersus, Deo præcipue, deinde etiam Spiridoni id accepto ferens. Sic sciebat Spiridon, non solum propter multos, sed etiam propter vnum, supernos sæpe aperire fontes: & simul quidem prædicere tempus, quo hoc esset futurum: simul autem pauperibus quoque prodesse, & castigare diuites. Nam etsi parcus ille nihilo melior euasit, vt iam dicetur: multis tamen similibus fuit occasio, vt emendarentur. Hæc quis ex præsentibus non lubenter audiit? Quis autem cum audiuisset, non fuit alia quoque audiendi auidior, & cupit scire, quisnam erat adeo ignauus aut inuidus, vt sitientem animam tali priuaret alimento?

Vide admirabile Dei iudicium in diuitem inhumanum.
Diuitis isti[*] castigatio, multis præbet emendationis occasioné.

VII. Alivs autem agricola, viro sancto familiaris, cum fame valde premeretur, abiit is quoque ad inopem illum diuitem, adhuc habentem alia multa horrea plena frumento, existimans illam priorem cum omnino castigasse calamitatem. Visus est autem ille frumentum quidem amisisse: parcitatis vero, & quæ in diuite inerat, crudelitatis nihil omnino dimisisse, neque omnino seipso euasisse melior: etsi polliceretur se tempore æstiuo id, quod datum fuisset, redditurum cum accessione, sed ille dicebat id, quod dicitur, spem pascere insipientes. Tu autem, inquit, absque pe-

cunia non granum vnum, immo ne vnius quidem grani vmbram accipies. Cum itaque hic quoque pauper desperasset, imitatur præcedentem, & tanquam ad communem thesaurum confugit Spiridonem, & ei renunciat quæ esset passus, & quæ diuitem rogans, ab eo audiuisset. Ille autem cum tunc quidem eum satis esset consolatus, domum dimittit. Neque tamen verbis tenus sistit consolationem: sed sequenti die magnus Pontifex venit ipse ad pauperem, auream quandam secum afferens speciem non leuis ponderis: quæ quænam esset & vnde, & quomodo inuenta sit à sancto, declarabit paulo post oratio. Cum tunc autem magnus Spiridon eam immisisset in manus pauperis, Accipe, inquit, & cum diuiti gratum hoc pignus præbueris, quæ tibi sunt necessaria ad vsum, ab eo accipe. Hoc cum accepisset pauper, Lætatus est, & quanta maxima potuit celeritate contendit ad diuitem. Deinde cum vidisset ille id, quod

Ad auri aspectum famem in diuite fit illo.

erat in manibus, qui paulo ante erat durus & inexorabilis, & cuius aures ad preces obsurduerant, statim flectitur ab oculis, euaditque iucundus & benignus: cumque id accepisset, cum tam copioso frumento impertitur, vt & domum suam impleret, & ad deiicienda semina in iis, quos habebat, agris datum sufficeret. Quod autem deiectum fuerat, fructum produxit tam multiplicem, vt & ei qui dederat, debitum reddiderit, & aurum ei datum pignori, receperit: & ad sanctum rursus grato animo retulerit.

Sed sic quidem pauper debitum: vult autem oratio quoque id, quod debet, exoluere, & ostendere id, quod VIII.
erat pollicita, quidnam erat prius aurum, & vndenam fuit sumptum. Cum eum recepisset sanctus id, quod datum fuerat, Adesdum, ô frater, ait pauperi: & reddamus, inquit, communiter ei, qui benigne commodauerat. Sic inquit, & cum eum accepisset, ducit ad quendam hortum, qui magni inediam quibusdam paruis recreabat oleribus. Qui cum in ipso agere constitisset, ac sepem attigisset, in cælum sublatis oculis, Domine mi Iesu Christe, effatus est, eo au-

Exod. 7.

diente, qui aderat, qui sola voluntate omnia creas & transmutas: qui aliquando Mosi virgam, vidente Rege Ægypti, in serpentem conuertisti: ipse hoc quoque aurum, quomodo ex animante prius in hanc mutasti formam, ita nunc quoque annue, vt reuertatur in eam formam, in qua erat ab initio: vt hic quoque sciat, quam tu nostri curam geras:

Psal. 134. Vide rem admiratione dignam.

& rebus ipsis discat id, quod est in diuina scriptura, quod quæcunque vult Deus, fecit omnia. Cum ita esset precatus, (Quis, ô Domine, dixerit magnitudinem miraculorum tuorum?) aurum erat serpens, spirans & repens, & circa sepem mouebatur & voluebatur: ex qua primum sumptus sancti manibus, admirabiliter mutatus fuit in illud aurum. Hoc cum præter omnem humanam cogitationem adspexisset agricola, tremore correptus, pronus cadit in faciem, & capiti adspergit puluerem, lachrymas emittens ex oculis, & se esse indignum non solum tali dono & gratia, sed vel solo spectaculo, imo vero auditione. Verum enimuero eum quidem sanctus erigit, & ei animum simul & corpus corroborat. Serpens autem interim per sepem transiens, subiit cauernam, quam habebat ab initio. Miraculum omnino nulla opus habet oratione ad amplificationem: ex ipso enim satis ostenditur, quale sit: & arte omnino non indiget natura, quæ propriam habet exuperationem. Dicatur autem id quoque, quod consequitur, quod est cognatum prioribus, & eiusdem gratiæ & potentiæ.

Vir bonus falso delatus damnatur capite.

Alivs, qui erat ipse quoque sancto amicus, (erat autem virtutis studiosus, & ideo improbos homines mo- IX.
uerat ad inuidiam, & aliquorum criminum accusabatur per calumniam) comprehensus à Præside ciuitatis, coniicitur in carcerem: protinus vero damnatur capitis. Cum autem prope esset dies præstitutus, præuenit sanctus, qui hoc præsciuerat, & festinat liberare amicum à calamitate: erat vero tunc hyems vehementissima: & qui præterfluebat torrens, cum valde inundasset, & è suis esset effusus limitibus, ei valde fluebat in transitu: neque poterat omnino transmitti. Ille autem Iesum Naue, & quæ ille fecerat, mente versans, & arcæ transitum reputans, & credens eundem esse

Ios. 3.

sicut erat, Deum: & perinde atque seruo vtens torrente: Sta, inquit, communis hoc tibi imperat Dominus: & ego

S. Spiridon cogit fluuium sibi præbere iter.

transibo: Vir autem seruabitur, pro quo properamus, & multas Deo preces fudimus. Sic dixit, & quod dictum fuerat, protinus fit compos fluuio, & sistit fluentum: cedit vero via non solum Spiridoni, sed aliis etiam viatoribus. De cætero nihil amplius illis malum occurrit & dubium. Quod ergo ab eo factum est transeundo, non fuit minus admirabile, quam id, quod instituerat facere: ex hoc autem illud quoque facilius & melius perfectum. Nam cum qui cum eo ambulabant, vidissent quod factum fuerat, cum præcurrentes, & venientes quamprimum in ciuitatem, fiunt prælati præcones eius, quod factum fuerat: & Præses partim quidem stupefactus, partim autem timore correptus, ne virum qui talia potest cernetetur

Liberat suo aduentu damnatum capite.

offendere, repente eius amicum relaxat è vinculis, & eum sancto largitur. Is autem eo accepto est reuersus, cum ea vna causa duo effecisset: nempe fluenti quidem repressisset impetum, hominem vero benigne liberasset à calamitate. Atque quod ad prophetiam quidem attinet, aut miracula, aut in æ..munis commiserationem, nihil arbitror esse minus iis, quæ dicta sunt.

Oratio autem adhuc amplius iis, quæ dicta sunt, parata est ostendere, quod spectat ad prophetiam simul & X.
commiserationem: quod, inquam, peccata hominum videret ex occulto, & ea remitteret, animi benignitate & gra-

Tenuitate & frugalitate admodum delectatur.

tiæ abundantia. Vbique suos mores seruabat magnus ille Spiridon: delectabatur maxime tenuitate & frugalitate, vt qui vellet summum imitari Dominum. Neque enim equo vtebatur iter ingrediendo, neque se remouebat ab omnium sermone & congressione, tanquam qui ex eo videri vellet grauior & seuerior. Cum ergo aliquando vehementer ambulasset, & defatigati essent pedes itineris longitudine: & à quodam suorum amicorum, & bona sui gregi pecude hospitio esset exceptus, ipse tanquam ouis boni pastoris, & qui ad illius vitam tanquam pulcherrimum exemplar intueretur, magistri, vel potius Domini & primi magistri Christi, ostendit moderationem. Nam cum accepisset aquam,

Obseruantia subditorum eius erga ipsum.

& eam in lauacrum immisisset, paratus erat sancto lauare pedes. Qui autem erant in vicinia, cum sensissent sanctum accessisse, ipsi quoque concurrerunt, & volebant nihilo secius hoc ipsum facere illius pedibus: eamque rem ducebant huiusmodi, vt de ea re esset inter eos decertandum, & inter se contendebant de benedictione.

Inter eos autem erat etiam quædam mulier, quæ complures in hoc certamine superabat, vrgebatque, & hoc XI.

Nouit occulta hominum peccata. Matth. 9.

maxime volebat facere. Ea vero fuerat haud ita pridem capta carnali amore, & victa, proh dolor, à peccato. Ipse autem reuera in cor intuens, & vt qui sciret, quemadmodum res eius se haberet, sensim quidem auertit mansuetam illam & suauem suam faciem: sensim vero ei quoque dicit, Ne me tangas, mulier. Non, vt dixerit quispiam, sibi placens & se magnifice circumspiciens, aut mulierem abominans, (Quomodo enim, qui erat illius discipulus, qui vescebatur cum publicanis, meretricibus & peccatoribus?) sed eam pudore afficiens, & turpem eius actionem reuocans in memoriam, & sic eam placide vocans ad pœnitentiam: quod quidem est ab eo perfectum, & scopum est assecutus. Quod enim illa magis contendebat facere, quod studebat, magisque vrgebat & instabat, ille eo acrius eam tangi, aperte dicens id, quod illa fecerat. Tunc ipsa sapienti quidem reprehensione animo sauciata, obstupefacta autem, quod quæ sub oculos non cadebant, animæ liuores adspexisset, non amplius quidem aquis, lachrymis autem pedes emundat, & contrito corde enunciat id, quod factum fuerat. Quid ergo? illa quidem ea, quæ meretrix: ipse autem

[illegible] Ioan. [illegible]

ea, quæ Dominus, ei dicit liberrime: Confide, filia: dimissa sunt tibi peccata tua. Et rursus: Ecce sana facta es: noli amplius peccare: simul & morbum curans, sicut sapientes medici, & prouidens ne rursus in eadem incidat. Atque sic illa quidem curationem assequitur pulcherrime & vtilissime, vt non solum ei esset sanitas immutabilis: sed etiam aliis narrans, multis esset occasio consequendæ salutis.

A[illegible] 325. [illegible] I. [illegible]

Qvoniam autem ex miraculis quidem sumitur de vita coniectura, oportet vero declarare, qualis esset eius XII.
zelus circa fidem, hoc indicabat id, quod est propositum. Quando Romanis imperabat magnus ille Constantinus, & primus inter Imperatores Christianus, Consul autem erat Paulinus & Iulianus: à regno vero Alexandri Philippi f. agebatur sexcentesimus tricesimus & sextus annus, tunc Nicææ congregata fuit insignis illa patrum synodus. vt A-

rium quidem deponerent, qui rem creatam impie nominabat Filium: decerneret vero Filium esse eiusdem essentiæ cum Patre. Erant autem ex ijs quidem, qui eius suffragabantur blasphemiæ, primi & maxime insignes, Eusebius Nicomediæ, & cum illo Maris & Theognis: quorum hic quidem Niceæ, Maris autem erat Episcopus Chalcedonensis. Isti, Arrio duce illius insaniæ, Dei Filium & Deum, creatum esse (ô insaniam) improbi & scelerati homines decernebant. Eorum autem, qui pro pietate decertabant principes, quorum & doctrina simul & vita erat præstantissima, erant hi: Magnus inter sanctos Alexander, qui erat presbyter, tunc vero vicem gerebat beati illius Metrophanis, vt qui ipse non adesset: quod abesset autem, causa erat morbus: & clarissimus ille Athanasius, qui nondum sacerdotali sede erat decoratus: sed in Ecclesia Alexandrina munus obibat Diaconi. Quocirca non parua in eos irrepsit inuidia, quod cum nondum dignitate præstarent, in ratione fidei alios superarent. Erat autem cum eis quoque magnus ille Spiridon: cuius vita & quæ cum eo habitabat gratia, erat vtilior ad persuadendum, quam linguæ aliorum, & ineuitabiles ansæ syllogismorum, splendidæque & elegantes periodi orationum.

Arrij fautores.

Catholici Episcopi præcipui.

XIII. Cvm autem hic adesset, (hic enim iam res est iucundissima) interessent autem synodo etiam Philosophi, cũ ita videretur Imperatori, qui ab ambulando se iactabant, & in animos inducente sophistica arte erant summe eruditi. Quidam vero vnus inter eos primas partes tenebat in agendo, qui habebat persuadendi vim inexpugnabilem, & cuius eloquentia linguis celebrabatur omnium. Is congressus cum Episcopis, fortiter defendebat Arrium, & valde resistebat, suscipiens eius patrocinium, adeo vt magnam partem populi attraheret ad audiendum, auentem scire, vtri ex contradicentibus futuri essent superiores. Nihil igitur erat adeo solutu difficile, quod non ille redderet facile solubile sua dicendi copia & facultate. Cum autem sæpe in arctum cogeretur responsio, instar anguillæ elabebatur, furtis persuasionis & escis sophisticis. Erat ergo veritatis & artis contentio: illis quidem, qui veram tuebantur rationem, sententijs non artificiose & callide excogitatis sophistam ferientibus: hoc autem, tanquam arma, obijciente varietatem orationis, fallacemque & subdolam ratiocinationem, & ea se magis arbitrante posse vincere.

Peripatetici, dicti ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν. quod est ambulare.

XIV. Sed ne dicendi facultatis esset victoria, verum Christi & veritatis, alijs viris doctis prætermissis, ea fuit Spiridonis viri simplicis: qui cum nihil aliud sciret, nisi Christum, eumque crucifixum, sicut ait Paulus: cum vidisset Philosophum se iactantem sophismatibus, & linguam maledicam mouentem contra Christum, & nostra conantem subsannare, accedens petijt, vt sibi liceret parumper cum eo colloqui. Qui autem erant earundem partium, cum scirent quam esset ei simplex & prisca pietas, & præterea quod Græcorum doctrinam ne summis quidem labris gustasset, prohibebant ne veniret in medium, & congrederetur cum sophista. Is vero ab eis minime persuasus, (sciebat enim quid superna quidem esset sapientia, quid autem humanæ vires, & quæ inanes redduntur & abolentur) ad virum accessit, & dixit: In nomine Iesu Christi, ô Philosophe, mihi iam quoque animum adhibe, & audi ipse quæ volo dicere. Cum is autem dixisset: Tu quidem dic, ego vero audiam. Vnus est Deus, inquit Spiridon, cœli & terræ & aliorum omniũ quæ intercedunt, opifex, Is est, qui cœlestes produxit virtutes. Is est, qui è terra formauit hominem, & omnia constituit tam quæ sub aspectum cadunt, quam quæ non cadunt. Huius verbo & spiritu productum quidem est cœlum: producta est autem terra, diffusum est mare, extensus est aer, generata sunt animalia, homo formatus est, magnum hoc animal & opus admirabile: omnia facta sunt, astra, luminaria, dies, nox, reliqua omnia. Hoc ergo verbum Dei nos scientes esse Filium & Deum, ex Virgine propter nos credimus esse natum, & crucifixum, & fuisse postremo sepultum, deinde etiam resurrexisse. Deinde cum resurrexerit, & nos simul fecerit resurgere, & ab interitu alienam & æternam nobis vitam præbuerit, cum dicimus etiam rursus venturum iudicem omnium: nostrorumque factorem, sermonum & cogitationum incorruptum, & qui falli minime potest, iudicem: eum esse eiusdem cũ Patre essentiæ, & simul considere, & esse ei honore æqualẽ. Non hæc quoq; ita tibi esse videntur, ô Philosophe?

1. Cor. 1.

S. Spiridon Christi virtute fretus, pugnat cũ sophista loquacissimo.

XV. Ille quidem interrogauit: Philosophus vero, vt qui non eandem, quam prius, haberet animam, nec eandem mentem & linguam, quæ tam facile opponeret & contenderet, auribus quidem fuit attonitus, animo vero obstupefactus: ei autem vox est extincta: & cum aliquandiu conticuisset, nihil aliud habuit quod responderet, nisi: hæc quoq; ita mihi se habere videntur. Sanctus autem, Age ergo, inquit, quoniam hæc tu mecum confiteris, nec factis velis discrepare: sed cum scias, quis sit Deus, & quis hoc fecerit vniuersum, surge & accede ad ecclesiam, & accipe signum rectæ fidei. Hæc postquam audiuit Philosophus, statim quidem mutatus fuit ad accuratam ac perfectam religionem. Conuersus autem ad discipulos & alios auditores eorum, quæ dicebantur: Quandiu quidem, inquit, ô viri, certatum est verbis, ego quoque arte restiti. Quando vero non amplius quidem verba, sed diuina virtus fuit opposita, & in verborum simplicitate arcanam quandam & ineffabilem ostendit virtutem, tunc me non pudet esse victum. Quin etiam & mihi ipsi, & alijs libenter consulerim, si non sit aliquis nimis sinister & peruersus, aut qui se in veritatem velit improbe gerere, vt credat Christo, & hunc senem sequatur: cui lingua quidem omnino est hominis, verba autem sunt Dei. Quantum putatis hoc Arrianis quidem dedecus, pijs autem honorem attulisse & voluptatem? Illi autem fuere superati, cum omnes fere quidem recte assensi essent sententiæ: sex vero soli relicti essent Arrio, futuri mala pars & improba patris mendacij, & ab initio implacabilis inimici veritatis. Tam aperte confutatis ijs, quorum mala erat opinio, reuersi sunt Episcopi, victoria quidem læti, miraculo autem obstupefacti, & propter hæc ambo Deum laudantes: nempe quod & adspexissent admirabilia, & quæ erant præter opinionem: & quod vicissent Arrij insaniam. Porro autem ipse quoque Imperator miraculo omnino obstupefactus, Spiridonem omni honore prosequitur: & cum postulasset, vt per ipsum, Deum haberet propitium, eum domum dimittit.

Vide stupendam vim sermonum beati viri.

Philosophus repente fit Christianus.

Arriani victi.

Ioan. 8.

XVI. Interim vero dum hæc agitarentur, moritur quidem sancto filia: quæ nata ei fuerat ex honorabili coniugio & florenti ætate lõge speciosiorem ostendens temperantiam, permansit virgo toto tempore, res quæ puro sponso digna est thalamis cœlestibus. Reuersus autem magnus Spiridon, cum eam ita tulisset calamitatem, vt par est virum talem: ad eum vero, qui paulo ante aduenerat, accessisset quædam mulier, tristis admodum & deflens mirabiliter, quod apud filiam eius adhuc superstitem ornamentum quoddam aureum deposuisset: eumque illa celeri morte lia prærepta esset, quod eius fidei creditum fuerat, apud eam mansisset, fuit hoc sancto curæ, (Quidni enim, cum esset animo tam benigno?) & nisi restitueretur depositum, violatum ius esse iudicabat, & ei putabat fieri iniuriam. Cum ergo totam suam domum diligenter scrutatus, nusquam id, quod quærebatur, poterat inuenire, quidnam fit, & quẽnam affert exitum multiplex Dei sapientia? Accedit ad loculum, sicut meus Christus prius ad Lazarum, vt qui omnino esset eius discipulus, &, quoad eius fieri posset, res illius imitaretur. Multi autem eum sequebantur ex ijs, qui cum illo versabantur. Deinde perinde ac si non in sepulcro, sed in thalamo adhuc esset viua, conueniens filiam, ea suo nomine vocata, omnibus qui cum eo aderant audientibus, Filia Irene, inquit, Vbi est ornamentum, quod apud te fuit depositum? Illa tanquam ex molli aliquo somno expergefacta, simul sanum seruans & spiritum & vocem: Domine mi, inquit, in hac parte domus fuit à me repositum aureum illud ornamentum. Inuasit post hæc stupor eos, qui aderant. Deinde miraculum etiam sequitur aliud miraculum. Nam perinde ac si ille esset vitæ & mortis dominus, & hoc dono à Christo quem desiderabat honoratus, qui ad breue tempus propter vsum eam viuificauerat, iubet rursus mori. Dormi de cætero, inquit, filia, donec communis Dominus te cum omnibus communiter excitauerit. Ipse autem cum accessisset ad illam filiæ domunculam, &, vt dixerat filia, ornamentum inuenisset,

Ante Episcopatum obijt eius vxor, cuius hæc fuit filia.

Ioan. 11.

Obserua stupendum miraculum.

& sustu-

& sustulisset, id tradit mulieri, sic & augens miraculum, & eius maiorem fidem faciens. Et hæc quidem in insula.

Ann. 337. Ann. 338. vide Baron. Angelus apparet Constantino Imperatori grauissimo morbo laboranti.

VT autē Antiochia quoq; posset videre Spiridonis virtutem & gratiam, & de ea ferre testimonium, hoc quoq; XVII.
fit valde mirabiliter, & contra opinionem. Quomodo vero, iam ostendet oratio. Nuper quidem magnus Constantinus, relicto imperio, è viuis excesserat: id autem filij diuiserant. Et Constantinus quidem, cui forte obtigerat, vt teneret imperium Orientis, in magna vrbe Cœlesyriæ, nempe Antiochia, versabatur. Eum autem grauis morbus inuadit, qui medicorum manus & artem reprobabat. Hac de causa aliorum omnium spe abiecta, eum precabatur solum, qui potest curare animas & corpora. Cum vero precatione vteretur intensius, noctu in visione ei apparet angelus, ostendens ei chorum sanctorum multorum Episcoporum. In quos cum Imperator defixisset oculos, in medio quidem eorum videt quosdam duos stantes, qui erant ipsi quoque Episcopis similes: videbantur autem esse duces & præsides aliorum. Cum eos ipsi ostendisset angelus, solos eos esse dicebat eius morbi curatores. Cum eum vero dimisisset somnus, considerabat quidem, quinam ij essent: non poterat autem somnium coniicere. Quomodo enim, cum eorum nec nomen, nec patria ei esset nota? maxime cum alter eorum, qui apparuerat vt Episcopus, nondum re vera erat factus: sed quod futurum erat, tanquam quod iam factum fuerat, apparuerat. Cum propter hæc ergo esset animi dubius Imperator: & simul quidem visione moueretur, cruciaretur autem doloribus, nesciebat quidnam ageret. Feruor vero fidei illum optime admonebat, non adeo temere illam apparuisse visionem. Vnde etiam ei persuadet, vt præclarum & Imperatore dignum, & in præsentia quidem sapientia minime vacuum, caperet consilium. Quotquot enim Episcopi per vniuersum Romanorum Imperium vitæ ex virtute agendæ curam gerebant, iussit conuenire: vt cum simul conuenissent, duo quoque, qui ei apparuerant, ei noti euaderent.

Constantinus ad se accersit Episcopos plurimos.

MISSÆ sunt ergo literæ per vniuersam regionem, quæ parebat Romanis, & vocabant Episcopos: & quo- XVIII
niam cum alij accessissent, ij qui quærebantur, nequaquam agnoscerentur, mittit etiam in Cyprum insulam, accersens Spiridonem, & illius gratiam. Ille autem omnia quidem spiritu præuiderat de Imperatore. In somnis enim ei singula significabat gratia. Cum vero Imperatoris quoque verba ei consentirent, non inuitus ad eum proficiscitur, illum quoque virum secum ducens, qui in ea, quæ prius apparuerat, visione cum illo adstiterat Imperatori. Ei nomen erat Triphyllius: qui nondum quidem erat adeptus sacerdotium: à superis autem, antequam eligeretur ab hominibus, fuerat designatus. Cum eo ergo simul ingreditur Spiridon in regiam, tenuiter admodum ornatus & simpliciter. Nam vestis quidem erat admodum vilis: in manu autem habebat virgam ex palma, & tiaram gestabat in capite. Præterea vero vasculum quoque quoddam fictile ei pendebat ex collo, vt qui, sicut mos erat, ijs qui sanctam habitabant ciuitatem, statuisset ferre oleum sanctæ Crucis.

Vilis habitus S. Spiridonis.

QVONIAM autem non satis erat tenuitate, & à rebus superfluis aliena simplicitate, sed etiam in ferendis iniu- XIX.
rijs moderatione suum imitari Dominum: quidam in regia, eius irridens tenuitatem, & indecorum esse arbitrans, eum ingredi in regiam qui ita esset vestitus, illi faciei maxillæ incussit colaphum. Fulmen autem non fuit è cœlo missum in eum qui percusserat: sed id omnino passus est, qui ipse quoque in seipso diuinæ id erat passus. Ille vero (ô generosum animum, & ad patiendum ambitiosissimum) ei qui ipsum afficiebat iniuria, præbuit & alteram, prompte ad Dominicam legem implendam: & se promptum exhibendo ad patiendum, vincens illam nimiam celeritatem manus & impudentiam. Hoc illum insolentem & iniuriosum cepit hominem, & magno pudore affecit: & maxime, quod acceperat eum esse Episcopum, qui affectus fuerat iniuria. Vnde etiam mutatus, fit ei supplex: & petit veniam inconsideratæ lapsum audaciæ curare contendens calore pœnitentiæ. Ille autem (didicerat enim, sicut ferre iniurias, ita debita remittere: imo vero eum, qui ipsi molestiam attulerat, remunerari bonis) verbis quibus potuit, eum affecit beneficio, paterne consulens, & meliorem ei reddens animam. Quo factum est, vt qui apud Imperatorem primo honore subtrahebant, eum reuerenter prosequerentur, &, vt par erat, ducerent ad Imperatorem.

Ioan. 18. longanimitas patientia. Matth. 5.

NON sunt autem prætermittenda, quæ tunc simul euenerunt, quæ sunt studio digna, & quæ possunt magnam XX.
afferre vtilitatem animis studiosis sapientiæ. Videns ille magnus suum discipulum Triphyllium perfectum mox futurum, & ei similem: in præsentia vero ea, quæ in mundo sunt magna, & pro quibus multi esse contendendum existimant magna esse existimantem, vt qui esset adhuc ætate iuuenis, & haberet ætatem ad hæc optabilem & ea quidem admirantem, quæ erant in regia: vestes, inquam, splendidas, & auri nitorem: & ante omnia quidem ipsum Imperatorem, qui in excelso quidem præsidebat, conspiciebatur vero terribilis, & specie insignis: Cum propter hæc omnia videret eum stare sublimem & erectum, & quasi à se discessisse, ei veluti somnum soluens, & quæ vere habebat somnia, manu palpans & depellens: Sed mihi, inquit, Triphylli, illum ipsum ostende Imperatorem: neque enim possum scire, quinam sit. Is autem non intelligens, quid magnus sibi vellet Spiridon, Hic est, inquit, manu ostendens Imperatorem. Quid est ergo, inquit Spiridon, hic alijs admirabilior, nisi eum etiam dixeris iustiorem ob fastum & splendorem? Nonne æque ac quiuis pauper ignotus morietur: similiter vero sepulturæ mandabitur & interibit: similiter quoque sistetur ante incorruptum iudicem? Cur quæ fluunt, tanquam quæ sunt stabilia, honoras: & quæ nihil sunt, habes in admiratione, cum liceat potius ea quæ sunt materiæ expertia & æterna, quærere, & gloriam amare cœlestem, in quam non cadit interitus?

Triphyllius sancti viri discipulus, postea Episcopus.

En vt sancti viri paruipendunt ea quæ mundus admiratur.

CVM hæc autem diceret Triphyllio, Imperator ex excelso tribunali in sanctum conijcit oculos: & primum XXI.
quidem eum attrahebat habitus & amictus, formæ, quæ visa fuerat, conueniens. Sic enim visus fuerat ei adesse in somnis, & erant omnia eadem, virga, tiara, vas è collo dependens, & vestis. Eum ergo statim cognouit ex alio: Triphyllium autem non poterat coniicere: neque enim curabat eius speciem curiose inquirere, quoniam eum non viderat Episcopum, sicut somnus ei significabat. Quamobrem statim surgens è sede, vadit ad magnum Spiridonem. Desiderium enim recuperandæ sanitatis faciebat eum alia contemnere. Splendorem certe imperatorium & imperij magnitudinem postponens honori magni Spiridonis, se admodum humiliter & abiecte in eum gerit, humilitate captans misericordiam & ostendens quantum intersit inter Regem, qui est ad tempus: & eum, qui fuit Rex æternus. Ille ergo inclinato capite, placabat eum lachrymis, & eius petebat preces, tanquam validissimum aliquod medicamentum, quod omnem molestiam potest facile soluere. Postquam ergo manus illius tetigit caput Imperatoris, statim fugatus est morbus, & conualuit Imperator.

Imperatoris erga S. Spiridonem reuerentia. Solo tactu capitis Imperatorem curat.

QVIS, quæ postea consecuta sunt, narrabit, eorum qui aderant, & ipsius Imperatoris, quemadmodum toto XXII.
die festum agebant, & propemodum exiliebant, & neque se præ gaudio poterant continere? Solus Spiridon erat in labris omnium, adspiciebant Spiridonem: Spiridon erat id, quod studio erat omnibus. Imperatori itaque fuit quidem corpus restitutum sanitati: vt autem sana esset eius anima, nunquid vt paruum & à medico contemnendum, fuit despectum? Vbinam vero hoc fecit sacrosancta illa anima? Sed ei quoque conuenientissimo conueniens adhibuit medicamentum, vt qui suaserit quidem, vt meminisset Dei beneficij: in eos autem, qui eius parebant imperio ijs quidem qui offendebant, & aliquam attulerant molestiam, clementem se præberet & mitem eorundem: ijs vero, qui secus se gesserant, benignum & liberalem: ijs autem, qui priuati erant rebus necessarijs, patris & curatoris munus obeuntem, manumque & viscera ijs benignissime aperientem. Quantum enim, inquit, præstas cæteris, tantum te esse oportet

Omnem eū liberalem, quem fore- bat ad Ei- l. biaaos propensio- rem, per quos posset

virtute excelsiorem. Qui enim non sic est affectus in subiectos, Tyrannum oportet eum potius vocare, quam Imperatorem: qui non est censendus beatus propter potestatem, sed qui censetur miser & odio habetur propter superbiam. Postremo adhortatus est, vt accurate teneret & obseruaret ea, quæ pertinent ad pietatem, & ne tantillum quidem admitteret, quod non Dei videretur Ecclesiæ. Et hæc quidem magnus.

inducti in Arrianam hæresin.

XXIII IMPERATOR autem volens eum remunerari propter acceptam ab eo curationem, dabat ei vim auri innumerabilem. Ille vero ei dixit lepide: Non sic oportebat, ô Imperator, odio remunerari amicitiam. Quæ enim à me propter te facta sunt, sunt reuera amanti, domum relinquere, & tantum maris transmittere, & hyemis ferre difficultatem, & ventorum in aqua immanitatem. Pro horum ergo remuneratione aurum accipiam, quod est omnis mali causa, & facile perdit, quicquid est iustum? Quomodo non meipsum aperte accusarem, & summæ damnarem improbitatis? Hæc illo dicente, & se nihil accepturum affirmãte, violentius instabat Imperator, vt daret dedecus quodammodo existimans, vt qui beneficio esset affectus, beneficium non remuneraretur: sed expulso morbo corporis, vinceretur in animi probitate. Quocirca magis instabat, vt vinceret sic affectus eum, qui vinci non poterat. Et persuadet quidem illi, vt accipiat: non autem, vt quod datum fuerat, apud eum maneat. Cum enim valere iussisset Imperatorem, distribuit omnia ijs, qui erant in regia: reipsa docens, quomodo oporteat eos affectos esse ad opes & pecunias, si velint esse liberi. Magna enim ad eas propensio, & nimis victum esse ab earum possessione, quid est aperte aliud, quam voluntaria seruitus? Hoc cum audijsset Imperator, dixit se non amplius mirari, si hic vir, qui ita viuit, tam magna faciat miracula. Quantum itaque fructum percepit Imperator ex verbis Spiridonis? vsque adeo & benignitatem adspexit & humanitatem, vt omnibus quidem egentibus, & viduis, & orphanis, illis quidem viduitatem, his vero orbitatem, his autem etiam inopiam, magno & excelso animo recrearet & sustentaret. Porro autem omnibus quoque, qui sunt partium ecclesiasticarum, Sacerdotibus, inquam, & Diaconis, primus lege decernit immunitatem: absurdum esse iudicans, eos qui Regi immortali attributi sunt ad ministerium, Regi mortali soluere vectigalia. Et hæc quidem ita se habebant.

Vide perfectum rerũ labentium contemptũ

Quid apud Imperatorem effecerit S. Spiridon.

Constantius Imper. Ecclesiasticos statuit esse immunes.

l. 8. de Epis. & cleric. C. Theod.

XXIV VVLT autem oratio etiam aliorum meminisse miraculorum, quæ sunt ornata læto flore gratiarum, & cum * vtilitate magnam spirant vtilitatem. Et regia sanctus egrediens, hospitio excipitur à quodam Christi amante. Ad eum autem accedit mulier barbara, & linguæ Græcæ imperita: quæ suum filium mortuum ferens in manibus, eum deponit ad sancti pedes: quinetiam ipsa quoque prona cecidit, deflens miserabiliter: & ijs quidem, qui aderant, ea dicens, quæ non poterant intelligi propter barbariem, solis loquebatur lachrymis, significans se flere propter filiũ, & petere à Pontifice, vt eum suscitaret. His frangitur vir animi misericordis, & duabus rebus, moderatione scilicet, & commiseratione mulieris distrahitur. Quando enim ad eius dolorem & viscerum ardorem adspiciebat, aggrediebatur miraculum, & incitabatur ad orandum Deum, vt puer reuiuisceret. Quando vero rursus intuebatur ad magnitudinem petitionis, cum esset modestus ac moderatus, cordeque pius & cautus, cedebat & differebat, & esse iudicabat conatum impudentem. Quocirca statuit adhibere in consilium vnum ex ijs, qui erant secum. Is autem erat Artemidotus, qui iam erat Diaconus, vir qui omnia quidem diligenter exercuerat, quæ pertinent ad virtutem. Vnus vero veluti communis quidam color erat contemperatus omnibus, vt recte gerens, nulli esset omnino manifestus. Eum ergo rogauit Sanctus, quid eis esset faciendum. Ille autem ei dixit, quod illum omnino oportebat dicere, & hunc audite. Quid enim, ô pater, inquit, interrogasti? Quid est autem aliud faciendum, & tibi maxime, nisi Christus vitæ dator inuocandus, quem iam in multis fuit euidens tuas exaudire orationes? & alioqui si per te saluus euasit Imperator, pauperes & inglorij iudicabuntur esse despiciendi.

*for. * veritate.*

Pugna humilitatis & charitatis.

XXV. PVLCHERRIMO consilio paret Pontifex: & corde accensus misericordia, & oculos habens plenos lachrymis, genibus in terram flexis, & eam rigans fletibus, ardenter admodum clamat & miserabiliter: & bonum Christum benigne rogat, vt miseræ mulieri infantem viuificet, & matrem reddat, & congruenter scripturæ sacræ, propter filium lætantem. Qui ergo per Elisæum & Eliam Sareptanæ filio & Sunamitidis immisit spiritum, & vitam est largitus, ipse rursus etiam audiuit Spiridonem: & puer qui mortuus iacebat, conspectus est veluti plorans ante oculos matris. Lachrymis mihi sunt suffusi oculi præ gaudio. Sic enim meum affecit animum id, quod dicetur, reuocatum in memoriam. Vos quoque id audite. Cum enim viuum vidit mater suum charissimum, (ô arcana tua, ô Christe, iudicia) nimiam non ferens lætitiam, in terram cadens expirauit. Ostendit id quod factum est, nihil nimis, esse longe optimũ. Ecce enim non mortalem solum esse doloris exuperationẽ, sed etiam gaudij nouimus immoderationem. Vos quoque, sat scio, affecti estis animo, ex lætitia mutati in dolorem. Sunt enim homines natura misericordes: sed prope adest magnus Spiridon, qui vestram tristitiam mutabit in gaudium. Rursus enim morem gerit Artemidoro, & ad hoc vt det matrem filio, vir modestus inducitur. Ad cœlum ergo intuens, & Dominum, qui in eis habitat, mente agitans, illum precatus, qui vitam inspirat mortuis, & sola voluntate omnia transmutat ac transformat, dicit ei, quæ iacebat: Surge, & sta supra pedes tuos. Illa autem repente, vt quam somnus potius, quam mors, oppresserat, surrexit & ei adstitit, & infantem in vlnis accepit. Ille vero, vt diximus, erat viuus, & in vlnis maternis exiliebat. Hæc ille quidem magnus, propter insignem, vt dixi, moderationem nolebat efferri in vulgus. Artemidoro certe, & mulieri per eum, indicit silentium. Sed Artemidorus post eius mortem nefarium esse iudicans, fraudare viros pios tam pulchra auditione, imo vero tam magno miraculo, id aperit, & tradit auribus fidelium. Et hæc quidem sic habent.

Psal. 112.

3 Reg. 17.

4 Reg. 4.

S. Spiridon puerum mortuum resuscitat.

Item matrem eius admirabiliter.

XXVI POSTQVAM autem magnus Spiridon Antiochia reuersus est in Cyprum, quispiam ad eum accedens, volens emere capras gregis, numero centum, iussus à sancto prius precium soluere, deinde accipere, ipse cum nonaginta & nouem solum soluisset precium, vnius retinuit, lucrum, vt dicitur, melius dedecore existimans: aut etiam opinans fore, vt lateret illius simplicitatem, remotam ab omnium negociorum solicitudine. Cum ergo ambo fuissent intra mandram, ille quidem iussit, quantum soluerat precium, tot capras accipere. Ille autem ne sic quidem intelligens, centum exigebat è mandra. Vna vero ex capris, tanquam bona ancilla, cum sensisset se non fuisse venditam à domino, cito rursus est reuersa, & perrexit ad mandram. Ille autem rursus abduxit, & per vim retraxit impudens. Hoc bis iam vel ter factum erat, quod est mirabile: & capra quidem reuertebatur: ille vero retrahebat manu violenta & animo. Quid ergo? cum sic nihil proficeret, eam humo sublatam, & humeris impositam, abducebat. Illa autem maxima & asperrima voce clamans, & eum cornibus feriens, & in illius caput impingens, vim illius aperte prædicabat, & auari hominis quodammodo puniebat iniuriam: adeo vt qui aderant, fuerint hac re obstupefacti, causam non valentes conijcere. Magnus autem Spiridon nolens eum aperte arguere, sensim dixit ei, qui faciebat iniuriam: Vide, fili, ne non frustra hæc faciat animal, & non sine causa ægre ferat se abduci: sed quod forte imprudens eius non soluisti precium. Sic ille piscator animo sauciatus id tulit: & cum sensum eius, quod fecerat, accepisset, id & confessus est, & eius petijt veniam. Deinde etiam cum pro vna soluisset precium, ea non amplius clamabat & resistebat, sed tacite alias sequebatur. Et hæc quidem sic.

Hominis fraudulenti malus dolus arguitur miro modo

XXVII ALIVS autem: sed hoc dicam superius. In insula est quidã vicus qui dicitur Erythra, non procul à metropoli Constantia. Non distat enim ab ea plusquam triginta stadia. Huc cum venisset magnus Spiridon propter aliquem vsum

ingredi-

ingreditur templum gratia orationis: & iubet cuidam Diacono ex iis, qui erant in eo loco, vt breuem aliquam faceret, peragere precationem. Via enim, quæ fuerat longa, erat defessus, & maxime cum esset tempus æstiuum, & ei æstus magnus tunc afferret laborem. Ille autem erat admodum tardus, & consulto preces ambitiose producebat, inaniter, vt videtur, ex hoc sibi captans gloriam. Tunc itaque cum intuitus, qui erat alioqui natura lenissimus, increpando dixit: Tace. Ille vero perinde ac linguæ aliquo vinctus compede, & sermone priuatus, erat mutus, repente interrupta forma orationis, quæ tunc ab eo canebatur. Sed cum sanctus id quod deerat, adimplesset, procidit ad eius pedes miserabilis, qui paulo ante apud se erat excelsus, mutus, qui verbis antea abutebatur, & nimis delectabatur intempestiua. Ex iis vero, qui vicum habitabant, eos quidem, qui aderant, inuasit metus: eos autem, qui aberant, fama fecit concurrere: & multis continuo confluentibus, tum sancti admiratione, tum etiam metus qui passus fuerat, misericordia, & maxime eius cognatis & necessariis, qui etiam generosam illam rogabant animam, vt ei ignosceret, qui damnatus fuerat vt esset mutus, & ei relaxaret vinculum, vide quid facit vir ille aptus virtute & continuus, cum precibus quidem flecteretur: quod castigatione autem adhuc egeret Diaconus retraheretur: (nam hoc quoque videbat per spiritum) pœnam scite partitur: & permittit quidem, vt lingua vtatur ad omnem sermonem, non tamen omnino libere, nec vt prius clara & canora: sed hebete & imbecilla, & parum cœspitante & balbutiente, erudiens, ne amplius propter linguam sibi placeret, nec se de verbis iactaret, cum nec de rebus quidem ipsis se iactare, viro bono sit honestum.

Solo verbo eripit diacono importuno loquendi facultatem.

Vide mirã sancti viri potestatem

VOLEBAM nunc imponere finem orationi, & amplecti silentium, vt qui nec habeam linguam, quæ cum tantis possit extolli miraculis. Sed quoniam & ipse propter meam in hunc sanctum beneuolentiam partutio expositionem, & vos video nihilominus ore hiante ad audiendum attentos, adiiciam et illud alia miracula: melius esse ducens, ea quomodo potero persequi, quam si ea memoriæ non mandauero, vos illa fraudare vtilitate. Ingressus erat aliquando quoddam templum suæ ciuitatis hic vir diuinus, de more vespertina peracturus cantica. Ita autem contigerat, vt populus non esset in templo. Cum ergo nullus esset alius, nisi æditui tantum & ministri, iubet solito plura accendi lumina: & ipse quidem lætus stabat ex aduerso aræ, pacem acclamans consuetam. Cum autem non esset, vt solebat, populus respondaturus, auditur desuper vox quædam multarum myriadum acclamantium, Et cum spiritu tuo. Erat vero vox quædam modulata & numerosa, & quæ erat præstantior, quam vt humana esse conjiceretur. Postquam autem preces peregit Diaconus, timore correptus rursus audiuit, (ô miraculum) Kyrie eleeson, diuine acclamatum. Et quoniam hæc vox se manifestum reddebat iis etiam, qui erant foris, concurrebant omnes simul admirantes. Nam priusquam portas ingrederentur, aures voce percutiebantur. Cum autem ingressi essent, nullum amplius audiebant, neque vllum videbant, præter sanctum, & paucos ex iis, qui ei ministrabant: qui ipsi quoq; dicebant se neminem quidem hucusque vidisse, audiuisse vero emittentes vocem diuinæ exultationis. XXVIII.

Vsus antiquissimus in templis accẽdendi luminum.

Nota hæc.

NEC hoc quoque est silentio prætermittendum, & quod id dicere conueniat, scietis cum audieritis. Nam cum vespertinum canticum aliquando esset perductum ad medium, iam quidem lucernæ deficiebat oleum: aliud autem non esse tunc contigerat: parum vero aberat, quin lucerna extingueretur. Ille autem angebatur animo, vt qui nollet imperfectum relinquere ministerium. Protinus autem virtute quadam, quæ non cadebat sub oculos, lucerna quidem scatet oleo: superfunditur vero oleum instar fontis: & cum vasa subiecissent æditui, excipiebant id quod redundabat. Tam copiosam habebat ille magnus vim scatentis gratiæ in sua anima, non minus quam illud sensile oleum in lucerna. Atque quod ea quidem, quæ erant in profundo animæ, videre poterat sine impedimento, prius iam declarauit oratio: declarabit autem nunc quoque. XXIX

Diminuta lucerna scatet oleo.

EST ciuitas in Cypro eiusdem nominis, cuius Cyrene in Lybia. Ad eam ex Trimmythunte, cum visus ita vocaret, abibat magnus Spiridon. Eum autem sequebatur Triphyllius quoque discipulus, qui iam Callinicensium ciuitatis (vt visum fuerat in somnis) factus erat Antistes. Cum vero visum esset ei venire per montem, qui dicitur Pentadactylus, vbi fuit in loco, qui dicitur Parymne, (est autem is locus bonus & amœnus, & multis rebus iocundis affluens) Triphyllius eo loco delectatus, desiderat ipse quoque fieri dominus alicuius agri in Parymna, & cum suæ consecrare Ecclesiæ. Hæc magnifaciebat Triphyllius, & animo versabat, quæ neque effugiebant conspectum internorum oculorum Spiridonis: sed & ille pulchre vidit, & placide reprehendit discipulum: O curnam, dicens, ô Triphylli, hæc vana & insania assidue mente versas? agros cupiens & vineas, quæ re ocia quidem sunt nullius precii: solum autem videntur, & nomine demulcent. Habemus possessionem in cœlis, quæ non potest auferri. Habemus domum non manufactam. Illa persequere: illis vel ante tempus spe fruere, quæ non possunt ab alio transferri ad alterum, sed qui eorum semel fuerit dominus, manet habens hæreditatem, quæ minime aufertur. Hæc cum audiisset Triphyllius, non temere audiit: sed melior euasit animo, & ea celauit in cordis penetralibus, & rogauit sanctum, vt ei ignosceret: & postea vitam egit accuratam & perfectam, adeo vt fieret vas electionis Christi, sicut Paulus, & innumerabilia dona sit assecutus. Sic magnus Spiridon alios quidem corrigebat volentes: iis autem, qui correctioné nolebant admittere, malus eueniebat exitus. cuiusmodi est hoc quod sequitur. XXX

Triphyllius Episcopus Callinicen.

S. Spiridon videt arcanas Triphylli cogitationes

2. Cor 5.

Actor. 9.

QVIDAM nauta est eiusdem ciuitatis, cuius sanctus, cum peregre fuisset profectus, & tempus duorum annorum consumpsisset in peregrinatione, reuersus est: & cum ad charam redisset patriam, domum suam inuenit inimicam. aperte enim ei fuerat adulterata mulier. Nam & certus erat testis tumor vteri, & fœtus, qui in eo gestabatur. Ille ergo continuo vxorem interfecit. Plenus enim, inquit, ira est zelus viri eius. Cum vix autem iram cohibuisset, & considerasset, quod neque esset ei honestum cum ea amplius habitare, neque bonum eam interficere (hoc enim, illius esset exitium: illud vero, perpetuum ei in vita probrum, & cordis cruciatus, qui finem non haberet) eam quidem relinquit: protinus vero venit ad sanctum, & omnia sigillatim aperit, peregrinationem, tempus, adulterium, & omni exceptione maius vteri eius testimonium. Deinde quid ageret, quomodo ferret, quid de hac re sentiret sciscitatur: & dicit se velle quidem dimittere vxorem: cupere autem scire, an hoc quoque ei ita videatur. Ille vero illius quidem mentem admiratur: deplorat autem & miseratus calamitatem: accersit vero mulierem, & non interrogat quidem, num id fecisset, (esset enim supervacanea interrogatio: quis enim id melius renunciet, quam venter, cum tu te manifestet?) sed cur sic virum affecisset probro & dedecore. Illa autem (est enim mulier res impudens & temeraria) cum pudorem semel exuisset, nequaquam mentitur aperte erubescebat: & constanter affirmabat, se cum nullo alio rem habuisse. Illo vero contra tempus afferente absentiæ, vtpote quod per eam possit argui mendacium, ea ne sic quidem quicquam remisit de impudentia: sed tumultuabatur execranda, & contradicere conabatur mulier audacissima, adeo vt qui audiebant, eius responsionem ægrius ferrent quam adulterium. Quandiu enim, aiebat, fuit maritus meus, tandiu fuit mihi infans in vtero, vt simul & ille ex aliena, & hic ex meo vtero prodiret. Cum hæc & his maiora magno impudentet diceret Spiridoni: qui etiam tumultum excitaret, & vociferatione compleret ciuitatem, & tanquam grauissima affecta iniuria, eos qui aderant, vocaret ad opem ferendam, vir ille mitissimus ne sic quidem eam iudicio subiiciens, sed eam metu potius attrahens ad pœnitentiam: Siquidem, ô mulier, inquit, sicut tu magnum prolapsa es peccatum, ita etiam magnam induxeris pœnitentiam, fortasse etiam tibi magna relinqueretur spes salutis. Nulla est enim tanta vis peccati, quæ non a Dei superetur clementia. Quoniam autem adul- XXXI

Prouer 6.

Mulier in adulterio deprehensa

Mulier res est impudẽs & temeraria.

terii

terio quidem desperationem, desperatione vero impudentiam etiam parturijsti, iustum quidem erat, vt tu horum præmia agnosceres, & velox subires supplicium. Verumenimuero adhuc tibi præbentes locum pœnitentiæ, hoc dilucide prædicimus, hunc fœtum non esse tibi in lucem exiturum, donec ipsa lucem veritatis sub profundis mendacij tenebris celare destiteris, ea volens tegere, quæ vel ab ipsis cæcis videntur, vt aiunt. Hæc verba ad rem paulo post rediguntur mulieri, & ante tempus partus, graues eam inuadentes dolores, acriter quidem torquebant vterum, fœtum autem nihilosecius intus retinebant: & quod est malorum omnium extremum, cum ne sic quidem quicquam de sua remitteret peruicacia, eam transmittunt ad mortem maxime miserabilem. eius calamitatis alius quidē misereretur: ego vero malæ mentis, & cui non potuit vllum adhiberi remedium. Quamobrem dicunt Sanctum magnum dolorem accepisse, & lachrymas emisisse ex oculis, & adiecisse, Non amplius iudicabo inter homines, cum tam cito eos inuadat prolata sententia. Hæc quæ visa & audita fuerant, effecerunt vt esset magna in Sanctum reuerentia: & ideo pie & caute cum attendebant, & cum timore ad eum adspiciebant, sicut etiam olim ad Apostolos, qui in Ananiam & Saphiram modo fecerant miraculum.

Vir mitissimus suspendit quidem [illegible] ad [illegible] tionem

Act. 5.

XXXII. Sed hæc quidem est narratio improbæ & scelestæ mulieris. Adijciatur autem narratio quoque de ea, quæ recte & vt oporteat, amabat maritum. Mulier quædam nomine Sophronia, quæ moribus erat moderata & pia, non habebat maritum, qui esset eiusdem cuius ipsa in fide sententiæ: sed ille errorem tenebat gentilium, Illa vero non intermittebat ad sanctum ventitare, & eum vehementer rogare, vt maritum liberaret ab insania. Sed nec eius maritus prohibebat, quo minus veniret ad sanctum: partim quidem, vt qui ignoraret quanam de causa ad eum accederet: partim vero, quod apud eum quoque sanctus in magna haberetur reuerentia. Nam ipse quoque ad illum ventitabat, & eo tanquam amico vtebatur, & illum honorare, proprium suum ducebat honorem. Præterea autem magnus quoque Spiridon ad eum veniebat. Cum ergo sic se inuicem, hospitio acciperent & acciperentur, conuiuium quandoque simul ineuntes, sanctus opportune volens captare amicum suum gentilem, conuersus, eis audientibus, dicit cuidam ex ijs, qui ministrabant: Puer, inquit, paruus, qui meæ fidei fuit commissus, vt gregem pasceret, grauiori somno oppressus, pecudes perdiderat. Cum eum autem dimisisset somnus, diligenter scrutatus, inuenit omnes simul absconsas in quadam spelunca. Priusquam vero eas inuenisset, ad nos misit nuncium, qui significaret quod euenerat. Ille autem accessit, & stat pro foribus. Tu vero descende, & ei nuncio significa, omnes esse inuentas, & nec vnam quidem deesse gregi. Audiuit minister, & abiens maxima celeritate, ei significauit, qui stabat pro foribus. Mensa nondum sublata, alius rursus veniens nuncius, renunciat omnia similiter, inuentas pecudes, & locum, & ne vnā quidem deesse numero. Hæc dicta ijs, quæ sanctus dixerat, omnino conuenientia, magnum stuporem iniecerunt illi idololatræ, & sanctum pro Deo habebat, & obseruabat: & volebat eadem facere, quæ Lycaones aliquando faciebant Barnabæ & Paulo, nempe ei tauros sacrificare, & in vestibulo coronas suspendere. Ille vero sicut illi, ei dixit: Non ego sum Deus: sed seruus Dei potius, homo qui sum obnoxius eisdem, quibus tu, affectionibus. Vt autem recte sciam, largitur is: quem si tu quoque Dominum fueris confessus, accurate omnino scies, quam sit apud illum inexpugnabilis potentia, & quantæ vires. Illa vero Christi magis amans, quam viri, hac re tanquam opportuna aliqua arrepta occasione, ex se quoque ea afferens, quæ ei conueniebant, marito persuadet, vt omnem quidem vanum abiuret errorem, & cultum irrideat simulacrorum: recte autem discat veram pietatem, & Christum induat per baptismum.

Etiam vir gentilis S. Spiridonē in multa haber reuerentia.

Nouit vir Dei quid agatur in eius absentia.

Act. 14.

Gentilis ille se credit in Christum.

XXXIII. Si eam, quæ deinceps sequitur, narrationem silentio texerimus, quomodo non priuabimus auditores maxima vtilitate, cum simul cum vtili, multum etiam inducat iucunditatis? Dicatur ergo hæc quoque. Ferunt magnum Spiridonem, prout erat modestissimus, & ab omni fastu & superbia alienus, præclare quidem & sancte Episcopatum suum administrasse, nihilo secius autem ouium quoque curam gessisse. Intempesta vero nocte stabulum adorti latrones, suffurabantur quasdam ex eius pecudibus. Deus autem, qui curam gerebat pastoris, ne oues quidem quas pascebat, neglexit. Sed fures istis inuitabilibus, quæ sub adspectum non cadebant, vinculis comprehensi, & vinctis erant manibus, & non poterant omnino recedere. Iam mane aderat, & cum magnus cognouisset Spiridon, quod factum fuerat, videns eis manus pone adductas & vinctas, precibus quidem eis relaxauit vinculum: cum plurimum autem eos admonuisset, vt ex iustis laboribus pararent, quæ erant sibi necessaria, eis etiam præbet arietem, lepide elocutus: Ne frustra vigilaueritis. Cæterum aliud quoq; se offert, volens sequi id, quod dictum est, quod illi nihil cedit iucunditate.

Fures diuinitus ligantur.

S. Spiridonis erga eos humanitas.

XXXIV. Vir quidam Trimmythuntinus erat nauis dominus: & cum auro opus haberet ad mercaturam, accedit ad sanctum, ab eo accepturus. Ille autem huius quoque præcepti cum alijs adimpletor, quod dicit, Eum, qui à te voluerit mutuo accipere, ne auerseris: id pauxillum quod habebat, idque paratum propter necessarium vsum Episcopatus, ei tradidit prompto & alacri animo. Ille vero, quid acceperat, cum ei fausta & felix successisset nauigatio, & cum lucro esset reuersus, accedit ad sanctum, debitum solututus. Ille autem non curiose scrutatus, nec multis ratiocinatus, iubet illum ipsum qui attulerat, reponere in illo ipso vase, ex quo id prius sumpserat. Et tunc quidem eius qui mutuo dederat, reueritus mercator bonitatem, & à negociorum solicitudine remotionem, illic aurū deposuit, sicut iussus fuerat. Cum autem vsu eum rursus vrgente, sic quidem prompte acciperet, & sic ipse rursus sine dolo reponeret, & hoc sæpe fieret, subit mercatorem vitium auaritiæ, infideliterque & maligne se gerit in eum, qui credebat, & violat veritatem: & cum maleficij materiam inuenisset libertatem, fingit quidem se reponere. Cum vero nihil reposuisset, sed vas vacuum clausisset, recessit. Sed sanctum non sic permisit decipi, qui comprehendit sapientes in malitia eorum, vt sacra dicunt eloquia: & ne simplicitas & liberalitas facile posset decipi, & facile despiceretur, & contemptui haberetur ab astutioribus, vide quemadmodum sapiens & iusta Dei prouidentia eum qui iniuriam facere erat aggressus, vt sibi potius malefaciat, efficit. Nam cum in sumptibus aurum consumpsisset, non ad lucrum, & deinde redactus esset ad inopiam, prioris viæ meminit: & veniens ad magnum Spiridonem, aurum, quod non reposuerat, quærebat, vt qui reposuisset. Illum vero non latuit quidem maleficium: placide autem, vt solebat, iussit vt iret, & acciperet. Ille vero, tanquam qui nihil turpe fecisset & illiberale, abijt accepturus id, quod repositum fuerat. Cumque aperuisset, & vas inane reperijsset, quomodo etiam reliquerat, hoc quidem sancto renunciat, eum existimans id latere. Ille autem iubet eum quærere diligentius: Ex quo enim, inquit, tu reposuisti, nullius alterius manus, quod depositum fuerat, acceperunt. Ille vero simulat se rursus scrutari: Cum autem inueniri non posset, quod reuera non erat, & præ se ferens ignorantiam, dixit ille rursus, se nihil inuenire: vir ille bonus & mitis, Si vere, inquit, reposuisses, quod reposuisses, facile inuenires. Sin vero, quod apud te mansit, id nunc quæris à nobis, scias teipsum potius, quam nos, decipi. Hoc cum ille audiuisset, & simul haberet conscientiam eum tacite reprehendentem, minime tulit: sed humi statim procidit, & sacros illius pedes prehensans, petit veniam. Sanctus autem promptius remisit, quam ille petijt: de cætero vero est adhortatus, ne aliena sic concupisceret, neque dolis & mendacijs pollueret conscientiam. Nam quod ex eiusmodi inquit rebus paratur lucrum, non est omnino lucrum, sed damnum manifestum.

Fraus mercatoris cō[illegible] tusdam.

1. Cor. 3.

Vide quam placide ferē maligni hominis fraudem.

XXXV. Cum vnius adhuc ex sancti miraculis meminerit oratio, vadet ad eius decessum. Aiunt quod cum sanctus

esset

esset adhuc superstes, & præesset Episcopatui, Patriarcha [illegible] Alexandrinus [illegible] qui [illegible] tant. Episcoporum, volebat gentiles statuas & [illegible] omnibus [illegible] & [illegible] Rebus enim eius modi adhuc plena erat ciuitas: & [illegible] modo Paulus, ip[illegible] spiritu, [illegible] spirabat aduersus impietatem. Cum omnes ergo co[illegible], & [illegible] tu & viribus deuolutæ fuerunt & in terram deiectæ, ex ijs autem vna sola, [illegible] & separatim, & [illegible] Patriarcha multas preces fudisset, manebat in suo loco: non quod Deus non attenderet, [illegible] ces: sed hoc sapienti consilio vellet suo famulo [illegible], & o[illegible], quod [illegible] signi[illegible] atur, quis esset inter Episcopos Spiridon. Cum nox [illegible] aduenisset, ipse quidem Patriarcha ad [illegible] vacabat orat[illegible] quædam vero diuina ei apparens visio, iussit cum [illegible], quod non caderet simulacrum [illegible] esse Spiridonis, vt id ab eo solo deturbatum caderet [illegible] Cypro accerseret. Is enim est, aiebat, Episcopus Trimithuntinus. Fecit, vt ei imperatum fuerat, Patriarcha: & literis ad eum missis, accersit sanctum: & literæ significabant causam, cur accerseretur, & eam, quæ apparuerat, visionem: & nequaquam esse recusandum aduentum. Ille autem paret continuo. Simul atque enim desijt legere, quæ scripta fuerant, iter iniit, & nauem conscendens, nauigauit Alexandriam. Atque nauis quidem appellit Neapolim, (est autem hic insignis portus Alexandriæ) ipse vero de naue descendens, execrandam imaginem, cum multis templi [illegible], precibus nondum peractis, euertit, & in puluerem comminuit. Hoc sancti aduentum [illegible] erat manifestis, Papæ significat. Cum enim qui illud simulacrum sua sponte cecidisse viderant, ei renunciassent, Papa continuo, O amici, inquit, adest Spiridon ex Trimythunte. Illi autem præparantes (eos enim iusserat ei ire obuiam) offenderunt magnum, qui adhuc descendebat. Quis [illegible] remotos habitat orbis fines, qui non hoc miraculum acceperit auditione? Nouerunt quidem Byzantini, nouit autem ipse Imperator. Senserunt omnes quoque vrbes, quæ inter [illegible]: & vniuersum fere orbem terræ peruadens miraculum, dici non potest, quantam [illegible] attulit vtilitatem tam fidelibus, quam infidelibus: his quidem conuersis ad pietatem, & sacrum baptismum accipientibus: illis autem stabilitis fundatis super eius petram. [illegible] loquitur & testatur, quæ stat inter *porticum, quæ dicitur [illegible] Archontium, & templum Trimmithuntis, vbi sunt sacræ reliquiæ Spiridonis. Atque his quidem [illegible] tem.

Mira res: precibus Episcoporum communibus statuæ Gentilium corruunt.

Obserua sancti viri promptissimam obedientiam. Item vim precum eius.

*for *portum.*

XXXVI.

Valet humilitatem tantum vir.

TEMPVS erat æstiuum, & vbertas [illegible], & [illegible] copiosus & multiplex erat sancto. Ipse autem, vt qui suis manibus plurimum vteretur in opere faciendo, dextra accipit falcem, & incipit metere: repente vero admodum tenue [illegible] Deo tunc minimum pluente, solum sancti [illegible] caput petunt: Deo hoc ei ostendente, quod ille quoque [illegible] tore appetitur, & quod dico hic quoque fructus portatur ad Dominum & agricolam. Hanc [illegible] admirabilior. Cum enim ille suum caput teneret dextera, ijs, qui aderant, ostendebat roscidum, continuo capilli effloruerunt simul flaui, nigri & albi: nescimus, quidnam Deus per hæc signi ficaret. Ille autem eum, vt videtur, cognouisset. Sciatis, ô amici, dixit præsentibus, quod ego quidem iam excedo è corpore: magna vero gloria Dominus meus excessus circundabit memoriam, & multis hominibus dies mei aduentus erat festi argumentum: idque omnis ætas peraget splendide & magnifice, tam puerorum, quam iuuenum & senum. Cum hæc & multa alia dixisset & prædixisset, & alia quæ oportebat, admonuisset, & quicquid erat bonum & salutare apud eos, qui aderant, oratione, vt semel dicam, esset persecutus, & maxime de generali & omnium aliarum virtutum maxima, de charitate, inquam, in Deum & proximum, disseruisset, non multo post, vt dixerat, castam illam & sacram emisit animam, in Angelorum quidem chorum merito admissus: neque tamen omnino discedens ab hominibus: sed nunc quoque maximam eorum [illegible] gere, quando & Deo est propinquior, & maiori apud eum fiducia vtitur & libertate. Atque multa quidem post eius decessum & facta sunt ab illo, & [illegible]: Nos autem, ne & fine vitæ promisseriam circunscribamus miracula, neque rursus scriptionem nimium extendamus, cum vnum aut duorum meminerimus, Deo volente, finem imponemus orationi.

Resplane miracula.

Sancti nostri curam gerunt.

XXXVII.

Festum S. Spiridonis.

DIXIT quidam ex ijs, qui [illegible] Christi amantes, & sanctum quidem ardenter amant: amant autem nihilominus etiam veritatem: quod cum eius dies festus celebraretur, (celebratur autem duodecimo mensis Decembris) accessit ipse quoque ad sepulcrum, tanquam viuum allocutus, magnam in eam vultu significans reuerentiam & venerationem. Cum autem propeiussisset, & oculos esset admouturus, dicebat se tantam diuinam sensisse visitationem intus operantem, & cor eius adeo penetrasse, vt sublime quidem [illegible] raptus spiritu, & solas, quæ illic sunt, visione perciperet pulchritudines: oblitus quidem omnium terrenorum: oblitus vero ipsius quoque corporis, vocisque & sermonis prope expers: ieiunus [illegible], & neque apud vllum vocem emittens, neque cibum aut potum toto illo die admittens, nisi solum quod sumpsit diuinum corpus & sanguinem Dominicum. Porro autem aliud quoque ei extitit miraculum euidentius: est vero modus ad narrandum iucundissimus. Ille quidem, vt dixit, cum eum rursus eius dies festus inuitaret, accessit Trimmythuntem: & capsam, quæ sancti continebat reliquias, adorans & amplectens, similiter quidem habuit cor repletum lumine: impletus est autem ei quoque animus voluptate, & quænam bona expectant sanctos, per præsentia, quoad eius fieri potuit, concepit. Deinde iuit ad nundinas, vt supellectilem quandam emeret, & vestimenta, vt ijs indueret pauperes & egenos, vtpote quod tempus anni [illegible] vocaret, erat enim frigus. Cum ea ergo adornasset, & domum eundum esset, vsu ita poscente, erat quidem nubium concursus, vt solet hyeme: intentabantur autem minæ vehementis futuræ pluuiæ. & non parum erat solicitus, num ita afflictus, cum onus tradidisset pluuiæ, deberet compendio domum iter ingredi. Bonam itaque spem sibi proponit: & cum supellectilem, & quicquid erat vestium, iumentis imposuisset, ipse currit ad templum Domini, & loculo circumfusus, & tanquam viuum ardenter amplexus, rogat, vt sit ei viæ comes & bonus dux, eique & suis omnibus faustum & feliciter præbeat, imbrium minas & vim reprimens ventorum. Ille quidem hæc precatus, exit è Trimmythunte. Sanctus autem, sicut ipse fuerat precatus, non solum fugiens obturatam, sed etiam cadens sub oculos, per totam viam simul aderat, tanquam vnus ex viatoribus. Pluuia vero ex confusione aeris, & concursu nubium, vt semel dicam, impendebat: eius autem virtute cohibebatur, & reprimebatur illius impetus. Quando vero ipse peruenit domum, ille quidem protinus euanescit: eius autem cor rursus ineffabili luce illustrabatur, & gaudio diffundebatur: perinde ac si sanctus id tetigisset, & ipsum impertijsset suæ lætitia & voluptate. Cum autem sanctus quidem euanuisset, vir vero domum esset ingressus, statim quidem admodum vehemens pluuia est consecuta: quæ tandiu durauit, vt tres totos dies non defecerit. Et nunc quidem sic viæ difficultatem, alias autem ei etiam aliam depulit animi ægritudinem.

Visio cuiusdam.

Inuocatur S. Spiridon.

Vide quid illa [illegible] inuocatio.

XXXVIII.

Dies festus S. Spiridonis.

AGEBATVR quidem dies festus magni Spiridonis: non licebat autem huic viro conuenire, & ei quædam grauis videbatur calamitas, rogabatque, ne consueta visitatione priuaretur & gratia. Quid igitur? Nondum finitæ erant preces, & visus est sibi esse ad templum, & simul illius sensit aduentum, illuminationisque & dulcedinis de [illegible] fuit particeps: & sibi visus est templum ingredi: & cum ipse [illegible] precatus, fuisse eum co per totam glorificationem. Qui cum omnibus, qui aderant, benedixisset, tandem recessit.

XXXIX.

MIHI quidem oratio, si non res omnes illius, at eas quidem certe dixit, quæ viris bonis & virtutis studiosis

tuis-

sufficiunt. Quomodo autem quotidie eorum, qui eum rogant, curam gerat, & eos protegat, non alij, vt par est, dixerint, quam ij soli, qui eius miraculis singulis horis fruuntur & gratia. Oportet vero ne hoc quidem fraudare viros pios: si quis dubitans quærat, vndenam sit Spiridoni tantum mare miraculorum: & quibusnam benefactis effectum est, vt esset tam gratus Domino: sciat omnia quidem bona & honesta, tanquam ex consensu in eum concurisse, & eum fuisse præstantissimæ vitæ exemplar definitum. Vnum autem signum, quo cognosceretur Spiridon, & insigne aliorum præstantissimum, erat summa humilitas & insignis moderatio: & quod cum omnes fere alios superaret, qui sunt miraculorum gratiam consecuti, se nihil existimaret, neque putaret se præstare alicui ex vilibus & abiectis & grauatis peccatorum multitudine. Talia quidem sunt eius vitæ benefacta, talia autem miracula. Concedatur vero nobis quoque, vt illius aliqua (vix enim fieri potest, vt omnia) eius auxilio imitemur: vt efficiamur etiam cum eo participes paratorum bonorum, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cum quo Patri simul cum sancto Spiritu, gloria, honor, potentia & adoratio: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Nota, Sanctū eorum curam gerere, qui eū rogant.
Sūma eius humilitas.

DE S. VVALERICO *videat Lector primo die Aprilis.*

MARTYRIVM SANCTORVM ET GLORIOSORVM CHRISTI MARTYRVM, EVSTRATII, AVXENTII, EVGENII, MARDARII ET ORESTIS: EX SIMEONE METAPHRASTE.

Ann. 290.

Habetur in Tomis Aloysij.

I. IMPERANTE Diocletiano & Maximiano, vniuersum Romanorum Imperium completum fuerat cultu simulacrorum, & omnes homines periti mutua quadam inter se inuicem æmulatione, proficiebant in hac falsa religione: maxime cum edicta imperatoria quotidie, vt semel dicam, mitterentur ad loci magistratus, quæ iubebant, vt Calendis magnifice offerrentur diis sacrificia: & fore, vt ab Imperatoribus honorem consequerentur, eisque noti euaderent, qui ad hæc suum studium cōtulissent, significabant: ij autem, qui in eis colendis essent aliquo modo socordes, & ad aliam inclinarent religionem, priuati iis bonis, quæ habebant, post multos cruciatus subiicerentur mortis extremæ sententiæ. Erat itaque magna persecutio in toto orbe terrarum, cum quotquot erant vbique magistratus & Præsides, magnam curam gererent, vt de medio tollerent vniuersum †.

13. DECEM. Cultus dæmonū maxime feruet sub Diocletiano.
† Deest hic; Christianismum, vel, Christi cultum, aut aliquid tale.

II. ACCIDIT autem, vt cum illo tempore ad hos tyrannos esset delatum, quod tota magna Armenia & Cappadocia illorum edicto repugnarent, & iam vnanimes spectarent omnes ad defectionem, immutabilem habentes animum in Dominum nostrum Iesum Christum: propter hæc fuit conturbatus Cæsar Diocletianus, & cum omnes suos accersiuisset proceres, & tribus diebus à mane vsque ad vesperam cum eis consultasset, deposuit eos, quibus commissæ fuerant rectiones vtrarumque harum gentium, eos simplicitatis damnans & stultitiæ: misit vero duos viros, qui è Græcia ducebant originem: patriæ autem doctrinæ magnam consecuti fuerant cognitionem: erant vero ingenti & immanis spiritus, * autes ad cogitandum, & ad dicendum prōptissimi: & qui more habebant & calliditatem, quæ fur non poterant indagando & perscrutando cognosci. Ex quibus cum vnum quidem, nomine Lysiam, iussisset curam gerere omnium limitaneorum: alterum, qui vocabatur Agricolaus, iussit totius Præfecturæ administrare imperium: decernens, vt non solum eis deseruiret manus limitaneorum, sed etiam quicunque milites erant collati in propinquis ciuitatibus.

* acres

III. CVM hi ergo in has venissent prouincias, protinus omnis ætas hominum immisericorditer & absque vlla venia excindebatur: cum neque vlla inueniretur opportuna occasio: parua autem & quælibet calumnia, aut ab inimicis, aut à maleuolis hominibus sequeretur. Innumerabilis vero multitudo Christianorum indagabatur, & quotidie comprehendebatur, & his sanguinoris bestiis tradebatur ad interitum. Dux ergo Lysias versans in Sateleon, si huius regionis inueniebat aliquos sanctos viros & sanctas fœminas, post multas interrogationes & tormenta, sub tutissima custodia transmittebat vinctos ad Agricolaum in metropolim Sebastenorum: vt ab illo de medio tollerentur & non sinerentur in sua regione, & ne eorum cognati & necessarij vllam eorum curam gererent, nec iusta fierent eorum corporibus: Prouinciæ quoque Præside similiter transmittente eos, qui apud Sebastenos orti erant, Sateleon, hoc improbo diu ante inter se inito consilio. Impia enim sua mente cognouerant, Christi athletis non futurum hoc paruam partem supplicij.

Crudelissimi duo viri mittuntur ad vexandos Christianos.

IV. CVM hæc sic fierent, quidam Eustratius, qui erat Ducalis ordinis scriniarius, & eo tempore primas partes in ea obtinebat, vir pius & Deum timens, & qui vitam agebat citra vllam reprehensionem, angebatur animo propter ea, quæ fiebant quotidie: suppliciterque & miserabiliter vociferabatur ad Dominum nostrum Iesum Christum, in ieiunio perseuerans & oratione, vt propitius esset suis famulis, & intueretur populum suum in salute, & in malorum consolatione. Cupiebat autem ipse quoque idem, quod sancti, subire certamen, & assequi martyrium: sed varias minas & sæuitiam insuperabilem, multiplicemque molitionem & machinationem Præsidis pertimescebat. Sui tamen scopi & instituti periclitationem faciebat hoc modo: Nam cum zonam suam accepisset, dedit famulo suo fidelissimo: & iussit eam portare in Ecclesiam * Araucenorum, ex qua processerat, & in ara deponere: eum ipsum autem, cum eam latenter occultauerit, seruare: & si viderit quidem quendam Auxentium Dei seruum, cui ferunt omnes pietatis testimonium, qui eo tempore erat presbyter huius Ecclesiæ, ingressum ad orandum, eam sustulisse, vt habeat zonam, sinere, & ad ipsum reuerti. Si aliquis autem alius hoc faciat, nequaquam ei permittere, sed eam zonam repetere: hoc in mente iudicans, quod si presbyter zonam abstulerit, futurum sit id diuinum consilium & prouidentia, quæ significet felicem successum martyrij, quod desiderat. Sin vero hoc non euenerit, debere eum latere, nec audere vti fiducia & dicendi libertate.

Eustratij magna pietas.
for* Arabracenorū
Auxentius presbyter optimi testimonij.

V. CVM hoc ergo factum esset, & famulus paucis post diebus reuertisset, & dixisset quod ea ipsa hora, qua zonam in ara posuerat, sicut iussus fuerat, presbyter Auxentius, tanquam ab aliquo missus, ingressus sit Ecclesiam, & zonam acceperit. His auditis, lætatus est vir pius, & ex Prætorio accipiens omnes suos amicos hora prandij, venit lætus, & magnam vultus alacritatem, quantam nunquam antea, ostendens in conuiuio: adeo vt propter insuetum hoc spectaculum adducerentur omnes in admirationem, & scire causam, magnifacerent. Vnus autem ex iis, qui simul accumbebant, ætate iunior, eius charus amicus & ciuis, nomine Eugenius, fidenter eum percontatur, dicens: Nunquid, ô maxime Eustrati, propterea quod à nostro Præside in crastinum diem sunt parata, & publice producenda omnia tormentorum instrumenta aduersus Christianos, accessit tibi profusus hic risus, vt qui ex eo speres aliquid lucrari? Hoc vero dixit, propterea quod in illum annum esset ipse Commentariensis. Sanctus autem respondit Eustratius: Recte existimasti, ô amice. Spero enim ego quoque die sequenti ex hac re consequi thesaurum, qui auferri non potest. Sequenti vero die Lysias, ei erecto excelso tribunali in media ciuitate in signostasio, iussit omnes, qui erant in

En vt lætatur Eustratius ob futurum martyrium.

esset adhuc superstes, & præesset Episcopatui, Patria eius Alexandrinæ [illegible] synodo [illegible], qui [illegible] tant, Episcoporum, volebat gentiles statuas & simulacra [illegible] omnibus [illegible] & [illegible] Rebus cum eius modi adhuc plena erat ciuitas: & quomodo Paulus, [illegible], [illegible] spiritu, [illegible] spirabat aduersus impietatem. Cum omnes ergo conuenissent, & se dedissent precibus, aliæ quidem [illegible] tu & viribus deuolutæ fuerunt & in terram deiectæ, ex his autem vna sola, [illegible] & [illegible] permansit, & [illegible] Patriarcha multas preces fudisset, manebat in suo loco non [illegible] quod Deus non attenderet, aut despiceret facias illorum preces: sed hoc sapienti consilio vellet suo famulo gloriam tribuere, & ostenderet [illegible], qui da [illegible] ignorabatur, qualis esset inter Episcopos Spiridon. Cum nox [illegible] aduenisset, ipse quidem [illegible] Patriarcha adhuc vacabat orationi quædam vero diuina ei apparens visio, iussit eum non [illegible] animo, quod non ca[illegible] et [illegible] statuam [illegible] esse: Spiridoni, vt id ab eo solo deturbatum caderet: sed eum cum quamprimum e Cypro accerseret. Is enim est, dicebat, Episcopus Trimithuntinus. Fecit, vt ei imperatum fuerat, Patriarcha: & [illegible] missis, accersit sanctum: & literæ significabant causam, cur accerseretur, & eam, quæ apparuerat, visionem: & nequaquam esse recusandum aduentum, ille autem paret continuo. Simul atque enim de ijs legit, quæ scripta fuerant, iter init, & nauem conscendens, nauigauit Alexandriam. Atque nauis quidem appellit Neapolim, (est autem hic insignis portus Alexandriæ) ipse vero de naue descendens, execrandam imaginem, cum multis templi, precibus nondum peractis, euertit, & in puluerem comminuit. Hoc sancti aduentum [illegible] mundum erat manifestius, Papæ significat. Cum enim qui illud [illegible] simulacrum sua sponte cecidisse viderant, ei re [illegible], Papa continuo, O amici, inquit, adest Spiridon ex Trimithunte. Illi autem præparantes (eos enim iusserat ei ire obuiam) ostenderunt magnum, qui adhuc descendebat. Quis adeo remotos habitat orbis fines, qui non hoc miraculum acceperit auditione? Nouerunt quidem Byzantini: nouit autem ipse Imperator. Senserunt omnes quoque vrbes, quæ inter [illegible] & vniuersum fere orbem terræ peruasit miraculum, dici non potest, quantam [illegible] attulerit tam fidelibus, quam infidelibus. his quidem conuersis ad pietatem, & sacrum baptismum accipientibus: illis autem stabilius fundatis super eius petram. Hæc non [illegible] ob [illegible], sed etiam imago loquitur & testatur, quæ stat inter *porticum, quæ dicitur Alexandriana, & templum Trimithuntinum, vbi sunt sacræ reliquiæ Spiridonis. Atque his quidem cumulum [illegible], ac [illegible], vt [illegible] pollicitus, [illegible] illius [illegible].

Mira res: precibus Episcoporum communibus statuæ Gentilium corruunt.

Obserua sancti viri promptissimam obedientiam. Item vim precum eius.

*for * porticum.*

Videtur humilitatem sancti viri.

Tempus erat æstatis, & vbique segetes, fructuque copiosus & multiplex erat sancto. Ipse autem, vt qui suis XXXVI.
manibus plurimum vellet opere faciendo, dextra accipit falcem, & incipit metere: repente vero admodum tenue guttæ rore [illegible], Deus [illegible] pluente, solum sacrum illius caput petunt: Deo hoc ei ostendente, quod ille quoque florens [illegible], tanquam pulchra aliqua seges, tota appareret, & quod ideo hic quoque fructus portetur ad Dominum & agricolam. Hanc [illegible] admirabili alia quoque consecuta sunt admirabiliora. Cum enim ille suum caput teneret dextera, ijs, qui aderant, ostendebat roscidum, continuo capilli effloruerunt simul illi, nigri & albi: nescimus, quidnam Deo per hæc significante. Ille autem cum, vt videtur, cognouisset. Scitis, ô amici, dixit præsentibus, quod ego quidem iam excedo e corpore: magna vero gloria Dominus mei excessus circundabit memoriam, & multis hominibus dies mei aduentus erit festi argumentum: idque omnis ætas peraget splendide & magnifice, tam puerorum, quam iuuenum & senum. Cum hæc & multa alia dixisset & prædixisset, & alia quæ oportebat, admonuisset, & quicquid erat bonum & salutare apud eos, qui aderant, oratione, vt semel dicam, esset persecutus, & maxime de [illegible] & omnium aliarum virtutum maxima, de charitate, inquam, in Deum & proximum, disseruisset, non multo post, vt dixerat, castam illam & sacram emisit animam, in Angelorum quidem chorum merito admissus: neque tamen omnino discedens ab hominibus: sed nunc quoque maximam curam gerit, quando & Deo est propinquior, & maiori apud eum fiducia vtitur & libertate. Atque multa quidem post eius decessum & facta sunt ab illo, & a [illegible] fiunt: Nos autem, ne & fine vitæ protinus etiam circunscribamus miracula, neque rursus scriptionem nimium extendamus, cum vnum aut duo [illegible] memorauerimus, Deo volente, finem imponemus orationi.

Res plane miranda.

Sancti nostri curam gerunt.

Festum S. Spiridonis.

Dixit quidam ex ijs, qui [illegible] Christi amant, & sanctum quidem ardenter amant: amant autem nihilo- XXX
minus etiam veritatem: quod cum eius dies festus celebraretur, (celebratur autem duodecimo mensis Decembris) VII.
accessit ipse quoque ad sepulcrum, tanquam viuum allocuturus, magnam in eum vultu significans reuerentiam & venerationem. Cum autem prope fuisset, & oculos esset admoturus, dicebat se tantam diuinam sensisse visitationem intus operantem, & cor eius adeo penetrasse, vt sublime quidem fuerit raptus spiritu, & illas, quæ illic sunt, visione perciperet pulchritudines: obitus quidem omnium terrenorum [illegible] tus vero ipsi quoque corporis, vocisque & sermonis prope expers: ieiunus quoque, & neque apud vllum vocem emittens, neque cibum aut potum toto illo die admittens, nisi solum quod sumpsit diuinum corpus & sanguinem Dominicum. Porro autem alia quoque extitit miraculum euidentius: est vero modus ad narrandum iucundissimus. Ille quidem, vt dixit, cum eum rursus eius dies festus inuitaret, accessit Trimythuntem: & capsam, quæ sancti continebat reliquias, adorans & amplectens, similiter quidem habuit cor repletum lumine: impletus est autem ei quoque animus voluptate, & quæ nam bona expectent sanctos, per præsentia, quoad eius fieri potuit, coniecit. Deinde iuit ad nundinas, vt sibi pellectilem quandam emeret, & vestimenta, vt ijs indueret pauperes & egenos, vtpote quod tempus anni ad id vocaret, erat enim frigus. Cum ea ergo adornasset, & domum rediturus esset, vsu ita poscente, erat quidem nubium concursus, vt solet hyeme: [illegible] autem magnæ vehementis futuræ pluuiæ & non parum erat solicitus, num ita afflictus, cum onus tradidisset pluuiæ, deberet compendio domum iter ingredi. Bonam itaque spem sibi proponit: & cum sumpsisset falcem, & quicquid erat vestium, iumentis imposuisset, ipse currit ad templum Domini, & loculo circunfusus, & tanquam viuum ardenter amplexus, rogat, vt sit ei vitæ comes & bonus dux, eique & suis omnibus itinerum & felicitatem præbeat, imbrium minas & vim reprimens ventorum. Ille quidem hæc precatus, exit e Trimythunte. Sanctus autem, sicut ipse fuerat precatus, non solum fugiens obitum, sed etiam cadens [illegible], per totam viam simul aderat, tanquam vnus ex viatoribus. Pluuia vero ex confusione aeris, & concursu nubium, vt semel dicam, impendebat: eius autem virtute cohibebatur, & reprimebatur illius impetus. Quando vero is peruenit domum, ille quidem protinus euanescit: eius autem cor rursus ineffabili luce illustrabatur, & gaudio diffundebatur: perinde ac si sanctus id retigisset, & ipsum impleuisset sua lætitia & voluptate. Cum autem sanctus quidem euanuisset, viro vero domum esset ingressus, statim quidem admodum vehemens pluuia est consecuta: quæ tandiu durauit, vt tres totos dies non defecerit. Et nunc quidem sic viæ difficultatem, alias autem ei etiam aliam depulit animi ægritudinem.

Inuocatur S. Spiridon.

Vide quid illa efficacem inuocatio.

Dies festus S. Spiridonis.

Agebatur quidem dies festus magni Spiridonis: non licebat autem huic viro conuenire: & rursus ei quæ- XXX
dam grauis videbatur calamitas, rogabatque, ne consueta visitatio [illegible] etur & gratia. Quid igitur? Nondum fi- VIII.
nitæ erant preces, & visus est homini ad templum, & simul illius sensit aduentum, illuminationisque & dulcedinis de [illegible] fuit particeps: & sibi visus est templum ingredi: & cum ipso [illegible] precatus, fuisse cum eo per totam glorificationem. Qui cum omnibus, qui aderant, benedixisset, tandem recessit.

Mihi quidem oratio, si non res omnes illius, at eas quidem certe dixit, quæ viris bonis & virtutis studiosis XXX
sufli- IX.

sufficiunt. Quomodo autem quotidie eorum, qui eum rogant, curam gerat, & eos protegat, non alij, vt par est, dixerint, quam ij soli, qui eius miraculis singulis horis fruuntur & gratia. Oportet vero ne hoc quidem fraudare viros pios: si quis dubitans quærat, vndenam sit Spiridoni tantum mare miraculorum: & quibúsnam benefactis effectum est, vt esset tam gratus Domino: sciat omnia quidem bona & honesta, tanquam ex consensu in eum concurisse, & eum fuisse præstantissimæ vitæ exemplar definitum. Vnum autem signum, quo cognosceretur Spiridon, & insigne aliorum præstantissimum, erat summa humilitas & insignis moderatio: & quod cum omnes fere alios superaret, qui sunt miraculorum gratiam consecuti, se nihil existimaret, neque putaret se præstare alicui ex vilibus & abiectis & grauatis peccatorum multitudine. Talia quidem sunt eius vitæ benefacta, talia autem miracula. Concedatur vero nobis quoque, vt illius aliqua (vix enim fieri potest, vt omnia) eius auxilio imitemur: vt efficiamur etiam cum eo participes paratorum bonorum, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cum quo Patri simul cum sancto Spiritu, gloria, honor, potentia & adoratio: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Nota, Sanctū eorum curam gerere, qui eū rogant.

Sūma eius humilitas.

DE S. VVALERICO *videat Lector primo die Aprilis.*

MARTYRIVM SANCTORVM ET GLORIOSORVM CHRISTI MARTYRVM, EVSTRATII, AVXENTII, EVGENII, MARDARII ET ORESTIS: EX SIMEONE METAPHRASTE.

ANN. 290.

Habetur in Tomis Aloysij.

I. IMPERANTE Diocletiano & Maximiano, vniuersum Romanorum Imperium completum fuerat cultu simulacrorum, & omnes homines perciti mutua quadam inter se inuicem æmulatione, proficiebant in hac falsa religione: maxime cum edicta imperatoria quotidie, vt semel dicam, mitterentur ad loci magistratus, quæ iubebant, vt Galeudis magnifice offerentur diis sacrificia: & fore, vt ab Imperatoribus honorem consequerentur, eisque noti euaderent, qui ad hæc suum studium cōtulissent, significabant: ij autem, qui in eis colendis essent aliquo modo socordes, & ad aliam inclinarent religionem, priuati iis bonis, quæ habebant, post multos cruciatus subiicerentur mortis extremæ sententiæ. Erat itaque magna persecutio in toto orbe terrarum, cum quotquot erant vbique magistratus & Præsides, magnam curam gererent, vt de medio tollerent vniuersum †. .

13. DECEM.

Cultus dæmonū maxime feruet sub Diocletiano.

† Deest hic; Christianismum, vel, Christi cultum, aut aliquid tale.

II. ACCIDIT autem, vt cum illo tempore ad hos tyrannos esset delatum, quod tota magna Armenia & Cappadocia illorum edicto repugnarent, & iam vnanimes spectarent omnes ad defectionem, immutabilem habentes animum in Dominum nostrum Iesum Christum: propter hæc fuit conturbatus Cæsar Diocletianus, & cum omnes suos accersiuisset proceres, & tribus diebus à mane vsque ad vesperam cum eis consultasset, deposuit eos, quibus commissæ fuerant rectiones vtrarumque harum gentium, eos simplicitatis damnans & stultitiæ: misit vero duos viros, qui è Græcia ducebant originem: patriæ autem doctrinæ magnam consecuti fuerant cognitionem: erant vero ingentis & immanis spiritus, * aures ad cogitandum, & ad dicendum prōptissimi: & qui mores habebant & calliditatem, quæ non poterant indagando & perscrutando cognosci. Ex quibus cum vnum quidem, nomine Lysiam, iussisset curam gerere omnium limitaneorum: alterum, qui vocabatur Agricolaus, iussit totius Præfecturæ administrare imperium: decernens, vt non solum eis deseruiret manus limitaneorum, sed etiam quicunque milites erant collati in propinquis ciuitatibus.

* *acres* for

III. CVM hi ergo in has venissent prouincias, protinus omnis ætas hominum immisericorditer & absque vlla venia excindebatur: cum neque vlla inueniretur opportuna occasio: parua autem & quælibet calumnia, aut ab inimicis, aut à maleuolis hominibus sequeretur. Innumerabilis vero multitudo Christianorum indagabatur, & quotidie comprehendebatur, & his sanguinolentis bestiis tradebatur ad interitum. Dux ergo Lysias versans in Sateleon, si huius regionis inueniebat aliquos sanctos viros & sanctas fœminas, post multas interrogationes & tormenta, sub tutissima custodia transmittebat vinctos ad Agricolaum in metropolim Sebastenorum: vt ab illo de medio tollerentur & non sinerentur in sua regione, & nec eorum cognati & necessarij vllam eorum curam gererent, nec iusta fierent eorum corporibus: Prouinciæ quoque Præside similiter transmittente eos, qui apud Sebastenos orti erant, Sateleon, hoc improbo diu ante inter se inito consilio. Impia enim sua mente cognouerant, Christi athletis non futurum hoc paruam partem supplicij.

Crudelissimi duo viri mittuntur ad vexandos Christianos

IV. CVM hæc sic fierent, quidam Eustratius, qui erat Ducalis ordinis scriniarius, & eo tempore primas partes in ea obtinebat, vir pius & Deum timens, & qui vitam agebat citra vllam reprehensionem, angebatur animo propterea, quæ fiebant quotidie: suppliciterque & miserabiliter vociferabatur ad Dominum nostrum Iesum Christum, in ieiunio perseuerans & oratione, vt propitius esset suis famulis, & intueretur populum suum in salute, & in malorum consolatione. Cupiebat autem ipse quoque idem, quod sancti, subire certamen, & assequi martyrium: sed varias minas & sæuitiam insuperabilem, multiplicemque molitionem & machinationem Præsidis pertimescebat. Sui tamen scopi & instituti periclitationem faciebat hoc modo: Nam cum zonam suam accepisset, dedit famulo suo fidelissimo: & iussit eam portare in Ecclesiam * Araucenorum, ex qua processerat, & in ara deponere: cum ipsum autem, cum eam latenter occultauerit, seruare: & si viderit quidem quendam Auxentium Dei seruum, cui ferunt omnes pietatis testimonium, qui eo tempore erat presbyter huius Ecclesiæ, ingressum ad orandum, eam sustulisse, vt habeat zonam, sinere, & ad ipsum reuerti. Si aliquis autem alius hoc faciat, nequaquam ei permittere, sed eam zonam repetere: hoc in mente iudicans, quod si presbyter zonam abstulerit, futurum sit id diuinum consilium & prouidentia, quæ significet felicem successum martyrij, quod desiderat. Sin vero hoc non euenerit, debere eum latere, nec audere vti fiducia & dicendi libertate.

Eustratij magna pietas.

* *Arabracinorū* for

Auxentius presbyter optimi testimonij.

V. CVM hoc ergo factum esset, & famulus paucis post diebus reuertisset, & dixisset quod ea ipsa hora, qua zonam in ara posuerat, sicut iussus fuerat, presbyter Auxentius, tanquam ab aliquo missus, ingressus sit Ecclesiam, & zonam acceperit. His auditis, lætatus est vir pius, & ex Prætorio accipiens omnes suos amicos hora prandij, venit lætus, & magnam vultus alacritatem, quantam nunquam antea, ostendens in conuiuio: adeo vt propter insuetum hoc spectaculum adducerentur omnes in admirationem, & scire causam, magnifacerent. Vnus autem ex iis, qui simul accumbebant, ætate iunior, eius charus amicus & ciuis, nomine Eugenius, fidenter eum percontatur, dicens: Nunquid, ô maxime Eustrati, propterea quod à nostro Præside in crastinum diem sunt parata, & publice producenda omnia tormentorum instrumenta aduersus Christianos, accessit tibi profusus hic risus, vt qui ex eo speres aliquid lucrari? Hoc vero dixit, propterea quod in illum annum esset ipse Commentariensis. Sanctus autem respondit Eustratius: Recte existimasti, ô amice. Spero enim ego quoque die sequenti ex hac re consequi thesaurum, qui auferri non potest. Sequenti vero die Lysias, ei erecto excelso tribunali in media ciuitate in signostasio, iussit omnes, qui erant in

En vt lætatur Eustratius ob futurum martyrium.

custodia, produci vt interrogarentur. Sanctus autem Eustratius profectus in carcerem, rogauit omnes [illegible] eo orationi. Dixit enim, se illo die futurum [illegible] socium certaminis. Cum omnes autem orassent, & [illegible], & extremum Amen dixissent, secuti sunt sanctum Eustratium, cum eos tenerent milites.

Eustratij egregia coram Iudice dicendi libertas.

Cvm autem cohors, vt consueuerat, adstitisset ante Iudicem, iussit Lysias sigillatim adduci ad [illegible] eos, qui prius fuerant interrogati. Eustratius dixit Commentariensis: Literis imperatoris pridie [illegible] lectis [illegible] cio, quæ decernebant, vt omnes quæ vbique inuenirentur Christiani, cuiuscunque essent dignitatis, iudicio subijcerentur, Auxentius, qui olim quidem fuit opibus & vita acta insignis, probatior autem & ornatior [illegible] nunc [illegible] est generositate & animi fortitudine, vt qui [illegible] Christi Regis cælestis, paucis his ante [illegible] sistens in hoc tribunali, transegit certamen immortalitatis, tuam, o Iudex, arguens impietatem, verborum sapientia & operum [illegible]: & quoniam ab illo ducum inclusum in publica custodia iussisti adduci hodie [illegible] cum certu, qui cum eo erat, stant mecum omnes forti & robusto animo, tuas machinas, quæ a patre tuo diabolo tibi [illegible], dedecore affectari, & omnino deleturi. His auditis Lysias, hanc inopinatam viri admiratus libertatem, & [illegible] bus oculis cum intuitus, ex [illegible] pectore & iracundo eius animo [illegible] suspirio, voce [illegible] dicens: Acerbius mihi, quam vnquam antea, extitit hoc iudicium, & Græca patria [illegible] ritate repletum, oratio [illegible]

VI.

In eum sæuit Iudex

proposito scelerato hoc carnifice. Ab eo ergo stante tollatur, quo indutus est, læna & zona: & ex his signis [illegible] omnibus, se alienum ab ea, quæ ad ipsam [illegible] huc [illegible]. Deinde nudus corpore, funibusque expansis manibus & pedibus, humi extensus, [illegible] concionem.

Hoc autem facto maxima celeritate, dixit Dux: Nulla, ô Eustrati, ducens pœnitentia ob ea, quæ [illegible] choata perniciose, vt, quæ mihi inest clementia, effugias supplicium? sed [illegible], & dic ante tormenta, [illegible] men, patriam quoque quæ te tulit: & aperi nobis nouitatem [illegible], quæ [illegible]. Dixit [illegible] VII.

fort. * Arabracenorum

Liberè respondet S. Eustratius.

tius: Natus sum in oppidulo * Araucenorum, nomine Eustratius, cognomine Cyc[illegible] paterno sermone. Sum autem seruus Dei, Domini vniuersorum, & adorandi eius Filij Iesu Christi, & sancti Spiritus. Ex maioribus [illegible] eius didici, quam colo, religionem. Dux dixit: Dicat cohors: quot annos [illegible] hac militia? Cohors dixit: Vicesimus septimus annus completur hoc anno, ex quo, cum esset adhuc paruus ætate, functus est munere Ex[illegible]. Dux dixit: Nunc, ô Eustrati, videns quod ex tua inobedientia tibi imminet periculum, & resipiscens ex eo, qui tibi accidit furore, sapienti vtens ratiocinatione, [illegible] quam, quæ a te tot annis [illegible] & ordine [illegible] propitiam [illegible] inuocans potentiam, & Imperatorum beneuolentiam, & [illegible] clementiam. Dixit sanctus Eustratius: Execrandos dæmones, & surda simulacra ab hominibus constructa, nullus vnquam homo, qui compos esset

Ierem. 10.

mentis, censuit adoranda. Dictum est enim alicubi in nostris scripturis: Dij, qui cælum & terrá non [illegible] erunt, p[illegible]. Dux dixit: Sed estne is compos mentis, qui Deum adorat Crucifixum, sicut vos pleni superstitione? Sanctus Eustratius dixit: Si tibi non esset mutatus sensus mentis, & perturbata animi conspectione non esse: ad terrestria tibi transmutatus animus, ostenderem tibi hanc Crucifixum, verum esse seruatorem & Dominum, & vniuersæ creaturæ [illegible] opificem, qui est cum Patre ante secula, & ineffabili sapientia per regenerationem saluauit nostrá mortificationem.

VIII.

Vide credendissimum Iudicem. Et [illegible] fortitudinem.

Cvm autem [illegible] adhuc [illegible] eius contexere orationem, interrumpens dixit Dux sceleratus: Funibus in aerem [illegible] tatus [illegible] ferri [illegible] accensa admoueatur eius pectoribus ad hoc, vt comburantur. Supra humeros [illegible] ciur, vt oratione nobiscum decertet elegantius. Cum hoc autem factum [illegible], & multis horis [illegible] viscera & venter ab igni subiecto comburerentur, & acerbissimis plagis [illegible] [illegible] flagellaretur, nulla vox [illegible] sed neque vlla vultus apparebat mutatio, cernique poterat & con[illegible] quod [illegible] corpore [illegible] Propterea obstupefactus sceleratus Iudex, vix tandem iussit cum relaxari a tormentis & valde subinde [illegible], dixit: Qualiam tuus est sensus, ô Eustrati? Vt paruam aliquam alam [illegible] impo[illegible] plagis excogitem delectationem? Sanctus Eustratius: Maxime. Dux dixit: Quoniam ergo quæ nobis [illegible], à te [illegible] approbatur, sub [illegible] aceto contemperatam magno fluento [illegible] membris [illegible] combu-

Inhumane supplicium.

stis, & [illegible] fortiter [illegible], donec ex nostro ministerio eorum, quæ sunt iucunda, plurimo seculi precepto [illegible]

IX.

Laudis [illegible] Ianuaria.

Cvm magna autem celeritate eo quoque ei allato tormento, eadem vsus est constantia & animi fortitudine, & neque visus, quantumuis [illegible], gemitus audiebantur emitti. Dux dixit: Tanquam in scena superstitionem ostentat & actat hic, sicut dicit, athleta Christi. Nunc ergo dicat, si per hæc castigatus, sibi persuasit ad sacras deorum aras accedere adoraturus. Sanctus dixit Eustratius: Propterea [illegible], quæ [illegible], superstitionem & falsam religionem hæc,

Supplicia S. martyri [illegible] deliciola

sicut existimas, mihi inferens supplicia, imprudens & [illegible] me hodie multis [illegible] bonis, quæ mihi maxime erant in votis, ô Index. Circumfusam enim caliginem & obscuritatem, quæ ex crassitie corporis meo inerat animo, hisce me tormentis depulisti: & quæ principatum obtinet, rationem [illegible], quæ longo tempore [illegible] tentationum victricem consecrasti: & [illegible], vt tandem ac profligarem [illegible], quæ in me [illegible] insurgebant, animi perturbationes, nullo tumultu oppugnandum mihi largitus præsidium interni spiritus, qui mihi vitam [illegible] immortalitate: in quo sunt mihi recondita diuitiæ incorruptionis: & ostendisti viam compendiosam & ab [illegible] remotam, per quam potero in fictili hoc corpore degens vitam amplecti angelicam, & cælestis frui æternitate.

Psal. 6.

Psal. 34.

Nunc scio me [illegible] templum Dei, & sanctum eius in me habitare spiritum. Discedite ergo a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei, Dominus deprecationem meam suscepit. Exultabit reuera anima mea in Domino, delectabitur in salutari suo. Omnia ossa mea dicent: Domine, Domine, quis similis tibi? liberans inopem à manu potentiorum eo, & à diripientibus eum. Festina ergo & decreta, ministri adue[illegible]. & quod in [illegible] est, [illegible] & proba me sicut aurum in fornace magis ignis; & in [illegible] sordes, quæ [illegible] tibi amabilis, [illegible] Tu enim [illegible] abominationes, quæ iræ & tui Imperatoris dominantur [illegible] rationis.

X.

Dvx dixit: Mentis fortasse, vt videtur, emotio consecuta est corporis imbecillitatem: quo factum est, vt multis verbis vtaris obscuris & superuacaneis. Si enim posset ille tuus, vt dicis, Deus te participem reddere immortalitatis, à præsentibus [illegible] plagis liberasset. Mitte ergo vanæ spei [illegible], propera ad salutem, quæ à me ostenditur. Dixit [illegible]: Vis persuaderi, o tu qui es cibus omnibus sensibus, [illegible] quod mens non possit: Deus? Attende, & me intuere, quem tuis tormentis [illegible] morte esse mulctatum. Cumque omnes in eum defixissent oculos, repente [illegible] quædam squamæ [illegible] ex eius corpore: & [illegible] sanctus totus sanus, corpus nihil habens

O prædicandam Christi victoriam & potentiam. Eugenius se Christianum profitetur.

omnino laceratum. Cum propter miraculum autem, quod factum fuerat, omnes Deum glorificassent, quidam Eugenius vir Araura[illegible], qui [illegible] ipse quoque oppiduli [illegible] cohortis, & permanebat apud sanctum Eustratium, magna voce [illegible], dicens: Lysia, Ego quoque sum Christianus, & tuam anathematizo religionem, & nullius Imperatorum & tuæ [illegible] voluntati, sicut etiam dominus meus Eustratius. Dux ergo propter hæc indignatus, & [illegible] exæcratus, ipsum quoque comprehensum iussit duci in medium, & sic est effatus.

Cvm horum [illegible] est difficile, interrogationem post & [illegible] habeat opportuno, nunc autem vrgeat ad [illegible] R[illegible] publicarum [illegible], hunc præstigiatorem & incantationibus [illegible] culorum effectorem Eustratium & Eugenium, quem nuper apparuit [illegible] quod ipse sentire, toto corpore [illegible] vin-

ctos iusso

ctos iubeo conijci in carcerem cum reliquis, qui sunt mihi seruandi ad aliam examinationem. Hæc cum pronunciasset, descendit e tribunali. Sancti vero ducebantur omnes læti & exultantes propter tantam tolerantiam sancti Eustratij, constansque testimonium, & propter salutare, quod in ipso factum est, miraculum Domini nostri Iesu Christi. Postquam autem ingressi sunt custodiam, psallebant omnes vna voce: Ecce quid æque bonum & iucundum, atque habitare fratres in vnum: & quæ sequuntur: & postquam preces impleßent, sedentes docebantur à sancto Eustratio, promptique & alacres ab eo reddebantur ad propositam ei decertationem. Martyres ducuntur in carcerem. Psal. 132.

XII. Die illo in his translacto, sequenti nocte Dux cum surrexisset, professus est se velle ire ad ciuitatem Nicopolitanam: & interim dum soliti ad iter se parabant ministri, prosilut ipse in custodiam, vbi erant sancti, & solum beatum Eustratium iubet trahi foras. Cum autem esset adductus, vultu ridenti dixit ei: Lætare charissime Eustrati. Sanctus vero respondit: Deus omnipotens, cui ego seruio, te vicissim digne salutet, ò Iudex. Dux dicit. De Deo sit tibi curæ: in præsentia autem cape & gesta hanc, quæ tibi datur, crepidam, vt lubens nobiscum iter facias: erat vero crepida longis & acutis clauis transfixa, vt tanquam fibulis perforaretur quælibet pars pedum eius. Cum hac ergo crepida eum induisset, & loris adstrinxisset, suo obsignauit annulo: & iussit eum, dum duceretur, per totam viam verberari & trahi cum reliquis sanctis. Ipse autem cum toto, qui cum eo erat, exercitu iter persequebatur, & post duos dies peruenerunt ad castellum, quod est prope Arauracos. Cum sancti autem accessissent, quotquot erant illius regionis, egressi sunt ad spectaculum, desiderantes videre beatum Eustratium. Nullus vero cognatus nec amicus audebat ei appropinquare, ne ipsi quoque comprehenderentur: hoc enim à scelerato Duce quibusdam iam imperatum fuerat. O immanẽ tyrannum.

XIII. Qvidam autem Mardarius, vir quidem sorte priuatus & suo contentus, cum illis diebus domum sibi construxisset, regebat domum. Cum in omnes autem sanctos defixisset oculos, vidit medium eorum tanquam stellam insignem Eustratium: & cum cito è domo descendisset, dixit vxori suæ sermone Armenio: Vides, ô vxor, eum qui erat dominus eius, quæ est circumcirca regionis, qui & genere & opibus erat tam insignis, & tamdiu fuerat militiæ clarus, quemadmodum omnia despexerat, & abit, vt Deo fiat grata hostia, & regnum cæleste consequatur? Beatus ille, quod & in hac vita fuerit gloriosus, & apud Dominum nostrum sit magnam habiturus fiduciam, & cum Angelis ineffabili voluptate fruiturus. Egregia autem illius vxor respondit: Dulcissime marite, quid obstat, quo minus tu quoque eo venias, & eandem, quam ipse, viam ineas, & sanctam consequaris cum ipso consummationem, vt sis meus defensor, & horum puerorum infantium, & totius ta[illegible]? Dixit eius maritus: Da mihi calceos, & ingrediar viam à me desideratam. Illa vero hoc fecit velociter & læta eum dimisit. Qui cum accepisset calceos, & se veste induisset, & duos quos habebat filios vlnis esset amplexus, stetit ad Orientem, & Dominum inuocauit, & dixit: Domine Deus Pater omnipotens, & Domine Iesu Christe, & sancte Spiritus, vna diuinitas, vna virtus, miserere mei peccatoris: miserere ancillæ tuæ, & eam suscipe & hos duos infantes, qui es defensor viduarum, & pater orphanorum. Ego enim, Domine, cum magno & alacri animi studio ad te venio. Hæc cum dixisset, osculatus est suos filios, & dixit: Salua sis mulier, & noli affici tristitia, nec fle: sed gaude & exulta. Te enim & filios meos & animam depono in manu boni Dei nostri, qui potest omnia. Vide feruẽtem Mardarij, animã martyrium capeßentis. Is cõmendat Deo vxorem & filios.

XIV. Et cum hæc dixisset, cursim est egressus, & venit ad quendam nomine Mucarorem, qui in regione Auracenorum habebat habitationem, & in ea obtinebat primas partes, & erat vir valde clarus & diues: & cum eum salutasset, dixit: Ecce ego vado ad amicum tuum & cognatum Cyrisicem, & Deo volente, ero ei comes in via, & cum eo fiam particeps certaminis. Tu ergo esto post Deum defensor meæ vxoris, & meorum filiorum in hac vita: & pro hac gratia ego quoque tibi operam nauabo in illo die, quando coram Deo sistemur, vt mercedem accipias. Dixit vero vir ille pius: Abi in pace, fili mi, & pulchrum hoc iter confice: & ne de eo sis solicitus: satisfaciam tuo desiderio: ero enim spiritali affectu & vxoris tuæ maritus, & pater tuorum filiorum. His auditis, Mardarius cum ei valedixisset, iam de cætero prope castellum venit ad sanctos: & sic vocauit sanctum Eustratium: Domine Cyrisice, quomodo ouis simplex ad proprium currit pastorem, ita ego quoque ad te, volens esse vobis in via comes. Me ergo suscipe, & refer, licet indignum, in numerum sancti tui cœtus, & adduc me, etsi indignum, testem Christo Domino. Et hæc cum dixisset, clamauit voce magna, dicens: Ego quoque sum Christianus, sicut etiam dominus meus Eustratius. Audite ministri diaboli, audite. Tunc cum ipsum milites comprehendissent, colligarunt eum reliquis sanctis: & cum in castello eum coniecissent in publicam custodiam, de eo quoque ad Ducem retulerunt. Adiungit se sanctis martyribus. Præclara Mardarij virtus.

XV. Hac ipsa autem hora, tanquam leo rugiens, sedet ad examinationem: & pro more adducente cohorte delectorum, adductus est nudus, funibus manus habens vinctas sanctus Auxentius, sanctis adstantibus, & singula videntibus: & adhuc vultu læto Dux inquit: Auxenti, nos quidem liberans à laboribus, te autem salute dignum censens, nunc saltem doce, an à vana illa & tibi perniciosa destiteris pertinacia, & cum diis redieris in gratiam. Sanctus dixit Auxentius: Paucis audi, ò Lysia, iuro tibi eam, quæ præest & omnia adspicit, iustitiam, esse mihi mentem immutabilem: vnumque Deum me nosse, & ipsum colere: etiamsi innumerabiles alias mihi plagas imposueris & cruciatus, maiores iis, qui iam pridem mihi sunt illati: etiamsi me ferro, etiamsi me igne consumpseris, nunquam poteris meam flectere cogitationem. De cætero fac quod velis. Tunc Dux pronunciauit sententiam: Auxentius, qui post multa tormenta & cruciatus, etiam nunc permanet in sua perniciosa ignorantia, per ei paratam gladij amputationem, ferream suam, & quæ molliri nõ potest, perdat animam, in loco aliquo nemoroso & deserto finem huius sententiæ accipiens, vt iusta sepultura infelix eius corpus careat. Qui autem ausus est se nuper reliquorum cœtui adiungere, perducatur in medium, celeriter consecuturus honorem, qui ab eo requiritur. Auxẽtij mira cõstantia.

XVI. Sanctvm vero Mardarium soluentibus militibus ab ei impositis collaribus, hic beatus dicebat: Domine mi Cyrisices, ora pro me, rogo te: & doce me, quid sum responsurus huic exitioso & pestifero homini: ne me tanquam agrestem & illiteratum hominem irrideat immanis iste lupus. Sanctus autem ei dixit Eustratius: Dic solum constanter, frater mi Mardari, Sum Christianus, Sum Christi seruus: & nihil aliud respondeas, si quid contra dicat aut faciat. Cum vero esset adductus, dixit cohors: Adest Mardarius. Dux dixit: Qui se nuper tradidit interrogationi, is nomen doceat, studium, quæ eum tulit patriam, conditionem, & quænam sit ei religio. Mardarius dixit: Sum Christianus. Cum autem rogaretur ab apparitoribus, vt diceret nomen, & conditionem, & patriam, perseuerauit clamare, Sum Christianus. Et cum diu rogaretur, nihil aliud dixit nisi solum, Sum Christi seruus. Cum eius itaque simplicitatem & puritatem vidisset Dux sceleratus, dixit: Terebra terebrentur calcanei pedum eius, & funibus traiecti, ab orbe totæ pendeant: candentes autem obelisci, eius tergo admoueantur, vt ex hoc ambitu fiat sanæ mentis, & ad danda responsa idoneus. Cum hoc autem factum esset, & ipse diu penderet à calcaneis, & vreretur subulis, emisit vocem, dicens: Domine, ago tibi gratias, quod me iis bonis sis dignatus. Desideraui salutare tuum, & amaui ipsum valde. Suscipe animam meam in pace: & cum hæc dixisset, tradidit spiritum. Mardarius offertur Iudici. Mira eius simplicitas. En crudele supplicium. Felicissime Mardarius expirat.

XVII. Demissis vero sancti eius reliquijs, Dux dixit: Nudo corpore adducatur etiam is, qui est ex Sataleotum regione Eugenius, qui, cum de Eustratio haberetur quæstio, ausus est subire, quem non dico Christianum, vt ipsi errantes dicunt, sed plane achreston, hoc est, inutilem. Cum ipse autem adstitisset, dixerunt apparitores: Adest Eugenius. Dux dixit: Dic mihi sceleratissime, quis malus dæmon te malis fatis actum ad tantam impulit audaciam, vt cum tan-

 tate in-

Eugenius constanter respondet tyranno. Dire cruciatur, & abiit ad Christū.

tate te ingereres impudentia, & nihili faceres iudicij austeritatem. Dixit sanctus Eugenius: Deus meus, qui quæ tu colis, dæmones abolet, ipse dedit mihi virtutem, & largitus est mihi fiduciam & dicendi libertatem, vt tuam conspuam felicitatem, sordide canis, thesaure satanæ, qui tecum traditur in infernum. Dux dixit: Contum [illegible] lingua eius [illegible] scindatur. ense vero priuetur vtrisque manibus, & baculis confringantur eius tibiæ, vt in nos [illegible] temperantius. His autem factis, ipse quoque tradidit spiritum.

HÆC cum fecisset Dux sceleratus, exiit in campum, vt exerceret exercitum. Cum autem recenserentur, vnusquisque ostentabat suam in armis experientiam, Duce contemplante. Quidam vero Orestes nomine, vir procerus & forma decorus, ad nomen vocatus & ordinem, adstitit Lysiæ. Cum Lysias autem eius laudasset speciem, & [illegible] pellasset militem, iussit pilum torquere ad scopum. Cum is vero manum direxisset, & arma concussisset, quæ ab eo in pectore ferebatur Crux aurea, è veste eius excussa, extrinsecus apparuit, ita vt omnes eam cernerent, & [illegible] Lysias. Statim autem adductus, stetit prope Ducem: & cum manu Crucem accepisset Lysias, rogauit quidnam hoc [illegible]. Nunquid tu quoque es, inquit, ex iis, qui sunt partium Crucifixi? Ille vero dixit: Sum seruus Crucifixi Domini [illegible] Dei. & hoc gestu amuletum ad omnia mala auertenda, quæ mihi ingruunt. Dux dixit. Hic quoque egregius miles, vinctus cum illo carnifice Eustratio, fit ei comes in via, cum opportune fit de eis habenda quæstio in ciuitate Nicopolitana. Cum venisset autem Lysias in ciuitatem Nicopolitanam, magna multitudo legionis militum, quæ erat in ciuitate, ad eum accesserunt, & omnes vna voce clamabant: Lysia, nos quoque sumus milites Domini nostri Iesu Christi: fac quod vis. Ille vero primum quidem fuit obstupefactus, timens ne aliquid noui aduersus eum innouarent. Deinde cum cognouisset, quod sicut oues seipsos tradiderunt, solutis zonis suis, iussit ipsos comprehendi, & vinctos coniici in carcerem: apud se autem considerabat, quemadmodum in sanctis perdendis se gereret, & non esset à Nicopolitanis, aut ab eorum cognatis aliqua confusio. Præcipue autem timebat sanctum Eustratium, ne si rursus ei inferrentur tormenta, faceret tum [illegible] aliquod miraculum: & non solum in fide confirmaret eos, qui iam erant Christiani: sed gentiles quoque traduceret à cultu simulacrorum. Visum est ergo ei, cum mane surrexisset, ita remittere ad Agricolaum in ciuitatem Sebastenorum, sanctum Eustratium & sanctum Orestem. Cum esset itaque dies, iussit hoc fieri, publicam scribens epistolam ad Agricolaum hoc modo:

Multi milites viso Christum côfitentur.

Literæ Lysiæ ad Agricolaum.

MAGNIFICENTISSIMO Agricolao Dux Lysias: Cum in vniuersa terra, quæ est sub Sole, neminem nossent diuinissimi nostri imperatores, qui melius scrutari posset arcana orbis terræ, regendæ prouinciæ tibi dederunt potestatem. Aperte enim sciunt, te posse noctes, sicut dies, ad Rempublicam defendendam consumere. Quæ dormire non possunt itaque stellas prius somnus dumuerit, quam tuus oculos sopierit, donec effectum fuerit id, quod studes ad vtilitatem vniuersorum: & vt semel dicam, cum apud te solum summam inesse vidissent vnamquamque partem, merito huius, quam nunc obtines, administrationis, quæ nihil habet contemnendum, dignitatem permiserunt. XIX
Quocirca ego quoque testis tam multarum, quæ in te insunt, rerum præstantiæ, hunc ad te vinctum mitto Eustratium, qui eorum, qui dicuntur Christiani, morum magno morbo laborat: maxime cum nihil possim inuenire, quod sufficiat ad auertendum audaciam eius cœptam: sed est is eius, quæ mihi seruit, militiæ honorem esset assecutus, maiori superbia animo erectus, desiit in contumeliam. Quod si intentarem metum, sua arrogantia circumscripsit futurum, vim suæ superstitionis reddens potentiorem: & licet videret alios eisdem affectos suppliciis, neque propter minas, quæ in eos intendebantur, suam repressit audaciam: sed quod eueniebat, existimabat esse potius fortunæ insultum, quam supplicium. Eum ergo, & qui cum eo est Orestem, qui est eiusdem sententiæ, ad tuam mitto sapientiam, sequens edicta imperatoria. Cum has ergo literas accepissent milites, & sanctos haberent vinctos, viam persequebantur. Sanctus autem Eustratius simul cum Oreste sic canebat in via: Viam iustificationum tuarum elegi, instrue me, & discam mandata tua.

Locus obscurus.

Psal. 118.

IMPLETIS vero precibus, dixit: Frater Orestes, narra mihi, qua animi alacritate consummatus fuit sanctus Auxentius & in quo loco. Sanctus vero Orestes dixit: Postquam Dux pronunciauit in eum sententiam, rogauit milites, qui eum abducebant, vt venirem ad videndam tuam virtutem, & tibi dicerem valere. Nemo vero eum audire sustinuit. erat enim tempus prandij: & festinabant illi, venti seruientes, implere id, quod eis imperatum fuerat, & duxerunt eum in quandam vallem, quam nos vocamus Orotism. Veniens autem, in via canebat sanctus: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: & vsque ad ipsum locum impleuit Psalmum, & flexis genibus orauit. Cum manus vero sustulisset, accepit tanquam oblationem, & dixit: Amen, & cum circumspexisset, vidit me prope eum stantem: & cum me vocasset, dixit mihi acriter: Frater Orestes, alloquere Dominum Eustratium, & dic ei, vt oret pro me: & enim cito ad me venturum ipse enim expecto: & sic fuit ei caput amputatum, omnibus, quos suspicio erat esse Christianos, passis persecutionem. Sanctæ autem eius reliquiæ noctu furto sublatæ sunt à presbyteris, qui erant in Arabracis. Eius vero capite non inuento, cœperunt flere & Deum rogare, vt eis aperiret sanctum caput martyris. Dei autem prouidentia stans cornix super ramum arboris, in qua erat caput, cœpit clamare. Cum adspexissent vero ad ramum arboris presbyteri, in qua cornix stabat clamans, viderunt id iacens prope cornicem: & cum ipsum honorifice sustulissent, sustulerunt etiam sanctas eius reliquias, & eas transtulerunt in locum purum & insignem. Hæc cum sanctus audiuisset Eustratius, fleuit, & Deum inuocauit, & dixit Orestæ: Pergamus nos quoque, & ad eum venire festinemus. XX

S. Eustratius & S. Orestes inuicem colloquuntur.

Psal. 118.

Sanctæ Auxentij reliquiæ in insigni loco reponuntur.

QVINQVE autem post diebus sancti adducti sunt Sebasteam, & traditi sunt à militibus: &, accepta Lysiæ epistola, Agricolaus iussit eos seruari in tutissima custodia: & die sequenti cum publice sedisset in foro pro tribunali in ciuitate Sebastenorum, iussit Agricolaus duci sanctos. Vniuersa autem ciuitate congregata ad eos videndum, dixit Agricolaus: Epistola missa ab illustri Lysia, & quæ est consecuta scriptis mandata examinatio, prius legatur. Quæ postquam fuit lecta, sic locutus est Agricolaus: Ne existimes, ô Eustrati, similiter constitutum hic tibi esse supplicium. Priusquam ergo eius facias periculum, submitte te edictis Imperatorum: & accedens, sacrifica diis. Dixit vero sanctus Eustratius: O Iudex, imperantne leges etiam Imperatoribus, an non? Dixit Præses: Maxime. Nam ex ab illis seruantur. Sanctus dixit Eustratius: Tibi ergo ante omnes, & eis etiam, qui tecum sunt, in scriptis solis sitæ sunt leges. Dixit Præses: Cur nam hoc dicis, ô caput impium? Quis vnquam ausus est facere contra leges? Dixit sanctus Eustratius: Quoniam sic continetur in legibus Cæsaris: Vis quidem absit in omni sermone & facto. persuasione autem potius administretur Respublica: & alterum duorum oportet, vt aut qui imperat, persuadeat ei, qui paret eius imperio, vt alloquatur ea, quæ cupit: aut qui paret, persuasus, sua sponte faciat quod iubetur. Et rursus hoc continet post eundem versum: Statuimus autem, vt Præses iudicet, miscens metum lenitati: vt neque aliqui propter metum fiant infensi, neque peccent propter lenitatem. Hæc, ô Iudex, ita scripta sunt, an non? Dixit Præses: Sunt. Te ergo rogo, idem ordo in me quoque obseruetur. Dixit Præses: Et in te, & in omnes leges cum ea, qua par est, reuerentia necesse est custodire. Sanctus dixit Eustratius: Sit ergo, rogo, tuus metus lenitate contemperatus, vt qui cum sis omnium expertissimus, velis potius persuaderi, quam persuadere, iudicas, si fit gula ratione. Sin autem hoc non licet, absque vlla ratione & contributionibus, puni, occide, fac quod velis. Præses dixit: Quod velis, dic audacter & libere, cum gaudeat iudicium hoc potius efficere persuasione. XXI

S. Martyres sistuntur ad tribunal Agricolai Iudicis.

S. Eustratius ipsis legibus arguit Agricolaum.

SANCTVS

XXII. SANCTVS dixit Eustratius: Quibusnam diis iubes me sacrificare, maioribus an minoribus? Dixit Præses: Ioui primum, & tunc Apollini, & Neptuno. Sanctus dixit Eustratius: Quibusnam parens sapientibus, aut interpretibus, aut prophetis, inuenit hos esse adorandos? Dixit Præses: Platoni, Aristoteli, Hermeti, & aliis sapientibus: quos si tu esses expertus, eorum coleres memoriam, ô Eustrati, cum sint diuini viri & admirabiles. Sanctus dixit Eustratius: Nullius horum mihi sunt ignota mysteria: sed ab ineunte ætate eorum habui experientiam. Quinetiam in musis à pulchre sunt versatus, vt cui obtigerit pater virtutis studiosus: &, si iubes, incipiamus primum à Platone. Dixit Præses: Inuenimus Platonem in libro, qui inscribitur Timæus, descendisse in Pyræum, & precatum esse deam. Tibi ne videtur hic esse sapiens, an non? Sanctus dixit Eustratius: Valde condemnat Plato Iouem deum tuum. Audi autem verba Platonis. Quoniam vero incepisti à Timæo, & ciuilibus eius orationibus, audi in secundo eius libro ea, quæ sic sunt posita: Deus quoniam est bonus, omnium bonorum fuerit causa, sicut velut dicimus: malorum autem nequaquam causa. Et bonorum quidem nullum alium dicemus esse causam, nisi Deum: malorum autem non esse causam. Sed quid opus est ab alio quærere? Non est ergo admittendus Homerus, & alij Poetæ, qui dicunt Iouem esse authorem bonorum & malorum. Violati ergo iurisiurandi & confusi fœderis à Pandoro aduersus Græcos rationem, non hic Iupiter, vt dicit Poeta, procurauit per Mineruam. Non laudabimus autem optionem, ad quam ipse duxit eos, quos tu deos existimas. Dixit vero Æschylus, Deum causam producere mortalibus, quando vult domus affligere, & euertere funditus: Plato autem in sua ciuitate neminem vult hæc dicere aut audire, neque iuuenem, neque senem. Nefarium enim est, Deum fuisse parricidam, sicut hic Iupiter, qui nunc colitur à vobis, fecit, qui suum patrem Saturnum deiecit de cælis, & eum contriuit: aut factum esse cygnum, vt mortalem deciperet mulierem, & eam vitiaret. Præterea vero rursus ægre fert Plato, quod fleat & muliebri insania correptus deus tuus, ô Iudex, defleat inconsolabiliter mortem Sarpedonis. An non ita est? An non sunt scripta in libris vestris omnia fabulosa? Si ipse autem sapiens Plato vester scriptor, cum deum esse denegat, & iubet neminem hominem, cui virtus est curæ, imitari tales animi perturbationes: cur vosipsos submittitis, quarum ipsi conuicti fuerunt, actionibus, & nos eos hodie adorare cogitis?

Sapientes cum illo in disputationem ingreditur.

Iouem ex ipsis ethnicorũ libris profligadit.

XXIII. DIXIT Præses: Tuam fero audaciam propter eam, quæ in me inest, philosophiam. Sed tu quoque dic mihi, Quem tu colis Deum, quomodo cum esset homo, deductusque fuerit ad iudicium, & in crucem actus, Deus esse est à vobis putatus? Sanctus dixit Eustratius: Si me patienter audias, primum te interrogabo ea, quæ cogitationi meæ sunt proposita: & tunc dicam ordine id, quod à me quæsiuisti. Dixit Præses: Datur omnino tibi potestas & opportune & importune dicendi quod vis. Dic nobis quod velis. Dixit Eustratius: Omnem hominem, qui est sanæ mentis, conuenit Deum existimare iustum, qui comprehendi non potest, neque essingi, neque verbis explicari: estque immutabilis, & diuinis suis bonis omnem superat potestatem: an non ita tibi videtur, Iudex sapientissime? Dixit Præses: Ita arbitror. Dixit sanctus Eustratius: Hoc quoque adiiciemus, ei omnino nihil deesse. Præses dixit, omnino. Sanctus dixit Eustratius: Quid ergo? dabimusne aliquos etiam alios esse deos, & eos consistere intra hanc, quam dicimus, ab interitu alienam essentiam? Sed est absurdum quod dicitur. Quod si vel parum quid eis desit huius beatæ conditionis, non arbitror, eos existimari deos ab hominibus. Deo enim nihil deest, vt prius dictum est: cui credere, & quem adorare oportet omnes homines. Dixit Præses: Ita habet. Sanctus dixit Eustratius: Quid ergo, multi tui dij consistuntne intra hæc intemerata bona & immortalia, & pares sunt in suis viribus habent? Qui sunt in vna distincti essentia, & tanquam in vnum verticem, conueniunt in virtutem diuinitatis, dicantur non dij maiores & minores, sed Deus vnus: qui in virtute incomparabili est valens, & nomen habet diuinitatis: & ne à vobis existimetur alius quidem cælum habitare, alius vero mare, alius autem terram. An non tibi sic videtur?

Libera ei fit dicendi potestas a crudeli Iudice.

Probat vnum tantum esse Deum.

XXIV. CVM non posset autem Præses ad hæc respondere, diu tacuit: vix tandem vero respondit, dicens: Mittens hos syllogismos, & multum valere iubens rationum tuarum probabilitatem hoc doce, de quo fueras interrogatus: Quomodo vos Deum colitis crucifixum? Sanctus dixit: Incipiam, quomodo tuus Poeta Hesiodus: In principio erat Erebus & Chaos, hoc est, caligo & profunditas aquarum. Deus ergo cum tunc mundum in hunc ornatum distinxisset, & non ex subiecta, aut quæ prius existebat, materia, sed omnia ex eo, quod non erat, ad essentiam produxisset, fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Malus ergo angelus, qui ipse quoque obtinebat principatum in ordine Angelorum, cum sua sponte rebellasset aduersus eum, qui ipsum fecerat, & elatus fuisset superbia, à suo ordine fuit expulsus, & à Deo assidendi potestate: & merito à Deo accepit sententiam, quæ eius puniret audaciam: & tunc propter eam eius inobedientiam, proiecit eum Deus à superna potestate, & Angelica eum priuauit gloria: hominem autem posuit in paradiso, dans ei mandatum quod exercebat ad obedientiam: vt vesceretur quidem omnibus bonis quæ erant in paradiso: vnam vero non tangeret arborem: hoc ei instituto certamine, vt si ei insidiante malo, non amplius Angelo, sed dæmone, qui defecerat, & omnia contra eum machinante, posset primus homo non transilire ei datum a Deo præceptum, & dedecore afficere aduersarium, qui ei inuidebat propter insignem honorem: si hoc, inquam, factum esset, homo esset immortalis, degens incorruptione. Sin minus, non sineretur amplius esse in paradiso: sed ex eo exterminatus, viueret & moreretur. Malus ergo dæmon, qui inuidia ferebatur in hominem, in eum varius vsus est præstigiis, & cum ope serpentis decepisset vxorem primi hominis, per eam ipsum quoque induxit, vt præceptum transiliret: vt ipse ideo expulsus ex paradiso à Deo omnipotente, deduceretur ad labores sudorum & interitum. Obtinuit itaque malignus victoriam, qui gloriabatur, quod propter eam sententiam hominem accepisset redactum in suam potestatem. & cum de cætero multiplicatum esset genus hominum, is tanquam tyrannus omnem animam redegit in seruitutem.

Præses respondere ei non potest.

Genes. 1.

Casus Angelorum.

Genes. 1.

Genes. 3.

XXV. CVM itaque ij in multam lapsi essent impietatem, inundatione Deus mundum perdidit. Conseruauit autem Noe quendam virum iustum, qui præclare decertauit aduersus malignum hunc dæmonem, & non fuit ab eo omnino superatus, in arca lignea cum vxore & liberis. Cum rursus vero restituisset omnem terram in pristinum statum, tanquam ciuem quendam victorem eum in terra posuit. Procedente autem tempore, cum rursus multiplicarentur homines, omnis profecit impietas, & omnes vincebantur à peccatis, & morti subiiciebantur, & vincti tenebantur apud inferos, ad interitum examinati à maligno dæmone. Misertus autem Deus, qui nos formauit, & non amplius volens quod à se factum erat opus despicere, primum quidem Græcis hanc concessit sapientiam, vt immotis animæ oculis agnoscerent Deum omnipotentem, & superarent dæmonem aduersarium. Hi ergo, etsi visi sunt paululum resipiscere, & rectum iter pietatis attendere, cum tamen tanquam in vmbra verbis solum apprehendissent visionem, rursus cadebant in errorem Maiorum, ipsi quoque superati à falsa religione, & in deteriorem prolapsi impietatem, & via inuia aberrantes. Et nec sic quidem passa esset insignis & ab omnibus celebranda Dei potestas nos iacere in delictis: vnde etiam dedit Legem, & misit Prophetas, & multifariam multisque modis generi Hebræorum viam ostendit salutarem. Omnes autem retrocedentes, recidebant in Maiorum suorum infirmitatem: & morti subiiciebantur omnes propter peccatum. Æquum itaque censuit æquale nobiscum certamen suscipere Dominus noster, Deus verbum, & nobis ostendere victoriam aduersus aduersarium, par nobis in omnibus factus præter peccatum & cum seipsum humilem reddidisset, & nobis seruis formam similem suscepisset, natus est ex Virgine, non mutatus diuinitate:

Genes. 7.

Genes. 8.

Philosophi cognouerunt Deũ sed relabuntur in errores Maiorum.

sed ouis

sed ouis ferens pellem propter lupi progressum. Si enim per supernam diuinam suam potentiam [illegible] aduersarium, (poterat enim, vt qui potest omnia, quæ a nobis non possunt fieri) dedisset ei iustam occasionem [illegible] siuni, dicendo: Hominem vici, & à Deo sum victus. Sed nunc tunc tam facile potuisset defendere, vt qui [illegible] Deum quidem posse omnia efficere: & nec, si corpus quidem induisset, non esse eiusmodi, quod non [illegible] cere.

Egregia similitudine eruditur Iudicem.

ACCIPIAMVS autem, ô Iudex, aliquam similitudinem, quæ conueniat huic meæ narrationi. Si tu ipse, qui es dominus huius ciuitatis, cum vidisses lupum, aut vrsum, aut aliquam aliam bestiam inuadentem tuam ciuitatem, dixeris seruo tuo: Occide illam. Ille autem parens tuo iussui, & sine arte accedens, fuisset a [illegible] ad [illegible] & consumptus, [illegible] resine iterum alteri seruo tale certamen imperare, aut illum damnare, quod victus perisset? Nequaquam. Sed [illegible] videatis eis imperasse, quæ fieri non poterunt, eos qui tecum sunt, opem tibi laturi, despicis: non viens [illegible] nec equo, nec aliquibus armis, cum & habeas & possis omnia: sed propter cæteros tuos seruos, effectus similis seruo, cui iusseras, & qui victus fuerat, sicut ille, nudus & omni auxilio destitutus, ad hanc bestiam accedis: & ea percussa, tunc famuli quidem, qui fuit consumptus, damnabis imbecillitatem coram omnibus: docebis vero cæteros, vt similianimo accedant & experientia, quoties tale quid occurrerit: & tunc minaberis, si non similiter eis ostensa assistentes [illegible] victoria, & se & sua custodierint. Sin minus, eos futuros inexcusabiles, & esse ad magnum ducendos supplicium: eos autem, qui se fortiter gesserint, & imitati fuerint virtutem eis a domino ostensam, & honorem & libertatem esse consecuturos, vt bonorum custodes, & præclaros Imperatores. XXVI

Cur Deus factus homo.

SIC ergo Dominus quoque noster Deus, seruator omnium, cum sui serui in certamine suscepto aduersus dæmones, qui nunc a vobis colitur, ab ipso victi essent & contriti, ipse ineffabili quodam consilio se ipsum exinaniuit, descendens ad sanctam & venerandam Virginem, & serui formam accipiens, & in omnibus effectus iisdem, quibus nos obnoxij, affectionibus præter peccatum: & progressus in hoc vitæ theatrum, voluntaria sua & longa [illegible] ma & tali [illegible] humilitate latuit se [illegible], ipsum dæmonem, qui a vobis, vt dictum est, colitur: & eum, vt congrederetur, tanquam nudum ac solum hominem inuadentem, vicit, & eius totam profligauit potentiam per suam pretiosam XXVII

Cur passus in Cruce.

& nobis salutarem passionem, quam in Cruce subijt, docens nos, qui sumus [illegible] victoriæ spectatores, eodem exemplo contra eum pugnare, & eius potentiam ducere ac prosternere. Ipse ergo nostras accepit affectiones, & [illegible] bi [illegible] dit [illegible], cum tamen iis, qui prope erant, quæ [illegible] apud [illegible], [illegible] esset [illegible] & [illegible] & dedisset nos in filiorum adoptionem allectos, in coronam [illegible] habere [illegible], & coronam, [illegible] mus. Corpore ergo vincimur, & vincimus spiritu. Cadimus [illegible]: & is casus [illegible] mortis, eo nobis ducitur, vt [illegible] incorrupti, & ab interitu alieni. Aucupamur vel iam [illegible], qui situ brutorum [illegible] gitis, &

Vide quid agant boni Christiani.

angelicam quærimus æternitatem. Non terram proni spectamus, sicut pecora: nec cum simus belluinis moribus, nominamur homines: sed erecti cælum intuemur: & cum simus in corpore, vitam, quæ illic est, angelicam amplectimur. Scimus animi nostri & corporis esse perpetuum & implacabile bellum, sapientiæque & mundi [illegible] ratiocinatione, auertamur coniunctionem cum hoc mortali corpore, [illegible] titillationes & suaues libidinis motiones fortiter [illegible] cogitatione in altum extollere, & membra mortificare, semper exercemur per tolerantiam, & studiis propriis abstinentiam. Viuimus vero pura & perspicua Domini nostri memoria, & statuit nobis sermo minime [illegible]. In nouitatem illum impedimentum rationale operantur virtutes. Hæc & his plura nobis largitus est Deus, cum hominem induisset. Vos autem, vt est probabile, corpori vestris dediti: & cum corpori dediti sitis, eos deos appellatis, qui fecerunt probrosa opera ignominiæ: & eorum posita corporis simulacra: & aliis [illegible] communicatione [illegible], & inde [illegible] argumini, non solum propter [illegible] aduersas, sed [illegible] propter insolentes, & quæ in fomenta [illegible] huius vitæ felicitates. Vos non solum corpore, sed etiam anima mortui ad eum, qui nunquam [illegible]. Nos autem à Domino nostro Iesu Christo didicimus, viuentem [illegible] corpus quoque, quod omnibus [illegible] resoluetur [illegible], rursus animare, & ad immortalitatem [illegible] perducere. Hæc ergo breuiter sum persecutus, vt & tuo Platoni [illegible], & [illegible] dicens [illegible], quæ vera sunt, [illegible] parricidæ de tuo & amabili cygno, qui [illegible] propter [illegible] suorum [illegible].

DIXIT Præses Agricolaus. Non possumus nos diuinorum & magnorum Regum virtutes discernere: sed dolemus credere, quæ [illegible] Imperatores. Quam ob rem cessent [illegible] oratione & dilatione, vetu, & [illegible] eloqui [illegible] multa supplicia, quæ nunquam [illegible]. Sanctus dixit Eustratius: Cur non ergo XXVIII

S. Orestes [illegible]

[illegible] & non hoc dicis ante conspectum? Tunc iubet lectum [illegible], & multum ignem [illegible], vt ipse [illegible], & [illegible] & sanctum Orestem [illegible], & dicit sancto Eustratio: [illegible], quæ [illegible] supplicia, [illegible] in aliis factis [illegible], tunc subeas tormentum, vt constantiam [illegible] fortitudinem. Sanctus vero Orestes cum ad lectum adduceretur, timuit: & tactum intuens Eustratium, [illegible] Ora pro me. Laborat enim mihi cogitatio. Sanctus autem respondit Eustratius: Noli animum despondere, [illegible] Oresta. Solus enim adspectus affert timorem & cruciatum: nullus vero eius [illegible] sensus, si audacter & [illegible] accesseris. Ipse enim Dominus adest nobis adiutor, & nos defendit. Memineris generositatis sancti Auxentij & [illegible] quorum sanctorum. neque [illegible] terror, hæc enim nos [illegible]: manet autem nos thesaurus, qui non potest auferri. Hæc cum sanctus audiuisset Orestes, audacter & [illegible] animo insiliit, & [illegible] in craticulam [illegible], [illegible] signasset, & statim [illegible] toto corpore se expandit supra ignem: & magna voce clamans, dixit: Domine Iesu Christe, in manus tuas commendo spiritum meum: & Domino sanctam suam tradidit animam. [illegible] sanctus Eustratius: Amen, & statim iussit Agricolaus sanctum Eustratium abduci in custodiam. [illegible] consuetas preces Deo emisisset, & famulum, qui erat cum eo, vocasset, dicit ei: Age nunc, fac meum testamentum. [illegible] vt ego quoque [illegible] ante Dominum meum Christum.

[illegible]

CHARTA autem [illegible] testamentum, in eo significans, [illegible] sanctas suas reliquias efferri in oppidulum Arabracenorum, & illic deponi: neminem [illegible] omnino [illegible] tangere: sed [illegible] deponi in loco, qui vocatur A[illegible], simul cum Auxentio & Oreste & Mardario & [illegible]: [illegible] sanctis [illegible] Eustratium sacramento adegerunt, dicentes, vt, postquam [illegible] consummatæ [illegible] sancti sui reliquiis, eorum quoque deponerent [illegible] reliquiæ saluæ & integræ. Quas autem in Arabracis habebat [illegible], assignauit ad eos [illegible] quæ [illegible] in [illegible] martyrij. [illegible] mobilium, dimidium quidem distribuit pauperibus, aliam autem suis sororibus: famulos vero suos, donatos [illegible], iussit accipere legata. Hæc cum [illegible], [illegible] autem nocte [illegible] Deum [illegible]. XXIX

S. E[illegible]

EPISCOPVS autem [illegible] Sebastenorum, eo tempore [illegible] persecutionem, qui noctu venit ad eum, & [illegible] ad sanctum Eustratium [illegible] enim de magna eius sapientia, & [illegible] illum discipulum [illegible]. & cum [illegible] custodiam, pronus cecidit in faciem, & sanctam [illegible], [illegible] Eustratium, quod Dominus Deus tantam tibi dedit virtutem. Memento autem mei quoque. [illegible] ergo Respondit vero S. Eustratius: Ne sic facias, pater spiritualis, sed ad eam, quæ est tibi data, dignitatem adspiciens, expecta nocte a nobis impleri tibi debitum. Cum ergo sedissent, dixit Eustratius Episcopo: Quoniam Deo volente, XXX

cras hora

cras hora tertia sum sistendus ante Dominum meum Christum, (ita enim mihi fuit aperte reuelatum) ideo accipe chartam mei testamenti, & lege. Cum ergo legisset Episcopus chartam eius testamenti, rogauit illum cum ijs, qui cum ipso aderant, Clericis, vt testamento subscriberent: & eum adegit interiurando, vt ille ipse surreptis eorum reliquias, & deponeret in eorum regione, in loco qui continetur in testamento, & reliqua omnia impleret: dicens, pro eo labore esse ei reddendam mercedem à Domino nostro Iesu Christo in futura vita. Cum pollicitus autem esset Episcopus se singula eorum esse facturum, rogauit eum, vt ab ipso sanctam acciperet communionem. Sic enim dicebat sanctus: Ex quo tempore fui comprehensus, non communicaui. Allato ergo eo, quod oportebat, ministerio, & impleto sacrificio, accedens sanctus Eustratius, cœlestem accepit margaritam: & repente tanquam fulgur illuxit in carcere, & vox venit, dicens: Eustrati, rectè decertasti. veni deinceps in cœlos, & accipe tuam coronã. Hac voce audita, proni in faciem humi ceciderunt. Tota ergo illa nocte mansit Episcopus apud sanctum Eustratium, eum audiens, & voluptatem capiens ex sermone martyris.

XXXI Cvm mane autem factum esset, recessit, iubens eum valere, & promittens se nihil præteriturum eorum, quæ in suo testamento statuerat. Agricolaus vero cum mane è lecto surrexisset, sedit in tribunali, & iussit sanctum Eustratium adduci. Cum is autem adstitisset, eum vocauit Præses, & dixit ei in arcano: Testis mihi est, ô Eustrati, qui omnia intuetur iustitia, me de te valde angi animo, quod in animum non inducas, vt parcas edicto Imperatorum. Sed publice saltem simula, & specie deos adora, apud te autem crede, & adora Deum tuum. is autem tibi ignoscet propter impositam necessitatem. Nec, cum sis vir tanta doctrina & sapientia, male pereas tanquam vnus maleficus. Si hoc enim esset remotum à periculo, ne id quidem à te requirerem, multos enim puniui tuæ religionis, & nullius sum misertus, neque ab vllo sum flexus. Tui vero magnam curam gero, & propter te tota nocte magno sum dolore cruciatus. Sanctus dixit Eustratius: De hac re ne crucieris, neque propter me venias in periculum: sed quod Imperatorum tuorum continetur dictis, accurate exequere. Ego enim neque simulate, neque vllo alio modo dijs tuis sacrificabo: sed semper Deo meo confitebor in omnibus, & in medio multorum laudabo ipsum. Tua vero tormenta me recreant ac iuuant: & huius rei, si velis, fac periculum. Præses autem cum diu manu vultum texisset, est lachrymatus, adeo vt vniuersa quæ circumstabat turba, cum cognouisset Præsidem misereri sancti, vocem emisisset laudantes benè eratque magnus luctus in ciuitate. Dixit vero sanctus Eustratius: Deus altissimus irritas faciet machinas patris tui satanæ. Ille enim hanc quoque in me excogitat tentationem, vt mihi propositum impediat brauium. fac quod velis: ego enim sum seruus Domini Christi, & aduersor edicto Imperatorum, & auersor eorum abominationes: quoniam sunt execrandi & ipsi, & qui eos colunt. Cum ergo vidisset Præses tam alacre & promptum eius animi studium, vix tandem in sanctum Eustratium pronunciauit hanc sententiam: Eustratium, qui non paruit iussis Imperatorum, & dijs noluit sacrificare, iubeo, igne combusta ferrea eius anima, finem accipere. Hæc cum dixisset, cursu recessit in Prætorium.

Margin: O fallaciam diaboli. — Vide insidias satanæ, vt ne iret in martyrem. — Condemnatur S. Eustratius.

XXXII Cvm autem sanctus abduceretur Eustratius, ijs qui audiebant stantibus, sic orauit: Magnificans magnificabo te, Domine, quoniam respexisti humilitatem meam, & non conclusisti me in manibus inimicorum meorum, & ex necessitatibus eripuisti animam meã. Et nunc, Domine, tegat me manus tua, & veniat supra me misericordia tua. Quoniam conturbata est anima mea, & tristis est dum egreditur hoc corpore. Ne fortè mala inimici potestas ei occurrat, & eam impediat in tenebris, propter peccata, quæ à me in vita facta sunt in ignorantia. Sis mihi propitius, Domine, & ne videat anima mea tenebricosum vultum malorum dæmonum: sed eam accipiant Angeli læti & lucidi: & da gloriam nomini tuo sancto, & tua virtute deduc me ad diuinum tribunal, dum iudicor. Ne me comprehēdat manus principis mundi huius ad hoc, vt me peccatorem attrahat in profundum inferiorum. Sed adsis, & sis mihi seruator, adiutor & defensor. hæc enim corporis tormenta sunt gaudia tuis seruis. Miserere, Domine, animæ meæ, quæ fuit inquinata huius vitæ affectionibus, & eam puram suscipe: quoniam es benedictus in secula, Amen.

Margin: Precatio Eustratij. Psal. 30. — Sin vt vir sanctus me tuit sibi. — Nota hæc verba.

XXXIII. Hæc cum ipse esset precatus, iam accensa fornace & valde ardente, facto Crucis Christi signo, in eam est ingressus S. Eustratius, psallens & dicens: Domine Iesu Christe, in manus tuas commendo spiritum meum: & sic cum pace tradidit suum spiritum, cum ne eius quidem pilum ignis tetigisset. Consummatus autem fuit sanctus Eustratius tertio decimo Decembris. Sanctissimus vero Episcopus Blasius, cum sancti accepisset reliquias, easque cum sancti Orestis reliquijs composuisset, ea impleuit, quæ ipsi mandata fuerant in testamento sancti Eustratij: glorificantes Patrem, & Filium, & sanctum Spiritum: Cui gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Margin: Platus in-trat in fornacem.

Asseruantur Romæ SS. Eustratij & sociorum corpora in Ecclesia S. Apollinaris Episcopi, vbi ad reparandas ingentes clades Germanarum Ecclesiarum ab hæreticis illatas Gregorius XIII. Papa diuino consilio stabiliuit Collegium Germanicum, addidit & Hungaricum, auxitque amplissimis donis ac redditibus, vt tradit Baron. in not. Mart. Rom.

HISTORIA S. LVCIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, VT HABETVR IN PERANTIQVIS MS. CODICIBVS, QVIBVS ANTIQVISSIMA MARTYROLOGIA CONSENTIVNT.

Margin: Ann. 290

I. Cvm per vniuersam prouinciam Siciliæ beatissimæ Agathæ fama * creuisset, & Syracusanus populus per millia prope quinquaginta ad vrbem Catanensium sitienter pergeret ad sepulcrum S. Agathæ virginis venerandum: contigit Luciam virginem venerabilem, nobilissimam Syracusanorum, simul pergere, festiuitatis gratia inuitante, cum matre Eutychia, quæ annis quatuor fluxum sanguinis patiebatur, & nullo medicorum poterat remedio liberari. Igitur dum processionis mysteria agebantur, hæc Euangelij lectio fuit recitata, qua legitur fimbria vestimenti mulier à sanguinis fluxu liberata. Et dum hæc lectio recitatur, dixit S. Lucia matri suæ: Si credis, mater, his, quæ leguntur, crede Agathen passam pro Christi nomine hoc meruisse, vt semper in præsentia habeat eum, pro cuius nomine passa est. Contingeergo sepulchrum eius credens, & liberaberis.

Margin: 13. Decem. — * crebr. fieret. — * quadragi. quinque. — Matt. 9.

II. Igitvr cum peractis omnibus populus abscessisset, prostrauerunt se ante sepulcrum sanctæ virginis mater & filia, & cœperunt cum lacrymis flagitare suffragium. Interea dum orationis prolixitas tenditur, somno Lucia virgo arripitur, & videt in somno B. Agathen in medio Angelorum gemmis ornatam stantem, & dicentem: Soror mea Lucia, virgo Deo deuota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare cõtinuo? Nã & matri tuæ fides tua subuenit, & ecce saluata est: & sicut per me Catanensiũ ciuitas sublimatur à Christo, ita per te Syracusana ciuitas decorabitur: quia iucundum Christo in tua virginitate habitaculũ præparasti. His auditis, expergefacta surrexit tremens, & ait matri suæ: Mater mea, mater mea, ecce sancta facta es. Per ipsã te deprecor, quæ te saluauit suis orationib. ne tu mihi aliquando sponsũ nomines, & ne tu velis de corporis mei posteritate fructũ mortalitatis inquirere: sed omnia quæ mihi datura eras

Margin: Visio S. Luciæ. — S. Agatha ei prædicit Syracusanam ciuitatem eius martyrio decorandam.

eras cuntti ad corruptionis meæ auctorem hominem [illegible], da [illegible] ad integritatis meæ auctorem Dominum [illegible] Christum.

III C v i mater [illegible] Eutychia ait: Omnia quæ [illegible] non [illegible] incontaminata [illegible] diens, ampliaui potius, quam minui, in patrimonio. [illegible] vero [illegible] fuerint, vel esse [illegible], ipsa [illegible] Tege oculos meos, & quodcunque tibi placuerit, de istis facultatibus facito. Lucia dixit: Audi, [illegible], consilium meum: Non satis Deo charum est, qui illi hoc dat, quod [illegible] non potest, & [illegible] S[illegible] tu vis gratum esse Deo, hoc illi da, quo poteris tu vti. Moriens [illegible] nullo [illegible] & quod das, [illegible] cum forte non præualet. Viuens ergo, & salutem tui corporis habens, da Christo, [illegible]

S. Lucia facultates suas distribuit egenis.

hi daturam spoponderas, vel etiam cogitabas, Christo inope tradere. Ig[illegible] quotidie [illegible] virgo cum matre, fiebat rerum distractio, & quotidie necessitatibus pauperum impendebantur.

IIII I n t e r e a dum distrahuntur prædia & gemmæ venduntur, ad sponsi notitiam peruenit: isque sollicitus cœpit inquirere a nutrice sanctæ Luciæ, quid hoc esset, quod [illegible] repente [illegible] prædiorum & gemmarum [illegible] audisset. Cui hæc nutrix caute confinxit: Sponsa tua inuenit possessionem in venalibus, quæ [illegible] & amplius solidos præstet. Hanc eam tuo nomine cupiens comparare, videtur aliquanta distrahere. Credidit stultus carnalis [illegible] testimonium, & animum ab indagatione reuocans, etiam ipse cœpit author esse vend[illegible]. At vbi vniuersa [illegible] distracta didicit pauperibus, viduis, orphanis, peregrinantibus & Deo seruientibus erogata, proponit litem in iudicio Paschasij consularis, dicens sponsam suam Christianissimam contra leges viuere Augustorum. Quam Paschasius corripiens, cœpit ad sacrificia dæmonum inuitare. Cui beata Lucia ait: Sacrificium viuum & immaculatum apud Deum & patrem hoc est, visitare viduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego per istos tres annos nihil aliud [illegible], sacrificaui Deo viuo. Iam quia nihil superest, quod sacrificem, meipsam offero [illegible] hostiam viuentem. Quod ipsi placet, de hostia sua faciat. Paschasius dixit: Ista verba cuicunque tibi [illegible] narrare potes Christiano: mihi autem, qui Principum decreta custodio, ista frustra prosequeris. Lucia dixit: Tu Principum leges attendis, ego Dei leges attendo. Tu Principes times, ego Deum timeo. Tu illos offendere non vis, ego Deum offendere caueo. Tu illis placere desideras: ego, vt Christo soli placeam, concupisco. Tu vero fac, quod tibi vtile videtur: & ego hoc agam, quod mihi vtile esse cognosco.

A sponso suo accusatur.

Iacob. 1.

Sapientissime respondet iudici.

V. P a s c h a s i v s dixit: Patrimonium tuum cum corruptoribus tuis extirpasti & dilapidasti, & idcirco quasi meretrix loqueris. Lucia dixit: Patrimonium meum [illegible] loco constitui: corruptores autem nec mentis nec corporis mei aliquando suscepi. Paschasius dixit: Qui sunt corruptores mentis & corporis? Lucia dixit: Corruptores mentis vos estis, de quibus dicit Apostolus. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Suadetis enim animas hominum meretricari, vt dimittant [illegible], id est, creatorem suum & sequantur diabolum in idolis vanis, & inanibus simulacris. Corruptores vero corporis sunt ij, qui temporalem delectationem præponunt delectationibus sempiternis: & labentem lætitiam perpetuis gaudijs anteponunt. Paschasius dixit: Cessabunt verba, cum fuerit peruentum ad verbera. Lucia dixit: Verba Dei cessare non poterunt. Paschasius dixit: Tu ergo Deus es? Lucia dixit: Ancilla Dei sum, & ideo dixi verba Dei, quia ipse dixit: Non vos loquimini in conspectu iudicum, sed Spiritus sanctus ipse loquitur in vobis. Paschasius dixit: In te ergo est Spiritus sanctus, & ipse loquitur in te? Lucia dixit: Apostolus dicit, quod caste viuentes, templum Dei sunt, & Spiritus Dei habitat in eis. Paschasius dixit: Ego [illegible] faciam ad lupanar duci, vt cum fueris scortata, fugiat a te Spiritus sanctus. Lucia dixit: Nunquam inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Nam etsi in manum meam [illegible] ponas, & per manum meam facias sacrificium, Deus hæc attendit & irridet. De sensibus enim & voluntatibus iudicat Deus. Nam si me patitur violatorem * castitatis, sicut serpentem, sicut latronem, sicut barbarum. Nam si inuitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Paschasius dixit: [illegible] turpitudinem [illegible], nisi modo cæremonijs consentiens Augustorum. Lucia dixit: Iam dixi tibi, [illegible] voluntatem [illegible] nunquam poteris ad consensum prouocare peccati. Cæterum quicquid feceris corpori, quod in potestate tua videris habere, hoc ad ancillam Christi pertinere non poterit.

1. Cor. 15.

Matth. 10.

1. Cor. 3.

Peccatum non est nisi sit voluntarium.

* castitas.

Nulla ratione potest virgo sancta loco moueri.

VI. T v n c Consularis iussit venire lenones, & tradidit eam illis, dicens: Inuitate populum ad castitatem eius, & facite eam tandiu illudi, donec mortua nuncietur. At vbi eam cœperunt velle trahere ad lupanar, tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, vt penitus moueri non posset. Accedentes [illegible] simul multi ex officio, impellentes & trahentes, deficiebant sudore, & virgo Domini immobilis consistebat. Tunc miserunt funes in manus eius & pedes, & cœperunt omnes pariter trahere, & illa quasi [illegible] immobilis permanebat. Itaque angustiari cœpit Paschasius, & [illegible] & vocare magos, & aruspices, & templorum omnium sacerdotes: qui quidem omnes exercebant superstitiones suas contra eam, vt mouerent [illegible] permanebat [illegible] corpus, vt penitus eius vestigia non mouerentur. Tunc Paschasius lotio eam perfundi iussit, credens quod maleficijs staret immobilis. Item adducta sunt multa paria boum, vt ab ipsis traheretur, & omnino moueri non poterat. Dicit ergo ei Paschasius: Quæ sunt ista maleficia tua? Lucia dixit: Ista maleficia non sunt mea, sed beneficia Dei. Paschasius dixit: Quæ ratio est, quod puella fragilis, a mille tracta hominibus, non moueris? Lucia dixit: Si alia decem millia adduxeris, * audient mihi Spiritum sanctum dicentem: Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.

* audies per Spiritum sanctum me dicentem.

VII. T o r q v e b a t v r itaque animo Paschasius, & inter cogitationes & viscerum cruciamenta clamabat. Cui beata virgo ait: Quid cruciaris? quid per diuersa tormenta tuæ tormenta torqueris? Templum Dei me esse [illegible] probasti, iam crede; si non probasti, disce magis. Paschasius vero [illegible] anhelabat, quod [illegible] eshiberi cernebat. Tunc [illegible] circa ipsam copiosum [illegible] accendi, ita vt picem, & resinam, & feruens oleum super eam iactarent. At illa in nomine Domini nostri Iesu Christi stetit immobilis, dicens ei: Ego rogaui Dominum meum Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur in me, vt tibi insultent confidentes in Christo. [illegible] vt [illegible] inducias martyrij mei, vt credentibus timorem tollerem passionis, & non credentibus vocem insultationis auferrem.

[illegible] ab igne.

VIII. T v n c angustiari Paschasium non ferentes amici eius gladium in eius viscera merg[illegible]. Igitur percussa, quandiu voluit, orauit: quandiu voluit, allocuta est turbam circunstantem, dicens: Annuncio vobis pacem Ecclesiæ Dei redditam, Diocletiano de regno suo deiecto, & Maximiano hodie mortuo. Et sicut habet C[illegible] intercestricem pro se sororem meam Agatham: ita me sciant huic ciuitati [illegible] a Domino, si voluntatem eius facientes, susceperitis fidem. Hæc loquente famula Dei Lucia, vt diximus, viuentibus gladio pare factis ante oculos eius ferro vinctus ducebatur Paschasius. Cucurrerant enim relationes Siculorum, quod fuisset prædatus prouinciam. Inde perductus ad vrbem Romam, & ab omni Senatu [illegible], accepit sententiam capitalem. Dei autem martyr Lucia virgo sacratissima, de loco, in quo percussa est, [illegible] mota non est: neque exiit spiritus [illegible], donec venientibus sacerdotibus, & mysteria ei dantibus, atque omnibus dicentibus, Amen, illa emitteret spiritum. In eodem autem loco fabricata est in suo nomine basilica, in qua orationes eius florent nunc & semper, & quousque mundus iste steterit, Amen.

Gladio confossa non moritur statim.

Paschasius iudex plectitur capite.

Sacra Eucharistia percepta, reddit spiritum S. Lucia.

VITA

VITA S. AVTBERTI CAMERACENSIS EPISCOPI, AVTHORE, VT EQVIDEM SENTIO * FVLBERTO. IS EST ENIM, TESTE CHRONICO CAMERACENSI, DOCTOR CLARISSIMVS, IVSSV GERARDI EPISCOPI SCRIPSIT eius vitam, tametsi MS. Codex eius nomen non habet.

(Ann. 6[1]0) (* Vide Molan. in Natal. Sanct.)

(Prolog.) (13. DECEM) MVLTOS secularium gloriæ temporalis spes vana sæpe delusit, quos immoderatus laudis appetitus ad subeundos labores & toleranda pericula accendit: arbitrantes se viuere post mortem, si sui nominis memoriam in posteros vsque dilatarent, dum per triumphales corruptibilis pompæ titulos fabula eos inanis recitaret. Qua rerum specie quidam Philosophorum inaniter excitati, (Hic non damnantur studia literarum, sed curiositas, & studium inanis gloriæ.) popularis auræ gratiam captantes, dum se infirmos tolerandis laboribus sentirent, non simili labore, sed consorti errore, ad scribenda gesta secularium virorum se studio accinxere: qui dum vitam aliam nesciebant, hoc sibi ad quendam quasi fructum beatitudinis proficere æstimabant, si scribendi occasione, ingenia suæ solertiæ in memoriam posteris reliquissent. Sed lectorem meum super his obsecro, quid alter alteri, quid sibi vterque præstitit talibus studijs? Quid enim Dardanus ductor, aut Rutulus ferox suo Maroni, aut iste contulit illis, cum corpora vermib. animas dederit sæuis ignibus? Digna plane, sed siccanda, errorum suorum remuneratio. Nihil ad veram beatitudinem hæc eorum intentio adspirabat, quos constat suorum fructum laborum quæsisse in rebus, quibus nulla sibi oriretur causa salutis, nec profuturi essent ad memoriam posteritatis. Sed quia scriptum est, In memoria æterna erunt iusti: (Psal. 111.) licet eis nostra fragilis memoria non sufficiat ad propriam gloriam, quorum nomina iam in libro vitæ sunt scripta: tamen dignum valde est & summe vtile, eorum ad laudem Domini imitanda gesta recolere, quorum vita sanctitatis profutura est ad ædificationem legentibus, & ad æmulationem virtutum audientibus. (Vitæ sanctorum quid vtilitatis legentibus & audientibus adferant.) Igitur non fretus solertis ope ingenij, sed Spiritus sancti gratia fidens me posse iuuari, pauca quidem è multis scribere proposui, quæ per beatum Autbertum superna gratia ad laudem sui, & ostensionem fidelis sui confessoris dignata est operari: quæ etiam probatissimorum virorum relatione didici, aut sparsim in sacris chartulis scripta reperi: vt habeat sanctum eius collegium ad laudem conditoris, quo se die solenni in diuinis cultibus exerceat: & ad æmulationem sancti operis, quo proficiat. Qua in re lectorem meum obsecro, vt si fortasse incultus sermo peritas aures perculerit, discat imperitiæ veniam dare, cum sciat in humanis partibus nihil perfectum esse: nec tantum periclitetur apud eum audacia scribentis, quantum valeat dignitas imperantis. (Iussu enim Episcopi scripsit author hanc historiam.) Id vero lector à nobis curiosus requirere non debet, vt beati viri gesta continenti ordine scribantur, videlicet quibus oriundus natalibus, quibus initijs sancta infantia, quibus adolescentia miraculis claruit, dum intelligat miraculorum eius summam & maximam partem, à nostra notitia latere: quod certe dubium est, vtrum id scriptorum ignauiæ debeat imputari, an iusto Dei iudicio ascribi, qui stellas claudit quasi sub signaculo, (Iob. 9.) dum videlicet exigentibus peccatis malorum, vita absconditur bonorum.

I. IGITVR humanæ perditionis sortem miseratus Deus & Dominus noster Iesus Christus, peractis paternæ dispositionis sacramentis, & ad cœlum rediturus, nouamque victricis carnis gloriam paternis vultibus præsentaturus, nouos nascentis Ecclesiæ cultores, quibus gregis nouelli cura mandaretur, elegit: qui lumine fidei irradiati, Spiritus sancti munere ditati, mundum ignorantiæ tenebris caligantem, veritatis lumine illustrarent, & virulenta antiqui seductoris semina de agro Ecclesiæ constanter resecarent. Huius Dominicæ institutionis executores primi discipuli, deinde successores eorum, sancti videlicet doctores extiterunt, quos in fine senescentis mundi ad excolendas mentes fidelium, prouidentia diuina præordinauit. (Doctores Ecclesiæ cui dati.) Qui spiritualium talenta donorum à summo patrefamilias accipientes, & prædicandi negocio ad vsuram animarum expendentes: tanto impensius amplificare studuerunt, quanto certiores erant de remuneratione largitoris, & Euangelica sententia conterriti de damnatione torpentis serui. (Matth. 25.) De quorum numero sanctus vir Domini Autbertus & sacerdos Christi probatissimus refulsit temporibus Dagoberti Regis Francorum inclyti. (Floret S. Autbertus tempore Dagoberti R[e]gis Francorum.) Qui ab ipsis sacræ pueritiæ annis superna gratia adspiratus, annosos viros sanctis præibat moribus. Literalibus denique studijs est aditus, & Ecclesiasticis sanctionibus decenter informatus, per gradus singulos proficiens succedentibus virtutum incrementis, prouectus est ad culmen sacerdotalis honoris. Ex gente itaque sorte mortalis naturæ, contigit Albertum Cameracensis sedis Episcopum deposito carnis onere, de hoc mundo transisse. Diuina igitur operatione cuncta salubriter disponente, Autbertus vir conspicuus & successor emeritus, proficiens de virtute in virtutem, eiusdem sedis pontificalem sortitus est dignitatem. (S. Autbertus fit Episcopus Cameracensis.) Porro humanæ salutis author præscius antiquum hostem tanto ardentius gregem Dominicum insecuturum, quanto vicinius instante fine seculi sciret nihil superesse, quod ad tentandum artibus suis vlterius pateffet, aduersus tyrannidis eius impetum, validum defensionis nobis parauit obstaculum, dans nobis Autbertum, videlicet gregis sui pastorem vigilantissimum & custodem animarum fidissimum.

II. CONSTITVTVS autem in sede pontificali, qualis quantusque in ea vixerit, non est nostræ possibilitatis euoluere. altius enim eminet, quam vllo sermone includi valeat. Animalis enim homo percipere non potest, quantus hic fuerit in oculis summi creatoris: cui nihil erat commune cum amatorib. mundi, præter quod curæ pastoralis necessitudine videbatur arctari: quam si inoffense declinare potuisset, vera fides est, quia eremum potius, quam monasterium delegisset. Frequentabatur igitur à populis, ex vicinis & procul remotis vrbibus cateruatim ad eum confluentibus: qui eximiæ conuersationis fama excitati, videre eum anxie sitiebant. Iam vero nisi sexus alternus impediat, cum personæ dignitati faueat, videas Reginam Austri requirere sapientiam Salomonis, (3. Reg. 10.) Regem videlicet festinantem ad consulta Pontificis. Nam Dagobertus, qui tunc temporis inter Francigenas regni monarchiam regebat, celeberrimæ opinionis nuncijs semel excitatus, deposito fastu regalis excellentiæ, crebro ad eum veniebat, & licet terreni regni imperio sublimatus, cupiebat tamen de cœlesti acquisitione à viro Dei ædificari. (Dagobertus rex sæpe eum inuisit.) Qui cum eum de temporalis regni solicitudine, de futuri seculi beatitudine, de iudicij metu, de spe æternitatis familiari colloquio præmoneret, ille eum libenter audiebat, & audito eo multa faciebat: (Marc. 6.) non vt incestus Herodes videbatur audisse Iohannem arguentem, sed vt Ezechias fidelis Esaiam consolantem. (4. Reg. 19.) Verum æstimari non potest, quanto Regis animus resultabat gaudio, quod tanti viri hospicio recipi, benedictione foueri, collocutione meruisset ædificari. Igitur ne ingratus tantis beneficijs videretur, æstuabat animo, quonam modo vberius sancti viri gratiam sibi conciliaret. Tandem à quodam familiari eius audiuit, hoc nullo alio pacto facilius se posse promereri, quam si res Ecclesiæ beatæ Mariæ, cui ipse pater venerabilis, Deo authore, deseruiebat, de suo iure augendas curaret. Nihil enim in rebus transitorijs Episcopo placere, præter quod expenderetur in vsus Ecclesiæ. Tunc Rex, vt erat hilaris dator, fratribus qui in oratorio beatæ Mariæ famulabantur, vnum regalis munificentiæ, fiscum donauit ad subsidia temporalia fratrum, cui Oueng antiquitas nomen imposuerat.

III. SED nos dum Regis mansuetudinem extollendo prædicamus, in viro Dei quanta fuerit humilitatis constantia non tam æstimare quilibet potest, quam admirari: (S. Autberti constans humilitas.) qui inter tanta regiæ sedulitatis obsequia, nullo vanitatis tentamine supplantari potuit. Quod vitium in multis nimium experti sumus, quos ad vnius homunculi salutationem, aut simulatricem adula-

adulationem videas facile iactantiæ spiritu inflari. Qui si aliqua signa vel falsa hominibus ... ostenderentur, proculdubio se prophetas æstimarent, cum diuina non accepissent. Sed nullo impulsu iactantiæ ab arce humilitatis vir iustus deijci poterat, cui etiam ipsa pontificalis honoris sublimitas, quæ plerisque ... solet, plus adiectionis materiam præstabat. Quin etiam cum aliquando ex occasione ... clamor populi excitaretur, ille altiori consilio vulgi admirationem compescere nitebatur, opus illud ... non suæ su ffe fidei, sed diuinæ virtutis: pie secum reputans, meliorem esse infirmitatis conscientiam virtutum ... , vt cum Apostolo videatur dicere: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

2. Cor. 12.

VNDE tum hodierna patris nostri solennitas in laudibus Regis superni nos attentius ... commonet, eos nimirum, quos aduersus sanctum virum requirentes signa scandalizari audiuimus, oportuerat Euangelicæ veritatis verbere contundi, quæ dicit: Generatio mala & adultera signum quærit: vt pharisaici liuoris vitio ad purum excocti, fidei Euangelicæ verba pensarent: quæ ipse author signorum dixit, Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. vt videlicet cessantibus exterioribus miraculis, quibus olim carnales oculi, & infirmi auditores indigebant, iam tandem discerent vitam, & non signa, pensare, quæ longe melius proficit ad æmulationem virtutum, quam ostensio corporalium miraculorum. Visibilibus enim miraculis audientium corda olim ad inuisibilium fidem pertrahebant, dum per hoc quod mirum foris agebatur, hoc quod intus operabatur, ... tur. Nunc autem vita, & non signa quærenda sunt: quia operante Deo, numerositas fidelium excreuit. Sed ne quilibet hic beatum Autbertum indigere arbitretur, vt ad excusandam signorum inopiam, nos de vita potius quam de miraculis loquamur: certe præter illa, quæ, vt iactantiam vitaret, occultauit, neque in hominum notitiam peruenere: multa quidem sunt, quæ hominibus innotuere: neque enim celari potuerunt: ex quibus æstimari potest, quanta illa fuerint, quæ teste nullo solus exercuit. Verumenimuero cum scriptura dicat, Gloria patris, filius sapiens: eis fidelibus auditoribus sufficere poterant de viro D. ad insigne virtutis, quæ per imitatores suos gesse videtur: quia hoc ab ipso sibi acceperunt, quod signis & miraculis ... fuerunt, quod mundi gloriam calcantes, & carnis illecebras declinantes spretis rerum possessionibus, soli conditori toto corde adhæserunt.

Matth. 12.
Ioan. 14.
Gloria patris, filius sapiens.

IV.

SED quia signum de cœlo quærentes à Domino, signum Ionæ audierunt, qui tamen signum Ionæ à mortuis resurgentis non crediderunt, per reuocatum hominem quasi de ventre ceti infernalis, pensanda sunt merita beati Pontificis. Erat namque in Ecclesia beatæ Mariæ, quæ intra muros Cameracæ sedis est constructa, puer quidam nobilis prosapiæ, in villa ortus, quæ ab incolis Vallis nomen accepit, vocabulo Landelinus, quem parentes sunt baptismatis innouandum, & ob fructum salutem animarum, disciplinis sacris imbuendum beato Autberto tradiderunt. Qui licet adhuc teneræ ætatis infirmitate detentus, prætendebat moribus quædam signa futuræ sanctitatis. Quamobrem antiquus humani generis inimicus, qui ab initio bonis actibus resistere contendit, inuidiæ facibus accensus, contra hunc in tentatione se erexit, quatenus & beato viro laboris sui fructum adimeret, & puerum mortis vulnere sauciaret. Futurum enim metuebat, ne per conuersationis eius exempla multi olim excitarentur ad normam iustitiæ persequendam. Sed vnde hostis impurius aduersum beatum Autbertum suæ malitiæ aculeum excitauit, inde ... ctoriæ occasionem inuitus ministrauit. Nam quia sub districta prouidi magistri censura puer adhuc modicus ... batur, ex quo nulla sibi insolentiæ patebat occasio, frustratam sibi malignus spiritus erubescebat victoriam. Vt sumptis in vultis animi robur adolescens crasit, quæ ætas liberior ad quæque audendum semper videtur, continuo hostis improbus se totis viribus ad rebellionis artes reparauit, cœpit subdola tentatione iuuenis animum pulsare, cogitationesque varias & illicitas ingerere: nunc quidem immittens ei memoriam terreni patrimonij, generis nobilitatem, familiæ numerosam dignitatem, rerum gloriam & reliqua vitæ secularis blandimenta. Verum quidam cognati contubernales eius, qui eum paruiori gratia dilectionis amare videbantur, dum se iuueni consulere putabant, pertinacius eum malæ persuasionis ictibus impugnabant. Qui & ipsi eodem spiritu agitati, referebant egregiam iuuenis formam, ... ecclesiastici cultibus occupari: debere potius virtutem veterum imitari parentum, qui militiæ secularis artibus magnam rerum gloriam acquisierunt. Illam autem monasterij regulam, intolerabilem, planam ... ndum, arduam ad exequendum, nemini expetendam, nisi quem animus formidolosus, aut ætas debilior, aut nulli rei ... fortitudini apta, viuere in gloriam cogit & ... Verum sicut solet fieri, vt omnis sermo malus facile mentem audientis inficiat, cum assidua colloquia & diuturnus vsus pestem animis infundere soleant, etiamsi motum tranquillitas sit: tamen sicut stagnum mite, ventis exagitantibus, in æstum assurgit: ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Patet certe fallaciæ ætas iuuenilis, & facile decipitur, cum fraudulentorum ... circumuenitur. Vix etiam resistit dolis ætas senilis, nam & senum prudentia plerumque versutis circumuenta insidijs irretitur. Ergo si maturior vsus sæpe labefactus, neque sibi prospicere potest: quid mirum si ætas immaturior sibi adesse non potuit, quæ tantis perurgebatur insidijs? Prouida itaque Dei dispensatione permissum est, ad tempus præualere improbi seductoris malitiam, non tamen ad * fructum * socialis ruinæ: sed vt manifestarentur opera Dei & merita beati Autberti in illo. Sicque factum est, vt hostis impurus non se ab incepto ante compesceret, quam incautum iuuenem tentans ad sententiam suam inflecteret.

Landelinus nobilis puer S. Autberto à parentibus commendatur. Vide vitam eius 15. Iunij cap. 1.

Forma mali genij ... Vide ... ex ... stultorum.

Locus mendosus ... fructum fi... nalis.

VI.

QVI malesuadæ dilectionis blandimentis mollior factus, concito ceu equus infrenis, rectore contempto, monasterium deseruit, & secularis militiæ armis intentus, postmodum se collegit totũ ad studia rapinæ. & quos huiusmodi negocijs voluntarios audiuit, his tota familiaritate se inferiorem dedit, tanto pronior ad scelera, quo tot et de impunitate securitas, & potentia generis adspirabat authoritas. Timens vero, ne de solicitis parentibus requiri debuisset, neve iudicio nominis inueniri potuisset, mutato nomine, quo appellari consueuerat, Maurosum se appellari iubet. Sane non incongruum talibus studijs agnomen, qui candido ecclesiasticæ munditiæ habitu expoliatus, furtiuam Mauritanæ infidelitatis mentem latrocinandi studio induerat, & perditionis se latebris occultauerat. Quare tum fama excitatus vir Dei, altius quam dici possit, ruina fratris ingemuit: sed & de præsumptione aduersarij pro indignationis motu infremuit. Quid tamen ageret? Itaque vnum, quod ille semper familiare erat subsidium, adijt orationis remedium, multisque pro errantis iuuenis salute precibus Dominum rogat, quatenus respectu gratuitæ pietatis animam captiuam de laqueo inimici erueret, ne hostis immundus Domini gregis damno insultaret. Non autem inanis esse potuit sancti viri petitio, quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Porro humanæ salutis amator competentem famuli sui causam præuidit, qua & piæ petitionis compleret effectum, & sanctæ matri Ecclesiæ ... restitueret filium.

Landelinus ... factus ... ras ... vitæ eius

Multum pro eo orat S. Autbertus.
Psal. 33.

VII.

CONTIGIT quidem, vt cuiusdam diuitis domum diripere cum suis complicibus solito more pararet. Cumque iam incumbentibus tenebris nox tetra inhorresceret, qua illi nefarium opus perficere festinabant, pia Dei dispositione contigit, vnam ex supradictis furunculis morte deprehensum spiritum exhalasse, cuius animam corporeo carcere resolutam, peccatis exigentibus, diabolus secum ad infernalia claustra traxerat. Ad cuius exequias dum insani religionis studio socij excubarent, & Maurosus defuncti dolore vehementer afflictus, se ex lassitudine & tristitia paululũ daret quieti, diuina voluntate, & suffragantibus meritis beati Autberti, datum est adolescenti videre, quantis pœnis illa miserrima anima in inferno cruciabatur, quantis vltricis flammæ incendijs vrebatur, ac si etiam ... ex diuina

Vita S. Landelini cap. 2. Iuuans studium dicit, quod nihil esset præter futurum animæ damnatæ.

ex diuina voluntate hoc daretur ad exemplum formidinis, vt videlicet ex hac consideratione colligeret, quanta ei reatus sui pœna instaret, quem ex consortio criminis similis culpa accusaret.

VIII. Consternatvs vero tanto errore visionis iuuenis, animo æstuabat, quemadmodum tam districtæ animaduersionis iudicium subterfugere valeret: sed ex consideratione criminis onerabatur quasi diffidentia recuperationis. Tum vero in terram corruens, lachrymabilis querimoniæ se vocibus incusabat. Cui assistens Angelus Domini; Quidnam est, inquit, miserande iuuenis: quid inuocuas, auras infructuosis fletibus fatigas? Quid illum importunis precibus inclamas, quem offendere non timuisti? Hæccine est stola, quam ab ipso fonte regenerationis induceras? Hæccine professionis fides, quam, abrenunciato satana cum suis operibus, te seruaturum promiseras? Quid vultus supernos refugis, quos habiturus eras conciues, si Autbertum audisses? Ecce quomodo filius Dei factus est mancipium diaboli. Nunquid Maurosus signatus, Maurosus vnctus, Maurosus renatus? Landelinum in libro nobiscum vitæ Autbertus obtinuerat adscribi: Maurosum diabolus secum inferit chirographo perditionis. Scias vero, quia nō leuiter apud districtum iudicem actum est, quod ad iniuriam suam insolentias tuas tam æquanimiter hucusque portauit, quod fugitiuus eius aut manus hominum impune fugerit, aut mortis laqueum declinare potuerit. Diu enim est, quod tanti pœnam incendij cruciandus subituras eras, nisi intercessio beati Autberti aduocati tui, iram vltricem indulgentia mitigasset. Tibi paratus ignis cruciatorius accenditur, sed Autberti lachrymis flammæ eius extinguuntur. Vel nunc expertus intellige, quid potius eligas: cum tormento duci in barathrum gehennæ, vel cum Autberto frui cœlesti mansione. Sed frustra de liberatio tibi esset, nisi Autbertus præuenisset. Relinque igitur execranda consortia latronum, & Christi militiam assumens, ducem tuum imitare Autbertum. Audi beatissimum Præsulem, & recognosce tuum spiritualem patrem, tuum protectorem, tuum ab æterno interitu redemptorem. Suscipe vero ab eo monita cœlestis doctrinæ: quib. emendatior factus, mereatis stolam, quam perdideras, recipere ipso intercessore. His dictis, Angelus continuo disparuit. Nos vero quale quantumq; æstimare possumus, quod Autbertus, testibus Angelis, virtutum gratia nitet, & apud homines debitæ venerationis officio caret. Porro fuit plena iucunditatis, quod adhuc in terra homo positus, inter angelicos ciues meritis fulget: sed non sine dolore & formidine recolitur, quod supernis

Prec bus S. Autberti euasit geh. nę flammas Landelinus

Reuocatur ab Angelo ad pœnitētiam.

IX. cœtibus coniunctus, inter homines negligentius digno cultu venerationis celebratur.

Iam vero Landelinus angelicis affatibus paulisper recreatus, sed timens sibi subuenire tardius, relicto nefandæ societatis collegio, quantocyus ciuitatem petijt, & si ibi vir sanctus esset, à custodibus diligenter requirit. Qui de præsentia beati viri certior factus, nihilque dissimulandum arbitratus, pœnitentia ductus, pedibus sancti prouolutus, culpam fatetur, errori veniam poscit. Tum vero videres ex longinqua regione prodigum filium redeuntem, & patrem in oscula ruentem. Itaque vir sanctus paterna pietate præstrictus, iuuenem excepit, veniam promittens, si mala præterita melioris vitæ conuersione purgaret. Nihil igitur diffidendum putaret, se pro illo rationem redditurum: quicquid fuerat offensionis, innocentiæ vice computandum, si tamen scelerata consortia penitus vitanda æstimasset. Paratum se iuuenis ad omne satisfactionis genus fatetur, vtpote quem recentis adhuc visionis horror terruerat. At pius pater votis eius congaudens, suscepit eum pœnitentem, quem diu fleuerat à se recedentem, sinumq; et diuinæ aperiens misericordiæ, reddidit eum sanctæ matri Ecclesiæ. Qui in tantum sub disciplina venerabilis patris vigilijs se & ieiunijs, præteritorum agens pœnitentiam, constrinxit, vt in eo eum vidisse & pertimuisse tormenta, etiamsi lingua taceret, conuersatio loqueretur. Itaq; sub seculari habitu in monasterio aliquantulum conuersantem, vir sanctus ad penitus hortatur relinquere seculi negotia, vt liberius meditaretur cœlestia. Paratumq; videns ad omnia, abscidit eius comam capitis, a quo depulerat maculas cordis. Adeptum deniq; hanc dignitatis gratiam, dum animaduerteret in eo sanctitati vigere virtute, per singulos gradus promouit ad Diaconatus officium: ad quod sic apparuit aptus, vt liquido claresceret omnibus, quod Dei gratia ad id electus esset. Paucis vero interpositis dieb. cum magis ac magis se metipsum exigeret in Dei famulatu, beatus Pontifex agens gratias Deo, ad presbyteratus culmen eum euexit.

Lande linus resipiscens, redit ad S. Autbertum

Luc. 15.

Abeo in gratiam misericordiæ ex ipsius.

Vitæ S. Landelini ca. 3.

Post coronam spiritus sui.

Ordinatur Diaconus.

X. Svblimatvs autem in huius apicem honoris, enarrari non potest, quanto virtutum culmine excreuit. Iam vero magistri monitibus informatus, & exercitatæ conuersationis via roboratus, conuenticula vrbana fastidiens, se ad remotiora loca contulit in locis desertis, secus flumenta Sambiæ. Quo in loco solitudinis cum signis & miraculis, & præ conuersationis studijs pollere videretur, multi illic ab eo ad famulatum summi conditoris sunt congregati. Ad emaculandam igitur prioris vitæ maculam, in locis quæ sibi ed refugium & receptaculum latronum parauerat, monasteria construxit, statuens ministros in executione Ecclesiasticæ institutionis: & quos ante socios habuerat criminum, postmodum fecit cooperatores diuinorum mysteriorum. Quæ, si quis vitæ eius seriem, maximumque conuersationis diligentius inspexerit, facile inueniet: præsertim cum monasteriales habitationes, quas ipse construxit, præsentibus potius appareant, quam nostro sermone explicentur. Nam vt de reliquis sileam, quæ fortassis non beneuolis auditoribus fastidio sint, apud Laubias extruxit monasterium in honore beati Petri Apostoli: quod cernentibus quidem ad indicium egregij laboris sufficere potest, quod etiam regijs ditauit muneribus, ac villarum familiæque plenitudine copia: cui quicquid priorum Regum munificentia passim per Francorum acquisiuit regna, delegauit, ut fratrum congregatio ibidem seruiens, egeret his, quæ monachis feruntur esse congrua. Quo in loco regendæ Ecclesiæ beatum Vrsmarum præfecit, virum moribus ornatum, signis & miraculis coruscum: cuius dotem meritorum vitæ ipsius libellus editus insinuat. In præsentis autem exempli negocio, quis non similem Iohanni arbitraretur Autbertum, dum ille ex latrone totum Ecclesiæ prouisorem, iste ex æque latrone, & ex impio raptore, verum fecit Domini sacerdotem? Sed nobis ista interim replicantibus pensanda occurrit immensa pietas conditoris, qui post lapsum peccatores ad innocentiā venire donauit. Iam ex illius sententia maxillā Leuiathan armilla diuinitatis suæ perforatā & credimus & gaudemus, dū vero huic semel in fauces eius lapso & euadēdi aditū aperuit, &, ne vlterius relaberetur, custodiuit.

Item Sacerdos.

Vitæ S. Landelini ca 4.

Condit monasteria.

Lobiense monasterium construitur.

Vide 18. Aprilis

XI. Athenis vero vrbe Græcorum nobilissima, adolescens quidam inclytis ortus natalibus, studijsq; literarum exercitatus, sed & fidei moribus adornatus, ex inspiratione superni amoris patriam parentesq; deserere, cursumque longæ peregrinationis meditabatur assumere: quatenus impensis temporalis exilij mercaretur æternæ portionē hæreditatis. Igitur Romam veniens, oratoria Apostolorum orationis gratia lustrando, aliquātulum temporis expleuit. Qui nocte quadam lassescentibus ex itinere artubus in somnum resolutus, diuinæ iussionis voce monetur occiduos Galliarum fines expetere, paganiq; Hagnon penetrans, congruum suę habitationis locum quærere, vbi oratorio cōstructo, vocationis suæ tempus expectaret. Sciens ergo diuinam prouidentiam sibi semper affuturam, laboriosi cursus non paueret iniuriam, donec ad locum perueniret: vbi inueniret, qui sibi peregrinationis portum indulgeret, & rerum adiumenta præstaret. Qua voce diuina beatum portendi Autbertum, sequentia indicant. Sed iussionem Domini explere desiderans vir Dei Gislenus (sic enim erat nomen illi) regionib. diuersis, insulis & vrbibus peragratis, prospero cursu tandem peruenit ad locum, qui tunc temporis ab incolis Vrsidungus dicebatur, ex consuetudine videlicet vrsæ parturientis: nunc vero Cella vocatur. Qui locus distat trigenis fere millibus ab vrbe Cameracensi: in qua ipse ex diuino oraculo sanctam Pontificem super gregem Christi cura peruigili audierat insudare. At ille noxijs auulsis arboribus, basilicam in honore Apostolorum cœpit ædificare, & studijs bonorum se operum exercitare. Disseminante vero diabolo zelū inuidiæ per corda malorū, auditū est, aliquos, vt est mos adulantium, sancto Episcopo suasisse, ne

S. Gislenus parentibus ac patria relictis iussu Dei venit in Galliam

Vide cap 6. vitæ eius 9. Octob.

Inuidia diaboli.

sineret

sineret illum pseudodoctorem in finibus suis ad iniuriam sui honoris manere, vt qui ad seducendas mentes simplicium, vrbana sapientium conuenticula vitans, in has solitudines deuenisset. Sed vir Domini aduertens fugi[illegible] inuidia potius, quam ratione, compositam: Non est, inquit, nostrum, hominem indiscussum iudicare, neque omni spiritui credere, donec probetur, si ex Deo sit.

MITTITVR itaque nuncius, qui hominem ad conspectum Pontificis accersire debeat, hoc interim proposito, ne vir Dei ex conuentu quouis iniuriæ motu contristaretur. Euocatus autem beatus Gislenus, cœpit Deo gratias agere, quod se per suum Pontificem superna gratia visitasset. Perueniens itaque ad vrbem, sancto præsentatur Episcopo: quem ille, vt flagrabat charitatis dulcedine, sic affatus: Dic, inquit, nobis frater charissime, cuias es, cuiusve dignitatis? Cui ille respondens: Græcus, inquit, natione, Christianus vero dignitate. Athenis vero ortus, Christi baptismate renatus, ita Romam adiens, per Dei præceptum hanc perueni in patriam, super flumen Haguam, in loco qui dicitur Vrsdungus, operor manibus, ædificare gestiens Deo oratorium. Desiderabam equidem tuam expetere sanctitatem, petiturus licentiam agendi, quæ sunt cœpta, sed præuenit gratia tua, quæ nos accersiuit. Intuitus autem almus Episcopus viri sermones, nihilque reprehensionis deprehendens, dilexit eum: sicq; per aliquot dies gratia hospitalitatis retentum, & corporalis alimoniæ subsidio, & sacra spiritualis vitæ colloquio satiauit. Dehinc benedictionis suæ munere donatum, acceptaque regrediendi licentia, cum venerabilis pater hortatur perficere studiose, quæ cœperat, seque peractis, quæ congruerent, oratorium suæ authoritatis benedictione consecraturum promisit. Qui Episcopi promissione lætus, operi ardentius instabat, animaduertens iam ex rerum euentu se illum inuenisse, quem ad ministerium socialis laboris diuinitus audierat sibi promissum. Expletis vero pro modulo suo, quæ monasticis vsibus congruebant, vir Dei venerandum talibus verbis interpellat Episcopum: Tempus adest, pater, quo seruo suo dominus Pontifex promissæ benedictionis munus exoluere debeat. Gaudens igitur venerabilis pater bonis viri studijs, accersito secum beato ac venerabili Dei cultore Amando, cum magna circumfusæ plebis exultatione, monasterium dictum ad laudem Domini, & honorem Apostolorum Petri & Pauli, consecrauit. XII

S. Autberti hospitalitas

Oratorium S. Gisleni consecrat S. Autbertus.

SED & illud prætereundum non æstimo, quod cum superni spiritus in rebus humana solicitudine administrandis, paucis, & illis purioris vitæ munditia præditis, non nisi per visiones, aut obscura mysticæ visionis ænigmata se videri permittant: beatum Autbertum angelos corporalibus oculis sæpe vidisse, multi audierunt. Quod mirum prudentibus videri non debet, cum interius mentis intuitus, corporei adspectus lumen ad spiritualia cernenda accenderat, quem ab infimis rebus virtus continentiæ clauserat. Rerum quidem necessitas exigebat, vt venerabilis pater canonicos suos, qui Atrebati in beatæ Mariæ monasterio famulabantur, visitaturus adire deberet: qui locus olim & ambitu murorum, & frequentia ciuium celeberrimus fuerat, sed gentium infestatione à prisco statu deformatus, crebris ruinis hucusque consistit. Vbi cum de rebus ecclesiæ satis ad tempus tractasset, quadam nocte vt illi erat semper moris, fratribus adhuc quiescentibus, surgens nocturnæ orationis tempus, vsque in lucis crepusculum continuauit. Necdum vero cursum orationis expleuerat, cum se foras, quasi pro refocillandis aliquo releuamine artubus, suspensa interim oratione, contulit, & stans in mœnibus, cœpit piæ meditationis motibus pulsari, quamobrem Vedastus, tantorum spatio annorum vilis sepulchri cæspite clausus, debito honore careret, quem iam supernorum ciuium cõsortio exultantem, cœlestis Hierusalem ceu gemmam virtutum fulgore micantem adscivisset. Etenim à die depositionis eius, vsque ad tempus beati Autberti, sex fuere Episcopi, quibus ipse septimus ad Pontificij culmen successit, cum tot labentibus annis gemma Dei preciosa subterraneo adhuc specu claudebatur, cuius sepulcrum haud longe à dextro cornu altaris beatæ Mariæ distabat. Cum vero tot egregios Christi confessores illis fuisse temporibus audiamus, meritis sublimes, virtutibus illustres, minimis in rebus soliciriores: proculdubio manifestum est, non eorum ignauia negligentius iacere tantum thesaurum, sed diuino iudicio & voluntate beati Vedasti, hoc exequendi muneris ministerium beato Autberto reseruatum. Cœpit igitur animo æstuare, quonam transferri sanctus confessor debuisset, reputans secum, incongruum fore, duo luminaria magna, angustia vnius domus se de cohiberi: videlicet, ne vbi præclara Dei genitricis memoria primarum nominis tenebat, tanti patris gloria obscurior videretur: cum repente aurora rubente, Orientem versus intendens, videt eminus trans fluuiolum, qui Trientio vocatur, virum splendidum, virgam manu tenentem, basilicæ locum metiri: ceu quondam Ezechiel secus flumenta Babylonis corpore positus, in spiritu venit ad terram Israel, vbi in visionibus Dei templum Domini manu hominis vidit metiri. Quod ille cernens, reuelante spiritu, visionem cognouit angelicam. Intellexit igitur vir Dei, beatum Vedastum illuc, annuente Christo transferendum. XIII

Crebro videt Angelos.

Visio S. Autberti. vide cap. 12. vitæ S. Vedasti 6. Februarij. Ezech. 40.

BEATVS igitur Pontifex tali reuelatione certior factus, beatum Audomarum, qui ea tempestate Taruanensis vrbis gregem cura peruigili regebat, ad tam solenne translationis officium inuitandum æstimauit. Qui licet senio pressus, & amissione luminum debilior factus, imbecillioris tamen corporis tantum non formidabat laborem, quãtum beati Autberti mandato satisfacere gaudebat. Difficultatem igitur corporis superabat charitas mentis, Christoque gressus regente, deuotus ad venerandum peruenit Episcopum. At ille cum quid animo gereret, & quid sibi diuinitus esset ostensum, referret, congratulabatur visioni, & se fraternæ sedulitatis studio obedienter accinxit. Iam vero æstimari non potest, quanta confluentis populi turba eo die ad eum locum conuenerit: clerus videlicet, & vtriusq; sexus nõ ignobile vulgus. Parato igitur feretro, & omnib. quæ necessaria videbantur, detecto sepulcro, & imposita antiphona, cum magna reuerentia sanctum thesaurum sustulerunt, paratisque crucibus & cereis, & omnigenis solennis pompæ ornatibus, cum magna plebis exultatione sanctum corpus ad locum destinatum transferre cœperunt. Transeuntes autem prædictum fluuiolum, cum iam suburbanos fines contingerent, & beatus Audomarus sancti Autberti vestigia pedetentim prosequeretur, statim supernæ operationis in se agnouit virtutẽ: vt ei aperte daretur intelligi, quanti essent meriti, & is qui portabatur, & is, quem portando sequebatur. Nam depulsa longæ cæcitatis nocte, statim oculorum lumen recepit, in loco videlicet, vbi in memoriam beati Autberti ecclesia constructa, à præsentibus adhuc cernitur in testimonium præsentis miraculi. Sed quia venerandus vir Audomarus paruipendebat lumen carnalium oculorũ, qui lumen æterne ciuium desiderabat supernorum, illico precibus eandem, quam vltroneus ferebat, rursus impetrauit cæcitatem. Qua in exhibitione miraculi non latet virtus operantis, sed superest quærere meritum optatæ virtutis. Verum subtilius speculantibus dubium esse non potest, quia prætereuntibus meritis sancti Vedasti, fides, vt efficeretur, obtinuit beati Autberti. Stupentibus autem, qui aderant, vario euentu miraculi, beatum corpus ad locum ab angelo designatum honorifice transtulerunt. Quo in loco venerabilis Episcopus monasterium construxit, & ex rebus sui Episcopii in vsum famulantium pro rerum opportunitate donauit: vbi iuxta congruam rerum facultatem fratres in obsequia diuini cultus deputauit. De obitu vero, quo tempore sancti B. Autberti anima carne soluta, supernam Hierusalem petijt, certum quid ad nostram notitiam non peruenit, nonnullis obsistentibus causis, quæ etiam maximam virtutum eius partem à nostra memoria sustulerunt. Fuit autem sanctũ corpus eius tumulatum in ecclesia beati Petri, quæ extra muros ciuitatis tunc erat, nunc vero intra mœnia ciuis est. In qua requieuit vsq; ad tempus Dadilonis Episcopi, qui ei decimusquartus in Episcopatu successit. Hic, cum Nort- XIV

S. Audomarus Taruanensis Episcopus. Eius vita est Septembris 9.

S. Vedasti corpus transfertur reuerenter.

Monasterium S. Vedasti apud Atrebatenses.

S. Autberti sepultura.

manni

manni Galliam depopulati essent, cum magna diligentia sanctum corpus in Ecclesiam beatæ Mariæ transtulit, vbi honorifice collocatum, multo tempore quieuit.

XV. Porro Otho Imperator, Henrici Regis filius, à Fulberto Cameracensi Episcopo dari sibi petiit corpora sanctorum Præsulum Autberti & Gaugerici. Ille vero quibusdam in consilium adhibitis, Theodotici Cameracensis Episcopi, & alterius sacerdotis corpora ei dedit, quibusdam adiunctis è corpore sancti Autberti articulis: prudenter id quidem, ne ciuitas Cameracensis suis patronis orbaretur. Lætus igitur Imperator, præclaras reliquias in monasterio, quod ipse Magdeburgi construxit, reponendas curauit. Porro autem fama Germaniam omnem occuparat, sanctos Autbertum & Gaugericum è Galliis in Saxoniam translatos: sed secus ipsa res habet. Nostris enim temporibus Herluinus Præsul Cameracensis diligenter perscrutatus, beati Gaugerici corpus maxima ex parte reperit. Eius autem successor Gerardus monasterium, in quo sanctus Autbertus quiescit, ab Herluino amplificatum, in memoriam sancti Pauli solenniter consecrauit, sacrumque beati Autberti corpus suis sedibus restituit anno Christi decimoquinto supra millesimum. Qui locus haud procul abest ab Ecclesia sanctissimæ matris Dei, & perpetuæ Virginis Mariæ: in eoque recta fide petentibus, beato Autberto intercedente, beneficia diuina præstantur.

Hæc nostro stylo contraximus.

VITA S. IVDOCI FILII REGIS BRITONVM ET CONFESSORIS, PER FLORENTIVM ABBATEM CONSCRIPTA.

An. 640.

HABETVR IN MS. CODICE GVILHELMITArum Brugensium.

PROLOG. VNIVERSIS sacrosanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, & præcipue confratribus gloriosi confessoris Iudoci, per Francorum & Teutonicorum regna constitutis, Florentius diuina miseratione Abbas indignus, totusque conuentus beati Iudoci de supra mare, salutem mentis & corporis. Frequenti ac deuota nonnullorum de vobis postulatione deuicti, & non minus charitatis mutuæ dilectione vobis deuincti: deuotioni vestræ compendiose scribere dignum duximus, cuius nationis, cuius conuersationis, quantique meriti fuerit apud Deum dum adhuc esset in terris, inclitus ille ac gloriosus confessor Domini Iudocus, qui sibi seruientibus, & vobis ipsum annuatim requirentibus non desistit quotidie patrocinari: cum Christo regnans in cælis, & merito in cælesti regno præ cæteris obtinet principatum, qui pro Christo, patris sui regnum in terris, & terrenum contempsit dominatum.

13. DECEM.

I IPSE namque eximius Christi confessor Iudocus, de illustri procedens genealogia Riouali, qui principabatur in transmarina siue maiori Britannia, quæ modo dicitur Anglia, & postmodum in copiosa nauium multitudine ac manu valida exteriorem sibi subiecit Britanniam: Filius fuit Rethacli Regis Britonum, habuitque fratrem maiorem natu beatum Rodichaelum, qui regnauit post patrem ipsorum Rethaelum. Isti duo fratres, immo duæ gemmæ cælestes, Rodichaelus videlicet & Iudocus, contemporanei fuerunt Dagoberti Regis Francorum: cum quo post graues adinuicem inimicitias, pacificatus est in palatio * Dippiaco amicus Dei Rex Britonum Rodichaelus, magnisque honoratus muneribus ab ipso Rege Dagoberto. Rogatus tamen à Dagoberto Francorum Rege, vt prandere cum eo, voluntati eius & voto non acquieuit Regio: sed eligens mensam Dadonis, qui & Audoenus, postmodum * Rothomagensis Episcopi, eius dignatus est interesse conuiuio: malens inter diuersa fercula sacris eruditionibus ipsius (qui vir erat sanctissimus) informari, quam ex superfluis enxeniorum diuersitatibus in mensa regia fastidium sibi generari.

S. Iudoci parentes & patria.

* for. Clipiaco.

Iudicaelem vocat Aimoinus Monachus lib. 1. Annalium, in Dagoberto.

II. REGRESSVS consequenter vir Dei Rodichaelus Rex in Britanniam, & regnum relinquere præmeditatus & patriam, ac vitam ducere monasticam, fratrem suum iuniorem se, beatum scilicet Iudocum, conuenire fecit, de suscipienda regni gubernatione, vt in suo permanere posset proposito, & monachorum fratrum cohabitatione. Frater autem eius beatus Iudocus non minus eo feruens in diuina dilectione, induciis deliberandi per octo dies à Rege fratre suo vix impetratis: die noctuque anxia cogitare cœpit intentione, quomodo relinquere posset, immo effugere, & regnum & patriam, ac fratris sui, qui regnabat, declinare maleuolentiam. Ipso igitur in monasterio * Lammailmon (in quo literas didicerat) moram faciente, & orationi frequentius hac de causa incumbente, contigit per illud monasterium vndecim peregrinos præterire, prætendentes quod Romam vellent proficisci: Hos itaque insecutus secreto & eis associatus venit Parisios: verum vtrum cum iis vlterius progrederetur in dubio positus, consilium tandem à Spiritu sancto, qui gressus eius dirigebat, in omnibus vtile consequutus, ab itinere, tantum frequentato è populis, & strata declinauit publica, dimissisque sibi à Deo transmissis itineris comitibus, ad Pontiui festinauit confinia, quæ antiquis plena nemoribus, deserta erant & inuia, & ab hominum cohabitatione remota, bestiis solummodo, feris, & auibus habitabilia.

Illius Audoeni vita habetur 24. August.

Spernit terrenum regnũ S. Iudocus.

Latet in cõfinibus Põtiuij regionis Franciæ.

III. DELECTATVS igitur locorum vasta solitudine, super fluuium * Alteiam disposuit habere habitationem. Sed à Duce Haymone obuiam ei facto, forsitan ad hoc à Deo misso, retardatus est ab hoc proposito per spatium septem annorum: infra quos, & literas magis addidicit, & sacros ordines suscepit. Qui tandem sacerdos effectus, filium iam dicti Ducis, qui eum in maxima habebat veneratione, de sacro suscepit fonte, quem vocauit Vrsinum. Elapso autem septennio, iuxta desiderium iampridem conceptum, ad vitam transiens solitariam, mansit in loco qui dicitur Brahic, fluminis riuulis vndique circumdato: ædificatis ibidem Ecclesia & domuncula. Præter plurima quæ per ipsum & propter ipsum Dominus fecit mirabilia, veniebant volucres, & pisces diuersi generis ad sacram eius manum, palpabiles, & receptis ab eo alimentis recedebant quasi domestici & intelligibiles.

Initiatur sacerdotio.

Extruit Ecclesiam & cellam monasticam.

IV. QVADAM autem die, cum ad victum quotidianum non haberet, nisi panem modicum pro se & discipulo suo Vuulmaro: & Dominus in specie pauperis aduenirct, eleemosynam petens, vir Domini Iudocus panem diuidi iussit in quadrantes, & petenti de quadrantibus vnum erogari. Iam vir egressus erat, & ecce reuertitur Dominus in forma egeni deficientis inedia, & de secundo panis quadrante satisfactum est eius petitioni. Nec mora, regressus tertio, quasi esuriens ac deficiens fame, donatus est tertia panis parte. Consequenter visus est aduenire Dominus in altera inopis effigie, rogaturus eleemosynam sicut iam tertio fecerat ante, nec erat vnde reficeretur, nisi de residuo panis quadrante, eum quoque vir Domini Iodocus pauperi erogari iussit. Cui ait Vuulmarus: Nihil nobis vis reseruare pater? Volo, inquit vir sanctus, totum tribui esurienti, quia potens est Dominus etiam hodie nostræ prouidere necessitati. Vix recesserat Dominus, & interim dum consolaretur verus Dei amicus discipulum, de panis erogatione commotum: ecce per fenestram visæ sunt & inuentæ in alueo fluminis quatuor nauiculæ victualibus onustæ, de quibus quis eas adduxerit, vel quo iam victualibus exoneratas reuexerit, nescitur vsque in hodiernum diem.

Ecce quanta fuerit misericordia erga pauperes iste sanctus.

Diuinitus illi transmittuntur victualia.

V. HÆC & alia quæ erga beatum Iudocum Dominus quotidie monstrare dignatus est ibidem miracula, totam longe lateque commouerunt patriam, ad visitationem eius & impetranda ipsius apud Deum suffragia. Quod cum

Al. ad extru[illegible] et templum in honorem S. Martini Episcopi.

Ecce virtutem signi S. Crucis.

diut[illegible] [illegible] non poss[illegible], iam octo annis ibidem elapsis, ad vlterius Domino duce processit desertum, vt[illegible] nimiam declinaret frequentiam, construens [illegible] in honorem beati Martini, in loco qui dicitur R[illegible] fluui[illegible]: vbi plurima ab hoste antiquo, qui[illegible] [illegible] passus est [illegible] annos quibus ibidem commoratus est. Eo in loco aquila [illegible] gall[illegible] [illegible] in sublime, post iniuriam [illegible] iam de gallinis vndecim tot vicibus sigillatim deprædati, per signum Crucis prostrauit ad pedes suos, gall[illegible] [illegible] suum sa[illegible] recepit.

VI. Non longo tempore interlapso, diabolus terribilem mutatus in colubrum, grauiter sanctum Dei mom[illegible] in pede: qua latione accepta, per sanctum Spiritum vt alio transmigraret, con[illegible] ante [illegible] Duce Hay[illegible], val[illegible] cubat eremum, vt inueniret in ea habitationis locum. In qua [illegible] [illegible] idem Dux post venandi [illegible] quo [illegible] aprum, grauiter torquebatur sitis molestia, ac præ sitis lassitudine obdormiuit. E[illegible] [illegible] Domini Iudocus orationi incubuit, surgensque, baculo quo innitebatur terræ infixo, sicut alter Moyses, [illegible] produxit & fontem largius effluentem, quo exhilarati Dux & sua familia, [illegible] sitis extinxerunt ar[illegible] transeuntibus perinde vsque in hodiernum diem aquam administrat sufficientem.

Oratione fontem facit in loco arido.

VII. Progressvs, inde versus mare, in vallicula vmbrosa riuulum ostendit paruum, quo delectatus, [illegible], inquit, [illegible], hæc requies mea in seculum seculi. Haymo [illegible] itaque Dux ad propria reuersus, vt Dei duo [illegible] manibus propriis construat oratoria, vnum sancto Petro Apostolorum principi, aliud sancto Paulo gentium doctori. Deinde profectus est Romam ex mandato diui Martini [illegible] Apostolicæ Pontificis summi, qui longo tempore conc[illegible] conspicere faciem [illegible], ac sanctissimo ipsius frui colloquio: a quo & receptus est cum honore [illegible] ac mult[illegible] obsequio. Verum ibidem edoctus est Spiritu sancto, quem in omnibus magistrum habebat & custod[illegible], vt ad [illegible] suam [illegible], quam [illegible] sibi elegerat habitationem, inde in breui [illegible] a corpore, & transm[illegible] ad Angelorum collegium, ac perpetua diuinæ maiestatis fruiturus contemplatione. Post facta [illegible] [illegible] & [illegible], inter ipsum & Pontificem habita, cum pretiosissimis Sanctorum reliquiis a domino Apostolico sibi collatis reuersus est, cum totius patriæ gaudio, ad Pontiui confinia. Cui in mon[illegible] habitationi suæ [illegible] (vbi [illegible] quiescit sanctum corpus eius) obuiam facta est [illegible] quædam, par[illegible] [illegible] [illegible] cæca, [illegible] oculorum orbibus carens: Hic vbi vir sanctus manus d[illegible] abluisset, [illegible] visione [illegible] nonnis, [illegible] aquis, quæ viri sacratas manus attigerat, faciem & concaua oculorum [illegible], maximam vniuersi, qui aderant, cum admiratione lætitiam, & gratiarum actiones [illegible].

Iam tertio locum mutat, & duo construxit oratoria.

It Romam.

Reuertitur in eremum suam.

Cæca, eius merito illuminatur.

VIII. Dvce itaque Haymone præsente cum innumera clericorum plebisque caterua in occursum eius congregata, sanct[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] deuotione, vir sanctus reuerenter deposuit in nouam [illegible] Ecclesiam, quam præsens Dux [illegible] restaurat: ipse vero Domini sacerdos præparauit se ad [illegible] [illegible] mysteria, stolam ac casulam candida induturus. Qui cum adstaret sacro altari, tertio Idus Iulij, ac diuina [illegible] veneratione tractaret sacramenta, manus Domini visibiliter apparuit inter sacrosancta Missarum [illegible] nia, suum [illegible] sacerdotem contingens & [illegible] benedictione perpetua, cum sequenti [illegible] mirabiliter [illegible]: Qui [illegible] diuitias, & paternæ regni [illegible] culmina, [illegible] paupertatis [illegible] & [illegible], magis quam habitare in tabernaculis peccatorum: præparauit tibi [illegible] Angelorum [illegible], [illegible] loci huius, in quo resolutus, [illegible] & [illegible] custus: vnde [illegible] populi locum huius [illegible] deuotione, & [illegible] corda [illegible] visitatur in tui memoriam, diuina non defraudabuntur gratia [illegible] &, postmodum [illegible] [illegible] sempiterna in cælis.

Ecce quanti fecit [illegible] san[illegible] Domini reliquias patris nostri.

Psal. 83.

Meritum [illegible] [illegible] diuitiis & honoribus huius seculi, quanta sit.

IX. Svas [illegible] [illegible] pretiosa Christi [illegible] [illegible] Iudocus, in carne præter carnem viuens, Angelus [illegible] vel [illegible] homo: [illegible] [illegible] cum Christo Idibus Decembris obdormiuit in Domino, Angelorum [illegible] & Che[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] claritas splendori, & incomparabilis [illegible] odoris) [illegible]. Cuius corpus, quia virgo fuerat, ac immunis a carnali commixtione [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] annor, ac si spiritus vitæ foret in eo. N[illegible] corporis [illegible], vngues manuum [illegible] ac [illegible], & capitis barbæque quasi viueret [illegible] [illegible] & [illegible] omni sabbato. [illegible] Duci Haymoni, Doctricus nomine, manus [illegible] [illegible] ac [illegible] (anno [illegible] Nonis Decembris Domini [illegible] violenter irrupit cum satellitibus [illegible] locum vbi [illegible] corpus S. [illegible] Iudoci. Qui viso [illegible] miraculo statim [illegible] percussus, in amentiam incidit, ac miserabiliter exclamans, [illegible] S. Iudoce, surdus [illegible] ac [illegible] vsque ad diem clausit extremum: [illegible] [illegible], [illegible] in præsenti seculo [illegible] poenam [illegible] a Domino, bis [illegible] punit in idipsum, hac de causa damnaretur in futuro.

Anno 977.

Mortuus [illegible] [illegible] corpus [illegible] [illegible] post mortem.

Dan. [illegible]

Matt. 4.

Vindicta diuina in præsumptuosum Ducem.

X. Hæc de libro vitæ [illegible] beati Iudoci breuiter excerpsimus, vt vobis, qui eius festa peragunt & confratres, eiusque sub patrocinio degentes, aliquo modo satisfaceremus. Prolixitatem vero miraculorum, quæ per ipsius merita Dominus operari dignatus est, penitus pertransire dignum duximus, quia in enumerandis omnibus, nec memoria nec sermo vires suppeditant. Hæc quoque quæ nostris vidimus temporibus missa facientes, pauca in medium proferemus: vtpote de pluribus quos Dominus [illegible] suscitare voluit a morte ad vitam, partim suspendio, partim aqua suffocatis, aut quouis alio mortis genere: quorum vnus Ioannes nomine, per [illegible] aliquando submersus, adhuc penes nos [illegible] monachus. Et alius quidam Deodatus nomine, quem nouit nostra [illegible] monachum, cum adhuc infans iaceret in cunabulis, [illegible] vsque ad nostra tempora miraculo est saluatus. Pater huius Deodati, de quo loquimur, pro consuetudine habebat visitare [illegible] beatum Iudocum, ac vota sua cum oblationibus offerre pro se ac sua familia. Contigit autem tempore quodam cum rediisset a sua peregrinatione, & [illegible] incendium in castro præualuit. Singulis igitur [illegible] occupatis in domorum ac facultatum conseruatione, pater suarum quoque rerum curam gerens, cunas in quibus iacebat infans, reposuit in quodam latere Ecclesiæ, ac ipsum relinquens, beati Iudoci commendauit custodiæ. Tandem igne conflagratis omnibus, & fastigiis Ecclesiæ cum lateribus incendio dirutis, atque in carbones resolutis, infantis iam memor beati Iudoci peregrinus & cultor, constrictus est mente præ doloris angustia: Sanct[illegible] Dei de morte [illegible] (quasi eum occid[illegible] [illegible] dans), filium suum constanter ab eo requirere cœpit: comminans, quod cum de cætero non vellet visitare, nisi suam ei prolem restitueret. Sed nec ibi defuit diuina misericordia, beato Iudoco in subsidium fideliter inuocato: nam qui tres Hebræos pueros olim conseruauit illæsos in camino ardenti, ipse quoque modernis temporibus & hunc a tanto conseruauit incendio. Inuentus est enim infans incolumis in carbonum congerie, qui manu sua tenella tangendo carbones, videbatur cum ipsis ludere. Exportato ante infante a parte [illegible] loco, & a cunabulis leuato, cum omnium [illegible] admiratione, iam ipsæ cunæ, quam fasciæ & panni, quibus inuolutus fuerat, dissoluta sunt ac in cineres redacta: vt omnibus innotesceret euidenter, quod edacitas flammæ, quæ lapidum ac lignorum duritiam valuit dissoluere, tenerum infantem custodiæ beati Iudoci commendatum non potuit lædere.

Puer submersus reuocatur ad vitam.

Dan. 3.

Infans in medio [illegible] conseruatur illæsus.

XI. De cæteris miraculis a Domino per beatum Iudocum operatis, in claudorum, surdorum, mutorum, cæcorum, paralyticorum, & aliorum diuersis infirmitatibus laborantium curatione, non est qui possit finem facere, aut ea numero colli-

Innumera S. Iudoci miracula.

ro colligere. Vnum tamen est, quod de summæ nobilitatis suæ origine, & de regio fastigio, etiam post mortem sibi voluit retinere, ne videlicet in Ecclesia ipsius, vel vbicunque fuerit eius sacrum corpus, aliud ardeat, nisi liquor ceræ. Quod infortunio suo experti sunt quondam tres monachi, qui hæc probare volentes in Ecclesia, vbi sacrum corpus eius fuerat delatum, non timuerant lucernas de sepo deferre: sed frustra, quia nullo modo potuerunt eas accendere. Contigit vero in signum temeritatis suæ, duos ipsorum subitanea morte præoccupari: tertium autem nomine Petrum, qui à quibusdam contemporaneis nostris & visus & cognitus est, oris contractione puniri, qui ita deformis permansit omnibus diebus vitæ suæ, donec spiritum redderet. Vobis itaque sanctum Iodocum annuatim deuote visitantibus, ac vniuersis ipsius cultoribus, sit pax, honor, & lætitia cordis: vosque & vestra Dei conseruet gratia, & post hanc vitam sempiterna coronet gloria: quod vobis secundum suam promissionem præstare dignetur, qui viuit in secula, Amen.

Vltio cælestis in temerarios monachos.

MARTYRIVM SANCTORM MARTYRVM THYRSI, *LVCII, *CALLINICI, PHILEMONIS, APOLLONII ET RELIQVORVM: EX SIMEONE METAPHRASTE.

Habetur in Tomis Aloysij.

ANN. 240.
* Leucij
* Gallinici

I. CVM Dominus noster Iesus Christus, carnis inita societate, benigne, vt dicit Paulus in terra esset versatus, (Misit enim Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege) vt & nos ad veritatis adduceret agnitionem per prodigia, per signa, per Apostolicum sermonem & doctrinam, per præclaros & admirabiles viros, qui postea fuerunt: & omnibus modis procuraret, vt reuocaremur à vitio: qui statim ab initio, nostro generi extitit inimicus, hæc videns, & nostram non ferens correctionem, mouit aduersus nos omnem, vt dicitur, lapidem: & cum ex se nos non posset aggredi, prioribus rursus vsus est machinis, & per alios excitauit seditiones, & bella commouit, & molitus est omne genus insidias. Nam cum artificiose subiisset Decium, qui tunc Romanis imperabat, vehementer conturbabat, Christianos lacerabat, trahebat ad iudicia, eos maximis afficiens suppliciis, & postremo ipsa morte. Causa autem, quod non, relicto vero Deo, vanas & inanes deorum abominationes vt adorarent, persuaderi poterant. Quo tempore fortes pietatis athletæ, Lucius, inquam, & Thyrsus, & Callinicus, re vera Callinicus, nempe præclarus victor, mortem propter Christum elegerunt, prius multis cruciati suppliciis: quæ omnia superarunt tolerantia: & deinde ipsa quoque corpora, tanquam sanctum sacrificium, consecrarunt ei, quem desiderabant. Eos tulit quidem inclyta regio Bythinorum: cum essent autem clari & genere & gloria, multo magis studuerunt sibi parare splendorem ex pietate.

14. DECE. Græci: Latini 28. Ian.
Tit. 3.
Gal. 4.
Quando nõ valet per se, tunc per homines aduersum nos bella diabolus excitat.

II. CVM ergo, quæ in Christianos fiebat, persecutio adhuc duraret, atque adeo magis magisque cresceret: & per vniuersum orbem terræ mitterentur decreta impietatis, & permitteretur omnibus punire Christianos, maxime quibus erat commissa aliqua præfectura Reipublicæ, adstiterunt hi, opem laturi Dei legibus, in quas exercebatur tyrannis, & pietatis veræque religionis ritibus, quibus fiebat iniuria, & per ea, quæ dixerunt, & quæ passi sunt, plurimum adiumenti attulerunt. Venit enim quidam ex Nicomedia per Niceam ad eam, quæ ipsos aluit, ciuitatem, quæ dicta est Cæsarea à quodam ex veteribus Cæsaribus, nomine Cumbricius: cui magnæ curæ erant templa simulacrorum, aræque & sacrificia, & si quid aliud erat gratum dæmonibus. Non ille autem hæc solus, sed etiam contendebat, vt vniuersus exercitus facti huius nefarij esset cum eo particeps: & alios quidem terrebat minis: alios vero promissis & spe bonorum inducebat. Lucius vero, qui inter ciues erat & prudentia & doctrina insignis, & erat etiam genere clarus, sicut diximus, & ex illustri familia, propter hæc valde angebatur animo, diuinoque zelo eius inflammabatur animus. Hinc factum est, vt de cætero non amplius occultam haberet pietatem, neque amplius contineret dicendi libertatem: sed illam ostendendi opportunissimum hoc tempus esse ratus, & in lucem proferendi zelum, quem tamdiu parturiebat, ad impietatis defensorem continuo accedens, Cur, inquit, ô Cumbrici, tam misere & infeliciter in tuam armaris animam, dæmonum insensilia & surda adorans simulacra, & multos assumens ad societatem infaustæ huius superstitionis, vt vel ipsis lapidibus & lignis, videamur homines minus habere sensus, cum oporteat potius agnoscere Deum verum & Seruatorem, & ambulare in luce veritatis, relicto errore tenebrarum & omni vanitate?

Persecutio sub Decio vehemens & atrox.
Cæsarea vnde dicta.
Lucij insignis libertas aduersus Cumbricium Iudicem.

III. HÆC cum in principio dixisset Lucius Præsidi, insipiens ille, & plane amens, animo morsus, & tanquam impium quid & sinistrum, libere prolatam odio habens veritatem, eius tergo statim iussit infligi plagas, & nec eum prius conueniens, nec tentans, an eum posset à sua traducere sententia: sed indicta causa & citra vllam examinationem, vt qui crederet nullam esse spem mutationis, tradidit cruciandum. Martyr itaque plagas illas lubenter accipiens, & propter eas Dominum laudans, incitauit Præsidem ad longe maiorem & grauiorem furorem. Ipse certe fuit sibi causa maiorum plagarum. Nam hoc etiam omnino volebat propter cupiditatem maiorum remunerationum, donec & percutientes lictores defessi essent, & defatigatum esset eius corpus, quod plagis iam fuerat contritum. Ipse vero precabatur, vt ad Deum resolueretur, illum conuenire desiderans. Quamobrem annuentem quoque habuit Præsidem, vt qui desperaret se eum posse vincere in certamine, & illius linguæ non ferret libertatem. Quoniam ergo, inquit, ô Luci, mors est tibi grata, age nos quoque tibi largiamur, quod desideras, quomodo nos scimus esse largitos multis Christianis, qui fallebantur similiter: & statim iubet sancto ciuitate expulso caput amputari. Ducebatur itaque martyr à lictoribus, non mœstus, nec timens, neque vllum doloris vestigium vultu præ se ferens: sed totus lætus & alacris, perinde ac si abduceretur, non vt caput ei amputaretur, sed potius vt coronaretur: quod quidem erat in cælis consecuturus. Procul ergo abductus à ciuitate, sic pie consummatur, & vere beatum ei caput amputatur. Sed cum quidem iam deinceps habet cælum, quæ non corrumpitur, corona coronatum.

Iubetur flagellari.
Ducitur iucundus ad mortem.
Decollatur.

IV. CVM autem Cumbricij fama peruasisset in omnes partes, & laterent omnes Christiani propter illius crudelitatem, diuino zelo vndique armatus Thyrsus, (erat autem is quoque honesto loco natus) & proficiscens ex regione Bythinorum, venit ei in conspectum, &: Salue, inquit, ô optime Præses. Cum is vero ipsi quoque parem reddidisset salutationem, Licetne, dixit Thyrsus, dicere vobis, qui geritis magistratus, ea quæ quis velit, an solum oportet vestris se iussis submittere, & nec vocem quidem omnino emittere? Præses autem, vt videtur, oblitus quemadmodum ante cum cum Lucio egerit: Licet, inquit, neque vlli in hunc diem adempta fuit hæc libertas: & maxime si ea possit dicere, quæ in commune conferant. Thyrsus autem: Quænam, inquit, dici possunt vtiliora iis, quæ prosunt animæ? Ego enim videns te multis damnum afferentem in eo, quod est salutis præcipuum: & à recta quidem abducentem sententia, miserabiliter autem abducentem ad errorem simulacrorum: & plane sciens te totam ignis gehennam in tuum caput, aut in animam potius accendere, duxi expedire cum ea, qua par est, fiducia ac libertate libere tecum agere, tecumque disserere, & ex te scire, quanam de causa relicto cæli & terræ & hominum opifice, opera manuum, quæ facta sunt ab hominibus, statuisti potius adorare, dicens, Pater meus es tu, vt dicam cum diuino Ieremia: & lapidi, Tu me genui-

S. Thyrsus vltro se offert Cumbricio.
Insignis ei dicendi libertas.*
Ierem. 2.

genuisti: & ad Deum, qui te genuit, tergum vertens, & non faciem tuam: & omne studium conferens, nullamq; [illegible] aut necessitatē prætermittens, vt omnibus hominib. si fieri possit, persuadeas, vt malæ opinioni [illegible] participes.

A D hæc Præses: Importuna hæc & nimia dicendi libertas, ostendit te laborare morbo [illegible] qui [illegible] V. Christiani. Verum enim vero mansum harum interrogationum & nugarum solutiones mitte iis, qui [illegible] lis, qui publicis scilicet sunt curis vacui. Illi enim singula horum aperte tibi soluent. In præsentia [illegible] peratoris, & accedens, diis sacrifica. Sin minus, importunorum verborum opportunam inuenies tormentis [illegible] munerationem. Ille vero, Cum sitis, inquit, Dei figmenta ratione prædita, qua vos ille honorauit, [illegible] facere oportet & contra rationem: sed iudicio & diligenti examinationi omnia permittere. Si [illegible] quæ citra vllam rationem decreta sunt ab Imperatoribus, cum nulli nunc non sit persuasum, vt abstineat Ch[illegible]mum, fac ipse, quod est tibi constitutum. Cumbricius vero: Forte, inquit, quod tecum benigne & leniter agamus, ideo te arrogantiorem effici eius & insolentiorem. Sed cum te videam adeo intelligentem, & tam acuti & solerti ingenij, suadeo vt pareas antequam crucieris. Nam pulchra quidem res est mutatio in melius, quandocunque ea facta fuerit. Sed neque ipsum id, quod oportet, intelligere, neque alteri dicenti parere: cum multa autem prius passus sis tormenta, deinde discere id, quod est vtile, non existimo id effugere suspicionem amentiæ. Vade ergo iam ad templum, & diis redde quæ iusta sunt. Si enim & eorum, quæ præcesserunt, veniam consequeris, & magno Imperatori euades familiaris, & toto vitæ tempore à nobis in honore habeberis. Martyr autem: Ego, inquit, de rebus præsentibus diu deliberaui, neque me omnino ag[illegible] nunc est minime præmeditatum. Nam cum rem prius multis examinassem ratiocinationibus, & vestra simulacra, immundaque altaria & sacrificia summe irrisissem, puram & veram tandem elegi Christianorum. Quamobrem si quid tibi contra nos permissum est ab Imperatore, ne sis negligens.

Rationalis homo, omnia quæque studioso & diligenti examinatione ponderare debet.

Egregia illius constantia.

Dire pugnis cæditur.

Vide innumera supplicia.

Alij cruciatus.

Martyr fit seipso robustior.

S T A T I M ergo cum illi tamdiu intumescerent animus, adolescentes aliquot manu valentes, vehementer insul- VI. tantes, iussit pugnis cædere martyrem. Deinde cum eum loris è summis manibus & pedibus fortiter alligassent, vtrinque violenter trahebant, adeo vt ei soluerentur compages articulorum, membratimque & particulatim is disceperetur. Ille autem etiamsi hæc pateretur, non modo vultu nullum signum doloris præ se tulit, sed visus est potius lætior, florentibusque genis ac purpureis. Qua de causa hoc non sufficere ad cruciatum ille immitis arbitratus, & alioqui inuidens alacritati & floridi vultus, martyrem quidem soluit è vinculis: cilia vero & oculos iubet ferro confodi. Hoc autem facto, veluti diuina quadam audacia repletus Thyrsus, Præsidem maiori arguebat libertate, & iis, quæ ab illo patiebatur, vtebatur ad ea probanda, quæ ab eo dicebantur. Animum ad me attende, dicens, quem, quod ad te quidem attinet, innumerabilibus tradidisti mortibus: & vide ineffabilem Christi mei potentiam, quemadmodum nos impleat audacia, & virtute [illegible] accingat cælesti: & permittat, vt sim particeps propriæ eius formositatis. Nam quo mihi corpus magis perdis, eo maiorem mihi adiicis pulchritudinem. Quæ enim pro Domino suscipiuntur stigmata, quouis ornamento pulchrius adornant & animos & corpora: & sanguis, qui pro ipso funditur, veluti nos irrigans, efficit vt simus vultu læto & alacri.

Alij sæuissimi cruciat⁹.

O inuictum martyrem.

Fallacia diaboli.

A D hæc autem vir ille pestifer & exitiosus, cum non haberet quid ageret, aut quomodo viri illius generosi re- VII. primeret loquendi libertatem, & illius linguæ vitaret plagas: ei vero cruciaretur animus, & ira ferueret, iubet glandibus [illegible] eius verberari maxillas vna cum dentibus excuti martyri. Sed cum hunc quoque sustineret cruciatum athleta, eadem quæ prius erat ei lætitia & alacritas, & in omni tempore benedicebat Domino, & perpetuo in ore eius canebatur eius laudatio: quæ quidem iræ fornacem accendebant, & flammam magis excitabant Præsidi. Quid ergo? Ne putes, inquit, ô Thyrse, fore vt hucusque tibi sistantur, quæ sunt grauia & aspera. Nam quæ præcesserunt quidem, erant parua quædam, & quæ temere tempus nobis suggessit: quæ autem deinceps, ostendet tibi experientia, & scies de cætero, qualia sunt præmia eorum, qui non obediunt. Martyr autem, Euge, inquit, ne hæc maxima nobis bona inuideris. Non inuidebo, inquit: sed illa tibi pro viribus suppeditabo affatim & munifice. Statim autem supra ignem liquefactum est plumbum, & lectus fuit propositus, & super eum pronus est martyr iussus. Hic vero mihi considerata, quam esset Præses improbus & peruersus. Interim ad eum adducit quosdam præstigiatores, & qui erant apti ad persuadendum, tentans martyris dissoluere & enervare constantiam: qui quidem cum eo iucunde colloquebantur, & consulebant, vt aliquid remitteret de hac nimia pertinacia, & tandem pareret Præsidi. Sic enim, inquiunt, & imminens effugies periculum, & magnorum eris bonorum particeps: ignoscet autem omnino Deus tuus imbecillitati naturæ & hoc omnino non ægre feret, cum sit magna ex parte benignus & clemens, vt audiuimus.

Feruens plumbum in eius corpus funditur.

Nihil eum lædit.

Vide miraculum.

M A R T Y R vero: Propter hoc ipsum, inquit, stabo fortiter, & pro ipso tormenta sustinebo. Si enim vos, cum VIII. auditis nunquam terminanda, quæ vos manent, supplicia, nequaquam conuertimini, neque declinatis apertum animæ periculum: cur non ego hos, qui sunt ad tempus, magno & generoso animo sustinuerim cruciatus, qui regnum cælorum habent remunerationem, & bona, quæ sunt post hæc nos exceptura, & perpetuo futura? Sed quamdiu vos maligne vestra sponte vos geretis, contra tam manifestam contendentes veritatem? adeo vt vel hoc plumbum vestræ malitiæ ferat testimonium, & multos tradat igni, qui non potest extingui, vt impietatem vestram immedicabilem puniat in æternum? Atque ille quidem hæc dicebat, diuina eius cor implente gratia: Illi autem (vilia enim sunt, ait diuinus Iob, veri viri verba) cum nugari putantes & loqui temere, feruens adhuc plumbum & valde candens, in nudum eius tergum effundunt. Plumbum vero in superficie tantum & leniter id attingebat, nihil omnino eum offendens. Illinc autem repente tanquam fluentum aliquod profluens (opus est hoc, ô Christe, tuæ virtutis) interimit multos ex incredulis. Atque martyr quidem è lecto surgit illæsus: miraculum vero ingenti timore afficit eos, qui aderant: quinetiam ipsum Præsidem valde obstupefacit.

Esa. 42.

Cælicus consolatur. Iterum mittitur in carcerem.

C Æ T E R V M quum oporteret intelligere, & agnoscere quisnam esset, qui posset hæc facere, erat ille sua spon- IX. te vere cæcus, (Vidistis enim sæpe, inquit Esaias, & non custodistis: apertas aures vestras, & non audiuistis) & magis iratus fuit martyri, & eum vocauit præstigiatorem & veneficum, & quæ sunt huiusmodi. Deinde etiam eum acerbioribus affecit suppliciis. Sed ille permansit conseruans adhuc eandem animi fortitudinem, & vox quædam ex alto: est audita, quæ athletæ magis addebat animum: & impiorum quidem perturbabat animos, dubiosque reddebat & perplexos: pios autem fidei petra stabiliebat, maiusque & alacrius animi studium afferebat. Non ferens itaq; Præses dedecus, sanctum statim vinctum mittit in custodiam, dicens opus esse maiori deliberatione, & nouis tormentis adhuc esse hunc monstrorum effectorem, cuius est insignis amentia & insolentia. Ille vero tunc Domino supplicabat vehemētius, & rogabat, vt ei fieret coniunctior: precabaturq; vt per baptismū adoptaretur in filium. Nōdu enim erat mysteriis initiatus, & nōdū absolutus in rebus Christianorū. Ille vero circa mediam noctē ad eum accedit, & baptismum dat ei dupliciter: nunc quidē per aquam: paulopost autē etiam per martyrium, quo quidē ipse quoq; fuit baptizatus.

Diuinitus ei carcer patescit.

S T A T I M ergo & ianuæ carceris sua sponte sunt apertæ, & solutus fuit martyr à vinculis: & egressus è carcere, X. venit ad quendam Philæam Cæsareensium Ecclesiæ Episcopum, qui propter terrores impiorum, & sedem & cœtus declinans, seipsum celabat & occultabat. Hic ergo Episcopus, qui olim de Thyrso, & de eius libertate & animi magnitudine audiuerat, eumq; admirabatur, & in honore habebat, cū eū tunc vidit ad se accedere, protinus procidit ad eius pedes. Ille quoq; cū similiter procidisset ad pedes Episcopi, cū erigit, &, Noli, inquit, ô venerāde pater præripere id, quod

id, quod à nobis tibi debetur: accessimus enim, vt benedictionem assequeremur, non vt benediceremus. Cum dixisset autem Episcopus, oportere eum benedicere, vt qui præbuisset satis magnam virtutis probationem, & splendidiorem effecisset vestem spiritus per asperarum & difficilium rerum tolerantiam: Martyr, Propter hoc ipsum, inquit, huc accessi, vt indueret veste incorruptionis, & per aquam & Spiritum sanctum regeneraret. Nondum enim sum diuinum baptismum consecutus. Ne cuncteris ergo, sed facias quæ desidero, & quæ pietati conueniunt. Cum protinus ergo peracta essent, quæ in eo fiunt, Thyrsus sanctum suscipit baptismum: & deinde adiiciens, Domine Iesu Christe, Deus meus, dicit, qui me dignatus es per aquam consummari & Spiritum, dignare me, vt ego eodem, quo tu, baptizer baptismo, & bibam tuum calicem, & tuæ morti conformer. Deinde etiam cum pauca esset locutus cum Episcopo, & se inuicem impertiti essent benedictionibus, martyr reuertitur in carcerem, prætereunte ei diuino lumine & sequentibus Angelis, vt ij aperte videbant, qui digni erant videre. Quo in loco rursus consuetis inuigilabat precibus, & cum Deo loquebatur per otium.

Baptizatur a Phileà Episcopo Cæsareensi.

XI. Alio autem alium studente vincere in vitio, & Imperatori inprimis impio volente gratificari maiore improbitate, Syluanus quoque quidam, genere quidem Persa, dignitate autem Comes, in suppliciis vero de piis sumendis crudelis & inexorabilis, petiit ab Imperatore, vt esset examinator eorum, quibus permissum est punire Christianos. Cum ergo liberam, & reddendæ rationi non obnoxiam in eos accepisset potestatem, venit Nicæam, libamina & sacrificia peragens dæmonibus, & eis conuiuia celebrans sanguine Christianorum. Hic de magno Thyrso ei significatur, quod & nullis vinci posset tormentis, miraculisque & prodigiis homines obstupefaceret. Statim autem mittit quosdam ex suis, vt simul quidem & virum seruarent tutius, & verbis quoque ipsi eum adorirentur, & compellerent ad negandam religionem, & terrore Comitis animum eius prius labefactarent. Deinde ipse quoque accedit: & primam quidem magnifice sacrificat maximo, qui est apud eos, Ioui: Sequenti autem die cum simul cum Cumbricio sedisset pro tribunali, & Thyrsum sisti curasset, omnibus audientibus ea iubet legi, quæ fuerant prius examinata. Quod cum factum esset: Ne existimes, inquit, ô Thyrse, ea quæ instant fore similia præcedentibus: sed quod Imperatori futurus es coniunctior, & quo tibi maiores habebuntur honores, si illius decretis parueris: eo rursus acerbiora senties supplicia, si pergas hanc improbam tenere opinionem. Martyr vero: Qui me tui, inquit, consiloris suppliciis fecit potentiorem, Dominus meus Iesus Christus, ipse mihi quoque nunc assistet, & à vestris manibus eripiet, qui ipsi soli seruio, & eum solum noui Deum: simulacra autem & deos gentium apertū ludibrium voco & deceptionem. Sed si mittes vim afferre, mauis persuasione, & eis, quod rectū est, indicio credere, dic mihi iam, cuinā & quemadmodū me vis sacrificare? Ego aūt si nihil potero cōtradicere, parebo omnino, & nō aduersus res validas inaniter decertabo.

Syluanus Comes crudelissimus.

Coram eo sistitur S. Thyrsus.

XII. Excipiens itaque statim Syluanus: Eamus, inquit, in templum, & tunc tibi erit manifestum, cui sis sacrificaturus. Cum in proximum ergo templum iuissent, quod erat Apollinis, hic Comes dixit, ostendens imaginem: Hic est deus, quem colimus: eum cum placaueris, ô Thyrse, & obtuleris sacrificium, validum habis custodem, & aliorum deorum parabis tibi beneuolentiam. Martyr autem, Vide, inquit, quonam offeram sacrificium, & quemadmodum eum placabo. Cum omnes vero in eum animum attendissent, ille manus simul & oculos in cælum tollens, Dei virtutem inuocat ineffabilem: & cum tonitru repēte erupisset, in terrā cecidit statua Apollinis, & resoluta fuit in cinerem. Conuersus ergo martyr ad eos, qui circumstabant, Videte, inquit, quod qui sunt apud vos dij, sunt solum figmenta, qui nec veri Dei possunt vel solā sustinere inuocationem. Ad hæc ira inflāmatus Syluanus: Ego tuas, inquit, præstigias omnino cōterā & delebo, & ostēdā quænā percipiatur ex eis vtilitas. Cōtinuo aūt iniectus est martyr in ferreā quādā machinā, & eum ferrei discerpebant pectines: & auellebantur quidē fimbræ corporis: carnes vero cōtinuæ defluebāt in terram: promptum aūt & alacre eius animi studium non dissoluebant, sed eius zelum & ardorem magis irritabant.

Vide mirandam vim precum S. Thyrsi.

Horrendis afficitur cruciamentis.

XIII. Qvoniam autem visus erat deficere, & ne minimum quidem vitæ ei videbatur esse reliquum, relaxatur quidem è tormentis: Cum eum autem sistendum curasset Comes, Vis, inquit, rursus vti prioribus tuis incantationibus & maleficiis contra deos, vt tibi quoque rursus largiantur secundas remunerationes? Atqui totum tuum corpus tormentis est consumptum: propemodum vero tibi quoque deficit anima. Ipse autem, quem colis, & quem tuum dicis adiutorem esse Deum, vbi est? Sed quamdiu perseuerabis in iis, quæ sunt inutilia, & non videbis vtile, quod est propositum ante oculos? Martyr vero: Quid non sentis, inquit, Christi, quæ est in me, virtutem, quæ mihi adest manifestissime, & me aduersus hos insultus confirmat? Quomodo enim corpus terrenum & adeo imbecillum, posset talibus resistere difficultatibus, si non ei superne diuinum daretur auxilium? Vt qui ergo certe scias esse immutabilem mihi confessionem, & nulla ratione meum posse animum conuerti, fac quod tibi visum fuerit, & à nullo abstine eorum, quæ statueris. Tunc eum iussisset Syluanus maximum afferri lebetem: & cum quidem aqua impleuisset, & vehementer bullire fecisset, è Thyrsi autem pedibus funem alligasset, eum demisit capite. Ille vero ne in tali quidem periculo constitutus, eguit defensore. Sed ille quidem Christum inuocabat, pro quo hæc pati elegerat: lebes autem protinus est disruptus, & aqua est effusa: & illæsus conseruatus fuit martyr. Porro autem Iudex tam aperte videntibus omnibus pudore affectus, arrogantioribus vtique & superbioribus verbis tegebat dedecus: In teipsum, dicens, ô Thyrse, vteris præstigiis & incantationibus. Nam quo magis contra aliquid machinaris, mihi quidem iram magis accendis: in teipsum vero acerbiora comparas supplicia.

Præclara eius vox.

Ecce tyrannum immanissimum.

Martyr diuinitus liberatur.

XIV. Sed tunc quidem cum esset aliis curis occupatus, martyrem rursus tradit in custodiam. Postea autem cum Apameam maritimam quandam ciuitatem cum illius loci Præside esset profecturus, vinculis Thyrso iniectis, iubet eum per eos, qui ipsum sequebantur, pone trahi. Cum vero non procul essent à ciuitate, arbitratus Syluanus primum quidem turpe esse eum circumducere: deinde etiam & vinculorum & longæ viæ perpessionem, pietatis constantiam relaxasse martyri, aliam rursus ei adhibet periclitationem: & cum ingressum paululum sustinuisset, producit Thyrsum in suum conspectum, & dixit: Vel dic te sacrificaturum, vel à vita misere excedes. Cum is autem prioribus consequens dedisset responsum: quin etiam subiunxisset, Immo vero vestræ mox erumpent animæ, ad maiorem iram ipsi sunt incitati, & iubent eum cum plagis trahi Apameam vsque: Illic vero cum suis, aiunt, præstigiis in mare iaciatur: in quo malus male peribit, & nec sepulturam quidem consequetur post mortem. Nondum peruenerant in ciuitatem, & martyris euenit prædictio. Nam Syluanus quidem repente fuit membris solutus: Cumbricius autem vehementi febre correptus, ambo miserabiliter vitam quarto die finiere. Fertur vero, terram non admisisse eorum corpora, donec martyr precatus, eam prosilientem & se vibrantem placauit, & miseris illis reconciliauit.

Prędicit tyrānis interitū ipsorum.

Tyranni pereunt.

XV. Cvm isti tam infeliciter è vita excessissent, & suæ in martyrem insolentiæ iustas pœnas dedissent, in custodia & vinculis Thyrsus ab illo die vigintitres dies fuerat conseruatus. Deinde venit quidā alius Pręses, non solius eius, quam prior habebat, potestatis, sed morum etiam successor: qui barbara lingua nominabatur Pandus. Is cum venisset Apameam, & in medio concionis, quæ ipsi erat congregata, constituisset, & quæ de Imperatore dici solent, dixisset, scrutans deinde quæ facta fuerant ab iis, qui ipsum præcesserunt, & acta illorum perlegens, incidit in ea, quæ de martyre Thyrso decreta fuerant. Et cum partim quidem ex actis, partim autem ex circumstantibus omnia didicisset, publicū in diem sequentem ei theatrum congregat: & cum examinandum Thyrsum produxisset in medium: Tu es, inquit, Thyrsus, qui Imperatorum iussa, contumelia afficis, & in ea te insolenter geris, & magni dei Apollinis contriuisti statuam? Ille

Eis succedit Pręses æque crudelis, nomine Pand'.

Coram illo exhibetur Thyrsus.

tuam: Ille vero, Ego sum, inquit, qui non parco iniquis edictis, neque operibus manuum hominum offero sacrificium: sed soli Christo sacrifico sacrificium laudis, & eum verum Deum nomino. Ille autem similiter nugans, atque Iudices qui præcesserant, & putans se posse minis terrere eum, quem terrere non poterat: Tu fortasse, inquit, ideo sic magnifice loqueris, quod putes te simile nunc quoque habiturum esse iudicium, & cruciatus adeo tolerabiles, & audacter ac confidenter loqueris. Sed hæc te nihil iuuabunt, cum nostrorum tormentorum feceris periculum. Quamobrem vanis relictis sermonibus, accede & dijs sacrifica. Sin minus, cum passus fueris, scies, & fortasse obliuiscere omnium præcedentium. Martyr autem: Scio, inquit, vnumquemque vestrum contendere, vt præcedentes crudelitate & impietate superet. Sed mea est in Christo fiducia, fore vt & vestros insultus facile feram ac superem, & martyrij corona sim redimitus. Et sic quidem admirabilis athleta.

Hæc quidem valde conturbabant & pungebant communem inimicum, nec ferre poterat pietatem resplendentem in martyre: sed ad eum latenter accedens, ei consulit, & qualia ei, qui eum præcesserat, suggesserat, etiamsi diuina è superis sententia euentum prohibuerat, talia huic nunc suggerit: & hinc cum statuisset Iudex, esse laboriosissimum, qui in aquis accipitur, interitum: & hinc rursus duo contingere grauissima, nempe quod & martyris corpus careat sepultura, & Christiani hoc damnum patiantur, vt qui non fruentur reliquijs in communes vtilibus: cum eum tuto ex omni parte ligasset, & in saccum immisisset, dimittit in mare triginta stadijs procul à litore. Sed ignominiam rursus, & dedecus rursus apertè induerunt, qui magnifice & elate aduersus eum loquebantur, & incassum visi sunt consilium cepisse. Nam cum repente saccus fuisset diruptus, chorus virorum candidatorum (ô miraculum!) accipit martyrem: & tanquam per siccum solum ingredientem, rursus deduxerunt in terram. Cum hoc ergo vidissent, qui eum in profundum iecerant, repente tremore & timore affecti, veniunt ad Præsidem, & quod factum fuerat, renunciant. Ille aût cito venit ad littus, furioso & cædem spirante vultu intuens: & cum solum stantem vidisset martyrem: Certe magnæ sunt, inquit, vestræ præstigiæ & incantationes, per quas sic etiam mare, vt video, frenatis, & contra naturam naturæ vim affertis. Sed eæ vobis nihil omnino proderunt: immo vero plures cruciatus afferent, & tandem violentissimam mortem conciliabunt. Martyr autem: Quousque non intueberis, inquit, tu qui es aperte cæcutiens, & dijs tuis parentum similis: Nam cuiusmodi, inquit, sunt hæc præstigiæ & incantationes, ut faciant elementa, & ea accipere cedentia voluntati? Quis autem eorum, qui sunt apud vos præstigiatorum, aut eorum, quos vos deos esse censuistis, quorum sunt præstigiæ & deceptio, quorum vita & dolosa omnia figmenta & artificia: quis eorum omnino tale quid fecit, vt homo qui iacitur in profundum, Angelorum manibus suscipiatur, & pedes mare transmittat, illæsusque & sospes in terram veniat?

Ad hæc Præses: Etiam si sit plane difficile, ei, qui captus est errore Christianorum, vitam eripere eo modo, quo XVII.
quis [illegible], propterea, quæ ipsi contra callide excogitant: at ego tibi simul & difficilem & celerem mortem excogitabo. Iu[illegible]tiatum autem [illegible] Cæsaream, hic quoque me sequatur, dixit ijs qui adstabant, vt tractus, & virgis valide tergum cæsus: vt illic consequatur ea, quæ desiderat, præmia & remunerationes. Hoc autem facto, postquam intellexissent Cæsarienses nouum accedere Præsidem, qui Thyrsum adducebat in vinculis, omnes simul exierunt, specie quidem vt Præsidi irent obuiam: re vera autem, visuri Thyrsum. Desiderabant enim eum videre, vt qui vel ex hoc solo possent consequi gratiam. Postquam vero fuerunt in ciuitate, martyr quidem statim coniectus est in carcerem: consultabat autem Præses, quibusnam modis eum consumeret, visumque est illum in bestias immittere: hanc enim iudicauit mortem esse acerbissimam, & quæ vitari non poterat. Iubet ergo ad ipsum montem turrem ædificari [illegible], & feras [illegible] omnis generis [illegible]: fame vero multorum dierum irritatas ad sæuitiam, & [illegible] in medium earum mitti martyrem. Cum hæc autem perfecta fuissent triginta diebus, vniuersum populum in concionem congregat Cæsareæ ad templum Iouis, splendidumque & magnificum parat sacrificium: & sic e custodia educit Thyrsum tradendum bestijs. Quod vero erat omnium grauissimum, & validum ad eius mouendum animum, & incitandum ad abnegationem, cum hoc forte excogitasset inimicus, cum circumstans multitudo cognatorum & amicorum rogabat, vt sibi parceret, & effugeret horrendum illud genus supplicij, faciendo quod iubebatur. Sic enim, aiebant, non solum nullamala patieris: sed etiam honores consequeris, & eris Imperatori valde familiaris. Ille autem nequaquam ad hæc fecit, quod primum parentes: sed potius id, quod Dauid, non præbens aures acerbis serpentibus & malis consultoribus: surdus vero erat sicut ille, & mutus, non aures, non os omnino aperiens.

Martyr ciuibus traditur & flagellatur.

Inimici hominis domestici eius.

Adducitur autem ad Præsidem, qui peragebat sacrificium. Ille vero cum vidisset martyrem: Ecce, inquit, supra modum fuimus in te clementes, qui tibi ad deliberandum tantum temporis concessimus. Si ergo & ipse ea, quæ oportet, tibi consuluisti, & ex te cognouisti id, quod tibi futurum est vide: cum & totam patriam videas Ioui maximo deo sacrificantem, sacrifica ipse quoque accedens, & liberare ab omnibus minis & periculis, & ab acerbo vitæ exitu. Sin minus te bestiarum discerpent vngues & dentes, propter quæ nullus erit omnino tibi adiutor, & qui te à malis liberet. Martyr vero fingens quandam vtique pœnitentiam: Ego quidem, inquit, iampridem satis mihi consului, & nisi Apollo, vt qui sit despectui habitus, succensèret, cum solus à me colatur Iupiter, non abstinuissem nunc a meis erroribus: sed demore cum eis sacrificassem. His auditis, lætatus est Præses, vt qui eum iam generosum illum cepisset Thyrsum: & statim cum eo lætus ad templum accedit, &, solum, dicit ei, sacrifica. Ego enim sum tibi [illegible] nullus deorum irascetur. Cum ergo attentus esset martyr, & ad verum Deum quasdam tacitè dixisset preces, repente veluti quidam terribilis strepitus terræmotus, contriuit quidem ipsam Iouis imaginem, & [illegible]: metu autem labefecit animos infidelium, qui relicto sacrificio, fugerunt quam potuerunt celerrime: in templo vero remansit solus athleta. Cum itaque fraudem intellexisset Præses, suam quidem accusabat benignitatem & clementiam: efferebatur autem aduersus martyrem, vt qui fuisset deceptus, & non solum non persuaserit, sed etiam tam insigni affectus esset ignominia: & ideo acerba morte eum afficere studebat, qui & ipsum & illius deos tam graui affecisset iniuria.

Martyr irridet Præsidem & Iouis simulacrum.

Precibus euertit Iouis imaginem.

Cum ergo sciret fore, vt, quod iuberet, statim effectum redderetur, & turris fuisset ædificata, & fame esset irritata bestiarum feritas, vt nec à lapidibus quidem abstinuissent natura, iubet athletam proijci in medium earum. Solus ergo eis fuit martyr dimissus, totis oculis innumerabilibus omnia videntibus. Cæterum non erat solus: sed quædam ei diuina à superis aderat gratia, quæ quidem faciebat, vt videretur eis cum tribus alijs. Cum eum ergo in orbem circumdedissent bestiæ, placide & mansuete eum adspiciebant, & martyri amice blandiebantur, perinde ac si tamdiu fuissent cicures & mansuetæ, & famulatæ. Ipse autê manibus in altum sublatis, Ago tibi, inquit, gratias Domine Iesu Christe, quod in me tuum nomen sanctum extulisti gloriosum, & [illegible] admirabiles tuas misericordias, bestiarum ora obstruens sicut olim Danieli tuo famulo. Tu ergo, qui & tunc & nunc facis res tam admirabiles, & tam præter opinionem, effice, ô Rex, efficaci tuo nutu, qui sub adspectum non cadit, vt hæ feræ agrestes redeant vnaquæq; in sua habitacula, ex ijs, qui adsunt, nemine lædêtes. Hæc cũ Deũ esset precatus, ad bestias conuersus, In nomine, inquit, veri Dei, reuer-

Martyr in mare iactatur.

Præclara Christi virtus eum eripit.

Bestiæ obiectus, blandissime ab eis accipitur.

Bestiæ ei obediunt.

Ezech. 5. Psal. 37.

Dei, reuertimini rursus, vnde vnaquæq; venerat, nemini damnum afferentes. Protinus ergo bestiæ quidē erumpebant: Cum vero timor inualuisset eos, qui circunstabant, & alij alio fugere contenderent, illæ magno cursu tendebant ad syluam. Miraculum autem multos induxit infidelium, qui Christi parti se adiunxerunt.

Multi viso miraculo confitentur Christum

XX. Cvm autem hæc cognouisset Præses, in dubio erat, quidnam esset sibi faciendum, & quemadmodum eum vlcisceretur pro meritis. Propterea omnibus corporis partibus ei iniectis vinculis, in præsentia quidem eum coniicit in carcerem. Cum vero intra paucos dies abiturus esset Apolloniam, (ea autem ciuitas non procul abest à Cæsarea) iubet Thyrsum sequi tractum à militibus. Cum venisset ergo in ciuitatem, & res illi ordinasset ex sententia, quoniam de omnibus, quæ in ea erant, volebat erigere trophæum impietatis: vt & sacrificij essent cum eo participes, & ad illius deos animum adiungerent, statuit oportere eos terre facere per suam in Tyrsum crudelitatem: vt metu, ne eadem eis inferrentur, nemo esset qui non pareret. Nesciebat vero se, vt dicitur, gladium in seipsum acuere. Publicam quidem in templo Apollinis, quod omnibus, quæ illic erant, & alta magnificentia, & imaginum multitudine erat maxime insigne, congregat concionem. Iubet autem quosdam iuuenes, mente crudeles, manu valentes, ante illas idolorum imagines martyrem adducentes, grauibus eum virgis conscindere. Ille vero tanquam in somnis ea patiens, ad ea quæ erant molesta & aspera, nihil se conuertebat: sed ad verum Deum suam transmittens cogitationem, qui & abyssos exiccat, & montes solo adspectu liquefacit: Veniat manus tua super me, inquit, Domine, & ne procul abesse velis auxilium tuum à me: sed attende ad defensionem meam, & ne pudore afficiar, quod te inuocaui. Hæc ille quidem est precatus: Deus autem effectū reddidit ē superis. Nam & repente horribilis strepitus audiebatur in ciuitate: & acutissimis quidē dolorum stimulis iudex feriebatur: solutæ sunt autem dexteræ martyris tortoribus, & humi deiecta est multitudo imaginum, & humi iacebat turpiter. Diuina ergo voluptate repletus Thyrsus: cur non dijs tuis manum porrigis, irridens dicebat Præsidi, qui tam turpiter iacent, & tuo indigent auxilio: sed in medio eos despicis theatro, ad irridendum expositos ijs qui non cæcutiunt? Ille autem etsi grauibus tangeretur doloribus, non erat tamen eius vitium curabile. Sed, scelerati Thyrsi, aiebat, præstigiæ grauiorem mihi morte vitam omnino efficiunt.

Virgis dilaniatur cæsus, fert tranquillissime.

Diuinitus puniuntur præses & tortores.

XXI. Erat autem Apolloniæ vir quidam, nomine Callinicus, nobilitate clarus & intelligentia, & qui in patrios deos semper magnam ostendebat superstitionem: eratque illorum sacerdos & minister: & ideo æque, atque dij à Græcis omnibus habebatur in honore. Is iampridem attendens ea, quæ mirabiliter & præter opinionem vi superna fiebant à martyre, cum etiam imaginum interfuisset euersioni, & vidisset malum, quod ceciderat in Præsidem, deos quidem suos magnæ condemnabat imbecillitatis: semine autem pietatis in animo suscepto, sensim apud se, Qui à Thyrso, inquit, prædicaris Deus, qui tot & tanta per eum admirabiliter fecisti prodigia, tu quoque me tanquam recenter electum militem suscipe, & me iam confirma ac corrobora aduersus inimicos veritatis. Hæc cum apud se cum viuueri sorum Deo disseruisset, accedit Præsidem artificiose irridens: Clarissime, inquit, Præses, hic homo, qui tormentis misere conteritur, Iouem supremum deorum in terram deiecit & contriuit, Phœbum Apollinem iam tertio confregit. Quinetiam ipsum Herculem, qui in bellis est inuictus, postrauit: non manibus, non armis, non ense aduersus eum indigens: sed solo verbo nudo & Christi inuocatione: idque cum ille crucem & mortem sustinuerit. Si ergo vestræ videtur potentiæ, accedamus, & Herculem, deum qui in malis fert opem, erigamus: & rogemus, vt respiciens ea, quæ iam olim de ipso iactantur, adsit tyrannide oppressis Ioui patri & diuino Apollini: (ij enim videntur dormire graui somno oppressi) & hoc ei quartum decimum certamen adscribemus.

Callinicus vir nobilis ad Christū conuertitur. Irridet Præsidem.

XXII. Irrisionem autem non intelligens Præses, Cum ergo, inquit, me male habeam, & sim infirma valetudine, vade ipse, & nobis placa deos, & admirandorum prodigiorum effectorem hunc Thyrsum cito eos excita. Callinicus vero: Sed arbitror, inquit, esse maximam potentiam Dei, qui eos deiecit: & vereor, ne sibi quidem ipsis possint opem ferre. Tunc Præses dolum intelligit: &, Num tu quoque, inquit, ô Callinice, viri huius scelerati captus es præstigijs? Ille autem, cum ne eum quidem amplius loqui sustinuisset (neque enim de cætero pietatem celari patiebatur) statim excurrens, in domunculam, tondet capillos, deponit barbam, exuit vestes: & cum eas sustulisset manibus, portat vsque ad Præsidem: & cum illas ieceisset ante pedes: Accipe, inquit, pilos meos, o Præses, & vestem quæ nidor sacrificiorum, & fumus, & torrens sanguinis, & mysteria dæmonum polluerunt. Nam cum eis quoque priorem abijcio errorem, vt qui nouam viuendi formam acceperim, & iam factus sim Christianus.

Eximius Callinici feruor.

XXIII Præses autem illa repentina obstupefactus mutatione: Quid vero, inquit, Callinice, tantum illius præstigiatoris valuerunt prodigia, vt te generosam animam, ministrum deorum, illorumque interpretem & sacerdotem, qui ab illis magnam assequutus es beneuolentiam, abduxerint à patria religione, & ad extremum attraxerint interitum? Callinicus vero: Ex multis quidem, inquit, etiam alijs sum persuasus: maxime autem talis mutationis causa est ipse Hercules, qui tot quidem certamina, vt de eo narrant fabulæ, perfecit: nunc autem ne nudo quidem viri verbo restitit: sed adeo misere cecidit, & ostendit esse iucundas fabulas, quæ de ipso & alijs dijs iactatæ sunt ab hominibus. Rursus autem Præses: Nequaquam, inquit, sed illius præstigiarum, & similium prodigiorum amor id tibi persuasit, existimantem teipsum quoque posse facere similia. Sed neque præstigiatorem illum & planum, neque hæc te iuuerint, nisi te tuorum pœniteat delictorum, & pristinos honores rursus dijs reddideris.

Eius repentina conuersione obstupescit Præses.

Obseruetur iudex, alibi virtutē diuinam præstigijs.

XXIV Ille vero volens aperte conuincere ignorantiam Præsidis, (Sciebat enim aperte, sciebat ei quoque adfuturum Thyrsi Deum, & sua in eum ostensurum prodigia.) Quoniam, inquit, ô Præses, non recte tibi se habet corpus, & putas me deceptum esse figmentis, & visis: accedamus, si videtur, ad magnum Æsculapium, & communiter obsecremus, vt morbum tibi sedet, & liberet à doloribus: & tunc scies, nihil omnino fingere, nec visione quicquam apprehendere mihi vnquam venisse in mentem. Eorum ergo, quæ dicebantur, ille modum non intelligens: sed hæc simpliciter dicta esse arbitrans, & iam Callinicum aliqua duci pœnitentia, eum statim assumens, lætus perrexit ad templum. Postquam autem ingressi sunt execranda illa adyta, mente attenta Callinicus, Domine Iesu Christe, inquit, qui per famulum tuum Thyrsum à me agnitus fuisti verus Deus, qui me, qui millies te offendi, & legem tuam sum transgressus, non repulisti, tu quoque surge nunc ad auxilium meum, & in me quoque rursus tuam ostende potentiam. Hæc dicebat, & ecce vox quædam ex alto audiebatur, quæ & eius animo addebat audaciam, & excitabat ad brauium supernæ vocationis. Ille autem, cum ex eo esset repletus audacia, & nomen Christi esset effatus, vehementer & minaciter increpat simulacrum Aesculapii. Tanta vero statua paruam non tulit increpationem: sed statim cadit ad illius pedes, perinde ac si quædam manus ei vim attulisset. Ad Præsidem itaq; intuens Callinicus: Hic, inquit, non poterit quidem surgere, nisi ei manum præbueris adiutricem. Adspice ergo, & cognosce non esse præstigias nec artem, quæ adsunt: sed Deum aliquem in me operari, qui in te quoq; potest eadē

Callinicus cælitus cōfirmatur. Euertit statuam Aesculapij.

Includitur in carcere. facere miracula, si tantum in eum credideris. Animo ergo valde anxius Præses, quod iam ipsius quoque Callinici fecisset iacturam, tunc quidem eum includit in carcere.

CVM mane autem surrexisset, quoniam malis, quæ infligerentur, eum nouerat fore superiorem, vt qui Thyrsi esset æmulator, in ambos talem pronunciat sententiam: Illum quidem, inquit, qui se à Deorum abrupit coniunctione & familiaritate, & horum miserorum fraudi, quos Christianos vocant, se adiunxit, Callinicum iubeo ense mortem subire: Thyrsum vero, qui multis gloriatur prodigijs, & qui etiam procurauit, vt miser peruerteretur Callinicus, in quandam ligneam iniectum capsam, cũ ea acutissima serra minutatim dissecari, vt prolixæ illius deceptionis & præstigiarum, dignas etiam post mortem luat pœnas. Atque ille quidem cum in martyres hanc tulisset sententiã, *Capite punitur.* rursus cœpit vacare ijs, quæ se ad manum offerebant, negocijs. Cum eos autem accepissent milites, Callinicum quidem e foro eductum, cum tempus petijsset & accepisset precationis, per ensem illata deinde morte consummant. *Vide magnum Dei miraculum in martyris conseruatione.* Generosum vero Thyrsum cum in quandam machinam immisissent ligneam, vt improbe iusserat Præses, cuidam Vitali & Sabino mandant, vt tormentum exequantur. Qui cum sursum serram trahere egrederentur, ea quidem eis videbatur valde grauis & dictu difficilis: in lignum vero descendebat admodum leuis & sublimis: adeo vt illi quidem pondere laborarent, & multo sudore circumfluerent: lignum autem maneret integrum, id serra minime attingente. Tandem autem vrgentibus & instantibus illis vehementius, capsa quidem sua sponte aperitur: egreditur vero athleta lætus & alacris, perinde ac si diuinum quoddam gaudium illius inuasisset animum. Atque eos quidem, qui circumstabant, tam qui aderant, vt supplicium sumerent, quam vt solum spectarent, cepit omnes stupor & admiratio, & neque poterat vllus eum tangere propter insigne miraculum.

S. Thyrsi precatio. MARTYR autem cum sensisset cursum sui certaminis iam venire ad finem, & desuper audiuisset vocem qui- XXVI
dam, eum ad brauia vocantem, manus simul & mentem in cœlum tollens: Ago tibi gratias, Domine Iesu Christe, inquit, quod me, qui sum indignus, acceperis, & tua hæreditate & choro eorum, qui tibi placuerunt, dignatus sis. Et nunc accipe animam meam in pace, & eam introduc ad sacrum tuum altare, ineffabilis apud te lætitiæ futuram par- *Felicissime expirat animam.* ticipem. Hæc dixit, & cum se vndique Christi signasset signaculo, in manu illius sanctam deponit animam. Tam facilem & tam expeditam in rebus perplexis & dubijs inuenit viam ineffabilis Dei sapientia. Ecce enim qui ab inimicis tam multis fuerat traditus supplicijs, & ex ijs nihil graue & molestum sensérat, consentanea & naturali morte excedit vita.

Anno 284. vide Baron. MVLTVM intercessit temporis: & Diocletianus quidem tyrannice Romanum inuadit imperium: edictum XXVII
autem rursus mittitur in omnes partes, vt vel omnes sint eum eo participes impietatis, aut pœnam mortis subeant. Arrianus ergo, qui tunc erat Præses Thebaidis, nihil cunctatus, cum mox Asclam & Leonidem accepisset, qui colebant & tuebantur pietatem, eos multis & magnis subijcit tormentis: deinde etiam acerbissime eos à vita liberat. Postquam vero fuit peractum ab illis martyrium, iubet etiam omnes comprehendi Christianos, qui erant in ciuitate, & maxime, qui erant alij pietate magis insignes, & ante ipsum quidem poni instrumenta suppliciorum. Deinde ipsos quoque sisti ante illius faciem. Quæ cum celerrime facta essent, ipse superbo quidem vultu, superbiore autem spiritu: Hoc est, inquit, in manu vestra, & hanc rem vestræ potestati permittimus: vt vel sacrificantes, secure viuatis *37. se offerunt cruciamentis.* & libere: aut si non paretis, varijs dedamini supplicijs, & deinde etiam ipsi morti. Hæc cum dixisset Præses, & continuo tormenta eis fuissent ostensa, viri numero triginta & septem, viri & sententijs inuicti & animis, ea quæ dicebantur irridentes, quæ cernebantur, omnia despicientes, & sibi inuicem animum addentes, cum hoc solum dixissent: Non solum, quam impie viuere, sed etiam, quam recte in pietate vitam degere, pro ipsa mori esse satius, in media prosiliunt pericula, & tempus continuo arripiunt. Sed alij quidem in eodem prompto & alacri animi studio, adhuc persistebant, neque quicquam illos conturbabat eorum, quæ aderant.

8. MART. apud Græcos hac die. Apollonij & Philemonis Acta. vide Ruffinum lib. 2. vit. Pat. cap. 19. Pallad. lib 66. QVIDAM autem, nomine quidem Apollonius, ordine vero lector, cum vidisset tormentorum formam & XXVIII
multitudinem, timore completur eius animus, & dissoluitur promptum eius animi studium. Cum autem duplex eũ inuasisset metus, vnus quidem imminentium suppliciorum: alter autem abnegandæ impietatis, mediam inter vtramque ingreditur: vt neque animum daret dæmonibus, neque corpus lictoribus: sed ex æquo & illorum effugeret sacrificia, & horum cruciatus. Quemadmodum autem, iam parata est declarare oratio. Erat vir quidam stans prope illum, religione gentilis, nomine autem Philemon, arte tibicen, qui propterea eam ab ijs quidem, qui habitabant in regione, vocabatur Choraules. Delectabat vero is quoque Arrianum, quando paululum laxatus à curis, adspiciebat ad voluptates. Eum cum autem prope vidisset Apollonius, ad se vocat, & pollicetur ei quatuor aureos, si pro illo sacrificet: & eum quidem liberet à tormentis: eos vero qui videbant, & ipsum Arrium deciperet, dicens se Apollonium. Paret his Philemon: & illius quidem vestem induens, & vultum, quoad eius fieri potuit, operiens, perrexit *Mirabilis Deus in operibus suis & in suorũ vocatione.* ad sacrificium: Deus autem erat, qui hæc procurabat admirabiliter: & Philemonem quidem ad se attrahebat per Apollonium: per Philemonem autem Apollonio texebat coronam martyrij: & sic per se inuicem dans ambobus occasionem, vt ei familiares euaderent.

Philemon miro modo diuinitus illuminatus. NAM cum Philemonem tunc illuminasset, &, vt cum veste animum quoque mutaret, effecisset, fecit vt hoc XXIX
ipsum esset, quod simulabat. Nam cum se quidem signo Crucis signasset tanquam Christianus, vt in hoc quoque ostenderet Apollonium, profectus est recta ad ipsum Præsidem. Ille autem cum eum vidisset, eos qui aderant rogabat, quisnam esset. Cum illi vero dixissent, Est quidem vnus, vt videtur, ex Christianis: ille autem iussisset illico eum sacrificare: tunc Philemon, mente facilius mutata quam veste, & perinde ac reuerentus esset id, quod imitabatur, aut potius ei, quod est videri, vt esset etiam adiecisset, clara voce, quantum poterat, clamabat: Non sacrifico. Sum enim *Christianum se proclamat.* Christianus, Christi seruus, Christi Dei viui. Præses autem, Non vidisti paulo ante, inquit, qualia & quam multa perpessi supplicia Asclas & Leonides, deinde etiam morte fuere condemnati? Hoc ipsum, inquit, fuit mihi occasio, quæ me impulit ad martyrium, quod Asclas & Leonides sic paulo ante decertarunt propter Christum: & maxime tolerantiæ hinc percepi doctrinam, & argumentum fortitudinis. Et alioqui miraculum quod in * illa tua illi nuper o- *Locus mẽdosus for. * nani.* stenderunt, quam, cum per medium fluminis alueum ferretur, steterunt, quos non induxerit, vt se pararent ad suscipiendum certamen pro pietate? Cum desperaret itaque Præses se posse illum à sua traducere sententia. Mihi, inquit, *Stultus iudex eum non nouit ob velatam faciem.* accersite Choraulem Philemonem. fortasse tibiarum illarum dulcedine delinitus, facilius mutabitur: ignorans omnino stultus, hunc ipsum esse Philemonem, & eadem lingua vtentem: nisi quod prius quidem lyra & tibijs, tunc autem diuino loquebatur spiritu.

CVM ergo tota fere cohors eius apparitorum obiret populum, & nusquam posset inuenire Philemonem: il- XXX
lius, inquit, frater Theon est accersendus. ipse enim omnino docebit, vbi sit Philemon. Cum autem adfuisset Theó, ille nihil sciens, qualis esset scopus Philemonis, Hic est, inquit, Philemon, ostendens fratrem. Statim ergo iussit Præses eum aperire faciem: & eum vidisset, vehementer quidem cœpit & profuse ridere, arbitrans Philemonem hoc omnino facere, vt rideret Christianos: & ideo illam eum induisse personam, vt alios quoque moueret ad risum. Deinde illum quidem iussit actum deponere & simulationem: accedentem vero cum illo sacrificare. Postquam autem contra dixit Philemon, se Christo quidem re vera seruire: illius autem deos habere pro ludo & ridiculo: Iudicem

magnus

magnus inuasit stupor & dubitatio. Intuens itaque Philemonem, Per ipsam, inquit Romanorum salutem, vera ne sunt, quæ in præsentia, ô Philemon, à te fiunt, an comparata ad irridendum & ludificandum Christianos? Ille vero, Non Romanorum, inquit, ego, sed meam ipsius iuro salutem, & Dominum meum & Regem Christum, non esse irrisionem, nec lusionem, nec fictionem quæ videntur: sed veram cordis mutationem, & fidem esse in Christum certissimam: & me pro hac confessione, non vnam solam, sed innumerabiles, si fieri posset, paratum esse subire mortes.

Constanter confitetur Philemon Christum, subito mutatus.

XXXI. Hæc ira impleuere Præsidem: & conuersus ad eos qui circumstabant, rogabat, an oporteret protinus occidere Philemonem, qui deos aperte tanta affecerat contumelia, & euasisset tam insigniter impius: an ei tempus præbere, vt deliberaret, & eius quod fecerat duceretur pœnitentia. Atque populus quidem (Philemonis enim magno tenebatur desiderio, & pendebant omnes ab illius lingua & à tibijs) rogauit protinus Præsidem, ne perderet communem voluptatem ciuitatis: Ille autem volens eius soluere constantiam, & promptum animi studium: Vides, inquit, ô Philemon, quanto tui amore tenetur populus, & quemadmodum communem te vocat voluptatem, communem autem existimat lætitiam? Tu ergo saltem eorum plausus & laudum memor, & faciens quæ sunt & tibi & ijs consueta, sacrifica dijs seruatoribus. Ecce enim maximum festum mox peragitur, in quo tu quidem præclare canes, & eorum laudibus tibi oblectabitur animus: aures vero nostras cantu tibiæ demulcebis. Ad hæc autem Philemon: Hoc, inquit, festum, ô Præses, mihi in memoriam reuocat festum, quod illic agitur: honor vero & laus musicæ facit, vt visione apprehendam Angelicam hymnodiam. Scias ergo fore, vt frustra labores, si me coneris à mea dimouere sententia: neque vero solum nihil proficies, sed etiam maius mihi in Christum accendes desiderium. Præses autem: Sed etsi omnia, vt dixisti, molesta & grauia propter Christum sustinueris, quid hinc lucrifacies? Neque enim, etsi omnia pati elegeris, res tibi succedet ad martyrium. Nam neque factus es omnino Christianus, neque accepisti baptismum, conuenienter illorum legibus.

En qualia promittit martyri stultus Præses.

XXXII. Hoc postquam audiuit Philemon, exclamauit: O ignem spiritalem, qui accensus es in meis præcordijs. Quantum tibi debeo, ô Præses, quod me etiam inuitus maximis affecisti beneficijs, sacrum baptismum in memoriam reuocans. Hæc cum dixisset Præsidi, stetit in media turba: & rogo vos, vehementer exclamauit, Si quis inter vos præest Christianis, & contemnit tormenta propter pietatem, adsit cito, & me diuino impertiat baptismate. Postquam autem vidit omnes victos timore, & qui, vt tempus postulabat, nihil poterant facere iuueniliter, dolore animi cruciatus, & continuo in vocem erumpens cum calidis lachrymis: Deus meus Christe, inquit, qui me benigne adspiciens, à profundo errore me reuocasti, ne sic me despicias, diuinum baptismum minime assecutum. Sed quo vis modo ostende mihi sacerdotem & aquam, à quo & in qua, similiter atque alij Christiani, baptizabor. Cum sic dixisset, nubes desuper continuo descendens, cum eum stantem medium in orbem comprehendisset, baptizauit. Deinde nubes quidem sursum ascendit: Ille autem, omnibus videntibus, fluento cœlesti baptizatus: Vobis, inquit, omnibus videre licuit, qui Christiani quidem estis, nondum autem vultis manifestam esse vestram pietatem, quemadmodum cum nullus vtique ad me ausus esset accedere, ipse veniens aperte Dominus, me maximo dono impertijt baptismatis. Videte ergo, & turpi ac illiberali timore liberemini. Quin etiam tu quoque adspice Præses, relicta, quæ nihil habet vtile, insania: cognosce, cuinam Deo teipsum absque ratione feceris inimicum, & quemadmodum, eo Iudice, sis luiturus pœnas.

Palam petit se baptizari S. Philemō.

Fluento cœlesti miraculose baptizatur.

XXXIII. Cum martyr sic esset locutus, Præses neque ea quæ audijt, neque ea quæ vidit admirabilia, omnino attendens: (res enim plane cæca, est vitium.) Hæc quidem, inquit, mitte, ô Philemon. Nihil est enim aliud, nisi solum oculorum deceptio & præstigiæ. Tu autem dic, quanam de causa tes despicis adeo dulces: vt neque tuarum tibiarum vllam ducas rationem, neque maximum nostrum festum vel tantillum veniat in mentem, neque vllum totius populi te capiat desiderium: qui postquam venerint quidem in theatrum, te autem non adspexerint concinne & modulate canentem, sed alium pro te sumentem tibias, quantum, putas, lugebunt, modorum tuorum recordantes, & tuæ illicientis suauitatis & gratiæ? Sed hæc quidem Præses, quæ magis fœminis, quam viris, conueniunt, seruilibus blanditijs volens corrumpere generosum animum. Philemoni autem tantæ curæ fuerunt ea, quæ dicta sunt, vt postquam cognouit Præsidem ei tibias tanquam escas proponentem, & sic eum conantem illicere, Deum rogarit ardentissime, vt ignem immitteret in tibias, & eas in cinerem redigeret & puluerem: Exaudi me nunc quoque Domine, dicens, Domine Rex, & quomodo supra me aqua, ita etiam supra meas tibias veniat ignis, & eas deuoret, quas, ad tuum currens martyrium, deposui apud Apollonium. Ita Domine Iesu, vt vani huius mei artificij nullæ remaneant reliquiæ, neque eas videns quispiam ex infidelibus, dicat: Hæ sunt tibiæ Philemonis.

O ineptum præsidem, res vanissimas martyri proponentem.

Rogat Deū Philemon, vt ignem in suas tibias immittat.

XXXIV. Nondum finitæ erant preces, & descendit quidem fulmen supra manus Apollonij: & à manibus quidem abstinuit admirabiliter: combussit autem tibias, & eas continuo redegit in puluerem & cinerem: perinde ac si fulmen circunduceret quispiam, & à quibusnam quidem abstinere, quænam vero tangere oporteat, ostenderet. Hinc vtraque recte successerunt. Nam & Philemonis votum deductum est ad effectum: Apollonio autem iam aperta erat ianua ad martyrium. Nam Theon frater Philemonis, tanquam ab aliquo missus, currens omnem rem gestam significat Præsidi, quemadmodum Philemonem sua veste induit Apollonius, & quemadmodum effecerit, vt pro illo adiret ad certamen: & vt fuerit ipse præcipua causa illius exitij. Adducitur ergo mox quoque Apollonius. Quem toruo & furioso vultu intuens Arrianus: Quid hoc est, inquit, ô omnium hominum sceleratissime, quod fecisti & nobis, & ciuitati, & huic misero: quod propter arrogantiam quidem deos & leges despiciens, metu autem tormenta declinans, cum eo mutasti vestem, & quibusdam maleficijs cor eius peruertisti, priuans ciuitatem maxima voluptate? Oportebat, si sic timebas supplicia, ad me accedere, & tuum animum aperire. Ego vero omnino id tibi remisissem lege humanitatis & neque tibi fuisset exhibitum negocium, neque tu exhibuisses alijs: sed liberatus à metu & periculis, secure vixisses, & sine vlla molestia.

Mire exauditur à Deo.

Apollonius ad Præsidē ducitur.

XXXV. Hæc cum dixisset Præses, excipiens Apollonius: Quod nos quidem contumelijs & maledictis iure insectetis, ne ipse quidem contradixerim, vt qui meipsum primus accusem: verum non ideo, quod tantorum bonorum illi causa fuerim, sed quod non mihi multo prius: & non quod ipse meam vestem induerit, sed quod ego vestem illius induerim.

Apollonius ante timidus, nunc fortissime se gerit.

inducerim. Quoniã tamen per ipsam ambo salutari indumento induti sumus, ijs iudicijs, quæ verus nouit D[illegible], ce[illegible]o scias, neque posthac Philemonem, neque Apollonium dijs sacrificaturos. Quod si prius timiditatis à te fui [illegible] tus, nunc maximam & apertam ostendam fortitudinem. Propter hæc iram spirans Arrianus, ipsum qui[illegible] maioribus reseruari cruciatibus, Philemoni autem à tribus militibus fortiter cædi oculos. Cum vero popul[illegible] fiebant, ægre tulisset, & clamaret, vt milites ab eo abstinerent: moleste enim ferebant illum pati, qui eos volup[illegible] affecerat: dicebat Præses, Tui saltem modo miserere Philemon. Sin minus, at populi quidem, c[illegible] pro t[illegible] ac[illegible] be discerpuntur viscera. Te enim oportet considerare, quod si te tam paruum & leue subeunte supplicium, osten[illegible] tantam animi perturbationem: quid fiet, si maioribus malis afficiaris? Ego enim, vt tibi quoque meam mentem aperiam, non temere possum credere ijs, quæ videntur: sed hoc mihi das conijciendum, quod populi volens in te a[illegible]orem excitari, simulasti te esse Christianum, & dijs sacrificare recusasti. Si ergo hæc est vera causa tuæ mutationis, & pulchre nosti, quantum tibi bene velit populus: & quemadmodum, cum tibi cæditur facies, ipsi corde & animo magis afficiuntur, sacrifica tu quoque Philemon: & quem ex incussis tibi colaphis acceperunt dolorem, leni per gaudium, quod postea consequetur: & prandeamus in templo Serapidis, & lætitia maxima fruamur & delicijs.

Vide subdolam satanæ linguam.

PHILEMON autem Iudici: Mihi quidem, inquit, cœna parata est in cœlis. Ad populum vero conuersus: Cur, XXXVI. inquit, si ego cædar, vobis est molestum? Atqui quando eram Choraules, multi nos ferebant adulatores: & nonnunquam faciebant etiam peiora & grauiora. Vos autem suauiter & profuse ridebatis: eamque rem vos reuera esse vestras putabatis delicias. Sed nunc consentaneum est, vestrum dolorem esse lætitiam & gaudium Angelorum: quorum lætitia est mihi magnæ curæ, & quos ego volo per me delectare, cum sim Christianus, & colam pietatem. Hæc cum audijsset Præses, & de Philemone omnem spem abiecisset, tunc in eum grauiora aggreditur supplicia: & Philemoni & Apollonio iubet perfodi talos, & funes eis alligari: & sic per totam ciuitatem duci martyres. Cum cito autem factum fuisset, quod iusserat, eos rursus iubet ad se adduci. Qui cum essent adducti, propius accedens ad Philemonem: Vides, inquit, ô Philemon, quam sint grauia & molesta, quæ inferuntur, supplicia? Vbi est autem vobis inuictus ille Deus: & cur non vos à præsenti liberauit calamitate? Ad hæc Philemon: Nondum nosti, inquit, Arriane, quemadmodum non verbis solum, sed etiam factis ostendimus fortitudinem, & tormenta vicimus experientia? Nostri vero Dei virtutis multa quidem etiam alia vidisti in nobis signa: aquam de cœlo: ignem de cœlo: ne dicam ea quæ vidisti per Asclam & Leonidam. Quod si etiam plura quæris, ego tibi quoque alia ostendam. Prius autem, quomodo ab ipso custodiar, ego tanquam figura quadam tibi ostendam. Hæc cum dixisset, petit vt sibi construatur quidam Ocnus æneus, significat vero apud eos, qui in ea regione habitant, hoc vocabulum, speciem quandam curru[illegible] muliebris.

Immani inprimis supplicio afficiuntur martyres.

CVM Præses autem annuisset, & currus, vt ille petierat, esset constructus, iubet adduci puellum, & in eum XXXVII. immitti & diligenter includi: congregari vero omnes, qui erant in ciuitate periti sagittandi, & ad currũ iaculari tanquam ad scopum: & non cessare iaculari, donec totus currus esset tectus sagittis. Atque illi quidem congregati sic faciebant: Aes autem (erat enim huiusmodi, vt ad resistendum acer telorum, ictus acciperet extrinsecus) intus illæsum conseruabat puerum. Cum vero & ipsi sagittando essent defessi, & tela eis defecissent, puer educitur illæsus. Et stabat quidem Præses dubius, cur hæc fierent. Dicit autem martyr Arriano: Hoc, inquit, ô Præses, est tibi euidens imago meæ salutis. Quomodo enim hic puer, etiamsi sibi ad nihil possit esse vtilis, nihil tamen graue passus est à tam multis viris & iaculis, ære optime munitus: eodem modo ego quoque, etiamsi mihi innumerabilia inflicta fuerint supplicia, nullius horum curam geram. ea enim obtundit & hebetat mei Christi virtus, quæ me circuncirca muro munit adamantino. Propter hæc ira impletur Arrianus: & cum vellet verba martyris conuincere, facit vt ea potius deducantur ad effectum. Nam cum e quadam arbore suspendisset istum, quæ stabat quidem iuxta tribunal, vocabatur autem Persei, circa eum ex omni parte statuit sagittarios. Et illi quidem fortiter torquebant: ille vero sua ad Dominum oratione omnia tela similiter depellebat. Nam alia quidem cadebant in terram, alia vero figebantur in arbore, alia autem admirabiliter pendebant ex aere.

Vide quid efficiat feruens Christi amor in sanctis martyribus.

Precibus pellit tela omnia.

POSTQVAM vero eis quidem fuerunt exinanitæ pharetræ, martyr autem nihil omnino graue patiebatur, XXXVIII. Præses hæc videns, non poterat credere ijs, quæ cernebat: & præ admiratione accurrit ad miraculum. Nam ille quidem studebat scire, an vera essent quæ videbantur. Cum ad locum autem accessisset, Philemonem vidit aperte in arbore. Interim autem ex aereis illis iaculis vnum aduolans, ferit ei dexterum oculum, eumque excæcat. hæc vero excæcatio, fuit Iudici principium illuminationis. Vide enim Dei sapientiam, quæ e longinquo contexit, & admirabiliter variat vtiles rerum dispensationes. Arrianus enim multum quidem Christum, multum autem etiam Christianos insectatus est maledictis, vt qui graui dolore irritaretur. A malo tamen victus, iussit deferri martyrem. Deinde etiam rogauit, vt curaret oculum, ex eo quod passus fuerat stultus, dicens, quod quomodo admirabiliter fuerat potens ad percutiendum, ita sit etiam ad sanandum admirabilis. Ille autem: Nunc quidem, inquit, tibi offero sanationem, ne beneficium acceptum rursus voces præstigias, & ipse inconsiderate me tibi reum constituam. Sed quando e corpore excessero, (iam autem finis appropinquat) veniens ad meum sepulcrum, & ex eo puluerem accipiens, eo vnge oculum, inuocans tu quoque Christi nomen: & non diu post, sed statim sequentem habebis sanitatem.

Ecce quo medio æternaliter præ destinatos ad se vocet Christus.

POST hoc non differt Arrianus: sed amborum simul, Philemonis & Apollonij, amputat capita. Nam sine mé- XXXIX. tiatur Philemon, inquit, iam medebor: Sin minus, mihi curabitur oculus. Tales quidem fuere athletis occasiones martyrij: tales autem etiam exitus. Quoniam vero oportebat Arrianum quoque non solum esse oculo occæcatum, sed illum quoque simul esse animo illuminatum, hoc quoque consequitur ea, quæ præcesserunt. Nam cum reliquiæ fuissent, vt par erat, à pijs habitæ in honore, & cum Ascla & Leonida diuinis Christi martyribus depositæ: Arrianus statim (non sinebat enim oculus eum esse de fidem) accedit ad eum, sicut fuerat ei prædictum: & cum sustulisset puluerem, inungit oculum: In nomine tuo, Iesu Christe, dicens, propter quem isti mortem sua sponte elegerunt, impono puluerem meo oculo, & si rursus adspexero, ipse quoque dicam non esse alium Deum, præter te. Hæc cum dixisset, statim duplicem inuenit curationem, nempe & oculi, & animæ. Nam illo quidem videt solem, hac vero veritatem. Egreditur ergo lætus & clamans. Sum Christianus, & coram multis testibus confitens acceptum beneficium. Domum autem reuersus, & omnes qui erant apud se baptizat, & triginta sex Christianos relaxat è vinculis. Tot enim tunc erant propter Christum in vinculis. Deinde cum accepisset sindones, etiam multis aromatibus, cum multis alijs, & duobus Episcopis, rursus venit ad thecas sanctorum, & horum venerandas reliquias fideliter simul & pie terra tegit.

Philemon & Apollonius decollantur.

8. MART. Græcis Iu[illegible] Arriani Acta.

Præclarum miraculum ex puluere sepulcri S. Philemonis.

CVM deeo autem fama iam fuisset delata ad Diocletianum, quod Christianus ex Græco factus esset Arria- XL. nus, & quod sacrificare nequaquam in animum induceret, mittit ille quatuor protectores, iubens vt eum quamprimum adducerent: vt accurate sciret, an vera essent, quæ dicebantur. Atque isti quidem cum ipsum comprehendissent, vrgebant ad iter ineundum. Ille autem persuadet iis, qui tantopere vrgebant, ductoribus, cum id nummis e-

mil[illegible] tocti[illegible]entis, vt paruo tempore sibi liceret accedere ad reliquias martyrum. Cum [illegible] data facultate accessisset, rogabat, pronus cadebat, supplicabat, puluerem amplectebatur, & precabatur, vt [illegible] opem ferrent in certamine, & vox statim audita est e [illegible] pulchro (videbatur autem vox esse Philemonis) dicens: [illegible] tosius, Arriane, & nullus metu te inuadat. Ecce enim Dominus te ad seipsum accersit, & ducit ad certamina, & incipit tibi contexere coronam martyrij. Habebis vero eos quoque, qui te ad [illegible] ducunt protectores, laborum simul socios & remunerationis. Illum, cum hæc audijsset, subijt stupor & admiratio simul cum ijs, qui aderant, & ei potestate data à protectoribus, domum suam est reuersus. Quo in loco copiosiorem à superis gratiam consecutus, prædicit suis & tempus sui decessus & modum. Nam cum pueros, qui ei aut domi [illegible]æ, vocasset: Nunc quidem, inquit, venietis nobiscum vsque ad Alexandriam. Dei[illegible] ergo quidem ducar ad Imperatorem, & Deo à superis ferente auxilium, hoc mihi propositum certamen peragam octauo mensis Phamenoth, in saccum iniectus, & proiectus in mare. Vos autem (sit vero vobis curæ, quod dictum est) vndecimo mensis circa horam sextam, venite ad litus: & cum corpus meum inueneritis, quod vehetur à tergo Delphini, id tollite, & deponite cum alijs martyribus.

Præses [illegible] [illegible] à [illegible] & exauditur

Arrianus Præses [illegible] tuta prædicit.

XLI. Hæc cum dixisset, ad Imperatorem Diocletianum: & ipse primum quidem cum eo agit benigne & placide. Deinde paratur lauacrum, & ante lauacrum ara: ara autem erat Apollinis. Et simul quidem lauantur Imperator & Arrianus. Egressi autem è lauacro, cum aræ appropinquassent: Sacrifica, ô Arriane, inquit Diocletianus, maximo deo Apollini. Sic enim, vt par est, exhilarati, alacri deinde animo veniemus ad cœnam. Ille vero: Et quomodo possum ego, inquit, ô Imperator, post tot & tanta Christi, qui est solus Deus viuus, miracula, quorum non sunt inanes fabulæ & rumores, sed ipsi nobis testimonium præbuerunt oculi: Quomodo ergo ego, qui tot & tanta vidi, eum quidem relinquam, sacrificabo autem his inanimis, & nullo sensu præditis? Hic fuit deprehensa & conuicta Diocletiani simulatio, & victa quam induerat persona: & quam sibi illiuerat mansuetudinem exuens & benignitatem, ad suam redijt consuetudinem, & his excepit Arrianum, nempe vinculis manuum, catapultis pedum, profunda in agro fossa, magnorum & molarium lapidum magnitudine. His enim, cum eum vinctum trusissent in hiatum, desuper obruebant.

Constanter apud Diocletianum confitetur Christum.

Male accipitur à tyranno

XLII. Postea autem ipse quoque, vt qui deiecisset inimicum, thronum ponit excelsiorem. Et ille quidem super eo cum grauitate sedebat & seueritate: iubebat autem milites eum ludificari, irridens miser, & dicens impia & blasphema: Videam, inquit, quid ei proderit Christus, & quemadmodum liberabit eum è meis manibus: & quæ sunt similia, puluis marcidus insolenter iactans. Deinde cum equum superbe & gloriose ascendisset, ipse quidem tanquam qui fortia & præclara gessisset, venit in regiam: Dei autem prouidentia quam sit ineffabilis, & vt ingrediatur per ea, quę sunt contraria, non multo post euadit manifestum. Nam ingreditur quidem Imperator in cubiculum, vt paululum requiescat: videt vero spectaculum terribile, (ò Domine & Rex omnium Christe, & quod est solum tuæ infinitæ, & quæ inuestigari non potest potentiæ) nempe illos quidem compedes & lapides, cum quibus in fossam demiserat martyrem, lecto * apprehensus imperatorio: ipsum autem Arrianum iacentem in eodem cubili, & regaliter in eo quiescentem. Hæc cum vidisset Diocletianus, fuit conturbatus & exterritus, existimans aliquem ex ijs, qui erant in regia, inuadere tyrannidem. Clamabat itaque & conuocabat eos, qui essent opem laturi: Arrianus vero clementer dixit è lecto: Ne conturbetis: nemo ex ijs, qui sunt tuæ subiecti potestati, aduersus te insurrexit, neque vllæ tibi sunt paratæ insidiæ: sed ego sum ille Arrianus, quem cum in vastum illum iecisti hiatum, Videamus, dicebas, an Christus ipsum à meis liberabit manibus.

* appensos, legendum puto.

Christus suam declarat potentiam

XLIII. Propter hæc Diocletianus fuit animo obstupefactus, sermoque fuit ei impeditus, & neque vocem quidem omnino poterat emittere. Vix tandem ad se rediens, foras processit, timore perturbatus, & clamore impleuit regiam: O improbam artem, dicens, o præstigias, Nemo hucusque tale quid fecit: & multas eiusmodi dicens nugas. Deinde etiam maiori accensus, iussit statim saccum afferri, in quo esset quidem arena, sed non esset ea plenus, imo esset magna ex parte vacuus. Vt pondere quidem, aiebat, arenæ deorsum trahatur: eo autem, quod est vacuum, suscipiat Arrianum, in quem iniectum, iubet eum dimitti in alto mari. Interim vero Protectores quoque, vt quorum animi priore miraculo essent moti, confitentur se esse Christianos: & accedentes ad Diocletianum, Quanam de causa, aiebant, hominem, qui nihil mali quidem fecit, imo vero Deo vero est coniunctus & familiaris, & per ipsum non pauca fecit miracula, adeo vt omnes qui ei Deo crediderunt, confidant quod etiamsi quis mortuus fuerit, viuet: et si in fossam fuerit proiectus, etiamsi lapidibus obrutus, etiamsi sit sub petris, etiamsi omnia simul fuerit passus grauia, possit rursus seruari ex omnibus: Cur eum tanquam maleficum quempiam iussisti in mare deijci? Cum ipso ergo nos quoque nosipsos præbemus, & rogamus, vt eandem mortem, quam ipse, subeamus. Credimus enim Deum Arriani, qui eum eduxit ex profundo terræ, & vinculis, & tantis lapidibus, posse nos quoque suscitare, & ad optimam vitam traducere, & longe beatissimam.

4. Protectores [illegible] Christum [illegible] confitentur

XLIV. Ad hæc ille admodum ironice: Ego etiam prius, inquit, quando eramus eiusdem sententiæ, & eratis studiosi, vt me obseruaretis, nullam, vt scitis, vestram repuli petitionem: sed semper vos exaudij, & vt pater filiorum, sic vestri curam gessi. Quin etiam nunc quoque, etsi in patrios deos impij, & in nos infideles extiteritis, ne sic quidem vos repellam. Sed quoniam sititis eandem mortem, quam Arrianus, ego eam quoque vobis concedam lubentissime. Theotychus autem, qui erat primus illorum, excipiens: Deus, inquit, ô Imperator, ad quem migramus, & in quem resoluimur: qui nobis nomen præbuit admirabile, & cui placuit, vt nos mortem pro eo subiremus, ipse te remunerabitur pro meritis tuæ in nos affectionis. Sed si hoc quoque à te potest impetrari, rogo te ô Imperator, vt meas facultates liceat in duas partes diuidere: & vna quidem pars aulæ consecretur regiæ: altera vero distribuatur orphanis & viduis. Cum ipse autem adhuc plura vellet dicere, qui erant cum eo tres, dixerunt: Frater Theotyche, harum quidem rerum curam relinquamus Deo, qui curat res nostras: in præsentia vero nos nostri decessus curam geramus. Propter quæ diu cogitabundus stetit Diocletianus, vt qui videretur admirari eorum in morte contemnenda magnum & excelsum animum.

Præclara vox martyrum

XLV. Cum eum autem sic vidisset affectum Arrianus: Sed noli, inquit, ô Imperator, nostram amplius differre migrationem, fortasse enim sunt hæ maligni insidiæ, vt nobis interrumpat cursum decertationis. Tunc cum de eorum mutatione spem omnem abiecisset Diocletianus, iubet alios quatuor saccos afferri cum arena, & similē Arriano mortem subire Protectores, & sic ad effectum deducta est prædictio Philemonis. Ipsis vero in mare proiectis, statim accedens Delphinus maior, quā soleat esse Delphinus, & robore & magnitudine, & ceto magna ex parte simili, & natura plane aliena & admiranda, quinque simul saccos admirabiliter securè fert humeris, & tanquam quædam nauis, onus vehit Alexandriam. Pueri autem (expectabant enim adhuc in ipso litore, vt eis prædictum fuerat ab Arriano, & horam accurate obseruabant) postquam Delphinum viderunt cum onere, stupent quidem rei ipsius magnitudine: nihilominus vero †, quod sacci quoque tuto fuissent adducti, adeo vt ei nullus caderet ex humeris, cum natura essent leues & lubrici. Dubitantibus autem pueris, quemadmodum dominus quidem Arrianus de s[illegible] o [illegible]

Martyres in mare proiecti à Delphino ex portantur.

† [illegible] decen[illegible] legitur.

corpore

corpore dixisset fore, vt id apportaretur à Delphino, nunc vero præter ipsum vident alia quatuor, vox quidem [illegible] minor ab eis est audita: Venite vos, dicens, & domini vestri, & Protectorum accepturi corpora. Qui enim [illegible] suam vitam euocauit eos quoque vocauit cum eo similiter. Cum ea ergo acceperitis, cum Asela & Leonida [illegible] deponite. Et sic quidem vox.

Delphinvs autem cum saccos posuisset in littore, rursus enatauit in mare. Pueri vero cum ea hononfi XLVI sustulissent, & in nauem immisissent, per fluuium portabant. Cum autem tres dies & totidem noctes [illegible], appropinquant metropoli Antinoetarum, vbi oportebat eas sacras deponi reliquias. Cum eos vero somnus [illegible] pressisset, nauis plenis velis aduolans, momento temporis stetit in illo loco, & vox audita fuit admirabiliter: Theodoction, (Hoc enim erat nomen gubernatoris) hic est locus, qui est sanctorum corpora sortiturus. Ille ergo excitatus, cum inuenisset nauem veluti vinctam compedibus, descendit quidem de naue: celeriter autem profectus in ciuitatem, significat miraculum. Protinus vero publice confluunt omnes, gestantes lampades & coronas, & [illegible] hymnos canentes. Et cum sic eas præclare & magnifice illic deposuissent, vberes fructus miraculorum quotidie colligunt: Ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, vnius diuinitatis & potentiæ, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

En vt olim antiquitas exceperit sanctorum reliquias.

DE S. SPIRIDONE *Episcopo quære supra 12. Decembris.*

Ann. 290 MARTYRIVM SS. ARIS, PROMI ET ELIÆ, VT HABETVR OCTAVO LIBRO ECCLES. HISTORIÆ EVSEBII CÆSAREENSIS CAP. 20. NOVÆ VERSIONIS IOHANNIS CHRIstophorsoni.

14. Dece.

Decimoqvarto die mensis Aprilis, proxime insequentis, hoc est, ad decimum nonum Calendas Ianuarij, quidam pij viri ex Ægypto profecti (in Ciliciam namque iter [illegible]perant, vt confessores qui ibi versabantur, sua curatione subleuarent Cæsareæ) ab his qui diligenter homines ad portas ciuitatis accedentes perscrutantur, capti sunt. Ex quibus alij [illegible]dem cum illis quibus erant inseruituri, sententiam & condemnationem subierunt, vt oculi nempe & pedes cruciatu illis labefactarentur. Tres autem illorum Ascaloni, vbi capti erant, admirabilem fortitudinis vim in fidei suæ confessione ostendentes, varijs martyrij generibus defuncti sunt. Nam vnus illorum in rogum coniectus fuit, cui nomen Ares: reliquis duobus, qui Promus & Elias appellabantur, capita amputata.

Anno 307 Aris, Prom° & Elias pro Christo occiduntur vide Baron.

Ann 450 PASSIO SS. MARTYRVM NICASII EPISCOPI RHEMENSIS ET EVTROPIÆ SORORIS EIVS AC SOCIORVM, VT HABETVR IN PERANTIQVO MS. CODICE, CVI SVFFRAGANTVR ANTIQVISSIMA MARTYROLOGIA, HABETVR quoque eisdem ferme verbis in Spec. Vincentij libr. 21. cap. 37.

14. Decs. S. Aniani vitam quære 17 Nouemb.

Tempore quo VVandali multas vrbes subuertentes, per diuersas prouincias, nihil aliud I quam Christianorum sanguinem sitire videbantur, claruerant in Gallijs Nicasius Rhemensis, & Anianus Aurelianensis Pontifices, magnis prodigijs & virtutibus insignes: Qui meritis suis ac precibus, hanc iram indignationis Dei differre decertarunt, vt populum interim ad pœnitentiam reuocarent. Ast illi thesaurizantes sibi iram, nullatenus eorum præceptis salutaribus obtemperabant. Interea VVandali castra metantur circa vrbem Rhemorum, & omni regione depopulata, Christianos potissimum, velut deorum suorum inimicos, & moribus paganorum contrarios, omnino delere satagebant. Vltimo itaque subuersionis die, illis circunquaque fortiter præliantibus, ciues terrore perculsi, ad sanctum Nicasium in orationibus prostratum concurrerunt, interrogantes quid vtilius fieri decerneret, aut seruituti gentium se tradere, aut vsque ad mortem pro salute vrbis dimicare. Qui præscius, ex reuelatione diuina vrbem penitus subuertendam, cum magna constantia respondit: Indignationem hanc iusto Dei iudicio, nostris sceleribus prouocatam non ignoramus. Quapropter ad flagella diuina compuncti, non inuiti, aut desperantes, sed patientes & deuotissime, cum summa spe salutis nostræ suscipiamus mortis periculum: quatenus ipsa mors præsens, non supplicium nobis fiat, sed remedium. Ecce ego quasi pastor pro ouibus mori paratus sum. Proinde instantius oremus pro inimicis nostris, salutem illis optantes tanquam amicis.

S. Nicasius docet de manu Domini suscipienda flagella.

Item S. Eutropia populum ad martyrium prouocat.

Sancta quoque Eutropia germana sua, expansis in cœlum manibus, plebem pro viribus ad martyrium II prouocabat. Dum ergo furibundus paganorum impetus irrueret, vir sanctus comitante sorore, cum hymnis & canticis spiritualibus, ad ostium basilicæ sanctæ Dei genitricis Mariæ, quam matrem sedis suæ fundauerat, occurrit. Moxque vt ferratas acies vidit, manu silentium indicens, ait: O nutibus diuinis ministra fortitudo, quare contra naturam humanæ conditionis, victoriam vestræ dignitatis in rabiem conuertitis? Nam veri iuris titulus quondam nobilium bellatorum inscriptus erat: Parcere humilibus & debellare superbos. Et ecce plebs Christiana, Deo suo humilis & deuota, vestris in conspectibus prostrata remissionem peccatorum vsque ad mortem obediens expectat. Pœnitemini & vos pro sceleribus vestris, Deum verum agnoscentes, ne forte indignatio eius quæ per vos, [illegible] sit ad correptionem salutis, vobis sit stipendium tartareæ damnationis. Quod si oues meas perseuerante impietate quæritis trucidare me primum pro ipsis, victimam diuinæ maiestatis libate, vt pariter digni beatitudine cœlesti mereamus inueniri. His dictis, cum in oratione prostratus versum hunc decantaret. Adhæsit pauimento anima mea: illico gladiatoris ictu irruente, ac capite truncato, verbum sanctitatis ab ore decollati non destitit, sed immortalitatis sententiam quam per [illegible] adimplendo impetrauit dicens: Viuifica me secundum verbum tuum.

Psal. 118.

S. Nicasius decollatur.

Sancta vero Eutropia, videns circa se impietatem eorum mitigatam, ob corporis sui pulchritudinem, [illegible] per III interfectorem sacerdotis insiliens: Heu crudelis tyranne, ait, quid fecisti? Magnum Dei virum indignis iugulasti manibus, & me tibi abutendam reseruas? Diuina te iamiamque damnat sententia. Quem ita ad martyrium suum prouocans, saltu repentino raptis palpebris, non fœminea virtute, sed diuina vltione oculos eius euulsit: maluit [illegible] gladios persequentium sustinere, quam delectationibus paganorum assentiendo, peccare. Illico igitur sacro fuso sanguine, palmam martyrii cum germano suo, & cæteris sanctis ibidem triumphantibus à Domino promeruit.

S. Eutropiæ zelus.

S. Eutropiæ & sodalium martyrium.

VNIVSA-

IV. VNIVERSORVM autem expleta cæde sanctorum, terror subitaneus omnes persecutores VVandalos inuasit: cum propter audaciam virginis, & Dei vltionem quam perspiciebant, tum propter acies cœlestes, quas contra se dimicare sentiebant, tum etiam propter horribilem sonitum quem in Ecclesia audiebant, ita vt relictis spoliis, irreuocabiliter aufugerent. Sicque manente ciuitate solitaria (nam fideles incursiones VVandalorum pertimescentes, ad montium munitiones confugerant) sub custodia tantum angelica martyrum ibi corpora seruabantur: ita vt in noctibus à longe cælestia conspicerentur luminaria, & suauissimi soni supernarum virtutum à multis audirentur carmina. Vnde ex reuelatione diuina confortati conciues paucissimi qui remanserant, ad vrbem properant, ac cum ieiuniis & orationibus hymnorumque decantationibus sanctorum corpora in locis congruis circa ciuitatem venerabiliter humauerunt, ac de cætero sine timore hostium Domino seruierunt. Corpus vero beatissimi Nicasij atque sanctæ Eutropiæ in cœmeterio sancti Agricolæ solenniter sepelierunt. Quorum omnium sanctorum intercessionib. suffulti optata mereamur pertingere ad gaudia cælestia, per eum qui sine fine viuit & regnat per infinita seculorum secula, Amen.

Sancti sepulturæ demandātur.

PASSIO EORVNDEM SS. MARTYRVM NICASII EPISCOPI RHEMENSIS, ET EVTROPIÆ SORORIS, AC SOCIORVM, A FLODOARDO RHEMENSI PRESBYTERO LIBRO PRIMO HISTORIARVM cap. 6. & 7. conscripta.

An. 450.

I. POST præmissos Præsules beatus Nicasius cultu sequitur Pontificatus, magnæ vir charitatis, magnæque constantiæ, sub VVandalica in Galliis persecutione sanctæ sibi commissæ validissimus tector Ecclesiæ: in pace quidem nobilitator ac decorator: in periculis vero moderator & tutor: piis populum doctrinis & exemplis instituens: decoremque cœlibis sponsæ Christi Ecclesiæ fabricis & ornatibus attollens. Is namque sedis huius sanctæ basilicam in honore perpetuæ virginis Dei genetricis Mariæ diuina traditur admonitus reuelatione fundasse: quam proprio quoque consecrauit sanguine. Cathedra siquidem pontificalis antiquitus in Ecclesia, quæ ad Apostolos olim, nunc sancti Symphoriani dicitur, extitisse fertur.

14. DECE. S. Nicasius, basilicam S. Mariæ fundauit

II. HIC beatus Antistes angelica præmonitione instructus, futuram longe ante præscise docetur internecionem, perniciosamque prosperitatis redarguendo securitatem, imminentem diuini prædixisse verberis vltionem. Portabat autem charitatis humeris anxius peccatorum crediti sibi gregis pondus; mori paratus pro omnibus, vt iram indignationis Dei à populo auerteret, aut in ipsa certe vindicta cælestem clementiam humilitatis spiritu, & animo contrito placaret; ne vsque ad animam licet temporalis, at non æternalis perueniret gladius. Sed quia verbi Dei semen in spinis diuitiarum suffocatur consitum, prosperantesque in vanitate seculi glorantes monita salutis aure cordis ad fructificandum non admittunt: immo prauitatis implicati occupationibus, nec vera vitæ, quin lethifera peccati mortisque stipendia sequentes, quoniam perfecte mala non oderant, vera sectari bona digne non valebant. Piam insuper religionem negligere, diuinitatis præcepta postponere, vanitatibus inseruire, concupiscentiæ vitiis inhærere, schismatica scandala suscitare, Deumque, proh dolor! in his omnibus haud metuebant offendere. Et ecce subito eisdem prosperitatis temporibus animositate ditissimarum gentium commota, Dei offensionis iram in diuersas vindicatura prouincias intentione truculenta, VVandalorum multitudo properanter accelerat. Subuersis multarum munitionibus vrbium, gladioque interemptis vtriusque sexus progenitoribus cum filiis, non aliam dignitatis gloriam, non aliud aliquid in temporalibus lucris tam desiderantur concupiscere cernebatur, quam humanum haurire ac fundere sanguinem, & Christianorum duntaxat sitire internecionem.

Flagella ventura diuinitus prænoscit. VVandalorũ incursus.

III. SVB huius vero tempestatis turbinem, gloriosi renitebant in Galliis inter Episcopos viri, sanctissimus Remorum Præsul Nicasius, & beatissimus Aurelianensium Pontifex Anianus, sanctus quoque Lupus Trecassinus, & beatus Seruatius Tungrensis Antistes, aliique nonnulli virtutibus insignes: qui hanc indignationis Dei suis meritis ac precibus iram diu differre certauerunt, vt omnibus hæresibus & prauitatibus populi restinctis, ad Catholicam religionem & verum Dei cultum per pœnitentiam reuocarent; ac tantæ persecutionis & diuinæ animaduersionis gladium ab Ecclesiæ ceruicibus auocarent. Sed proh nefas! Impius, vt scriptum est, cum in profundum peccatorum venerit, contemnet, salutaribus eorum præceptis nullatenus obtemperabant. At vir beatissimus Nicasius Præsul instantibus studiis, continuisque doctrinis ac precibus, populum Dei ad pœnitentiam seu patientiam & triumphum martyrij prouocabat: vt quos incauta prosperitas ad offensionis impulerat foueam, aduersitatis deuota tolerantia non iudicium damnationis, sed gratiam purgationis, causamque salutis efficeret.

SS Nicasius Anianus, Lupus & Seruatius indignationẽ diuinã precibus amouere moliti. Prou 18. S. Nicasius Rhemenses ad pœnitẽtiam & martyrium prouocat.

IV. INTEREA castrametantur agmina VVandalorum circa vrbem Remorum, vniuersaque regione depopulata, neces tantum inibi habitantium feruentissime pertractantes Christianorum, hos veluti Deorum suorum inimicos, & moribus paganorum contrarios interimere, penitusque de terra delere ambiebant. Beatus itaque Nicasius animam suam pro fratribus, Christi sequens exemplum, ponere paratus, sibique commissum nullatenus omittere gregem, prorsus instituit, aut cum eis pariter viuere, aut pariter quod eos paterfamilias perpeti vellet sufferre, ne fugiendo Christi videretur, sine quo non possunt homines vel viuere, vel Christiani fieri, deserere ministerium. Vnde & iuxta beati Augustini sentẽtiam, maiorẽ charitatis reperit fructum, quam qui non propter fratres, sed propter seipsum fugiens atque comprehensus non negauit Christum, suscepitque martyrium. Metuebat enim potius Antistes sanctissimus, ne se deserente lapides viui extinguerentur; quam ne lapides & ligna terrenorum ædificiorum se præsente incenderentur. Magis timens ne destituta Christi corporis membra spiritali victu necarentur, quam ne membra corporis sui hostili oppressa impetu torquerentur. Paratus ad vtrumque; vt si non posset hic calix transire, fieret voluntas eius, qui mali aliquid non potest velle. Nec requirebat quæ sua sunt, sed imitans eum qui dixit, non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Et ne magis fugiendo obesset exemplo, quam viuendo prodesset officio, nulla ratione consensit esse fugiendum. Neque temporalem mortem, quæ quandoque ventura est etiamsi caueatur, sed æternam, quæ potest si non caueatur venire, & potest si caueatur etiam non venire, formidans. Non sibi placens, nec personam suam in tantis periculis fuga digniorem, vtpote gratia excellentem, iudicans, ne ministerium in his maxime periculis necessarium ac debitum subtraheretur Ecclesiæ: non vt mercenarius videns lupum venientem, dimissis ouibus fugit; sed vt pastor bonus pro grege sibi credito animam paratissimus obtulit: & quod melius agendum inuenire potuit, sedulas ad Dominum pro se suisque fundere preces elegit.

Rhemorum vrbs a VVandalis obsidetur. S. Nicasij resolutus animus.

V. FATIGATIS igitur tandem præliatoribus impugnatione continua, excubiis & inedia, furentibusque circumquaque

Remenses à S. Nicasium desperatis penè rebus confugiunt.

cunctisque hostibus, ac fortiter bello concutientibus vrbem, nimio terroris tædio ciuitas vniuersa [illegible] ad san-ctissimum Nicasium in orationibus prostratum decurrunt, futuram paganorum victoriam p[illegible] & [illegible] lium consolationis ab eo velut à patre filij requirentes. Interrogant quid vtilius consilij facere [illegible] uitati sese gentium tradere, aut ad mortem vsque pro salute vrbis dimicare. Beatus autem Nicasius cæl[illegible] sciens reuelatione Remorum subuertendam ciuitatem, consolans eos, infatigabiliter Domini supplicab[illegible] tiæ, quatenus hæc tribulatio mortis temporariæ, non ad iudicium, sed ad indulgentiam persisterent [illegible] confessione proficeret: pro animæ pugnare salute, non armis visibilibus, sed precibus docens moribus, non [illegible] fiducia virium, sed spiritualium exercitatione virtutum. Hanc supernam iusto Dei iudicio pe[illegible]ntium [illegible]

Consilium S. Nicasij.

citatam demonstrans indignationem: certum salutis id prædicans esse cōsilium, si ad diuina compuncti [illegible] uerterent animum; suscipientes hæc non inuiti aut desperantes, vt iniquitatis filij: quin patientes ac man[illegible] filij pietatis, promissa regni cælestis præmia percepturi. Exhortans eos, spe salutis æternæ, præsentem deu[illegible] ferre tribulationem; vltroque seipsos ad hanc offerre momentaneam necem, quo debitam reatibus perp[illegible] nationis euadere mererentur vltionem, quatenus eis mors præsens non supplicium, sed animarum fieret [illegible] medium. Pro inimicis eos etiam admonens exorare, vt tandem aliquando resipiscerent ab iniquitatibus su[illegible] & qui ministri tunc videbantur impietatis, possent cultores nonnunquam pietatis, sectatoresque fieri veritatis. Se[illegible] se paratum depromens, vt bonum decet pastorem, pro ouibus animam ponere, præsentemque vitam conte[illegible] quatenus ipsi peccatorum veniam & salutem secum mererentur æternam percipere.

Eutropia virgo.

ADERAT etiam germana sua beata Eutropia, virgo Christi sacratissima, quæ ob castitatis munition[illegible] sanctissimum semper imitando & adhærendo sequebatur Episcopum, vt & ab spiritualibus aliena nequitiis à D[illegible] seruaretur puritas mentis; & à carnalium corruptione delectationum tegeretur immunis integritas corporis. An[illegible] itaque plebem Dei pro viribus ad coronam martyrij pi[illegible]s exhortationibus animabant; & agonem victoriæ [illegible] Domino precibus commendabant. Dei tandem decreto iudicio, irruptionis die, dum paganorum furibundi m[illegible] Præsul Nicasius in vrbe comperit impetum, sancti Spiritus virtute roboratus, alma comitante sorore, cu[illegible] hym[illegible] & canticis spiritualibus, ad ostium Basilicæ sanctæ Dei genetricis Mariæ, quam ab eodem in huius vrbis arce fu[illegible] memorauimus, traditur occurisse. Dumque diuinæ deditus psalmodiæ, versum domino Dauidicum pia vo[illegible] decantat inquiens: Adhæsit pauimento anima mea, mox insequente gladio ceruicem cæsi verbum pietati ab ore non defecit, capite in terram cadente immortalitatis, vt traditur, sententiam prosecuto, Viuifica me Domine secundum verbum tuum, inferendo. Sancta vero Eutropia videns impietatem circa se quasi mitigatam, & pulchritudinem [illegible] ceu paganorum libidinibus reseruatam, super eundem sacerdotis interfectorem insiliens, magnoque clamore increpitans, & ad martyrij sui bellum prouocans, sacrilegi alap[illegible] faciem percussi oculos, diuini nominis virtute euul[illegible], in terram proditur effudisse. Quæ mox insanientium ferro iugulata, sacro fuso sanguine palmam victoriæ suæ cum germano suo Pontifice Christi, cæterisque triumphatoribus sancta adipisci meruit. Fuere siquidem nonnulli, t[illegible] clero, quam ex laicali cœtu, constantiæ huius sectatores, ac comites: qui per præsentis tolerantiæ participationem æternæ beatitudinis cum hoc beatissimo patre suo consequi certauere communicationem. Inter quos Florentius Diaconus, & beatus Iocundus extitisse clarissimi referuntur: quorum capita Remis, post altare sanctæ Dei genetricis Mariæ, tumulata seruantur.

Psal. 118. S. Nicasius gladio cæditur. Ibid. S. Eutropiæ zelus. Martyrium, & sociorum. Florentius Diaconus & Iocundus martyres.

BARBAROS igitur de constantia virginis, & profani spiculatoris subitanea multatione stupefactos, expleta VII
cæde, sacro inundante cruore, terribilis omnes horror inuasit, quasi cælestes acies dimicantes, tanti sceleris vind[illegible] adspicientes: ipsa quoque horrendo reboante basilica sonitu. Relictis ergo passim spoliis territa VVandalorum agmina, dum diuinam metuunt vltionem, irreuocabiliter per diuersa fugientes, inuasam trepidi deserunt ciuitatem. Qua diu sic manente solitaria, Christianis, qui ad munitiones montium fugerant, incursiones paganorum trepidantibus, paganis vero cælestes, quos ibi pertulerant, horrores pertimescentibus; sub diuina duntaxat, angelicaque custodia, sanctorum seruabantur inibi Martyrum corpora: ita vt in noctibus à longe cælestia cernerentur lumina, & suauissimi sidereis supernatum soni virtutum choris dulciter reboantibus, audirentur à nonnullis carmina. Vnde & cælestis victoriæ reuelatione confortati tandem ciues, qui ad sepelienda Sanctorum corpora diuina remanserant prouidentia, cum precum votis ad vrbem regredientes, inæstimabilem suauitatis odorem, vbi sanctorum decorabantur funera, hauriunt: gaudioque permiscentes gemitum, lachrymosis Dominum laudibus magnificant, & ad tumulandum sacra se præparantes pignora; congruis [illegible] circa ciuitatem locis venerantes [illegible] condunt. Beatissimi vero Nicasij Præsulis, ac sororis eius, sacratissima sollemniter in cæmeterio sancti Agricolæ [illegible] plo quondam à Iouino Christianissimo Romanæ militiæ Magistro longe scilicet ante fundato, magnificeque [illegible]corato collocant membra: vt appareat instinctu diuinæ procurationis ad celebritatis istorum dignitatem magis, quam ad primæ præparatum fuisse conditionis authoritatem. Hanc autem basilicam præfatus vir Iouinus his versibus aureo prætitulauit decore.

Cæde peracta VVandali horrore perculsi diffugiunt. Sanctorum martyrum corpora sub dio ab Angelis asseruantur. A Rhemensibus solenniter conduntur.

Felix militiæ sumpsit deuota Iouinus
Cingula, virtutum culmen prouectus in altum:
Bisq. datus meritis equitum, peditumq. Magister.
Extulit æternum seclorum in secula nomen.
Sed pietate grauis tanta hæc præconia vincit,
Insignesq. triumphos religione dicauit.
Vt quem fama dabat, rebus superaret honorem.
Et vitam factis posset sperare perennem.
Conscius hic sancto manantis fonte salutis,
Sedem viuacem moribundis ponere membris,
Corporis hospitium lætus metator adornat.
Reddendos vitæ saluari prouidet artus.
Omnipotens Christus iudex venerabilis atque
Terribilis pie, longanimis, spes fida precantum,
Nobilis eximios famulis non imputat actus.
Plus iusto fidei ac pietatis præmia vincant.

Plurimis clarent miraculis.

Vbi postea quam sunt horum deposita sanctorum Martyrum corpora, innumerabilibus eadem Ecclesia constat miraculorum signis redimita: vt & eorum meritis ac precibus multitudo langentium recuperationis inibi percipiat alacritatem, & exemplis ipsorum plebs ad cælestem deuota discat properare sublimitatem.

VIII MEMINIT huius barbaricæ persecutionis beatus Hieronymus scribens ad quandam adolescentulam viduam Ageruchiam nobilem, & exhortans eam de monogamia & perseuerantia viduitatis; ita memorando inter cætera. Innumerabiles & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vvandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni, & o lugenda Respublica! Hostes Pannonij vastauerunt. Etenim Assur venit cum illis. Magontiacus, nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est, & in Ecclesia multa millia hominum trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrabates, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus translatæ in Germaniam. Aquitaniæ, Nouemque populorum, Lugdunensis, & Narbonensis Prouinciæ, præter paucas vrbes, cuncta populata sunt, quas & ipsas foris gladius, intus vastat fames, &c. In præfata denique Basilica beatus Remigius morandi traditur habuisse consuetudinem: quatenus sanctorum martyrum meritis, vt erat spiritu semper, ita proximus redderetur & corpore. Monstratur adhuc ædicula secus altare, vbi secrete Domino vacare, & inspectori summo beatissimæ speculationis hostias, turbis remotus popularibus, deuotissime consueuerat immolare. Istac enim intentus his degebat officiis, quando comperto vrbis incendio, cum diuinitatis inuocatione deproperans, Sanctorum fultus suffragio, lapidibus Ecclesiæ graduum deinceps expressa reliquit vestigia.

S. Hieron. Epist. 11. — *S. Remigius singulari deuotione huius loci captus.*

IX. DIVERSIS etiam multimoda clarificatione fertur hæc illustrata temporibus ædes. Sed nos vnum tantum, quod nostris fere diebus actum, referentibus nostris qui interfuere patribus, agnouimus, propalandum putauimus. Solemque hyemali tempore præfatorum agebatur Martyrum, quæ solito XIX. Kal. Ianuarias celebrari consueuit. Ad cuius celebritatis vigilias fratres temperius exsurgentes, custodes ipsius Ecclesiæ dormientes, ostia quoque diligenter obserata reperiunt. Quæ diutius obterendo pulsantes, dum neminem responsa dantem deintus accipiunt, domum Presbyteri petunt, portamque crebris incutientes ictibus, & tecta lapidibus verberantes, vbi nullum sibi qui pandat excitare præualent, templi ianuam repetunt: quam sponte patentem reperientes, accensa luminaria cuncta vident: sed auctorem facti neminem intus aspiciunt. Sicque post orationem, Christo gratias agentes, nocturnas ineunt laudes. Quibus iam magna parte decursis, ad horum voces Presbyter excitatur, rem cum suis admiratus: hymnos dicturus cum cæteris stupefactus approperat. Nullumque demum accensionis huius vel reserationis reperire queunt administratorem, nisi summũ duntaxat diuini muneris largitorem; qui Sanctorum suorum iugi mirorũ splendore propagare non desistit honorem. Huius autem beati Pontificis & Martyris pignora quædam Nouiomagensium Episcopus quidam obtenta suam pertulit ad ciuitatem. Quæ tam apud Nouionium, quam & apud Tornacum castrum, vbi nunc quoque seruari perhibentur, claris multisque referuntur illustrata miraculis. Postea vero cætera corporis eiusdem martyris Fulco Archiepiscopus, simul cum corpore beatæ sororis eius Eutropiæ, intra Remensis transuexit mœnia; retroque post altare sanctæ Dei genitricis Mariæ, vbi ea modo veneramur, iuxta beati Papæ Callisti membra debita recondidit reuerentia.

Fores Ecclesiæ Sanctorum martyrum sponte patent & luminaria succensa cõspiciuntur. — *Translatio S. Nicasij & Eutropiæ.*

VITA BREVIS S. VRSICINI RAVENNATVM ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN HIERONYMI RVBEI, DE GESTIS RAVENNATVM LIBRO TERTIO.

ECCLESIO successit in Rauennatum Archiepiscopatu Vrsicinus, patria Rauennas, procero, sed tenui corpore, facie rubra, magnis oculis, summa vir religone atque innocentia. Hic Iulianum Argentarium in ædificationem augustissimi templi D. Vitalis incumbentem hortatur, vt ad vnius patroni ciuitatis templum, alterum adiungeret D. Apollinari, & geminata pietate ambos Rauennatum * deos tutelares, honore afficeret. Id cum Iustiniano Argentarius significasset, & Cæsar fuisset assensus, ad classem, vbi templum ignobile D. Apollinari exstructum erat, maius ac nobilius templum ædificauit. Quod ad hanc diem extat, ipsam egregij operis admirabilem antiquitaté præ se ferens. Hisdem diebus Bacuda, Iuliani gener, socero opem ferente, in regione Rauennatis vrbis, cui regioni Aphricisecæ cognomentum est, D. Michaeli Archangelo templum quod adhuc superest ædificauit. Nec haud ita post multo obiit Vrsicinus Archiepiscopus, cum annos tres Rauennati Ecclesiæ præfuisset. Sepultus iuxta prædecessorem suum Ecclesium, in diuorum Nazarij & Celsi sacello. Eius imago in testudine spectatur Classensis templi. In cuius templi porticu magnis characteribus hæc scripta erant. Beati Apollinaris sacerdotis basilicam, mandato beatissimi Vrsinici Episcopi, à fundamentis Iulianus Argentarius ædificauit, ornauit, atque dedicauit: consecrante vero beato Maximiano Episcopo, die Nonarum Maiarum, indictione duodecima. Octies P.C. Basilij. Ferunt autem, cum D. Vrsinici Rauennatis martyris memoriam, cum obtruncatus ex humo surrexit, caputque ambabus apprehendit manibus, tribus ex collo ramis palmæ prodeuntibus, renouandam curauisse: quod eo modo sibi ad sepulchrum martyris, orantique visus ipse fuisset.

14. DECB. — *S. Vrsicini patria.* — *Eius hortatu D. Apollinari templum exstruitur.* — * *deos pro diuos vel sanctos hic ponit auctor.* — *Obit er orat em.* — *Miraculũ.*

GESTA MVLIERIS CVIVSDAM CAPTIVÆ QVAM MARTYROLOGIVM ROMANVM CHRISTIANÆ ANCILLÆ NOMINE, QVOD NOMEN EIVS INCOGNITVM, VOCAT; A RVFFINO AQVILEIENSI PRESBYTERO histor. Eccles. lib. 1. cap. 10. conscripta, eandem & Socrates lib. 1. cap. 16. Sozomenius lib. 2. cap. 24. Theodoretus lib. 2. cap. 6. & alij recentiores ex iisdem referuntur.

ANN. 327.

15 DECB.

I. PER idem tempus etiam Iberorum gens, quæ sub axe Pontico iacet, verbi Dei fœdera, & fidem futuri susceperat regni. Sed huius tanti boni præstitit causam mulier quædam Captiua, quæ apud eos reperta, cum fidelem & sobriam satis ac pudicam duceret vitam, totisque diebus ac noctibus obsecrationes Deo peruigiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cœpit, & quid hoc sibi velit curiosius perquirebant. Illa vt res erat, simpliciter Christum se Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum (vt fieri solet) ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur.

Iberi per mulierẽ ad fidẽ perducti. Hos autem fuisse Iberos inferiores intra Caucasum ad mare Caspium tradit Bar. an. 327.

II. MORIS apud eos esse dicitur, vt si paruulus ægrotet circumferatur à matre per singulas domus, quo scilicet si quis experti aliquid remedij nouerit, conferat laboranti: cumq; mulier quædam paruulum suum per omnes circum- *Cõsuetudo Iberorum.*

 tulisset

tulisset ex more, nec aliquid remedij cunctas domus lustrando cepisset, venit tandem ad Captiuam, ut aliquid [illegible] ostenderet. Illa se humani quidem remedij nihil scire testatur, Deum tamen Iesum Christum quem coleret [illegible] speratam ab hominibus posse salutem confirmat: cumque cilicio suo paruulum superposuisset, atque [illegible] tationem fudisset ad Dominum, sanum matri reddidit infantem.

Infantem ægrum curat.

SERMO defertur ad plures, factique fama magnifici vsque ad aures Reginæ perlabitur. Quæ dolore [illegible] grauissimo corporis afflicta, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuam deduci. Illa renuente, ne plus [illegible] re amplius aliquid quæ sexus sineret, videretur. Ipsam se Regina deferri ad captiuæ cellulam iubet. Quam [illegible] super cilicium suum positam, inuocato Christi nomine, continuo post precem, sanum ac alacrem fecit exurgere. Christumque esse Deum, Dei summi Filium, qui salutem hanc contulerit, docet, cumque quem sibi auctorem suæ [illegible] esse incolumitatis, & vitæ, commonet inuocandum. Ipsum namque esse, qui & Regibus regna distribuat, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domum regressa, marito percontanti, causam tam subitæ sanitatis aperuit; qui [illegible], cum pro salute coniugis lætus, & mulieri munera deferri iuberet, illa: Horum, inquit, ô Rex nihil captiua dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascitur. hoc solum ei muneris dabimus, si eum qui me illa [illegible] care sanauit Christum Deum colamus.

Regina ab ea sanatur.

AD hoc tunc Rex segnior fuit, & interim distulit, sæpius licet ab vxore commonitus, donec accidit quadam die IV.
venante eo in syluis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, & per terræ noctis horrorem luce subducta, cæcis iter gressibus denegari. Alius alio diuersi ex comitibus oberrant, ipse solus densissima obscuritate circumdatus, quid ageret, quo se verteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animo cogitatio talis ascendit. Si vero Deus est Christus ille, quem vxori suæ Captiua prædixerat, nunc se de his tenebris liberet, vt ipsum ex hoc omissis omnibus coleret. Ilico vt hæc nundum verbo, sed sola mente deuouerat, reddita mundo dies, Regem ad vrbem perducit incolumem. Quique Reginæ rem protinus vt gesta est pandit. Euocari iam iamque Captiuam, & colendi ritum vt sibi tradat, expostulat: neque se vltra alium Deum quam Christum veneraturum esse confirmat. Ad hæc Captiua, edocet Deum Christum: supplicandi ritum, venerandique modum, inquantum de his aperire fœminæ fas erat, pandit. Fabricari tamen Ecclesiam monet, formamque describit.

Rex fit Christianus.

IGITVR Rex totius gentis populo conuocato, rem ab initio quæ erga se & Reginam gesta fuerat exponit, fi- V.
demque edocet, & nondum initiatus in sacris, fit suæ gentis Apostolus. Credunt viri per Regem, fœminæ per Reginam: cunctisque idem volentibus Ecclesia exstruitur instanter: & eleuato iam perniciter murorum ambitu, tempus erat quo columnæ collocari deberent. Cumque erecta prima vel secunda ventum fuisset ad tertiam, consumptis omnibus machinis, & boum hominumque viribus, cum media iam in obliquum fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secundo ac tertio ac sæpius viribus, ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, Regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes abscessissent, cunctique mortales & ipsa opera cessarent, captiua sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus: cum ecce matutinu. & anxius cum suis omnibus ingrediens Rex, vidit columnam quam tot machinæ, tot populi mouere non quiuerant, erectam, & supra basim suam librate suspensam, nec tamen superpositam, sed quantum vnius pedis spatio in aere pendentem. Tunc vero omnes populi contuentes & magnificantes Deum, veram esse Regis fidem, & Captiuæ religionem præsentis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce mirantibus adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam, nullo contingente, columna deposita, summa cum libratione consedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, vt omnes quæ superfuerant, ipsa die locarentur.

Credunt Iberi & Ecclesia exstruitur.

Miraculum ad preces mulieris.

POSTEA vero quam Ecclesia magnifice constructa est, & populi fidem Dei maiori ardore sitiebant, Captiuæ VI.
monitis ad Imperatorem Constantinum totius gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mitti exorantur, qui ceptum erga se Dei munus explerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc lætatus est, quam si incognitas Romano imperio gentes & regna ignota iunxisset. Hæc nobis ita gesta fidelissimus vir Bacurius, gentis ipsius Rex, & apud nos Domesticorum Comes (cui summa erat cura & religionis & veritatis) exposuit, cum nobiscum Palæstini tunc limitis Dux, in Hierosolymis satis vnanimiter degeret.

Iberi poscunt a Constantino Imp. sacerdotes.

DE S. VALERIANO EPISCOPO, *cuius festum in quintum decimum diem Decembris incidit, quære ad Iobu 17. Octobris inter martyres Africanos.*

DE MAXIMINO ABBATE ET CONFESSORE, *agitur in discipulorum eius historiis, Aniti scilicet ad decimum septimum Iunij, & Carilephi, Calendis Iulijs, vbi per errorem Episcopus nominatur, cum tantum fuerit Abbas.*

ANN. 286. VITA S. SVSANNÆ, QVÆ ET IOANNES, VIRGINIS ET MARTYRIS, EX MENÆIS GRÆCORVM, INTERPRETE R. P. MATTHÆO RADERO S. I. THEOLOGO.

15. DECE. Græci, Latini 20. Sept.

SANCTA Susanna Maximiani imperio vixit, ex Palæstina, patre Idololatra, matre Iudæa orių- I.
da, quorum impietatem amborum detestata ad Christum confugit, sacroq; baptismatis fonte à Siluano Episcopo lustrata, parentibus morti concedentibus, opes omnes in pauperes effudit, seruosq; & seruas omnes manumisit. Ipsa virili veste sumpta, ad venerandum quendam Patrem se contulit, rasaque in monachum Ioannes est indigitata. Vbi cum vicesimum ipsum annum peregisset, calumniam est passa. Monacha quædam ventitare ad cœnobium solebat, visamque illam putabat virum esse, atque ad lasciuiam solicitabat: repulsam passa à Ioanne, cœpit illam criminari, perinde quasi vim sibi inferre esset conata: Susanna seu Ioannes crimen non refutauit, sed quasi rea se ad satisfaciendum pro illius voluntate paratam ostendit. Quod cum Episcopus Eleutheropolitanus intellexisset, quid, inquam, in monasterio designatum diceretur, Præpositum vehementer corripuit, qui sacra illam veste monachi exuere decreuit. Hic Susanna inter angustias deprehensa, petiuit vt binæ virgines, binæque Diaconissæ fœminæ vocarentur, quibus se quæ esset aperuit, qua re attonitus Episcopus Susannam quoque Diaconissam creauit, cæterisque præesse voluit. Multa vero memorandaque miracula hæc patrauit.

Susannæ parentes.

Monachismum assumit simulato sexu & calumniam patitur.

Se fœminam detegit.

PRÆTOR Alexander, cum Eleutheropolim venisset, & Idolis adoleret, hæc sua sponte accessit, & solis pectibus simulacra in terram deiecit, qua de re postulata, Prætori sistitur, papillisque multatur: sed diuinitus curatam cum carnifices ipsi viderent, Christo nomina dedere, capitisque supplicium pertulere. Sed beata Susanna plumbum igne liquatum, perque canalem in os infusum per intestina, sine vlla corporis offensa effudit. Virgis cæsa, & rogo imposita Deo spiritum commendauit. II.

Eius martyrium.

S. P. N.

S. P. N. ET CONFESSORIS THEODORI STVDITÆ ORATIO FVNEBRIS IN S. PLATONEM PATREM SPIRITVALEM.

An. 74[illegible]

HABETVR IN 7. TOMO ALOYSII LIPOMANI Episcopi Veronensis.

I. ORATORVM quidem & sophistarum omne studium est, non vt ad scribendum se conferentes, quod verum est assequantur, sed vt dictioni splendorem adhibeant, & poetarum versus concidentes, verbis illinc sumptis narrationem suam ornent, ac sublimem reddant, & eorum aures, à quibus audiuntur, orationis suauitate oblectent. Verborum enim concinnitate auditores demulcent, & probabilitate decipiunt, parum curantes, vt vera dicant: quippe qui opiniones captant, & studio placendi hominibus omnino seruiunt. Quos vero amor veritatis tenet, illi vnum hoc curant, vt, quæ sunt, ea dicant, & veritatem ipsam honorent, quamuis oratio concinnitatem & elegantiam non sit habitura. Cum enim veritatis pulchritudinem expetant, comptis dictionibus, quæ stragulis quibusdam pictis similes sunt, multam salutem dicunt, id enim veræ sapientiæ proprium est.

16. DECE. Martyrol. Rom. & A. [illegible] Rhetorũ & sophistarũ studium.

II. ITA certe & ego, qui mente sum exigua, oratione & spiritu valde tenui patrem meum laudabo, non vt illi hac laudatione gratum faciam: Quæ enim gratia illi hæc esset, qui nulla re ex his, quæ hic sunt, delectatur, cum cælestem conditionem sortitus sit, cuius qui compos fuerit, præsentia hæc irridet, cum nihil in eis stabile sit, neque beatum: sed tanquam vmbræ prætereant, & vt verni flores corrumpantur? Ad hæc si, cum in terris esset, indignum se arbitrabatur, qui vel in monachorum numero consereretur, (quæ res summam eius modestiam atque humilitatem, sanctæque illius animæ præstantiam indicabat) quomodo nunc cum hinc ad ea migrauerit, quæ incorrupta sunt, quo loco falsæ gloriæ nulla est appetitio, hanc nostram laudationem ille appeteret? Sed hoc mihi faciendum proposui, quod iustissime, vt quiuis alius, hoc illi debeo, tum pro aliis ipsius in me officiis, tum maxime, pro oratione ipsa, quæ, qualiscunque sit, illius labore ac diligentia in me exorta est, vt tanquam mercedem quandam orationis parenti hanc referam.

Sãcti in cælis terrenis rebus non delectãtur.

III. QVAMVIS autem intelligam paternam laudem ad filij gloriam redundare, (vt est à sapiente illo dictum: Gloria hominis ex honore patris ipsius) nõ ob id tamen, vt aliquis opinari posset, illum laudabo: cum sciam vnumquemque, si è domo, & ex seipso gloriam habeat, gloriosiorem quidem esse, à patre etiam ipso splendorem accipientem: sin minus, paternos honores nihil prodesse illi, qui est inglorius, & honoris expers, qualis ego haberi possim: Sed quod fas non sit, eius vitam cum virtute actam, velut lucernam quandam semper lucentem, silentio, & tanquam sub modio aliquo occultari, immo in rationali candelabro effulgentem, non vni, aut alteri, sed omnibus (hoc enim audeo dicere) qui sunt in Dei Ecclesia, proponi debeat. Quoniam igitur ostensum est, orationem ipsam conducibilem esse, ac nobis necessariam, quæ non veritatem solum, sed vtilitatem etiam magnam in se contineat, age illinc, vnde conuenientissimum est, laudationem aggrediamur.

Eccl. 3 *Matth. 5.*

IV. BEATI Platonis parentes fuerunt Sergius & Euphemia, quorum nobilitas insignis, & mores non ignobiles extiterunt: ita enim se gesserunt, & diligenti domus suæ gubernatione rem familiarem præter cæteros ita auxerunt, vt etiam consanguineis æmulationem sui concitarint. Quibus ad alias laudes ea quoque accessit, quod bonorum filiorum parentes esse datum illis fuerit. Post duas enim filias, velut germen quoddam rectissimum & illum genuerunt, quem nunc laudamus: quamuis neque filiæ ipsæ sine laude vixerint: illarum enim res gestæ multæ, & præclaræ narrari possunt: è quibus vna in communi vita, qua vsa est, ita se gessit, vt excelluerit: altera, ex qua & nos geniti sumus, monastico ordine illustrem se præstitit.

S. Platonis parentes. Eius nepos fuit author huius vitæ.

V. QVONIAM vero illis temporibus cælestis ira inflicta est, (Res enim me admonet, vt & de hac dicam: quippe quæ publicam intulerit calamitatem, non in paucis aliquibus regionibus ac ciuitatibus versans, sed velut Ægyptiacum quoddam flagellum, ex alia in aliam ciuitatem transiens) ac vel maxime in regia vrbe Byzantio malum illud fuit, hi viri, quos diximus, semper memorabiles, è vita excesserunt. Non alienum autẽ fortasse fuerit, vtilitatis causa mortis etiam ipsius genus conscribere. Narratio enim hæc talis est, quæ illorum animos terrere possit, qui prudenter eam intellexerint. Repente in singulorum vestibus salutaris Crucis signum cæruleo colore velut à manu aliqua pulcherrime pingente, vel Dei potius digito, & superna manu expressum cernebatur. Quicunque vero talis deprehensus fuerat, diuulgabatur, ac statim mors illi afferebatur. Eodemque die aliquis mortuum efferebat, & ipse mortuus efferebatur. Duo simul in feretro, quatuor in iumento portabantur, onera corporum miserabilium semper recens cumulata. Lamentationes vbique, & voces miserabiles vndique resonantes. Qui mortuorum cadauera efferebant, tam multis oneribus sufficere non poterant: itaque deerant, qui tot mortuos sepelirent. Claudebantur domus, vrbis regiones inanes fiebant, sepulchra ipsa implebantur, cum intra duos menses vrbs celeberrima, & multis millibus hominum habitata, iam deserta, & talis fere sit facta, vt si à nullis habitaretur. Hæc illius impij Constantini temporibus acciderunt, à quo imago Christi contumeliose spreta, & à nefario illo homine, ac populi corruptore, simulacrum erroris nominata: immo vero Christus ipse noster Deus ab eo despectus fuit. Siquidem honor imaginis ad eum refertur, cuius est ipsa imago, vt diuinus Basilius quodam loco ait. Hæc Dei virga, vt aliquis diceret, pœna fuit iustissima, qua peccantes homines instruerentur, nosque à summa nostra malitia reuocati emendaremur: ita, inquam, illa, quæ ad salutis viam his viris dux est, qui eius correctionem prudenter & æquo animo accipiunt. Sed ad Platonem ipsum nostra redeat oratio.

Pestis Constantinopol. [illegible] hoc anno 746. vide Theophanem & Baro. hoc ann. Crucis signũ in vestibus [illegible] mirum cernitur d[illegible] [illegible] Vide pœnã Iconomachorum.

VI. CVM esset ille orbus parentibus, & cum sororibus in ætate valde puerili relictus, ab vno quodam consanguineo suo acceptus est, & ad ætatem vsq; pubescentem educatus. At statim quidem, vigente illius iuuentute, tanquam rectum quoddam germen optima rerum intelligendarum perspicientia effloruit: quam difficile præstare possunt, qui sunt in orbitate educati, cum neminem habeant, qui tantum diligentiæ illis educandis, quantum parentes, adhibeat. Suo igitur studio & honesta æmulatione notitiam eius artis, quæ notariorum dicitur, ita fuit assecutus, vt nondum aliquis eorum, quibus de paterna diligentia prouisum fuit, illam assequi potuit. Cum enim ponderibus præfectus esset apud auunculum, qui regias pecunias custodiebat, & in ea re tam probatus extitisset, vt auunculus nomen tantum muneris illius haberet, ipse vero munus illud re ipsa exerceret, ob idque in conseruandis pecuniis regiis valde insignis esset, tam optimatibus, quam Cæsari, erat vir ille notus atque optabilis.

Discit artẽ notariorum Plato.

VII. CVM igitur talis esset, atque arbitrij libertate vteretur, non incontinentibus iuuentutis affectibus mentem tradidit, vt aliquis licentiosior, & fractæ mentis homo faceret: sed velut optimus quidam equorum domitor ipse sibi existens, ab insipientium virorum consuetudine se abstinebat: cum illis autem, qui eruditi erant, vna versabatur, cum honoratioribus, non abiectioribus, viris se coniungens, hisque adhærens, qui ætate præstabant, non qui

Vitat cõsortia malorũ.

natu minores erant. Qua diligentia & virtutis exercitatione, animi nobilitatem ab externis honoribus ad [illegible] virtutis viam dirigebat. Non enim conuiuarum & sodalium communibus compotationibus [illegible] quis eorum, qui adolescentes sunt, in epulis versari consueuit: neque in talorum ludo & [illegible] sumebat, vt luxuriosi homines faciunt: sed laboriosis vacationibus pondere aliudve pecuniæ dan[illegible] diuitias sibi cumulauit, easque sic auxit, vt præter paternam hæreditatem satis amplam, sibi alias etiam facultates comparauerit: quæ nunquam accedere potuissent, nisi vir ille continentia & frugalitate in omni re vsus fuisset. Qu[illegible] honesti appetens, iuuenis ille temperantiæ ornamentum assequebatur, & prudentia insignis erat, in quo morum comitas inerat. Iuueniles appetitus, à se longius remouebat, quibus capti qui fuerint, tantum abest, vt bona, quæ non habent, adipiscantur, vt etiam illa, quæ habent, exinanire soliti sint.

Eius temperantia, prudentia, morũ comitas.

VIII. SED quidnam deinde consecutum est? Prudentia tam insignis vir ille, & in his bonis, quæ ad vitæ commo[illegible] res pertinent, talis euasit, (quæ res ab eis appetitur, qui terrenis rebus delectantur, & ab his studiose quæritur, qui filias viris collocant) vt alius aliunde vel ea eorum numero, qui nobiles & locupletes erant, ad vitæ communionem illum ad se inuitaret. Sed diuinarum rerum appetitio, quam meliori consilio vsus in animo accensam habebat, non permisit, vt in multo vitæ huius cœno infigeretur. Etenim pro ludo diuinas lectiones, quibus attentus erat, pro theatris & spectaculis Ecclesias frequentabat, pro inhonestis diuersoriis honesta collegia: quodque laudabilius est, [illegible] tas mentis cogitationes & acta cuidam eorum, qui præerant, sæpius confitebatur. Quæ res magnum religionis [illegible] erat indicium: idque, cum perfecte facere solitus esset, ei, qui confessionem ipsius audiebat, admirationem ac stuporem afferebat.

Confitetur sæpe sacerdoti peccata sua.

IX. ITAQVE factum est, vt cum ille mentis oculos ad sempiternarum rerum contemplationem erexisset, & earum desiderio allectus, atque alacrior factus, eorum, quæ in terris sunt, cupiditatem extinxisset, fecit vir ille admirabilis, quod diuinus Antonius ante fecerat. Cum enim omnia, & paternam etiam domum vendidisset, pauperibusque pecuniam distribuisset, ac seruos ipsius libertate donasset, & duabus sororibus pauca quædam reliquisset, exiit è loco, in quo erat, eo proposito, quo Abraham olim exierat: non vt in villis, quæ prope erant, diuinam exercitationem obiret, sed longius aufugiens ad Olympi partes, ad eum peruenit locum, ac virum, qui diuinitus monstratus ei fuerat: ad quendam, inquam, Archimandritam ea eorum numero, qui erant in regione illa. Locus, quem dicimus, Symbolus appellabatur: vir autem, Theoctistus: cuius mores boni, genus perspicuum, & finis sanctus fuit.

Omnia sua dat pauperibus
Gene. 12.

X. SED qualem eius recessum fuisse putamus? Ille quidem & mihi maxime memorabilis est, & auditoribus compunctionis occasionem afferre potest. Cum enim è patria migrasset, famulo quodam sibi gratissimo vsus est comite, & ad eum locum venisset, qui Regum nomine appellatur, in densam quandam syluæ partem ingressus, eius manu, qui eum sequebatur, comam sibi totondit, & pulla veste, tanquam purpurea quadam, se induit. Quod vero secutum est, quale spectaculum fuisse putamus, cum comes ille iussus fuisset ab eo discedere, domumque vna cum vestibus, quibus seipsum exuerat, redire, ob idque luctibus, quia domino priuatus erat, repleretur: ipse vero solus cum Deo tantum relictus esset, cuius causa & propter quem id ille agebat? Talis est amor diuinus, qui sui amatorem ab omnibus aliis rebus seiungit, eiusque animum sui desiderio inflammatum, ad se vnum contrahit.

Comã sibi tõderi vult a famulo.

Amor Dei quid efficiat

XI. POSTEA vero, quam ad magistrum veniens, ab eo interrogatus est, quisnam esset, & vnde veniret, & qua de causa peregrinationem illam suscepisset, singulis interrogationibus apta quædam & iusta responsa reddebat. Ille autem, cum patriam, genus, & educationem audiuisset: Nondum, inquit, in hac loci regione, quæ non mediocrem vitæ duritiem in se habet, monachi laborem sustinere poteris. Cui respondit Christi pugil: Omnia tibi, pater, trado, mentem, voluntatem & corpus: vtere famulo tuo, vt vis, in omnibus tibi obtemperante. O admirabilem propositi, & eius voluntatis demonstrationem, sed longe admirabiliorem monasticæ professionis materiam: quarum vna in eo apparuit, quod in ipso ætatis flore, cum res prosperæ illi, & ex animo succedebant, ac meliores spes subiciebantur, diuitiis propositis, gloria effulgente, corporis beatitudine vigente, atque ad hæc omnia accedente propriæ voluntatis potestate, omnibus tamen his potiorem habuit Dei amorem: altera apparuit in eo, quod optime de his rebus deliberauit, neque vt multi ea his, qui nunc in superficie, vel (vt verius dicam) aliter quam professio requirit, profiteri soliti sunt, sed vt vera professionis ratio postulabat, ipse professus est.

Vera professio monastica quæ sit.

XII. ISTI enim nescio quomodo obliti, quod Dominus dicit: Qui non renunciauerit omnibus his, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Item alio loco: Vende omnia, quæ possides, & habebis thesaurum in cælis: & veni, & sequere me: horum, inquam, omnium obliti, erigunt sibi ipsis templa & monasteria. Deinde professioni, quam susceperunt, multam salutem dicentes, propriis bonis potiuntur, ac dominantur, seruos & diuersas materias ad se attrahentes, heri & nudiustertius professionis expertes, & hodie tanquam in ea veteres aliorum duces: heri tales, qui nescirent prudenter aliis ducendos se præbere, & hodie aliorum duces esse imperite sibi proponentes: quibus non virtus, sed eorum, quæ habent, possessio principatum dedit: quique cum multos annos debuissent discere, quomodo primum recte imperio parere, deinde sic ad imperandum aliis ascendere deberent: antequam illud, quod prius est, experti fuerint, quod posterius est, periculose sibi assumunt, tales eos, quos sub manu habent, efficientes, quales nimirum & ipsi sunt.

Luc. 14
Matth. 19.

Quibus sit periculosũ prælatione fungi

XIII. NON autem sic ille fecit: sed postea quam vere terrenis rebus renunciauit, tunc & obedientiam non adulterinam, sed germanam & legitimam præstitit. Illud enim antecedit, hoc sequitur, vt fulgur tonitruo, & vt sole oriente lucifer prius apparet. Nam qui optime facultatibus, quas possidet, renunciauerit, optime videlicet & obedientiam præstabit: at qui non recte in alterutro se gesserit, in altero videlicet is claudicet necesse est. Multa quidem sunt virtutis exercendæ studia, extenuatio corporis, quæ continentiæ propria est: sobrietas in vigilando, macies, quæ à lachrymis proficiscitur, in precibus alacrem esse, humi cubando se affligere, tenui veste indui, propriis manibus operari, crebro genua flectere, mortem meditari, psalmos constanter canere, stationis tolerantiam ferre: sed nihil tale viro illi, qui obedientiam profitetur, quale est confessionis studium, & obedientiæ munus perfectum præstare: quibus rebus anima illuminatur, & propriæ voluntatis affectus extinguitur, perfectaque eius, qui per spiritum nascitur, in eum, à quo gignitur, adoptio efficitur. Nam qui non hæc aliis rebus prætulerit, is ad obedientiam præstandam imbecillis exstiterit, & quibus rebus videtur salutem suam procurare, his deceptus, perniciem & exitium patietur. Continentia enim, vigiliæ & vnaquæque earum rerum, quas supra diximus, ipsa quidem per se laudabilia esse concedet aliquis: sed nihil tamen expedire, immo vero & ruinæ causam illi esse affirmamus, qui suo arbitrio in his faciendis vtitur, nisi eius, qui præest, ductu & regula dirigatur. Quamobrem qui confessionem cum obedientia coniunctam exercuerit, aliis, quæ supra diximus, secundas partes tribuet, duobus his, quæ paulo ante dicta sunt, omnia concludens.

S. Platonẽ integrã præstat obedientiam.
Exercitio virtutum.

Obedientiæ effectus

Propria voluntas etiã bona studia contamin[at].

XIV. HÆC cum beatus ille ita præstitisset, vt nescio si quis alius vnquam præstitit, bonum fundamentum sibi iecit, atque in eo firmum ædificium construxit, omnem cogitationem suam subiiciens, & in omnibus obedientem se præbens, ob idque (vt illud dicam, quod in literis diuinis scriptum est) dilectus erat in conspectu patris sui. Tantum

fuit in

fuit in viro illo tolerantia, vt adamanti fere ſimilis videretur. Idem in miniſterijs obeundis erat admodum dexter, & inter multos certaminum & laborum ſocios valde inſignis atque illuſtris: à quibus non longe aberat, quod ad cœnobij vitam pertineret: ſeorſum vero cum vno quodam, iiſdem moribus prædito, quiete verſabatur: cum Theoctiſto, inquam, illo ſemper memorabili, modo exercitationi domi vacans, modo communiter verſans, tum in pſalmis canendis, tum in cibo ſumendo, & opere perficiendo, atque (vt ita dicam) promiſcue communiterque, & in omnibus modeſtiſſime ſe gerens. Non enim, quia genere inſignis erat, quod ad corpoream nobilitatem pertinet, propterea vna cum agreſtioribus vitam ducere: neque, quoniam famulorum antea miniſterio vtebatur, propterea ignorabiliora officia tractare alienum à ſe putabat, aut ægre ferebat. Quamobrem & fimum humeris portabat, prædiumque ſtercorare atq; irrigare iuſſus, id facere non grauabatur. Idem farinam patienter ſubigebat: eaque omnia faciens, multum ſtudij ac diligentiæ libris ſcribendis adhibebat.

S. Platonis humilitas

XV. Vultis dicam & alia illius obedientiæ egregia facinora? Increpabatur quidem à patre ipſo, præſentibus hoſpitibus: ille, inquam, qui ea, quæ ſupra diximus, optime faciebat: ſed increpationem ipſam velut laudem quandam accipiens, laudatiſſimus ille vir nihil mouebatur. Ad hæc cum fratribus audientibus legeret, idque recte faceret, increpatus tanquam perperam legiſſet, vir prudentiſſimus verecunde ac timide ſe gerebat: cumque à ſeruili genere ſe ortum eſſe audiret, vrbano quodam more annuens patri aſſentiebatur, generoſus ille tam animo, quam corpore: qui cum in manuum ſuarum opere faciendo eſſet tolerantiſſimus, & multum lucrifaceret, erat tamen ita modeſtus & humilis, vt ſi nulla in re vtilis fuiſſet, vir & diſciplinæ acquirendæ cupidiſſimus, & diuinæ pietatis amator ardentiſſimus.

Gaudet obiurgatione ſui.

XVI. Cum igitur aliquando ad patris pedes flexis genibus ſe deieciſſet, ab illo ipſo corrigebatur, quaſi ad idem erratum relapſus fuiſſet: ille tamen non repugnabat, ſed pergebat veniam petere. Itaque defeſſus erat, qui conſulto eum virum increpabat, & conuicia in eum conijciebat: quibus ſaturabatur, qui per voluntariam illam ignominiam gloriam ſibi comparabat ſempiternam. Dicam aliquid ex his, quæ profeſſionis propria eſſe non videntur, conſentanea tamen ei rei ſunt, ſi recte fiant. Idem ille tanto humilitatis deſiderio tenebatur, vt precibus ab alijs peteret, vt pugnis & alapis cæderetur. Cumque id impetraſſet, & à quodam viro, cui pater id præceperat, verberaretur, muneris loco accipiens verbera, lætabatur. Quæ res erat valde admirabilis, cum alter inuitus id faceret, quod indecorum videbatur: alter læto animo id pateretur propter vtilitatem, quam ex ea re percipiebat. Erat etiam id videntibus & audientibus admodum vtile, vnum aliquem inueniri, qui voluntarie illa patiens, Chriſtum imitaretur. Num igitur talis ac tantus vir poterat non diligi & amari? Quæſo, quomodo rationi conſentaneum fuiſſet, eum, qui totum obedientiæ legibus tanquam filium ſe tradiderat, non patri optabilem eſſe, & ex animo ab eo diligi? Propterea, vt dictum eſt, valde amabatur.

Thren 3.

Vult ab alijs percuti, eoque lætatur.

Ab omnib. amatur.

XVII. Itaque propter virtutis ſplendorem eius fama peruagata vbique celebrabatur, quippe qui patri ſuo talem ſe præbebat, vt eſſet inſtar omnium rerum, nã vt oculus dexter omnia videns, vt manus recte operans, vt pes bene incedens, in omnibus denique bonus erat illi conſiliarius, & ſocius admodum egregius, & in colloquendo ſuauis, eorum, quæ intus erant, cuſtos fideliſſimus: quæ autem foris erant, ea diligentiſſime obſeruabat, partim diſcipuli, partim fratris faciens officium. Illud quoque addiderim, eum vtrum etiam patris munere functum fuiſſe. Denique tantus in vtraque re ille fuit, vt ſi quando aliqua de cauſa neceſſe fuiſſet, laudatiſſimum illum Platonem aliquo proficiſci, vir ſemper memorabilis Theoctiſtus ob eam rem triſtis eſſet, neque recreationem haberet, vt Apoſtoli ſententia vtar, propter eius hominis abſentiam, qui tam optabilis illi erat. Quis enim illo ad res futuras proſpiciendas, & coniectura colligendas prudentior? Quis ad triſtitiam leniendam curandamque accommodatior? Quis ad res neceſſarias comparandas expeditior? Quis ad honorem multifariam impartiendum peritior? Talem denique ad perfectam veramque in patrem beneuolentiam oſtendendam ſe præſtabat, vt, cum paterna quidem omnia officia in poteſtate haberet, animum ipſum à terrenarũ rerum amore ſic alienum ſeruaret, vt ne oboli quidẽ vnius eſſet domin⁹. His autem ipſis quiſnam finis, quodve præmium fuit? Paterna ſcilicet benedictio in ſpiritualem Iacob profecta, ex qua patriarchæ ſacrarum rerum, & gregis duces extiterunt, ex quibus multi Deo grati filij & nunc ſunt, & plures erunt. (certe ſcio) ex ſemine illo, tanta benedictione prædito. Talis fuit vir ille, qui ſanctitatem vere amauit: talemque finem habuit egregia illius obedientia, quam velut adumbratione quadam ad perfecti coloris characterem & formam direxit.

Chariſſimo eſt patri ſpirituali.

2. Cor 2.

Gen. 27 & 3.

XVIII Poſtea vero quam ad cœleſtem Dominum Theoctiſtus eius dux tranſmiſſus eſt, ad illius locum ac mores ſe tranſtulit, & quietem ipſam legitime amplexus fuit: non quemadmodum multi ex his, qui nunc ſunt, periculoſe illam aggredientibus, quippe qui priuſquam carnem ſpiritui ſubiecerint, audent cum nequitiæ ſpiritibus ſingulari certamine congredi, ſed cum tempus vincendi eſt, palæſtram meditantur. Nam qui non prius obedientiam didicit, quomodo ille hoſtiles affectus ſubijciet? Qui q; obediendi regulam integram non ſeruauerit, quomodo ille ad quietis montem aſcendet? An non manifeſtum eſt eum, qui extra tempus eam rem attigerit, lapidibus feriendum, aut telo in ſe iacto percuſſum, animæ interitu periturum, vt aiunt quodam loco diuinæ literæ? Sed non ita fecit is, de quo nunc ſermo habetur. Cũ enim obedientiam Deo placentem verbis ac moribus præſtitiſſet, iure atque apte ad quietem ſe contulit: & prope Deum accedens, mentem purgauit, eiuſque contemplationibus delectabatur, mente ipſa in rebus ſublimibus verſans: quandoquidem nihil ſuauius eſt, quam Deum contemplari: qui cum ſit ſuauitas ipſa, omni ex parte appetendus eſt his, qui eius guſtum, & ſingularem charitatem aliquo modo ſenſerunt, cuius ſatietas nulla eſt, ita vt qui hæc ipſa guſtauerunt, vel ipſius cibi appetitum fere obliuiſcantur. Hæc igitur in ſeipſum attraxit, de virtute in virtutem tranſiens, & aſcenſiones in corde ſuo diſponens.

Eremus quibus nondum capeſſenda.

Exod. 19.

Pſal. 83.

XIX. Quoniam vero non ſatis illi erat res ſuas conſiderare, cum charitas ipſa & aliorum vtilitatem requirat, patris loco, vel potius tanquam lumen quoddam, fratrum quos ſupra diximus, ſocietati præfectus eſt, quæ virum hunc beati Theoctiſti ſucceſſorẽ, ac ducem habuit: quã ſocietatem vterque & ſpiritu, & corpore ad eam conditionem & ſtatum prouexerunt, vt manſio illa ſanctiſſima & eſſet, & nominaretur. Duorum autem diſcipulorum dux ſeparatim fuit, à quibus miniſterium ei præſtabatur, quoſque contubernales quidem, ſed non ſodales habebat. Eorum vero vnus adhuc ſupereſt, Antonius nomine, qui nobiſcum vna vſque ad ſenectutem obedientiæ ſubiectus vixit. Ipſe nobis ſuggerat, quæ hoc loco in his, quæ non dicemus, deſiderabuntur. Panis erat noſtro illi patri eſca, vt aiunt, & fabæ cum oleribus, & ſummis herbis. Talis, inquam, erat illi quotidianus cibus olei expers, ac nona diei hora ſumptus, niſi Dominico, & feſto aliquo die: his enim diebus ſolitus erat vna cum fratrum ſocietate communi menſa vti. Potus erat is, quem fontes emittunt, & quo mens ipſa colligitur, non vinolentiæ copia diſpergitur. Neque hic ipſe quotidianus ſemper erat, ſed interdum vltra diem vnum, interdum in tota hebdomada bis, vel decimo quoque die ſumptus, potus ſumendi tarditate, vel, vt ita dicam, bibendi ieiunitate cum temperanti appetitu coniuncta, vel ex naturali temperatione ad habitum redacta atque conſtituta. Veſtis erat tenuis ac vilis, calefaciendi corporis cauſa tantum adhibita, non tenuibus filis contexta, neque coloribus varijs ac florentibus elaborata, quam, qui nimia elegantia ſe ornant, non monaſticæ vitæ cultores, ſectari ſtudent. Orationem & lectionem laborioſius exercebat, quas

Præficitur fratribus S. Plato.

Cibus eius

Itemque potus parciſſimus.

Veſtes viles.

certis horis obire consueuerat, & pro delicijs ac lautis cibis condimentis, eo cibo delectabatur. [illegible] crebrita à patribus tradita, & sallum, quo [illegible] ant, accurata, in qua genu [illegible] virtutem illius manifeste prædicant. Stratum, non [illegible] lectus, sed qui corpus [illegible] & [illegible] ministeria firmum seruare posset. Ad hæc manibus propriis aliquid operari studebat. hoc [illegible] præter cæteros, ne dicam omnes homines, [illegible] admodum [illegible] beatur: vel, vt magis proprie loquar, cum [illegible] postolo illum id commune habuisse dixerim: Necessitatibus meis, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt [illegible] istæ: quoniam non gratis panem comedit.

Lectus.

Actor. 20. 2. Thess. 3.

Qvis enim concinnius aut rectius, quam eius dextera, literarum figuras scribebat? Aut quis lab[illegible] quam ille, alacrius ac studiosius id, quod dixi, vel quoduis aliud opus accidisset, tractabat? Quomodo [illegible] qui eos enumerare, qui eius labores, hoc est, libros, ex diuersis sanctorum Patrum scriptis, tanquam flores quosdam collectos seruant? Quos qui possident, tantum vtilitatis percipiunt, quantum ei satis esse possit. Nostris [illegible] monasterijs vndenam tanta librorum abundantia suppeditata est? An non ex illius sanctis manibus & labori[illegible] quos adeuntes, & animo illustramur, & eius manum admiramur, cum eam talem fuisse perspicimus. Sed orationis nostræ progressus quædam tacita prætereijt. Redeat igitur ad ea, quæ prætermissa sunt, enarranda.

Libros colligit ex diuersis Patrum scriptis.

Erat temporibus illis summa quædam impietatis tempestas. Constantinus ille impijs cogitationibus f[illegible] XX[illegible]
nens, malitiæ domicilium, multorum capitum draco, eius hæresis propugnator, quæ sancti imagin[illegible] be[illegible] dixit, monastici ordinis acerbissimus persecutor tunc regnabat: a quo quisnam nostrorum Nazaræorum non [illegible] terminatus? aut quis latens, non in medium prolatus est? Quisve eorum, qui ei resistebant, non ad impietatis barathrum detractus est: a vt sicubi aliquis eorum, qui insignes erant, relictus fuisset, tanquam scintilla quædam in occulto & obscuro loco iacens, ita lateret, vt pro mortuo haberetur apud eos, qui adhuc supererant. Talis fuit noster [illegible], a Domino ipso seruatus ijs in locis, in quibus exercitationi monasticæ operam nauabat, non eius manibus captus, qui nouus Achab dici poterat, neque eius impietatis particeps factus, vt post caliginis tanquam nocturnæ cuiusdam pugnæ tempora, velut lucifer quidam denuo nobis exoriretur: id quod factum vidimus. Dehinc enim [illegible] quibusdam de rebus Byzantium ingressus est. Quo tempore videre licuit monachos ipsos, qui superfuerant, tanquam [illegible] quædam ab ijs, qui in vrbe Byzantio erant, conspectos fuisse.

Constantinus Copronymus persequitur.

S. Plato alter Elias.

Anno 771. viuit Bai[illegible]

Tvnc & beatus ille, qui mortuus antea putabatur, redivivus agnitus est, neque enim à cognatis sup[illegible] ss. XX[illegible]
credebatur: ex eoque non solum consanguineis hominibus, sed toti Byzantio celeberrimus factus est, alijs aliunde illum attrahentibus, ac iucundissime amplexantibus, & benigne eius dexteram apprehendentibus: denique, nobis ipsius doctrina libentissime fruentibus. Erat enim vir ille oratione quidem suaui ac moribus longe suauioribus, tum magis tali, qualem vitæ monasticæ exercitatio commendat. Habebat & multiplicem docendi viam, omnibus omnia factus, vt, quod est ab Apostolo dictum, de illo etiam ipse dicam. Erat idem & coniugatorum hominum mode[illegible], & earum, quæ virginitatem exercebant, propugnator. Quorum manibus imperia tenebantur, eos adhortationibus suis re[illegible]bat. Infirmorum animos, tanquam bonus medicus, sustentabat. Patribus filios concordes reddebat, patresque filijs reconciliabat. Precabatur seruos, vt dominis suis essent beneuoli: dominos vero, vt seruis se beneficos præberent. Alia denique omnia faciebat, quæ qui facit ac dicit, diuinus esse cognoscitur.

1. Cor. 9.

Vnvm illud addam ad ea comprobanda, quæ dicta sunt, vt orationi fides habeatur. Quandiu cum ijs, qui XXIII
in vrbe Byzantio erant, versatus fuit, domos totas in aliam vitæ formam mutauit, & ad virtutis statum conuertit. Quidnam hoc est quod dico? Suæ, inquam, linguæ admonitionibus iurandi consuetudinem ab eius loci hominibus sustulit. Nimios ornandi corporis cultus modesta sua doctrina repressit. Sæpius de morum probitate disserens, vt charitatem in pauperes exercerent, hominibus persuasit. Quare factum est, vt pecuniæ abunde conferrentur, & in ea loca, in quibus pietas exercebatur, publice distribuerentur. Eosdem ad lectionem composite exercendam instituit, & ad quoduis aliud bonum opus reduxit. Quæ omnia noctes & dies, magno studio, labore, tolerantia ac vigilijs perficiebat: pedibusque iter faciens, amicorum & consanguineorum illecebris labores, quos ipse patiebatur, libenter præferebat, re ac factis illud Apostoli dictum obseruans: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Multum affert fructũ Constantinopoli vtilibus præstigandis, &c.

1. Cor. 9.

Itaqve in vrbe illa regia, tanquam vexillum quoddam, erexit orationem, spectatæ vitæ testimonio com- XXIV
probatam. Adde quod tenui ac modesto habitu indutus, adspectu ipso eos, qui eum videbant, ad virtutem hortabatur. Quod si cum politico aliquo viro negociandum illi fuisset, orationem suauem adhibebat, ad eorum mores, qui eum audiebant, se componens. Neque quisquam hac in re ipsius institutum accuset, sed vtilitatem inde proficiscentem consideret. Et quænam, inquiunt, hæc est. Peccantium hominum pœnitentia, & vitæ renunciantium multitudo. Primus enim, & solus fere (vt ita dicam) is apparuit, qui nostri generis homines & alienigenas ad virtutis exercitationem suse prendam alacres reddidit: primus, inquam, nobis, vt sancte viueremus, hortator diligens extitit. Quamobrem & monasterio cuidam, quod in vrbe erat, præesse cogebatur quidem, sed noluit tamen. Quinetiam Nicomediensium Ecclesiæ præsidere eum hortabatur, qui tunc præsidebat: sed assentiri noluit, clerum fugiens is, qui clero erat dignus: & sacerdotij fastigium metuens, qui virtute sublimis & præstans erat.

Non vult præesse monasterio neque clero.

Itaqve ad iucundam sibi quietem reuersus est, vbi quædam memoratu digna constituit, pauperum se pa- XXV.
tronum præbens, & eorum, quibus iniuria fieret, propugnatorem. Ad hæc consolabatur eos, qui ærumnis premebantur, & quibusuis angustijs afflictos subleuabat, partim lingua, partim scriptis, vbi non habebat, quo alio remedio posset se adeuntes iuuare: (literæ enim ipsæ muneris loco erant, cum eius viri tanta esset reuerentia, vt ad misericordiam eos flecteret, qui possent misereri) partim vero quarum rerum facultas ei suppetebat, eas alijs impartiebatur, cũ in eius potestatem multa conferrent ij, qui bona sua bene exhauriebant, vt inexhausta & sempiterna bona participarent. Quod si eiusmodi rebus alios iuuare non poterat, consolatione saltem mœrorem adimebat, & longiore disquisitione ferociores animos eius, qui tristitia laborabat, mitiores efficiebat. Quid igitur mirum, si & ipse cum celeberrimo illo Iob hæc dicere poterat? Seruaui pauperem de manu potentis, & orphano, cui non erat adiutor, opem tuli: Os vero viduæ mihi benedixit, & causam, quam non noueram, inuestigaui. Quibus de causis patris loco ab eis habebatur, & vt eorum patronus magnificebat. Denique vt hominum curator beatus prædicabatur, à multis visebatur, eidem venienti homines occurrebant, eundem hospitio tam monachi, quam coniugati accipiebant, cum eius viri fama vltra eam, in qua versabatur, regionem peruagata esset, ac Platonem illum, velut magnum quempiam & admirabilem virum, omnes in ore haberent: quem certo scio neque in posterum silentio, aut obliuioni traditum iri. Siquidem virtus ipsa, immortalis res est.

S. Plato pauperum & oppressorum propugnator fidelissim9.

Iob. 29.

Postea vero quam cœpit regnare Christi cultrix Irene, quæ pacem ipsam vt cognomento, ita & re attulit, XXVI
in cuius regno cum alijs bonis & monasticæ vitæ adeundæ facultas, & ianua patefacta est, quæ olim ab impio Imperatore clausa fuerat, quemadmodum ab ijs Imperatoribus, qui Græcorum superstitionẽ sequebantur, Christianæ fidei aditus præcludebatur: ex eo, inquam, tempore, quo Irene ipsa regnare cœpit, nostra tota eorum, qui rebus terrenis renunciauerant, familia monasticæ vitæ obedientiam profitebatur: cui vno omnium ore laudatus pater ille post

Irene Imperatrix.

solitudi-

ſolitudini quietem præſuit, non quod vellet, aut cuperet dominari, (Quomodo enim rerum minimarum deſiderio capi potuiſſet, qui maximos fugerat principatus?) ſed partim à cognatis hominibus victus, (dicam enim quod verum eſt, etſi oratio ipſa inconcinnior videtur) partim ſperans etiam in principatu ipſo tandem ſeruaturum ſe quietem. Quod nequaquam fieri potuit: neque enim, quod quæſiuit ac ſperauit, illud aſſecutus eſt. Ex quo multæ in eum tentationes allatæ ſunt: à quibus vero, & per quos homines id factum fuerit, dicere omittam, vt eorum, qui hoc fecerunt, honori conſulam. Illud tamen dicam, quod triſtem & inæqualem, ſuæq; inſtitutioni minime conſentaneam vitam ducebat.

S. Plato monaſterio ... ſemper tamen ſuſcepit.

XXVII. Sed quidnam fecit generoſus ille, & recti conſilij vir? Cum ſe captum ad præfecturam illam exercendam vidiſſet, neque ſine periculo eam ſe fugere poſſe animaduerteret, quamuis ſæpe id cogitaſſet, tunc tamen vt prudens aliquis gubernator clauum tenens, in media fluctuatione nimium æſtuante, ſegnitie omni ab animo remota, & mentis lumine in altum erecto atque intento, beatorum virorum res geſtas ac vitas inueſtigare cœpit, non ad recentia exempla, quæ parua & corrupta erant, ſed ad exemplar, & Apoſtolicæ vitæ imaginem oculos erectos habens: id quod facere oportet omnes, qui virtutis ſunt imitatores, ſi vitam patrijs moribus conuenientem, ac ſalutarem ducere velint. Primum igitur dedit operam, vt ſtudioſe magni & diuini Baſilij conſtitutiones legeret: ex quibus ſui temporis conſuetudinem à monaſtica conſtitutione alienam eſſe didicit. Cum enim fœminarum cœnobia gubernarentur à ſeruis maribus, atque ex ea re multa abſurda gignerentur, & magnæ animarum iacturæ fierent, audite, quæſo, quid ille vir egit. Cum bene peritorum hominum ſententias antea quæſiuiſſet, vt, quod bonum erat, exploratum haberet: (erat enim ab arrogantiæ ſtudio ſatis abhorrens, neque quicquam ſine aliorum conſiliis faciebat) illegitimas traditiones abſcidit, vt peſtilentes hæreſes, ſuumque monaſterium conſtituit, remotis ſeruis ac mulieribus, omnique alio mercaturæ cenſu: quæ cauponantium lucra idem diuinus Baſilius appellans, fugienda eſſe præcepit. Id autem perfectum eſt non ſine labore: cum difficile fuerit his, qui eiuſmodi exercitationi aſſueti non erant, aliis etiam extrinſecus non paucis rebus propoſito illi aduerſantibus. Neque id mirum eſt, cum conſuetudo ipſa facile & ſine labore auferri non poſſit, neque quicquam ex iis, quæ cum laude fiunt, inuidia careat. An non excelſæ atque erectæ mentis eſt, à pernicioſa conſuetudine ſeſe auellere, & rectum exemplar ſe illis proponere, qui non ſolum nomine, ſed etiam re monaſticam regulam ſequuntur, & opus vitæ ſuæ conſentaneum habere cupiunt? Quomodo enim fieri poteſt, vt ille ſit verus monachus, qui ſeruos habeat, à quibus, tanquam dominus, timeatur? Quomodo non viſu allectus & captus fuerit is, qui exercitationi monaſticæ addictus, mulierem aliquam ſibi miniſtrantem contempletur: cum illud euenire ſolitum ſit, vt quamuis à muliere aliquis longe abſit, inteſtino tamen bello vexetur, & aliquando capiatur? Quamobrem factum illud his, qui prope erant, deſiderium attulit, vt idem & ipſi facerent, & diuinos homines pietatis ſtudioſos ad eam rem imitandam prouocauit. Vnde ſempiternam gloriam pater ipſe aſſecutus eſt. Quod ſi alium quempiam adiutorem, & in ea re ſocium habuit, cum, inquam, qui hæc dicit, & ſcribit, totum id patri noſtro acceptum referendum eſt: decet enim filium in omni re patrem imitari, ſeque totum parenti tradere.

S. Baſilij cõſtitutiones monaſticæ.

Fœminæ proſus amouendæ à monachorum conſuetudine.

XXVIII Iam vero à ſocietate illorum, qui in vrbe verſabantur, & cognatorum congreſſu, necnon principum conſuetudine ſe diſiunxit, intra ſpiritualem aulam ſe continens, & gregi rationali præſidens, doctrinæ cibo illum nutriens, & eruditionis potum abunde illi ſuppeditans. Ex quo factum eſt, vt Lia ipſa floreret, & grex creſceret, ac celebrior fieret, Deuſque glorioſus laudaretur, à quo in omnes omne opus perfectum proficiſcitur. Sed quale illud eſt, quod interea hæc dicens, imprudens fere præterij? Cum iam regnaret pia illa fœmina Irene, multaque diſceptatio de venerandarum imaginum argumento facta eſſet, idem pater ante multos alios, & cum paucis quibuſdam libera oratione imagines prædicabat, cumque ij, qui contra eiuſmodi venerationem bellum gerebant, quantum poterat, ipſe pugnabat, quandoquidem ad diſputandum de dogmatibus idoneus non erat: nam ſimplicem quidem orationem habebat, at amplam tamen, & nomini ſuo congruentem, & auditoribus probabilem. Cuius rei argumentum illud fuit, quod in cathedra vrbis metropolitanæ Epiphanorum in ſynodo illa, quæ in Apoſtolorum templo habita fuit, à Præſide, qui tempore illo erat, prouocatus eſt is, qui neque antea hæreticorum militaris ordinis impetum timuit. Quo tempore ad magnum illud templum feſtinauit, aduerſus Præſidem clamans, & fallacem illum cœtum contra veneranda imagines coactum vituperans. Et paulo poſt cum concilium illud falſum diſſolutum fuiſſet, tam cœtus ille veritatis propugnator, quam regina ipſa è medio ab iconibus erepta fuit. Tunc ſine ſanguine (vt ita dicam) martyr apparuit noſter præceptor, Pontificem ipſum ſequens, neque quicquam ob ea, quæ auſus fuerat, veritus. Parum enim eſt, quod in ea ſynodo, quæ iterum in vrbe Nicæa habita eſt, inuentus fuerit, eo quod tunc immitis & durus ille populus de medio ſublatus fuerat. Poſtea vero, quam hæc ita ſe habuerunt, & rectæ fidei trophæum erectum eſt, pater ipſe in ſuum monaſterium reuerſus eſt, præſidendi munus exercens. Quo tempore morbo detentus, qui vitæ deſperationem ſignificabat, idque pro lucro ducens, atque appetens, præſidendi officium in nos tranſtulit, qui neque digni eramus, quibus ille præſideret. Inuenit igitur humilitatem illam, quam optabat, & moleſtiarum velut inducias quaſdam accepit, & à vexationibus, quæ illum detinebant, liberatus eſt, talis ex iſtens, qualis olim fuerat à pecuniæ & poſſidendi cupiditate alienus, neque curioſitatis amator. Non amplius autem aliquorum odia locum habebant ad eius virtutis ſplendorem contegendum. Nam & viri iuſti affliguntur, vt, cum rebus aduerſis, velut igne quodam probati fuerint, eorum animi illuſtriores fiant, recteque incedentes, minime delabantur, diſcantque bene agendi facultatem omnem à Deo ſe habere.

Iacob. 1.

Conciliabulum Iconoclastarum.

Synodus Nicæna 2.

S. Plato à pecuniæ & poſſidendi cupiditate alienus.

XXIX Tempus igitur, quo præſidendi munus pater exercuerat, iam abſoluimus. Orationem deinceps ad id, quod celebrius eſt, conuertemus. Sed in mentem mihi venit ingemiſcere, quæ vera ſunt dicere aggredienti quidem, ſed harum tamen rerum narrationem recuſant, eorum cauſa, qui ea fecerunt. Verum cum fieri non poſſit, vt aliter manifeſta fiant, quæ occultari non debent, quamuis vbique ea vulgata ſint, veniam tamen ad eorum narrationem, non quod velim his, qui hæc egerunt, obtrectare, ſed vt viri beatiſſimi virtutem monumentis literarum conſignem. Væ tibi, ciuitas, inquit Salomon, cuius Rex iunior eſt. Id quidem à literis diuinis olim audiueram, nunc etiam expertus ſum. Conſtantinus Irenes filius, cuius fides quidem recta fuit, ex materna pietate formata, vita vero peruerſa ex imperij poteſtate, intemperantia, velut ſtimulo quodam excitabatur. Cum enim pubeſcente ætate nuper imperium habere cœpiſſet, partim maternæ reuerentiæ & cuſtodiæ freno abiecto, partim diuinis legibus pro nihilo habitis, vxorem legitime ſibi copulatam eiecit, & Herodes exemplo mœchus factus eſt. Sed quorſum nam hæc ſpectat hiſtoria? Vt noſtrum hunc magiſtrum, Præcurſoris illius Iohannis imitatorem quodammodo fuiſſe intelligatis. Cũ enim omnes fere iniquo illi facto aſſentirentur, ſolus hic (vt ita dicam) cum ſuis pueris, hoc eſt, diſcipulis, ſtabilis permanſit. Ob idque quot & qualia per totum annum certamina eum ſubiiſſe putamus? Nuncia nuncijs, minæ minis addebantur: flagella, exilia, membrorum mutilationes proponebantur. Cum vero nihil eorum, quæ Cæſar ipſe ſtudebat, perfici poſſet, (nam verbo quidem alij eum perſequebantur, re autem vera Imperatoris manus illi erat infeſta.) Noſtis monachos illos, & literas ad eum miſſas. Poſtremo cum ea ipſa inania atque infirma deprehenſa eſſent, viro illo ſancto, quod decebat, faciente, & contrarias literas mittente, tunc Imperatoris perſona detecta fuit, cum non am-

Eccl. 10.

Matth. 14.

non amplius ficta species locum habere potuisset. Rem enim aperte ostenderunt, quæ a duobus illis ... bus ab eo, velut, hostibus quibusdam, ad inermem Christi monachum, sola diuina lege armatum, missi fuerant.

Expellit virum sanctum. PASTOR igitur é medio sublatus est, & oues gregis dispersæ sunt, alijs verberatis, alijs in exilium ... XXX
persecutores fugientibus. Quodque miserabilius est, regium edictum prohibebat, ne quis eorum, qui ... persecutionem patiebantur, alicubi reciperetur. Eiusmodi edicto monasteriorum Præfecti obtemperauerunt: ac quotusquisque inuentus est, qui vnum illum accipere ausus fuerit? Interea Christus dormiebat ob eam, quam ipse nouit, rationem, probans & explorans aliorum animum, num firmior esset: aliorum vero inhumanitatem ... sua flectens ad misericordiam, & ad pœnitentiam prouocans. Ille igitur Christi athleta sponte à proprijs membris abscinditur, atque omnino solus relinquitur, animam pro ouibus suis exponens, vere bonus pastor, vt in Euange-
Ioan. 10. lio dicitur. Idem ad Cæsarem Briatei manu ductus, coram ipso stetit (audeo dicere) velut Præcursor Domini Ioannes, nisi quod ille vltro, hic ab alio ductus id fecerit.

O fortem illius viri mentem & animum, qui non imperium formidauit, non minis cessit, non illecebris fra- XXXI
Matth. 4. Marc. 6. ctus est, cum præsertim cognata illi esset fœmina, quæ Herodiadis mentem habebat: quinimo intrepida oratione vsus, ac nihil veritus, id, quod verum erat, confessus fuit. Non licet tibi, inquit Præcursor, habere vxorem Philippi fratris tui. His similia & Præcursoris imitator ei dixit, qui Herodi erat similis. Non ille quidem fuit securi percussus, quoniam noluit Cæsar ipse martyrem eum virum esse, qui animo & proposito iam fuerat, & ijs, quæ dixerat antea, se esse talem satis ostenderat: sed imprudens tamen Christi confessorem eum esse probauit, cum in cellula quadam, vt
Includit eũ in cellula quadam. malesicum hominem, illum veritatis thesaurum conclusisset, clauibus alijs altas addens, ac cibũ per foramen quoddam ei daret tubulis, vt á nullo prorsus videri posset, qui á Deo ipso videbatur. Hæc vna cum Cæsare agebant monachorum Præfecti quidam, quos pudet me nominatim proferre: quodque miserabile est, carcer erat monasterium,
Mich. 7. Imperatoris palatio adhærens: & eiusmodi custodiæ princeps erat is, qui adulteros coronauerat. Heu mihi, (vt cum Propheta clamem) quoniam perijt vir Deum timens á terra, & qui recte faciat, in hominibus non est.

QVID dicam de illo, qui sanctum virum custodiendum ei tradidit, qui adulteros ipsos coniugauit? Quid de XXXII
illo, qui mandato Imperatoris virum nullis rationibus reddendis obnoxium, tanquam reum conquisiuit? Quid eos in medium afferam, quos Cæsar ipse sacrorum ministros insignes in carcerem misit, ad persuadendum iusto illi viro, vt verbo tantum assentiretur ijs, quæ fiebant, si á carcere dimitti vellet, & omnibus suis dominari? Quid denique illos proferam, qui ei valde illudebant, atque obtrectabant, tam consanguinei, quam alieni: tam qui eodem, quam
Calomniæ in S. Platonem. qui diuerso habitu induebantur? O rem absurdissimam, imo vero ô factum contra veritatem iniuriosum. Insimulabant generosum hominem adulteriorum comprobatorem, quod mente delira esset. Falsæ gloriæ studiosum esse iactabant eum, qui pro Christi gloria certamen subierat. Illi nimirum homines hæc dicebant, qui cum ad Cæsaris voluntatem omnia loquerentur & facerent, á Deo ipso Domino exciderant. Eius temporis calamitosam inhumanitatem, Christi cultor ferebat, veritatem ipsam solum propositam habens, & quæ veritatem defendenti retribuenda sunt, secum cogitans. Itaq; ærumnas illas ita transigit, vt si cum tranquillitate in aliquibus locis occultus requiesceret. Cuius enim viri studium Deus est, eius religionem & in Deum charitatem nihil superare potest.

Anno 797. vide Baron. BREVE tempus intercessit, & adulterinum illud Imperium, quod noluit intelligere vt bene ageret, de medio XXXIII
Liberatur e carcere S. Plato. sublatum fuit, vt & Imperatores ipsi discerent diuinas leges non violare, neq; iniquas persecutiones & carceres struere, quamuis purpura nimirum efferantur. Tunc fidelissimus ille diuinarum legum custos, confessionis brauio recepto, a carcere ipso, tanquam victor, exijt, multisque laudationibus & carminibus celebratus, felix dicebatur, eorum testimonijs comprobatus, qui antea ipsi obtrectabant atq; illudebant. Solent enim (vt est á Gregorio Theologo dictum) hominis alicuius virtutem vel hostes ipsi admirari, cum, furore extincto, res per se probata fuerit. Licet hoc
Irene redit ad imperiũ. loco diuerso modo res se habeat, ac dici possit. Cum enim Regina illa, quæ pacis nomen habens, Irene dicta est, rursus imperare cœpisset, & sententia virum hunc, tanquam martyrem prosequutur, tunc instar fluuij retrorsum ... si quis inimicus antea fuerat, in amicum & laudatorem conuersus est, ita vt custos carceris in terra prostratus, sibi veniam dari supplex petierit. Sed vir ille factis aut dictis tam motus fuerat quam lapis sensus expers.

POSTEA vero, quam ab exilio reuersi fuimus, alijque ex alijs locis, tanquam volucres quædam aduolassent, XXXIV
factum illud pijs hominibus admirationi erat, & cum capite ipso membra copulabantur. Diceret fortasse & hoc lo-
Esa. 60. co (quamuis verbum hoc audax sit) clarissimus ille vates Esaias: Leua in circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos: venerunt omnes filij tui de longe: videbis & gaudebis, & metues atq; obstupesces corde. Ille quidem Propheta hæc diceret: ego vero addiderim, illum etiam, qui sacris præsidebat, & in ea re principem locum tenebat, ita fuisse affectum, vt eum de quo dicimus, sententia prosequeretur: qui cum se illi purgasset, ad concordiam etiam ipsum inuitauit. Quod factum fuit, eiecto illo, qui adulteros coniugatos coronauerat, vt dissidium remoueretur, quod beatus ille vir maxime fugiebat. Quo facto victoriæ præmium apud vniuersos, qui conuenerant, assecutus est, Quid enim aliud Deo ipsi concordia & coniunctione charius, modo coniunctio ipsa hominem á diuinis præceptis non seiungat? Sed quidnam postea factum fuit?

E priore monasterio gentis illius causa Byzantium migrauimus. Quo loco pater ipse virtutis appetens, ne mo- XXXV.
nasterij gubernationem sustineret, intra cellulam se claudens, eam vitam amplexus est. Sed vide etiam hic admira-
S. Platonis præclara humilitas bilis rei studium. Tam multa eius erat humilitas, vt, cum fratrum societas sub duobus principibus esse non posset, seipsum vir ille Dei studiosus atque imitator, obedientiæ legibus subiecerit. Idque fecit illis ipsis præsentibus, & eius testibus, qui eodem conuenerant. An non peregrinum & alienum hoc est, filium dici eum, qui antea pater dicebatur, eius, inquam, filium, quem ipse in spiritu genuerat? Quid, quod ei subiectus erat, cui olim imperauerat, cum præsertim tot essent illius egregia facta, vt satis illi ad laudem esse possit, si tantarum rerum gloria non elatus, modeste se gessisset? Sed admirabilis ille vir facile & nullo negotio hoc perfecit, non ficte quodammodo & adulterine vt verbo tantum imperanti subiectus esset: sed syncere, atque eo modo, quo Deus postulat, id ipsum faciebat. Vbi enim confessio est, illic & fiducia: vbi fiducia, illic propriæ voluntatis remotio, vbi voluntatis remotio, illic & obedientiæ perfectio esse solet. Recte factorum testes illi sunt, quorum causa petitiones aliquot exciterunt. Supplicabat pro aliquo propinquo, & cum petitionem assecutus esset, eius causa, qui petitionem obtinuerat, ipse gaudebat. Quod si petitionis compos non fuisset, sed re infecta discessisset, nequaquam id moleste ferebat, vnum illud propositum habens, vt re aliqua egenti vtilitatem afferret, non vt voluntatem suam expleret.

Iere. 15. HEV mihi pater, (vt Prophetæ voce vtar) quemnam me genuisti? Patrem te vocare non erubesco, quid ego XXXVI
non sum, qui filius tuus nominari possim. Quorsum me ad hanc dignitatem extulisti, qui neque imperio parere aptus sum? Nouit Deus, quemadmodum & tua sancta anima, huius rei rationem, quod scilicet anxietas ipsa, vel obedientia potius, etiam illa, quæ supra vires sunt, ferre potest: vt breui oratione dictensionem meam comprehendam, &
Dan. 3. hoc loco finem faciam, redeundum enim nobis est ad id, quod proposuimus. Clausus erat pater ipse in loco qui-
Ei in angustijs patientia. dem angustissimo, qui æstate ita calefieri solitus erat, vt alter Chaldaicus caminus esse videretur, plumbeo tecto inflammatus tunc æstuans. At ille non solum eam rem non moleste ferebat, sed etiam talem in posterum sibi requiem reseruari

seruari votis expetebat, desiderio ipso laborem lauante, & spe difficultatem faciliorem reddente: ex quibus fit, vt magnæ aliquæ virtutes atque institutiones vires habeant. Neque his rebus vir ille laboris studiosus contentus erat: sed constanter ac diligenter manibus laborabat, multam vim adhibens: diuinæ vero meditationi multo diligentiorem dans operam, & vbique aduersus hostem diabolum pugnans, & fratrum necessitati paratum se præbens, alios tristes consolans, alios animo deficientes recreans ac sustentans, multos lapsos erigens, quique acerbitate aliqua affecti erant, illorum mœrorem leniens. Denique multiplex ille animarum medicus ad eorum, qui aliquid patiebantur, habitus se accomodabat, vt laborantes ipsos optime curare posset.

Veri monachi exercitia.

XXXVII. Non silentio prætereundum mihi videtur, quod est admodum memorabile. Cum ferrea quadam catena valde graui pedes circumdedisset, eiusmodi laborem fortiter sustinebat. Quam vero laboriosum fuerit, catena illa indutum dormire, vigilare, & opus facere, licet eam rem considerantem intelligere. Neque id faciebat, vt se clausum ostentaret, neque tanquam virtutis officinam, instar Chironis illius in Thessalonico antro habitantis, factum illud iactitabat: (ab eo enim affectu athleta ille multum aberat) sed virtutem suam extenuabat, quasi eam non coleret, vt par erat: catenam vero illam submissione quadam artificiose ita occultabat, vt omnibus fere ignotum esset, quod diximus, quoad à cella progressus, rem ipsam vel inuitus patefecit. Sed de his rebus satis diximus, cum & auditor mediocritatem amet, & scriptor copiosius res ipsas enarrandi facultate non abundet.

Ad pedes fert vltro grauem catenam.

XXXVIII. CVM vero è vita excessisset diuinus ille vir, qui tunc Episcopatui præsidebat, quisnam Patriarcha futurus esset, suffragij quærebatur: quæ quidem de multis ferebantur, cum plerique alius alium cooptaret, prout beneuolentia aut veritate ducebatur. Quæsitum est & patris nostri suffragium, non solum ab his, qui sacerdotio insignes erant, sed ab ipso etiam Imperatore. Quid igitur (vos quæso) faciendum illi erat? An non decebat eum, qui bonarum rerum causa certauerat, & accuratæ vitæ legem omnibus se proposuerat, libere ac vere sententiam suam proferre, id, quod ad communem vtilitatem spectaret, considerantem? Minime, inquiunt eius irrisores & obtrectatores, sed vel ignorationem simulare, vel ambientibus suffragium illud concedere oportebat: quorum alterum mendaciũ habet, alterum simulationem: vtrumque certe respuendum. Ille igitur suffragium suum misit. Cui autem illud detulerit, omitto dicere. Misit tamen, Deo ipso teste. Quod & illi libenter acceperunt, nescio quomodo, quod scriptum fuerat, confirmantes. Qui enim suffragium ipsum accepit, reuoluit calculos ipsos, ac peruertit. Et Plato quidem ipse, quoniam necesse erat, vt pro capite proponendo singula membra suo fungerentur officio, ad quendam eorum, qui eodem habitu induti erant, Cæsaris ipsius propinquum, communis vtilitatis causa egredi ex eo loco, in quo erat, nequaquam veritus, nocte adijt: cui cum ea dixisset, quæ decebant, in cellam celeriter redijt. Ille vero cũ hæc audiuisset, in furorem versus est, ac paululum moratus, quantum ad id, quod consultauerat, perficiendum satis esset, sanctum illum virum, & nos vna cum illo comprehendit, & quatuor ac viginti dies munito quodam in carcere detentos, domum postea redire permisit.

Anno 806. vide Baron. S. Therasium intellige.

Magnum pondus habet eius suffragium ad creandum Episcopũ.

In carcerem coniicitur.

XXXIX. QVID opus est dicere, quot iniurijs virum illum, vel potius veritatem ipsam, affecerit, fratrum societatem furiose oppugnans atque conturbans, & alios quidem in carcere seruans, alios ad iudicia, tanquam reos, trahens, quamuis in omnibus alijs rebus imbellis & ridiculus existeret? Quæ omnia erant apparatus quidam malitiæ, quam ille meditabatur, & velut iniquitatis cuiusdam exordium, necnon eius hominis nugarum, & apertæ petulantiæ significatio. Propediem vexatio ipsa illata est, eiusque causa fuit Ioseph ille, qui adulteros, quos diximus, coniugauerat, clandestinum, inquam, malum illud, & Ecclesiæ ipsius perturbatio. Cuius quoniam, tanquam serpentis cuiusdam venenum, canonice communionem effugimus, à Cæsare ipso minæ nobis proponebantur: quique instabant, parati erant. Sed qui possum paucis verbis cõprehendere, quam multos terrores, quot certamina & cõtationes nobis attulerit, quam sæpe nos abducendo vexarit? Scit hæc, tam qui ea passus fuit, quam qui prope illum, qui hæc patiebatur, tunc erat. Profecto militaris phalanx locum, in quo manebamus, ita cinxit, vt neque aliquem hiscere, aut omnino caput efferre permitteret. Intus timores, foris terror ac minæ proponebantur. A quibus autem hæc proposita fuerint, non dicam, eorum, qui hæc fecerunt, personam reueritus. Heu quanta fuerit temporis illius calamitas? Nemo fere impetum illum ferre potuit, nemo fuit qui recte consuleret, & diuinas partes sustineret. Quinimo optabile erat, ne quis iracundiam principum magis excitaret. Hæc & his miserabiliora faciebant, qui eiusdem ordinis erant participes. Postremo (vt summatim rem perstringam) fratrum societas noctu abrepta est, & in carcere conclusa. Quo facto, synodi constitutus fuit dies: in quo vir ille sanctissimus à militari manu vna cum tribus alijs, velut maleficus quispiam, ad ipsam synodum ductus fuit. Miserabile certe spectaculum erat, senem videre, propter imbecillitatem ingredi non valentem, sublatum portari catena vinctum, qua ipsius pedes circundabantur, & ab alijs humeris in alios velut piaculum quoddam indecora traiectione transmitti. Heu mihi: hæc ne fuit ordinationis synodo congruentis ratio? Hæc ne Imperij Christiani existimatio? Quæso, qua in re sunt hæc illis inferiora, quæ latrocinantium insidijs, & tyrannice imperantium violentia, olim parata sunt?

Multa patitur.

Anno 809. Fratres eius ducuntur in custodiam, & ipse ad synodum.

XL. SED, vt quæ in medio sunt, ea velut ludrica quædam prætermittam, (illa enim historiæ modum implere possunt) exilium iam decretum fuit, & pater ipse circunscriptus est in vna quadam insula ex his, quæ ante vrbem sunt, quemadmodum & frater noster in alia quadam valde aspera, munito quodam carcere ad exilium accedente. O rerum mutationem. Monachis ipsis humaniores extiterunt hi, qui communi vita vtuntur, & priuati homines veriti non sunt iustum ferre iudicium, quod iudices debuissent: manifestum enim erat iniquum illud facinus. Missum facio balneum illud, in quo Imperator ipse militari acie omnium fratrum societatem inuadens, cum ex monasterio illo singulos suæ voluntati subijcere conatus esset, spe deceptus est: suo enim imperio valentiores illos esse cognouit, qui diuina lege nitebantur. Missos facio carceres, in monasterijs constitutos, & monasteriorum Præfectos carceris duces factos, hisque quos clausos tenebant, plura quam iussi fuerant, tormenta inferentes. Prætereo quæ postea consecuta sunt, quo tempore multi abducti, & in alium locum translati, persecutiones, inquisitiones, distinctiones, atque exterminationes pertulerunt: quo tempore multæ atque ingentes minæ, iræ, interrogationes & responsa, multaque per omnes vrbes inuestigatio facta est, nec vbi aliquis fratrum lateret, adeo, vt nonnulli timore persequentium in terræ foraminibus sese abdiderint, quo seruari possent. Hæc autem omnia eius rei causa facta sunt, (rursus enim præ admiratione eadem tractare cogor) vt qui adulteros illos contra Euangelium & præcursorem Ioannem coronauerat, quasi salutarem aliquam dispensationem Ecclesiæ attulisset, impune rebus sacris præesse posset: quique illum Euangelicis præceptis obtemperantes non admitterent, exleges & à Deo alieni haberentur. O diuinas leges contemptas. O persecutorem acerbissimum, Christiani hominis appellationem habentem, & Christi leges conculcare gestientem. Quid ita insanus factus es, stolidus atque immitis vna cum Leone tibi compare? An non vides contra inuictas Dei leges te armari, quas nemo ex his Imperatoribus, qui vnquam fuerunt, superare potuit? Quinimo quicunque se, vt tu nunc, his ipsis legibus aduersarium ostendit, iure optimo perijt.

Damnatur exilio.

Sancti permulta patiuntur ab impio Imperatore.

Patricen & Leon.

XLI. SED quonam modo Dei seruus abductus est? Ad illum enim ipsum redeo. Rursus translatus, rursus distractus, & à duobus hominibus huc atque illuc protrusus, eo quod non amplius progredi posset, trahebatur & ita distractus vexabatur, vt iniquum illud facinus vel ipsis lapidibus sensus expertibus lachrymas mouere posset. Huius

rei testis

Inhumanitas sane irati in exilium S. Plato. *Includitur in cella.*

res testis est celebris illius martyris Mamantis regio, testia est & abrupta illa insula, quæ post p[illegible] custodiam, pietatis hunc custodem detinuit. O immites, & doloris sensu carentes illorum animo[illegible] S[illegible] quo nomine ipsis congruente illos appellem, qui eadem opera monachi, & milites, & carceris erant custodes [illegible] iustum illum virum omnino desertum, tanquam in lacu profundissimo, in cella quadam co[illegible] que tam senio confectum, & morbo vexatum, sub vnius cuiusdam serui potestate, illi rerum tenenarum & Cæsa[illegible] serui reliquerunt, vt sanctus vir semel in die, vel bis, à ministro viseretur. Quo tempore senex cum [illegible] necessarium vsum corporis duceretur, & iniquus ille seruus id ei exprobrabat. Petebat aliquid [illegible] consentaneum, & peruersus ille fores claudebat. Cumque hæc pateretur, nihilominus tamen stabilis permansit, quodque coram Deo & hominibus confessus fuerat, nunquam denegauit.

Sanctus transmittitur Byzantium.

POSTEA vero, quam eius carceris causa eum in lethalem morbum incidisse Cæsar audiuit, anim[illegible] XLII leniorem faciens, in vrbem Byzantium ipsum transtulit: cum illum eo transtulisset, parabat se ad id quod mal[illegible] ctum fuerat, corrigendum. Sed quoniam non recto proposito ac sententia mouebatur, quod proposuerat, [illegible] non perduxit. Illum enim diutius arrogantia ac temeritate suspensum, cum fortis Dei manus ad Scythas ext[illegible] set, illic cum toto exercitu perdidit: vt posteris narratio quædam terribilis, & dictu horrenda, Deique iudi[illegible]orum, quæ comprehendi non possunt, eiusdemque sapientissimæ prouidentiæ exemplum relinqueretur. Eum vero qui ante nobiscum vna clausus tenebatur, cum eorum, qui tunc Imperio potiebantur, & pie se gerebant g[illegible] gregi restituisset, Confessorem ille seipsum esse probauit: idque quomodo factum sit, dicemus: neque enim hoc prætermittere consentaneum est.

Michaele & Procopio scilicet.

EORVM enim, qui res nostras beneuolo potius, quam inimico, animo disponebant, de medio sublatum fuit XLIII scandalum: quo remoto, & dissidium, quod illi cum Episcopo intercesserat, sublatum fuit, cum principes ipsi h[illegible] persuasissent. Itaque sanctissimus Patriarcha se purgauit, quod quæcunque acciderant, Imperatoria violentia f[illegible] fuissent. Tunc igitur vna conuenerunt, & vicissim sibi satisfecerunt, (quandoquidem Deo ipsi nihil ita charum est, vt pax & concordia: modo concordia ipsa non sit fidei dissensio, neque diuini præcepti violatio, non denique Canonis alicuius reprobatio, quemadmodum præsens coniunctio se habuit) quantum ad nos pertinebat, ea, quæ interea facta fuerant, prætermittentes, vt illis similia, quæ diuinorum patrum memoria facta, & similiter dispensatione quadam neglecta fuerant: imo vero perfecta earum rerum examinatione in futuro illo seculo illi iusto atque incorrupto Iudici reseruata.

Obserua qualis sit admittenda in religione concordia.

SED quidnam consecutum postea fuit? Non amplius pater ipse clausum se detinebat, quoniam propter infir- XLIV mitatem non amplius corporis necessarium vsum per seipsum explere poterat: sed modo in lectulo recumbens superioris exercitationis & certaminis atque laboris relaxatione: modo in humili aliqua sede requiescens, Dauidis psalmos pronunciabat, & mente Deum ipse precabatur: quæque ad fratrum societatem adiuuandam pertinebant, omnia conferebat, salutaria consilia, admonitiones, correctiones, adhortationes pro vetere & paterna beneuolentia, qua vt iis eos continenerat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neque lectionibus vacare, nisi quantum ministri alicuius prope se legentis opera vtebatur: nihilominus his rebus dolebat & tristis erat, quasi animam perdidisset, eo quod diuina & sacra ministeria non obiret, sed à corporeis laboribus vacaret. Ac si quem cibum sumebat morbo congruentem, vel lauacro, vt iussis pareret, vtebatur, Deo quidem ipsi gratias agebat, sed ægre [illegible]tebat tamen, quod remissius viueret. Itaque vere stadium ipsum celeberrimus ille vir, & diuinum cursum exegit, quod dicitur, cum obedientia exoriens, & inobedientia desinens. Duodecimo enim, ac diuturno horarum ambitu cum parem annorum circulum in singulis certaminibus perfecisset, vitam illam sempiternam, & perenne lumen habiturus hinc migrauit. Numera certamina ipsa, & inuenies annos octo & quadraginta: adde duodecim illos, antequam terrenis rebus renunciasset, ad illa quatuor certamina, quæ in persecutionibus, decem item & nouem annos, quos infirmitate corporis transegit, & celebrem virum vndeoctogesimo anno hinc migrasse inuenies.

Longa corporis infirmitate grauatur. *Anni vitæ eius 79.*

SED quomodo sine lachrymis eius vitæ finem enarrabo? Iacebat senex ille senio admodum honorato, ad mi- XLV grationem ipsam animum habens paratissimum. Illic & fratrum societas circumfusa, sanctarum eius orationum donum postulabat. Cum igitur singulis benedixisset, eosdem amplexatus, ad sepulchrum abijt admodum lætus, quod iam pridem videre concupiuerat, quanuis voti compos antea factus non fuisset, cum non pridem assecutus esset, quod volebat. Cum igitur valde hilaris sepulcrum suum vidisset, Deo gratias agens. Hæc, inquit, requies mea in seculum seculi: eamque vocem adiunxit: Voluntatem timentium ipsum faciet Dominus. Multi & eorum, qui foris erant, non paucos: qui nullam temporis rationem habentes, (erat enim sacrorum ieiuniorum periodus) concursu ad eum venerunt, tam monachi, quam in communi vita versantes. Quibus cum ille benedixisset, reuersi sunt, sanctam illius commendationem, velut bonum quoddam viaticum accipientes. Quinetiam sanctissimus ille Patriarcha cum ad eum venisset, eius orationum se participem fieri postulauit: quarum compos factus, amplexus illum fuit. Itaque omnis discordiæ suspicio remota est, cum olim tristia illa, quæ inter eos acciderant, impedimento fuissent, quo minus id credi posset. Omnes igitur admonuit, pro omnibus Deum orauit, vniuersis veniam dedit, qui inimice se in illum gesserant, qui eum persecuti fuerant, & molestijs affecerant. Hæc fecit diuinus ille vir, qui Christum ipsum etiam moriens imitatus est.

Psal. 144. *Patriarcha ad eum venit sub mortem eius.*

QVONIAM vero & testamentum disponi oportebat, dicam, quodnam hoc fuerit: Orthodoxa, inquam, fi- XLVI des, & legitima vitæ institutio. hæc enim & viuens, & moriens seruauit. Hoc autem, vel illud distribuere, ad eum pertinebat: quoniam neque de amictu ipso quicquam disponere in potestate habebat. Tunc & à me miserabili homine rogatus, an aliquid haberet, quod diceret, manu vestem meam apprehendit, eamque concussit, symbolum quoddam, hoc est, obedientiæ omnino liberæ ac promptæ indicium relinquens, vocemq; valde summissam emittens, dixit, se nihil habere. Quo dicto ad humilitatem meam omnia referebat. Minime autem illud prætermittam, quod prædictionis apertam habet significationem. Ipse funebre canticum sibi ante mortem modulatus est. Cum enim thoracis morbo teneretur, & assiduo anhelitu laboraret, labia ipsa ex consueta diuinorum meditatione commouebat, summissaque voce illam præcipue cantici partem canebat: Resurgent mortui, & exurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui sunt in terra. Quem versum hortabatur vt secum vna canerent, qui præsto erant, quoad loqui potuit, & vocem tenuissimam emittere. Canticum autem illud eius obitus consecutus est, qui iusti Lazari, eiusque diei festi memoriam aduentantem antecessit: ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo cum partem habiturus erat pater hic, cuius vitam scribimus. Postremo cum insusurrasset, & Deum precatus esset, vt saluus fieret, decoro habitu iacens, caputque ad dexteram inclinans, ita leni & tacito corporis motu, tanquam in proprium locum migrandum sibi proponeret, cum oculos ea hora clausisset, qua sol occidit, sanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iustitiæ solem perducerent.

Testamentum eius. *Festum S. Lazari.* *Migrat ad Dominum.*

ET nunc ille quidem in cœlis est, non solum eo ordine ac statu (audeo hoc dicere) dignus habitus, qui viri- XLVII exercitatione præstantibus assignatus est: sed in eorū choro numeratus, qui Confessores extiterunt. Quorum enim

certami-

... perpessus est, eorundem sorti manifestum est participem fuisse. Vel, si placet, cum iis, qui terrenis rebus renunciarunt, numeretur: quoniam probatissimus fuit, & multæ obedientiæ causa coronatus: cum his, qui vitam quietam egerunt, ille, qui ... quietem exercuit: cum doctoribus, doctor modestus atque compositus: cum iis, qui latentem vitam exercuerunt, ille, qui non solum clausus mansit, sed tunc etiam obedientiæ subiectus fuit: quodque admodum honorandum est, cum Confessoribus certus Confessor, re ipsa orationem comprobante.

XLVIII. Ego vero miser, bono illo patre orbatus, & animo fluctuans, vbinam consistam? Quem admonitorem inueniam, extra rationem me gerens? Quomodo praui dæmonis impetum fugiam, cum eius admonitoris ac doctoris copia mihi non adsit? Sed o diuinum & sacrum caput, tu me ex alto propitius respicias, & cadentem erigas, gradientem dirigas, incolumem conserues, & vna mecum gregem hunc agas & pascas, quem multis laboribus & solicitudinibus constituisti, vt vestigia tua sequatur, vt diuinorum mandatorum semitas teneat. Protegas, foueas, & tam magnos, quam paruos greges tuos defendens, eorum esto propugnator, sicut tuæ migrationis tempore pollicitus es: (Tui enim greges sunt omnes, quorum duces sunt filij tui, & filiorum progenies) vt te propugnatorem ac defensorem vniuersi coram Deo, & ad Deum habentes, incolumes permanere possimus, nullis hostibus corporeis aut incorporeis nobis nocentibus, vt neque timoris causa nos à recta fide vel paululum subtrahamus, neque à diuinis mandatis deuiemus, neque ignauiæ, aut perniciosis affectibus aditum patefaciamus, non denique exercitationem ipsam, cui studemus, vllo vnquam tempore negligamus, in Christo Iesu Domino nostro: Cui sit gloria, honor & imperium cum omnipotente Patre, & vitæ auctore, ac sanctissimo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. — Author inuocat eum.

MARTYRIVM SS. VALENTINI, CONCORDII, NOVALIS, ET AGRICOLÆ, VT HABETVR SECVNDO LIBRO HISTORIARVM RAVENNATVM HIERONYMI RVBEI viri doctissimi.

An. 290.

16. DECE.

IN ea calamitate, quam Diocletianus Christianis intulit Rauennæ, Valentinus cum Nouali & Agricola, septimo decimo Calendas Ianuarij, ob Christum acerbissimam necem subierunt. De Valentino, in vita diui Dalmatij Episcopi & martyris Ticinensis, in hanc sententiam legimus. Ad Dalmatium (cum is esset in vrbe Alba, patre senatore, & occulte primum Christianus, mox omnibus statim relictis, palam Christum Deum prædicare, & miracula edere cœpisset) Valentinus magister militum, cum ad eius aures fama peruenisset, Rauenna profectus, venit eum rogans, vt filio graui morbo laboranti, ac iam desperato, suppetias ferret. Deum precatus Dalmatius, Valentino renunciat, Concordium filium suum, qui erat Rauennæ, conualuisse, vitamque sanctissimum, item Rauennatem, nomine Antonium, ea die obiisse. Quæ omnia, cum Valentinus Rauennam regressus, vera comperisset, denuo ad Dalmatium rediens, vna cum Concordio filio, sacra baptismatis vnda ablutus est. Cœpit ab eo die Valentinus Rauennæ Christum profiteri, multisque ad veram eius religionem adductis, tandem pariter cum filio Concordio, & Nouali, Agricolaque sociis, ob Christum (vti memorauimus) necatus est.

Dalmatij vitam quære supra 5 Decembris: S. Valentinus cũ filio credit in Christum, & baptizatur. Cum sociis præmemoratis occiditur.

VITA BREVIS S. GATIANI PRIMI EPISCOPI TVRONENSIS, PER SANCTVM GREGORIVM ÆQVE EPISCOPVM TVRONENSEM CONSCRIPTA. HABETVR CAP. 30. DECIMI LIBRI historiarum Gallicarum.

An. 240.

18. DECE.

I. DE Episcopis Turonicis, licet in superioribus libris quædam scripsisse visus sum, tamen propter ordinationem eorum, & supputationem, quo tempore primum prædicator ad Turonicam accessit vrbem reciproca repleuit. Primus Gratianus Episcopus anno Imperij Decij primo, à Romanæ sedis Papa transmissus est: in qua vrbe multitudo paganorum idolatriis dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædicatione sua conuerti fecit ad Dominum. Sed interdum occulebat se, ob impugnationem potentum, eo quod sæpius eum iniuriis & contumeliis cum reperirent, affecissent: ac per crypta & latibula, cum paucis Christianis, vt diximus, per eundem conuersis, mysterium solennitatis diei Dominicæ clanculo celebrabant. — S. Gratianus ad Christũ multos paganos conuertit.

II. ERAT autem valde religiosus, & timens Deum, vt nisi fuisset talis, non vtique domos, parentes, & patriam ob Dominici amoris diligentiam reliquisset. In hac vrbe, sub tali conditione, plures, vt ferunt, annos commoratus, obiit in pace: & sepultus est in ipsius cœmeterio, quod erat Christianorum, & cessauit Episcopatus triginta septem annis. — Felix obitus eius.

III. SECVNDVS, anno Imperij Constantis primo, Littorius ordinatur Episcopus. Fuit autem ex ciuibus Turonicis, & his valde religiosis. Hic ædificauit Ecclesiam primam intra vrbem Turonicam, cum iam multi Christiani essent. Primaque ab eo ex domo cuiusdam senatoris basilica facta est. Huius tempore, sanctus Martinus in Galliis prædicare exorsus est. Sedit autem annis triginta tribus & obiit in pace, sepultusque est in supradicta basilica, quæ hodie quoque eius nomine vocitatur. Tertius, sanctus Martinus anno nono Valentis, Episcopus fuit. Hic transtulit beati Gatiani: sepeliuitque ipsum iuxta sepulchrum sancti Littorij in illa nominis sui præfata basilica. — S. Littorius ei succedit. S. Martinus Gatiani ossa sepelit iuxta S. Littorium.

An. 930.

VITA S. ADALHEIDIS IMPERATRICIS, CONIVGIS OTTONIS I. A B. ODILONE ABBATE CLVNIACENSI DESCRIPTA.

PRÆFATIO.

16. DECE. * Cluniacensium * Adalheidæ.

DOMINO Andreæ venerando Abbati, cunctisque fratribus sibi commissis, in suburbio Ticinensis vrbis, Domino & Saluatori nostro deuote famulantibus, Frater Odilo * Cluniensium pauperum cunctorum peripsima, præsentis vitæ prospera & sempiterna gaudia. Epitaphium Dominæ nostræ * Adalheidæ Imperatricis Augustæ descriptum stilo paupere, vestræ fraternitati curaui transmittere, ratum fore diiudicans, vt apud vos eius continua recolatur memoria, cuius industria atque prudentia vestri Monasterij fundamentis creuerunt ædificia, cuiusque sustentaminę larga continuat in munificentia. Non enim ad hoc iam grandem materiem vili breuique sermone perstrinximus, vt ad laudem tantæ virtutis atque nobilitatis, oratio nostra sufficiat: sed vt aliquis inde vir adeo eruditus occasionem scribendi suscipiat, quatinus res eminens, eminentioribus enucleata sermonibus, Imperatricum ac Reginarum sonet in auribus, vt dum magna de magnis audierint, & eam, de qua loquimur, gressibus honestatis sequi studuerint: saltem per eas cura domestica vigeat, sicut per eam Respublica longe lateque valebat.

IN huius igitur ætatis nostræ temporibus, cuncta disponens, totiusque honoris & honestatis largitor Dominus, primo Ottone in sceptris feliciter agente Romanæ Reipublicæ, in fœmineo sexu præstitit venerabile decus. Multorum etenim bonorum tunc accidentium, atque virtutum post Deum auctrix, diuæ celebrisque memoriæ Adalheida extitit Imperatrix. Quam cum memoriæ succedentium scriptis commendare satagimus, timeo ne digne reprehendamur, ideo, quia tantæ nobilitatis atque virtutis materiem minus idonei paupere stilo explicare conamur. Quisquis nos reprehenderit, vtpote reprehensionis dignos, siue propter incultum sermonem, seu propter rem nouiter inceptam, & propter naturalis eloquij simplicitatem, sciat, proculdubio, sciat, quia non inuitauit nos ad hoc humanæ laudis appetitus, sed veræ & sincerissimæ charitatis affectus. Si abhorrere vis, quippe vt merito debes, lector, nostri ingenioli rusticitatem, attende ipsius, quam commendare cœpimus, mentis & corporis nobilitatem. Si enim vis expectare virum tanta eloquentia vel sapientia præditum, qui huius fœminæ possit conuenienter describere vitam, necesse est aut Cicero Rhetor reuocetur ab inferis, aut Hieronymus Presbyter transmittatur è superis. Si enim ille sanctas & incomparabiles in diuina & humana sapientia sacer Hieronymus fulsit illius Augustæ temporibus, si Paulam & Eustochium, Marcellam quoque & Melaniam, Fabiolam quoque & Blesillam, Lætam & Demetriadem, septemque per ... issam commendare curauit libris & epistolis, commendaret vtique istam haud voluminibus paucis. Si enim deest talis vt Hieronymus, aut aliquis alius liberalibus disciplinis adeo eruditus, qui possit digne tantæ fœminæ mores & vitam describere, aggrediamur nos inducti Deo iuuante pro posse.

II. Hæc regio ac religioso stemmate orta, cum adhuc esset iuuencula, & sextum decimum ætatis suæ ageret annum, Deo donante adepta est Regale matrimonium, iuncta scilicet Regi Lothario, Hugonis ditissimi Regis Italiæ filio, ex cuius contubernio filiam habuit, ex qua Lotharius Rex Francorum Ludouicum Regem genuit, qui sine liberis mortuus, regio more Compendio dignoscitur fuisse sepultus. Supradicto vero Lothario ante annum circiter tertium, postquam Dominam Adalheidam duxerat, defuncto: remansit ipsa viduata viro, priuata regno, destituta maritali * solatio. Adfuit ei persecutio mordax, quæ solet purgare electos, veluti aurum fornax. Non ergo accidit ei tale quid propriis exigentibus meritis, sed, vt credimus, potius ex accedentibus diuinæ prouidentiæ donis. Adfuit ei, vt fertur, nutu diuino exterius corporalis afflictio, ne intus cremaret eam, vtpote iuuenculam, incentiua carnis libido. Voluit eam Dominus tot verberibus atteri, ne secundum sententiam Apostoli Pauli, Esset viuens vidua in deliciis mortua. Voluit enim eam paterno affectu tot perpeti pericula, ne esset indigna illa filiatione diuina de qua loquitur scriptura. Castigat Dominus omnem filium quem recipit. Sæpe enim inde gratias Deo referebat, & cum familiaribus fidelibus conferebat, quanta & qualia tunc temporis passa fuerat, & quam misericorditer eam Dominus de manibus inimicorum suorum liberauerat. Iudicabat enim opportunius sibi fuisse, vt ad tempus temporalibus fuisset occupata anxietatibus, quam viuens in deliciis perpetuæ mortis esset subdita legibus.

Lotharius Hugonis Regis Italiæ filius maritus. Anno 950 ... * consilio ... Hebr. 12.

III. POSTQVAM enim mortuus est Lotharius vir eius, honorem regni Italici adeptus est quidam vir nomine Beringarius, qui habebat coniugem nomine VVillam, à quibus indecenter innocens capta, diuersis angustata cruciatibus, capillis cæsariæ detractis, pugnis frequenter agitata & calcibus, vna tantum comite famula, ad vltimum tetris inclusa carceribus, liberata diuinitus, postmodum ordinante Deo, imperialibus est sublimata culminibus. In ipsa enim nocte quæ ducebatur de carcere, incidit in quandam paludem, vbi per dies & noctes sine cibo & potu mansit perseuerans, auxilium à Deo sibi subuenire deposcens. Tali cum esset detenta periculo, venit quidam subito piscator * nauigio deferens in nauicula piscem, qui vocatur Sturio. Quas cum vidisset, interrogauit, quæ essent, aut quid agerent ibi. Dederunt sibi responsum, secundum instantem necessitatem, satis congruum. Videsne quod hic humano consilio peregrinamur destitutæ, & quod durius est, solitudine periclitamur & fame. Si potes aliquid nobis victus impendi, sin autem minus solatium præbe. Qui misericordia super eas motus, sicut ipse, à quo mittebatur, fuerat quondam super pauperes in deserto fame periclitantes Christus, dixit eis. Nihil nobis adest ad victus necessaria, nisi tantum piscis & aqua. Habebat ignem secum, sicut solent illi qui piscationis exercent negotium. Accensus est ignis, præparatus est piscis. Sumpsit cibum Regina, seruiunt piscator & famula. Dum hæc agerentur, superuenit quidam Clericus, qui ei fuerat captiuitatis & fugæ socius, nuntians adesse exercitum militum armatorum, qui eam cum gaudio accipientes, duxerunt secum ad quoddam inexpugnabile castrum.

Vide Baron. ... * in lembo. Ab Ottone Imp. ... abducitur.

IV. POSTEA enim consultu Italicorum Principum, præueniente gratia Dei, de solio Regni, ad arcem peruenit Imperij. Hæc enim Augustarum omnium Augustissima nominari & venerari est digna. Nemo ante illam ita auxit Rempublicam. Ceruicosam germaniam, ac fœcundam Italiam, has cum suis Principibus Romanis subdidit arcubus. Ottonem Regem nobilem, Romæ præfecit Cæsarem, ex quo genuit filium imperio dignissimum. De nobilitate carnis satis dicta sufficiant. Nobilitatem vero mentis, quomodo vel qualiter exercuit, nemo mortalium dicere sufficit, sed vt pro modulo compendiose loquar,

Ex Ottone filium procreat.

Spe, fideque certa, gemina charitate referta,
Iusta satis, fortis, prudens, nimiumque modesta

Extitit, & vixit fœlix, dum secula rexit,
Auxilio Domini moderantis climata Cosmi.

PROLATA tamen Salomonis sapientis famina, huic sanctissimæ conueniunt fœminæ, Manus suas, inquit, a- *Prou. 31.*
V. peruit inops, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim dome-
stici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis
vir eius, quando sederet cum senioribus terræ. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os
suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ, & panem ociosa non com-
edit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, & vir eius laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diui-
tias, tu supergressa es vniuersas. Hæc enim quæ de ea dicimus, non modo auditu, sed & visu & experimento cogno-
uimus. Multa ab ea salutis verba audiuimus, plurima dona suscepimus. Sæpe enim indigentes nummo, fecit esse cla-
ros honoribus. Hæc ad decorem mundi, primi & maximi Ottonis, toto orbe * famosissimi Imperatoris con- ** famosissi-*
iux, & ad multorum profectum Imperatorum, genetrix: illa meruit benedictione potiri, quam meruisse per- *ma*
fcui legimus Tobiam, in eiusdem Patris volumine, videlicet vt videret filios filiorum vsque in tertiam genera-
tionem.

POSTQVAM enim Augustissimus Otto vniuersæ carnis ingressus est viam, Augusta cum filio Romani Impe- Anno 973
VI. rij fœliciter diu gubernauit monarchiam. Sed postquam diuino nutu ipsius Augustæ meritis & industria solidatus vide Baro.
fuerat Romani Imperij principatus, non defuerunt viri iniqui, qui inter eos nisi sunt seminare discordiam. Quorum Otto II. dis-
deceptus adulatione, recessit eo. de Cæsar à matre. Si commendaremus literis, quanta & qualia passa fuerit tunc tem- sidet à ma-
poris, derogare videremur speciem tanti generis. Non enim debemus perstringere stilo, quod cito sedauit humilis sa- tre.
tisfactio. Filium diligens auctores discordiæ ferre non valens, secundum Apostoli præceptum, dans ad modicum
iræ locum, paternum decreuit expetere Regnum. Vbi à fratre Rege scilicet Chuonrado, & nobilissima Mathilde, *Rom. 12.*
eius coniuge benigne & honorabiliter est suscepta. Tristabatur de absentia eius Germania, lætabatur in aduentu eius
tota Burgundia, exultabat Lugdunum Philosophiæ quondam mater & nutrix, Vrbs inclita, necnon Vienna, nobilis
sedes regia. Postmodum vero Cæsar Otto ductus pœnitentia, direxit legationem Regi auunculo, & sanctæ recorda-
tionis Patri Maiolo, sub celerrima festinatione obnixius deprecans, vt gratiam Matris quam suis ex gentibus cul-
pis perdiderat, eorum interuentibus promereri posset, orans iterum eos & obsecrans, vt quantocius possent vna cum
Augusta matre Papiam ei studerent occurrere. Tantorum enim virorum vsa consilio, apud Papiam tempore statuto
occurrit mater filio. Quo cũ mutuo se cernerẽt, flendo & lachrymando toto corpore solo prostrati, humiliter se salu- Otto matri
tare cœperunt. Affuit in filio humilis pœnitudo, erat in matre liberalis remissio, permansit in vtrisque de cætero per- reconciliatur
petuæ pacis indiuisa connexio.

VII. NON post multum vero temporis, vnico orbata filio: cui successit tertius, ex Græca genitus Otto. Igitur reci-
duis diu afflicta verberibus, non possumus enarrare per singula, quot & qualia post mortem filij, sibi successerunt in-
commoda. Licet illa Imperatrix Græca sibi & alijs fuisset satis vtilis & optima, socrui tamen Augustæ fuit ex parte
contraria. Ad postremum vero cuiusdam Græci aliorumque adulantium consilio fruens, minabatur ei quasi manu
designando dicens. Si integrum annum superuixero, non dominabitur Adalheida in toto mundo, * quod non ** quin possit*
possit circumdari palmo vno. Quam sententiam inconsulte prolatam, diuina censura fecit esse veracem. Ante qua-
tuor hebdomadas Græca Imperatrix ab hac luce discessit, Augusta Adalheida superstes felixque remansit. Perseue-
rabat discrimina mundi lugens & deflens, curam tamen Romani imperij necessario gerens. Otto vero tertius vnici
sui filius, à Primatibus regni felicissime & honestissime educatus, nihil erga illam egit, nisi quod illam & illum decuit.
Idcirco meritis auiæ, & industria Primatum, Romanum adeptus est principatum. Ab ipsa enim ætate primæua, iam
dicta Imperatrix multa ab extraneis, siue à domesticis fuerat perpessa, vt posset dicere cum Propheta. Sæpe expugna- *Psal. 128.*
uerunt me à iuuentute mea, &c. Dicebat enim sæpe illud Apostoli. Existimo enim quod non sunt condignæ passio- *Rom. 8.*
nes huius temporis ad superfuturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et alio loco. Si compatimur & conregnabi- *2. Tim. 2.*
mus, & iterum. Si facti mus socij passionum, erimus & consolationum. Multis bonum pro malo reddidit, & secun- *2. Cor. 1.*
dum * Domini præceptum, Peccantibus in se ante solis occasum dimisit, nihil ex obiectis iniurijs sibi reseruabat, sed ** Apostoli*
totum Domino committebat, sciens esse dictum à Domino per Prophetam. Mihi vindictam, & ego retribuam. Par- *Eph. 4.*
cite quæso, quibus pepercit, & dicamus pro tempore, quibus in aduersitatibus, quibusve studijs in prosperitatibus *Deut. 32.*
inseruire contendit. Quot enim inprimis cum Cæsare, inde cum filio, & filij filio, Ottonum videlicet Augustorum *Heb. 10.*
& Cæsarum Deo annuente, possederat regna, tot ex proprijs sumptibus, ad honorem Regis Regum condidit Mo-
nasteria. In patris vero Rodulfi videlicet nobilissimi Regis, & domni * Chuonradi fratris regno, loco videlicet † Pa- ** Chonradi*
terniaco vbi matrem Reginam vocabulo Bertam, Deo in omni * bonitate deuotam sepulturæ tradidit, in honorem † Galice
Dei Genetricis Monasterium condidit, & sanctissimo Patri Maiolo, suisque successoribus, sua munificentissima, & Ambiste.
fratris sui Chuonradi Regis præcepto ordinandum perpetuo commisit. Postmodum in Italia iuxta Ticinensem vr- ** humilita-*
bem, Monasterium à fundamentis incœpit, & ad honorem Saluatoris mundi honorifice imperiali auctoritate, & *te*
sua largissima donatione perfecit: prædijs & ornamentis amplissime ditauit, ac iam dicto Patri Maiolo ordinan- Paterniaci
dum regulariter tradidit. In Saxonia vero post discessum iam dicti Reipublicæ principis, cooperante vnica sapientis- monasterium
sima & prudentissima filia, Sanctimonialium Cœnobijs plurima contulit dona. construit
iuxta Tici-
num aliud

VIII. ANTE duodecimum circiter obitus sui annum in loco qui dicitur Salsa, vrbem decreuit fieri, sub libertate Ro-
mana, quem affectum postea ad perfectum perduxit effectum. In ipso etiam loco Monasterium à fundamentis miro
opere condidit, & ad honorem Dei & Apostolorum principis, tertio imperante Ottone, nepote suo, imperialis præsentia-
rum secum adstante, quarto decimo Calendas Decembris augustissime & deuotissime à * VVideraldo Argentinæ ** VVilde-*
ciuitatis Episcopo consecrari iussit. Et vt maiori auctoritate per succedentia temporum curricula esset ille sacer locus *raldo*
subnixus, cum præfato Cæsare est etiam Episcoporum Conuentus à sæpedicta & sæpedicenda Adalheida Augusta,
ipsius Cæsaris auia, conuocatus. In ipso vero Monasterio claustrum Monachis satis aptum præparauit, & secundum
Regulam sancti Benedicti ordinare decreuit. Abbatem ibi præfecit nomine Eccemagnum, boni testimonij virum, ** Ecze-*
humana scientia & diuina sapientia doctum, quem in diuinis literis habere voluit assidue præceptorem. Ipsum vero *mannum*
Monasterium adeo ditauit & nobilitauit prædijs, ædificijs, auro & gemmis & vestibus preciosissimis, alijsque varijs
ornatuum supellectilibus, vt nihil deesset illo in loco Deo famulantibus. Quatuor quos superuixerat annos, Crea-
tori suo sua seque dando, pauperes Christi & seruos sibi adquisiuit amicos, vt cum temporalia deficerent, in æterna
tabernacula eam reciperent. Cum igitur summis Reipublicæ fascibus implicata teneretur, varijs miserorum & ino-
pum anxietatibus subsidia præbere non dedignabatur. Cumque mirificis, vt imperiali dignitati congruebat, * vale- Humilitas
bat corpus decorare indumentis, & pretiosissimis caput redimire gemmis, talibus se nolebat grauare implicamentis, eius
sed aut pauperibus largienda decernebat, aut Dominicæ crucis vexilla & Christi Euangelia exinde adornati parabat: ** valeret*
sedula imitatrix sui existens Redemptoris, qui cum omnium esset altissimus, humanitatis abiecta perpeti non est de-
dignatus.

INNVMERIS præterea tam Canonicorum, quam etiam Monachorum & Sanctimonialium Cœnobiis [illegible] cumquaque per diuersas orbis partes constitutis, plurima largiebatur beneficia, quatenus Deo famula[illegible] na, eius munificentiæ dapsilitate recreati, liberius ibi Regi [illegible] cunctis enim quæ gessit, iustitiæ formam tenuit, co[illegible] nam, credens eum [illegible] cem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent. Qu[illegible] batur excelsa liberalitate gratissima, beneficentiæ opera locans supra Christum, quem Beatus Apostolus [illegible] tum * intelligens prudenter fidem esse fundamentum omnium virtutum. Vsa est ergo perfecta liberali[illegible] tio quantum valeret opus suum tegeret, & necessitatibus singulorum cupiens subuenire, quatenus [illegible] sua, sed Christi pauperum laudarent ora, vt etiam in ea impletum videretur quod Beatus Iob voce profertur. Benedictio perituri in me veniebat. Diligenti illud consideratione perpendere studebat, iuxta ipsius vatis assertionem vt ab eius tecto nunquam vacuo sinu pauper exiret, vt talibus intenta commerciis, adquirere valeret in terra viuentium hæreditatem supernæ sortis.

Cœnobia plurima condit.
** ponit*
Iob 29

IAM iamque vltimo ætatis suæ anno cum non lateret eam, vt credo, exituram de seculo, pacis, vt semper amica, pacis charitatisque causa paternum solum adiit, fidelibus nepotis sui Rodulfi Regis inter se litigantibus, quibus potuit pacis fœdera contulit, quibus non potuit, more sibi solito Deo totum commisit. De cætero quam studiose, quam deuotissime loca sanctorum curauit visitare: non est facultatis nostræ euoluere. In ipso quoque tempore Monasterium Paterniacum adiit, quod ipsa ad honorem Dei Genetricis, pro remedio animæ suæ Matris sibi [illegible], tam ex suis, quam ex maternis rebus nobiliter condidit, & quod tunc temporis in temporali necessitate fratribus ibi Deo famulantibus, defuit: vt semper erat solita, manu largissima subministrauit. Accidit tunc aliquid nouum, quod huic operi iudicauimus inserendum. Fatigata ex itinere, non potuit more solito manu propria eleemosynam dare pauperibus, & vocauit vnum de fratribus, qui vice sua nummos daret pauperibus. Eius iussu, ventum est ad pauperes. Excessit numerus pauperum denariorum numerum. Timuit Minister minus habere quam indigentibus posset sufficere. Quid multa? Adfuit Augustæ meritis verus ille, qui quinque ex panibus faciens millia plebis, multiplicatis denariis, recesserunt pauperes cum muneribus læti. Egressa inde, locum Agaunensium petiit, vbi rupes felicissima Martyrum millia retinet corpora. Quanta cum deuotione, quanta cum reuerentia, magni Martyris Mauritij sociorumque eius expostulauit suffragia? Quot gemitus ei sibi fuerunt? Quot suspiria? quot luctus? quot lacrymarum flumina? Nunquam fuerunt vt reor, vita peccaminosa, quæ tunc non mererentur æterna remedia. Si enim respiceres Augustæ faciem, excedere diceres humanam [illegible]. Quod si aliud aliquid labiis promeret, nihil aliud crederes, quam vt propheticum illud euolueret. Effundo in conspectu eius orationem meam, tribulationem meam ante ipsum pronuncio. Quæ fuit maxima eius tribulatio, pro cunctis a lege Dei declinantibus charitatiua compassio, vt posset dicere cum propheta. Defectio tenuit me pro peccatoribus. Et cum Paulo. Quis infirmatur & ego non infirmor? Ita deplorabat aliorum peccata, qualiter non possunt multi propria deplorare discrimina. Lætabatur in grauitate & profectibus præteritorum, tristabatur quotidie in defectibus præsentium, maximeque futurorum. Cum enim dico, prophetiæ spiritum procul dubio eam habuisse denuntio. Ad illic enim in sermone deductus, si non essem publico documento expertus. Cum enim esset ab illo sacro loco egressa, & secum staret in angulo Ecclesiæ orationis gratia, quidam nuntius venit ad eam de Italia, Franconem VVargionensem Episcopum nuncians Romæ fuisse defunctum. Et quia vir boni testimonij erat, Domina Augusta valde illum diligebat, sicut & omnes bonos diligere solita erat. Et statim vt eius obitum audiuit, ex familiaribus qui aderant vnum vocauit, & vt pro eo Domino preces funderet, humiliter rogauit, & quasi in excessu mentis ita exorsa est dicens. Quid faciam Domine, vel quid dicam de seniore nostro, & nepote meo? Peribunt, vt credo, in Italia multi cum eo. Peribit post ipsos, vt timeo, heu nostra, Augustæ indoles Otto, remanebo omni humano destituta solatio. Absit ô Domine Rex seculorum, vt videam superstes tam lugubre dispendium. Tunc videres Augustam toto corpore solo prostratam, non minus credere, eam toto mentis adnisu cœlo intentam, & quasi iam martyris Mauritij vestigia [illegible], ac labijs meis fo ore pertingere. Post paululum vero ab oratione surrexit, munera martyribus, eleemosynam dedit pauperibus. Dehinc Geneuensem adiit vrbem, desiderans videre victoriosissimi Victoris martyris aulam. Inde Lausonam venit, ibique memoriam Dei Genetricis deuotissime adorauit. Quibus in locis, à Rege & ab Episcopis, suis videlicet nepotibus, honorabiliter suscepta, deuenit in vicum qui vocatur Vrba. In ipso enim vico aliquamdiu demorata, egenis superuenientibus & miseris quotquot potuit, tribuit necessaria. Cum Rege & principibus patriæ, pacis & honestatis conferens negotia, inde etiam sacris locis diuersa & varia direxit donaria. Quæ enim Ecclesia, quæ Monachorum cœnobia sibi affinitate vel vicinitate coniuncta, quæ non mererentur habere donaria, vel xenia? Et vt pauca de multis dicam, in ipso tempore quo instabat sibi dies supremus, beatissimum Patrem Benedictum, licet exiguis, tamen propriis visitauit muneribus: necnon & beatæ recordationis patrem Maiolum, cælesti gloria iam coronatum, quem dum in hac mortali carne subsisteret, præ cunctis mortalibus in illo ordine diligebat. Non eum oblita Cluniacum, adeo sibi familiare cœnobium. X.

Pacem inter subditos Rodulfi Regis tenet. Loca sancta visitat.
S. Adalheidæ meritis augetur pecunia danda pauperibus.
Psal 141
Psal 11
2. Cor. 11.

AD restaurandum igitur beatissimi Confessoris Christi Martini Monasterium, quod non multo ante fuerat igne combustum, destinauit transmittere non modicum argentum, & ad honorem Altaris, partem vnici filij sui Ottonis Augusti, chlamydis. Vt enim ad memoriam reducamus eius dulcissima verba, ad eum, cuius mittebantur officio, ait inter cætera. Obsecro charissime, obsecro, vt ita alloquaris sanctissimum * sacerdotem meo obsequio: accipe sacerdos Dei parua munuscula, quæ tibi delegauit Adalheida, seruorum Dei ancilla, ex se peccatrix, dono Dei Imperatrix. Accipe vnici mei Ottonis Augusti chlamydis partem, & ora pro eo ad ipsum, quem tu veste diuisa, vestisti in paupere, Christum. In illo die in quo de supradicto loco erat exitura, vna eademque hora, nobis peccatoribus adstantibus, & exemplum perfectæ humilitatis reliquit, & prophetiæ spiritum non aperte quidem, sed similiter se habere ostendit. Erat quidam ibi in præsentia simplius Monachus, qui licet esset indignus Abbas vocitari, ab ea tamen putabatur alicuius esse momenti. Quem cum illa respiceret, & ipse eam esset intuitus, cœpit vterque flere vberius. Dicam eam plus fecisse, quam si dicerem eam multos infirmos sanasse. Vestem enim satis incultam, qua erat indutus, humiliter apprehendit, & sanctissimis oculis, & serenissimæ suæ faciei osculando impressit, eique humiliter & cum silentio dixit: Memento mei fili, in contemplatiuis, & scias me non amplius te visuram corporalibus oculis. Cum enim humanis rebus excessero, orationibus fratrum animam meam committo. Inde pergit quo venerat, peruenit ad locum, vbi ordinante Deo decreuerat sibi parare sepulchrum. In ipso igitur vltimo sui temporalis cursus itinere erigebat se, inquantum valuit, super se, vt diuinæ contemplationi, spreto secularium turbine, libere posset insistere. Familiaris rei negocium, erat sibi etiam importunum. Transegerat iam strenuæ Liæ & Marthæ satis laudabilem actum, optabat apprehendere Rachelis & Mariæ desiderabile otium. Itaque lectionibus intenta, assidua orationibus, respuebat terrena, inhians tota mente cœlestibus: & si aliquis eam de secularibus negociis interpellaret, non ad hoc responsum dabat, sed Apostolicum illud, lugens in corde voluebat. Misera ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et secura de spe diuinæ retributionis, aiebat: Gratia Dei per Iesum Christum. XI.

Pecuniam ad restaurationem Monasterii S. Martini mittit.
** confessarê*
Vltimo vitæ tempore de æternis magis servit.

Deinde

Deinde edocta cælesti magisterio, deuenit ad locum vbi vltimum spiritum erat reddituta Deo. Instabat enim dies, in qua deuotio annua agebatur, pro filij sui Ottonis Augusti memoria. Confluxerant ad eam ex adiacentibus locis, vt semper faciebant, pauperum plebes. Erat ei consuetudo talis, vt in amicorum & familiarium suorum anniuersariis, spiritale donatiuum suis spiritalibus erogaret militibus, eleemosynam dico Christi pauperibus. Erat autem indigentium multitudo ordinatim constituta in loco, ad quos ipsa venit, & exemplo Abrahæ, Deum inter illos esse non dubitans, humiliter adorauit, & oblita infirmitatis suæ, super vires tentauit aggredi. Singulis manu propria tribuit, & quos miserabiliores vidit, vestimenta vel alia munuscula dedit: finito isto spiritali negotio, à quodam venerabili Archiepiscopo, Missas fecit celebrari pro filio. In ipsa enim nocte à febre corripitur, & per aliquot dies ingrauescente mole infirmitatis, ad extremum vsque perducitur. Adhuc autem pro posse intenta erat in oratione, & oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignabatur adspicere. Resumptis aliquantulum viribus corporis, muniri se rogauit attentius mysteriis Ecclesiasticis. Tum sacri olei vnctione peruncta, Sacramentum Dominici corporis humiliter & deuotissime adorando percepit, in quem semper sperauit & credidit. Talibus deinde fulta præsidiis, talique pasta conuiuio, dixit senioribus qui adstabant, & clero, vt Psalmos pœnitentiales cantarent, & nomina sanctorum Ecclesiastico more recitarent. Quo facto, cum psallentibus psallebat, cum orantibus orabat, vsque ad illum locum vbi Deum sibi adesse precabatur propitium. Erat autem sciens cum sorore Moysi tenere tympanum & chorum, cum Dauid chordas & organum: sed assumptis bene sonantibus cymbalis, cum sequentibus agnum, tota iam versabatur in iubilum. Eleemosynas manu propria largitur. Febre corripitur.

XII. Anno igitur instante ab Incarnatione Domini millesimo, desiderans videre diem vnum nescientem occasum in atriis Domini super millia, dicebat sæpe cum Apostolo, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Præstolans etiam in præsentiarum cum spirituali lætitia, eiusdem Domini nostri Iesu Christi Natiuitatis festum: cum sextum decimum diem solueret December felix, & ipsa feliciter deposito carnis onere, euolauit ad purum purissimi ætheris fulgorem. Erat enim ei cum domesticis grauis iucunditas, cum extraneis honestissima grauitas, in pauperibus vero infatigabilis pietas, in honorandis Ecclesiis Dei, affluentissima largitas, erga bonos perseuerans benignitas, contra improbos liberalis seueritas, in appetendis timor, in appetitis vigor. In prosperitatibus vera humilitas, in aduersitatibus patiens longanimitas, in victu quotidiano sobrietas: in vestitu etiam mediocritas. In lectionibus & orationibus, vigiliis & ieiuniis assiduitas, in dandis eleemosynis vna eademque voluntas. De nobilitate carnis eam nulla præpediebat elatio, nulla de bonitate sibi a Deo concessa, ad se *trahi poterat humanæ laudis cupido. Nulla de virtutibus à Deo sibi concessis præsumptio, nulla de excessibus propriis dominabatur ei malesuada desperatio. Nulla de honoribus, diuitiis & delitiis mundi in ea principabat ambitio, sed comitabatur eam in omnibus, omnium virtutum mater, discretio. Erat que ei in fide secura firmitas, in spe firma securitas. In dilectione Dei & proximi, radix omnium bonorum, principalisque causa virtutum, charitas, sed vt vere fatear, quanta & qualis fuerat eius vita, clarescentibus ad sepulchrum eius miraculorum prodigiis, virtus patefecit diuina. Quæ si describerentur ex ordine, proprio indigerent volumine. Non enim possunt nostro explicari eloquio. Sed ne ex toto remanerent tecta silentio: prolixitatem loquendi vitando, breui comprehendere placuit capitulo. Ad sepulchrum eius cæci amissa oculorum lumina recipiunt, paralytici valetudinem corporum, febricitantes sanantur ibi, ex diuersis infirmitatibus multi reparantur infirmi, gratia & miseratione Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Philip. 1. Anno 1000 moritur. * trahere

Ottonis I. encomion.

Enituit mundo, diuus vel maximus Otto,
Mortis in imperio, Dauid in tempore prisco,
Clarus vt ipse sophus Salomon, & pacis amicus
Obta Ezechiæ, maiori praditus hic spe
*Vt pax ueniat, verum per secla * clarescat*
Fase fat celebre, fecisse scribitur ecce,
Atque suas ferias primus sub Sole Iosias,
Illud non solum, sed mystica facta piorum
Regna prius moderans, legum sacra iura reformans,
Ad lucem celebrat mundum celebrando coronat.
Quod habuit melius vnquam Germania tellus,
Felix Italia tu cum muliere beata
Cœpisti tumidum studiose Rinocerotem,
Et mitem reddit, qui plurima regna subegit.
Sarmatas edomuit, Christo seruire coegit.
Pellere Dæmonium, crucis insignire triumphum.
Hungros debellans, victricia signa reportans,
Eripuit fidei sacra vocitamine dignos
Innumeros populos, magno discrimine pressos.
Tu quondam dominans fœlix & splendida Roma,
Præstitit Otto tibi pariter cum coniuge sancta,
Vt referas solito sceptrum mundi & diadema
Tripudiat cunctis tanto sub Cæsare mundis.
Pax sublata perit, cum maximus Otto recessit,
Dum recitat Maius lugubres ex ordine Nonas.
Cæsar ad æthereas rapitur pius Otto cateruas,
Coniunge tu celebris. Tu namque propagine felix,
Lætatur mundus cum nascitur Otto Secundus.
Tertius imperitat, cælum iubilando resultat.
Sed nunc stemma tuum claro moderamine mundum
Protegit, augustat, ditat, sublimat, honorat.
Cui pater ille tuus Heinricus nomine dictus
Cesserat hoc nomen, cui tu quoque cedis honorem.
Cum stabit rutilans Eous & vltima tellus,
Pontus, & astra poli, plangent te climata Cosmi.
Omne quod est plangat, quod posse plangere constat,
Plangere qui nescit Deus est, his planctibus adsit,
Vt releuet casus patitur quos Principe mundus
Heu moriente, preces quem propter fundite fratres.
Cæsar Heinricus patrum de nomine dictus,
Plangitur Augustus diuus, celebrisq́, venustus,
Victor & inuictus, Dei fulgore coruscus,
Clamitet hunc luctus Hieremia famine fusus,
Commendent Domino Dauidica cantica Christo,
Iungant virgineo Salomonis & oscula sponso.
Cuius in obsequio construxit corde benigno,
Plurima diuinis famulamina cultibus apta.
Ex quibus est templum praclaro schemate tectum
Intus, & exterius, gemino decoramine comptum,
Quem tremuit mundus, iacet in quo carne sepultus.
Spiritus ætherea fœlix congaudet in aula,
Suscepturus eam posuit quam tempore glebam,
Vt capiat vera cum sanctis præmia vita.

* coruscat

DE MIRACVLIS BEATÆ ADALHEIDIS LIBER.

PROLOGVS.

QVIA superiori stylo euidenter patet, quanta sedulitate beatam Martham hæc Dei ancilla imitaretur, oportet etiam aliqua supernæ speculationis indicia proferre, quibus sororem eius Mariam perfectius assecutam possimus conicere. Insuper facili intelligentia capere valemus, qualiter ipsa corpus suum iuxta Apostoli præceptum, castum & pudicum seruando, templum Dei promereuerit pleniter effici. Nam cum per omne vitæ tempus regalibus diuitiis & dignis suo genere facultatibus abundaret, carnem à primæuo viduitatis tempore, cilicio edomans, atque mundanæ gloriæ culmen mentis despectu conculcans, Christo soli videlicet & iustitiæ per cælestis contemplationis desiderium intantum astare cognoscitur, vt cum suaui voce Psalmistæ concordaret, qui bonum suum non regni deliciis frui, sed Deo inhærere conclusit.

QVADAM vero die cum ad refectionem corporis cum honorabili frequentia tam Clericorum, quam Laicorum I.
consederet, iamque purissimæ epulæ necessitati omnium satisfacerent, vti mos est sanctarum mentium, pro declinando fauore alia foris ostendere, & alia intus agere, ipsa simulata intentione edentis, cultrum manu diutius tenuit, sicque non ad suam voluptatem, sed ad aliorum voluntatem conuiuium protraxit. Tunc subito faciei colore, cum mentis habitu permutato ferrum de manu super mensam decidit; atque in hoc non insolentiæ notam accidisse, sed mira quædam per diuinam reuelationem sensisse cum suspirio innotuit. Omni vero turba, quid hoc protenderet admirante, nec quærere præsumente, illa ad Euangelicæ perfectionis decorem celauit multitudini secreti dignitatem, solumque Augustensem Episcopum, nomine Dudonem, sibi pro vitæ meritis familiarem, iugique obsequio inhærentem, tali dignata est præfatione. Nunc, Pater venerabilis, multa opus est vobis consolatione, quia paries vestræ Occidentalis matrinæ Ecclesiæ lapsus est diuina dispositione. Tanta vero iactura non magis vestræ prudentiæ sollicitudinem ad restaurationem sui ingerit, quam pro vestra vexatione sine communi damno Ecclesiæ vestræ mentis mœroris nebulam intulit. Sed simul consolari vos in diuinitatis tranquillitate iubeo & persuadeo, quæ sine mutabilitatis vicissitudine sola inaccessibile lumen inhabitans omnia quodammodo moueri pro nostro reatu permittit; sed plura ad integritatis statum ineffabili sua clementia reducet. Præsul vero tam præsagio quam rerum damno perturbatus, tempus præfatæ ruinæ diligenter notauit, nuntiumque pro experienda ratione teique veritate Augustam festinanter direxit, cuius relatione casum contigisse, & horam conuenisse iuxta Dei famulæ præfationem cognouit.

Dudoni Augustensi Episcopo lapsum parietis Ecclesiæ suæ prædicit.

ALIO quoque tempore huic præsagio simile prodigium ab ipsa patuit, quod tanto magis admiratione extitit II.
dignum, quanto & loco & tempore rei euentu fuerat diuersum. Filius namque illius Romanæ Reipublicæ Princeps electus, dum illam Græcam in thalami consortium suscepisset, eius prauo ingenio, deteriori consilio deceptus, regnum Græcorum conatus est adipisci. Igitur exercitu ex omni copia collecto, fines Italiæ excessit, atque ita Regi Græcorum patrandi belli occasionem dedit, sibi vero suisque famæ ac vitæ contulit amissionem. Interim pia mater eius die nocteque diuinis cultibus insistens fœlicis Annæ viduæ deuotionem proculdubio impleuit, & iuxta Canonicam regulam, omni diligentia exhibuit viduitatis obsequia. Quadam vero die orationis studio pro vnici filij salute, consulque regni statu obnixius intenta, dum se viuam hostiam, more solito stans ante Crucifixum Deo mactaret, rapta in extasi humanis visibus æstimabatur præmortua. Ad se autem post horam reuersa, quid viderit memori mente tenebat, fatumque præfatæ pugnæ in spiritali sibi visu præmonstratum, non rem dicendo, sed bonorum cædem condolendo innotuit. Ex his quidem signis patenter potest colligi, quali puritate animi fulgeret, imo quanta libertate Spiritus Christo seruiret occultius, cui cum Prophetis futura Dominus reuelauit, cum Patriarchis fidem roborauit, cum Apostolis Euangelij perfectionem edocuit, cum Martyribus tribulationum tolerantiam tribuit, cum Sacerdotibus Ecclesiæ curam indidit, cum Virginibus sacris sanctissimæ mentis synceritatem auxit, familiarem sui præsentiam, cum Monachis ostendit & cum Apostolicis discipulabus, dico viduis, à Petro & Paulo electis & religionis officio deputatis in terris deuotione prædicauit, in æterna gloria sublimauit. Curationum vero tantam gratiam per beneuolentiæ meruit opera, vt sicut egenorum inopiam eleemosynarum largitate subleuauit, ita etiam infirmorum & debilium sospitatem potenti munere restauraret. Sed miram in modum humanam cognitionem vitandæ insolentiæ causa fugiens, tantique muneris largitori secreto mentis placere gestiens, aut omni modo furtiua celeritate signorum efficacium rapuit, aut si qua suorum scientiam præterire non potuit, ne vsquam leui sermocinatione dilataret, illam nimirum sententiam gentium Doctoris vigili sub corde reuoluens. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et quod ipse Dominus dextræ opus, à sinistra celari præcepit simplici prudentia in omni conuersatione adimpleuit. Tamen vrbs super montem posita haud potuit esse in omnibus occultata. Vnius namque signi flagrantia ad nostram peruenit notitiam, cuius patrandi potentiam plurimarum virtutum docemur existere causam.

Otto II. in expeditione Græciæ moritur.

Pugnæ exitum præuidet S. Adalheidis.

2. Cor 1.
Matth 6.

QVODAM vero tempore, cum cælesti meditatione occupata in conclaui sederet, omnisque arbiter, excepto III.
claudo abesset, villicus nomine Huozemannus fide & taciturnitate illi acceptus, pulchrorum malorum attulit munus. Quod serenissimo vultu, vt hilaritatis amica erat, accipiens: vnum ex multis excepit, cæteros seruatori huiusmodi rerum præsentari præcepit. Sed casu accidente pomum à manu longius prolapsum est, quod statim claudus reportare iussus obsequium renuebat, quia scabella, quibus ingressum simulabat, domina retinebat. Illo vero reluctante, rationemque debilitatis rationabiliter pro inobedientia reddente: tandem sanctorum domestica ante venerabiles reliquias in conspectu suo iugiter positas, quas adorare solebat, caput reuerenter inclinauit, suosque dominos secum velle, vt claudus ambularet, affirmauit.

Intercessione sua claudo gressum restituit.

Mox citius dicto surrexit claudus ab imo,
Parens obsequio, fit sanus corpore toto,
Et iussus tanti retinere silentia signi,
Gaudia prodebat nec gratia tanta latebat.

IGITVR eo tempore quo beata migrauit à sæculo Herimannus Dux Sueuiæ, qui fratris illius * Chunradi fi- IV.
liam in coniugium acceperat, hæreditario iure res ancillæ Dei ad monasterium pertinentes occupare volebat. Sed ipsa illi & cunctis in circuitu degentibus manifestis indiciis comprobat, quod nullum hæredem præter Apostolos & eis seruientes monachos relinquebat. Erat tunc temporis forte apud eundem Ducem, quidam recenter visu priuatus, qui olim arte fleboromandi edoctus, & ea causa beatæ Reginæ gratia largius est vsus. Quia vero illius beneficentiæ nimietatem, sanctitatisque claritatem experimento didicerat, orandi studio ad sepulchrum eius veniens in adiu-

torium

iutorium suum precibus & fletibus eam inuitauerat. Cumque per omnem septimanam, sacri corporis locum obsecrationis instauratæ frequentaret, vna vice fessus, & tristis super pauimentum residens, præ tædio languentis animæ, perfusus est somni humore. Tum illi sancta Adalheidis per somnium admodum reuerendo vultu vltra humanam speciem decora, manifesta apparuit. Quare Dominus eius Hermannus priuatas res Apostolorum suæ iniustæ ditioni vsurparet, terribili voce quæsiuit. Illo autem ignorantiam confitente, vel potius tyrannidem Ducis adnectente. Vide, inquit, vt si nostris meritis sanitatem oculorum recipias, nostræ etiam legationis fidus interpres Principem adeas, planoque sermone huiusmodi prauitatem omnino deponere cum signo edoceas. Sin aliter, meosque Dominos bis seno Apostolos, totius scilicet iudices orbis proprium ius persequi sciat, vltionisque ineuitabili ictu sese cum sui flagellandū prædiscat. Cū his dictis statim homo euigilans, visionis & allocutionis memoria lætificatus, pedes recedentis vsque ad sepulchrum est prosecutus, vbi toto corpore prostratus, tam diu orationi deditus iacuit, quousque chorus monachorum Missæ officia celebrauit. Vt vero primum Cantor introitum inchoauit, cæcus lumen recepit, atque gaudia sua cantantibus commiscuit. Confestim miraculo per sonitum campanarum intimato, ab omni populo concurritur, Dei famula veneratur, lucisque repertor, imo facturæ reformator ab omni sexu & conditione conlaudatur. Post hæc luminis adeptor testimonij, legationisque iniunctæ non immemor, Dominum suum gratulanti cursu reuisit, quod in somno præmonitus foret explicuit, suique inluminationem testabatur diuini examinis esse argumentum, si ipse aut aliquis potentum, siue quælibet persona vlterius in Ecclesiastica beneficia gloriosæ in Domino fœminæ præsumeret damnum inferre. Ita Dux timore perculsus quidquid iniusto incœpto contra Dei voluntatem in Dei famulæ rebus delipuit, emendare curauit, addiditque prædicto Monasterio prædium ad conficiendum sal vtile situm, videlicet ad oppidum Marsile. [*Cœcus lumen recepit.*]

V. DIGNVM vero relatione nobis videtur quomodo Henricus Rex, Georgij Martyris singularis cultor, huius sanctissimæ etiam viduæ supplex fieret adorator. Nam cum ad præfatum locū adepto imperio venisset, forte cōtigit, vt ibi posito lecto pausaret, vbi sanctissima anima carnis ergastulo soluta est. Itaq; Imperator tantæ infirmitatis mole percussus est, vt lecto surgere non valens, suorum diuersa ingenia conquireret quid de tanti tamque subiti doloris casu sentirent. Omnes quidem vna voce dicebant, illius sacri loci reuerentiam talis incommodi causam. Hæc ipse secum diu volutans, & si quo alio modo venerandam Augustam offenderet retractans: & pœnitentia ductus ad sepulchri sacellum se portari iussit. Et quia illius merita sine Apostolici decreto Clerique consensu celebrari non licuit, prædicto in loco B. Mariæ Oratorium se constructurum promisit, atque Abbatem illius Cœnobij sicut ipsa constituit, ab Imperatoria seruitute absoluit. [*Henricus Rex dum in loco vbi S. Adalheidis mortua est, cubaret, morbo corripitur. Votum eius.*] Sub idem tempus venit ad eundem locum quidam eques temerarius, qui dum pauperis cuiusdam bene receptus hospitio esset, paruam eius supellectilem diaboli instinctu male tractare aggressus est. Inter alias quidem iniurias, quas hospiti suo ingessit, aues domesticas occidit, alienaque substantia fecit sibi parari cibaria. Magister vero domus in preces fletusque cum vxore profusus, rogauit inprimis hominem parcere sibi per Abbatem Dominum suum, postremo per sanctæ Adalheidis reuerentiam implorauit deponere tantam proteruiam. Ille procacitatis incepto perdurans, imo maiora malis accumulans: Ego, inquit, viuus in hac nocte tui tuorumque dominor: Adalheida vero mortua, impotens est tibi præstare tutamina. Nec mora pro tanta calumnia superne flagellatus, dum male partum cibum festinaret sumere, cœpit etiam manus & cætera membra mandere. Statim pro sui impotentia & furoris noxa ligatus per eiusdem noctis spatium, mentis & corporis durum pertulit vinculum. [*Calumniator S. Adalheidis punitur.*] Sed cum prima luce manibus trahentium ad sepulchrum Christi famulæ inuite adductus sanitatem sensuum in fratrum præsentia recepit, quia illa pijssima, offensionem quam vindicabat potenter, postmodum pœnituro indulsit liberaliter. [*Curatur ad eius sepulchrum.*] Quædam sanctimonialis fœmina vocabulo * Etuovvela, cum à prima ætate claudicaret vtroque pede, in proximo anno memorabilis transitus Augustæ sera lætificata est salute. Et quia huius virtutis opinio populares aures attigerat prima, totius plebis conuentus effectus est ad modum lætus, anusque illius manibus Crucem & cereum imponens per diuersas discurrendo Ecclesias laudes celebrauit deificas. [*Clauda curatur.* * *al Ernovveca.*]

VI. NEC hoc taciturnitate prætereundum esse videtur, quod ob illius dilatanda merita, cuidam ignoto homini contigisse dignoscitur. Qui dum per Syluam iter haberet, quæ rustico vocabulo nuncupatur Bvvalt, forte ab equo iuxta pascente vsque ad oppidum Salcense comitatus est. Quamobrem apud quendam potentem nomine *Heimonem furti accusatus est, qui eodem tempore cum prædicto Imperatore Henrico illuc venerat. Ille de incertis certam sententiam proferens, iussit hominem miseris modis flagellari, spoliari, excæcari. [* *Hermonem.*] Mox aduena cæcatus, leuans ad cœlum mentem & manus: Si ego, ait, furti doliique innocens, immerito tanta mala perpessus sum, tu sancta Adalheida redde mihi tuis precibus & meritis, visum. Post hæc cuiusdam viri nomine Bennonis domo & cura receptus, post paucos dies lenito dolore, ad pretiosi thesauri thecam accessit, testificansque sui innocentiam, oculorum sanitatem recepit. Idem tamen medietate oculorum pupillæ diuisa, veræ cæcitatis postmodum ostendit vestigia. [*Innocenter exoculatus visum ad sepulchrum S. Adalheidis recepit.*] Inter cætera vero donaria, quæ S. Petro contulit hæc sanctorum domestica, existebat quædam familia pagi Northgovve nuncupati accola, quam dum quidam proterua præsumptione sibi suisque posteris mancipare tentaret, nulloque pacto repugnantem edomare sufficeret, vnum istiusmodi generis Penzonem dictum, incautius excæcauit apprehensum. Quem post aliquantos dies quiddam videre te[...]iscens, denuo captiuans tandem altius omnem eruit visum. Nec mora cæcus cruento miserandoque vultu turpatus adhuc crudo vulnere monachos adijt. Dominæ suæ venerabile sepulchrum petijt, rituque rusticæ simplicitatis exprobrare cœpit illi causam tantæ calamitatis. Ergo non ante à fletu & planctu eam inculando cessauit, quam integritatem pupillarum cum lucidissimo oculorum officio, quod non inusitatum, sed potius rarum à sanctis scimus, recepit. [*Alius item.*]

VII. VENIT etiam de territorio Metensi aliqua fœmina, cui diuino nutu cæcitatis increuit calumnia. Hæc cum per diuersa loca adipiscendæ salutis appetitu discurreret, istius sanctæ quærere subsidia per somnia admonita est ab ipsa. Dum autem solam oculorum appeteret salutem, gratiam adepta est duplicem. Nam eodem tempore contigit * Chuonradum Romani Imperij gloriosum Principem cum thori regnique consorte Gisila aduenisse. Cumque venerabilis Regina mulierem illuminatam in præsentiarum cerneret, Deum bonorum Auctorem dignis laudibus magnificans, sibique consanguineæ Augustæ sanctitati congratulans, personam à beatitudine eius lumine visitatam, in suæ liberalitatis suscepit curam: [*Cæca illuminatur.*] Fuit etiam in partibus Galliæ potens Comitissa muti filij mater tristis effecta. Pro hac ergo causa dum plura circuiret deuote Monasteria, tanta virtutum opinione audita, sacrum locum desiderabiliter petijt, trium dierum spatio inibi orationibus operam dedit. Post hæc à dono curationis prolixitate tēporis desperata, cū ad propria redire disponeret, semetipsam cū puero ante altare prostrauit, quod ad caput viuifici corporis consecratum est. Mater vero lachrimabili prece intenta se solam indignam & expertem fatetur, spe lætam venisse, sed tristem redire narrat. Puer autem interim subita soporis quiete solutus est. Qui transacta hora sponte sua euigilans lætus surrexit, matrem veste apprehendit, si hoc sepulchrum sanctæ Adalheidæ esset prima voce quæsiuit, quæ sibi in somno apparens linguæ vinculum resoluerit. [*Mutus loquitur.*] Eo modo matrona præ desperatione discessura reliquum diei duxit illic in lætitia, & pro sospitate filij deuota, & grata fratribus in sanctis suis Deum collaudantibus obtulit munuscula.

QVIDAM homo de Burgundia progenitus, ab utero matris ita extitit claudus & curuus, vt plantæ [illegible] ad nates, manus vero ad genua conglutinatæ viderentur. Qui dum ab hoc infirmitatis incommodo [illegible] meritum liberaretur, idem alia calumnia dum non nutu [illegible] percussus est, vt dum huius [illegible] timæ fœminæ precibus curaretur, virtus præclarissimi confessoris æquaretur. Contigit ergo hu[illegible] apud præfati loci Abbatem Gerbertum piæ memoriæ virum, cum tel quotidie [illegible] laudibus in festiuitate B. Petri Apostoli vano [illegible] interesset. Namque malorum & bonorum [illegible] temporis & loci venerandi contemptor cœpit cum viris & fœminis miscere verba turpitudinis, sicque cum stultorum conuenticulis fecit impedimenta diuinæ laudis. Tum subito mira celeritate vtraque brachia [illegible] [illegible] ciunt, ambæque manus eius tanta vi in se restrictæ sunt, vt disruptis digitorum nodulis, astante madere[illegible] [illegible] sanguinis. Nec tamen minori intus percussus est supplicio, vtpote arreptus Dæmone pessimo, sicque duplici pœna deuinctus, miserabili spectaculo totius populi mouit fletum & planctum. Sed dum chorus Monachorum Dei laudes per Missam celebraret, omnisque plebs mœstis modis S. Adalheidæ merita pronocaret, tandem nodi brachiorum solutis ad [illegible] prius est integritatem mentis & corporis. Ipse tamen post aliquantos dies mutus [illegible] ductus ad sepulchrum eiusdem beatissimæ matris [illegible] quæ recepit vsus.

Nota miraculum.

Curatur.

TEMPORIBVS vero tertij Henrici Imperatoris vnius signi mirificus claruit euentus, per quem in san[illegible] rum nu[illegible] spiritualem potentiam illam, verissima argumentatione agnouimus. Quidam vir non inc Burchardus in ministerio Luitpoldi Moguncensis Archiepiscopi [illegible] degens, parentelæ [illegible] rondition [illegible] nio venerabilis Augustæ. Cuius vberrima benignitate donatus, maioribus suis prædium hæreditario iure absque ambigualite possidebat, ideoque summa deuotione donatricem dominam omnimodis venerari solebat. Acc[illegible] autem, vt Dux Alamannorum Otto de Svvinvorth, licet illustriæ [illegible] virtutum quamplurima exempla [illegible] tus, tamen insatiatæ cupiditatis facibus accensus, prædictum prædium [illegible] possessioni forte contiguum [illegible] Achab, vel potius Iezabel propriæ ditioni iniuste vendicare est [illegible] Ergo homo talem [illegible] agrum violenter, non legaliter perpulsus, dum humanum præsidium contra tantæ potentiæ culmen desperat, [illegible] animo liberalis doni priuilegium, ad donatricis dominæ fidelis [illegible] patrocinium, catulam quoque in prælatam possessionem conscriptam miserabili cultu afferens, sacratæ tumbæ imposuit: commodo [illegible] campanarum, querelosaque adclamatione dominam suam sibi dormientem ex [illegible] rustico more asseruit. Fratrumque congregationem suum casum misereri & solatium piæ patronæ incitauit. Igitur fraternæ consolationis promissis [illegible] anchora spei in tantæ aduersitatis [illegible] orationibus domum [illegible]. Post hæc vero prædicto Duci gra[illegible] [illegible] plaga percusso B. Adalheida [illegible] quam honesto vultu noctu non silentio apparens, horribiles minas infernalis incendij potenter indixit, nisi famulo suo iniuste ablatum citius restitueret prædium. Princeps vero tam [illegible], quam venerabilis personæ inuectiua comminatione tremefactus, in [illegible] patientem, calumniamque intolerabilem sustinentem [illegible] addixit, eique [illegible] possessionem [illegible], exposita prius [illegible], & ad [illegible] tremenda minitatione subitæ mortis, & perennis supplicij, prompto animo redonauit. Ex[illegible] homo tanta damna expertus, & talia commoda consecutus, Domino Deo, & S. Adalheidæ condignas grates [illegible], ad eius Monasterium gratulabundus festinauit, complura donatiua Ecclesiasticis ornamentis, vel necessitatibus [illegible] trum a[illegible] contulit, & [illegible] causa vel modo restitutæ rei, nunquam cessauit à laude S. Adalheidæ & Omnipotentis Dei.

Otto de Svvinuort Dux Alemannorum

Morbo affligitur ob ereptum Burchardo agrum

Burchardus meritis S. Adalheidis agrum recuperat

Ann. 750. Extat in Syderibus Sanctorum.

VITA S. STVRMI PRIMI ABBATIS ET FVNDATORIS FVLDENSIS COENOBII, AB ÆGILA IV. ABBATE EIVS SVCCESSORE CONSCRIPTA: ET EX MS. CODICE BAMBERGENSI A R. P. CHRISTOPHORO BROWERO S. I. in lucem edita.

PROLOGVS.

17. DECE. ASSIQVE & amore diuino accensam, & sancto indesinenter studio repletam, O Virgo Angildrudis, semper agnoui. Idcirco petitionibus tuis parui. Poscebas enim, vt mores & vitam sancti ac venerabilis Abbatis Sturmi tibi exponerem; ac primordia monasterij sancti Saluatoris, quod ab eo fundatum atque constitutum est; quodque alio nomine appellatur Fulda, conscriberem: Causas quoque eiusdem cœnobij conijcerem, & sincere narrarem. Feci secundum paruitatem ingenij mei, quod postulasti; & quemadmodum à viris satis fidelibus, imo valis Christi; illius viri principia & conuersationem, & fundamina prædicti Monasterij agnoui, huic vt potui libello ingessi: nec non & earum rerum diuersitates, quas istius sæculi cursus iodesinenter parturit, sicut ipsorum relatu, vel meo obtutu, expertus sum, similiter inserui. Nam & ego Ægil in discipulatu illius plus quam xx. annos conuersatus eram, & sub ipsius Cœnobij disciplina ab infantia, vsque in hanc ætatem, nutritus & eruditus sum. Quapropter nonnulla eorum, quæ scripsi, vidisse me testatus sum. En habes, quod poscebas, putatiunm, nomini tuo dicatum, tibique tuendum derelictum. Tu inuidorum maledictis responde; tu me in[illegible] beniuolum, quam præsumptuosum, defende, tu me apud Christum verum sponsum tuum, sanctis orationibus tuis sustenta.

Aegil discipulus S. Sturmi annis xx. annis.

TEMPORE quodam sanctus ac venerandus Archiepiscopus Bonifacius Noricam regionem ingressus, cum Sacerdotes & viuentes Ecclesiæ ordines ad Catholicam imbueret fidem, cunctosque ibidem hæreticorum errores ab Ecclesijs repelleret; Christi populus quoque gentis illius, licet essent Christiani, ab antiquis tamen Paganorum contagijs, & peruersis dogmatibus, veracibus Christi doctrinis cohiberet, cœperunt certatim nobiles viri in [illegible] Domini, nutriendas suas offerre soboles. Tunc etiam puer Sturmi, precatu parentum, ab eo susceptus, qui Norica Prouincia exortus, nobilibus & Christianis parentibus generatus & nutritus fuit. Qui carnali quidem relicta cognatione, nostræ redemptionis secutus * peregrinationis viam cum Episcopo pariter, à quo erat susceptus, sicut [illegible] paruulus, gratanter arripuit. Cumque pluribus Prouincijs peragratis, ad Fritzlar [illegible] in regionem sancti viri Cœnobium tandem peruenissent, nobilem puerum suo cuidam Presbytero, nomine Wigberto, sanctus commendauit Episcopus. Adhibita tunc omni diligentia, Presbyter sanctus puerum Sturmen ad Dei Omnipotentis seruitium instituere studuit. Psalmis tenaci memoriæ traditis, lectionibusque quamplurimis, perenni commemoratione, firmatis, sacram cœpit Christi puer Scripturam spirituali intelligere sensu; quatuor Euangeliorum Christi mysteria studiosissime curauit addiscere; nouum quoque ac vetus Testamentum, in quantum sufficiebat, lectionis assiduitate in cordis sui thesaurum recondere curauit. I.

Fuld. antiq. lib. 1. ep. 1.
S. Bonifac. Noricam adit.
Sturmi nobilis puer oblatus a parentibus S. Bonifacio
* Exemplar.
S. VVigberto in disciplinam traditur
B. Sturmi educatio.

re curauit. Erat quippe, vt scriptum est, meditatio eius in lege Domini die ac nocte; profundus in sensu; sagax in cogitatione; prudens in sermone; pulchro aspectu, gressu composito, honestis motibus, vitæ immaculatæ. Charitate, humilitate, mansuetudine, alacritate, omnium in se traxit amorem. Post non longum temporis Presbyter, omnium voluntate, omniumque consensu seruorum Dei, ordinatus, cœpit mystica dicta Christi circumquaque, temporibus oportunis, populis instanter prædicare. Sacræ etiam virtutes, per diuina sancti Spiritus charismata fiebant ab eo plurimæ. Quoties per sancta orationum studia, in Dei nomine, immundorum Spirituum habitationem à peccatoribus Christianis expulit? Quoties per impositionem manus, per humilem orationem ab aduersis valetudinibus sanauit ægrotos? Quoties serpentinis infecta corda venenis, doctrina salutari subueniens, lætale virus, quod pestifere latebat, medendo curauit? Discordes, pace rupta, ad concordiam charitatis redire ante solis occasum imperauit, patientiam, animi mansuetudinem, Spiritus humilitatem, cordis longanimitatem; fidem, spem atque charitatem, omnes habere docuit.

S. taciturnus studiosus. Præsbyter. S. Sturmis animæ ope portique lotes Presbyter factus. Eius Prædicatio. Miracula.

II. CVMQVE pene tribus annis sic Presbyteratus sui, prædicando ac baptizando, officium gereret in plebe, cælesti illi inspiratione cogitatio incidit, in cor; vt arctiori se vita, & eremi squalore constringeret. Huius cogitationis iugem memoriam singulis momentis & horis gerebat in pectore, donec diuina admonitione instructus, viro Dei Bonifacio Archiepiscopo, quod animo occulte conceperat, spiritali Magistro reuelauit. Quo comperto, Vir sanctus, à Deo hanc inspirationem descendisse intellexit, gaudensque, quod dominus illum per suam gratiam admonere dignatus est, tali studio deuotissimus fautor gratanter extitit. Adiunctis ergo ei duobus comitibus, omnibusq; diligenter instructis, oratione facta, & benedictione super eos data, Pergite, ait Episcopus, in hanc solitudinem, quæ Bochonia nuncupatur, aptumque seruis Dei ad inhabitandum exquirite locum. Potens est enim Deus parare seruis suis locum in deserto. Perrexere itaque illi tres ad heremum, ingressique solitudinis agrestia loca, præter cœlum ac terram, & ingentes arbores pene nihil cernentes, deuote Christum poscebant, vt pedes illorum in viam pacis dirigeret. Die tertio peruenerunt ad locum, qui vsque hodie * Hersfelt dicitur. Visis exploratisque ibidem locis circumquaque positis, Christum sibi locum illum ad inhabitandum benedici poposcerunt, atque in loco illo vbi, nunc Monasterium situm est, parua * arborum corticibus tecta instruunt habitacula, manseruntq; illic tempus non modicum, sacris ieiunijs & vigilijs, atque orationibus Deo seruientes.

Eremi desiderio flagrat. Vocationis suæ consilium S. Bonifacio aperit. S. Sturmi eremum petit. Luc. 1. * Herolsfeld aut Hersfelt. *ex.

III. POST aliquantum vero temporis sancto studio repletus Sturmi, egressus de heremo ad sanctum Archiepiscopum Bonifacium perrexit; eique & loci positionem, & terræ qualitatem, & aquæ decursum, & fontes & valles, & omnia, quæ ad locum pertinebant, per ordinem exposuit. Quod vir sanctus Bonifacius Archiepiscopus diligenter audiens, & prudenter secum pertractans, eremitam suum omni charitatis affectu suscepit, secumque habitare aliquantisper imperauit. Post colloquium autem dulce, quod habuit cum magistro, & vberes sacrarum scripturarum consolationes, Episcopus taliter locutus est. Locum quidem, quem repertum habetis, habitare vos propter viciniã barbaricæ gentis pertimesco. Sunt enim, vt nosti, illic in proximo feroces Saxones. Quapropter vobis remotiorem & interiorem in solitudine requirite habitationem, quam sine periculo vestri colere queatis. Tunc vir beatus Sturmi cognitis omnibus, quæ ei fuerant à beato imperata, sacris eis doctrinis imbutus, animoque confortatus, de inquisitione loci sollicitus, ad heremum alacriter perrexit. Qui cum ad suos peruenisset socios, in prædictis eos reperit habitaculis suum anxie præstolari aduentum. Quos cum vidisset, ab Episcopo verbis pacificis illos salutauit, eosq; multum & de aduentu suo, & de Episcopi narratione consolatus est. Cumque per ordinem eis verba sancti exposuisset Episcopi, assumptis secum duobus fratribus, ascenderunt nauem superiora petentes loca per alueum Fuldæ fluminis nauigio pergere cœperunt, lustrantes vbique loca, ad omnium torrentium vel fontium ora. Nauim egressi perambulantes circumquaq; & considerantes terrã mõtes, colles, superiora & inferiora, explorantes, vbi Dñs seruis suis in solitudine ad inhabitandum aptum demonstraret locum. Tertio demum die, ad locum peruenerunt, vbi flumen, quod dicitur Ludera, intrat in Fuldam. Inde reuersa naue, cœperunt ad propriam remeare Cellam, nihil tale reperientes, quod eorum placuisset obtutibus, præter, quod paulisper demorati sunt in loco, qui dicitur * Rohenbah, vbi eis visum fuerat posse seruos Dei vtcunque esse: non tamen per omnia æstimantes venerando Episcopo placuisse. Qui, cum per eiusdem fluminis alueum, renauigarent, post non longum tempus, ad sua paupercula peruenerunt habitacula: tum Christum ibi omni tempore deprecantes, vt eis desideratam ostenderet heremi habitationem, vbi secundum præceptum beati Bonifacij Episcopi possent iugiter domino securi deseruire. Sic in Domini † cultute, die noctuque * ieiunijs, vigilijs & orationibus perseuerantes, Domini Dei sui memoriam non amittebant; dicentes in corde suo, Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Laus quoque Christi continua in ore pariter & corde ipsorum resonabat; implentes illud Psalmigraphi: Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

S. Sturmis prima mansio vbi nũc Hersfelden. ius Abbatia. Eius ad Solitarios suos reditus. Perlustrat Bochoniæ solitudinẽ. Ludera amnis Fuldam intrat. * Rodenbach. † Iſæ narratio. * in. S. Sturmis vita solitaria. Psal. 15. Psal. 33.

IV. TVNC sanctus Episcopus Bonifacius, memor Eremitæ sui Sturmi, quodq; de inquisitione loci habuisset peractum admirans, nuncium misit, qui illum rogaret concite ad se venire. Quo dum propere nuntius venisset, reperit eum in supramemoratis insistere habitaculis. Cui honorifice salutato, venerandus, ait, Pater noster Episcopus multum te videre desiderans, rogauit vt ad eum, si non grauaris, venias. habet enim necesse multa tecum conferre. Auditis itaque eius sermonibus vir studiosus Sturmi, humile responsum reddidit, dicens: Christo Deo gratias ago, quod meæ paruitatis memor tantus Pontifex, ad me in hanc solitudinem suum nuncium destinare dignatus est. Vocatisque ad se fratribus præcepit aduenienti nuntio charitatis officium impendere. Qui diligenter eius præceptum implentes, ei mensam posuerunt, cibos quos habuerunt offerentes. Quo refecto, fratres ei abeundi licentiam poposcerunt. Tunc vocato ad se, vir Dei, nuntio, gratias et fatigationi suæ referens, dixit: Sanctum Bonifacium Pontificem à nobis seruis suis pacificis salutato sermonibus, eique dicito, quod post te quantocyus potero properabo: benedixitque illum, & abire permisit. Sequenti vero die, petita à fratribus benedictione, vir Dei Sturmi statim profectus est, arreptoque itinere ad S. Pontificem, vbi sanctum competit Episcopum, properauit. Die autem secundo quo profectus est, ad Episcopum ambulando peruenit, & in loco eum superius dicto Frideslar inuenit. Cumque indicatum sancto fuisset Episcopo, Heremitam suum Sturmen affuisse, statim illum præcepit ad se duci. Cumque adductus fuisset ante eum, ad terram se humiliter prostrauit, & salutato Pontifice, se benedici poscebat. Cui benedicto & resalutato, ad se accedere eum iussit, & osculato eo, iuxta se sedere præcepit; & cum omni charitatis affectu in aduentu illius lætatus est, rogauitque eum, vt aliquantulum, propter eius amorem & præsentiam, sibi à constituto ieiunio indulgeret. Quod vir Dei cum magna agens discretione, propter reuerentiam summi sacerdotis & Magistri, assensit. Totum sanctum, inquit, credo, quod à vobis mihi fuerit imperatum. Mensa posita in præsentia Episcopi fuit, susceptis coram eo cibis, quos ille præcepit honeste comedere. Cui refecto, ferculoque leuato, surgens Episcopus adduxit secum in secretiorem locum Solitarium suum, vbi diutissime de spiritalibus tractauere rebus, & de conuersatione multum disputauere. Erat quippe Pontifex sanctus nimium animo intentus, quod postea claruit, monachicam in solitudine instituere conuersationem. Vnde etiam tunc inter cætera colloquia percontatus est, quod exploratione loci habuisset actum. Cui adueniens anachorita Sturmi respondit. Nauigauimus, inquit, sursum per al-

S. Bonifacius B. Sturmin ad se euocat. S. Sturmis hospitalitas. Nauigatio

*Sturmis aduerso flumine. * quare, S. Bonifacij vaticinium de arca Fuldensis Monasterij. * ostendet.*

per alueum fluminis Fuldæ; per plures dies nihil tale reperimus, quod vobis laudare præsumamus. Inter hæc Episcopus prædestinatum adeo locum necdum fuisse reuelatum, * prophetica voce locutus est, Locus quidem in illa solitudine à Deo paratus, quem quando vult Christus seruis suis * ostenderet. Quare, ut perquirendo cessare, sciens & credens, quod cum absque dubio ibi reperies. Sic cum certum de loco ... & ad monasticæ vitæ amorem incitatum, & de spiritali contra Zabulum certamine multum imbutum, ... ad ... in remeare permisit heremum. Qui cum suam peruenisset ad cellam, quæ in loco superius iam comprehenso ... fuerat constructa, salutatis fratribus, quos ibidem reperit, præceptum ac promissum sancti exposuit Episcopi.

Cella S. Sturmij in Hersfeld. S. Sturmij iterata peruestigatio mansionis. Ioan. 14. Nocturna mansio sancti Heremitæ. Thuringorum viam Iitatis per Bochoniam Maguntiã versus.

Cvmqve parumper penes ipsos fessus respirasset, strauit asinum suum, sumptoque viatico solus profectus est, iter suum Christo, qui est via, veritas & vita, commendans, solus omnino sedens super asinum, per vastissima deserti loca pergere cœpit. Tunc auidus locorum explorator, vbique sagaci obtutu montuosa atque plana perlustrans loca, montes quoque & colles, vallesque aspiciens, fontes & torrentes, atque fluuios considerans, pergebat. Psalmos vero in ore retinens, Deum gemitibus, animum ad cœlum leuato, orabat, ibi tantummodo quiescens, vbi eum nox compulit habitare, & tunc, quando alicubi noctabat, cum ferro, quod manu gestabat, sepem cædendo ligno in gyro composuit, ad tutamen animalis sui, ne feræ, quarum perplura ibi multitudo erat, illud deuorarent. Ipse autem in Dei nomine signo Crucis Christi fronti impresso, securus quiescebat. Sic vir sanctus armis spiritualibus pernatus, lorica iustitiæ totum corpus induens, scuto fidei pectus muniens, caput galea salutis protegens, gladio verbi Dei accinctus, ad certamen contra diabolum processit. Tunc quadam die, dum pergeret peruenit ad viam, quæ ad Thuringorum regionem, mercandi causa ad Magontiam pergentes ducit, vbi platea illa super flumen Fuldam vadit; ibi magnam Sclauorum multitudinem reperit, eiusdem fluminis alueo ---- lauandis corporibus se immergere. Quorum nuda corpora animal, cui præsidebat, pertimescens, tremere cœpit, & ipse vir Dei eorum fœtorem exhorruit. Qui more gentilium, seruum Domini subsannabant, & cum eum lædere voluissent, diuina potentia compressi, & prohibiti sunt. Vnus autem ex illis, qui erat ipsorum interpres, interrogauit eum, quo tenderet. Respondit, in superiorem partem heremi se fore iturum. Sicque vir Dei, per horrendum solus pergens desertum, præter bestias, quarum inco... abundantia, & auium volatum, & ingentes arbores, & præter agrestia solitudinis loca, nihil cernens, tandem quarto die prætergrediens locum, vbi Monasterium situm est, superiora petens, vbi flumen, quod dicitur Gysilaha, Fuldæ alueo se immiscet; deinde paulo superius progressus, vbi semita fuit, quæ antiquo vocabulo * Ortessueca dicebatur, post occasum solis peruenit, ibique se & asinum suum munire, propter nocturnos incursus satagens. Cum autem ibidem se nocturnis castris munire curaret, audit procul sonitum aquæ; quod verum feræ, an homo fecisset, ignorabat. Stans silenter, intentis auribus auscultabat, audit iterum sonitum aquæ. Tunc quis vir Dei clamare noluit, cauam ferro, quod manu ferebat, pulsauit arborem, intelligens hominem esse, nutu Dei. Ille vero, cum audisset sonitum pulsantis, illuc properans proclamauit. Qui cum appropinquasset, videntes alterutrum mutuo se salutauerunt. Cumque eum homo Dei interrogasset, vnde veniret, respondit, se de Wedereiba venire, dominique sui Orts equum in manu ducere. Collocantes itaque se ibidem, pariter nocte illa manserunt. Erat quippe ille homo locorum in solitudine peritissimus. Cumque ille viro domini, quod animo gestabat, & quid gereret retulisset, cœpit ei locorum nomina indicare, & torrentum & fontium fluenta denuntiare. Qui cum tunc in illo tristi simul loco, qui antiquo vocabulo Altiloh nuncupatur, mane surgentes inde, alterutrum se inuicem benedixerunt, & statim vir ille ... ad Grapfelt, per viam suam, pergere cœpit. Seruus autem Domini statim inde reuersus, Domino Christo iter suum, & spem omnem commendans, per desertum, more suo, pergere cœpit solus.

*Gysilahafluuius. * ortessuega.*

Ex Wedereiba S. Sturmij peritus ductor obuenit.

Grezibach. Monasterij Fuld. area à Sturmione inuenta Fuld. Aa ... Redit Hersfeldiam.

Qui cum Aihchagadebatur, & cui illic terra displiceret, venit ad torrentem, qui vsque hodie Grezibach dicitur; visisque illic loci positionibus & terræ qualitatibus, paulisper remoratus est. Inde regressus pusillum, ad benedictum, & à Domino iam dudum præparatum peruenit locum, vbi nunc situm est Monasterium. Quo cum peruenisset, statim sanctus vir Sturmius, immenso repletus gaudio, alacer & exultans ambulabat. Intellexit enim per merita & orationes sancti Episcopi Bonifacij, talem sibi locum esse à Domino reuelatum. Tunc circumquaque iens per singula, quæ aspiciebat, Domino grates referebat. Quanto longius & latius gradiebatur, tanto amplius gratulabatur. Cumque ibi loci pulchritudine delectatus, non modicum diei spatium gyrando & explorando exegisset, benedicto loco, & diligenter signato gaudens inde profectus est.

*Profecturus ad S. Bonifacium. Locum repertum annunciat. & Monasterij exordia in ... S. Bonifacio. S. Bonifacius ad Carolomannũ impetratio ... S. Sturmio in occupatione ... diuinitus ... contradicitur Cuechlati. S. Bonifacij ad Carolomannum oratio Bochoniæ fundatio. Carolomanni & Principum Palatij ... Donationis. * Anblesba*

Igitvr vir Dei secundo ad Hersfelt perueniens, socios ibi suos sanctis insistere precibus reperiebat, loci repertionem quibus referens, eos illuc profecturos secum properare imperauit. Subito ipse petita à fratribus oratione, ad Sancti petiturus Episcopum, profectus est. Ad quem cum ambulando post dies paucos peruenisset, atque ab eo benigne esset susceptus, repertum ei locum laudando referre cœpit. Æstimo, ait, dilectissime tibi locum innotescere repertum. Cumque ei loci illius statum, & qualitatem terræ, & aquæ decursum, quæ vsque hodie Monasterio sufficiunt, reuelasset, satis alacrem reddit Episcopum, pariterque gratulantes & Domino gratias referentes, suaue colloquium inter se, de vita & conuersatione Monachorum, diutissime habuerunt. Post dulces sermones sanctus Episcopus, retento parumper penes se Solitario suo, diligenter eum sanctis instruere curauit sermonibus, & sacris Scripturæ sententijs, ad Monasticæ vitæ amorem incitare. Sic enim vberiore doctrinarum fonte irrigatum, & plenius sanctæ Scripturæ admonitionibus confortatum, ad heremum heremitam suum Sturmen abire sanctus permisit Episcopus. Ipse vero ob confirmationem reperti in heremo loci, ad Palatium Regis profectus est. Sturmi autem postquam ad suos peruenit in solitudinem socios, & se ad locum, quem repererat, cum fratribus voluisset conferre, & non iam tunc, ex quo in heremo habitare cœperat, anno ab Hersfelt regressus est: inuidus omnium bonarum rerum diabolus pertimescens seruorum Dei in solitudine conuersationem, malorum hominum mentes instigabat, vt sanctam serui Christi contradicerent locum. Sancti vero serui Dei, cum prauorum hominum obstinationes, imo Zabuli aduersitates, ferre necdum possent, diuerterunt inde, & secesserunt in locum, qui dicitur Chuhlan. Sanctus quoque Bonifacius Episcopus, vt præfatus sum, ad Karlmannum Francorum Regem perrexit, & humiliter sapienterque ad eum locutus est. Ad perpetuam, inquit, remunerationem vestram cogito, si Deus Omnipotens voluerit, & vestrum affuerit auxilium, in Orientali regno vestro, Monachorum vitam instituere, & Monasterium fundare, quod præteritis temporibus ante nos nemo inchoauit. Vnde nunc vestrum in hoc pium poscimus adminiculum, quatenus vobis immarcessibile munus coram altissimo Rege Christo in futuro & infinito maneat regno. Habemus enim in solitudine, quæ Bochonia nuncupatur, iuxta fluuium, qui dicitur Fulda, locum aptum seruis Dei inhabitandum repertum qui ad vestram pertinet ditionem. Nunc vestram pietatem poscimus, vt nobis locus ille donetur, quatenus inco, per vestram defensionem, Christo seruire queamus. Quo audito Rex, nutu Dei gauisus est, & congregans omnes principes Palatij sui, petitionem Episcopi collaudans indicauit, atque coram eis Episcopo sanctum locum, quem postulauerat, tradidit, dicens. Locus quidem, quem petitis, & qui, vt asseris, Eiloha * nuncupatur, in ripa fluminis Fuldæ, quodque in hac die proprium ibi videor habere, totum & integrum de iure meo, in ius Domini tradito, ita vt ab illo loco vndique in circuitu, ab Oriente scilicet & Occidente, à Septentrione & Meridie,

Marc...,

Marcha, per quatuor milia passuum tenduntur. Porrò Rex iussit chartam suæ traditionis scribi, quam ipse propria manu firmauit. Et misit inde nuncios suos, vt congregarent omnes viros nobiles, qui in regione Grapfeld commorabantur, et per Regis sermonibus rogarent, vt omnis, quicunque in loco illo aliquid proprium videretur habere, quemadmodum fecit Rex, ita & ipsi tradendo facerent. Cumque ad condictum diem omnes fuissent congregati, adnunciantes Regis nuncij, Omnes vos, inquiunt, Rex suis salutare præcepit sermonibus, poscebatque & imperabat, vt omnium, qui aliquid proprietatis visus fuisset habere in loco, qui dicitur Eihloha, seruis Dei inhabitandum totum traderet. Qui cum hoc audissent, nutu Dei statim cum omni diligentia, quidquid ibidem habere potuerunt, viro Dei Sturmi totum tradiderunt.

Virorum nobilium in Grapfeldia assensus. S. Sturmi omnia ad se transferunt Monasterij.

VII. IGITVR hac traditione vndique firmata, & loco illo de iure hominum in ius Domini tradito, beatus Sturmi in Drylilar * perrexit ad Fratres. Inde non post multos dies surgens, assumptis Fratribus secum septem, commigrauit ad locum, vbi nunc Sanctum situm est Monasterium, & Anno Incarnationis Christi septingentesimo quadragesimo quarto, regnantibus in hac gente Francorum duobus Fratribus, Karlmanno atque Pyppino, indictione XII. mense primo, duodecimo die mensis eiusdem, sanctam & à Deo dudum prædestinatum ingressus est locum. Dominum Christum illum semper tueri, & sua inuicta potentia defendi, implorabant, sanctis Domino psalmodijs, & ieiunijs, vigilijsque & orationibus, die noctuque famulantes, siluas cædere, & locum mundare proprio labore, in quantum præualuerunt, studebant. Expletis autem duobus Mensibus, venerandus ad eos Archiepiscopus Bonifacius, congregata hominum multitudine perrexit, conspectis cunctis loci illius commoditatibus & vastitatibus immensis exploratis, in Spiritu sancto exultabat, grates Christo referens & laudes, quod seruis suis tale in heremo tribuere dignatus est habitationem. Hominibus verò, qui cum eo venerunt in locum, vbi ei, & seruis Dei pariter cum eo visum est, Ecclesiam ponere, & frutecta quæque cædere imperauit. Ipse se in montem, qui vsque hodie Mons Episcopi appellatur, contulit; vbi iugiter Dominum orabat, & ibi sacris libris scrutandis insudabat, & propter hoc Monti vocabulum indidit. Post vnius septimanæ impletionem, dirutis innumeris siluis & arboribus, & rase * ad calcem faciendam composita, Episcopus benedictis Fratribus, & loco Domino commendato, cum operarijs, cum quibus venerat, inde migrauit. Altero autem anno sanctus Episcopus iterum illuc properans, ad nouellum Cœnobium peruenit suum; quod iam tunc, propter meatum fluminis, Fulda vocari inchoauerat; visis Fratribus, salutatisque, penes ipsos, complures expleuit dies; in quibus nouellos Monachos suos instruere curauit, & monasticæ Regulæ disciplinas, secundum sanctæ Scripturæ traditionem, statuere apud ipsos non cessabat. Qui, cum Fratribus sacras exposuisset Scripturas, & quod nusquam vinum Monachorum legeret esse, consensu omnium decretum est, vt apud illos nulla potio fortis, qua inebriari possit, sed tenuis ceruisia biberetur. Quod post plures annos crescente familia, propter ægrotos & imbecilles, tempore Pyppini Regis, synodali decreto, immutatum est; aliqui tantum ex Fratribus, vsque ad finem vitæ suæ, se à vino & ceteris fortibus potionibus abstinuerunt. Post non multum secrete habito cum Sturmi colloquio, quo eum, qualiter præesse ceteris deberet, docuit, & post vberrima documenta & monita, quibus Fratres, qualiter obedire & subesse deberent, imbuit, salutatis ipsis, Christoque eis commendatis, inde profectus est. Sic verò solebat sæpe illos visitare ipse; & per singulos annos, quantis vicibus licuit propter Episcopalem curam, quam plurimam habebat in populo, venire & morari apud locum illum, & proprijs manibus operari studebat, & sæpe in dilecto sibi monte, superius dicto, mysticas scrutando Scripturas, & Christum familiariter orando, insidebat.

* Chrihlar
Anno 744. inchoatur Fuldense Monasterium.
S. Bonifacij accessus ad nouũ Monasterium.
Habitatio in monte Episcopi. Syluę & arborũ cædes & repurgatio.
* Rase Germanis Cespes.
S. Bonifacij iteratus accessus, & institutio Monachor.
Fulda nomen dat Monasterio.
Vini potu se abdicant Ceruisiam sanciunt.
Moderatio decreti.
Sic Bonifacius crebro Fuldam inspicere solitus.

VIII. PORRO, cum Fratres Regulam sancti Patris Benedicti inhianter obseruare desiderassent, & ad monasticæ disciplinæ normam sua corpora mentesque toto animo inclinassent, consilium vtile inierunt, quatenus aliqui ex ipsis ad magna alicubi mitterentur Monasteria, vt Fratrum ibi concordiam & conuersationem regularem perfectè discerent. Quod cum sancto fuisset indicatum Episcopo, prudens illorum collaudauit consilium; & hanc legationem studioso Sturmi iniunxit. Qui, præparatis itineris necessarijs, assumptis secum duobus Fratribus, quarto ad locum prædictum ingressionis anno, Romam profectus est; atque in illa terra, cunctis Monasterijs lustratis, & omnium mores ibi Fratrum consistentium, traditionesque Monasteriorum ad plenum discens, integrum annum apud illa Monasteria perseuerans, secundo inde anno, repletus quibus viderat virtutibus regressus est. Cum ad hanc, Domino opitulante, terram peruenirer, correptus morbo apud Chitzzinga Monasterium, hebdomadas quatuor ægrotauit. Tunc ex infirmitate conualuit, & ad Episcopum Bonifacium, qui tunc forte in Turingia fuit, perrexit. Quo viso nimium Episcopus gauisus, & Domino aduentus sui gratias referens, multum ab illo de regionibus, quibus venerat, percunctatus est. Et dum eum prudenter mores gentis illius, & disciplinas Monachorum referre agnouit: Vade, inquit, & nouellum Monasterium Fuldam, ad instar morum Monachorum, quorum ibi vitam contemplatus es, quantum quiueris, instituas. Statim vir beatus Sturmi, petita ab Episcopo oratione, perrexit ad heremum; gratusque suis ad videndum fratribus, die quarto aduenit, quibus ea, quæ in Italiæ partibus, & Tusciæ prouinciæ monasterijs à sanctis Patribus didicerat, & verbis prudentibus promptis, & exemplis in semetipso monstrauit. In omni enim disciplina, quam fratribus posuit, prius semetipsum exercere curauit, ne forte quispiam de illo dicere potuisset: Cur hæc, quæ doces, ipse non facis? Desiderium tunc ingens inerat fratribus, ad omnia, quæ eis dicta vel ostensa fuerant sanctorum exemplis, semetipsos toto adnisu aptare, & Regulam sancti Benedicti, quam se implesse promiserant, ad omnia obseruabant. Annos sic plurimos in sanctis moribus degentes, Monasterium adunatione multorum crescebat, quoniam multi ad seruiendum Domino se ibi, & suas possessiones tradiderunt. Crescente ita familia Christi, & loco multiplicari inchoãre, fama illius bona in vniuersas prouincias diffunditur, & rumor eximius per longe posita monasteria ad omnium sanctorum fratrum peruenerat aures. Cumque plurima illic monachorum congregatio, sub sanctæ regulæ disciplina, districtam duceret vitam, sanctus eos visitare Episcopus per plura studuit tempora, misertusque illorum paupertati, aliquas ei villulas, ad exquirenda cibi necessaria, tribuit.

S. Benedicti Regula directa
Morbo in Franconia decumbit.
Chitzzinga hodie Kitzingen S. Bonifacio se in Thuringia sistit.
Fuldensib. Monachis exempla & præcepta beue viuendi tradit.
Obseruatio Regulæ.
Monasterij Fuldensis incrementa.

IX. ANNO decimo postquam ad sanctum commigrauit locum, sanctus Archiepiscopus Bonifacius, inito cum Rege, & cæteris Christianis, consilio, ad vlteriora Frisonum loca, paganico ritu dedita, ingressus est: ingentemque ibi multitudinem hominum Domino, & baptizando acquisiuit. Inde post multum temporis migrans, sospes ad suas in Germaniam peruenit ecclesias. Sequenti verò anno iterum ad aquosa Fresonum peruenerat arua, cœptum opus prædicationis implere desiderans. Quo cum peruenisset, & die quadam ad suam doctrinam populum conuocasset, venerunt vnusquisque de loco suo, non quasi humiliter ad verbum Domini audiendum, sed Spiritu maligno inflati, cum infestis armis, ad sacra sermonis Domini festa proruunt; & sanctum Christi Antistitem ferro trucidarunt, omnemque eius comitatum gladijs necauerunt. Episcopo verò, & cæteris quamplurimis cum eo martyrio coronatis, ex superiore Fresonia ad Trech scilicet, cœnobio fideles venientes fratres, rapuerunt corpora sanctorum martyrum, & ibi in sepulchris alia posuerunt, alia verò assumentes secum, sancti videlicet Bonifacij Episcopi, & Sanctorum, qui cum eo pariter passi sunt, Presbyterorum & Diaconorum; & vnius Episcopi nomine Eoban, cuius corpus assumentes, caput eius ab hostibus abscissum reperire non poterant. Quo cum peruenerunt, sancti Episcopi Bonifa-

S. Eobani Episcopi corpus. S. Bonifacij corpus.

S. Bonifacij Frisiam sancta expeditio.
* non Martyrium. Vide Scriptores vitæ S. Bonifacij & Serar. de reb. Moguot. in Bonifac.
Martyrum corpora à Traiectensi clero exportata ex Frisia.

cij in

cij in minore, quæ eis vicinior erat ecclesia, cum grabato, quo à naui ferebatur, statuerunt; extera [illegible] ra sepulturæ tradiderunt. Tunc omnes loci illius habitatores concilium grande inierunt, quatenus [illegible] co illo sancti martyris Bonifacij corpus detine[illegible] pro omni tempore qui [illegible] magnum vtpote [illegible] strantii Martyris protectio tueretur. Ieiunijs & orationibus indictis, vt sanctus martyr apud eos sibi manere [illegible] tur, Dominum orabant, & locum erat ad quiescendum honorifice in Basilica maiore præparabant. Sanct[illegible] martyr ad locum in solitudine, quem ipse sibi nutu Dei eligebat, corpus suum deferri voluit, quod stat in claris. Quod dum vellent ad alteram portare Ecclesiam, & ibi in sarcophago ponere, accedentes manus suas in feretrum [illegible] ut, nec leuare potuerunt. Multo plures alij se adiungentes, nec sic quidem feretrum, in quo sanctum cadauer [illegible], mouere quiuerunt. Intellexerunt ergo eius non esse voluntatem, vt in eodem loco maneret: sed cum ad Moguntiam ciuitatem id debere deferri, pronuntiabant. Protinus grabarum absque vlla difficultate leuantes, ad flumen q[illegible] portantes, & puppi imponentes, per Rheni alueum nauim trahere, & superiora petere cœperunt. Quo audito Sturmi, de Fulda cœnobio, in heremo constituto, cum festinatione obuiam venire curauit, & cum eis pariter [illegible], donec prospero & leui transitu ad Mogontiam vrbem peruenerunt. Sacerdotes statim, & omnis clerus vrbi[illegible], accedentes, sancti Martyris corpus assumentes, in Basilicam suam cum honore posuerunt. Vniuersi tunc [illegible] & clerici, & populus omnis, consona pariter voce dicebant: Fas non esse, vt sancti Dei martyres alium [illegible] in locum, sed vbi Episcopalem sedem viuens habuit, ibi etiam oportere eum corpore quiescere. Insuper [illegible] de Palatio à Rege nuntius venit, qui dicit Regem imperasse, vt sancti martyris corpus in ciuitate eadem, si ipsorum [illegible] voluntas, poneretur. Sturmi vero, & qui cum eo de Heremo conuenerunt, constanter dixerunt, quod [illegible] Episcopus pleramque apud eos manens, & locum ei, vbi corpus suum posuissent, demonstrarit, & quod absque dubio ibi in solitudine voluisset corpore quiescere. Interea vero, dum in hunc modum contenderent, & Lullus Episcopus ciuitatis illius omnimodis voluisset prohibere, ne beati Martyris corpus ad solitudinem perueniret, nocte [illegible] nem cuidam Diacono * sanctus astitit Episcopus, Cur me, inquiens, tardatis ad locum meum Fuldam deferre? surgite, ait, cito, & properè me in solitudinem, ad locum, quem mihi prædestinauit Deus, perducite. Qui coniugens visionis, quæ ei facta fuerat ostensa, ordinem, primo Sturmi, deinde Primatibus cunctis narrauit. Nimio tunc omnes terrore correpti, vltra sancti martyris inde transitum contradicere timuerunt. Lul tamen, qui illic erat Episcopus, reuelationem sancti Martyris credere prius nullatenus voluit, quam is, qui visionem viderat, manum sacro altari imposuisset, & cum iuramento hoc, quod viderat confirmasset. Tum vero secundum Domini potentiam, cuius voluntati contraire non potest, beati Martyris corpus cum summo honore leuatum est, atque cum spiritali carmine ad flumen portatum, & nauim impositum, & vsque ad Hohheim villam, quæ in ripa Moyn fluminis consistit, nauigio translatum est. Inde vero post dies paucos, id est, tricesimo passionis eius die, ad cœnobium Fuldam, sanctam Sacerdotis deportauerunt cadauer, & in nouum sepulcrum posuerunt. Postera die Lullus Episcopus, cum clericis & [illegible] turba, cum qua venerat, inde migrauit. Venerandus tunc Sturmi Abbas cum suis fratribus Christo gratias [illegible]bant, quod tantum Patronum, S. videlicet Bonifacium, Dei martyrem, iuxta se habere meruerunt. Cœpit deinde post aduentum sancti Martyris, sanctus & electus a Deo crescere locus, & magnus apud omnes haberi, & Monasterium augeri, vtpote quoniam multi nobiles certatim & concite properantes, se suaque omnia ibi Domino tradiderunt. Sic cottidie sanctus Monachorum numerus crescens, in Domino confortabatur, & sanctæ conuersationis disciplinam indefessa & incessabili perseuerantia, fratres ibi Domino seruientes tenuerunt. Quanta vero miracula ibi tunc fiebant, quantaque adhuc quotidie fiunt, alijs plus peritis ad scribendum derelinquo.

S. Bonifacij corpus fit immobile.
Mogontiam transfertur.
Sturmi pugnat pro Fuldensi Monasterio.
* Otbertus dicitur Othlano lib. 2. c. 28.
Visum Lullo per iuramentum confirmatur.
S. Martyris corpus leuatur & transfertur Moguntia in Hochheim.
S. Lullus cum clero pedem quitur.
Monasterij amplia[illegible] post S. Bonifacij sepulturam.
Miracula S. Bonifacij.

STVRMI autem amabilis omnibus in monasterio, & foris in populis mirandus, ministerium suum studiosissime exercuit, prius semper se ipsum exemplum proponens cæteris, quod verbis docuit, factis ante monstrabat. Lullo tantum simachus bona displicuit, & semper propter inuidiam aduersus eum faciebat. Qui cum verbum Domini instanter vbique prædicasset, & cum diligenter omnes auscultassent, hostis humani generis inuidus tantam in plebe vtilitatem non sustinens, discordias inter fratres seminare cœpit, & trium falsorum fratrum mentes instigabat, vt fallaces causas componerent; Sturmi vero Dei seruum, & fidelem vniuersis, apud Regem Pyppinum accusarent. Hi cum talibus suasionibus diabolicis essent seducti malo inter se consilio, inito, in Lulli Episcopi suffragium confisi, perrexerunt ad Regem, & beatum virum apud illum accusabant, crimen nescio quod de inimicitia Regis obijcientes ei. Cumque vir Dei Sturmi illuc esset præsentatus, illorum assertione patienter sustinens, noluit se magnopere inde excusare: sed ecce, testis meus, ait, & conscius meus in excelso; & Dñs Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tunc prauorū præualuit voluntas; iussitq; Rex Pyppinus beatum tollere virum, & in exilium cū paucis suis fratribus Clericis, ad magnum cœnobium, quod dicitur * Vunnedica; vbi ab Abbate, qui illi Monasterio tunc præfuit, & ab omnib. fratrib* benigne & honorabiliter est susceptus, & ibi per biennium amandus omnibus exulabat. Quod cum de Fuldæ cœnobio audiuissent fratres, & eis nunciatum esset de Abbate suo, qualiter abstractus erat ab eis, nimium permoti, & vltra quam dici possit, contristati sunt. Magna quippe tunc erat conturbatio in domo Dei. Alij volebant de Monasterio exire, alij ad Palatium pergere, alij ieiunijs & orationibus Deum omnipotentem exorabant, vt ipse eis per suam misericordiam subueniret. Tunc rumor eximius omnium aures & ora pariter compleuerat, quod beatus Sturmi Abbas à cœnobio Fulda esset per consilium Lulli Episcopi ablatus. Omnes pariter grauiter hoc ferebant. Non erat in ista orientali plaga Ecclesia, quæ non eius plangeret exilium. Lullus interim obtinuit apud Pyppinum Regem, munera iniusta tribuendo, vt Monasterium Fulda in suum dominium donaretur, acceptaq; * superdictione, Abbatem ibi, qui sibi per omnia obtemperaret, constituit *** quendam suum, qui dicebatur Marcus. Sed quoniam fratres animos suos ab illo, propter prioris amorem, auertebant, erat eis quasi extraneus, & non conueniebant mores ipsorum. Qui inconuenientia morum, licet corporibus simul habitassent, mentibus ab inuicem disiuncti erant. Cum in tali discordia degerent, & Fratres semper meditarentur, qualiter iterum per Dei gratiam Sturmen Abbatem suum adsciscere potuissent, Marcum, quem inuiti, Lullo faciente, super se Abbatem acceperant, eius vlterius cōtrouersiam ferre nō valētes, bonū cōsilium inierūt, & eū abiecerūt, & ne illorū vlterius Abbas fieret, vnanimiter cōtradixerūt. Quo amoto, oēs fratres de Monasterio voluerūt exire, & ad Regis Pyppini Palatium pergere, Abbatē suum à Rege Sturmi postulare. Quod cū Lullus audiret, mitigare eos blādis persuasionibus studuit, promittēs eis, vt ipsi sibi de proprijs inter se Abbatē qui eis placeret, cōstituerent. Quod cū omnibus placuisset, fratrē bonū ex ipsis omnino fratrē, & vere Dei seruum, omnibus bonis moribus ornatū elegerunt, nomine Preszoldū, quē ab infantia sua B. Sturmi edocuit, & multū amauit illū, ipsum super se Abbatē constituerunt, ad hoc tātū, vt illi cū ipso, & ipse pariter cū eis quotidie tractarēt, quēadmodū cū adiutorio S. Martyris Bonifacij, & cū omnipotētis Dei gratia, ad hoc peruenire potuissent, vt pristinū suum Magistrū Sturmē à Rege Pyppino sibi cōcedi postularēt. Ipse vero Preszoldus tēpus nō modicū fratribus præfuit, & eos cū charitate adunatos habuit, cū eis pariter die noctuq; mēte perscrutās, quēadmodū Christo fauēte, Magistrū & Abbatē suū Sturmē reuocare ad se, per Regis Pyppini voluntatē, possit.

S. Sturmis accusatus.
Ipa. 5[illegible].
A[illegible]ino mittitur in exilium.
* [illegible] vox.
S. Lullo traditur Fuld. Monasterium.
* iurisdictione.
* familiarem.
Marcus Pseudo mandrita S. bi ma Monasterij.
A Monachis abijcitur Marcus
B. Lullus facit potestatem eligendi noui Abbatis.
Preszoldus Abbas eligitur.
Sturmi restituendi cura.
Orationes pro reditu S. Sturmis.

PORRO, cum Presoldus de Patre & Magistro suo Sturme profunde cogitaret, & sancti Fratres cum eo de absentia eius multo mœrore afficerentur, Dei omnipotentis præsidium continuis precibus postulabant, vt ipse, cui X

XI

nihil

[illegible] præstaret, quatenus [illegible] permitteret. [illegible] per [illegible] Fuldensi, [illegible] Ecclesiæ [illegible] Monasterij sui [illegible] & an cellæ Dei [illegible] oratione incessabiles essent ad Deum pro eo, [illegible] Deus preces exaudiret supplicantium. Et, quia hoc constituit, vt postularetur, precibus [illegible] cor Pyppini Regis, vt de B. Sturmi cogitare cœpisset, & eum de exilio, vbi erat, ad Palatium suum adduci honorifice, præciperet. Qui cum adductus ad Palatium concite fuisset, & ibi in Capella Regis per plures dies Deo militans, expectans quid ei Rex imperasset; contigit quadam die, vt in venationem Rex pergeret, ac, vt solitus erat, ad orationem primo diluculo veniret, & ceteri serui Dei post vigilias matutinas quiescerent, solus Sturmi vigilabat, & ingressum Regis obseruans, ianuas ei Ecclesiæ aperuit, & cum claro lumine ad orationem ante eum ibat. Rex vero, cum ad sacras aras Deum Regem humiliter exorasset, erexit se, & alacri obtutu Sturmen intuitus, Dominus, dixit, congregauit nos modo. Et, quid hoc fuit, quod Monachi tui apud nos te accusauerunt, nescimus, & vnde irati fuimus contra te, ignoramus. Sturmi verò constanter ait: Licet a peccatis immunis non sim, contra te tamen, O Rex, delictum non feci. At ille: Si quid, inquit, vnquam aliquando contra me nequiter cogitaueris, aut iniquè aliquid gesseris, Deus tibi totum dimittat, & ego ex intimo corde ignosco; & deinceps esto, ait, in gratia, & in amicitia mea omni tempore. Tollensque manu sua de pallio suo filum, proiecit in terram, & dixit: Ecce in testimonium perfectæ remissionis, filum de pallio meo proijcio in terram, vt cunctis pateat, quod pristina deinceps ad nullum [illegible] inimicitia. Ita pacati, firmiterq; in amicitia fundati, Rex iter, quod cœperat, arripuit. Igitur post tempus breue, Prezoldus, & reliqui fratres de monasterio Fulda comperientes, quod amandus illorum Magister Sturmi in gratia, & in amicitia Domini Regis esset receptus, cogitauerunt ad palatium ire, & Regem deprecari pro Magistro; miseruntque ad Palatium postulantes à Rege, Abbatem suum sibi dari, sicut omne quod Deus voluit fieri, factum & absq; labore euenit. Rex vero petitiones Fratrum benigne suscipiens, venerandum Sturmen Abbatem ad illos se mittere promisit. Quod per multas orationes seruorum & ancillarum Dei fieri credimus. Post non multum temporis spatium Rex vocari ad se Sturmen iussit, eiq; Monasterium Fuldæ, quod prius habuit ad regendum commendauit; absolutumque ab omni dominio Lulli Episcopi, ad Cœnobium Fuldense eum cum omni honore ire præcepit, & cum suo priuilegio, quod beatus Zacharias Papa, Summus Apostolicæ sedis Pontifex dudum sancto tradidit Bonifacio, Monasterium regeret. Quod priuilegium vsque hodie in Monasterio fratres conseruatum habent; quod etiam causam suam, & monasterij defensionem à nullo alio quærerer, nisi a Rege, imperauit. Accepta à Domino Rege potestate, cum priuilegio supradicto, quod de manu Regis acceperat, ad suum pertexit Cœnobium. Diuulgatum tunc statim fuit per cunctas has Prouincias, Sturmen venturum fore ad terram hanc, & vbique seruis & Dei ancillis, per vniuersa monasteria, mox eius de exilio reditus innotuit; qui omnes Christo immensas referebant gratias. Fratres vero, cum appropinquasse eum monasterio cognouissent, sumpserunt Crucem auream, & reliquias Sanctorum, & obuiam ei à Monasterio longius processerunt, salutatoq; illo & his, qui cum eo venerunt, cum spiritali carmine eum in Monasterium introduxerunt, & Dominum suum laudauerunt, qui eis diu optatum dedit Abbatem. Et facta est lætitia magna inter eos. Ipse vero Sturmi studio magno deditus, quemadmodum initium faceret, cœpit Fratrum emendare vitam & mores corrigere, & ministeria illorum monastica constituere. Templum, id est Ecclesiam, quod tunc habebat, ornare, & domos omnes Monasterij recentibus columnis & grandibus trabibus, nouisque tectorum structuris corroborauit.

XII. Post autem non longum temporis cogitans, qualiter adimplere potuisset, quod sancta regula præfatur, vt artes diuersæ intra monasterium committerentur, ne forte propter aliquam necessitatem foris vagandi Fratribus opus fieret; congregatis quantis potuit fossatoribus, & vt ipse erat acri ingenio, explorato passim cursu fluminis Fuldæ, non paruo spatio à monasterio, ipsius amnis fluenta à proprio abduxit cursu, & per non modica fossata Monasteriū influere fecit, ita, vt fluminis impetus lætificaret Cœnobium Dei. Quantum illud opus Fratribus profuit, quantamque vtilitatem adhuc cotidie ministret, & cernentibus, & viuentibus manifestum est. Super sepulchrum vero B. Martyris Bonifacij, auro argentoque compositam statuit arcam, quam nostri [illegible] Regem appellare, quam, vt tunc mos erat, pulcro opere condidit, quæ vsque hodie super tumulum ipsius Christi Martyris, cum altari auro, [illegible]. Verum quia vir iustus, & Deo perfectus, apud vniuersos magnus & maxime apud Pyppinum Regem habebatur, impetrauit suis apud ipsum Regem sermonibus, habebat enim locum familiaritatis non modicum; vt fiscum, i. Omunstat * cum omnibus, quæ in illa villa antiqui Reges possidebant, ad supradictū sæpius Monasterium, in suam eleemosynam condonaret, atq; per conscriptam chartam, sicut mos fuit, firmaret. Mortuo autem Pyppino, An. ab Incarnatione Domini 768. sui vero regni 23. Karlus filius eius, patri successit in regnum. Cum ergo ipse Rex vniuersos cunctos, qui patris sui prius honoribus præditi erant, grandibus muneribus in gratiam suam prouocaret, accersiuit quoq; venerandum Abbatem Sturmen, illumq; intimis amicitijs sibi coniunxit. Quem cum multis sæpe honoribus atq; regalibus munificauit donis. Quodam tempore immisit Dominus in cor eius, vt pro intuitu retributionis æternæ tractare cœpisset, vocatoque ad se Sturmen Abbate, consilium cum eo iniit, & Hamelenburc, cum omnibus quę ad illum fiscum pertinent, potestati eius manu, de iure suo in ius Domini, & S. Bonifacij, ad Cœnobium Fuldæ tradidit. Quam traditionem Fratres gratanter susceperunt, Domino pro illius incolumitate preces vsq; hodie fundunt. Vixit deinceps S. Sturmi in gratia venerandi Regis Karoli omne tempus vitæ suæ.

XIII. Illis quoq; temporibus insuper ta [illegible] intei Karolum Regem Francorum, & Thasilonem Noricæ prouinciæ Ducem, per plures annos inter ipsos amicitiam statuit. Regnante feliciter domino Rege Karolo, annos quatuor Saxonum gens sæua & infestissima cunctis fuit, & paganis ritibus nimis dedita. Rex vero Karolus, Domino semper deuotus cum ipse Christianissimus esset, cogitare cœpit, qualiter gentem hanc Christo acquirere quiuisset. Inito seruorum Dei consilio, poposcit, vt precibus Dominum votis suis annuere obtinerent. Congregato tam grandi exercitu, inuocato Christi nomine, Saxoniam profectus est, assumptis vniuersis Sacerdotibus, Abbatibus, Presbyteris, & omnibus Orthodoxis atq; fidei cultoribus, vt gentem, quæ ab initio mundi, Dæmonum vinculis fuerat obligata, doctrinis sacris mite & suaue Christi iugum credendo subire fecissent. Quo cum Rex peruenisset, partim bellis, partim suasionibus, partim etiam muneribus, maxima ex parte gentem illam ad fidem Christi conuertit. Et post non longum tempus totam prouinciam illam in Parochias Episcopales diuisit; & seruis Domini ad docendum & baptizandum potestatem dedit. Tunc pars maxima beato Sturmi, populi & terræ illius, ad procurandum commissa [illegible]. Suscepto igitur prædicationis officio, curam modis omnibus impendit, qualiter non paruum Domino populum acquireret. Sed temporibus instabat opportunis, sacris eos sermonibus docens, vt idola & simulacra [illegible], Christi fidem susciperent; Deorum suorum templa destruerent, lucos succiderent, sanctas quoq; basilicas ad [illegible]rent. Quo cum multum temporis prædicando & baptizando cum suis Presbyteris peregisset, & per regiones quasque singulas Ecclesias construxisset, iterum postea Saxonum gens praua & peruersa, à fide Christi deuiando, [illegible] errorib. implicauit, congregatoq; exercitu vltra fines suos egressa est, & vsq; ad Rhenum vastando & depopulando cūcta peruenit. Cumq; inde reuersi fuissent, infesta cæde, quoscunq; inuenire potuerunt, trucidarunt. Quorum cū exercitus in Loganacinse, * quod prope supradictum Cœnobiū iacet, consedisset, cōspirauerunt, vt lectā vnorū multitu-

cij in m noi , quæ eis vicinior erat ecclesia, cum grabato, quo a naui ferebatur, statuerunt; cætera ... sepulturæ tradiderunt. Tunc omnes loci illius habitatores concilium grande inierunt, qu... us p... co illo sancti martyris Bonifacij corpus deinceps omni tempore qui sce... t, magnum vipor ad... ulu... , sperantes Martyris protectio tueretur. Ieiunijs & orationibus indictis, vt sanctus martyr apud eos liberar ete digna... tur, Dominum orabant, & locum ei ad quiescendum honorifice in Basilica maiore præparabant. Sanct... ve... artyr ad locum in solitudine, quem ipse sibi nutu Dei eligebat, corpus suum deferri voluit, quod stat in claru... Quod dum vellent ad alteram portare Ecclesiam, & ibi in sarcophago ponere, accedentes manus suas in fe... trum mi... ut, nec leuare potuerunt. Multo plures alij se adiungentes, nec sic quidem feretrum, in quo sanct... m cadau... ebat, mouere quiuerunt. Intellexerunt ergo eius non esse voluntatem, vt in eodem loco maneret: sed cum ad Mogontiam ciuitatem id debere deferri, pronuntiabant. Protinus grabatum absque vlla difficultate leuantes, ad flu... e que portant..., & puppi imponentes, per Rheni alueum nauim trahere, & superiora petere cæperunt. Quo audito Sturmi, d. Fulda cœnobio, in heremo constituto, cum festinatione obuiam venire curauit, & cum eis pariter perrexit, donec prospero & leui transitu ad Mogontiam vrbem peruenerunt. Sacerdotes statim, & omnis clerus vrbi... ll... , accedentes, sancti Martyris corpus assumentes, in Basilicam suam cum honore posuerunt. Vniuersi tunc sacerdotes & clerici, & populus omnis, consona pariter voce dicebant: Fas non esse, vt sancti Dei martyre... alium def... rantur in locum: sed vbi Episcopalem sedem viuens habuit, ibi etiam oportere eum corpore quiescere. Insuper etiam de Palatio à Rege nuntius venit, qui dicit Regem imperasse, vt sancti martyris corpus in ciuitate eadem, si ipsius esset voluntas, poneretur. Sturmi vero, & qui cum eo de Heremo conuenerunt, constanter dixerunt, quod sanctus Episcopus plerumque apud eos manens, & locum eis, vbi corpus suum posuissent, demonstrarit, & quod absque dubio orbi in solitudine voluisset corpore quiescere. Interea vero, dum in hunc modum contenderent, & Lullus Episcopus ciuitatis illius omnimodis voluisset prohibere, ne beati Martyris corpus ad solitudinem perueniret, noct... per visionem cuidam Diacono * sanctus astitit Episcopus, Cur me, inquiens, tardaris ad locum meum Fuldam de... surgite, ait, cito, & propere me in solitudinem, ad locum, quem mihi prædestinauit Deus, perducite. Qui consurgens visionis, quæ ei facta fuerat ostensa, ordinem, primo Sturmi, deinde Primatibus cunctis narrauit. Nimio tunc omnes terrore corr... pti, vltra sancti martyris inde transitum contradicere timuerunt. Lul tamen, qui illic erat Episcopus, reuelationem sancti Martyris credere prius nullatenus volui, quam is, qui visionem viderat, manum sacro altari imposuisset, & cum iuramento hoc, quod viderat confirmasset. Tum vero secundum Domini potentiam, cuius voluntati contraire non potest, beati Martyris corpus cum summo honore leuatum est, atque cum spiritali carmine ad flumen portatum, & naui impositum, & vsque ad H... hheim villam, quæ in ripa Moyn fluminis consistit, nauigio transuectum est. Inde vero post dies paucos, id est, tricesimo passionis eius die, ad cœnobium Fuldam, sanctum Sacerdotis deportauerunt cadauer, & in nouum sepulcrum posuerunt. Postera die Lullus Episcopus, cum clericis & reliqua turba, cum qua venerat, inde migrauit. Venerandus tunc Sturmi Abbas cum suis fratribus Christo gratias referebant, quod tantum Patronum, S. videlicet Bonifacium, Dei martyrem, iuxta se habere meruerunt. Cœpit deinde post aduentum sancti Martyris, sanctus & electus à Deo crescere locus, & magnus apud omnes haberi, & Monasterium augeri. vtpote quoniam multi nobiles certatim & concite properantes, se suaque omnia ibi Domino tradiderunt sic cotidie sanctus Monachorum numerus crescens, in Domino confortabatur, & sanctæ conuersationis disciplinam indefessa & incessabili perseuerantia, fratres ibi Domino seruientes tenuerunt. Quanta vero miracula ibi tunc fiebant, quantaque adhuc quotidie fiunt, alijs plus peritis ad scribendum derelinquo.

*S. Bonifacij corpus fit immobile. Mogontiam transfertur. Sturmi pugnat pro Fuldensi Monasterio. * Otbertus dicitur Othlono lib. 2. c. 28 Visum Lullo per iuramentum confirmatur. S. Martyris corpus leuatur & transfertur Moguntia in Hochheim. S. Lullus cum clero proficiscitur. Monasterij amplificatio post S. Bonifacij sepulturam. Miracula S. Bonifacij.*

STVRMI autem amabilis omnibus in monasterio, & foris in populis mirandus, ministerium suum studiosissime exercuit, prius semper seipsum exemplum proponens cæteris, quod verbis docuit, factis ante monstrabat. Lullo tantum fama eius bona displicuit, & semper propter inuidiam aduersus eum faciebat. Qui cum verbum Domini instanter vbique prædicasset, & cum diligenter omnes auscultassent, hostes humani generis tumidus tantam in plebe vtilitatem non sustinens, discordias inter fratres seminare cœpit, & trium falsorum fratrum mentes instigabat, vt fallaces causas componerent; Sturmen vero Dei seruum, & fidelem vniuersis, apud Regem Pyppinum accusarent. Hi cum talibus suasionibus diaboli essent seducti malo inter se consilio, inito, in Lulli Episcopi suffragium confisi, perrexerunt ad Regem, & beatum virum apud illum accusabant, crimen nescio quod de inimicitiis Regis obijcientes ei. Cumque vir Dei Sturmi illuc esset præsentatus, illorum falsitatem patienter sustinens, noluit se magnopere inde excusare: sed ecce, testis meus, ait, & conscius meus in excelso; & Dñs Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tunc prauorũ præualuit voluntas; iussitq; Rex Pyppinus beatum tollere virum, & in exilium cũ paucis fratribus & Clericis, ad magnum cœnobium, quod dicitur * Vnnedica; vbi ab Abbate, qui illi Monasterio tunc præerat, & ab omnib. fratrib⁹ benigne & honorabiliter est susceptus, & ibi per bienniũ amandus omnibus exulabat. Quod cum de Fuldæ cœnobio audiuissent fratres, & eis nunciatum esset de Abbate suo, qualiter abstractus erat ab eis, nimium permoti, & vltra quam dici possit, consternati sunt. Magna quippe tunc erat conturbatio in domo Dei. Alij volebant de Monasterio exire, alij ad Palatium pergere, alij ieiunijs & orationibus Deum omnipotentem exorabant, vt ipse eis per suam misericordiam subueniret. Tunc rumor eximius omnium aures & ora pariter complenerat, quod beatus Sturmi Abbas à cœnobio Fulda esset per consilium Lulli Episcopi ablatus. Omnes pariter grauiter hoc ferebant. Non erat in ista orientali plaga Ecclesia, quæ non eius plangeret exilium. Lullus interim obtinuit apud Pyppinum Regem, munera iniusta tribuendo, vt Monasterium Fulda in suum dominium donaretur, acceptaq; * superdictione, Abbatem ibi, qui sibi per omnia obtemperaret, constituit *** quendam suum, qui dicebatur Marcus. Sed quoniam fratres animos suos ab illo, propter prioris amorem, auertebant, erat eis quasi extraneus, & non conueniebant mores ipsorum. Qua inconuenientia morum, licet corporibus simul habitassent, mentibus ab inuicem disiuncti erant. Cum in tali discordia degerent, & Fratres semper meditarentur, qualiter iterum per Dei gratiam Sturmen Abbatem suum adsciscere potuissent, Marcum, quem inuiti, Lullo faciente, super se Abbatem acceperunt, eius vlterius cõtrouersiam ferre nõ valẽtes, bonũ cõsilium inierũt, & eũ abiecerũt, & ne illorũ vlterius Abbas fieret, vnanimiter contradixerũt. Quo amoto, oẽs fratres de Monasterio voluerũt exire, & ad Regis Pyppini Palatium pergere, Abbatẽ suum à Rege Sturmi postulare. Quod cũ Lullus audiret, mitigare eos blãdis persuasionibus studuit, promittẽs eis, vt ipsi sibi de propriis inter se Abbatẽ qui eis placeret, cõstituerent. Quod cũ omnibus placuisset, fratres bonũ ex ipsis omnino fratrẽ & vere Dei seruum, omnibus bonis moribus ornatũ elegerunt, nomine Presfoldũ, quẽ ab infantia sua B. Sturmi edocuit, & multũ amauit illũ, ipsum super se Abbatẽ constituerunt, ad hoc tã... ũ, vt illi cũ ipso, & ipse pariter cũ eis quotidie tractarẽt, quẽadmodũ cũ adiutorio S. Martyris Bonifacij, & cũ omnipotẽtis Dei gratia, ad hoc peruenire potuissent, vt pristinũ suum Magistrũ Sturmẽ à Rege Pyppino sibi cõcedi postularẽt. Ipse vero Presfoldus tẽpus nõ modicũ fratribus præfuit, & eos cũ charitate adunatos habuit, cũ eis pariter die noctuq; mẽte pertractãs, quẽadmodũ Christo fauẽte, Magistrũ & Abbatẽ suũ Sturmẽ reuocare ad se, per Regis Pyppini volũtatẽ, posset. .X

*S. Sturmis accusatio. Anno 770. A Lullo mittitur in exilium. * Al. ... vox S. Lullo traditur Fuld. Monasterium. * iurisdictione. * familiarem. Marcus Pseudo mandatarius. S. hiima Monasterij. A Monachis abijcitur Marcus. B. Lulli facit potestatem eligendi nouum Abbatem. Presfoldus Abbas eligitur. Sturmis restituendi molimina. Orationes pro reditu S. Sturmis.*

PORRO, cum Presfoldus de Patre & Magistro suo Sturme profunde cogitaret, & sancti Fratres cum eo de absentia eius multo mœrore afficerentur, Dei omnipotentis præsidium continuis precibus postulabant, vt ipse, cui XL

nihil

in [illegible] per tantam suam potentiam præstaret, quam [illegible] Magistrum venire permitteret. [illegible] cum per [illegible] Fratres [illegible] Omnia talia Ecclesiis per [illegible] Monasteria [illegible] & an-[illegible] incessanter oratione ineffabili [illegible] ad Deum pro eo, consolator [illegible] Deus preces exaudiens supplicantium. Et, quia hoc constituit, vt postularetur precibus indeficienter annis, suscitauit cor Pyppini Regis, vt de B. Sturme cogitare cœpisset, & eum de exilio, vbi erat, ad Palatium suum adduci honorifice, præciperet. Qui cum adductus ad Palatium concitè fuisset, & ibi in Capella Regis per plures dies Deo [illegible] morans, expectans quid ei Rex imperasset; contigit quadam die, vt in venationem Rex pergeret, ac, vt solitus erat, ad orationem in primo diluculo veniret, & ceteri serui Dei post vigilias matutinas quieuerunt, solus Sturmi vigilabat, & ingressum Regis obseruans, ianuas Ecclesiæ aperuit, & cum claro lumine ad orationem ante eum ibat. Rex vero, cum a sacris aras Deum Regem humiliter exorasset, erexit se, & alacri obtutu Sturmen intuitus, Dominus, dixit, congregauit nos modo. Et, quid hoc fuit, quod Monachi tui apud nos te accusauerunt, nescimus, & vnde irati fuimus contra te, ignoramus. Sturmi vero constanter ait: Licet à peccatis immunis non sim; contra te tamen, O Rex, delictum non feci. Ait illi, Si-[illegible], inquit, vnquam aliquando contra me nequiter cogitaueris, aut unquam aliquid gesseris, Deus tibi totum dimittat, & ego ex intimo corde ignosco, & deinceps esto, ait, in gratia, & in amicitia mea omni tempore. Tollensque manu sua de pallio suo filum, proiecit in terram, & dixit: Ecce in testimonium perfectæ remissionis, filum de pallio meo proiicio in terram, vt cunctis pateat, quod pristina deinceps adnulletur inimicitia. Ita pacati, firmiterque in amicitia fundati, Rex [illegible], quod cœperat, arripuit. Igitur post tempus breue, Prezoldus, & reliqui fratres de monasterio Fulda comperientes, quod amandus illorum Magister Sturmi in gratia, & in amicitia Domini Regis esset receptus, congregati [illegible] ad palatium ire, & Regem deprecari pro Magistro; miseruntque ad Palatium postulantes à Rege, Abbatem suum sibi dari, sicut omne quod Deus voluit fieri, ita [illegible] & absque labore euenit. Rex vero petitiones Fratrum benigne [illegible], venerandum Sturmen Abbatem ad illos se mittere promisit. Quod per multas orationes seruorum & ancillarum Dei fieri credendum. Post non multum temporis spatium Rex vocari ad se Sturmen iussit, eique Monasterium Fuldæ, quod prius habuit ad regendum commendauit; absolutumque ab omni dominio Lulli Episcopi, ad Cœnobium Fuldense eum cum omni honore ire præcepit, & cum suo priuilegio, quod beatus Zacharias Papa, Summus Apostolicæ sedis Pontifex dudum sancto tradidit Bonifacio, Monasterium regeret. Quod priuilegium vsque hodie in Monasterio fratres, conseruatum habent; quod etiam causam suam, & monasterij detentionem à nullo alio quæreret, nisi a Rege, imperauit. Accepta à Domino Rege potestate, cum priuilegio supradicto, quod de manu Regis acceperat, ad suum perrexit Cœnobium. Diuulgatum tunc statim fuit per cunctas has Prouincias, Sturmen venturum fore ad terram hanc, & vbique seruis & Dei ancillis, per vniuersa monasteria, mox eius de exilio reditus innotuit; qui omnes Christo immensas referebant grates. Fratres vero, cum appropinquasse eum monasterio cognouissent, sumpserunt Crucem auream, & reliquias Sanctorum, & obuiam ei à Monasterio longius processerunt; salutatoque illo & his, qui cum eo venerunt, cum spiritali carmine comitantes Monasterium introduxerunt, & Dominum suum laudauerunt, qui eis diu optatum dedit Abbatem. Et facta est lætitia magna in eorum [illegible]. Ipse vero Sturmi studio magno deditus, quemadmodum initium faceret, cœpit Fratrum emendare vitam & mores corrigere, & ministeria illorum monastica constituere. Templum, id est Ecclesiam, quod tunc habebant, ornare, & domos omnes Monasterij recentibus columnis & grandibus trabibus, nouisque tectorum structuris corroborauit.

XII. Post autem non longum temporis cogitans, qualiter adimplere potuisset, quod sancta regula præfatur, vt artes diuersæ intra monasterium contineantur, ne forte propter aliquam necessitatem in foris vagandi Fratribus opus fieret, congregatis quantis potuit fossatoribus, & vt ipse erat acutus ingenio, explorato passim cursu fluminis Fuldæ, non paruo spatio à monasterio, ipsius amnis fluenta à proprio abduxit cursu, & per non modica fossata Monasteriũ influere fecit, ita, vt flumina [illegible] lætificaret Cœnobium Dei. Quantum illud opus Fratribus profuit, quantamque vtilitatem adhuc cotidie ministret, & cernentibus, & vtentibus manifestum est. Super sepulchrum vero B. Martyris Bonifacij, auro argentoque compositam statuit arcam, quam nostri [illegible] Regi [illegible] appellare, quam, vt tunc mos erat, pulcro opere condidit, quæ vsque hodie super tumulum ipsius Christi Martyris, cum altari aureo, perseuerat. Verum quia vir illustris, & Deo perfectus, apud vniuersos magnus & maxime apud Pyppinum Regem habebatur, impetrauit suis apud ipsum Regem sermonibus, habebat enim locum familiaritatis non modicum, vt fiscum, t. Omunstat * cum omnibus, quæ in illa villa antiqui Reges possidebant, ad supradictũ sæpius Monasterium, in suam eleemosynam condonaret, atque per conscriptam chartam, sicut mos fuit, firmaret. Mortuo autem Pyppino, An. ab Incarnatione Domini 768. sui vero regni 23. Karlus filius eius, patri successit in regnum. Cum ergo ipse Rex vniuersos cunctos, qui patris sui prius honoribus præditi erant, grandibus muneribus in gratiam suam prouocaret, accersiuit quoque, venerandum Abbatem Sturmen, illumque intimis amicitijs sibi coniunxit. Quem cum multis sæpe honoribus atque regalibus munificauit donis. Quodam tempore immisit Dominus in cor eius, vt pro intuitu retributionis æternæ tractare cœpisset, vocatoque ad se Sturmen Abbate, consilium cum eo init, & Hamelenburc, cum omnibus quę ad illum fiscum pertinent, potestatiua manu, de iure suo in ius Domini, & S. Bonifacij, ad Cœnobium Fuldæ tradidit. Quam traditionem Fratres gratanter suscipientes, Domino pro illius incolumitate preces vsque hodie fundunt. Vixit deinceps S. Sturmi in gratia venerandi Regis Karoli omne tempus vitæ suæ.

XIII. Illis quoque temporibus suscepta legatione, inter Karolum Regem Francorum, & Thasilonem Noricæ prouinciæ Ducem, per plures annos inter ipsos amicitiam statuit. Regnante feliciter domino Rege Karolo, annos quatuor Saxonum gens sæua & infestissima cunctis fuit, & paganis ritibus nimis dedita. Rex vero Karolus, Domino semper deuotus cum ipse Christianissimus esset, cogitare cœpit, qualiter gentem hanc Christo acquirere quiuisset. Inito seruorum Dei consilio, poposcit, vt precibus Dominum votis suis annuere obtinerent. Congregato tam grandi exercitu, inuocato Christi nomine, Saxoniam profectus est, assumptis vniuersis Sacerdotibus, Abbatibus, Presbyteris, & omnibus Orthodoxis atque fidei cultoribus, vt gentem, quæ ab initio mundi, Dæmonum vinculis fuerat obligata, doctrinis sacris mite & suaue Christi iugum credendo subire fecissent. Qui cum Rex peruenisset, partim bellis, partim suasionibus, partim etiam muneribus, maxima ex parte gentem illam ad fidem Christi conuertit. Et post non longum tempus totam prouinciam illam in Parochias Episcopales diuisit; & seruis Domini ad docendum & baptizandum potestatem dedit. Tunc pars maxima beato Sturmi, populi & terræ illius, ad procurandum committitur. Suscepto igitur prædicationis officio, curam modis omnibus impendit, qualiter non paruum Domino populum acquireret. Sed temporibus instabat oportunis, sacris eos sermonibus docens, vt idola & simulacra [illegible], Christi fidem susciperent; Deorum suorum templa destruerent, lucos succiderent, sanctasque basilicas ædificarent. Quo cum multum temporis prædicando & baptizando cum suis Presbyteris peregisset, & per regiones quasque singulas Ecclesias construxisset, iterum postea Saxonum gens praua & peruersa, a fide Christi declinans, vanis se erroribus implicauit, congregatoque exercitu vltra fines suos egressa est, & vsque ad Rhenum vastando & depopulando cũcta peruenit. Cumque inde reuerterentur, infesta cæde, quoscunque inuenire potuerunt, trucidarunt. Quorum cũ exercitus in Loganacinse, * quod prope supradictum Cœnobiũ iacet, consedisset, cũ [illegible], vt lectã votorũ mul-

Oratione fratrum [illegible] B. Sturmius [illegible] B. Sturmius [illegible] à Pippino ad palatium [illegible]. Pippinus Rex ante [illegible] Sturmio [illegible] Ritus condonandi iniuriam. Prezoldus & [illegible] congregati [illegible] ad Palatium Sturmium repetentes. B. [illegible] restituitur veteri cum priuilegio Zachariæ P. de immediata subiectione S. A[illegible]. S. Sturmius honorifico occursu a suis excipitur. S. Sturmius post reditũ præclara opera in gubernando Monasterio. Fuldæ fluminis aductio & deriuatio. * Omenostat [illegible] in Re[illegible] Pippinus moritur anno Domini DCCLXVIII. B. Sturmius vt Pippino, sic Carolo filio carus. Carolus M. [illegible] & religione Saxones bello [illegible] Saxonia in Parochias Episcopales vel diœceses [illegible] [illegible] Presbyteris [illegible] Ecclesiæ [illegible]

[illegible], ad ipsum Monasterium mitterent, & cuncta quæ reperirent, igni comburerent. [illegible] Quod cum comperissent S. Sturmi, [illegible] ad [illegible] paululum [illegible], & [illegible] Martyris corpore assumpto, ad Ha[illegible] propter [illegible] habens, si quo modo posset prauorum conspirationem [illegible]. [illegible] præstantis Martyris corpore [illegible] sepulchro, in quo annos viginti quatuor [illegible] Monasterio [illegible] famuli Dei profectus cœpimus. Mansimus prima nocte ad proximam [illegible], [illegible] Salzam, ib[illegible] quo [illegible] Christi Martyris statuimus corpus, & in circuitu milites Christi castra metati [illegible]. [illegible] noctis, quarto iam die [illegible] nostri venerunt, qui [illegible] bant, de [illegible] & [illegible] nostris non [illegible] contra Saxones bellum inire, eosque victos ad proprias aufugisse terras. Quod cum [illegible], [illegible] Martyris ossa sustulimus, & gaudentes ad Monasterium, vnde digressi fuimus, [illegible] bamus, & [illegible] Martyr [illegible], [illegible] sepulchro quo prius iacerant, ossa humauimus, Christo Domino gratias referentes, quod pace concessa, nostro Monasterio inhabitare liceremus.

Tunc [illegible] Rex Karolus, ad confirmationem inchoatæ fidei Christianæ, cum exercitu ad [illegible] terram [illegible] rexit, [illegible] Sturmionem infirmum iam senectute, [illegible] in He[illegible]burg, ad tuendam vrbem, cum [illegible]. [illegible] Dispositis secundum voluntatem suam vniuersis, Rex cum rediret, sanctum virum paucos [illegible] dicta vrbe [illegible] imperauit. Quo expleto, ad Monasterium vir Dei rediit, habens secum Medicum [illegible] Regis Karoli, [illegible] nomen Wintarus *, qui eius subueniret infirmitati. Dum vero quadam die, [illegible] potionem inuaderat, cum qua minuere debuit infirmitatem; sed ita auxit, vt valida & acrius & [illegible]. [illegible] dic[illegible] cœpit, quod ei medicus, qui minuere morbum debuerat, maluit grauiter [illegible]. Cumque [illegible] ad ecclesiam iubet, omnes [illegible] pariter mouere imperauit, & fratribus congregatis [illegible] præcepit, & pro se cunctis orare postulauit. Congregata prius omni familia, domum, in qua [illegible] bat, eam introduci fecit, atque omnem congregationem his verbis adlocutus est: Vos, inquit, ô fratres, [illegible] qualiter vsque in hodiernum diem, pro vestra vtilitate & pace laborauit, & hoc maxime [illegible], qualiter [illegible] Monasterium, post obitum meum, perseuerare in voluntate Christi valeret, & [illegible] Domino [illegible] charitate [illegible]. O [illegible], nunc vero in concepto proposito, omnes dies vitæ vestræ perseuerate, Dominum [illegible] pro me orate, & si quippiam praue apud vos egi, vel aliquem iniuste offendi, ignoscite mihi, & ego cunctis [illegible] omnia con[illegible], & [illegible] contumelias meas ignosco, necnon & Lullo, qui mihi semper aduersabatur. Post [illegible] & alia nonnulla bona verba fratribus valedicens, dimisit eos. Egressis ergo fratribus, cœpit vir sanctus [illegible]. Erat vniuersis mœror, & tristitia magna animo obsidebat fratrum, [illegible] Dei [illegible] voce, misericordiam [illegible] plorabant, & obitum sancti ac venerandi Abbatis sui S[illegible] Domino commendabant precibus. Altera autem die, id est, xvi. Kal. Ianuarij, ingrauescente languore, ad [illegible] ductus est. Circumstantibus vero [illegible] obis, & videntibus eius celerem fore exitum, aliquis è nobis exorsus [illegible] Pater, [illegible], [illegible] ad Dominum migraturum, & [illegible] perennem: quapropter [illegible] precamur, vt nostri memor [illegible], & ibi pro [illegible] Domino preces fundere, quo[illegible] nobis profuturum, quod talem præmisimus Patronum. Qu[illegible] Exhibete [illegible] dignum, & tales [illegible] in vestris moribus, vt rite valeam pro vobis orare: & ita faciam, [illegible]. [illegible] vero hæc, sancta [illegible] carne [illegible], & [illegible] corporis erepta, bonis meritis [illegible] ad Christum, cuius [illegible] permanet regnum, Amen.

[illegible] B. Sturmij seu Canonizatio, facta ab Innocentio II. in Concil. Lateran. vniuersali, quod [illegible] anno MCXXIX.

I[illegible] Dei dilecto filio Chuonrado abbati, & monachis Fuldensis monasterij, salutem & XV.
[illegible] Dominus [illegible]. Nos igitur, audita vita [illegible] Confessoris, cognitis [illegible] miraculis, quæ per eius merita Dominus operatur, attestatione [illegible], qui de [illegible] aduenerant: in plenaria Synodo, quæ apud Lateranum est, per Dei gratiam, congregata, communicato concilio Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum atque Abbatum, eumdem beatum virum inter Sanctos & [illegible] honorari præcepimus: & diem depositionis eius cum gaudio sollemniter celebrari. Vestra itaque, filij charissimi, interest, itaer [illegible] Conf[illegible] ad honorem Dei Omnipotentis addictos existere, ita matris [illegible] Romanæ Ecclesiæ decreta veneranda seruare, vt locus vester tam apud Deum, quam apud homines, laudem & gloriam mereatur, & vestra deuotio æternæ vitæ præmia assequatur. Data Laterani XIII Kalend. Maij.

Promulgatio Canonizationis S. Sturmis facta seris post annis, per Episcopum Herbipolensem, cum largitione indulg[illegible]tiarum. XVI.

I[illegible] Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Herbipolensis, dilectis nobis in Christo filijs in Fulda, Hune[illegible], Rasd[illegible], S[illegible], Bor[illegible], H[illegible]berg, Bruckenavv, Geysa, Vache, Leng[illegible]feld, Salzungen, Herbst[illegible], [illegible] & S[illegible], necnon & alijs per districtum & iurisdictionem monasterij & archidiaconatus Fuldensis Plebanis & V[illegible], cæterisque clericis ac oppidanis, incolis oppidi Fuldensis, cæterisque vtriusque sexus h[illegible], in oppidis, locis & villis, dominio temporali monasterij Fuldensis Ordinis S. Benedicti nostræ diœcesi [illegible], commorantibus, salutem in Domino sempiternam. Ad ea, per quæ diuinus nostris diebus augmentetur cultus, peruigili cura, sollicitaque meditatione, quantum honestum, decens & congruum est, libenter intendimus, [illegible] nostrum fauorem, auxilium & auctoritatem libenter impertimur. Quoniam Dominum nostrum Iesum

Psal. 148 Christum in Sanctis suis laudare, [illegible] stante Psalmista, iubemur, Psalmo vltimo; *Laudate Dominum de cælis*, &c. *Gloriosus Deus in Sanctis suis, & in maiestate mirabilis*, cuius ineffabilis altitudo prouidentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, nec iudicij censura, cœlestia pariter & terrestria ordinat & disponit. Qui Deus, etsi cunctos eius ministros magnificat, altisq; decorat honoribus, & cœlestis efficit beatitudinis possessores; illos tamen, vt dignis digna rependat, potioribus attollit insignijs dignitatum, & præmiorum vberiori prosequitur retributione, quos dignio[illegible] agnoscit & commendat ingentior excellentia meritorum. Sicq; alma mater Ecclesia, eius sacra vestigia insequens, & exemplo ducta laudabili, licet vniuersos in regno cœlesti constitutos studijs honorare sollicite, & honoris efferre præconijs non desistit, gloriosissimos tamen Apostolos, Euangelistas & Confessores fidei principes & athletas Dei electos, qui viuentes in carne, ipsam Ecclesiam sublimiter suis sanctissimis disciplinis erexerunt & [illegible] suis moribus & virtutibus veluti lucernæ super candelabrum in domo Domini positæ errorum tenebris profligatis, decorauerunt, ac ipsorum decoris sermonibus & actibus ampla ipsius Catholicæ Ecclesiæ fabrica, velut gemmis [illegible] rutilat, & glorio-

& gloriosius illuminata coruscat, & tamquam sidus irradiat, summis attollere vocibus, & laudibus personare præcipuis, & specialibus dignis honoribus venerari. Sedis Apostolicæ etiam circumspecta prouidentia, quæ actibus intenta salubribus, & operibus exposita pietatis, libenter & sollerter exequitur, digne præmissa considerans, & debita meditatione perlustrans, ad diuini nominis honorem, gloriam, & exaltationem Catholicæ fidei, animarum fidelium salutem, eosdem in Ecclesia vniuersali honorificentiæ potioris impendijs iudicauit attollendos, & ab ea tanto propensius honorari se sentiant, quanto ipsam præ cæteris extollentius illustrauunt. Verum, quia olim felicis recordationis sanctissimus in Christo Pater Innocentius Papa secundus, auditis laudabili vita, virtutibus & meritis multifarijs, quibus beatus Sturmius Abbas monasterij prædicti Fuldensis varie redimitus & exornatus; quique plura opera sancta, in Dei Ecclesia, & præsertim Fuldensi monasterio, & circumiacentibus terris, perfecit, & de omnibus prædictis informatione, sub attestatione fide dignorum recepta, in Synodo plenaria Romæ apud Ecclesiam Lateranensem celebrata, fretus desuper consilio Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum, eundem beatum virum inter Sanctos & electos Dei honorari, atque diem sui obitus XVII. * Decembris, ipso die sancti Ignatij Episcopi & martyris, cum gaudio sollemniter, ob Omnipotentis Dei & sanctæ matris Ecclesiæ honorem, per singulos annos celebrari & festiuari præcipit; quam nos sanam, integram, non vitiatam, non cancellatam, sed omni prorsus vitio carentem vidimus, & in nostris manibus habuimus, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis: Innocentius, *&c. vt supra.* Nos igitur pijs ducti consilijs, dignisque studijs, motiuis & rationibus excitati atque moti, dignum, decens, & congruum valde iudicantes, vt, quos Rex regum, Dominus dominantium, honorare dignatur, eisdem ab hominibus deuota reuerentia merito in hac valle impendatur; & præcipue in mente reuoluentes, quod in Ecclesia & monasterio Fuldensi prædictis, dies obitus præfati beati viri Sturmis sub duplici officio celebratur, festiuatur, & veneratur; & membra à capite, & subiectos à superioribus suis, non liceat neque honestum sit discrepare & discedere; imo in his, quæ sancta & honesta, & pro salute animarum per sanctos Patres edita, pie noscuntur, debeant & teneantur sequi & se conformare; vos omnes & singulos tamquam fidei Christianæ zelatores rogamus, ne notam perfidiæ alicuius incurratis, & in Domino Iesu Christo exhortamur, & vos inuitamus, & quantum valemus præcipimus, vt singulis annis, solemniter & deuote hanc diem obitus beati Sturmis primi patris vestri, & Abbatis Ecclesiæ Fuldensis, Dominæ vestræ in temporalibus, venerari, festiuare & celebrare non tardetis. Quinimo, primis vesperis, Missæ sollemni, & alijs officijs diuinis sollenniter peragendis, ipso die obitus sancti Sturmis, cum orationibus vestris, eleemosynis & alijs pijs & misericordiæ operibus, intersitis. Et, vt eò feruentius & facilius inclinati ad colendum, celebrandum & festiuandum ipsum festum valeatis, quo vberioribus donis spiritualibus vos refectos conspexeritis, animare vos volentes, omnibus vero pœnitentibus, qui hanc diem celebrare, festiuare & venerari studuerint, & sedulas orationes effundere, & largitiones pias facere curauerint, & diuinis officijs interfuerint, in remissionem omnium suorum peccatorum de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum, & SS. martyrum Kiliani & sociorum eius Ecclesiæ nostræ Herbipolensis patronorum, suffragijs, in Domino confisi, quadraginta dies indulgentiarum, de iniunctis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Si quis vero hanc paginam violare præsumpserit, Omnipotentis Dei maledictionem, & BB. Kiliani & sociorum eius & nostram indignationem se nouerit incursurum. In quorum omnium præmissorum robur, firmitatem & testimonium, hanc literam nostri sigilli muniminis appensione iussimus communiri. Datum & actum in castro nostro montis Mariæ Virginis, Anno Domini millesimo quadringentesimo, tricesimonono, die Dominica, qua fuit penultima mensis Nouembris.

S. Sturmi nouum præconium.

* al. mendose XVI Kalend. Decembris.

Canonizationis factæ attestatio.

Ferias indicit & officium diœcesanis Buchonijs.

Indulgentia Ioan. Episcopi.

DE LIBELLO ET AEGILE ABBATE EIVS AVCTORE.

LIBELLVS hic ab Aegile successore sancti Sturmij quarto in Abbatum ordine conscriptus est; stylo simplice quidem, &, qui, vt sanctus Hieronymus loquitur, placentam non redoleat; ac graui ac prudente, vt ea tulit ætas. Is in prologo seipsum & opusculi argumentum indicauit: Sed candidus quoque Presbyter Fuldensis, qui ipsius Aegilis acta, versu prosaque memoriæ tradidit, de eo sic scriptum fecit. *Lectionem libri illius, quem de vita supradicti* (Sturmis) *Abbatis & origine Monasterij* (Fuldensis) *Christi largiente gratia, composuit, Fratribus ad mensam recitari præcepit.*

Angilthrudis virgo, cui liber inscriptus, tametsi ignota manet silentio maiorum, in Bischoffsheimensi forte vel Kizzingensi Parthenone vicino sub S. Liobæ aut Teclæ disciplina floruit.

Fidem libro suo Aegil adstruit, quia Sturmionis discipulus, testis etiam multorum oculatus. Apographum & exemplar, quo hic sumus vsi satis fidele subministrauit, quem ante laudaui, Illustrissimus Princeps, & Reuerendiss. Episcopus Bambergens. I. God. in cuius calce librarius profitebatur, scriptum à se librum Anno Domini M. CCCCXVII.

Porro plurimum mihi gratulatus sum, ea quæ ex Wicelianis & Fuldensi Breuiario in III. libr. Antiq. Fuld. transtuleram, cum huius libri veritate examussim conspirare, & non tam historia, quam verbis ac orationis breuitate, interdum discrepare; quo factum est, vt capita nostra ad harmoniam & consensum ostendendum, in margine placuerit exprimi. Neque diffiteor esse, vbi Wicelium aliunde appareat aliquid admiscuisse; vt, cum beatum Sturmium Cassinum adijsse, Monachos ibi, *non potus tantum fortioris, sed carnis abstinentiam induxisse*, commemorat. Quin & illustrari multa nostra hinc posse, præsertim, quoad S. Sturmionis abdicationem, & successores eius à S. Lullo immissos, cur inficias eam?

Vitam S. Sturmii hanc non discrepare multum ab edita in Antiq. Fuld.

Rudolphus in vita S. Liobæ

S. Sturmionis Elogia, Ætatem, aliaque, quæ ad ipsius vitam illustrandam faciunt, vbertim alibi tradita, nemo hic à me requirat. Iis, si quid noui & in rem vtibile suppetet, adijciam: Scholiorum instar αὐτοσχεδιάζων περὶ πολλῶν, & minus anxie, vel operose; scissum velut aruum exercens.

EMBLEMA S. STVRMII.

IN Tablino Fuldensis dicasterij asseruatur Liber Traditionum ante quingentos amplius annos Marquardi Abbatis studio concinnatus. In huius frontispicio Christus Saluator in hemicyclo sedens versiculum præfert.

Hi Domino *cæli iungunt nos ore fideli.*

Assistant hinc S. Bonifacius, inde S. Sturmios & in schedis quas manu tenent, quasque Saluator excipit, hos item versiculos exhibent. Nempe S. Bonifacius prono corpore.

ACCIPE DONA DEVS NOBIS COLLATA *Rogamus.*

Inde B. Sturmius, eodem gestu, versiculum à Christo datum, manibus captat.

ME LACTAVERVNT SVA QVI VOBIS TRIBVERVNT.

Ad oram Emblemmatis extimam, præscriptum.

FVLDA PER EGREGIOS HOS EST SVFFVLTA PATRONOS

Ad extimam vtrinque.

ECCE BONIFACIVS SACER, ET STVRMIS PATER ALMVS.

RELIQVIÆ S. STVRMII.

S. Sturmi ossa prægrandia.

DE iis in antiquitatum lib. II. interea propius inspiciendi copia fuit, cum anno MDCXIII. XII. Martij in gratiā Serenissimi Ducis Bauariæ VVilhelmi, aliquot Sanctorum tumbæ reseratæ sunt. Obseruaui huius S. corpus prægrandibus fuisse contextum ossibus, quorum complura ex templi ruina apparebat exportata. Nam ossibus permixta iacebant fragmina laterum, ex quibus vetus sepulcrum exstructum decore fuit; opere tectorio & leuigato. In plano vnius lateris minio & rubrica fucati ductus animaduerti literatum & inscriptionis hoc caput.

S. STVRMI. ABB. FVLD.

TEMPORVM NOTÆ IN VITA S. STVRMIONIS TANQVAM CANONES EXPRESSÆ.

S. Sturmio quando factus Monachus. Romam abit. Redit. S. Bonifacij Martyrium. * DCCLV. Pipini mors. Caroli M. prima expeditio in Saxones. S. Bonifacij eleuatio.

ANNO Incarn. Christi DCCXLIV. regnantibus in hac gente Francorum duobus fratribus Karlmanno & Pipino. Indict. XII. Mense primo XII. die Mensis eiusdem, B. Sturmius sanctum Fuldense Monasterium ingressus est.

IV. Ingressionis anno ad locum prædictum Romam profectus est.

II. Anno peregrinationis Italicæ regressus est.

X. Anno labente, postquam S. Sturmius ad hunc sanctum commigrauit locum, S. Bonifacius Regis & Christianorum consilio ad vlteriora Frisonum loca ingressus est, sequenti anno * Martyrio affectus.

Anno Incarn. Domini DCCLXVIII. regni sui XXIII. mortuus est Pipinus Pater Caroli Magni.

Anno IV. regni Carolus inito seruorum Dei consilio, in Saxones expeditionem primam instruxit, assumptis ad gentis conuersionem vniuersis Sacerdotibus, Abbatibus, Presbyteris, &c.

Anno XXIV. depositionis suæ, S. Bonifacius metu Saxonicæ irruptionis, tumulo leuatus est Christi scilicet DCCLXXVIII.

AN S. STVRMIO FVERIT ABBAS HERSFELDENSIS.

Illust. viror. lib. 3. c. 9. I. Hersfeldensis Abbatiæ origo. Basilicæ fundamenta. Chr. M. S. Hersfeld.

ID Trithemius minime ambiguus affirmat, in B. Lulli memoria *Hersfeldense Monasterium*, scribens, *à Lullo fundatum, eumque præfecisse Abbatem eidem Monasterio, sanctum atque venerabilem Sturmium.* Sed vereor, vt lectori ceu pro ignoto verba dederit, quæ dari sibi non postulet. Certe B. Lulli res à Sturmione nimium quam abiunctæ & Hersfeldensis Abbatiæ serius initia coaluere, Carolo Magno iam tum florente, & reliquijs S. VVigberti eo Fritslaria translatis. Narrat Lambertus loci domesticus ad annum DCCCXXX. basilicæ fundamenta primum iacta. Abbatiæ post primarios conditores lego Fondatorem celebrari Ottonem Magnum. In conditione Magdeburgensis Archiepiscopatus, cum Otto Halberstadiensi Episcopo Hildevvardo compensatione faceret satis, *adiecisse fertur, possessionem, quam de Abbatia, in honore S. VVigberti in territorio Herouelsfeld constructa, acquisierat, cuius etiam Abbatiæ ipse fundator erat.* Verba sunt peruetusti Chronici. Et obiter noto, librarium vitæ S. Sturmionis priscam vocem *Herolfesfeld* iure suo passim cum recentiore permutasse.

S. Sturmio cur dictus Hersfeld. Abbas.

Sed quæris tamen, vnde Trithemio in mentem venerit, S. Sturmium eius loci facere Abbatem? Opinor ad primam loci originem animum aduertisse. Vnde Serarius noster in Lullo, recte de Herolfesfeldiensis Monasterij primordijs, *inchoasse cum S. Bonifacio Sturmium; perfecisse Lullum.*

AN S. STVRMIO INTER CLERICOS ET PRESBYTEROS S. BONIFACII.

S. Sturmij educatio. Pag. 5. vitæ in Hagiologio. Prædicatio. Adelbertus hæreticus. * An Carlomannum. Fuldæ reclusus. Moguntinensium libr. 3. not. 32.

DVbitet is, qui tenerum recordetur Fritzlariensi monasterio sepositum, & à S. VVigberto Abbate & antistite educatum. Sed manifestum est; ad S. Bonifacij nutum exijsse; *& tribus annis Presbyteratus officium, prædicando, baptizando, gessisse.*

Narrat VVicelius ex actis S. Bonifacij MSS. VVillibaldo autore, B. Sturmium adhæsisse S. Bonifacio, quando cũ Adelberto Gallo hæresiarcha, certamen initurus erat. *Renicit S. Bonifacius disputando inquit Adelbertum. Nam is pene seduxerat * Carolum. Porro ab eo conflictu dehortati fuerant Bonifacium sui Clerici. Lullus, & Megingauzus, Sturmio, & alij. At ille responderat. Maior est, qui in nobis regnat quam diabolus, qui illum (Adelbertum) possidet. Victum Adelbertum, addit, carcere Fuldensis Monasterij reclusum: & diu istic vexatum.* Quæ profecto, narratio ostendit, pugnam contra Lernæam illam hydram, constituto iam tum monasterio, pugnatam; & forte in Synodorum tertia, qua factus est Archiepiscopus Moguntiæ S. Bonifacius. Arguit etiam, diuerso exemplari vsum VVicelium, à duobus istis, quæ S. VVilibaldi nomine Ingolstadij & Moguntiæ edita sunt, in quorum neutro hæc historia legitur.

NAVIGATIO FVLDÆ.

PAg. 9. & 10. Tribus locis S. Sturmio Fuldam nauigatam, superiorem & fontibus suis vicinam, memorat, quod in amne tam vorticoso, & vadis, fruticum fibris, & arborum truncis impedito, vix iam credibile putetur, certe non præstatur. Vt autem ex riuorum ostijs, Luderæ & Gisilæ colligo, ab vsque Hersfeldica solitudine à Septentrione in meridiem

me idem directi cursus ad XVI. millia passuum, at circumflexi duplo plus nauigando confecit. Memini à felicis recordationis Balthasaro Abbate Principem vicinum copiam petijsse dilatandi alueum, & fluuium hunc aptandi nauigijs commercijsque; quod sine terrarum culti soli, & compascuorum ingenti damno, fieri nequijsset. Interim qua laxiore sinu fertur amnis descendens, ab vsque Hersfeldia benignius hoc inuentum vidimus, suum habuisse successum; quo delectatum sic ferunt Inuentorem, vt de Fuldana nauigatione hoc Pentastichon luderet.

Hactenus in vanum fluxisti Fulda per orbem,
Ruricolis solitus prata rigare tuis.

VITA S. WVNIBALDI ABBATIS A SANCTIMONIALI HILDENHEIMENSI SCRIPTA, FVIT IS FRATER S. WILLIBALDI ET S. WALBVRGIS, QVAM INCVLTAM, OBSCVRAM ET VITIIS SCATENTEM, ITA VTI EAM EX M. S. Monasterij Rebdorffensis prope Aichstadium descripsit vir doctissimus Henricus Canisius, & tomo IV. antiquæ Lectionis inseruit, damus, quo cognoscat beneuolus Lector, non sine causa R. P. F. Laurentium Surium In aliquibus virijs stylum mutasse.

ANN. 740

I. ORIGINEM vitæ, exordiumque beati VVunebaldi Christi Confessoris atque Abbatis ordinare, edisserereque me libet; & licet opaca mentis ignauia præpedita, tamen aliqua de eius vitæ conuersatione intimando per nigros paginarum tramites pandere, explanareque conamur. Et quæ nuper aliqua per ordinem glomerando de gestis venerandi viri VVillibaldi Episcopi composuimus, nunc ad alia fratris sui gloriosæ vitæ colloquia properando pedem inante * passiuatim protendendo gradiamur; non audacitate propriarum confidens virium, quod de istis tanti viri virtutum sublimitatibus disputare aliquid inciperem, sed quod Christo cooperante & sermonem confirmante, propensius edisserere volumus; Qualiter infantialis seu pueritialis transmeatis annorum curriculis, ad adolescentiæ non decem annorum ætatem, citatus, cælebs vsque peruenit, & tam ille strenuus, spretis atque despectis pueritialibus incentiuorum lasciuijs, illecebrosisque vitiorum petulantijs, magnæ dispensationis clementia, accessioneque Episcopi nostri ad celsioris vitæ æternæ meritorum profectiones inhiando properabat, & sic vsque ad maturam LX. annorum calculo almis atque illustribus, bonis vitæ moribus pollendo, proficiendo ad felicem vitæ * prouentus est exitum. Cumque illustris ille, celeberrimusque Christicola non decem annorum ætate iam grandæuus, facie decorus, fide robustus, almi Dei adminiculo, fratrisque exhortatione, propinquorum, amicorumque suorum carnalium affectum postponens, præsertim quod propriam hæreditatis partiam cum nouerca, fratrum, sororumque suarum clientela contemnens, ignotas peregrinationis prædas probare, penetrareque malait quam præsentis vitæ huius * diuitiarum florere prosperitatibus: & sic in extremis barbarorum finibus vitam ducere monachicalem magna mentis deuotione quotidie anhelando desiderabat; quod postea deuotus adimpleuit. Posthæc itaque cum sagax ille votiua voluntatum adimplere optabat desideria, statimque Domino dispensante ad optatum & desideratum inchoauerit iter, & sicut in alia fratris eius * textura subtilius intimando enarrauimus, & nunc iterando rememoramus, statimque ille suauiter suorum sociatus est comitatu patris & fratris, & sic agiliter cum sumpturis atque stipendijs ad loca venerunt venalia, quod est mercimonium, & statim illi cum consilio & consultu nautarum naulia adepti sic arant loca. Et Oceani tunc illi marginem scadentes, nauem competebant, ceruleæ aquæ limpharum inuaserunt liquida, vsque dum tumida æquorum timida, congelida gurgitum garrula, fluctuum spumosa Syrtium superabant salsa. At tunc plenis & prosperis ventorum flatibus arida terrarum gradiebantur gramina, & sic ouantes & lætantes, voti, perfectis omnipotenti Deo impendebant gratias, quod prospere super spumosa vndarum æquora & periculosas ponti procellas portum videre meruerint: & sic castra metantes ibidem paulisper lassata de itinere requiescebant membra, vsque dum vegetati ac roborati votiuam cœpti itineris iterum gradiebantur viam, multisque in itinere Sanctorum sacris se commendabant patrocinijs, & plures per viam cum socijs sanctorum petierunt Basilicas. pia postulantes eorum præsidia, vt tuti alienas peragrarent barbarorum villas. Tum illi properantes profecti sunt: timebant enim ne autumnale sibi deficeret tempus, & prius gelida hyems, aura vitiosa & nebulosa, horride irruentes, congelescerentur; antequam illi almam Apostoli adire, specularique meruerunt basilicam Petri. Et tunc illi pergentes per vasta Gallicaniæ rura, & per spatiosam Italiæ tellurem, vsque ad vrbem, quæ vocatur Luca, & sicut in alio scripto libro ordine asserimus, Patrem suum ægrotantem, etiam semineccem obtulerunt illic, & sicut prædestinata, illud fore fecerunt fata, vitam finiuit illic, & terra illic requiescit ad sanctum * Frigidianum. Cumque illi confestim per campestria campium incerta, per densa saltuum solitaria, per concaua vallium, per innormia collium cacumina, contra immensas alpium ardua vsque ad niuatas atque nubilatas rupium saxaces desudantes scandere conabantur, & protinus passiuantes super alpium * oncos, vsque dum idonei ampla militum intrarunt terminos. Nec longum postea quod illi cū comitatu contribulum ac * collegum cœtu clara ciuium cernentes vrbis Romanorum mœnia, & statim gratulabundi gloriosam intrauerunt basilicam sancti Petri Apostolorum principis, remissionem omnium peccatorum postulantes, vt illius promoti patrocinio perennem vitæ obtinerent palmam. Tunc ille herus agilis & adhuc cœlebs omnipotentis altithroni magna ditatus erat prærogatiua, & cœlesti instigatus gratia tonsuram accipere, & Dei seruitio se subiugare studuit, & sic sollerter saluberrimam sapientiæ exorsus est auctoritatem, vt ille sacræ lectionis ingenio assidue inhærendo sub summatim diuino se subdidit exercitio, & superni roris humida irrigatus germen in eo iam tunc frugiferum florere cœpit virtutum, & sicut nos iam prius in alijs voluminum paginis perscripta pandimus, sic & nunc iterata recapitulemus. Magna correptus est ille corporis infirmitate, quia sicut ille fore solet, congruis æstatis temporibus, quod magna febris fatigatio, & flagelli purificatio aduenas illic venientes visitare seu grauare solet. Ast sic vt per centenos & millenos morientium falangas magna clade comprehensos præda rapere, & ad carnale perficere properat, scriptum est, quod mors non tardat. Tūc illi duo germani VVillebaldus & VVunebaldus infirmi inter se alternantes, alter ambulabat, quando alter iacebat, vt adiuuaret ambobus. Et tamen ille vir Dei sensu sophyrus, agone argutus, almi Dei adminiculo, psalterium in ægritudine tam imbecillis, & tam infirmus indagando discebat, & statim iterum cum vegetata illius fouere cœperunt membra, & virtus in eo valescebat, alias scripturarum paginas perlegendo scrutabatur. Ast ita de die in diem meliorando, Deo militando, alios monendo proficiebat, vt magis iam didascalus, quam discipulus esse poterat. Sed & ille magno mentis amore, & honoris dignitate inter omnes habebatur contribulum collegas. Et ambo pariter pandebantur in pudente illius pectore, amoris suauitas mansueta, & zelus rectitudinis robustæ.

18. DECB.
* passuatim.
* prouectus.
* fluxilis.
Et hic testatur se Hodœporicon S. VVilibaldi scripsisse.
† aliter in margine m. s. legebatur: Præltianū. lego: Frigidianum.
† hanc vocem supra in vita S. VVilibaldi c. 9. etiam vsurpauit.
† pro contribulum & collegarum.
Morbo corripitur.
Psalterium in morbo addiscit.

II. CVMQVE transactis temporum interuallis, septem annorum curriculis mens illius heri agilis, Saxonicam iterum propriæ natiuitatis terram visitare volebat, & ob hoc præcipue, vt si vllum de sua genealogia ad sacram diuinæ seruitutis militiam exhortari, atque secum ducere poterat. Et cito tunc secundum suæ voluntatis arbitriū propriam hære-

Reuertitur in Saxoniā.

hæ[illegible] patriam visitando intrauit, & statim cum magno gaudio susceptus ab am[illegible], [illegible] aliquando docendo fratres & sorores, & alios de suo genere propinquos exhortando [illegible] tenere [illegible] ambulando de solida veritatis via pedem [illegible] habendo non deuiarent, [illegible] minus ad angustam paradisi portam per arctam & a[illegible] agonistarum viam [illegible] monendo atque instigando propinquorum atque cognatorum vicos & domos peragrauit, [illegible] tum de [illegible] negotiationum curis ad diuinæ institutionis formam reg[illegible] pro[illegible]xit.

Romam [illegible] reuertitur.

E[illegible] iterum licentia postulata cum consilio amicorum, & cum iuniorum sub[illegible] [illegible] III. ctatte [illegible] sancti Petri perq[illegible] properabat præsidia. Posthæc itaque cum [illegible] Christi a[illegible] Romam sancti Petri basilicam veniebat, & illic aliquanta temporum intercapedine manens, [illegible] gratiam sollicitus, pudicam continentiæ vitam diuinaliter ducendo quotidie ad [illegible] disciplinam, & sæcularis vitæ sapientiam præferebat.

Cvmqve fidelissimus atque felix Christi famulus sanctus Bonifacius præclaram ac [illegible] IV. el[illegible] requirebat, sacrisque illic orationum munimentis Domino, sanctoque Petro [illegible] commendaba[illegible] tim inuestigare cœpit, quatenus reperire posset, vt illis Euangelici sermonis consortium com[illegible] tos consuetudine morum, & nihilominus alios imbutos atque eruditos sacerdotalis [illegible] Pa[illegible] reuiuiscebat & a [illegible] * sacræ verbi obsequium, vt * illæ [illegible] cooperatores rogabat, protinusque, [illegible] venerabilem virum Wunebaldum illic manere, statimque alloquendo inuitabat illum, vt [illegible] tis, & solatium Episcopatus in diuini verbi administratione * illo foret; quia carnali propinquitate [illegible] p[illegible] fiducia sociatu[illegible], atque glutinatus; Statimque ille agilis Christi vernaculus S. Bonifacio [illegible] aliisque exhortationum eius oraculis consensum [illegible] effectu [illegible] perficere promisit. Post hæc itaque [illegible] Quo tempore [illegible], sanctus vir ille Wunebaldus petitionemque instigatam a S. Bonifacio [illegible] properabat, confestimque fratrem suum proprium, sed & alios eius cognatos atque amicos [illegible] salutat[illegible] comp[illegible] [illegible] potuit. Et tunc ille cum aliquanto * Collegarum comitatu inchoau[illegible] perre[illegible] et ardua alpium alta, per præcipita montium, per plana camporum, per alta Longobardorum [illegible] mina, per [illegible] arias Baioariorum vias, per Germaniæ terminorum tellures vsque in Thuringiam, & [illegible] pat[illegible] lassata de itinere [illegible] bant membra. Et sic paulatim, quando tempus euenerat congruum, [illegible] Episcopum alloquendo venerabiliter salutando compellabat. Statimque ille cum magno dignitatis hono[illegible] suscepit [illegible] verborum [illegible] mationibus illustrare se sermocinabant, & de diuinis vol[illegible] ca sub[illegible] [illegible] inuestigabant mysteria.

Cvmqve translacto aliquanto temporis spatio sacer ille atque perfectus * basilion, regularem mona[illegible] V. vitæ norma[illegible] quando, mente & moribus adimpleuit, & secundum canonicam institutionis formam [illegible] ca[illegible] ordinationis primatum, diuinis dotatus donorum muneribus a S. Bonifacio in Presbyteratus [illegible] [illegible] gradum. Et ad primitus quidem VII. Ecclesiarum commendatus erat illo sacræ mod[illegible] regim[illegible] li[illegible], & saluberrimam vitæ pandebat viam, & sic diuturnæ meditationis speculatione assidue [illegible] te[illegible] primordiale Prophetarum vaticinios, aliasque Sanctorum expositiones, manu aptos haber[illegible] ill[illegible] ratione scriptura[illegible], aliquid exequendo conseruabat; præcipue Euangelicam dominicæ tradi[illegible] h[illegible] quotidiana semper habuit memoria, & illa, quæ mente meditabatur, Dei gratia, in ore prædicando, & in ope[illegible] do complectebat. Cum enim aliquantis euolutis annorum spatiis, incerta Baioariorum probare volebat [illegible], vel latiores spatiosiora Euangelici sermonis [illegible] pullularent, non inuitu[illegible], sed sponte Odilone Duce [illegible] protinusque ab illo magno susceptus fuit honore, magnisque ab illo ditatus erat donorum dignitate in [illegible], in possessionibus, atque in aliis pe[illegible] opulentia.

Nec longum post [illegible], quo [illegible] Dei [illegible] canonicæ institutionis sacramenta renouans, multosque poten- VI. tium & [illegible], sed & alios inferioris gradus in diocesi iniustæ copulationis coniugio nuptiarum, & nihilominus & [illegible] variosque paganorum præstigia, quantum potuit, à prauitate prohibuit [illegible]. Similiter & alii [illegible] grad[illegible] [illegible], ac sæcularis dignitate prælatis potentibus, nunquam adulando cedebat, ne vsquam oleum peccatoris impinguaret caput eius, sed quanto quis diuitior, elatus, magna nimietate tumidus, laude pomposus, tanto [illegible] & [illegible] non parcendo, [illegible] zelando, iura [illegible] exercere non formidauit, quia [illegible] Qui potentes gradum accipi[illegible], & veritatē loqui pauescit, graui mulctatur culpa sententiæ. Omnibus æqualiter po[illegible] & pauperibus, diuitibus atque egenis, sanctæ exhortationis dogma exhibuit, id est, per humilitatem omnibus pari modo [illegible] partiebat, potentes non formidando, & pauperibus compatiendo, quia homines natura æquales genuit, sed varietate meritorum disiungebantur. Tunc ille sacer Dei famulus sub Odilone Duce in [illegible], quæ vocatur Nordfiulk, proprium habitationis habebat locum, & ab illo tempore, quo illic veniebat, magno [illegible] conamine diuinaliter desudans, vt illos, quos sub sua habebat potestate, & sermonem eius audire voluerunt, & capere poterant, ad meliora prouexit; Sed secundum Euangelicam vocem, vbi dictum est: Intrantes in domum salutate eam, & siquidem domus digna est, pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos [illegible]. Sic & ille non multis [illegible] locis prædicando introiuit, vt si quis dignus fuisset accipere sementem sermonis Euangelici, de fructibus [illegible], & centuplum acciperet vitæ p[illegible].

Post hæc itaque translacto trium annorum calculo, reciprocis [illegible] flibus, protectum germaniæ in- VII. trauit [illegible], & venerabiliter a S. Bonifacio susceptus, ad vrbem, quæ vocatur Magontia, veniebat, & ibi manens [illegible] præclarus [illegible] sæcularis vitæ dignitate, & multo maiore præditus fuerat perennis vitæ peregrina, rumore [illegible] omnes habebatur illos, quia multos Francorū nobiles & ignobiles, viros ac fœminas, per saluberrimam & per diuinam æterni amoris dispensationé al[illegible] diuersa dapium dogmata, & Euangelici nectaris mellita paud[illegible] bat mysteria. Aliis, qui arcana Dei ista per ingenium percipere non poterant, [illegible] libus & [illegible] lac & lenia ciborum, id est, plana & communia compositionum verba dicebat, quia scriptum est: Pro qualitate morum diuersa exhortatio debet esse doctorum. Quosdam increpatio dura, quosdam exhortatio corrigit blanda; & tam magna discretionis moderatio in illo erat contra delinquentes, vt rigorem correptionis [illegible] peccanti. Sed pietatem compassionis clementer custodiuit in corde, omnia omnibus factus est, vt omnes lucrifaceret Deo. Tum ille vir Dei venerandus atque perfectus magnam abstinentiæ tol[illegible] in occulta cordis cogitatione absconsam tenebat. Cum illius sic vtebatur, vt lateret, & illam [illegible] in operatione compleuit coopertam, vt nullis, prout fore possit, nisi sola superni Iudicis contemplatione, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, nota clareret. Sed mens humilis, & Deo deuota nunquam de bonorum dignitate elatus, nec iactantia extollatur humana, nec laude lætabitur labendo, nec reprehensione prauorum impulsus agitatur ira, nisi quando perniciosa proteruorum opere execrando emendare non poterat, tunc celando, irascendo, contra peruersas peccatorum prauitates: Et [illegible] dignus Didascalus zelum rectitudinis gerebat in corde, & semper in facie peccatoribus ostendebat per timorem; & semper in vna solidatus secta mentem [illegible]domando efficaciter perdurauit.

DE vino

VIII. De vino & escarum dapibus multa dici non est opus. Quia nisi sic infirmitate cogebatur corporis, paruum vini potum, vti solebat, vt iam pene non bibendo, sed probando maiorem * parcibus gustando continentiam, quam alter non recipiendo. Tandem quippe tunc mens eius magna sollicitudine curam in corde cogitando voluntate cœpit, an vsquam quidem locum intentioni suæ aptum inuestigare possit, vbi satam Euangelici sermonis segetem per laboriosum exercitium vsque ad messem proferre, manipulosque portare, & in horreum congregare potuisset. Tum ille de vrbe Mogontia promptus ac paratus proficisci cœpit, & ideo potissimum, quia vini vbertas illic fieri solet, timebat, ne secundum scripturam, vini opulentia monachicalem vitæ frangeret disciplinam.

*Abstinentia. * parcitate. Moguntia diluuii & quare. Eccl. 19.*

IX. Cvmqve inde pertexit, & venit ad monasterium, quod dicitur Eichstat, ad fratrem suum Episcopum VVilibaldum. Erant inter se disputantes, & solertis voluntatis arbitrio effectum perficere atque implere potuissent. Tunc illi strenue pergentes venerunt ad illum locum, qui vocatur Heidenheim, atque illico requirentes locum aptum illic repererunt, quem Dominus prædestinauit sancto suo Confessori VVunebaldo monasterium construxisse, sanctumque suum corpus ibi requiescere volebat. Nec mora fuit post hæc, quod Dominus virtute suæ pietatis meritaque ... Christi Confessoris clarere volebat. Quæ vsque tunc celata coram hominibus, & clara coram Deo pandebantur patule, Statimque tunc egregius ille almi Dei agonithetus, cum consultu atque consilio Episcopi emebat agrum illum, qui nominatur Heidenheim, in propriam possessionem sibi & aliam partem postea regionis alij homines dabant illi in redemptionem animæ suæ. Optantes & desiderantes communionem temporalium cum illo partire, vt ille in futuro perpetua illis præstare postularet. Illa regio quam ille percipiebat, aggrestum erat, & sylua totum. Sed confestim ille Dei famulus aggresta syluarum loca suo labore latantes arbores cædebat, vepres truncabat, tribulos secabat, vrticas & cardos erutando rura renouabat, paucosque ad primitus ibi habitationis casulas instruendo collocauit. Ast tunc ille subsummatim vt fore possit, Ecclesiam fabricauit, & monasterium construxit, & exemplo, sicut supra diximus, cum suis iunioribus sibi subditis monachicalem regularis vitæ disciplinam. Quia iam olim in ipsa iuuentutis pubertate deuota mentis instantia adoptando ceu desiderans supernæ pietatis suffragio coarctatus inchoauerat. Et tunc perficere ac perducere vsque ad felicem vitæ suæ exitum Christo cooperante decreuisset, & sic patrando perficiebat. Denique cum belligerus atque beatus bathlon terram Sualaueldorum inhabitare cœpit, plurima paganicæ prauitatis præstigia, multos diabolica fraude deceptos idololatriam colentes, alij aruspicia obseruantes, alij diuinationes dæmonum dicentes, alij incantationum friuola facientes, alij nigromanticas, sed & alias multas, quas nunc longum est enumerare, quas popularem & publice perniciosa perficiebat pro nefas, & nihilominus alios, qui iniustæ copulationis coniugio coniuncti contra legem Domini vitialiter viciabant fornicaciali polluti spurcitia. Sed & etiam nonnulli, qui cum suis propriis propinquis & affinibus, & cum propria fratris sui vxore in coniugio nupti fuerant, & quod his adhuc peius erat, quod multi, qui sacerdotalis ordinatione Presbyteros, & sacro altari deseruire debuerant, immundicitia & fornicatione magis, quam diuina seruitutis sollertia subditi & refrænati fuerant, aliosque laicorum & Clericorum concubinas iniustæ copulationis societate contaminatas. Istis omnibus ipse contradicendo, eosque increpando disiungebat, & cum magna laboris instantia die noctuque certando contra indefessos diaboli cooperatores conflictum habebat, & licet lugubrem tamen discidiam & dissensionem inter illos faciebat, qui iniuste sociabantur. Tunc alij, qui ista sectabantur sacrilegia magna dementationis causa contra illum fremebando insidias illo tendebant, & sæpe ad occidendum, seu ad comburendum totiens per maleficia illum perdere volebant. Sed vir Dei nec minis malignantium, nec falsis adulantium friuolis mente agitatur nec mutatur. Sed semper constans & fide robustus in Domino non desierat docendo plebem ab erratica paganorum prauitate persuadendo educere. Et sic longe lateque per populos sacra seminando non paruum Domino populum acquisiuit, & iuxta suauissimam Domini vocem, prudentiam apprehendit serpentis, qui per zelum rectitudinis & vigorem correptionis opera prauorum perniciosa corrigendo corrigebat, arguendo eradicebat, suadendo sedauit, astutiam arripuit serpentis, quoniam contra atroces sathanæ insidias scuto fidei, & lorica iustitiæ, lancea lectionis, gladio ieiunij, clypeo continentiæ, vtrisque virtutum telis contra mille nocentes diaboli artes die noctuque certando dimicabat, simplicitate columbæ sic fruebatur, vt ille, qui prius zelo rigoris ardebat, postea clemen leniter laxando mitialiter demulcebat, & secundum scripturam, secundum qualitatem audientium formari debet sermo Doctorum, sic faciebat ille, & multis compassione fuit proximus, & in necessitate frater, & per blandum suæ pietatis affectum docibiles ad rectam veritatis viam dirigendo ducebat. Quia scriptum est: Non diligenter auditur, qui non diligitur. Cumque venerandus ille Christi vernaculus sic de anno in annum proficiendo virtutibus properando pede minante ad superiora graduum celsius & celsius conscendebat, statimque illuster ille & prudens populi pædagogus monachialium apum examen, quod Dominus sub sua tribuit potestate, sine paupertate & nuditate, sine murmuratione, cum diuinis seu secularis vitæ alimentis vbertim alendo pascebat, & sub magna doctrinarum industria alloquendo, exhorrando catervatim ad aluearium congregauit vitæ æternæ, & non sicut mercenarius, sed sicut pastor perfectus acris luporum morsibus circumeundo obstabat, & intus intra ouile & Christi gregis caulas conuocando atque erudiendo introducebat.

Eichstat Monasterium adit & VVilibaldum Episcopum vel fratrem. Heidenheimensis agri partem emit, partem dono accipit. Monasterium erigit. Eradicando vitiis se tradit. Matth. 10.

X. O ineffabilis opificis pietas conditoris, qui super longa longorum stadia, super gelidas aquarum latices de occidentali occasui plaga ad orientale ortu solis suo gregi gubernatorem, suo populo pastorem præbere prædestinauit, qui populum sibi commissum sub curæ pastoralis peritia paulatim, vt præuius procerum pater ad * numerosi æternæ vitæ aruis præeundo perducebat. Demiq; post hæc cum sacer ille atque perfectus, prudensq; Dei famulus magisteriale dignitatis indole subditis, & non solum subditis, sed etiam aliis, quos è vicino cognatos, aut domesticos habebat, præesset, & omnibus, sicut supradiximus, sacra paginarũ patula pãdẽs, ita vt raro, aut nũquã diuinæ laudis in ipso cessauit modulatio, aut in psalmis, aut in lectionibus, aut in doctrinarum studio disserendo, siue manducando, siue bibendo, siue aliud agendo, semper sacra in suo pectore permanentis claruerunt oracula, & sic clara cælorum regia per arctam & celeberrimam cælestis vitæ callem omnibus apertiendo patefecit.

** nemorosi*

XI. Post hæc itaq; tunc transactis temporibus & annorum curriculis. Cumq; venerandus ille atq; B. vir VVunebaldus magna arreptus est corporis infirmitate, & ægritudo iam tunc magis, quã membra inualescebat, & nõ solũ tunc, sed etiam olim à primo iuuentuti flore per multa annorũ spatia valde cõstrictos atq; teretos habebat corporis * artos, & iam tũc tribus annorũ interuallis, antequã de mũdo pergeret, tã infirmus, tã imbecillus habebatur, vt pergere nõ poterat, nisi vix ad villas, quæ iuxta erãt ibi sitæ. Et vna vice pergebat in Francos ad * Megingozo, & cũ veniebat ad Fulda, vbi requiescit S. Bonifacius, statim mouebat illũ valde infirmitas eius, & ibi iacebat tres hebdomadas, ita etiam tũc obitus sui diem imminere æstimabat. Et tũc post tres hebdomadas melius habebat, inde pergebat & venerũt ad villã vnã, & ibi manebãt vna hebdomada, quia nõ poterat adhuc pergere inde, quia ægritudo eius iterũ valde affligebat illũ, & ibi erat vna hebdomada, & tũc, prout poterat, pergebat inde, & venit ad vrbẽ, quæ vocatur VVirzburch, & ibi alloquebatur Episcopum Megingozum, & ibi manebat tres dies, & iterum tunc ad propria remeauit.

*Corporis aduersa valetudine laborat. * artus. * Megingoza. Megingozum VVirzburgensem visit. Monasterio S. Benedicti inuitur.*

XII. Cvmqve mens iam in eo deuotus, & multo agilior, quam corpus proferre poterat, magna mentis deuotione cupiebat, vt ad sanctum Benedictum pergeret, & ibi vitã finiret, & cito postea misit nuntium suum ad S. Benedictum, & rogabat Abbatem, & omnem congregationem, vt cum illis consortium, vt eius communione in illo habere

 hitam

licitum foret:& illi statim cum magna dignitatis [illegible] illum accip[illegible] & secum h[illegible] minus diligenter rogabant, vt veniret,& tunc [illegible] venerandus vir promptam [illegible]. Cumque ista cogitauerat ipse,& in sua mente voluebat, fratrem suum proprium,& alios sapientes atque [illegible] viros, qui illis in familiaritate,& in diuina amicitia coniuncti fuerunt, illos rogabat ipse, vt ad se venirent,& [illegible] rent. Cumque congregauerunt,& loquebantur ad inuicem,& ille indicauit occultas cordis sui [illegible] vel [illegible] dum scripturam, in ore duorum vel trium firmum stare consilium, tunc illi ocyus causam [illegible] sic dixerunt, Quod illis melius videtur fuisse propter infirmitatem & imbecillitatem corporis, [illegible] geb[illegible] vt coeptum mansionis habitaculum, quod incepit, bat,& per laboris lassitudinem sponte in agi[illegible] * [illegible] fecerat silua, non relinqueret, sed inhabitaret, * sed adoptiuos natos, quos ille per matrem Ecclesiam,& suam [illegible] striam Domino acquisiuit, non orbaret, sed sicut inchoauit, ad felicem vitæ formam sua prouchere norma,& [illegible] dem ille coronatus virtutibus beatificatus, ad vitæ æternæ peruenisset brauium, sicque illum compescentes ad propria remeabant.

Ei accessit ad ... videtur. ** adquisiuerat* ** &*

Morbus inualescit. ** canimate*

E T tunc post hoc non fuit longum, quod ille venerandus vir tam valde infirmus fuit, quod iam Ecclesiam adire non poterat, sed in vno latere *canimate eius iussit altare componere,& ibi, quando pro infirmitate poterat, sacra Missarum solennia celebrauit, qui prius, quando ægritudo illa non fuerat impedimentum, aut raro, aut nunquam dies transiit, quin Missam non faceret. Tunc itaque cumque lassata corporis membra, quæ ille ipse sæpe per [illegible] morum mortificationem ad instar martyrio affligere solebat, in ieiunio, in oratione, in vigilia pernoctans, præsertimque in voluptatum reluctatione,& in aliis plerisque occasionibus, quarum omnium solus Deus cognitor, iam affecta ac confecta... prope mortem manifestabant. Tum tandem cum dominus seruum suum de seculi huius sollicitudinibus,& de temporalis vitæ huius laboribus ad æternæ retributionis mercedem perducere, subleuareque volebat, fratrem suum venire rogabat ad eum. Cumque ille Episcopus noster VVillibaldus, in sexta feria primo mane diei veniebat,& introibat,& sic illum diem nouissimum pariter in hoc seculo perducentes commorabatur. XIII

Willibaldū Episcopum fratrem accersit.

Exhortatio eius moriēntis ad fratres.

T V N C quippe cum ille mortem prope instare videret, dixit, Filioli mei & fratres, omnia vestra prouidentes cum prudentia pariter agite. Vitam vestram & mores vestros ad Dei voluntatem componite: Charitatem vestram inter vos,& fidem rectam atque Catholicam in omnibus seruate; monasterialis vitæ disciplinam, quam ostendimus & docuimus vos & Deo promisistis in omnibus seruare properate, regularis vitæ constitutionem,& obedientiæ vinculum, quod mihi promisistis,& ego vos ligatos habebam, illo vos absoluo,& rectæ institutionis formam, qua vos Deo subdidistis, illo vos non absoluo, nec meum est vobis laxare, sed omnimodo, prout vobis vires sufficiant, Deo reddite: omnium verborum & factorum, quæ in mea obedientia aut neglexistis, aut obliuione tradidistis, indulgentiam à me accipite,& quidquā vobis per me contrariū accidisset in verbo, aut in facto, aut in aliqua causa, remissionē vos omnium tribuite,& Deo commendati in pace perseuerate,& mihi prædestinatum iter ad pergendum de hoc seculo cum licentia & reconciliatione concedite, quod nunc est, prope etiam imminet dies exitus mei, quia anima mea de ergastulo corporis ad remunerationem militiæ,& à laborum requie per pia patris præsidia, sicut ipse mihi concedere dignetur, debeo peruenire. Et his salubribus & sobriis verborum salutationibus tristem & lugentem fratrum multitudinem in pace compellauit,& rursum eleuatis in cælum oculis ad superiora intuens, dixit: In manus tuas Domine commendo spiritum meum,& sic sedens coram lectulo sanctum exhalauit spiritum. Tunc illi tollentes eum lauauerunt,& portauerunt ad Ecclesiam,& illic totam noctem cum psalmis & hymnis & canticis Dominum laudabant,& diuinis munerum oblationibus illum de mundo transiturum comitabantur,& Domino commendabant. Et mane facto ponebant illum in sarcofago nouo,& sepelierunt eum in Ecclesia. Illud sarcofagum, in quo posuerunt illum, multos annos, antequam de mundo migrauerat, fuerat excisum,& sic stetit intus,& expectauerat diem exitus sui. XIV

Moritur.

Præsciuit obitus sui diē.

I L L E vir venerandus Christi Conf. sor diem obitus sui, antequam de mundo pergeret, ille ipse præsciuit & prædixit iunioribus,& quomodo illum sacerdotali indumento deberent vestire, omnia prædixit. Et sic requiescebat vna hebdomada ante Natalem Domini,& tunc fuit Sabbatum post Vesperam XIV. Kal. Ian.& tunc erat ille LX. annorum ætate,& fuit Abbas fere decem annos. XV.

Patet ex hoc loco, quod illa quæ scripsit vitam hanc, nonna fuerit S. Walpurgis.

C O M P E R S A M atque conscriptam, atque ex breuitate transcursam vitam beati VVunebaldi Christi Confessoris, quod à sorore * eius,& ab aliis venerandis viris, qui [illegible] per familiaritatem & amicitiam coniuncti fuerunt, præsertimque ab eis, qui illi in discipulatu & magisterio subditi facti, relatione didiceram. Istas, quas nunc capitulamus atque disputamus, oculis nostris vidimus,& alia in nostris temporibus facta reperimus mirabilia, quæ magna Dei dispensatione facta, Dominus per suam gratiam,& merita Christi Confessoris comparuere, hominibusque præparare dignatus est. XVI.

** humatus*

P O S T Q V A M ille sanctum corpus eius, septem dieb' in terra * tumatum habebatur, quotidie discipulus eius Presbyter, quem ipse erudiendo docebat, atque [illegible] in presbyteratus consecrare fecit gradum. Ille & alius Presbyter cum eo totam septimanam illam quotidie, prout illis vires sufficiebant, Missarum solennia celebrando, cantare non desinebant. Cumque vna die valde diluculo vnus intrauit in Ecclesiam, Missam facere, ianuam aperuit,& cito vt intrauit, tam magna Ecclesia miranda suauissimi odoris nectar obuiam illi, quando aperuit ianuam, veniebat,& per totam Ecclesiam quasi fumi vapor calidus conspergebatur. Quod cum ille reperiebat, statim exibat foras, videre aliquem hominem, qui cum eo testis assertor fuisset fidelis de illa causa. Tunc ille pregrediens foras, vidit ibi homines stantes,& indicauit illis,& illi mirantes non poterant cognoscere neque * fragrare, nec vllus, nisi ipse solus. XVII.

Mira odoris fragrantia in Ecclesia.

** flagrare*

Candelæ in Ecclesia ea sponte accenduntur.

S E D & sæpe accidebat in illa Ecclesia, vbi corpus iacebat sancti Confessoris Christi, quod lumen, quod intus erat, sine manibus hominis ardere cœpit. XVIII.

Manus paralytica ad sepulcrum S. Confessoris sanatur.

S I M I L I T E R & alio tempore euenerat, quod vna de sua parentela sui auunculi filia, quæ plus quam duos annos magno dolore constricta tenebatur in dextera manu,& in brachio illo, vt iā paralytica,& pene arida fiebat. Tunc illa properans venit ad illum locum sepulturæ eius, nec longum fuit, posteaquam illic veniebat, quod pristina illi restituta erat sanitas,& sic in istis primis apparuit, quod postea Dominus maiora per ipsum ostendere volebat. Multaque alia signorum prodigia, quæ nunc longum omnia per ordinem intimare, ibi ostensa claruerunt, quas constat, quod Dominus suæ pietatis solatio, affectuque Conf. floris perficere dignatus est. XIX.

Templū illi cōstruitur. Campana more proprio resonat.

C V M Q V E Episcopus noster VVillibaldus cum cuncta popularis multitudinis copia, cum iuniorum subditorum agminibus Ecclesiam fabricare, componereque disposuit, vbi sanctus Christi Confessor in corpore requiescebat, maiora, quam priora, vt sicut ille vir virtutibus veneratus mirabilibus magnificatus, faustus fulgebat, ita iam tunc in augusto, almoque tonantis templo celeberrimæ crescerent diuinæ laudis modulationes. Cum illi congregati celeriter cum Clero, ciuiumque cœtu definitum domui locum librauerunt. Et tunc confestim ad primitus illi confodentes fundauerunt lapides, locauerunt fundamenta,& funditus firmando fabricauerunt. Confestim Christo cooperante, Domino Deo dispensante, sanctique Confessoris suffragante patrocinio illa glocca in Ecclesia sine manibus hominum, sine amminiculo seipsam commouere cœpit,& sic illi a[illegible]onantes sonitum audientes nullum viderunt, sed XX.

runt, sed omnes, vt viderunt & audierunt, dabant gloriam Deo, similiterque illi fabricantes proficiebant, vsque dum fere trium annorum spatio almum altissimo oratorium construendo constituerunt. Postquam illud sublimatum in alto erectum sacro seculorum satore, seu omnium saluatore sacratum ipso die post anni curriculum, quo prius sanctum Christi Confessoris corpus leuatum, integritate honoratum reperiebant. Ipso die prius post vnum annum VVillibaldus Ecclesiam illam sancto consecrauit seculorum omnium saluatore.

Corpus S. Wunebaldi integrum reperitur.

XXI. Post hæc itaque fertur, quod alio tempore euenirer ad ipsum monasterium sancti VVunebaldi, quod de illo viro præfecti illius, cui ibi prope monasterium situm est, venit vna ancilla sua molere granum Domini sui. Cumque illa veniebat ad monasterium, alius homo fuit adhuc molens farinam monachorum, illic prope habitantium, & illa moram faciens, expectabat, quando locum haberet. Cumque ille abiret, illa ambulabat, & molere cœpit: postquam illa moluit, esuriebat, tulit de farina domini sui, & fecit sibi panem, & manducauit. Quod cum fecerit, timens tremere cœpit, quia modius domini sui diminutus plenus non erat, & furata est farina Monachorum, & repleuit modium, quod prius dempsit, postquam illa molauit duorum modium, quæ intus faciebat, nihil exiuit foras, nisi paruum aliquid, cumque illa sic molans magnum temporis inducium, vsque dum omne granum, quod habuit, molatum fuit, & nihil venit foras. Tunc illa timida & tremefacta gemere cœpit, quia nescit, quod euenerat, & statim indicauit molario, quid acciderat: tunc illi consilianes inter se, quid fecissent, prono vultu in terram se prostrauerunt, & orabant Dominum, sanctumque Christi Confessorem VVunebaldum, vt suæ bonitatis clementia illis adiuuare dignetur. Et confitens postea peccatum, quod g sserat, orationis effectum, petitionumque patrantiam optime meruerunt: & postea statim exiuit farina secundum consuetudinem. Ideo non est dubium, quod ille vir venerandus pietate Creditoris, suique sanctitatis potentia, facinora, quæ prius viuendo abominauerat in peruersis, tunc coronatus in cælestibus vetauerat in viuis praue agentibus.

Fraudem faciens monachis, punitur.

Intercessione sancti molitur farina

XXII. En igitur transacto temporum indicio, & annorum curriculo, cumque iam Dominus virtutem suæ pietatis, meritaque sui Confessoris clarere, pandereque procurabat. Cum autem geminata & triplicata Spiritus sancti gratia præclarus atque perspicuus aurora lucis ortu cum sole prorumperet dies conceptione Ioannis Baptistæ, & nihilominus equiparante dierum seu noctium mensura, quod æquinoctium vocatur, quod denuo in anno primum crescente die, & secundo decrescente die solet fieri: Sed & sancti VVunebaldi Christi Confessoris atque Abbatis integritatis ostensio, quem per piam & venerandam omnipotentis prædestinationem clara & comperta cunctis patula pandebat. Cum prædictus ille illustrandus atque inclitus æquinoctij per vitreas camporum planities oriendi illuxisset, intrauit Episcopus in Ecclesiam suis cum Diaconibus, vnoque Presbytero, statimque illi tegumentum tugurij sancti venerandique viri, quod olim per XVI. annorum spatia, exceptis XIII. hebdomadis in tellure tectus tenebatur mouere, fodereque cœperunt. Cumque illi foderunt, statim properantes velamen tegere, nares suas cooperire tentauerunt. En frustra faciebant, quod nares velabant, nectarem nesciebant, quæ intus celata latebatur in limo: confestim cumque illi fodere cœperunt, Episcopus exiuit foras, & illi duo intus manebant, quorum alter sacerdotali dignitate Presbyter, & alter Clericus, illi sacrum Christi Confessoris corpus inquirere, inuestigareque cœperunt. Cumque illi fodientes ad antrum venerunt, statimque illam reperientes integram & illæsam aperiebant, & nihil ibi, nisi omnia prospera, omniaque tuta in terra tumata comparuerunt. Tunc illi extemplo illum mouentes de sepulchro suis manibus lætantes & gaudentes * voti campi leuiter de terra leuauerunt, de toto corpore integrum, omnibus membris munitum, ita vt nec capillus de capite eius minueretur. Ille Episcopus hæc omnia sustinendo foras manebat: Quia multum ambiguitate timidus, incerta futurorum fata nesciens, sollicitudine susceptus de sui fratris corpore tam longe in terra tumato, quales ipse post tam longa temporum interualla hominibus apparere concederetur. Sed tum Episcopus mentis tristitiam, mœstitiamque deponens, quia ille Dominus, qui quondam Lazarum quatriduanum funere fœtidum resurgere, reuenireque fecit, ille nunc solidatum, atque sanctificatum VVunebaldum in sepulchro seruabat. En tuus germanus, quem tu putridum putasti, ille tutus in terra tenebatur in tumba, & sine fine coronatus in cælo. Tunc illo eleuato Episcopus intrauit cum suo Clero in Ecclesiam: cumque illius Clerici hora completa fuerat tertia, Episcopus noster VVillibaldus sacerdotali vestiebatur indumento, vt facta Missarum solennia, fidelis finitimum falangis cauendo celebraretur: nec longum fuit, sed quod celebratis Missarum solennitatibus, illum porticum, qui fabricatus, atque paratus in orientali tenebatur plaga, illum dedicando almis orationum exercitationibus Christo commendando sanctum Domino consecrauit templum. Non omnis illa Ecclesia adhuc edita subtiliter in sublime erigebatur, sed vnus porticus in Orientali plaga præpropere ponebatur, vt illic almus altissimi athleta conderetur in cripto. Postea Episcopus & cuncta cum illo sacra pium senatus, & nihilominus alij ciuium cuneos intrantes tumultuabant, & visione lætabantur, cum sanctum Christi Confessorem visibilem coram populo publice prolatum perspicere meruerunt, intrauerunt suppliciter, & Sanctorum subsidia rogabant, suoque sanctitatis suffragio, suas commendauerunt animas. Ecce omnibus patens, & nullo erat latitus, sed omnibus ad videndum, sed ad palpandum paratus, corpore integro, crine firmato, cum nunc orate intercessorem, ac patronum, quem olim habuistis doctorem atque dispensatorem. Intelligite, & almum honorare VVunebaldum sanctum, & cum Deo veneratum.

Corpus S. Wunebaldi integrum reperitur & eleuatur

** voti compotes*

S. Willibaldus templum consecrat.

XXIII Tunc ille venerandus atque pius populi speculator intrauit, & sanctum salutauit, signum atque pacis proprio porrigebat fratre, osculando & gratulando Dominum glorificando osculabatur fratrem ipse Episcopus & * soror eius, quæ post obitum beati viri monasterium habebat; sed & aliæ amicæ eius atque iuniores, quos ille erudiendo docebat, omnes illum osculabantur, ouantesque compellabant. Tunc illi extollentes leuauerunt illud corpus, & posuerunt eum in tumba noua, & portabant ad monumentum nouum. Cumque sursum leuatus fuerat in excelso, Presbyteri atque Diaconi, seu Monachi tumultuantes circa tumbam, & qui non poterat ad eum contingere, conabatur, vt saltem vna manu ad eum pertingendo perueniret. Cumque illi psallentes cœlestia modulantes portabant eum ad sepulchrum, omnis plebs comitantes Kyrieleyzabant, qui consonantes canentium vocibus, qui iucundis iuuenum iubilationibus, qui suauis Sanctorum sempiternis modulationibus garrule concinendo crepitabant eleganter clangentes clamabant multis vocibus, quasi vno ore psallentes, glorificabant Deum. Tunc omnis plebs cum magno honore ambulantes portabant sanctum VVunebaldum, & posuerunt eum in monumento nouo, in illo portico, de quo supra diximus, & statim postea Missam cantauit Episcopus ad suum caput. Cumque Missa acta erat, & sancta solennia celebrantur, omniaque venerabiliter completa finiuntur, gratias agebant Deo, sanctoque VVunebaldo. Et posteaquam omnia bene erant acta, illi remeantes pergebant in arua ad suas maecllas.

S. Walpurgis.

Translatio S. Wunebaldi.

XXIV Crastina die, eadem fere hora, qua pridie portabatur sanctus ad sepulchrum, vna fœmina veniebat illic, cuius alterum latus totum aridum torpebat. Cumque illa veniebat, & sedebat ad sepulchrum sancti Confessoris Christi, subito statim saucia eius membra crepitare cœperunt, & reuiuere, & sic paulatim gelidi atque seminecces eius artus calebant, atque morbo funditus excluso, statim pristina restituta erat illa sanitas, & sic illa salua facta in illo loco reuixis artubus, & sano corpore sacrum velamen assumpsit.

Paralytica curatur & habitum religionis assumit

XXV. Alio quoque tempore euenit, quod vnus homo vinctus ducebatur, qui pro suis sceleribus erat puniendus. A duobus ducebatur vinctus atque astrictus, & ambulabant iuxta monasterium illud; Tum ille miser mente mœstus,

corpore

Captiuus ad sepulchrum eius vinculis laxatur. corpore ligatus, pia suffragia sancti illius petere desiderabat, licentiamque sibi sque deprecabatur du... Et ... sustinuit. Tum ille ingrediens flebilis & supplex Dominum deprecabat, sanctumque Confessorem op... so, suosque solueret nexus. Confestim Christi Confessorem orantem atque flentem erigere ... bebat, & stat... cula, cum quibus erat ligatus, sine manibus hominis, Dei gratia, & sancti VVunebaldi, d... manibus eius ... bant. sic ille solutus geminis manibus sancto Crucis signo suam signabat faciem, & dum ille lætus & hilaris Dominum laudabat, & gaudens pergebat, qui tristis veniebat.

Varii morbi intercessione eius curantur. SED & alij multi, qui ex primæuo primordio contracti atque curuati, morboque lassati illic portabantur, statim erecti, ad plantarumque firmati, suis plantis progrediebantur foras, qui intus portabantur. Sed & alij multi, qui variis corporum infirmitatibus comprimati, sanctum quæsiuerunt corpus .... tunc pristina restituti fuerunt salute, & deinceps diuinis redundabant donorum remediis, & lætantes laudabant late tonantem, qui sanctum VVunebaldum sibi Confessorem consecrauit, miraculis monstrauit, virtutibus beauit. Ideo gaudet nunc sancta Ecclesia mater miranda talem adoptans adoptiuum natum, quæ noua constructa, nouo honorata est patrono. XVI

LÆTARE nunc tu Episcopus, omnisque tua populatio tecum, qui talem meruerunt promittere intercessorem. XVII Et nunc vos diuini verbi interpretes, sacrique doctores, sanctum sectate, vita & moribus exemplo imitate, qui sacerdotalis infulæ prudens ac pius, simplex ac sobrius versatilis Christi athletus magno Rege militans nunc donatiuum accepturus est.................

Cætera desunt in m. s.

19. DECE. DE S. NEMESIO, *cuius festum in 19. diem Decembris incidit: ac de Ammone, Zenone & socijs, in 20. diem, quære supra in historia martyrum Alexandrinorum, 12. Decembris.*

Ann. 310. DE B. PHILOGONIO, QVI EX PATRONO CAVSARVM, EPISCOPVS FACTVS EST, D. IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI CONCIO, QVINQVE diebus ante Natalem Domini ad populum habita.

20. DECE. EGO quidem & hodie destinaram, aduersus hæreticos luctaturus, vestes exuere, quodque restabat debiti, vobis persoluere: Verum beati Philogonij dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostram euocauit. Et omnino parendum est. Etenim si qui patri matriue maledicit, morte moritur: profecto clarum est, eum, qui benedixerit illis, vitæ præmia recepturum: & si iis, qui iuxta naturam parentes sunt, tantam debemus præstare beneuolentiam, multo magis id præstandum iis, qui iuxta spiritum sunt parentes: potissimum vero, quum iam vita defunctos nostra laudatio nihilo reddat illos gloriosiores: nos vero congregatos, tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam ille quidem subuectus in cælum, haudquaquam eget potest humanis laudibus, ad feliciorem magisque duraturam quietem protectus. Cæterum nos, qui hactenus hic versamur, multaque opus habemus exhortatione, illius egemus encomiis, quo videlicet ad eius imitationem excitemur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: Memoria iusti cum laudibus. Non perinde quod laudantur, qui decesserunt, sed quod ij potius, qui res istas egregias laudibus vehunt. I.

Exod. 21. Leuit. 20. Tã spiritualibus quam corporalibus parentibus præstanda beneuolentia. *Prou. 10.*

QVONIAM igitur hac ex re tanta nobis vtilitas proficiscitur, obtemperemus, neque recusemus. Nam & ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam, omnisque turbationis expertem vitam translatus est: eoque nauigium appulit, vbi deinceps non poterit metuere naufragium, nec vllam animi deiectionem aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, quum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus, loquens, dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate? Quod si hic, vbi morbi, vbi infectiones, vbi præmaturæ mortes, vbi calumniæ, vbi inuidiæ, vbi desperationes, vbi iræ, vbi cupiditates, vbi innumerabiles insidiæ, vbi quotidianæ solicitudines, vbi perpetua sibique cohærentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores adferentia, Paulus dixit fieri posse, vt semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte moderetur compofueritque: multo magis postquam hinc demigrauerimus, facile compotes erimus eius boni, quum hæc omnia sublata fuerint, aduersa valetudo, morbi, peccandi materia: vbi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quicquid est malorum, in vitam nostram inuehens, innumeraque gignens bella. Quamobrem maximopere gratulor huius sancti felicitati, quod quanquam translatus est, atque hanc, quæ apud nos est, ciuitatem reliquit, tamen in alteram transijt ciuitatem, nempe Dei, ac digressus ab hac Ecclesia, ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cælis, ac relictis his festis, transijt ad celebritatem angelorum. Etenim quod & superne sit ciuitas, Ecclesia ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad ciuitatẽ Dei viuentis, ad Hierusalem cælestem, & ad Ecclesiam descriptorum in cælis, & ad innumerabilem Angelorum frequentiam. Non solum autem ob multitudinem virtutum cælestium, verum etiam ob abundantiam bonorum, acrugæ gaudium & lætitiam, panegyrim, hoc est, totius multitudinis cœtum, appellat totam illam vitam. Nec enim aliter facere solet panegyrim, quam mercium venalium copia, quum triticum, hordeum, & omnigenæ frugum species, ouium greges, boum armenta, vestes, aliaque id genus plurima importantur, aliis quidem vendentibus, aliis vero commercantibus. II.

1. Thess. 5.

Vt possit quis semper gaudere. Meum & tuũ, causa malorũ omnium.

Hebr. 12.

SED quid, inquis, horum rerum est in cælis? Horum quidem nihil, sed sunt his multo magis præclara. Non enim illic sunt triticum, hordeum, ac frugum variæ species, sed illic vbique fructus spiritus, gaudium, beneuolentia, bonitas, pax, ac mansuetudo summa exuberat copia. Non ouium greges, non boum armenta, sed spiritus iustorum perfectorum, animarum virtutes, vitæque recta facta per omnes cælos videre licet. Non vestes aut amictus, sed coronas quouis auro pretiosiores, tum brabia, certaminum præmia, aliaque innumera bona reposita iis, qui recte fecerunt: ad hæc ibi est multitudo congregatorum, longe tum copiosior, tum honoratior. Neque enim constat ex viris vrbanis indigenisque, sed hic sunt Angelorum infinita millia, illic sodalitia prophetarum, alibi martyrum chori, apostolorum ordines, cunei iustorum, omniumque qui fortiter rem gesserunt, varij cœtus. Profecto miranda panegyris est. Iamque id satis notum est omnibus, quod in media frequentia versatur horum omnium Rex. Etenim vbi dixisset, Ad innumerabilium Angelorum frequentiam, subiecit: Et ad Iudicem vniuersorum Deum. Quis vnquam vidit in panegyrim prodeuntem Regem? Hic quidem nemo vidit, illic autem, qui adsunt, perpetuo vident, quatenus eum videre licet, non solum præsentem, verum etiam suæ gloriæ splendore condecorantem vniuersum cœtum. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerunque soluuntur: illæ vero item. Neque enim mensium in orbem recursus, neque an- III.

Præmia reposita in cælis iis, qui recte fecerunt.

Hebr. 12.

neque [illegible] circumitur, [illegible] numerum expectat: sed stat perpetuo, illiusque bona finem non habent: non [illegible], nec [illegible], sed [illegible] tum [illegible], tum mortis expertia. Nullus illic tumultus, quemadmodum hic [illegible] turbatio, sed [illegible] omnium cum ordine decenti compositio, haud secus atque in cithara quapiam, modulat[illegible] concentum & quauis musica suauiorem reddentium vtriusque creaturæ Domino, dum anima illic velut in sacris adytis, diuinisque mysteriis, diuinorum arcanorum celebrationem peragit. Ad hanc beatam requiem transiit beatus Philogonius.

IV. QVÆNAM igitur oratio par sit viri laudibus, quem Deus tam felici sorte dignatus est? Non est vlla. Sed age dic mihi, nam ideo [illegible] silebimus? Et cuius rei gratia conuenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quandoquidem hæc est præcipua laudum illius pars, quod factis verba æquiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam superant mortalem, perspicuum est, quod horum laudes excedunt linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum, quod pro viribus præstamus, sed suum imitabitur Dominum: Siquidem & ille viduæ duos tantum obolos deiicienti in gazophylacium, non tantum duorum obolorum mercedem reddidit. Quur ita tandem? Quoniam non perpendebat pecuniæ [illegible], sed animi [illegible]. Nam si pecuniæ modum expendas, magna paupertas est: sin voluntatem explices, ineffabilem videbis [illegible] animi mercedem. Proinde quamuis nostræ facultates exiguæ sint, minimique precij, attamen quæ possumus, offerimus. Et licet non respondeant magnitudini meritorum animæ præclari iustique Philogonij, tamen [illegible] celsitudinis illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat, quod [illegible]. Siquidem illi [illegible] acceperint à tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterant obtulerint: Itidem & hic, quum acceperit à nobis laudem verbis peractam, quæ neque [illegible] remunerabit nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper vti possimus.

Luc. 21. Merces ineffabilis pauperis viduæ reddi. Vide quid sancti præstent nobis.

V. VNDE igitur laudationem illius auspicabimur? An à magistratu, quem spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani magistratus nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes: quin potius frequenter habent accusationem malitiæ. Quam ob causam? Quoniam & solicitudines amicorum, & circumcursationes, & adulationes, aliaque permulta his fœdiora, tales magistratus solent conciliare. Cæterum vbi Deus suo suffragio designat aliquem, illique [illegible] sanctum contigerit caput, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspicione iudicium, indubitata fuerit delecti comprobatio, propter eius, qui delegit, authoritatem. Porro quod elegerit illum Deus, vel ex ipsa morum integritate perspicuum est: quippe quem ex medio abreptum foro, ad thronum hunc euexerit: adeo castam & [illegible] prius egit vitam, quum vxorem haberet ac filiam, & in forensibus negotiis versaretur, adeo solem ipsum splendore vicit, vt protinus ab illo gesto, hoc magistratu dignus videretur, & à tribunali ad tribunal euectus sit. Ac tum quidem hominibus patrocinabatur aduersus homines, qui struebant insidias, *iis qui afficiebantur iniuria, superior [illegible] reddens iis, qui iniuriam inferebant. Hic autem adest hominibus, patrocinans aduersus dæmones inuadentes.

S. Philogonius cum vxore & filia iustissime vixit. ** eos, legendum videtur.*

VI. QVANTVM autem sit pietatis argumentum, quod Deus illum tanto magistratu dignum iudicarit, audi. Christus excitatus à morte, quid dicit Petro? Postquam enim illum interrogasset, Petre, amas me? Isque respondisset: Tu Domine scis, quod amo te: Non dixit Christus, Abiice pecunias, ieiunium exerce, macera te laboribus, mortuos excita, dæmones abige: nihil horum, vel aliorum miraculorum [illegible] factorum in medium adduxit: sed omnibus illis prætermissis, dicit illi: Si diligis me, pasce oues meas. Hoc autem dicebat, non solum vt nobis certissime declararet, quantopere ipsum diligeret Petrus: verum etiam vt palã faceret, quantam haberet beneuolentiam erga suas oues, exemplum proposuit Petri erga ipsum amoris, tantũ non dicens: Qui diligit oues meas, me diligit. Vide igitur, quam multa propter hunc gregem passus sit Christus. Homo factus est, serui formam assumpsit, consputus est, alapis cæsus est, postremo ne mortem quidem recusauit, & quidem ignominiosissimam. Quin & ipsum sanguinem effudit. Itaq; si quis voluerit illi commendatus esse, curam habeat ouium illius, publicam quærat vtilitatem, fratrum suorum saluti prospiciat. Nullum enim officium hoc Deo charius est. Et ob id alicubi dicit: Simon, Simon, expetiuit te sathanas, vt cribraret te tanquam triticum: sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Quod igitur huius solicitudinis curæq; pręmium mihi rependis? Sed quam tandem poscit repensationem? Eandem curam, quam nobis impẽdit, reposcit. Nam & tu, inquit, aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quomodo ille factus est Christi imitator? Omnibus per omnia placens, nõ quærens suam ipsius vtilitatem, sed multorum, vt salui fierent. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus non sibiipsi placuit, sed multis. Neq; prorsus alia res est, quæ perinde declaret doceatq; quis sit fidelis & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proq; illorum salute gerat solicitudinẽ. Hæc omnes audiant & monachi, qui montium occuparunt cacumina, quiq; modis omnibus seipsos mundo crucifixerunt, quo pro viribus Ecclesiarum præfectos adiuuent, horumq; curas leniant precibus, concordia, charitate: scientes, quod ni modis omnibus opitulentur iis, qui tot periculis obiiciuntur per gratiam Dei, totq; negociorũ curas sustinent, quibuscunq; possunt rationib. auxilientur, quanquã procul habitãtes, & victus sors ipsi perisset, & tota in scopulũ impegisset sapientia. Verũ hoc esse maximũ amicitiæ erga Christũ argumẽtum, declaratur & hinc.

Ioan 21. Christi charitas erga homines. Luc. 22. Ibidem. 1. Cor. 4. & 11. Rom. 15. Monachi quibus rebus iuuare debeant Episcopos.

VII. VIDEAMVS autem, quomodo munus hoc Episcopi administrarit. Quin potius non est opus hic pluribus verbis aut voce nostra, quum vester fauor vestrumque studium hoc vltro declaret. Quemadmodum enim aliquis ingressus vineam, vitesque contemplatus, pampinis comantes, fructu grauidas, maceriis ac septis vndique munitas, haudquaquam desiderat orationem cuiusquam, qui demonstret vinitoris industriam, & agricolæ virtutem: Itidem & hic, si quis ingressus conspiciat vites spirituales, vestrumque fructum contempletur, nil opus habuerit, vt ex cuiusquam oratione discat, qualis sit vester præpositus. Sic & Paulus alicubi: Epistola mea vos estis, quæ inscripta est, & legitur. Fluuius arguit, qualis sit fons: & fructus indicat, qualis sit radix. Dicendum igitur erat & tempus & initium, quando vineam hanc suscepit. Neque enim hoc minimum habebit tormenti ad absoluendam encomij partem, sed omnino satis fuerit ad declarandam hominis virtutem. Res tum erat multæ difficultatis, quum nuper esset sedata persequutio, manentibus etiamnum grauissimæ tempestatis illius reliquiis, quumq; negotia plurima [illegible] desiderarent correctionem. His insuper illud adiungendum erat, quod, quemadmodum dicebam, hæreticorum factio sub illo nata, negotium exhibuit, illius sapientia cuncta prospiciente.

2. Cor. 3. S. Philogonius quo tempore sit factus Episcopus. vide Theod. l. 1. c. 3

VIII. VERVM ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio, eoque communi patri, beati que Philogonij sectatori hæc dicenda relinquentes, vt qui melius nobis teneat, quicquid est antiquitatum, ad aliam concionandi rationem transeamus. Appetit enim festum omnium festorum maxime venerandum, adorandumque: quod si quis appellet omnium festorum metropolim, haudquaquam aberret. Quod autem hoc est? Christi iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim illustratio Dei, festum videlicet Epiphaniorum, ac sacrum Pascha, Ascensio & Pentecoste, originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset: nam id festum Theophaniorum. Nequaquam fuisset crucifixus: nam hoc festum Paschæ. Nequaquam misisset Spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verum non ob hoc tantum par est hunc diem cæteris anteponi, sed etiam ob id, quod id, quod in hoc natum est, cæteris omnibus est venerabilius. Nam quod Christus homo factus mortuus est, quum nullum omnino peccatum perpetras-

Festum natiuitatis Christi celeberrimum, &c.

[illegible] quod [illegible] ortal[illegible] corpus assumpsit [illegible] dum. Credis quod Deus [illegible] fuit, [illegible] quod [illegible] tertio quidem compl[illegible] hoc est [illegible] stupe[illegible] lus admirans dicebat, sine controuersia magnum [illegible] pietatis [illegible]. Quod magnum [illegible] Deus [illegible] Ad terrestrem [illegible] Non enim Angelos apprehendit [illegible] semen Abrahæ apprehendit. [illegible] hoc potissimum amplector [illegible] igoque diem hunc, & amorem eius in me [illegible] plurimam participes reddam. Eoque ergo vos omnes obsecroque, vt [illegible] ad [illegible]: sed prius suam quisque domum [illegible], vt videamus Dominum nostrum in [illegible] ac [illegible] inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum.

Matth. 2. IX. Quid ergo excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si, quum ipse nostra causa descendit in [illegible] a [illegible] vel ex ædibus ire grauemur, quum alienigenæ barbarique ex Perside accurrerint, vt illum [illegible] iacentem, tu vero ne breue quidem spatium emetiri sustines, vt hoc felici spectaculo perfruaris? Nam si cum [illegible] cesserimus, proculdubio videbimus illum in præsepi iacentem. Siquidem hæc mensa vicem [illegible] præsepis. Nam & hic ponitur corpus Dominicum: non quidem fasciis inuolutum, sicuti tunc, sed vndiquaque Spiritu sancto [illegible] stitutum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt quæ dicuntur. Ac Magi quidem nihil aliud, quam adorarunt: [illegible] cero, si cum pura accesseris conscientia, permittimus vt sumas, & sumpto domum abeas. Accede igitur [illegible] munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu [illegible] tem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modestiam, & cor submissum cum eleemosyna. Quod si hæc cum muneribus accesseris, [illegible] participes huius sacræ mensæ. Nam hæc [illegible] non loquor, quod [illegible] futurum, quod in illa die complures accedant, [illegible] ad victimam hanc spiritualem. [illegible] igitur ne faciamus ad detrimentum & condemnationé animæ nostræ, [illegible] obtestor obsecroq; vt omnib. modis repurgatis animis vestris, [illegible]

Corpus Domini etiam in mensa ponitur

Quæ munera Christo offerre debeamus.

X. Neque mihi quisquam dicat, Vereor, habeo conscientiam peccatis oppletam, sarcinam circumfero grauissimam. Sufficit enim horum quinque dierum [illegible], si attentus, si vigilans fueris, multitudinem peccatorum [illegible] contra[illegible]. Nec illud perpende, quod breue tempus est: sed illud considera, quod benignus est Dominus. Quandoquidem & Niniuitæ triduo spatio tantam iram Dei à se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia [illegible] promptitudo, amplectens Domini benignitatem, totum peragere valuit. Et meretrix [illegible] temporis momento, quoniam ad Christum accessit, omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudæis, quod [illegible] misisset, tantamque [illegible] fiduciam, Christus illis quidem silentium imposuit: hanc vero malis omnibus liberatam, [illegible] studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam feruenti animo, & flagranti [illegible] de, ac [illegible] accessit, [illegible] sanctosque illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum [illegible] [illegible] profudit. Etenim per quæ [illegible] homines, per eadem parauit [illegible] pœnitentiæ [illegible] [illegible] imperantium, per hæc [illegible]: per capillos arte compositos multos illexerat ad [illegible], per [illegible] pedes abstersit Iesu. Vnguento multos [illegible] per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus [illegible] pro [illegible] facito propitium: Prouocasti illum per [illegible] rapinas? per easdem [illegible] & [illegible] restitutis illis, quos iniuria affeceras, & alia [illegible] addideris, dicito iuxta Zachæum: [illegible] quadruplum. Prouocasti lingua [illegible] multa [illegible] lingua placato, [illegible] benedicens maledicentibus, laudans vituperantes, gratias agens iniuriam inferentibus. Hæc non [illegible] diebus annisve, sed solo animi proposito vnico die perficiuntur. Discede a malo, virtutem amplectere, [illegible] Pelle [illegible] & illud [illegible] ad [illegible].

Ionæ 3.

Luc. 7.

[illegible] quam [illegible] pœnitentia.

Vide, vt sit [illegible] pœnitentia.

Luc. 19.

XI. F[illegible] est sicut ac [illegible] fore, vt vnusquisque, qui peccatis obnoxii sumus, recedens à pristinis malis, ex animo [illegible] promittat Deo, se posthac nunquam ad illa rediturum, nihil aliud Deus requirat ad satisfactionem [illegible] enim est, & [illegible] pater [illegible] cupit [illegible], ita & ille cupit effundere suam [illegible] [illegible] sed obstant peccata nostra. [illegible] igitur [illegible] atque ex hoc iam tempore festum auspicemur, [illegible] negocia omnibus [illegible]. [illegible] forum, [illegible] curia, facessant mundanæ curæ cum pactis & contractibus: animam meam seruare cupio. Quid [illegible] homo, si totum mundum lucrifaciens, animæ suæ iacturam faciat? Egressi sunt a Perside Magi [illegible] negocia, ad Iesum proficiscere: non est longum [illegible] Non enim [illegible] trahere mare, neque montium superare cacumina: sed domi sedens [illegible] exhibeas, multam [illegible] cordis [illegible] compunctionem, potes illum videre, potes totam diuitere [illegible] [illegible] obstaculum, abbreuiare vitæ longitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non Deus procul. Et Dominus prope est inuocantibus [illegible] veritate.

Hæc [illegible] facienda sunt. Nam [illegible] ante [illegible] sacramentum [illegible] peccatis [illegible]

[illegible] 16

Ps. 144

XII. Nunc autem multi Christianorum in tantam vecordiam, tantumque venere contemptum, vt, cum innumeris sint [illegible] malis, nullam tamen vitæ suæ curam habeant [illegible] diebus [illegible] negligentes [illegible] ad mensam hanc accedant, haud intelligentes, quod communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim, qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, [illegible] quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indigne accesserimus: quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod, [illegible] accedimus, nec tamen quidem pure accedimus. Quapropter adhortor vos omnes, ne negligenter, velut festo die cogente, ad diuina mysteria accedatis: sed si quando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis vosipsos per pœnitentiam, precationem & eleemosynam. Denique per hoc, vt [illegible] spiritualibus, nec denuo conuertimini canis in morem ad proprium vomitum.

[illegible] etiam synaxin nó est indigne accedendum.

XIII. An non enim absurdum, tantam habere curam rerum corporalium, vt appetente festo, multis ante diebus [illegible] [illegible] depromptam diligenter apparetis, emas calceamenta, mensa [illegible] splendidiorque pareturs, denique variam vndiquaque rerum copiam exquiratis, omnibusq; modis temetipsum ornes, nitidumque reddas: animæ vero neglectæ, sordidatis, squallidæ, fame contabescentis nullum habere respectum, quum sola maneat impura: ac corpus quidem nitidum huc adducere, animam vero nudam incultamque? At [illegible] corpus quidem vidit conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodocunque fuerit habitum: illam autem videt Dominus, qui grauissime punit negligentiam. An nescitis quod hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodum fontes aquæ vim exundant: ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris [illegible] non ligna, non fœnum, ne [illegible] incendium, exuras [illegible] animam ad communionem accedens [illegible] lapides preciosos, aurum, argentum, quo purior [illegible] materiam, multoque etiam lucido [illegible] des. Si quid mali est, abigas ab animo. Habes [illegible], [illegible] soluat simultatem, coerceat animum [illegible] m, [illegible] que, ne quis [illegible] tumultus sit perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: quum autem Rex ingreditur animam, oportet [illegible] magnam esse tranquillitatem, multumque silentium, profundam [illegible] quietem. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere? Quid igitur? An igitur teipsum magis [illegible] iam & grauius lædes? Neque enim tantis [illegible]

Ad synaxin cómunioné vt accedendum

1. Cor. 3.

[illegible]

te afficiet inimicus, quæcunque fecerit, quibus te ipſum afficis, ſi non illi reconcilieris, ſed Dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit: dic mihi, num tu ideo Deum afficies contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum, qui moleſtiam intulit, non tam eſt illum vlciſci, quam Deum afficere contumelia, legis huius authorem, præcipientis vt inimicis reconciliemur, priuſquam accedamus ad altare. Proinde ne reſpicias ad conſeruum, neque ad magnitudi- *Matth. 5.*
nem iniuriarum, quas intulit ille: ſed ad Deum, illiuſque timore in animum demiſſo, illud expende, quod quo maiorem vim admoueris animo tuo, poſt innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo, qui moleſtiam intulit, tanto maius præmium feres à Deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodum hic Deum excipis multo cum honore, ſic & ipſe te illic multa cum gloria excipiet, reddetque tibi millecuplam iſtius obedientiæ mercedem: quam nobis omnibus aſſequi contingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

PASSIONEM SS. *Eugenij & Macarij, quorum feſtiuitas in 20. diem huius menſis incidit, quærat Lector in Vita S. Artemij 20. Octobris.*

COMMENTARIVS RERVM GESTARVM SANCTI ET GLORIOSI APOSTOLI THOMÆ, EX SIMEONE METAPHRASTE. ANN. 30.

HABETVR 6. TOMO ALOYSII.

I. OLIM quidem in terra verſantes Apoſtoli, & terram, quæ eſt ſub cælo, obeuntes, iis, qui impie- 21. DECE.
tati inſeruierunt, prædicarunt libertatē, miraculis ad ſalutem ab errore abſtrahentes, & fidei
malagmate medicantes animas, quæ laborabant infidelitate. Poſtquam autem migrarunt ad
Dominum, piis reliquerunt corpora, pignora ſalutis, vt quod cum aderant, faciebant, hoc et- *Sanctorum*
iam poſtquam migraſſent, efficerent, cæleſtis illius publicæ celebritatis imagines, eorum me- *corpora, pi-*
moriæ feſta nobis largientes: vt tanquam cum præſentibus & diſſerentib. rurſus verſantes, per- *gnora ſalu-*
cipiamus gratiam Apoſtolicam. Vnde etiam nunc clariſſimus Apoſtolorum Thomas, per *tis.*
eius memoriam nobiſcum rurſum verſatur: Thomas, qui eſt fidei noſtræ pater ex incredulitate, & index perfectus veritatis: qui incredulitatis occaſionem amputauit incredulis, & fidem Apoſtolorum per in- *Ioan. 20.*
credulitatem effecit firmiorem.

II. QVANDO enim vnigenitus Dei Filius, qui eſt in ſinu Patris, non ferens videre ſuum figmentum in peccati ſeruitutem redactum, ſuis hac in re inflexus viſceribus, viſus eſt ſicut nos, ſi peccatum dempſeris, tunc hic quoque magnus Apoſtolus, poſt aliorum diſcipulorum electionem, qui Ieſum ſunt ſecuti, iuſſus eſt ſequi Dominum. Nam cum *S. Thomas*
in Iudæa à natiuitate eſſet in lucem editus, habens parentes, qui vitam tenuiter agebant, ab eis alebatur & educabatur, & *in Iudæa*
ad vitam formabatur ſimilem, veluti à quodam optimo pædagogo, paupertate eruditus, & ad Domini ſuſcipiendum *natus.*
præceptum aptus redditus. Libris itaque legens Moſaicos, (qui tum diligenter proponebantur filiis Iudæorum) componebat quidem ſuos mores ad honeſtatem: doctrina autem formabatur ad res diuiniores, & à puerilibus procul remotus ludibriis, inſtituebatur & creſcebat, donec perueniſſet ad perfectam menſuram ætatis Chriſti. Viuens enim, *Fuit piſca-*
ſicut prius diximus, in vita paupere, & artem exercens piſcatoriam, in vtroque potens eſt cognitus: ex vno quidem *tor.*
formatus ad tenuitatem, quæ ſunt ſuperuacanea, minime admittentem, & doctus eſſe contentum ſolis neceſſariis: ab altero autē inſtitutus ad patientiam in laboribus, & ad hoc, vt rebus moleſtis & aſperis ſua ſponte primus exerceretur.

III. PROTINVS itaque nulla dilatione vſus eſt nec cunctatione, nec tardauit ad vocationem: ſed adeo celeriter *Sequitur*
fuit moratus, & vinctus voce vocantis, vt dicto citius oſtenderet obedientiam. Atque ſic quidem fit Verbo familiaris, *Chriſtum.*
& refertur in numerum reliquorum, qui vocati fuerant: fitque diſcipulus animi ſtudio promptiſſimus, miniſter fideliſſimus, Apoſtoluſque & œconomus probatiſſimus Apoſtolatus gentium, qui fuit ei creditus. Statim autem & ad Apoſtolatum fuit corroboratus, & diuina impletus virtute, & miraculorum diuina operatione, ſtatuit cum Verbo verſari perpetuo. Cum quo quidem degens toto tempore, quo vitam egit in carne, multas quidem cum eo ſubiit afflictiones, multas autem perſecutiones & migrationes. Et aliquando quidē cum ipſe à Iudæis expelleretur, ſimul quoque cum eo expellebatur: & cum lapidibus appeteretur, ipſe quoque ſimul appetebatur: aliquando autem cū ipſum vellent in ſuam redigere poteſtatem, & morte afficere, paratus erat alacriter cum ipſo morte affici, deſiderio plenam illam vocem emittens ad Dominum: Eamus, & moriamur cum ipſo. Quando enim amicum Lazarum à mortuis ſu- *Ioan. 11.*
ſcitaturus pergebat Saluator, quando per abſentiam conceſſit morti ſuperare naturam, quando voluit oſtendere ſe- *Ibidem.*
pulchrum ſomni locum, quando vinctum mortuum voluit efficere ad vocationem viuis celeriorem, tunc accedentes diſcipuli metum prædicabant Iudæorum, lapides reuocabant in memoriam, dehortabantur ne accederet: Magiſter, dicentes, nunc quærebant Iudæi te occidere, & rurſus vadis illuc? Cum autem illi non poſſent perſuadere, (Non enim oportebat infantiam, quæ tūc erat, diſcipulorum, morti opem ferre aduerſus Lazarum, neque impedimentum *Ioan. 11.*
liberationis ex ſepulchris, illorum eſſe timiditatem) metu & deſiderio diſtractis eorum animis, conuertebantur ad *Eius auda-*
animi ægritudinem. Sed Thomas prompte & alacriter ſoluens Apoſtolis moleſtiam: Eamus & nos, inquit, & moria- *cia ad mor-*
mur cum ipſo. Eſt enim quauis vita melior, quæ cum Domino accipitur, occiſio. Atque hæc quidem ſic ſe habebant: *tem cum*
& Apoſtolorum animos detinebat admiratio, cogitantes condiſcipuli audaciam ad mortem ſubeundam. *Chriſto ſub-eundam.*

IV. SED cum Crux fixa fuiſſet, & mors eſſet ſuſpenſa, & infernus traheretur captiuus, & mutata eſſet lex ſepulchri, & mors Chriſti effecta eſſet mors mortis, ſurgens Saluator poſt erecta apud inferos aduerſus mortem trophæa, apparet ſuis amicis lugentibus & flentibus, in hoc quoque fidem faciens victoriæ: qui rerum recte geſtarum illos faciens ſpectatores, certe nec ipſum quidem permiſit eſſe expertē primorum miraculorum. In quadam domuncula diſcipu- *Ioan. 20.*
los in arctum tunc metus cogebat Iudæorum: quo quidem in loco, periculum præuidentes, manebant. In medium ergo eorum latentium accedit Ieſus, non vocem emittens antequam adſpicerent, non pulſatione oſtij territurus eorum *Matth. 14.*
animis: ſed pedes, qui per mare ſunt ingreſſi, oſtiis quoque non apertis intrarunt: (Negabat enim ſuas leges natura *Clauſis o-*
iuſſa à Domino) & qui omnia fecerat, in ſuum templum ingreditur clauſis oſtiis: & qui per lignum mortem contri- *ſtiis intrat*
uit, nunc vim affert ipſi ligni naturæ. Venit ergo Chriſtus in medium eorum, miraculo ingreſſus confirmans miracu- *Chriſtus ad*
lum reſurrectionis. Et ſic quidem diſcipuli ipſis oculis eum, quem deſiderabant, fructum percipientes, lætitia afficiebantur. Solus autem Thomas abfuit à ſpectaculo: qui diuino quodam, vt videtur, conſilio non aderat, vt cum miraculum magis examinaſſet, eſſet præclarior præco reſurrectionis. Sed Saluator quidem cum ſuo ſpectaculo impertiſſet Apoſtolos, receſſit protinus, perfectiorem contemplationis viſionem Thomæ amico, vt videtur, reſeruans. *diſcipulos.* *Ioan. 20.*

V. CVM autem reuerſus eſſet Thomas, & venisset in medium diſcipulis eum dicere, Vidimus dominum: ille pro- *S. Thomæ*
pter id, quod audiebat, lætitia affectus, quod fieri deſiderabat, hoc factum eſſe audiens, non credebat. Solent enim *de reſurre-*
ingentis lætitiæ exuperationes, eſſe tardiores ad ea credendum, quæ dicuntur. Diſcipulis igitur: Niſi, inquit, videro in *ctione Chri-*
manibus eius fiſſuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus *ſti dubita-*
tio.

eius, non credam. Ad hæc forte Apostoli: Quid tibi vult, ô Thoma, sermo incredulitatis? Si non credit discipulus, quomodo credent Iudæi? Si Apostolus & amicus non admittit resurrectionem, quomodo eam admittent ii, qui cruci affixerunt? Qui Thomæ non persuaserunt, quomodo reputabuntur digni, qui admittantur à gentibus? Non est pudore afficiunt, & ad fidem attrahunt, præcedentium magnitudines turbæ miraculorum. Leprosus mundatus: Paralyticus integris membrorum compagibus restitutus: Cæcus videndi facultati redditus: Manus mortuæ affecta, quæ rursus fuit ad vitam reuocata: Fluctus, per quos incedit pedibus: & Lazarus sepulcrum exuens, tanquam vestem: Quomodo, cum admiraris opera, eius suspectam habes resurrectionem? Non credat Caiphas: curiose scrutetur Nicodemus: calumnietur Iudæus. Cur dubitat Thomas de resurrectione? Sed contra discipulus videtur dicere iustiora: Cur mea dubitatio est à vobis reprehendenda, ô Apostoli? Ad Iudæos emittor præco resurrectionis, sicut vos, proficiscor Apostolus ad docendum gentes resurrectionem. Quomodo ergo, quibus non fui socius spectaculi, suscipiam æque atque ipsi legationem? Quomodo, quorum non habeo cognitionem, ea ego docebo alios? Quomodo lingua ea dicet confidenter, quorum testes non habet oculos? Verbis credam solis? Sed Iudæis ero in fide suspectus, meque facilitatis damnabunt & leuitatis. Gentiles quoque verba non admittent: potius autem meum ridebunt testimonium, qui ex solo auditu prædico resurrectionem.

Cur Christum rediuiuum videre voluerit.

NON multum intercessit temporis, & rursus affuit Dominus, ingressus miraculum nunc quoque similiter ostendens: vt quæ alij simul discipulis, ea soli quoque Thomæ largiatur. Ostendit ergo ei signa Crucis: ac vulneris, quod accepit in latere, ostendit signaculum dicendo: Quia vidisti me, inquit, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt: magnam nobis rursus, postea ostendens beatitudinem, qui credidimus per sermonem discipulorum. Illud ergo diuinum & admirabile spectaculum cum consecutus esset Thomas, fuit etiam causa Apostolis, vt illa discerent, quæ prius non nouerant. Suum enim Deum & Dominum confessus est eum, quem adspectabat. Re vera enim Dei est pulcherrimum facinus resurrectionis. Cum autem post hæc Christus a discipulis magna ex parte videri non posset, vt qui esset glorificatus incorruptione corporis, & non posset conspici mortalibus oculis, seipsum manifestum reddebat, quando volebat, & quando nouerat futurum vtile iis, qui adspiciebant. Itaque cum Domini eis deesset conspectus, curam gerebant veteris artis, in qua fuerant educati. Illa autem erat, scapham ascendere, & in profundum maris retia demittere. Quodam vero die, dum ipsi intenti erant piscationi, apparuit ei desideratus Iesus, stans in littore, & iubens ad dexteram partem nauis rete demittere. Capta est autem multitudo piscium innumerabilis: erat enim diuini iussus operatio. Tunc simul cum iis aderat etiam Thomas, & simul nauigabat, & simul operabatur, & diligenter curabat retia, & se paratissimum ostendebat ad obediendum. Experientia enim didicerat iis credere, quæ Deus fuerit operatus: & ideo vna nauigabat, & simul operabatur cum discipulis. VI.

Rursus clausis ostiis diuina virtute Christus intrat ad suos.

Ioan. 21.

CVM autem iam adesset tempus Assumptionis, quo cum eo, quod ex nobis assumpserat, oportebat Christum ascendere ad Patrem, ipse educit mystas extra Bethaniam vsque ad Oliuetum: & illic de se disserens, & ex scripturis conti[n]gens testimonia, cum & coram eis comedisset, & confirmasset se non esse spiritum, vt ipsi existimauerant, & deinde sublata manu eis impertiit benedictionem, ille quidem ascendit in cœlos: ipsis autem cum magno gaudio fuit reditus in Hierusalem. Quorum magnum gaudium, & cum aliis lætaretur discipulis, sacrosanctus iste, & magnus Apostolus, videns verba doctoris adesse ... & sibi præ caeteris verum esse mysterium, neque frustra in eo versatam fuisse incredulitatem. Atque dies quidem ille à Domino præstitutus, iam finem accipiebat conuenienter iis, quæ ille dixerat: & diuinus spiritus ad eos aduolans, tanquam sonus quidam flatus vehementis, statim in linguas igneas diuidebatur. Qui cum fuisset super vnumquemque, faciebat eos loqui linguis alienis, adeo vt, qui audiebant, afficerentur magna admiratione. Tunc ergo hic quoque magnus Apostolus cum sederet vna cum reliquis discipulis, ipse quoque in igneis linguis accepit gratiam: & cum in suam habitaculum totum intromisisset spiritum, totus fuit illius instrumentum, valde sapienter & opportune paratum. Sic ergo Thomas ab alto confirmatus, fuit perpetuo accinctus, promptoque & alacri animo ad prædicationem, nihil timens eorum, quæ sunt terribilia, nec stupens aliquid eorum, quæ sunt clara & illustria. VII.

Luc. 24.

Matth. vlt.

Act. 2.

CVM ergo res Apostolis esset habitura ex animi sententia, oporteret autem Domini iussum finem accipere, qui quidem erat. Euntes in mundum, docete omnes gentes, eius quidem ex Apostolis aliam orbis terræ partem sortitus est, sicut eis, qui aduenerat, spiritus, sorte definierat. Thomas igitur missus est in Indiam, quæ erat plane barbara, & in iis fanis versabatur assiduus. Ipsa autem sita est longissime ab Ægypto: alluitur vero mari valde nauigabili: & est quidem ea regio rerum necessariarum: abundat autem rebus preciosis, & ad luxum accommodatis. Eam habitat id genus quod dictum est, quod est frequentissimum, & deditum mercaturæ, & magna ea parte nudum, & instar ferarum, quæ degunt in montibus, vitam agens. Quam ob causam corporum superficiem radij solares inuadunt ardentius, valdeque incendunt, & denigrant, & efficiunt visu deformiores. Colebant autem isti simulacra facta ex omni genere materia: & quod inea confectatur studium, & cultura, longo tempore confirmata, inducebat consuetudinem, ratione quam potentiorem. In hanc ergo regionem magnus ingrediens Apostolus, nullum præ se tulit fastum & arrogantiam: neque elate aut gloriose quippiam est locutus, neque aliud fecit superbe & insolenter ad ostentationem: sed ornatus Christi moderatione, & pro quouis alio ornamento & tunica, ea indutus, coma sordidus, vultu pallidus, totus aridus & exsanguis, & plane succo carens, & vt semel dicam, non tam corpus, quam vmbram corporis circumferens, sordido & trito amictus pallio, moribus lenis, sermone vtilis, factis valde admirabilis, humilioribus se accommodabat, spiritus altiorum deprimens.

Matth. 28.

S. Thomas mittitur ad Indos.

Indorum simulacra.

CVM talibus moribus & vita præditus ad Indos venisset, visumque ei esset gentis ingredi interiora, postquam vidit falsam dæmonum religionem eos comprehendisse, & in eorum animis insedisse, non statim processit ad eos refellendos, non inde ex reprehensiones, non tanquam medicamento vsus est austeritate: Sciebat enim, quod quæ longa consuetudine in nostris confirmata sunt animis, non possunt facile deleri, & persuasione magis, quam vi mutantur. Propterea magis vtitur mansuetudine, & bonis moribus, & blandis verbis, magnus & dignus, qui in honore haberetur, non ea fastu & timore, & verbis magnificis, sed ex factis & signis eis apparens, & insigni Christi, nempe humilitate, valde ornatus: quo quidem eos magis capiebat, & attrahebat ad agnitionem, quod esset operibus quidem admirabilis, spiritu autem mitis & moderatus. Itaque moti admiratione Indi, rogare cœperunt quisnam esset, & cuias genere, & quænam esset eius religio, & quod studium. Ille autem (habebat enim in se Christum magistrum) leniter & modeste respondit, quod esset genere quidem Iudæus, discipulus autem insignis illius Moysis; discipulus, inquam Moysis, qui cum Deo est collocutus: deinde etiam Christi filij Dei discipulus, qui venit ad mundi salutem, & quod vitam æternam, & animarum salutem venit et annunciaturus: quibus qui crediderint, erunt ineffabilium bonorum participes. Præterea narrat Christi Dei Verbi demissionem, refertque miracula, quæ fecit, dum in terra in carne ageret: planaque passionem, quæ multis videtur probrosa: virtutem resurrectionis, & ad cœlos ascensionem. Cuius discipulus, inquit, ego & minister admirabilium, quæ ipse fecit, miraculorum, atque œconomiæ, qua fuit De[us] & homo, creatus sum præco. Cuius annuncians in homines benignitatem, & immensam in ipsos misericordiam, ad vos vsque accessi. Cuius factus sum Mysta & Apostolus. Et cum ipsius oculis facta sit nobis fides eorum, quæ dicuntur, non vicos, qui renuunt, sed omnia charitate amplector eos, qui persuadentur. VIII.

Qua prudentia vias iret ad Indos conuertendos.

Christi insigne, humilitas.

Christum prædicat.

Hi[s],

X. His, & pluribus aliis diuinitus prolatis verbis, Indorum populus ad mysterium introductus, suis animis suscepit verbi semen. Deinde (vt dicam cum diuino Euangelio) Domino adiuuante, & sermonem confirmante per signa consequentia, paulatim quidem abducti sunt ab idolorum libaminibus & abominationibus: ad veram autem fidem accesserunt: & sic Apostolicis transformati doctrinis, Christo familiares euaserunt per baptismum: adeo, vt etiam vsque ad ipsum Regem peruenerit prædicatio, etiamsi non penetrarit vsque ad profundum eius mentis. Itaque qui genere quidem ad Regem attinebant, cum se totos dedidissent sermonibus Apostoli, ab eo auelli non poterant: Rex autem ipse detentus à profunda caligine ignorantiæ, & à quibus miraculis oportebat ad lucem traduci, ab eis voluntaria cæcitate ad maiorem accensus insaniam, consultabat de morte Apostoli. Quamobrem dicto citius in eum fert sententiam: & lanceis de medio tollitur magnus hic Apostolus, qui propter Christum mortem lubenter suscepit. Eum beatum quidem iudicauit chorus eorum, qui per ipsum crediderunt: beatum autem censuit quoque chorus eorum, qui sunt in excelsis: plausitque iustorum multitudo cum Apostolis, videntes factam illam & diuinam animam in cælos ascendentem, & stipatam Angelorum ordinibus.

Indi fidem Christi complectuntur. Marc. 16.

S. Thomas lanceis confoditur.

XI. Qvid autem deinceps consequitur, & quid è superis prouidet & dispensat bonitas, homines attrahens ad pietatem? Sacrum quidem illud corpus fidelium manibus decenter compositum, sepelitur: Regis autem filius incidit in grauem morbum, & qui erat arte humana validior. Pater ergo (quidni enim, si pater?) in fletum à natura fletibusque & lachrymis irrigatur, lamentationibus laniatur. Sed nullam inueniens mali solutionem, miraculorum Apostoli recordatur: & quærebat paruam aliquam partem ex eius reliquiis ad medendum ei, qui laborabat. Postquam autem resciuit non comparare corpus apostolicum, saltem puluerem, quem illud tetigit, iussit afferre. Quod quidem cum factum esset, pater, ægrotanti filio puluere imposito, sanum vidit eum, quem putabat moriturum, etiamsi ille modicam lucem agnitionis, quam acceperat, sua sponte sepulerat, & vere erat mortuus, vt qui acerbam mortem suscepisset impietatis. Et hæc quidem quantum licuit non aberrando à veritate, composita fuerunt, & conscripta, & Apostoli laudi sunt dedicata. Tantæ nobis lætitiæ causa est hodie Thomas. Per quem etiam Indorum barbaræ gentes didicerunt eam viam, quæ fert ad cælos: & quorum corpora erant Solis radiis denigrata, euaserunt candidis lætisque & alacribus animis, qui in intelligentiam cadit, Sole puro ac suauiter eis illucescente: Ad gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vnius, & quæ diuidi non potest, diuinitatis: Quam decet gloria, honor & adoratio nunc, semper, & in secula seculorum, Amen.

Vide magnam vim pulueris, qui tetigit corpus S. Thomæ.

Æthiopes intelligit: hos enim etiam ad Christum conuertisse testatur S. Chrysost. hom. 2. in Matth. op. imperf.

De sepulchro S. Thomæ eiusq; reliquiis in Meliaporia Lusitanorum oppido, habes lib. 2. cap. 14. vitæ B. Xauerij 2. Decemb.

DE S. MEMMIO CHATALAVNENSI EPISCOPO, PER S. GREGORIVM TVRONENSEM IN GLORIAM CONFESSORVM, CAP. 66.

21. DECEMB.

Chatalavnensis vero vrbis proprius extat patronus Memmius Antistes, qui cum adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur suscitasse. Ad cuius nunc sepulchrum sæpius confractas miserorum catenas atque compedes vidimus: sed & nos proprie virtutem eius experti sumus. Quodam enim tempore, dum in vrbe illa commoraremur, puer vnus ex nostris à febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potumque simul exhorret: nobis vero magna molestia generatur, quod huius pueri infirmitas, itineri nostro moras innecteret. Nec mora, basilicam Sancti adeo, sepulchro prosternor, pro puero effusis lachrymis deprecor, vt qui laborantibus vinctis, disruptis compedibus respectu pietatis plerunque consolationem exhibuit, huic febricitanti medelæ refrigeria ministraret. Mirū dictu, in ipsa nocte à Sancti virtute visitatus infirmus: mane facto incolumis surrexit à lectulo.

S. Mēmius mortuum suscitat.

S. Gregorius Turonensis a S. Mēmio salutem ægro puero obtinet.

DE B. HVNGERO FRISO XI. EPISCOPO VLTRAIECTENSI: EX BECANO HISTORICO, ET VITA S. ODVLPHI. IOANNE MOLANO SACRÆ THEOLOGIÆ REGIO LOVANII PROFESSORE, COLLECTORE. IN NATAL. SANCTORUM BELGIJ.

ANN. 850.

22. DECEMB.

I. Vndecimo Kal. Ianuarij depositio beati Hungeri Episcopi & Confessoris anno 866. De eo extat celebre testimonium in sancti Odulphi historia. Cum enim clerus Traiectensis sede vacante animis vacillaret quem eligeret, beatus Odulphus Christi sacerdos ostendit presbyterum beatum Hungerum vultu deformem, attamen nescientibus hominibus meritis insignem. Quem omnes elegerunt. Cuius sane tanta fuit vitæ integritas, vt post VVillibrordum & Bonifacium sanctos Episcopos, in illa sede nullus repertus sit, qui vsque ad supremum vitæ diem excolendis virtutibus par illi fuerit.

B. Hungerus fit Episcopus Traiectensis.

II. Scribit autem [a] Ioannes de Beke nesciri vbi hic Episcopus, vir pius, regularis, prudens, & pacificus requiescat, eo quod Danorum austeritate à sede sua propulsus fuerit. Illi enim Dorestadium vicum nominatissimum totius patriæ, in quo quinquagintaquinque parochiales fuisse dicuntur Ecclesiæ, crudelissime destruxerunt anno octingentesimo quinquagesimo sexto: deinde vrbem Traiectensem. Vnde Hungerus cum paucis Canonicis anxie diffugit, & ad præsentiam Lotharij Regis in Prumiensi monasterio se recepit.

[a] In Chron. Episcop. Vltraiectēs. Idē & Wilhelm. Heda in Hist.

III. Vbi cum Gunthario sacri palatij summo Capellano Regiæ Clementiæ retulit Ecclesiam suam barbarica nequitia ad nihilum redactam esse, Canonicis quibusdam interemptis, aliis dispersis, quibus infra regnum eius quietum locum tribui deprecabatur. Sua autem celsitudo in remedium animæ aui, & genitoris quondam Augustorum, nec non genitricis Hermingardæ, seu pro salute sua regnique stabilitate in pago Maso super fluuium Rure monasterium in honorem sancti Petri constructum, quod Berg nuncupatur, præfatæ sedi Traiectensi sub omni integritate per omnia tempora tradidit, quatenus præsignatos seruos pro eius & prædecessorum salute libentius exorare delectet.

A Danis sede pellitur. Ex charta Lotharij. S. Petri monasterium in Berg ipsi assignat.

DE ISCYRIONE, *Charemone & innumerabilibus sociis, quære supra 12. Decembris in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum, circa finem.*

S. ZENONIS *certamen describitur in Actis Sanctorum Indes & Donmæ 25. Decembris cap. 29. & 30.*

* Aldel-
A. 240.

CARMEN *ALTHELMI EPISCOPI OCCIDENTALIVM SAXONVM, VT BEDA AIT, DE S. VICTORIA VIRGINE ET MARTYRE, ITEMQVE S. ANATOLIA LIB. 2. DE Virginitate.

23. DEC. TEMPORE quo Decius mundum ditione tenebat,
Militibus Christi mortis discrimina tendens:
Extitit in Roma bonarum sorte sororum
Fama nitens, validis pulsans rumoribus aures.
Quas nullus poterat tormentis vincere tortor,
Quamlibet insontes mulctaret cæde cruenta,
Ut vitæ auctorem superata mente negarent.
S. Anatolia. Altera de geminis felix Anatolia dicta:
Altera sed tenuit verum Victoria nomen.
S. Victoria. Has igitur sponsi clarus natalibus orti,
Ad prolem generis studuerunt iungere nuptis.
Sed mens virginea ambarum torrida flammis
Recusant nuptias. Stuppas luxuriæ combussit torre pudoris,
Spurcitias mundi contemnens corde caducas.
Sua omnia dant pauperib. Spargebant gazam, simul & patrimonia dantes,
Aurea calcabant roseis crepundia gemmis,
Cunctaque pauperibus mox ornamenta misellis
Largitas, sibi nil servantes, æthera vincunt.
Angelus eis apparet. Nuncius e claro pennatus lapsus Olympo,
Flammeus adspectu, niveo splendore coruscus,
Sceptrum qui nitidum dextra gestabat in alma,
Ambas compellans tali cum voce puellas:
Nunc procul à vestro pallorem pellite vultu,
Pectore nec pavido quatiens timor ille pulset:
Dum vobis thalamus paradisi sede paratur:
In quo perpetui nunquam consortia sponsi
Desinent penitus, sed gaudia longa manebunt:
Dum vos virginitas comes indefessa sequetur.
Ambæ servabant castæ consortia vitæ,
Angelus ut dederat sancitu præcepta pudoris,
Usque fugaci vita mors marcida lumen habebat,
Latrant & ponti [illegible] vitali pectora flatu.
Huic igitur gemini iunguntur fama procorum
Pectora letifero cæli mox [illegible] veneno,
Dum cernunt ambas sponsas extendere censum.
S. Victoriæ exilium. Interea Romam liquerat Victoria virgo,
Exul in exilium Tribulæ se [illegible] urbis,
Quo draco famosus ructabat flamina ventris
Lympida letifero corrumpens aera flatu
Incautum, vel cives vasto crepitante tumultu,
Linquere iam vellent pollutam flatibus urbem,
Ex latebris horrens quas belua tenebat.
Huic igitur miseris spondet Victoria virgo,
Credula si Domino pandant præcordia Christo,
Turbida pestifero linquentes idola cultu,
for. * dipsam, Ut dicto citius truculentam flamine * Gypsam,
Quæ turmas vulgi mulctabat strage cruenta,
Pelleret è populo, dum vellent credere Christo.
Quod dum sponderent concordi voce caterva,
Squamigerum protelavit mox virgo chelydrum,
Et procul in vacuas iussit se ferre salebras.
Mox draco crudelis sermonum pondere pressus,
Obscurum liquit squamosa pelle tigillum.
Sic virgo felix æthrali freta triumpho,
Ingentem explosit sancta virtute colubrum,
Ut nunquam posthac serpens irrumperet antrum:
Sed procul abiiciens, anguis exulet arvum.
Iusserat ut * Gypsam verbo terrente migrare, *fur * dipsam*
Civibus impendens expulso natrice palmam:
Tunc petiit cives felix vernacula Christi,
Quatenus in Crypta sibi, natrix unde nefandus
Aufugit, pariter dignentur condere cellam.
Mox veneranda Dei supplex ut virgo poposcit:
Insuper & decies senas iunxere puellas,
Quæ precibus crebris laudarent voce tonantem,
Odas Davidicis modulantes carmina sancta.
Tunc procus Eugenius delubri flamine fretus,
Thurificent iussit, munusque litare Dianæ.
Alma sed imperium sprevit complere nefandum.
Idcirco gladium stricto mucrone vibrabat
Crudelis tortor fundendo fluenta cruenta:
Virgineos artus roseo qui rore rigavit.
Mox interfector sensit discrimina palmæ:
Arida marcescens torpebat dextra lacerti.
Insuper expertus calloso corpore lepram,
Vermibus atque scatens efflavit flamen in auras.
Sic quoque famosis felix Anatolia signis
Claruit, eximium tandem perpessa Tyrannum.
Consulis en sobolem, constrictam nexibus artis,
Expertem sensus, cum bruta mente vagando,
Hostibus explosis reparat [illegible] precibus [illegible]
Qui rumor [illegible]
Cun[illegible] ante [illegible]
Illis optatam tradebat virgo salutem.
Nec non & Marsum, qui sævam carmine * Gypsam ** dipsam*
Efferre ardebat, sanctos ut belua lacertos
Dentibus horrendis & rictu roderet aperto:
Curavit subito, disrumpens vincla chelydri,
Quem prius in terra Marsum firmarat inertem.
Idcirco cursim pergebat credere Christo,
Agnoscens propriam tanta virtute salutem.
Insuper & meritum cumulavit sanguinis ostro,
Quem subiit binis sertis mox candida virgo.
Integritate nitidam, nec non & passio rubram
Pingebant variam celsa virtute coronam. *Occiditur S. Anatolia.*

EIVSDEM S. VICTORIÆ HISTORIA BREVIS EX MARTYROLOGIO ADONIS.

23. DEC. VICTORIA virgo & martyr desponsata Eugenio, viro pagano, regnante Tito Aurelio, qui sponsam Anatoliam virginem habebat, ad suadendam eam, ut ei nuberet, perrexit, cui & dixit: Audi me, domina soror Anatolia: & ego Christiana sum, & novi, quia Deus nuptias non condemnat. Prophetæ & Patriarchæ coniuges habuerunt, & posteritas eorum à Deo benedicta est. Nunc ergo audi me, & accipe virum, qui te non prodat, quod sis Christiana: sed per maritalem copulam fiat, ut ipse Christianis consentiat. Hæc dicenti Victoriæ virgo Anatolia respondit: O Victoria, vince diabolum & esto vera Victoria. Tunc quando tota terra vacua erat, dixit Deus hominibus: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Nunc plena terra, postquam filius Dei de cælo descendit, quotidie clamat: Crescite in fide, multiplicamini in castitate, & replete cælos: quia appropinquabit regnum cælorum. *Genes. 1. & 9. Matth. 4.*

ITERVM inter alia & post alia, sancta Anatolia intulit: Ego die, qua explicui precium ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum iuvenem aureo diademate splendidum, in vestibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie & læto vultu me inspiciens, ait: O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris. Hæc ego audiens, evigilavi, & cœpi flere: & prout potui, rogavi Dominum, ut is, qui mihi loquebatur, dulcissimos sermones tecum prosequeretur. Sic mihi oranti & prostratæ, idem qui ante loquebatur, talia mihi loquitur: Virginitas purpura regalis est, quam qui induit, reliquis fit eminentior. Virginitas gemma est preciosa. Virginitas *Visio S. Anatoliæ. Virginitatis encomium.*

thesaurus

thesaurus est Regis immensus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu euigilans solicite custodi, quantumque te plus habere agnoscis, instantius custodi, ne perdas.

III. His & similibus verbis & factis incitata Victoria, omne precium ornamentorum suorum & ipsa distraxit pauperibus. Sicque factum est, vt agentibus sponsis earum Aurelio & Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, à Decio Imperatore vrbe Roma pulsæ, ad prædia sponsorum ducerentur. Vbi fame & inedia ita afflictæ sunt, vt vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur: nulloque pacto efficere sponsi potuerunt, vt vel ad nubendum, vel ad sacrificandum animi illarum inclinarentur.

S. Victoria omnia sua dat pauperibus.

IV. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito inuincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregauerat, percussa est gladio in corde à carnifice Taliarcho, quem rogatu Eugenij sponsi sui Iulianus Pontifex Capitolij & comes templorum, ad hoc opus direxerat. Passa est autem decimo Calendas Ianuarij. Corpus eius cum omni reuerentia curatum. Taliarchus vero percussor eius, leprosus factus, intra sex dies consumptus à vermibus, expirauit.

Cæditur gladio in pectore.

MARTYRIVM SS. DECEM MARTYRVM, THEODVLI, SATVRNINI, EVPORI, GELASII, EVNICIANI, ZETICI, CLEOMENIS, AGATHOPI, BASILIDIS, ET EVARISTI, QVI IN CRETA subiere martyrium: ex Simeone Metaphraste. Habetur in Tomis Aloysij.

An. 240.

I. ALIVS quidem aliquid aliud persequatur oratione, illius quæ vulgo iactatur, Cretæ: alius quidem pulchritudinem, alius vero magnitudinem, & alius quidem mœnia & portus, alius autem, aeris temperationem, & fructuum fertilitatem. Ego vero id, quod alia vincit omnia, & quam solam eius opifice dignam dixerim feracitatem, eam dicam ante alia. Quisnam est hic fructus, & quodnam est tantum insulæ ornamentum? Quid aliud, nisi diuinus chorus martyrum, & qui laudatur numerus, & quod omnium quidem est spectaculorum iucundissimum, & acroamatum omnium vtilissimum? Decem, inquam, illi pro Christo martyrij coronis redimiti: qui ex ea quidem processerunt, fortissime autem pro Christo subiere martyrium: qui eam pro alimentis tenuiter pulchre sunt remunerati, cum eam tanto honore affecerint, vt in ea per martyrium fuerint consummati. Quomodo vero, paucis iam dicet oratio.

23. DECE. — Martyres ornamentũ patriæ suæ.

II. DECIVS ille, qui magno fuit furore percitus, & ad puniendos Christianos omnium fuit violentissimus, is tunc sceptra tenens imperij Romanorum, huius insulæ constituit Proconsulem virum quendam, qui eodem quoque nomine appellabatur, nempe Decius, non minus autem, quam in nomine, conueniebat in moribus. Qui cum fuisset in Creta, rem paruam existimauit, & quæ nullam haberet immanitatem & sæuitiam, omnes qui sunt in ea Christianos, postquam subiecisset innumerabilibus generibus tormentorum, deinde acerbe tollere de medio. Quærebantur ergo omnes, & inueniebantur, & cõprehensi ad ipsum ducebantur. Cum quibus hic quoq; sacer chorus, præstantissimorũ virorum denarius, veluti ex optimis eximij selecti ciuitatibus: quorum alios quidẽ maxima omnium, quæ illic erant, præbuit ciuitas: alij autem orti erant ex alijs: communiter vero simul omnes festinabant ad vnam, quæ est in cælis, ciuitatem. Ij cum tunc stetissent ante Proconsulem, quos non tunc quidem sermones libere habuerunt? quibusnam autem factis non obscurarunt sermones? & quodnam quidem tormentorum iter non peruaserunt? quodnam autem supplicium non superarunt tolerantia, cæsi, tortti, per terram tracti, lapidibus appetiti, irrisi, consputati, & omne genus ferentes subsannationis? Sed erant hæc quidem illis futurorum gymnasia, & veluti quædam præexercitationes. Postquam autem oportebat eos magna currere Olympia, temporis, inquam, tormentorum: erat vero dies præstitutus decimo Calendas Ianuarias: & paratum quidem erat tribunal, & præsidebat Proconsul: ducebantur autem athletæ: pleni vero erant ambo, hi quidem animi alacritate, ille vero furore & insania. Et ille quidem erat propensus ad puniendum vsque ad mortem, hi vero parati erant sustinere vsque ad extremum spiritum: iracundo & cædem spirante vultu eos intuens. Quænam est, inquit, tanta amentia, quod neque ratio, neque tempus vos id docuit, quod est futurum conducibile? Deinde perinde ac si sola, quam præ se ferebat, ira eos perterrefecisset, & iam eis, vt parerent, persuasisset, Sacrificate, inquit. Sin minus, ego quidem nihil dicam amplius. Vos autem scietis paulo post, quisnam sit Decius, cui vos non vultis nunc morem gerere.

Decem præstantes viri comprehenduntur. — Multis excruciantur modis. — Decij Proconsulis ferocitas ad inferenda supplicia.

III. AD hæc martyres, Nos quidem, ô Præses, responderunt, & verbis & factis, & etiam tempore satis magnam dedimus experientiam, quod neque diis sacrificabimus, neque ad hoc alicuius alterius cedemus sermonibus. Sed neque, interpellans dixit impius, vobis, ô impij, erunt curæ vlla tormenta? Nequaquam, dixerunt sancti: propemodum enim hoc nomine tibi habemus gratias, quod nobis dederis, vt his accipiamur epulis. Sed non sic, inquit Præses, erit deinceps. Sed scietis, quanta sit maximorum deorum potentia, quos vos tam impudenter maledictis insectamini, neque hos qui adsunt, reuerentes, qui simul sunt multi & sapientes: qui inter deos quidem primum Iouem, deinde Iunonem, & Rheam, & reliquos colunt. Quæ enim primum sustinuistis, erant veluti solum vmbræ suppliciorum. Nunc autem tam multis supplicijs cruciabimini, vt non vestra audacia ab eis solum comprimatur, sed alijs quoque metum incutiat, qui æque ac vos sunt inobedientes, si modo vlli sunt eiusmodi.

Ecce mirabilem Sanctorum alacritatem ad ferendas pœnas.

IV. AD hæc rursus viri fortissimi: De Ioue quidem, ô Præses, & illius matre Rhea nihil nobis dixeris. Neque enim apud eos, qui ignorant, verba facis. Scimus enim, vt qui à patribus nostris audiuerimus, genus eius & fortunam & mores. Sepulchrum autem, si vis, etiam præsentes indicabimus. Nam ipse quoque in Creta ortus est. Fuit vero eorum, qui in ea habitabant, Tyrannus. Erat autem adeo intemperans & procliuis ad libidines, vt non solum in fœminas, sed etiam insaniret in masculos: præstigijs vero vtebatur & malis artibus, se callide mutans propter summam intemperantiam, & singulis horis se polluens nefarijs concubitibus. Quidam autem, qui eisdem laborabant vitijs, & imitati fuerant illius abominationem, (Quid est enim tam facile, quam mali imitatio?) & eum Deum esse pronunciant, & ei templa excitant & sacrificant, vt quod eis placet, Deo quoque videatur placere: & sic non solum Deo non inuisum, sed etiam, proh dolor, diuinum existimetur, se libidinose & intemperanter gerere.

Iouis libido immanis.

V. DIVINO hæc loquente choro, Proconsul quidem disrumpebatur, vt qui conuinceretur: multo autem magis furebat etiam populus, & impetu ferebantur ad comprehendendos martyres. & eos manibus propemodum discerpissent, nisi Decius & voce & manu eos cohibuisset: & cum iussisset eos quiescere, acerbius illis mortis genus machinabatur. Et sanctos quidem statim arripuere tormenta: alios quidem alia, sed acerbitate & magnitudine doloris similia. Nam alius quidem ex ipsis suspensus, ferreis lacerabatur vngulis: nerui vero diuellebantur, carnes autem riuis in terram defluebant. Alij vero lapidibus & acutis sudibus sauciabantur latera vsque ad ossa. Alij quidem graui plumbo verberato dissoluebantur compages, ossaque confringebantur & conterebantur. Alius item aliter: est enim vel solo auditu miserabilis acerbitas suppliciorum. Etenim quomodo ijs, qui sunt paulo misericordiores, hæc videre est intolerabile: ita etiam sigillatim persequi & audire, est longe molestissimum. Sed martyres hæc etiam patientes, adeo

Sancti martyres dire cruciantur.

Illorum stupenda fortitudo.

facile, aut, vt verius dicam, iucunde ferebant, vt qui aderant, coniicerent eos non tam dolere propter ea, quæ [illegible] bant, quam ægre ferre, quod non essent plura tormenta.

OMNES itaque ad eos confluebant, tanquam ad res nouas & admirabiles, tam fideles, quam quibus manca e- VI.
rat pietas. Sed illi quidem, vt admirarentur athletarum constantiam, & suam confirmarent pietatem: hi autem, vt irriderent eorum tolerantiam, & eorum plagis quodammodo lætarentur propter insignem crudelitatem. Quamobrem non modo nulla mouebantur misericordia, sed etiam Præsidem & lictores magis irritabant ad sæuitiam. Et hi quidem sic incitabant, ille vero iubebat, lictores autem exequebantur. Porro autem præco quoque clamabat: Parcite vobis ipsis. Parete Principibus. Sacrificate dijs. Martyres autem etiam in tanta copia rerum asperarum, erant omnibus simul superiores, turba, præcone, tormentis, ipso Præside, & ante eos, omnium principe sathana, & viribus, quæ eis subuciuntur, copiis. Omnes enim, veluti signo dato, vnam simul vocem tollunt: Sumus Christiani, Christi hostiæ, Christi victimæ: etiamsi millies mori oporteat, libenter moriemur.

Præclara martyrum vox.

CVM autem martyrum negocio omnia postponerentur, qui erat valde promptus sathanæ minister Decius, de- VII.
sperans fieri posse, vt persuaderet adhuc & rogaret, fert in eos mortis sententiam. Ducebantur itaque sancti, vt ense interficerentur, ad locum, qui parum quidem abest à ciuitate: ab incolis vero vocatur Alonium. Ad eum festinantes martyres, ostenderunt nouum quid, & quod videbatur insolitum. In toto enim cursu martyrij, inter vnanimes & simul conspirantes, in hoc solum contendebant, quisnam eorum primus ensem subiret, & primus coronam acciperet. Hanc autem litem componit Theodulus, qui erat vnus ex hoc diuino choro, dictitans quod is futurus esset primus, qui omnium vltimus excederet, cum nihil turpe & indecorum ex spectaculo aliorum sustinuerit, sed sic reuera multa certamina subierit. Placuit omnibus, quod dixerat: & primum quidem ad Deum communem hymnum canunt, Benedictus es Domine, dicentes, qui non dedisti nos in captionem dentibus eorum: & quæ deinceps scribit Psalmographus. Deinde etiam ad locum accedentes, fecerunt vnusquisque orationem: Parce Domine seruis tuis, dicentes, & suscipe sanguinem nostrum pro nobis, pro nostris, pro patria: vt ea liberetur à tenebris ignorationis, & puris oculis contempletur pietatem, & te veram lucem, ô Rex æterne.

Ad alios admortem anteuertere conantur.

Psal. 123.

POSTQVAM sic precati essent vnusquisque, sacra & victoria insignia eis sunt amputata capita, cum se partim VIII.
distribuissent: & sanguinem quidem infernæ, nempe eum qui interit, intereunti: spiritum autem dedissent supernæ, ei quæ semper manet, eum qui est permanens. Cum vero post consummationem recessissent lictores, quidam ex eorum cognatis, qui in eo loco remanserant, horum sacras venerabiliter componunt & deponunt reliquias. Et tunc quidem mortuos habuit, quæ illos tulerat. Postea autem, quando vis veritatis, veluti quædam zona aurea, comprehendit maximam partem orbis terrarum, Paulus mittitur in insulam, vt eas ad nouam Romam deduceret, ad reginam, inquam, vrbium: Paulus ille, cuius est magnum nomen sanctitatis, gloriosæ Romæ Pontifex, & qui moribus magis quam throno erat insignis, cuius vel sola appellatio erat flagellum ad pellendos dæmones. Is cum accepisset aliquos delectos ab Imperatore, qui eius cœpto opem ferrent, venit ad gentem Cretensem: & cum amouisset terram reliquiis impositam, inuenit eas, ô Rex Christe, similes viuentibus, & interitu superiores, perinde ac si inesset adhuc spiritus, & eis humor tanquam ros insideret matutinus. Cum eas ergo illinc sustulisset cum miraculo, eas tradit præclaræ & reginæ vrbium: & nunc sunt, vbi sunt repositæ reliquiæ martyrum Infantium, communes seruatores & Præsides ciuitatis, & vigilantes custodes in omnibus rebus molestis. Quorum intercessionibus detur nobis consequi bona eius reposita, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Cum quo Patri & sancto Spiritui gloria & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Capita eis amputantur.

Eorum sacræ & venerabiles reliquiæ componuntur.

Adhuc integræ reperiuntur post annos multos.

ANN. 580. DE S. SERVVLO, EX BEATISSIMI GREGORII PAPÆ HOMILIA XV. IN EVANGELIA.

23. DECE.

TERRA bona fructum per patientiam reddit: quia videlicet nulla sunt bona, quæ agimus, si non æ- I.
quanimiter etiam proximorum peccata toleremus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet: quia cum à præsenti seculo mentis nostræ dilectio deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim, quod plerosque cernimus & bona agere, & tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt, & tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini, fructum per patientiam reddunt: quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic vua calcibus tunditur, & in vini saporem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa, amurcam suam deserit, & in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areæ à paleis grana separantur, & ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare: vt tãto post ad Iudicẽ mundior veniat, quanto nunc eius rubiginẽ ignis tribulationis purgat.

Optimi quique grauissime affliguntur. Luc. 8.

IN ea porticu, quæ euntibus ad Ecclesiam B. Clementis est peruia, fuit quidam, Seruulus nomine, quem multi II.
vestrum mecum nouerunt: rebus pauper, meritis diues, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam à primæua ætate vsq; ad finẽ vitæ paralyticus iacebat. Quid dicam, quia stare non poterat? Nunquã in lecto suo surgere vel ad sedendũ valebat, nunquã manũ suam ad os ducere, nunquã se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendũ mater cũ fratre aderat, & quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorũ manibus pauperibus erogabat. Nequaquã literas nouerat: sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat, & religiosos quosq; in hospitalitatẽ suscipiens, hos corã se legere sine intermissione faciebat. Factumq; est, vt, quantũ ad mensurã propriam attinet, plene sacrã scripturã disceret, cũ, sicut dixi, literas funditus ignoraret. Studebat in dolore sẽper gratias agere, hymnis Deo & laudib. dieb. ac noctib. vacare.

S. Seruuli Sancti historia Greg. lib. 4 Dial. cap. 14.

SED cum iam tempus esset, vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. III.
Cumq; iam se morti proximũ agnouit, peregrinos viros atq; in hospitalitatẽ receptos admonuit vt surgerent, & cum eo Psalmos pro expectatione sui exitus decantarent. Cumq; cũ eis & ipse moriens psalleret, voces psallentium repẽte cõpescuit, cũ terrore magni clamoris dicens: Tacete, tacete: nũquid nõ auditis, quãtæ resonãt laudes in cælo? Cumq; ad easdẽ laudes, quas intus audierat, aurẽ cordis intẽderet, sancta illa anima carnis vinculis soluta est. Sed exeunte illa, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, vt omnes qui illic aderant, inæstimabili suauitate replerentur: ita vt per hoc patenter agnoscerent, quod eã laudes in cælo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nũcusq; viuit, & cũ magno fletu attestari solet, quia quousq; corpus eius sepulturæ traderẽt ab eorũ narib. odoris illius fragrãtia nõ recessit.

S. Seruulus audit cantica cælestia, & sic expirat animã.

ECCE quo fine ex hac vita migrauit, qui hic æquanimiter flagella tolerauit. Iuxta vocem ergo Dominicam, bo- IV.
na terra fructum per patientiam reddidit, quæ exarata disciplinæ vomere, ad remunerationis segetem peruenit. Sed vos rogo, fratres charissimi, attendite, quod excusationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos, qui à bono opere torpentes, & res & manus accepimus, si præcepta Domini egenus & sine manibus potuit implere? Non contra nos Dominus tunc Apostolos ostendat, qui ad regnum secum fidelium turbas prædicando traxerunt: non contra nos martyres exhibeat, qui ad cælestem patriam, sanguinem fundendo, peruenerunt. Quid tunc dicturi sumus, cum hunc, de quo locuti sumus, Seruulum viderimus, cui longus languor brachia tenuit, sed tamen hæc à bono opere non ligauit? Hæc vobiscum, fratres, agite: sic vos ad studium boni operis instigate: vt eum vobis bono modo ad imitandum proponitis, eorum nunc consortes esse valeatis.

In desides, & bonorum operum neglectores.

MARTY-

MARTYRIVM S. GREGORII SPOLETANI, PRESBYTERI ET MARTYRIS, EX QVODAM PERANTIQVO MS. CODICE PER F. LAVR. SVRIVM, PAVCIS LOCIS MODICE CORRECTO STYLO, DESCRIPTVM. CONSENTIUNT vetustissima Martyrologia.

ANN. 290.

I. TEMPORIBVS Diocletiani & Maximiani Imperatorum talis furor in sacrilegis per cunctam Italiam exarsit, vt vna esset apud omnes idolorum cultura, & si quis non prostratus idolis immolaret, pœnis diuersis cruciaretur. Erat tum quidam vir impijssimus, Flaccus nomine, quem Maximianus Imperator direxerat, vt omnia idola erigeret. Cumque introisset is Flaccus in ciuitatem Spoletanam, iussit sibi tribunal collocari, & præcones per omnes plateas ciuitatis mitti, vt omnes simul ciues ant..e vestigia eius in medio foro consisterent. Cumque congregatus fuisset omnis populus in medio foro, Flaccus dixit Tircano: Isti omnes diis nostris deseruiunt? Cui Tircanus dixit: Isti omnes, quos conspicit pietas tua, deos colunt, Iouem, Mineruam & Asclepium, deos immortales, qui propitios se exhibent mundo vniuerso. Hæc audiens Flaccus, gauisus est gaudio magno, & continuo iussit turbas omnes dimitti.

24. DECE. Cultus dæmonum mire seruet sub Diocletiano.

II. BEATVS vero Gregorius erat tum in ciuitate Spoletana, ieiunijs & orationibus die ac nocte vacans. Multos ille precibus suis sanos reddebat, spiritus immundos eijciebat, lecto decumbentes sanabat, leprosos mundabat, cæcos illuminabat, & corda multorum paganorum ad Dominum Iesum Christum conuertebat: templa vero paganorum & simulacra in terram deijciebat. Audiens hæc Tyrcanus, quod beatus Gregorius multa templa idolorum euertisset, & paganorum animos ad Christi amorem conuertisset, iratus nimis, nunciauit hæc Flacco, dicens: Est quidam in vrbe seductor multorum, Gregorius nomine, aduersus Deos rebellis, & vestra iussa pro nihilo ducens. Hæc cum audisset Flaccus, exarsit à diabolo, & iussit quadraginta milites mitti, qui beatum Gregorium vinctum perducerent. Exierunt milites, & implentes iussa, beatum Gregorium præsentauerunt. Sedens autem Flaccus cum Tircano, & respiciens in faciem beati Gregorij, in hanc erupit vocem: Tune es Gregorius Spoletanus? Sanctus Gregorius dixit: Ego sum. Rursumque Flaccus: Tune es, inquit, aduersus deos rebellis, & principum contemptor? Sanctus Gregorius respondit: Si verum scire vis, ego ab infantia mea nunquam à Deo meo recessi, qui me ex limo terræ formauit. Flaccus dixit: Quis est iste Deus? Sanctus Gregorius respondit: Qui fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam: ipse est Deus fortis, Deus immortalis, qui reddit vnicuique secundum opera sua. Flaccus dixit: Noli esse verbosus, sed quod tibi præcipio, id facias. Sanctus Gregorius respondit: Quod præcipis, iam scio: quod me oportet facere, hoc ago. Flaccus dixit: Ergo si pro salute tua agis, ingredere templum mirabile, & sacrifica diis magnis, Ioui, Mineruæ & Asclepio honorabili, & multa bona inuictissimorum principum consequeris, & noster amicus eris. Sanctus Gregorius respondit: Ego amicitias vestras non concupisco, nec sacrifico dæmonibus, sed Deo meo Iesu Christo. Flaccus dixit: Quæ est insania ista, miser Gregori, quæ te possidet? Scias te tibi pœnas durissimas cumulare. Sanctus Gregorius respondit: Insanus ego nunquam fui, sed tu potius, qui creatorem tuum non agnoscis Dominum Iesum Christum. Nam Iouem, Mineruam & Asclepium, quos dicis, dæmones esse manifestum est.

S. Gregorius vacat perpetuo ieiuniis & precibus.

Sistitur ad tribunal.

Gen. 1. Rom. 2. Apoc. 22.

III. FLACCVS dixit: Colaphis contundite maxillas eius, dicentes ei: Noli Deos blasphemare, nec contumax esse. Sanctus Gregorius respondit: Contumax nunquam fui: vos vero ministri estis satanæ, facientes voluntatem eius. Tircanus dixit: Admoneo te, Gregori, immola dijs, antequam corpus tuum extermínetur. Sanctus Gregorius respondit: Melius est mihi, exterminari corpus meum, quam animam. Facite, quod vultis. Flaccus cum Tircano dixerunt: Accede, & sacrifica dijs, antequam pœnis te excruciemus. Sanctus Gregorius respondit: Iam tibi dixi, & dico, non sacrifico dæmonijs vestris, sed Domino meo Iesu Christo, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Flaccus dixit: Fustes nodosos afferte, & dorsum eius verberibus rumpite, dicentes: Hæc patiuntur, qui sunt dijs rebelles, & principum contemptores. Sanctus Gregorius ait: Hoc scire te volo, Flacce, pro malis, quæ in meo exerces corpore, duplicia mihi bona restitui in cœlo. Flaccus dixit: Vertite illum, & ventrem eius fustibus dissipate. Tum sanctus Gregorius intuens in cœlum, ita orabat: Miserere seruo tuo Deus, sanctus Israel: à timore inimici eripe animam meam. Tircanus cum Flacco dixerunt: Miserete tui, antequam moriaris, id enim tibi consulimus vt amici. Sanctus Gregorius respondit: Recede à me minister satanæ: vacant oblationes tuæ. Adest mihi Dominus Iesus Christus ad confortandum me in vulneribus meis.

Maxillæ eius verberantur colaphis.

Nodosis fustibus cæditur.

IV. FLACCVS dixit: Hæc est insania tua, quæ te viuere non permittit. S. Gregorius respondit: Etiamsi totum corpus meum occidas, Dominus animam meam fouet & viuificat. Flaccus dixit: Ligate illi manus & pedes, & in craticulam igneam imponite, & ligna sub ipso construite. Fecerunt ministri, sicut præcepit illis Flaccus, & parauerunt ignem. B. vero Gregorius exclamabat ad Dominum de medio ignis, dicens: Domine Iesu Christe, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, qui non despicis preces famulorum tuorum, qui ingressus es cum tribus pueris in caminum flammarum, adsis etiam mihi seruo tuo in medio præsentium pressurarum. Hæc eo dicente, terræmotus magnus factus est intra ciuitatem Spoletanam, & cecidit vna regio, oppressitque plus quam quadringentas quinquaginta animas paganorum, qui idolis seruiebant. Quod videns Flaccus, fremuit vt leo, & territus nimis, fugit inde. Dixit autem Tircanus. Ferrum afferte, & eum stringite, atque in carcerem includite, ibique à militibus diligenter custodiatur. Cum autem ingressus esset beatus Gregorius in carcerem, Angelus Domini apparuit illi, dicens: Pax tecum, Gregori: noli timere. & continuo vincula eius dirupta sunt, & claritas Domini circumfulsit eum. Videns id B. Gregorius, cecidit in faciem suam, oransque dixit: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui misisti Angelum tuum sanctum ad confortandam animam meam: & ego confitebor tibi in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in æternum, quia fecisti mecum misericordiam tuam. tu es enim Deus solus. Dixit autem ei Angelus: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Et hæc dicens, ablatus est ab oculis eius. Erexit autem se B. Gregorius, laudans & benedicens Deum.

In craticula assatur.

Dan. 3.

Terræmotus multos paganos opprimit.

Angelus eum consolatur.

Matth. 25.

V. DIE altera subsequente iussit Flaccus in medio foro sedem sibi collocari, & beatum Gregorium coram se repræsentari. Quod cum factum esset, dixit ei Flaccus: Vel nunc recede ab insania tua, accedensque sacrifica dijs magnis, quos vsque nunc negare cognosceris. Sanctus Gregorius respondit: Nunquam dæmonibus sacrificaui, nec sacrifico, nisi Domino meo, qui me ad istam coronam iustitiæ perducere dignatus est. Flaccus dixit: Carduos ferreos afferte, & genua eius totis viribus percutite, vt vel sic possimus vincere omnem stultitiam eius. Sanctus Gregorius ait: Vide qualis sis tu, qui dæmonibus seruis, adorasque idola, opera manuum hominum. Nam si scires creatorem tuum Dominum Iesum Christum, ipsum adorares, coram quo omnes Angeli contremiscunt. Flaccus dixit: Ego dæmonibus seruio, furcifer? Sanctus Gregorius respondit: Vere à diabolo excæcatus es. Flaccus dixit: Lampades ardentes afferte, & latera eius inflammate, dicentes, Noli superbus esse. Sanctus Gregorius ait: Etiamsi totum corpus meũ perdas, præsto mihi est medicus meus, Dominus Iesus Christus, qui me sanat & corroborat, vt ista omnia mala, quæ in me exercere videris, pro nihilo putem. Flaccus dixit: Accede maledicte, & fac tibi deos immortales propitios, antequam te morti tradam. Sanctus Gregorius respondit: Maledicti sunt omnes, qui confidunt in

Alia ei dira supplicia adhibentur.

Lampadibus aduritur.

[illegible]. Audiens hoc Flaccus, exarsit vt ignis, dixitque: Tiricanum cel[illegible] [illegible]

Tvm vero impius Flaccus iussit beatum Gregorium, tractum in mediu[m] [illegible] III
Sanctus vero Gregorius orabat ad Dominum in medio amphitheatro, dicens. [illegible]
Rex meus, adiutor meus, & liberator meus, qui me hodie de [h]oc sęculo ad te vocare d[illegible]
cœlum, audiuit vocem magnam, dicentem sibi. Ecce, Gregori, coronatus es, in numero [illegible]
Caput ei amputatur. Multi credunt in Christum. scriptus es: [illegible] ad me, benedicte Domini: præparata est habitatio tua. Adhuc A[illegible]
lino spathario capite truncatus est. Tiricanus vero iussit dimitti feras terribiles, vt corpus b[illegible]
tabidæ [illegible] vbi ad corpus venerunt, flectentes capita sua, adorauerunt [illegible]. Id turb[illegible] cern[illegible]
mauit: Vere magnus est Deus Christianorum: & multi crediderunt in Dominum. Flaccus vero [illegible]
ab Angelo, euomens interiora sua, expirauit. Corpus vero beati Gregorij iacebat in medio a[mphitheatro] [illegible]
tem quædam mulier Christiana, Abundantia nomine. Ea accedens ad Tiricanum, petijt corpus beati G[illegible]
illud colligeret de medio amphitheatro. Tiricanus dixit: Da mihi aureos trigintaquinque, & acc[illegible]
dantia dixit: Quod iubes, libens dabo: hoc tantum rogo, vt celeriter mihi corpus deiut. Tiricanus [illegible] A[illegible]
quod dixi, & tolle corpus. Illa, numeratis ei aureis trigintaquinque, accepit corpus, gaudens [illegible]
Psal. 65 lique dicens: Benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam [illegible]
pelliuit illud conditum balsamo, nardo & aromatibus preciosis, & posuit iuxta pontem lapi[deum] [illegible] S[an]-
Psal. 67 guinarium appellatur, prope muros ciuitatis nono Calendas Ianuarij, cum hymnis & canticis, ita [illegible]
Psal. 144. Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. benedictus D[eus]. [illegible] Dom[inus in omnibus]
verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: qui dat votum optandi, & benedicit annis iu[storum]. Ipsi honor & glo-
ria, laus & imperium in secula seculorum, Amen.

Huius sanctissimi martyris reliquias religiose colit ac seruat hodie Ecclesia metropolitana Coloniensis summo [illegible], collocatas super tumbam trium Regum, cum quibus eo fuit olim simul adducta.

DE IVDICIO DEI IN EPARCHIVM PRESBYTERVM VIGILIAM NATALIS DOMINI PROPHANANTEM EX GREGORII TVRONENSIS LIBRO DE GLORIA MARTYRVM cap. 87.

24. DECE. EParchius Presbyter dum temere quæ indignus erat agere, præsumpsisset, diuino iudicio I
sole proiectus occubuit. Hic enim dum Dominici natalis vigilias celebrare Ecclesiam expe-
tisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula [illegible]-
ua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi eum post galli cantum in ipsa no-
cte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricoma-
gensi, iuxta seculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solennia Missarum expetiuit.
Nec dubitat miser vino madefactus, appetere quod ieiunus quisque non sine metu pos[se] a[t]-
terente conscientia explicare. Verum vbi explicitis verbis sacris, confracto corporis Domi-
Horrendum exemplum. nici sacramento, & ipse sumpsit, & aliis distribuit ad edendum: mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad
terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri particula quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proiiciens, in-
ter manus suorum ab ecclesia deportatur. Nec caruit vltra hac epilepsiæ infirmitate, sed per singulos lunares cursus
incrementis decrementisque hæc semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infelix abstinuit. Quo ergo ho-
nore quaue reuerentia hæc nox celebrari debeat, præsens exemplum docet.

Animaduersio seuera in S. Gregorium Turonensem in eadem vigilia somno sedantem. Qvodam tempore cum in hac solennitate de vigilia egressus paulum obdormissem, venit ad me vir qui- II.
dam, dicens, Surge, & reuertere ad Ecclesiam. Et ego expergefactus signo crucis opposito iterum obdormiui. Nec
destitit, sed iterat priora verba, eademque personat. Sed cum nec secunda admonitus vice consurgerem, & iterum
obdormissem, aduenit tertio, & alapam imponens maxillæ, ait, En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & ad-
huc sopore opprimeris? Tunc pauore perterritus, cum grandi velocitate ad Ecclesiam sum regressus. Hæc de natalis
Dominici vigilia dixisse sufficiant.

DE NATIVITATE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI MVLTÆ EXTANT SANCTORVM PATRVM INSIGNES CONCIONES, AD QVAS LECTOREM REMITTIMVS. VNAM PETRO DAMIANO ADSCRIPTAM VIII. Tomo reuerendissimi Aloysij Lipomani adscribemus.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE NATIVITATE Saluatoris, & præclaris miraculis in ea factis.

25. DECE. Malac. 3. NOn poterit explicari sermone, quod mente concepi. Stupor enim miraculorum opprimit me, I.
& dum omnia replico, omnia complicantur. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Ideo
fit elinguis lingua, memoria immemor, insensibilis sensus. Infueta natiuitate relucent omnia,
& omnia partui Virginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in cœlo sursum, & in terra deorsum, &
Matth. 2. vniuersa in nascentis Dei obsequium iurauerunt. Insigniuntur conuexa cœlorum stella lucen-
tiori, & multo lumine loca flammantia præstinguntur. Diffunduntur per quadrifidum or-
bem radij rutilantiores, & pluralitatem stellariorum ignium nouus [ma]gnis obtundit. Miratur
orbis, cœlos nouum peperisse splendorem, & inconuertibilem eorum statum ad signa & pro-
Num. 24. digia fuisse conuersum. Vident Chaldæi in cœlis, quod Balaam reliquit in scriptis: Orietur, inquit, stella ex Iacob,
Miracula quæ contigere nascente Christo Vide Baronium tomo 1 Annal. & consurget homo ex Israel, & erit omnis terra possessio eius. Nascitur stella in excelsis, & Deus in terris, cuius pos-
sessio à mari vsque ad mare. Præparant se Reges Tharsis, vt cum nouitate munerum videant nouam matrem, filij
nouam natiuitatem. Fons olei de terra erumpit. Templum Romæ, quod vocabatur æternum, corruit, omnibus im-
pe[rio] & vrbis, & orbis mirabiliter consummatum. Cum enim Romani in victoriosæ antiquitatis memoriam tem-
plum singulari schemate facere decreuissent, ab omni illa deorum, immo dæmoniorum, multitudine quæsierunt,
vsque quo

v[illegible] di[illegible] polit tamen excellentis operis opera constructio. Responsum est: Donec virgo pareret. Illi ad impossibile [illegible] oraculum referentes, templum æternum solennem illam machinam vocauerunt. Nocte autem ista, cum de virginali thalamo virgineus flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractum est illud mirabile, & columnarum opus, vt vix appareant vestigia ruinarum.

II. O Bethlehem ciuitas Dei summi, & in te, & in suburbijs tuis visa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ab vberibus, ponitur in præsepe, ligatur in cunis, pannis inuoluitur, & laxatis fasciolis, felices manus & sancta brachiola per cunarum paruitatem expandit. Alludit Virgini, matri arridet, & blandientes oculos ad Mariam intorquet. Stat perterrita tantis miraculis Regina cœlorum, confert in corde suo salutationem Archangeli, conceptionem Dei, natiuitatem pueri, & miratur quod ille, qui sic potuit ad nos venire, sic voluit subuenire. Adest & Ioseph, sed ab vtroque remotus, & in excessu mentis miratur, & mirari satis non potest, qualiter sit ad tantæ dignationis admissus arcanum. Adest multitudo cœlestis exercitus, & vocibus gloriosis, Gloria in excelsis Deo, auditur. Pastores veniunt, & inueniunt puerum & puellam. Procedit stella: Reges accedunt, adorant filium, matrem venerantur, offerunt munera, defferunt maiestati. Cruciatur Herodes: Hierosolyma turbatur: requiruntur scribæ: locus prædicitur: inducitur simulatio: simulator ad nihilum deducitur: deteguntur commenta fraudum. Magi per aliam viam reuertuntur: pax inaudita à sæculo, regnat: vniuersus orbis ad censum describitur: tuus olei de terra persudat, & in diuitem venam liquor sanctificatus ebullit. Quid est hoc, nisi quia vera pax in terris apparuit, nisi quia ad supernum regnum cines adscribuntur, nisi quia fons misericordiæ de Virgine emanat, oleum effusum nomen tuum? Spiritus sanctus, scripturæ istius vnus & vnicus fabricator, nonnullam suæ pinguedinis dulcedinem sub hoc capitulo dereliquit. Sed vos nocturnis vigilijs ita defatigati estis, vt vix possitis somnum ab oculis remouere. Eu[illegible] tamen paulisper, & somni torporem excutite. Aderit ille, de cuius natiuitate loquimur, vt illuminet oculos nostros, ne obdormiamus. Totus autem sententiæ sensus ex illius arca mutuabitur, cuius consilium est, quasi consilium Dei. Ipse ille est, Dominus videlicet Claruallensis, cuius religio & discretio, sapientia & eloquentia, vita & fama, per totam Latinitatem non immerito decucurrit: libenter enim illius sarcinas adoro. Sed ad propositum reuertamur. *Luc. 2.* *Matth. 2.* *Luc. 2.* *Pax in vniuerso orbe tempore natiuitatis Domini.* *Cant. 1* *S. Bernardum dicit. Vide eius sermonem 13. in Cantica.*

III. Benignvs ille spiritus, de cuius secretiori fonte Canticorum flumen euadit, in his tribus verbis tria nobis requirenda reliquit, videlicet nomen sponsi, quare oleo comparetur, & quomodo effundatur: quia & nomen tacet, de comparatione nil loquitur, nil dicit de effusione. Primum de nomine videamus. Multa, vt arbitror, vocabula sponsi per diuinam scripturam sparsa leguntur, sed in duo vobis vniuersa complector. Nullum profecto reperietis, quod non sonet aut maiestatis potentiam, aut gratiam pietatis. Puer Domini, de quo frequentius facio mentionem, ad Regis cubiculum introductus, duo quasi sublimiora de ipsius ore diuinitatis audiuit: Potestas Dei est, in quit, & tibi Domine misericordia. Sed & ipse Saluator propheticæ veritati attestans, ait: Vos vocatis me, Magister, & Dominus, & bene dicitis. Sum etenim. Dominus, nomen est maiestatis & pietatis; Magister. Si enim pium est, præbere escam corpori, multo misericordius est, escam animæ impartiri: quod est proprie magistrorum, qui mentes indisciplinatas sub disciplinæ rigore coercent. *Psal. 61.* *Ioan. 13.*

IV. Videamvs quod horum nominum effundatur, verum nomen potentiæ in nomen gratiæ, vel nomen pietatis in maiestatis vocabulum. Absit, vt misericordia in potentiam includatur, quia miserationes eius super omnia opera eius. Certum est ergo, quia potestas Dei in maiorem hodie pietatem effusa est, cum cœli distillauerunt à facie Dei, & de virgineis membris vtutitus de rum [illegible]tur. Non est, qui se abscondat à calore isto: quia largior olei effusio à capite descendit in barbam: quæ etiam extremam vestimenti fimbriam largius irrorauit. Tanta est abundantia miserantis, vt non solum sub nomine effusionis, sed & exinanitionis censeatur. Exinaniuit semetipsum, (ait Apostolus) formam serui hodierna die accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo prosilijt virginali: non enim habuit dulciorem modum ad redimendum nos abyssus illa consiliorum Dei: quia quicquid in diuinitatis thesauro pietatis inuentum est, totum in vtero Virginis est aggestum. Non me capio præ lætitia, quod illa maiestas naturam suam exinaniens, in naturam meæ carnis & sanguinis supetueniat, & me miserum in diuitias gloriæ suæ non ad horam, sed in sempiternum includat. Fit frater meus, Dominus meus: & timorem Domini fratris vincit affectus. Domine Iesu, libenter te audio regnantem in cœlis, libentius nascentem in terris, libentissime Crucem, clauos & lanceam sustinentem: hæc siquidem effusio rapit affectum meum, & istorum memoria conualescit cor meum, viuentis, & viduæ potionis asperitate purgatum. Viuens est sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens ad diuisionem animæ, & spiritus, compaginum quoque, ac medullarum scrutator. *Psal. 144.* *Psal. 132.* *Philip. 2.* *Hebr. 4.*

V. Vnvs illorum, qui prophetialis chori aut magister, aut inter magistros est, sub senaria diuinorum nominum partitione, de hac effusione mirabiliter quidem, sed subtiliter prophetauit: Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Erat quidem admirabilis Dominus meus inter Angelicos ordines, audiens hymnum gloriæ suæ, admirabilis illi mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cœlo & in terra, & in omnibus abyssis. Ego autem in luto fæcis & miseriæ obuolutus, miser & miserabilis, omnem spem emergendi perdideram. Ille in gloria, ego in miseria: ille admirabilis, ego miserabilis. Sanctum & terribile nomen eius, quod vix audeat illa dignior nominare natura. Nomen istud clausum & integrum quomodo capere poteram, quem vix Angelicus oculus prospicere, nedum perspicere potest? Sed vide effusionem. Ille qui erat admirabilis agminibus Angelorum, inclinat cœlos, & fit consiliarius hominum. Maiestatiuum nomen in pietatiuum effunditur: & qui admirabilis est in cœlis, consulere venit in terris: abscondit purpuram sub miseriæ vestimentis, & ad lutum, vbi iacebam, inclinatus, non mergitur. Is (audeo dicere) infixus in limo profundi, operi manuum suarum porrigit dexteram, de profundis aquarum extrahit, extractum abluit, ablutum induit, indutum reportat, reportatum confirmat. Porrigit dexteram cum nascitur, cum loquitur extrahit, abluit cum moritur, induit cum resurgit, cum ascendit reportat, confirmat cum Spiritum emittit de cœlis. Bonus quidem consiliarius, qui consilium, quod voce dederit, & morte defendit. Erat enim docens, ait Euangelista, sicut potestatem habens, non sicut eorum scribæ & Pharisæi. *Esa. 9.* *Psal. 110.* *Psal. 68.* *Vide beneficia Dei, homini collata.* *Matth. 7.*

VI. Devs & fortis, nomina sunt potestatis, sed Deus effunditur in patrem futuri sæculi, fortis in principem pacis. Breuiter curro, quia & fatigatis, & scientibus lege loquor. Quid tibi, miserabunde Lucifer, in tanta diffusione? Clausum est tibi totum itinerarium Dei, & malignans oculus tuus hic nimium caligauit. Sed & Dominus meus admirabilis fuit in natiuitate, consiliarius in prædicatione, Deus in miraculorum coruscatione, fortis in passione, pater futuri sæculi in resurrectione, princeps pacis in illa æterna beatitudine. Non terreamini nouitate verborum, quia nihil nouum introducitur. Sic & olim nomina cõmutata, & effusa sunt, Abram in Abrahã, Sarai in Sarã, & si quas alias mutationes in illa veteri officina vos legisse recolitis. Sed & ab ipsis pene mundi principijs, in arcano quodam scripturarũ loco, diuini nominis effusionẽ inuenisse me recolo. Loquitur Deus ad Moysem de liberatione Israelis, & post multã Dei & Moysi confabulationẽ, Propheta subtiliter inquirit nomen eius, & Dominus dicit: Ego sum, qui sum: hoc mihi nomen in æternũ. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Perterritus Moyses inextricabilis auctoritate vocabuli, ac si diceret, Hoc excedit intellectũ meũ, non possum capere, nisi effundatur, audit à maiestate: Ego sum Deus Abraham, *Gen. 17.* *Exod 3.*

[illegible] Audiens hoc Flaccus, exarsit vt ignis, dixitque: Titcanum celeri[illegible] [illegible]

TVM vero [illegible] plus Flaccus iussit beatum Gregorium, tractum in medio [illegible] amph[illegible] [illegible] VI
Sanctus vero Gregorius orabat ad Dominum in medio amphitheatro, dicens: [illegible]
Rex meus, adiutor meus, & liberator meus, qui me hodie de hoc seculo ad te vocare dig[illegible] ad
cælum, audiui vocem magnam, dicentem sibi: Ecce, Gregori, coronatus es, in numerum [illegible]
Capite ei amputato. Multi credunt in Christum. temporis: ingredere ad me, benedicte Domini: præparata est habitatio tua. Adhuc Angelo [illegible] A[illegible]
lino spathario [illegible] truncatus est. Titcanus vero iussit [illegible] feras terribiles, vt corpus b[illegible]
rabidæ [illegible] vbi ad corpus venerunt, flectentes capita sua, adorauerunt illud. id turba cernens, voce [illegible]
mauit: Vere magnus est Deus Christianorum: & multi crediderunt in Dominum. Flaccus vero [illegible]
ab Angelo, euomens interiora sua, expirauit. Corpus vero beati Gregorij iacebat in medio a[illegible]
tem quædam mulier Christiana, Abundantia nomine. Ea accedens ad Titcanum, petijt corpus beati G[illegible]
illud colligeret de medio amphitheatro. Titcanus dixit: Da mihi aureos triginta quinque, & accipe corpus. [illegible]
dantia dixit: Quod iubes, libens dabo: hoc tantum rogo, vt celeriter mihi corpus detur. Titcan[illegible] A[illegible]
quod dixi, & tolle corpus. Illa, numeratis aureis triginta quinque, accepit corpus, gaudens & be[illegible]
Psal. 65. sicque dicens: Benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & [illegible]
peliuit illud conditum balsamo, nardo & aromatibus preciosis, & posuit iuxta pontem lapid[illegible] & [illegible]
Psal. 67. guinarium appellatur, prope muros ciuitatis nono Calendas Ianuarij, cum hymnis & canticis, [illegible] M[illegible]
Psal. 144. Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. Iustus Do[illegible]
verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: qui dat votum optandi, & benedicit annis iusti. Ipsi honor & glo-
ria, laus & imperium in secula seculorum, Amen.

Huius sanctissimi martyris reliquias religiose colit ac seruat hodie Ecclesia metropolitana Coloniensis summo in templo, collocatas super tumbam trium Regum, cum quibus eo sunt olim simul adductæ.

DE IVDICIO DEI IN EPARCHIVM PRESBYTERVM VIGILIAM NATALIS DOMINI PROPHANANTEM EX GREGORII TVRONENSIS LIBRO DE GLORIA MARTYRVM cap. 87.

24. DECE. EPARCHIVS Presbyter dum temere quæ indignus erat agere, præsumpsisset, diuino iudicio solo prostratus occubuit. Hic enim dum Dominici natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur e templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt adfirmarent multi eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagensi, iuxta seculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solennia Missarum expetitur. Nec dubitat miser vino madefactus, appetere quod ieiunus quisque non sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum vbi explicitis verbis sacris, cor fracto corporis Domi- I.

Horrendũ exemplum. nici sacramento, & ipse sumpsit, & aliis distribuit ad edendum: mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri particula quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proiiciens, inter manus suorum ab ecclesia deportatur. Nec caruit vltra hac epilepsiæ infirmitate, sed per singulos lunares cursus incrementis decrementisque hæc semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infelix abstinuit. Quo ergo honore quaue reuerentia hæc nox celebrari debeat præsens exemplum docet.

Animaduersio seuera in S. Gregorium Turonensem in eadem vigilia somno sedantem. QVODAM tempore cum in hac solennitate de vigilia egressus paululum obdormissem, venit ad me vir quidam, dicens, Surge, & reuertere ad Ecclesiam. Et ego expergefactus signo crucis opposito iterum obdormiui. Nec destitit, sed iterat priora verba, eademque personat. Sed cum nec secunda admonitus vice consurgerem, & iterum obdormissem, aduenit tertio, & alapam imponens maxillæ, ait, En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & adhuc sopore opprimeris? Tunc pauore perterritus, cum grandi velocitate ad Ecclesiam sum regressus. Hæc de natalis Dominici vigilia dixisse sufficiant. II.

DE NATIVITATE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI MVLTÆ EXTANT SANCTORVM PATRVM INSIGNES CONCIONES, AD QVAS LECTOREM REMITTIMVS. VNAM PETRO DAMIANO ADSCRIPTAM VIII. Tomo reuerendissimi Aloysij Lipomani adscribemus.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE NATIVITATE Saluatoris, & præclaris miraculis in ea factis.

25. DECE. Malach. 3. Matth. 2. NON poterit explicari sermone, quod mente concepi. Stupor enim miraculorum opprimit me, & dum omnia replico, omnia complicantur. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Ideo fit elinguis lingua, memoria immemor, insensibilis sensus. Intacta natiuitate relucent omnia, & omnia partui Virginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in cælo sursum, & in terra deorsum, & vniuersa in nascentis Dei obsequium iurauerunt. Insigniuntur conuexa cælorum stella lucentiori, & multo lumine loca flammantia præstringuntur. Diffunduntur per quadrifidum orbem radij rutilantiores, & pluralitatem stellariorum ignium nouus ignis obtundit. Miratur orbis, cælos nouum peperisse splendorem, & inconuertibilem eorum statum ad signa & prodigia fuisse conuersum. Vident Chaldæi in cælis, quod Balaam reliquit in scriptis: Orietur, inquit, stella ex Iacob, & consurget homo ex Israel, & erit omnis terra possessio eius. Nascitur stella in excelsis, & Deus in terris, cuius possessio à mari vsque ad mare. Præparant se Reges Tharsis, vt cum nouitate munerum videant nouam matrem, filij nouam natiuitatem. Fons olei de terra erumpit. Templum Romæ, quod vocabatur æternum, corruit, omnibus imperiis & vrbis, & orbis mirabiliter consummatum. Cum enim Romani in victoriosæ antiquitatis memoriam templum singulari schemate facere decreuissent, ab omni illa deorum, immo dæmoniorum, multitudine quæsierunt, I.

Num. 24. Miracula quæ contigere nascente Christo. Vide Baronium tom. 1 Annal.

vsque quo

vsque adeo durare posset, tam magnifici operis operosa constructio. Responsum est. Donec virgo pareret. Illi ad impossibile æternam ora[culi] [illegible] putantes, templum æternum solennem illam machinam vocauerunt. Nocte autem ista, cum de virgine natus esset, illa omnipotens Mariæ egressus est, ita cecidit & contractum est illud murale, & columnarum opus, vt vix appareant vestigia ruinarum.

II. O Bethlehem ciuitas Dei summi, & in te, & in suburbijs tuis visa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ab vberibus, ponitur in præsepe, ligatur in cunis, pannis inuoluitur, & laxatis fasciolis, felicea manus & sancta brachiola per cunarum paruitatem expandit. Alludit Virgini, matri arridet, & blandientes oculos ad Mariam intorquet. Stat perterrita tantis miraculis Regina cœlorum, confert in corde suo salutationem Archangeli, conceptionem Dei, natiuitatem pueri, & miratur quod ille, qui sic potuit ad nos venire, sic voluit subuenire. Adest & Ioseph, sed ab vtroque remotus, & in excessu mentis miratur, & mirari satis non potest, qualiter sit ad tantæ dignationis admissus arcanum. Adest multitudo cœlestis exercitus, & vocibus gloriosis, Gloria in excelsis Deo, auditur. Pastores veniunt, & inueniunt puerum & puellam. Procedit stella: Reges accedunt, adorant filium, matrem venerantur, offerunt munera, deferunt mysteria. Cruciatur Herodes: Hierosolyma turbatur: requiruntur scribæ: locus prædicitur: inducitur simulatio: simulator ad nihilum deducitur: deteguntur commenta fraudum. Magi per aliam viam reuertuntur: pax inaudita à seculo, regnat: vniuersus orbis ad censum describitur: oleum de terra persudat, & in diuitem venam liquor sanctificatus ebullit. Quid est hoc, nisi quia vera pax in terris apparuit, nisi quia ad supernum regnum ciues adscribantur, nisi quia fons misericordiæ de Virgine emanat, oleum effusum nomen tuum? Spiritus sanctus, scripturæ istius vnus & vnicus fabricator, nonnullam suæ pinguedinis dulcedinem sub hoc capitulo dereliquit. Sed vos nocturnis vigilijs ita defatigati estis, vt vix possitis somnum ab oculis remouere. Euigilate tamen paulisper, & somni torporem excutite. Adsit ille, de cuius natiuitate loquimur, vt illuminet oculos nostros, ne obdormiamus. Totius autem sententiæ sensus ex illius arca mutuabitur, cuius consilium est, quasi consilium Dei. Ipse ille est, Dominus videlicet Claræuallensis, cuius religio & discretio, sapientia & eloquentia, vita & fama, per totam Latinitatem non immerito decucurrit: libenter enim illius sarcinas adoro. Sed ad propositum reuertamur.

Luc. 2.
Matth. 2.
Luc. 2.
Pax in vniuerso orbe tempore natiuitatis Domini.
Cant. 1.
S. Bernardum dicit.
Vide eius sermonem 15. in Cantica.

III. BENIGNVS ille spiritus, de cuius secretiori fonte Canticorum flumen euadit, in his tribus verbis tria nobis requirenda reliquit, videlicet nomen sponsi, quare oleo comparetur, & quomodo effundatur: quia & nomen tacet, de comparatione nil loquitur, nil dicit de effusione. Primum de nomine videamus. Multa, vt arbitror, vocabula sponsi per diuinam scripturam sparsa leguntur, sed in duo vobis vniuersa complector. Nullum profecto reperietis, quod non sonet aut maiestatis potentiam, aut gratiam pietatis. Puer Domini, de quo frequentius facio mentionem, ad Regis cubiculum introductus, duo quasi sublimiora de ipsius ore diuinitatis audiuit: Potestas Dei est, inquit, & tibi Domine misericordia. Sed & ipse Saluator propheticæ veritati attestans, ait: Vos vocatis me, Magister, & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Dominus, nomen est maiestatis; pietatis, Magister. Si enim pium est, præbere escam corpori, multo misericordius est, escam animæ impartiri: quod est propriè magistrorum, qui mentes indisciplinatas sub disciplinæ rigore coercent.

Psal. 61.
Ioan. 13.

IV. VIDEAMVS quod horum nominum effunditur, vtrum nomen potentiæ in nomen gratiæ, vel nomen pietatis in maiestatis vocabulum. Absit, vt misericordia in potentiam includatur, quia miserationes eius super omnia opera eius. Certum est ergo, quia potestas Dei in maiorem hodie pietatem effusa est, cum cœli distillauerunt à facie Dei & de virginis membris virtutis dierum exoritur. Non est, qui se abscondat à calore isto: quia largior olei effusio à capite descendit in barbam: quæ etiam extremam vestimenti fimbriam largius irrorauit. Tanta est abundantia miserantis, vt non solum sub nomine effusionis, sed & exinanitionis censeatur. Exinaniuit semetipsum, (ait Apostolus) formam serui hodierna die accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo prosilijt virginali: non enim habuit dulciorem modum ad redimendum nos abyssus illa consiliorum Dei: quia quicquid in diuinitatis thesauro pietatis inuentum est, totum in vtero Virginis est aggestum. Non me capio præ lætitia, quod illa maiestas naturam suam exinaniens, in naturam meæ carnis & sanguinis superueniat, & me miserum in diuitias gloriæ suæ non ad horam, sed in sempiternum includat. Fit frater meus, Dominus meus: & timorem Domini fratris vincit affectus. Domine Iesu, libenter te audio regnantem in cœlis, libentius nascentem in terris, libentissime Crucem, clauos & lanceam sustinentem: hæc siquidem effusio rapit affectum meum, & istorum memoria conualescit cor meum, viuentis, & viduæ potionis asperitate purgatum. Viuens est [illegible] sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum scrutator.

Psal. 144.
Psal. 132.
Philip. 2.
Hebr. 4.

V. VNVS illorum, qui prophetalis chori aut magister, aut inter magistros est, sub senaria diuinorum nominum partitione, de hac effusione mirabiliter quidem, sed subtiliter prophetauit: Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Erat quidem admirabilis Dominus meus inter Angelicos ordines, audiens hymnum gloriæ suæ, admirabilis illi mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cœlo & in terra, & in omnibus abyssis. Ego autem in luto fæcis & miseriæ obuolutus, miser & miserabilis, omnem spem emergendi perdideram. Ille in gloria, ego in miseria: ille admirabilis, ego miserabilis. Sanctum & terribile nomen eius, quod vix audeat illa dignior nominare natura. Nomen illud clausum & integrum quomodo capere poteram, quem vix Angelicus oculus prospicere, nedum perspicere potest? Sed vide effusionem. Ille qui erat admirabilis agminibus Angelorum, inclinat cœlos, & fit consiliarius hominum. Maiestatiuum nomen in pietatiuum effunditur: & qui admirabilis est in cœlis, consulere venit in terris: abscondit purpuram sub miseriæ vestimentis, & ad lutum, vbi iacebam, inclinatus, non mergitur. Is (audeo dicere) infixus in limo profundi, operi manuum suarum porrigit dexteram, de profundis aquarum extrahit, extractum abluit, ablutum induit, indutum reportat, reportatum confirmat. Porrigit dexteram cum nascitur, cum loquitur extrahit, abluit cum moritur, induit cum resurgit, cum ascendit reportat, confirmat cum Spiritum emittit de cœlis. Bonus quidem consiliarius, qui consilium, quod voce dederit, & morte defendit. Erat enim docens, ait Euangelista, sicut potestatem habens, non sicut eorum scribæ & Pharisæi.

Esa. 9.
Psal. 110.
Psal. 68.
Vide beneficia Dei, homini collata.
Matth. 7.

VI. DEVS & fortis, nomina sunt potestatis, sed Deus effunditur in patrē futuri seculi, fortis in principem pacis. Breuiter curro, quia & fatigatis, & scientibus loquor. Quid tibi, mussitabunde Lucifer, in tanta diffusione? Clausum est tibi totum itinerarium Dei, & malignans oculus tuus hic nimium caligauit. Sed & Dominus meus admirabilis fuit in natiuitate, consiliarius in prædicatione, Deus in miraculorum coruscatione, fortis in passione, pater futuri seculi in resurrectione, princeps pacis in illa æterna beatitudine. Non terreamini nouitate verborum, quia nihil nouum introducitur. Sic & olim nomina cōmutata, & effusa sunt, Abram in Abrahā, Sarai in Sarā, & si quas alias mutationes in illa veteri officina vos legisse recolitis. Sed & ab ipsis pene mundi principijs, in arcano quodam scripturarū loco, diuini nominis effusionē inuenisse me recolo. Loquitur Deus ad Moysem de liberatione Israelis, & post multā Dei & Moysi confabulationē, Propheta subtiliter inquirit nomen eius, & Dominus dicit: Ego sum, qui sum: hoc mihi nomen in æternū. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Perterritus Moyses inextricabilis auctoritate vocabuli, ac si diceret, Hoc excedit intellectū meū, non possum capere, nisi effundatur, audit à maiestate: Ego sum Deus Abraham,

Gen. 17.
Exod. 3.

Vnus Deus angelorum qui & hominum. Psal. 103.

Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Vides [illegible] effusionem? Ecce Deus Angelorum, vocat se Deum ho[illegible]. Curramus ergo, fratres, in odorem vnguentorum istorum. Curramus ad oleum de oliua speciosa in campis expressum, nulla infectum amurca, nulla substantiarum amaritudine, oleum quod exhilarat faciem hominis, quod sanat vulnera, dolorem tollit, reddit suauitatem. Nonne Samaritanus noster nobis à latrone pessimo vulneratis attulit oleum & vinum, ad purgandum & mitigandum vulneris magnitudinem: Sed multum olei, parum vini: multum misericordiæ, iustitiæ parum. Sic quippe decebat miserantem, sic misero expediebat. Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine, (ait iustus) quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: sed coronas me in misericordia, & miserationibus. Veniens quippe hodie, quinque vasa attulit olei, non nisi duo vini. Spiritus enim sapientiæ & intellectus, consilij, scientiæ & pietatis, nonne dulcedinem sonat, misericordiam fragrat, eructat abundantiam suauitatis? Fortitudo & timor vinum sunt. Sed hoc vino potatus est potens ille, cum Christus in spiritu fortitudinis descendit ad inferos, non timidus, sed timendus.

Psal. 142. Psal. 102. Esa. 11.

Nomen Iesu quid præstet.

VIDEAMVS nunc, quare oleo comparetur oleum. Si vos melius non habetis, lucet, pascit, & vngit. Idem facit Christi nomen, & per omnia consonat comparationi. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Vide quando præclara luminaria lumen nominis huius super eloquentiæ candelabrum portauerunt, si non eluxerunt coruscationes Dei orbi terræ, si non in splendore fulguris commota est & contremuit terra. In nomine Iesu Christi surge & ambula, dicit claudo princeps Apostolorum. Nonne quasi fulgur exiliuit ab ore Petri, cum nominatum est nomen, quod os Domini nominauit? Et statim, inquit, consolidatæ sunt bases eius & plantæ. Vocabulum Iesu (sicut Origenis lingua nobilior diffiniuit) dulce & gloriosum, omni adoratu, cultuque dignissimum, quod non prius ab hominibus debuit efferri in mundum, sed à quodam sublimiori, excellentiorique natura. Omnes quippe Prophetæ nomen istud aut nescierunt, aut penitus tacuerunt, & reseruata est prærogatiuæ dignitas Archangelo Gabrieli, qui sancto ore sanctissimæ Virgini illud primum euoluit. Nonne Esaias in excessus mentis raptatus, verbis Archangelicis, eisdem pene syllabis consentit vsque ad sancti nominis nouitatem. VII.

Actor. 3.

Nomen Iesu ab angelis deductum in mundum eius. Luc. 1. Esa. 7.

Psal. 22. Nomen Iesu in ore melos.

PASCIT reuera, nec est felicior pastio in loco pascuæ, vbi nos Dominus collocauit. Quid æque mentem cogitantis impinguat? Nomen Iesu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Omnis cibus, qui non conditur hoc sale, infatuatus est. Scriptura, quæ non fuerit intincta oleo tantæ deuotionis, aut insipida est, aut amara. Olim mihi Tullius dulcescebat, blandiebantur carmina poetarum, philosophi verbis aureis insplendebant, & sirenes vsque in exitium dulces, meum incantauerant intellectum. Lex, Prophetæ, Euangelium, Epistolæ, & omnis gloria sententiarum Domini mei, & seruorum eius, aut parua videbantur, aut nulla. Nescio modo, quid dulcius immurmurat filius Iessæ, qui vario sermonum & sententiarum concentu omnes illos, quos diligere consueueram, ineloquentes reddit & mutos. VIII.

Psal. 49. 3. Reg. 17. Psal. 67. Psal. 102.

LENIT & vngit, quia nihil sic [illegible] at in tribulatione. Denique & probare licet. Inuoca me, inquit, in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Hoc est nomen, hoc est oleum, hæc olei effusio. Amen dico vobis, non deficiet hic lecythus olei, nec minuetur, donec pluuiam voluntariam, quæ segregata est hæreditati eius, diffusum instillet, donec faciat cœlum nouum, & terram nouam: quia misericordia eius ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. IX.

SED iam fugiamus, & præparemus nos ad solenniores Missæ iubilationem, nec cordibus parcentes, nec vocibus, ad honorem pueri, qui natus est nobis, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI SERMO IN DESCRIPTIONEM SANCTISSIMÆ MARIÆ ET BEATI IOSEPH. HABETVR IN SIMEONE METAPHRASTE, ET SEPTIMO TOMO Aloysij.

25. Decem.

QVEMADMODVM qui terram effodiunt, aurum perscrutantes, cum venam aliquam inuenerint, aut etiam arenam præ se ferentem, in eam incumbunt, & magis magisque terram effodiunt, quippe qui venam illam in lucem ducem inuenerint: quam prosequentes, non prius è loco illo discedunt, quam aurum propositi latebram assecuti fuerint: ita & nos, vt Ecclesiasticæ negociationis operarij beatum Euangelistam Lucam in manu habentes, Dominici ex Mariæ Virginis conceptione thesauri considerationem aggressi, non prius ab huiusmodi perscrutatione desistemus, quam propositas diuitias synceræ colligamus. Quamobrem & ordine seruato, Euangelistam ita perscrutabimur, vt nihil eorum, quæ vtilitatem afferre possunt, derelinquamus. Nam etsi verba ipsa non sublimia sint, nihilominus tamen magni gaudij mysterium in se continent. Nemo igitur propterea segnem ac negligentem se præbeat, quod quæ modo lecta sunt de Iesu, parua quædam esse videantur, si auditu solo percipiantur. Quantum enim ad geniti Domini potentiam pertinet, parua quidem sunt, & valde humilia, quæ lecta modo audiuimus, vt fasciæ, præsepe ac locus, qui tantæ maiestati videbatur minime conuenire. Parua nimirum sunt hæc, sed mystica & arcana quædam eiusdem Domini ortus nobis proponit, vt Mariæ ventrem, cuius gratia verbis explicari non potest: sinum, quem humana cogitatione comprehendere non valemus: mammas, naturæ consuetæ radicem non habentes: lac, peregrino & nouo modo fluens: vbera, longe à naturali consuetudine ac lege aliena: Matrem Domini descriptam: Ioseph sponsum Mariæ, communionem eius non re, sed nomine habentem. I.

Quæ in Christo humilia videntur, non sunt spernenda.

Luc. 2.

AVDISTIS paulo ante Lucam Euangelistam, dicentem: In illis diebus exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc autem descriptio prima, facta est à Præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante. Vides quam exiguis verbis, quam magna comprehendantur mysteria: Dominus conceptus erat in ventre Virginis, & prima gentium, Augusti edicto, instituebatur descriptio. Qui omnem naturam apud se descriptam habet, quique discipulis suis ait: Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlo: ille suam ipsius matrem paruis quibusdam Romanis codicibus describi voluit. Quis non loquetur, quis non admirabitur dispensationem illam, qua Dominus ad nostram se demisit humilitatem? Qui in excelsis liber est, in terris describitur. Illic Dei filius, hic seruus. Illic Rex, hic subditus. In cælis diues, in terris pauper. In cælis adoratus, in terris vectigal [illegible] exigitur, ac soluitur. Illic diuino sedet in throno, hic in agresti & rustica nascitur spelunca. Illic in paterno est & incomprehensibili sinu, hic in paruo brutorum reclinatur præsepi. Quis non admiretur superna & sublimia illa, cum humilibus & paruis his collata? Inuoluitur fasciis, qui soluit omnia. Nutritur is, qui nutrit vniuersos. Qui nullo [illegible] potest comprehendi, paruo angusto comprehenditur præsepi. Qui emittit fontes, mammam [illegible]git. II.

Luc. 10.

Vide humilitatem filij Dei, & erubescite esse superbum.

Qui et

Qui fert omnia, inexplicabili quodam modo ferebatur. Qui nusquam non est, in exigua Iudaicæ regionis parte incircumscriptè circumscribitur. O res admirabiles, & omnium hominum cogitationem superantes. Elisabeth in domo illustri Ioannem peperit, & Virgo ipsa in parua spelunca Iesum parit. Ioannes in lecto, & Dominus in præsepi reclinatur.

Luc 1.

III. Sed non simpliciter factum credamus, vt gigneretur Dominus Iesus, fasciis inuolueretur, mammam sugeret, in præsepi reclinaretur. Non temere factum existimemus, vt illa Cæsaris Augusti descriptione numeraretur. Omnia hæc certa de causa, & ad finem aliquem facta sunt, diuina quidem dispensatione, sed obscura. Ex Virgine gignitur, vt ex terra virgine formatum primum illum humani generis parentem Adam reformaret. Fasciis inuoluitur, vt peccatorum nostrorum catenas dissolueret, vinculis scilicet soluens vincula: peccata enim vinculorum nomine appellantur, vt ait scriptura: Vnusquisque suorum peccatorum catenis constringitur. Suxit mammam, vt diuinum illud gratiæ lac nobis scaturiret, quod ex proprio latere profudit: nihil enim aliud est lac, nisi sanguis, albus effectus. Reclinatur in præsepi, vt naturæ humanæ deprauatam rationem corrigeret, & duorum animalium esca fieret, Gentilis & Iudaici populi, de quibus scriptum est: In medio duorum animalium cognosceris. Augusti Cæsaris descriptionem suscepit, vt orbis terrarum confusionem ordinaret. Hæc enim descriptio, fuit ordinationis, quæ in orbe futura erat, pignus & imago quædam.

Genes. 2.
Prou 5.
Ioan. 19.
Habac. 3.

IV. Quod autem vera sint, quæ dicimus, paucis verbis explicabimus. Antequam Dominus homo fieret, multa humanum genus tyrannide premebatur, & orbis terrarum homines, temere ac sine ratione vitam degebant, & regalis dignitas dehonestabatur, cum multi & copiosi ex templo crearentur Reges. Centum homines aliquis subiectos sibi habebat, & statim regis nomen ac speciem sibi vendicabat. Talis erat gentium concertatio, suarum regionum principatus appetentium, neque ex propriis locis excedentium, nisi forte aliquo modo in se vicissim arma sumerent. Cum eiusmodi confusio diutius vigeret, & Dominus Iesus Christus solus ipse virginalem aulam in terris habitare contentus esset, statim multorum principatum extinguens, Romanæ gentis dominatum constituit, vt sub vno Principe, ad militiæ cælestis imitationem, omnes viuerent. Sicut enim in cælis sub vno Rege vniuersi continentur, dæmonibus ipsis more barbarorum imperij iugum recusantibus: ita & in terris, etsi multæ sunt gentes, quæ subijci noluerint, vnum tamen Romanorum imperium potestatem tenet, quia supernæ potestatis ope adiuuatur.

Regium nomen quam multi temere sibi olim vsurparint.

V. Hvivs igitur ordinationis causa cælestis ille Rex, cum adhuc in sanctissimæ Virginis vtero conceptus gestaretur, primam descriptionem orbis terrarum sub Augusto Cæsare fieri iussit, atque sub illa imperij Romani descriptione, seipsum quoque contineri voluit, vt legem illam diuina prouidentia latam confirmaret. Tunc enim Regis lex firmatur, cum Rex, qui eam tulit, primus exequitur. Nam qui legem fert, & non obseruat, euersor potius est, quam legislator. Eius igitur, quam supra diximus, ordinationis gratia, sub Augusto Cæsare prima descriptio facta est, vt Iudaicæ gentis deprauata consuetudo reprimeretur, neque liceret deinde inordinate viuentibus Iudæis sua deprauata lege innocentes homines interficere, sed necessitatis iugo compressi, alienis legibus seruirent. Necessaria igitur fuit sub Augusto descriptio. Illa Iudæorum gentem depressit, & Christianorum fidem amplificauit, cum Iudaica natio, Romanorum imperantium timore, non amplius audeat superiorem insaniam atque immanitatem exercere.

Verus legislator quis sit.
Iudæorum repressa temeritas.

VI. Qvamobrem post descriptionem illam, cum Dominum Iesum comprehendissent, & morti tradere festinarent, non ausi sunt pro sua libidine ac temeritate, quemadmodum in alios Prophetas se gesserant, quibus iniustam cædem attulerant, Dominum Iesum aggredi: sed ad Pilatum, Romanorum loco præsidentem, adduxerunt, pœnas ab illo exigentes. Quamobrem Pilatus Præses, vt vidit Iudæos cædem Domini communiter flagitantes, dicebat illis, vt manifeste vos etiam ipsi cognouistis: Nihil dignum morte inuenio in hoc homine. O nefarios & iniquos Iudæos, cur tantopere studetis Romanorum magistratum labefactare, iniusto iudicio iustum illum aggredientes, & dantes omnem operam, vt innocentissimus, & ab omni labe purissimus, tanquam nocens condemnatus, de medio tollatur? Nihil, inquit, dignum morte inuenio in homine isto. Iure igitur Barabbas condemnetur, & Iesus absoluatur, cum ille seditiosus sit & homicida, hic beneficus, & vitæ dator. An illi beneficia, tanquam crimina, exprobrabitis? In hanc sententiam Pilatus respondit. Sed quidnam Iudæorum natio? Illa quidem nihilominus sæuiens, Pilatum ipsum, vt Augusti Cæsaris inimicum, quippe quod Christo patrocinaretur, his verbis præsentem insequebatur: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: siquidem illi vitam condonas, qui se Regem esse dicit. Hæc Iudæi.

Luc 23.
Ibidem.
Ioan. 19.

VII. At Pilatus neque sic permisit Iudæos suo arbitratu, quicquid vellent, in Christum facere. Nam si per imperium Præsidis licuisset Iudaicæ genti facere, quæ volebat, lapidibus Dominum Iesum obruissent, vel serra lignea dissecuissent. Quod si factum fuisset, nos Crucis beneficio defraudati, damnum passi fuissemus. Crucis enim lignum, Romani iudicij proprium est supplicium. Quamobrem Pilatus iterum eos interrogans, aiebat: Quid vultis faciam ei, qui dicitur Christus? Illi vero clamabant: Tolle, tolle: crucifige eum. Quibus statim Pilatus assensus est. Datum enim ei fuerat desuper diuino nutu. Huius igitur rectæ ordinationis causa, instituta est prima sub Augusto Cæsare descriptio. Nisi enim lex hæc antea lata fuisset, Domini Iesu Christi corpus sepulturæ integrum mandatum non esset. Nam Iudæorum natio nimio furore accensa, Dominicum corpus in ignem, aut in mare deiecisset. Nam si Ieremiam, non sic inuisum, in lacum cœni plenum coniecerunt: quid in Christi summopere sibi exosi corpus facturi fuissent, nisi Romanæ legis pœnam timuissent? Quamobrem cum nulli Iudæorum Pilatus concessisset, vt Christi corpus de Cruce deponeret, Ioseph ab Arimathia Pilati amicus accessit, & petit corpus Iesu, quod & accepit, rem plane singularem atque incomparabilem. Necessaria igitur, vt sæpe diximus, descriptio fuit sub Augusto Cæsare, qua & sponsus Virginis, vt paulo ante audiuistis, census fuit: nam totus mundus descriptione illa rectæ ordinationis primordia tunc accepit. Sed prosequamur Euangelicæ historiæ narrationem.

Crux olim iudicij Romani proprium supplicium.
Num. 16. 17.
Ierem 37. & 38.
Matth. 27.

VIII. Ibat Ioseph cum Virgine, partim adiutor, partim spectator eorum, quæ futura erant: non quia Virgini adiutore opus esset, vel ei, qui conceptus in vtero Virginis portabatur: ille enim est omnium adiutor, ad quem clamantis Prophetæ spectat oratio illa: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram: sed quia eius dispensationis mysterio necessarius erat Ioseph, vt Virgo quasi sub viro esse crederetur, & res ipsa lateret diabolum, ne scilicet scire posset, quod futurum erat, id est, quemadmodum Deus ipse cum hominibus versari contentus esset. Sed quidnam Euangelista Lucas ait? Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret: & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. O res admirabiles, & omnium cogitationem superantes. Papæ, quam paucis verbis quam magna continentur mysteria. Factum est, inquit, cum essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret. O res omnino admirabiles. Effector temporum, certum expectat tempus: qui certos temporibus præfigit terminos, præfinitam expectat diem, ne quis eius ortum specie quadam, non re vera fuisse suspicari posset.

Psal 120.
Luc 2.

IX. Operæpretivm autem est, huiusce rei mysteria considerare: ac primum illud contemplemur, quemadmodũ parua illa domus, in qua virgo peperit, Ecclesiæ figurã continebat: Præsepe vero altaris, Ioseph sacerdotis, per

vices inu-

vices munus suum exercentis, Pastores diaconorum, Angeli sacerdotum, & Dominus Iesus Pontificis formam gerebat. Thronus autem Dei per virginem Mariam figurabatur. Quamobrem supradicta omnia in Virgine præmonstrata esse cernens, admirare, cum audis Euangelistam Lucam sic dicentem: Factum est in diebus, impleti sunt dies, vt pareret filium suum primogenitum, & inuoluit eum pannis, & reclinauit in præsepio. Vide admirabilem Virginis partum. Illa ipsa, quæ peperit, pannis inuoluit, & reclinauit in præsepio. Aliæ enim mulierum, quæ in mundo sunt, vna parit, & alia infantem pannis inuoluit. At non ita Virgo fecit, sed quæ peperit, illa eadem infantem pannis inuoluit. Quæ sine labore aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cum a nulla muliere didicisset. Non enim permisit quenquam impuris manibus attrectare partum ab omni labe purum. Illa per se eum, qui ab ipsa, & pro ipsa genitus est, suscepit, pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit, quoniam non erat ei locus in diuersorio.

Singulare Virginis matris priuilegium.

X. Iam vidisti, amice, quemadmodum Ecclesiæ figuram præmonstrabat humile illud habitaculum, in quo Virgo peperit. Quæ cùm semel concepisset ac peperisset, nunquam amplius genuit, neque virum cognouit: quanuis aliqui delirantes, eo quod audiant Euangelistam Lucam dicentem: Et peperit filium suum primogenitum: audeant dicere, Virginem ipsam alteram conceptionem suscepisse, incorruptam atque ab omni labe puram Virginem, corruptioni subiectam fuisse temere iactantes. Nunquam, inquiunt, diceretur primogenitus, nisi & alter partus secutus fuisset. Non solum autem aduersarii suæ temeritatis testem Lucam Euangelistam proferre audent, sed Matthæum etiam eadem scribentem proferunt: quin etiam manifestius hoc apud Matthæum Euangelistam illi contendunt, cum his verbis in ipsius Euangelio scriptum legatur: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et post pauca: Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam: & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Ex his verbis similiter aduersarij conantur probare, Mariam alios filios concepisse.

Luc. 2. *Hæreticorum deliramenta.* *Matth. 1.*

XI. Sed caue hoc suspiceris: absurda enim omnino res est. Nam Virginale illud claustrum, in quo diuinus thesaurus repositus fuit, omni ex parte purum atque impollutum permanet. Non coinquinatum fuit secundum illud cælum, neque commaculatum, & tanquam immaculatum factum est vas Mariæ, Dei capax effectum. Dominus autem primogenitus Mariæ vere dictus est, non quia & alter ab eadem natus sit, sed quoniam primogenitus, hoc est, singularis atque incomparabilis, genitus fuerit. Beatus item Paulus, licet de Domino ex Patre, qui est sine principio, scribens origine, dicat illum primogenitum omnis creaturæ, non propterea & naturalem aliquem fratrem ei fuisse innuit: neque enim cum eundem appellat primogenitum mortuorum, iam similem aliquem introducit infernum conculcantem. Quamobrem hæc scripturæ verba prudenter intelligas, & pie credas. Dominus propterea vocatur primogenitus à mortuis, à Patre, & à Virgine, vt ex omnibus his notior fieret singularis eius dignitas, qua Filius Dei est. Incomparabilis enim fuit Domini origo. Cuius enim mater ipsa Virgo est, eius origo qua ratione poterit explicari?

Christus vt primogenitus Virginis perpetuæ. *Coloss. 1.* *Ibidem.*

XII. Qvod autem dicit beatus Matthæus: Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: non in ea sententiam accipiendum est, in quam isti praue accipiunt. Vere non cognoscebat illam Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum, quandiu scilicet Virgo ipsa, quem conceperat, ferebat in ventre. Namque Ioseph quid in ea lateret, ignorabat, & quale, quantumue illud esset, & quem ad finem res spectaret, non antea perspectu habuit, quam Virgo peperit. Tunc enim, quanta esset eius virtus, ac dignitas diuinitus ei collata, manifeste cognouit. Tunc vidit mammam infanti à Virgine datam, cuius virginalis flos intactus permanserat. Tunc vidit Virginem peperisse quidem, sed nihil eorum sensisse, quæ parturientes pati solent. Tunc cognouit petram illam è montis vertice abscissam, mammam significandam de diuisione petræ illius spiritali, quæ mentis lumine comprehenditur. Tunc cognouit Ioseph clarissimi præconij Prophetam Esaiam de Virgine illa hoc scripsisse: Ecce Virgo concipiet. Propterea igitur primogenitus dicitur Iesus, quod singulari & incomparabili modo genitus sit. Nam si verum dicere volumus, Dominus ipse vnigenitus vere est ex Patre. Solus enim ex solo sine principio genitus est. Idem Dominus, & vnigenitus, & primogenitus: vnigenitus ex Patre, vnigenitus ex Matre, propter dispensationis terminum. Habet ille quidem multos fratres non natura, sed gratia, & in Virgine, & in Patre. Ex resurrectione habet fratres Dominus Iesus. Sed quinam sunt illi? Ante omnes fuerunt sancti Apostoli, quibus dixit Dominus: Vado ad patrem meum, & patrem vestrum. Ipsi Patri simul cum Filio, & sancto ac viuificante Spiritu, sit gloria in æterna sæcula, Amen.

Maria absque dolore puerpera. *Esa. 7.* *Cur Christus primogenitus vocatur.* *Ioan. 20.*

ANN. 29-. MARTYRIVM S. MARTYRIS ANASTASIÆ IVNIORIS, EX SIMEONE METAPHRASTE, VT HABETVR QVINTO TOMO ALOYSII.

25. DECE. [illegible] An stasiæ patria

I. Anastasia mulierum pulcherrima, inclytæ quidem Romæ erat nata: generis autem splendore & corporis pulchritudine, & animæ nobilitate, & morum honestate & moderatione omnes vincebat, & laboris omnium carebatur. Et erat quidem cuiusdam viri præstantis filia: à quodam autem, nomine Chrysogono, fuit in rebus diuinis instituta, cui etiam fuit postea caput ornatum corona martyrij, sicut etiam procedens declarabit oratio, cum impius Diocletianus Romana sceptra tunc teneret.

S. Anastasia [illegible] Christum.

II. Cvm ergo apud Chrysogonum Anastasia falsam gentilium opinionem verbis luculentis clusisset, cum qui vere est Deus, pro ijs qui videntur, cognouit. Et nunc quidem non libere poterat exercere pietatem: a patre vero vel inuita in matrimonium data viro gentili, nomine Publio, conata est, vt dicitur, miscere ea quæ misceri nequeunt, illa partim quidem omnino sibi vendicans virginitatem, partim autem abhorrens eius religionem, ne cum eo quidem omnino cohabitare in animum induxit: sic vt puta ad Christum accederet, & nullum ex eius præceptis despiceret, diu noctuque meditans, ad eum omnem direxit cogitationem. Vestem quidem certe sæpe mutans, & vili pro splendida se induens, & se habitu quodammodo celans, vna cum sequente ancilla, omnes obibat carceres, & à custodibus emens ingressum pecunijs, eos qui in eis pro Christo erant inclusi, & corpore propter tormenta male erant affecti, cum quanta potuit reuerentia & honore curabat, pedes lauans, manus abluens, comam sordidam, quoad eius fieri poterat, expurgans, & quod pilorum erat superfluum, prolixum autem erat propter longam in carcere inclusionem, officiose tondens, sanguinem diligenter abstergebat, vulnera mundabat: deinde etiam alligans linteis, & sanctis amplexibus suum in eos amorem indicans, & alimenta vnicuique præbens necessaria, sicca bat.

[illegible] & [illegible] sanctis.

Multi custodes ad hibentur.

III. Hæc cum fierent assidue, quoniam virum latere non potuit, rescisit etiam Publius: & protinus multi sunt adhibiti custodes Anastasiæ, qui non sinebant eam domo egredi, neque vllum ad eam ingredi, qui, vt illi dicebant,

bant, mores videbantur corrumpere, & poterant ei persuadere, vt à Publij abstineret consuetudine. Illam autem & hoc quidem male habebat, quod alios omnes, qui antea ab ipsa curabantur, neque posset videre, nec ab ipsis videri: Quod vero plus, quam alia, eam cruciabat, & medium eius cor tangebat, erat præceptor Chrysogonus: qui cum duobus annis integris multa & varia pro Christo tormenta sustinuisset, habitabat in carcere, itaiubente Diocletiano. Ad eum crebro, quando in sua erat potestate, ventitabat. Tunc autem prohibita, per quandam anum ei significat ea, quæ euenerant: & per eam rogat, vt pro ipsa precetur. Precationis vero hæc sit summa, vt ab impio quidem euadat Publio, assequatur autem opportunitatem, vt, quod habet in animo, deducat ad effectum, & perseueret curare eos, qui martyricis decorantur vulneribus, quoad eius fieri poterit: quinetiam vt ipsa vitam finiat in pietatis scopo immutabili. Hæc cum significasset Chrysogono, postremo etiam de mariti profectione eum reddit certiorem. Fuerat enim illo tempore Publius missus legatus ab Imperatore ad Persas. Quæ cum didicisset Chrysogonus, iubet eam gaudere & bona facere, & patientia forti animo ferre, & in futurum voluntati quoque consentaneum expectare exitum.

S. Chrysogonus in carcere detinetur.

IV. His confirmatur Anastasia, & hæc ipsa duxit esse gaudij occasionem, & bonæ spei principium existimauit esse calamitatem, nempe & mariti crudelitatem, & nimiam custodum sæuitiam. Qui erant similiter quidem omnes acerbi & immitigabiles: Codillius autem erat excellenti improbitate, qui & notus erat Publio, & cui proficiscens hoc maxime mandauerat, vt nec extra thalamum videre aerem, nec libere, si fieri posset, respirare sineret Anastasiam. Graue enim ducebat, si reuertens à legatione, viuam videret mulierem, quæ fœdus cum eo initum iam violauerat. Præterea vero sperabat sic quoque fore, vt multarum pecuniarum & possessionum efficeretur dominus. Atque ille quidem inuenit in via, quem par erat, exitum. Moritur enim periculo perditus, quæ se sperabat facturum, ipse prius iuste passus: & effectus Anastasiæ conciliator viduitatis, quæ non luctum afferebat, sed exultationem. Anastasia autem liberata à vinculo, & à canibus qui eam custodiebant, (sic enim eos conuenit appellare) ad solitum gregem ferebatur, & ad consueta pietatis pascua: & modestum rursus induens habitum, obibat carceres, & magna cura ac diligentia non solum vulnera ac saniem sanctis curabat: sed ad propositum quoque certamen eos præclare incitabat & præparabat. Qualem vero fructum hinc percipiat, declarabit eius finis: finem autem, oratio.

S. Anastasia lætatur rebus duris.
Marit⁹ eius male perit.

V. Hoc tempore impius quidem Diocletianus degebat Aquileiæ. Ei vero aliorum quidem cura erat posterior: hoc vero præcipue erat curæ, vt nullus Christianus qui latebat, eum effugeret. Ad eum ergo defertur ab omnibus, qui Romæ erant, quod maxima multitudo Christianorum, coniecta in carceres, & plurimis affecta supplicijs, nondum potuit dedi scere pietatem. Quorum esse præceptorem & institutorem Chrysogonum, qui habebat omnes sibi parentes & pendentes ab eius lingua. Ille autem alios quidem omnes iussit dedi tormentis, & deinde etiam morti, si non persuaderentur: Chrysogonum autem solum ad ipsum mitti: hoc apud se considerans, quod si illum vicisset, omnes protinus erat superaturus. Atque ei quidem, cum duceretur ad Imperatorem, comes fuit Anastasia, vndique confirmans & comparans ea, quæ pertinebant ad augendam animi magnitudinem: & ostendens sexus imbecillitatem vinci à magnitudine animi & spiritus.

S. Chrysogonus defertur ad Diocletianum.

VI. Postquam vero ante Imperatorem adstitit Chrysogonus, ille quidem statim verbis vsus est mitioribus: Persuadeare, ò Chrysogone, nostris coniungi partibus: & dijs quidem gratificari: tibi autem ea, quæ sunt iucundissima, præferre tristissimis, & quæ sunt conducibilia, minime vtilibus. Scias enim fore, vt tibi non solum tormenta remittamus & hanc pulcherrimam omnibus iucundissimam lucem largiamur: sed te etiam statim efficiam magnæ vrbi, Romæ Præfectum. Ille autem nec Imperatoriæ potestatis obstupefactus magnitudine, neque donorum flexus ingenti oblatione, libere dixit: Ego vnum solum noui Deum, & eum quidem iudico quauis luce suauiorem: quauis vero vita desiderabiliorem: omnibus autem pecunijs quæstuosiorem. Eum & anima colo, & labris confiteor: & omnibus videntibus adoro genibus. Deorum autem multitudinem & fabulas & dæmones, tantum abest vt colam, vt sim eiusdem cum Socrate sententiæ, oportere eos fugere pro viribus, vt qui sint hominum deceptio, & animarum aperta pernicies. Quæ vero à te mihi proponuntur munera & honores, nihil melius habere arbitror, quam somnia & vmbras: & ea nihili facio.

Blanditur ei diabol⁹ per Diocletianum.
Præclara martyris vox.
Socratis de dijs sententia

VII. Non tulit dicendi libertatem Imperator: sed perinde ac in prima prostratum congressione, eum abripuit impetus, vt soli iræ gratificaretur: iubetque vt eum in desertum locum duxissent Chrysogonum, ei caput amputarent, inuitus eum maiori afficiens beneficio, quam quando lubens dona offerebat: existimans fore, vt eum in suam traduceret sententiam. Atque hoc quidem factum est, prout ipse decreuit: & sacrum illud corpus proijcitur in litore maris, vbi etiam tres sorores & animis, & corporibus, & pietate in Deum, suam habebant habitationem cum quodam Zoilo viro pio & Presbytero. Sororibus autem erant nomina, Agape, & Chionia, & Irene. Hic vero Zoilus, cum sibi reuelatas martyris Chrysogoni reliquias sustulisset vna cum capite, & in quadam capsa cum quanto oportuit honore deposuisset, abscondit in sua domuncula. Atque tricesimus quidem erat dies, ex quo sitæ fuerant reliquiæ: in somnis autem Presbytero Zoilo martyr apparens Chrysogonus, hæc ei visus est dicere: Scias impium Imperatorem Diocletianum, cum de Christi ancillis & sororibus, Irene, Agape & Chionia fuerit factus certior, intra nouem dies illas quoque velle comprehendere. Tu autem effice, vt Anastasia Dei ancilla eas curet pro viribus, & ad certamen suscipiendum eis addat animum, donec fuerint redimitæ corona martyrij: Ipse vero bonam spem concipias fore, vt suauissimos fructus laborum accipias. Nam non multo post tempore, & à laboribus, qui hic sunt, liberaberis, & ad Christum addeceris cum iis, qui pro Christo decertarunt.

S. Chrysogonus capite cæditur.
Harum sororum martyriũ quære 1. Aprilis.

VIII. Fuerunt hæc quoque cognita venerandæ inprimis Anastasiæ, & diuino spiritu mota, venit statim ad domunculam, quam nondum adspexerat: & accedens ad Presbyterum Zoilum, quærebat sorores: & rogabat de iis, quæ in somnis sibi visa fuerant. Cum autem vidisset virgines, & locum in quo sitæ erant Chrysogoni reliquiæ, cum illas quidem magna affectione & pietate adorasset, cum eis autem vnam noctem transegisset, eisque congratulata, ad martyrij fortiter subeunda certamina animum satis addidisset, profecta est Aquileiam. Eas enim cum multis aliis sciebat cursum peracturas martyrij, prouidentia quoque simul ipsam, cum bona & facili occasione, transmittente ad certamen. Atq; ipsa quidẽ proficiscebatur, & qui prædictus Zoilo fuerat, vitæ finis contigit. Nam cũ hoc Deo ita visũ esset, excessit à vita præsenti. Quoniam autem neque de Agape & Irene & Chionia oportebat temere dictum esse à Chrysogono: cum de iis rescijsset, qui omnes impietate superauit, Diocletianus, eas statim accersit, & sistit ante tribunal: & admirans earum habitum & spiritum, & præterea speciem, & quæ in earum vultu vigebat, gratiam, & alioqui cum hoc sciret, quod morum grauitas, & dignitate præditus ac generosus animus nunquam vincitur ab asperitate: sed cedit potius verbis mollibus & placidis, & attrahitur officiis, ea via ipse quoque ingreditur.

S. Anastasia magnã præstat reuerẽtiã reliquiis S. Chrysogoni.

IX. Et primum quidem trium simul facit periculum, simul laudans & admonens: Cum in vobis videam, dicens, & florem ætatis, & speciem corporis, & generosos præterea spiritus, qui non minus resplendent, quam externa gratia: quinetiam audiuerim vos esse bonas, & bonis prognatas, & præterea doctrina quoque non mediocriter excultas, per deos, moueor non parua vestri misericordia, si de his omnibus & de vestra quoque vita venietis in periculum, &

Diocletianus tribus virginibus primo blanditur.

Dd non prius

[illegible] p[illegible] al quod bonum [illegible] obtifipfi cap[illegible] . Hac enim de caussa [illegible] qu[illegible] [illegible], cum [illegible] quæ oportet, pot[illegible] [illegible] [illegible], dum aut [illegible] [illegible], & per hæc, quid non bo[illegible] [illegible] beneuolentiam, [illegible] [illegible], [illegible] vestra pulch[illegible] [illegible] ptas, & quicquid in vita tota bonum [illegible] & videtur.

A [illegible] autem, quæ ætate maior natu vocabatur Agape, quæ [illegible] debet quoque [illegible] in D[illegible], [illegible] verecunda [illegible] [illegible], [illegible] honeste ap[illegible] Nulla, inquit, [illegible] [illegible] putatur, quod nos [illegible] [illegible] perd[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], aut con[illegible] ratio pulchritudinis, aut splendor generis, nobis omn[illegible] [illegible] [illegible], vt aliquid [illegible] & d[illegible] [illegible] cogit[illegible], nedum vt dicamus. Sed hæc quidem ipsa [illegible] [illegible] [illegible] contemnere, quod tot bonis a Deo ornatæ, & tam multis commodis præstantes, omnium ab[illegible] [illegible] cogitare, si Deum, qui ea dedit, nos inconsiderate admodum & ingrate neg[illegible], [illegible] & [illegible], quæ ab [illegible] pimus, in iis quæ pro ipso passuræ sumus, occasionem beneuolentiæ, certæque & [illegible] duxerimus.

HANC loquendi libertatem supra modum admiratus Tyrannus, & ratus esse insaniam, & c[illegible] XI.
[illegible] dictum, Agapem quidem non tentauit amplius: secundo autem misit [illegible] secundam, & verbis [illegible]. Postquam vero hanc quoque [illegible], & [illegible] desperauit [illegible], post[illegible] [illegible] quam inflictis tormentis, curabuntur, illas quidem co[illegible] [illegible] [illegible] considerando ac exquirendo versabatur animo, nouam aliquam & long[illegible] [illegible] contend[illegible]. Quæ vero [illegible] certamina, animo & instituto [illegible], Anastasia [illegible] non cessabat adhuc facere, verbis quidem accendens ad certamen, te ipsa autem [illegible] [illegible] neque reliquorum omnium, qui similiter decertabant, [illegible] curam gerebat, [illegible] Christianam autem amplectebantur religionem, minime [illegible] [illegible] quidem [illegible], [illegible] vestimenta, aliis autem vtraque præbens liberaliter: quorum & ab [illegible] vnam [illegible] [illegible], & [illegible] precabatur, vt ei aureum imponeret signaculum, martyrii coronam. Et quod [illegible] quidem [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] declarabit oratio.

S. Anastasiæ [illegible] [illegible] & inopes.

DIOCLETIANVS autem cum de martyribus multa animo agitasset, & in dubio eius adhuc esset animus, & XII.
simul [illegible] Macedoniam, a quibusdam publicis vrgeretur negociis, cum * Dulcetio P[illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] oporteret puniri, multa p[illegible]. Ille vero cum male naturæ [illegible] malum [illegible], & tam maxime ex[illegible], paratus [illegible] inexplicabilem animum [illegible]. Cum a[illegible] [illegible] tormenta, & pro tribunali starent virgines, qui mente erat plane excutiente, [illegible] etiam [illegible] vel potius cum videretur adspicere, & non clausos haberet oculos, neminem videbat ex iis, qu[illegible]. Quod factum est, vt maxime [illegible] incensus, tunc quidem vel inuitus eas abduceret a tribunali: [illegible] nihil quidquam amplius [illegible]. Postea vero cum rursus essent coniectæ in carcerem, & tam ad Deum hymnos dicerent & [illegible], [illegible] essent, in animo quidem habuit irrumpere, & ex improuiso accedens, [illegible] [illegible], vt [illegible] & incantationes. Diuina autem voluntate hic quoque ab hoc arcetur consilio. Cum enim [illegible] & ad quandam propinquam delatus esset domunculam, quæ quidem custodibus erat [illegible], [illegible] vasa culinaria & ollas incidisset, & esset omnino emotæ mentis, & putaret se ipsas virgines habere in manibus, vultus quidem ei fuit repletus fuligine: vestis autem plena fauillis, fumo & tetro odore.

CVM autem quæ in animo habebat, fecisset, vt existimauit, illinc est egressus, omnibus ei subiectis extra fores XIII.
[illegible] expectantibus. Postquam vero illi eum viderunt, esse aliquod spectrum aut monstrum opinati, in fugam sunt conuersi. [illegible] putans, vt qui nondum sensisset ea, quæ sibi acciderant, nondum quidem domum, sed in [illegible] & studio contendit, magnum risum mouens iis, qui videbant. Cum autem ven[illegible] in [illegible] & totus conturbatus quæreret Imperatorem, vt qui de iis, qui sibi subiecti erant, [illegible] [illegible], tanquam [illegible] [illegible] [illegible], illi monionem aliquem & scurram & mente captum, & quem [illegible] * Dulcetium, pugnis & calcibus eum extrudebant, & arcebant [illegible]. Postquam vero [illegible], qui erant ei valde familiares, [illegible] tandem & vix virum agnouissent, & [illegible] concessissent, & [illegible] miserti essent, cum domum abduxerunt, visam quidem illic [illegible] & liberis, & omnibus qui domi erant, dederunt. Sed lucem adspiciens, & veritatem cognoscere [illegible] [illegible]: sed id quod [illegible] attribuens incantationi, vehementius adhuc & insanius spirabat in virgines. Et [illegible] parato tribunali, iubet adduci virgines.

POSTQVAM autem adductæ sunt, [illegible] eas adstare nudas. Postquam vero virgineis illis corporibus manus XIV.
admo[illegible] (o Domine opifex rerum admirabilium) tunicæ, tanquam secundæ carnes & pelles, circumcir[illegible] [illegible] virginibus [illegible] coalescentes & coniunctæ prioris carnibus & ossibus. Ceperunt [illegible], qui videbant, admiratio [illegible] admirabilem, & quæ erat præter opinionem: & stupor [illegible], quia [illegible]. Tyrannus autem alia [illegible] accepit plagam. Nam cum [illegible], quæ ante [illegible] [illegible] comprehenderet eius [illegible], & [illegible] vno [illegible] eius volu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] suffragata superna sententia. Protinus enim quadam diuina & cælesti potestate priuatur videndi facultate: & perinde ac somno oppressus profundissimo, & nihil [illegible], quæ fiebant, ita sedebat dormiens, tanquam in lecto & stertens. Eum usque rursus domum ducunt propinqui, tanquam [illegible] aliquod onus portantes. Deinde hæc [illegible] Imperator: & eius quidem condemnat lenitatem: Sisinio autem cuidam Comiti permittit aduersus virgines exa[illegible]tionem.

ILLE vero ingressus est eadem via, qua Imperator, aliquando quidem tyrannice, aliquando vero blandi[illegible] XV.
[illegible]. Postquam autem omnia dicens & faciens, vidit quidem virginum [illegible] [illegible], vnam autem esse mentem, & omnes vnum & idem dicere, nempe: Neque minis nos terrebis, neque blandiens persuadebis. Nobis enim pro Christo mori, est vita: viuere autem non in Christo, mors. Postquam hæc [illegible], [illegible] quidem [illegible], ne sic quidem spem omnem abiecit: sed eum eam separasset a reliquis, ab Agape [illegible], & Chionia, [illegible] postremo [illegible]. Sed cum multis confutaret sermonibus, se plane nouam [illegible], quæ [illegible], & plane [illegible] condemnat virgines mortem subire. Et parata [illegible] fornax [illegible]: virgines vero [illegible] pulcherrimis [illegible] orationis, vna quidem voce ad canticum, vno [illegible] prompto & alacri animo proce[illegible] ad ignem: & sic simul canentes, in ignem insiluerunt. Ignis vero non erat amplius ignis, sed ros tener & mollis. Deus autem [illegible] miraculum [illegible] partim quidem illarum implens petitionem, partim vero suam ostendens [illegible]. Nam illæ quidem sine dolore suas animas in manus Dei deposuerunt, ignis autem fuit extinctus, & corpora virginea adeo illæsa & intacta aperte sunt cognita, vt neque vlla pars vestis, neque vllus [illegible], vllo modo fuerit aliquod

Margin notes: Hæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Agapæ. — S. Anastasiæ [illegible] [illegible] & inopes. — * Dulcetio — Præfectus [illegible] [illegible]. — A [illegible] amentia. — * Dulcetiũ, — Præfectus [illegible] [illegible] [illegible] — Alia [illegible] [illegible] — Agape & Chionia [illegible] [illegible] [illegible].

aliquod signum exustionis. Rursus vero harum generosarum virginum reliquias cum vnguentis & aromatibus martyrum ... condidisset Anastasia, in quadam capsa deposuit cum pietate magna & reuerentia, vt earum esset in martyrum locis, semper precans.

XVI. Sic duabus virginibus in Christo consummatis, Comes productam virginem iussit sacrificare simulacris, ne mors, dicens, quæ tuas præoccupauit sorores, te comprehendat. Illa autem ei dicit: Deum meum, inquit, rogo vt eas sequar in omnibus. Tyrannus vero cum esset valde callidus, & sciret quam esset graue & detestandum, & vel ipsa morte acerbius Christi seruis, intemperantia: Te, inquit, in publico statuam prostibulo, cuiuis volenti prostituens: vt anima & corpore polluta, vt eloquia docent tuæ scripturæ, male pereas. Martyr autem cum statim in cælum sustulisset oculos, & è profundo lamentabiliter suspirasset: Confido, inquit, in Deo Seruatore meo, quod pedes meos euellet è laqueo, & animam meam liberabit ab omni immunditia. Fidelis est enim, qui promisit, quod non sinet nos tentari supra, quam possumus. Ego vero deos tuos non colam: neque eis offeram vnquam sacrificium. Quod autem fit per vim & repugnante voluntate, quando turpe fuerit, iis quidem qui sunt coacti, videtur potius esse supplicium; quam peccatum: eos autem constituit eos, qui vim attulerunt. Meum itaque non fuerit hoc peccatum, quomodo nec eorum, qui me præcesserunt, martyribus, pollutæ carnes & vinum libaminum, per vim in os eorum iniectum, omnino obstat. Si enim non persuadens, sed vim afferens, vis trahere ad cultum tuorum deorum, cur non cito vtens potestate, vel inuitos Christianos cogis genu flectere dæmonibus?

Ecce oratio cũ eleuatione oculorũ ad cælum & suspirio.

XVII. Hæc postquam audiit Præfectus, tradens eam militibus, iussit abducere in prostibulum. Deus autem non sinit, suorum omnino curam gerens: sed protinus ad milites accedentes Angeli, qui ipsi erant induti habitu & veste militari, & tanquam secundi à Præfecto missi, & eam alio transferre iussi, auferunt quidem ab iis, qui eam detinebant. Cum vero eam abduxissent in cacumen montis, mirum in modum alti, illic statuunt, metu quidem & perturbatione plenam, quod ad priora attinet: deinde etiam Deo eloquentem verba gratiarum actionis. Postquam autem, quod factum fuerat, accepit Comes, statim ascendens equum, equitauit ad montem. Hic vero vide mihi res Dei admirabiles, quæ mentem quidem vocant ad admirationem, linguam autem ad laudem. Vbi enim accessit ad locum, mente immutatus, videbatur quidem videre procul virginem, & eam appropinquare: visam autem apprehendere, etsi maxime vellet, non poterat: adeo vt illud Esaiæ impleretur, dicentis: Palpabunt tanquam cæcus parietem, & tanquam oculos non habeant, palpabunt. Talis ei murus firmus & validus obiectus fuerat ante virginem. Quamobrem tumulum in orbem circumiens, mansit à matutino vsque ad occasum solis, frustra laborans & circumerrans.

S. Irene miraculose liberatur à Deo à prostibulo.

Esa. 59.

XVIII Interim autem dum hæc fiebant, quidam ex iis, qui erant cum eo, militibus arcum dirigens in martyrem, & iaculum emittens, ipsam quidem ferit, Deo concedente: Illa autem passis manibus cum se ad preces composuisset: Gloria tibi, Christe Deus, effatur, quod non solam ab impio cultu, sed etiam à quibusuis aliis sordibus & inquinamentis me puram conseruaueris, & pro tuo nomine decertare volueris. Cum sic dixisset in Angelorum manus emisit animam. Eius autem corpus, cum illinc remotus esset Comes, tollens Anastasia, vnguentis conditum & linteis honorifice compositum, simul deposuit cum sororibus, quæ fuerant sociæ certaminis.

S. Irene sagitta percussa migrat ad Christum.

XIX. Deinde ad Imperatorem Diocletianum defertur etiam martyr Theodote: quæ orta quidem erat ex Bithyniæ ciuitate Nicæa: Christiana autem erat religione, & in eius zelo feruens: Inquilina vero erat ipsi quoque cum Anastasia & tribus liberis in Macedonia. Cum ergo ipsa quoque se stitisset ante Imperatorem, quidam nomine Leucadius, valde captus eius pulchritudine, (erat enim Theodote quoque facie venustissima) vehementer instabat apud Imperatorem, vt misereretur eius pulchritudinis, & non sic immaturam perderet puellam pulcherrimam. Quoniam autem ea petebatur ad nuptias, Imperator lubens dedit lubenti: existimabat enim fore, vt ex eius coniugio ei fieret disiunctio à Christi religione. Cum ergo Theodotem accepisset Leucadius, quid non dicebat, quid non faciebat, studens ei persuadere, vt castitatem quidem & pietatem in Christum abiuraret: impietati autem assentiretur, & sic matrimonio cum eo coniungeretur?

Acta eius habent fuisse combustam.

Patria S Theodotæ martyris.

XX. Postquam vero hæc agens visus est in aquam scribere, & canere inania, cum essent huiusmodi, quæ ei dicebat Theodote: Si meas quidem opes cupis & pecunias, & ne ideo studes vxorem ducere, ecce tibi cedo omnibus, pro omnibus diuitiis solum Christum sortita. Sin autem etiam corpoream amas pulchritudinem, scias te ea amare, quæ omnino fieri nequeunt. Prius enim meam formam, quam mentem, mutaueris, etiamsi me igne & ferro, & omnibus simul consumpseris suppliciis. Vbi hæc ergo audiuit Leucadius, quoniam paratus erat vna cum egrediente extra Imperatore, domi quidem reliquit Theodotem: ipse vero iter est ingressus, Theodotæ negotium non leuiter & in transitu tractandum esse ducens, sed id reseruans ad otium & tempus conueniens. Cum ergo relaxata fuisset Theodote, & similem in virtute & fide assumpsisset Anastasiam, vna animi alacritate & consensione, & quasi conspiratione, parique zelo peragebant solitum cursum pietatis Christianis, qui in carceribus publicis inclusi erant, effectæ omnia, medici vulnerum, suppeditatores pecuniarum, præteritorum malorum solatium, & ad futurum validissima consolatio. Et sic quidem virgines.

Immutabilis eius constantia.

XXI. Cum autem rursus intellexisset Diocletianus, quam essent quidem angusti carceres propter multitudinem piorum, qui in iis detinebantur: essent vero inania quæuis excogitata tormenta, à confessione nemine eorum recedente: eos quidem iubet diuersis mortis illatis generibus de medio tolli ex hominibus, & ita locum dare carceribus: alios autem comprehendere, qui eadem sentiebant: & primum quidem in vincula conicere: deinde si sibi non persuaderent, vt suam abiurarent religionem, eos tormentis afficerent. Tanta erat impij contentio aduersus Christianos, occulto tyranno, communi, inquam, hoste Christianorum, illum ad hoc incitante. Atque sanctis quidem multa & varia mortis genera sunt dispertita: & alios quidem ignis, alios vero aqua, alios autem ensis, alios vero aliquid aliud ex nouis illis præter hæc inuentis repente & in vna nocte omnes comprehendit.

Angusti sũt carceres propter multitudinẽ Christianorum captiuorũ.

XXII. Martyrum autem amans, quæ ipsa quoque mox martyr erat futura, Anastasia, cum de his resciuisset, (mane enim aduenerat, ex more solito curatura) vbi intellexit vacuum esse carcerem, & aerem impleuit vociferatione, & vberes lachrymæ fluxere ex oculis: eamque opprimebat gemitus, & lacerabant eiulatus. Rogata vero cur fleret, illa nihil verita, neque volens esse nocturna Christi discipula: sed timens potius, ne pro eo non pateretur neć moreretur, vociferans dixit: Quæro Dei mei seruos, qui modo erant in custodia. Postquam autem intellexerunt eam esse Christianam, eam protinus comprehensam duxerunt ad Florum Præfectum Illyrici, dicentes: Inuenimus hanc flentem in carcere: & cum intellexissemus esse Christianam, & flere propter Christianos, eam ad tuum iudiciale tribunal adduximus. Cum vero Præfectus eam interrogasset cum admiratione, Tu ergo es Christiana? illa clara voce: Certe, inquit, sum Christiana. Nam quod tibi videtur esse vnum ex nefariis, hoc est mihi ornamentum, & nomen præcipuum.

Vide admirabilem S. Anastasiæ feruorem.

Item libertinam confessionem.

XXIII Postquam autem ille & vitæ eius conditionem, & patriam, & genus accepit, quod scilicet in veteri vrbe Roma illustri loco esset nata: Quid vero, inquit, te persuasit, vt Romam quidem relinqueres, huc autem venires?

Martyr vero? Quidnã aliud, inquit, nisi solũ vox mei Dñi: Hanc.n.solã sequens, parentibus … pub[l]is despectis, & amico patriæ solo relicto, me i Christi cruce sustuli, prompt[e]q; & alacr… Dicit autẽ Præfectus: Vbi est is, quẽ tu dicis, Christus? Vbiq; inquit martyr, neq; est vllus locus, qui e… cælo, est in mari, est in terra. Nihilo secius autẽ est etiam omnib. qui eum inuocant & … nant, & cum eis versans. Ille vero, Vbinam sunt, inquit, isti, vt eos cognoscamus? Illa vero, Hucusq; … hic sunt versati, & nobiscũ … runt in corpore. Núc autẽ terra relicta, nos procul vidẽt, versantes … Mors … suscepta propter Christũ, hæc eis cõciliauit. In quorũ numerũ cupio ego quoq; … & idem quod … ingredi.

Sancti versantes in cœlis non vident, & quid circa nos agatur

Postqvam autem intellexit Præfectus hæc dixisse martyrem de Christianis, qui interempti fuerant in carcere: Mihi videris, ait illi, multis opus habere suppliciis. Ecce enim iniecisti nobis suspicionem, te illis fuisse causam mortis, vt quæ eos contra nos moueres, & eis persuaderes repugnare edictis Imperatorum. Sed non potuisti latere deos, quos nihil latet: qui cum tuæ menti magnam offudissent caliginem, te tua non præuidentem ad hæc impulerunt, &, vt te nobis aperires, persuaserunt. Quoniam vero cum illustri genere nata esset Anastasia, non fas erat Præfecto eam punire, antequam de ea cognosceret Imperator, omnia refert ad Imperatorem. Ille autem (intellexerat enim quod cum à patre magnam accepisset hæreditatem, eam omnem distribuerat pauperibus) iussit eam tuto custodiri, donec veniret in ciuitatem. Cum vero accessisset, in eius conspectum deducitur illa beata. Ille autem ante alia eam rogauit de facultatibus: eas enim magis amabat, quam deos, Vbi est, inquit, aurum, quod tibi obuenit à patre? Illa vero respondit magno & excelso animo: Si adhuc mihi reliquum esset aurum, per quod Christi quidem seruis, meis autem conseruis, possem subuenire, non meis, qui quærebant, tradidissem. Quoniam autem in eos, qui recte agebant, omnia, vt oportet, sunt à me consumpta: quod mihi solum est reliquum, ipsum quoque corpus studeo Christo meo offerre. Imperator vero cum verba audisset sapientia, specie quidem ipsam despiciens vt fœminam & iuuenem: re vera autem timens, ne maiori afficeretur dedecore, quomodo verbis, ita etiam rebus ipsis magis victus, quando eius per tormenta faceret periculum, ipse quidem dicens non par esse, vt cum muliere insana loqueretur, desistit ab examinatione: Præfecto autem eam mandat examinandam. XXIV.

S. Anastasia omnia sua dat pauperibus.

Constantissime respondet Diocletiano.

Ille vero cum statim pellem induisset vulpinam, blandis verbis eam conabatur inducere, dicens: Cur, ô mulier, non vis diis offerre sacrificium, quomodo pater tuus obtulit? sed iis relictis, colis Christum, quem nescis & ex Iudæis natum, & ab iis ipsis, tanquam maleficum, de medio sublatum? Anastasia autem respondit: Ego deos & deas, quas tu dicis, colebam aliquando: Nunc vero rectiori suscepta sententia, eos quidem ab ipsis impositis araneis & suibus, quæ eos afficiebant iniuria, & à muscis quæ in eis habitabant, liberans, igni tradidi: & cum sic eos conuertissem in pecunias, satiaui multorum ventres esurientes, & aliis egentibus præbui vitæ adminicula. Sicque ea, quæ nulli erant vsui, effeci vt non essent ociosa, sed valde vtilia. Præfectus autem statim cum magna acerbitate, At ego, inquit, non patiar, vt hoc sacrilegum facinus ne auribus quidem accipiatur. Subridens vero martyr: Ingenij tui acumen admiror, ô Iudex, quod hanc rem voces sacrilegum. Si enim vllus sensus, aut vlla vis esset in his inanimis, quid obstaret, quo minus sibi, dum frangũtur & conuelluntur, & alia parantur, opem ferrent, & eos, qui insultant, vlciscerentur, aut alternum saltem & vestrum tunc implorarent auxilium? Nunc autem ne hoc ipsum quidem sciunt aperte se pati. Orationem vero interrumpens Præfectus, Diuinissimus, inquit, noster Imperator iussit, vt alia quidem iuberem valere: hoc autem solum facerem, nempe vt vel persuaderem, vt sacrificares, aut tu alioqui male perires. XXV

S. Anastasiæ in dicendo libertas.

Postqvam vero dixit martyr, non esse perire, mori propter Christum, sed vitam potius æternam firmiter apprehendere cum Præfectus rursus mouisset multa verborum examina, multos autem metus atq; adeo ipsam mortem ei redegisset in memoriam, vbi vidit eam omnia ex æquo ridentem, omnia rursus refert ad Imperatorem. Propter quæ cum ille fuisset magis ad iram incitatus, & quidnã de ea oporteret fieri, deliberaret, accedit aliquis ex iis, qui cum eo versabantur, & ei studebãt gratificari, &, Iube, inquit, ô Imperator eam tradi Vlpiano Pontifici Capitolij. Ei enim vel maxime curæ erit, vt qui sit deorum Pontifex: & vel omnino persuadebit, vel acerbissime puniens tollet de medio: omnes autem eius facultates, si modo sint vllæ reliquæ, dedicabit Capitolio. Placuerunt hæc Imperatori: & prout fuerat monitus, accersito Vlpiano, eam ei tradit. Ille vero faciens diuersum ab aspentate Imperatoris: astu autem potius se eam esse superaturum, & ei persuasurum confidens, eam honorifice abducit in domum suam. XXVI.

Intrepida respondet Præfecto.

Et primum quidem multis iisque probabilibus verbis, per auditum quodammodo infundere venenum contendebat. Deinde etiam per adspectum adhibuit deceptionem, valde improbe & maliciose opponens contraria contrariis: hinc quidem mundos muliebres luculentos & sumptuosos, illinc autem omne genus tormenta: hinc lapides preciosos & grato nitore resplendentes, illinc enses micantes horribiliter. Hinc quidem lectos argento incrustatos, & stragulis elegantibus ornatos: illinc autem collaria & vincula maleficorum, & grauia flagella. Cur vero hoc faciebat vir ille callidus & astutus, & cur cum benignis coniungebat acerba & molesta? Vt vel rebus lætis illiceret, vel terrorẽ afferret rebus terribilibus. Sed seipsam fefellit iniustitia, vt dicit diuinus David, & hæc sunt pro nihilo reputata à martyre. Dicit enim, liberalem præ se ferens spiritum, grauemq; & honestum habitum: In te hæc omnia, diabole, & tibi sint soli: quoniam cum eis traderis ad interitum. Sin autem efficies, vt flagellorum quoq; faciam periculũ, & his vinculis & collaribus grauabis collũ meum, tunc tanquã aliquod colli ornamentũ, quod mihi impones, collare gestans, Christo apparebo gratior & venustior: quoniam ipse est Seruator meus & defensor meus, & in eo sperauit cor meum. XXVII.

Vlpianus Capitolij Pontifex nititur eam decipere.

Psal. 26. Mẽtita est iniquitas sibi

Psal. 27.

Martyris itaq; animi magnitudinem admiratus Vlpianus, & ratus fore, vt eam molliret tẽpore, quæ cedere nolebat, in animo habebat eius causam differre in tertium diem. Illa vero ei propter moram indignans, Iam, inquit, existima hos tres dies mihi præteriisse, & meis verbis animum adhibe. Ecce enim eadẽ tibi nunc dicam, quæ dictura sum post deliberationem. Deos tuos non colo, & tuæ Imperatoris repugno voluntati. Sacrifico autem sacrificium laudis seculorũ Regi Christo, qui est meus & solus immortalis Deus, pro quo etiam profundo animã, & tua tormẽta despicio, vt solũ Christũ lucrifaciã, qui est vita æterna. Ille vero, Sciebã, inquit, fore, vt similẽ Christo mortẽ tu quoq; stulta eligeres. Illa autẽ cũ audiisset, & ex eo quod dictũ erat, lætitiam accepisset, Amen Amen fiat mihi, inquit, Christe mi sponse & Rex. Pontifex autẽ interrogauit protinus, Quid tibi vult illud Amen? Martyr vero, Sed tu non es, inquit, dignus qui hoc discas. Nemo enim, inquit, qui sapit, committit vnguentũ vasi putri. Vlpianus aũt ẽ fecit vt statuerat: & cum ei dedisset terminum triũm dierum, tradit eam mulieribus gentilibus, & quæ genere ad eam attinebant, muliebri vso sermone & dierũ longitudine fore, vt nonnihil sententiam mutaret, existimans. Illa vero cum sibi persuasisset augere potius, quam minuere suum in Christum desiderium, mulieres quidem illas, & illos sermones, existimabat esse inanes strepitus, qui temere effundebãtur in aures: manus autem & mentem simul in altum attollens, ad opem ei ferendam in certamine vocabat Christum, quem diligebat, nec cibũ nec potũ sumere omnino tribus diebus sustinens. XXVIII.

Nõ patitur differri martyriũ suum.

Ecce fœminam, Christi amore ebriam.

Triduana eius inedia

Tertio aũt die post venit rursus Vlpianus, ex eo quod valde vellet, minime desperans: sed coniiciẽs se prędã tenere propemodũ. Vbi vero eã interrogasset, & resciuisset incremẽtũ sũpsisse ei° sentẽtiã lõgitudine tẽporis, & nõ solũ bonorũ promissione, sed etiã suppliciorũ formidine mulierẽ esse superiorẽ: quin etiã naturali quoq; necessitati minime cõcedẽtẽ, quæ tãto tẽpore nec cibũ nec potũ sũpsit: Postquã hæc audiuit sacerdos falsorũ deorũ, in aulã quidẽ ꝓ[prius] ibi, eã per se cõtẽdẽs trahere: cũq; vellet aliquid facere inhonestũ, & ꝓphanis suis dus dignũ, ferit ut statim plaga immissa diuinitus, & XXIX.

ritus, & oculorum luce orbatus, obibat totam domum, non potens videre amplius. Quinetiam præter cæcitatem, vehementissimus dolor eius inuadit oculos. Eo ergo dolore affectus, clamat sceleratus, & suorum deorum miserè inuocabat auxilium. Hæc autem non temere administrauit prouidentia: sed vt cum ii quærerent extra, sensissent, &, vt par erat, congregarentur ad opem ei ferendam, res euaderet manifesta, quanam ratione & quomodo accidisset, & non liceret sacerdoti causam in aliud conferre, aut mentiri aduersus miraculum. Quod etiam factum est, & cum multi adessent testes, deductus domum cæcus, & graui dolore affectus, & deinde grauioribus dolorum stimulis vexatus, iubet vt in execrandum deorum suorum templum deferretur, & illic deponeretur, putans fore, vt qui eos coleret, ab eis curaretur. Egregiam vero, & quam par erat, sui cultus retulit mercedem. Doloribus enim adhuc vehementius eum inuadentibus, emittit etiam animam.

Pontifex i. dolore lumine orbatur, &c.

Vitã amittit sceleſtus.

XXX. Ex eo Anastasia libertatem consecuta, illinc quidem egreditur: venit autem ad Theodotem, quam prius declarauimus habitare apud Comitem Leucadium: & sigillatim ei narrat omnia, tam quæ passa sit, quam quæ per ipsam & [illegible] ipsa Deus fecerit. Paucis post diebus Comes quoque Leucadius ex Bithynia reuersus, cum Theodote [illegible] rursus habuit sermones, tentans eam inducere. Postquam autem multa loquens, cognouit se loqui [illegible] conferre sermonem, Anastasiam quoque resciscit apud eum degere, & furore percitus, propterea quod Theodote illius admonitionibus inducitur, vt eum magis contemnat, Anastasiam quidem statim vinctam tradit tribunali iudiciario. Quinetiam Theodotem vinctam transmittit ad Proconsulem Bythiniæ, de ea eum per literas, quam citissime fieri potuit, reddens certiorem.

S. Theodote mittitur vincta in Bithyniam.

XXXI. Cvm autem in Bythiniam peruenisset Theodote, producta est ad tribunal Proconsulis: Age inquit ille, ô Theodote, iussis parens Imperatorum, velis dijs offerre sacrificium. Sic enim simul & filius viues, & particeps eris multorum bonorum. Nam etsi non tua, at filiorum quidem certe tuorum causa, æquum fuerit, vt id eligas quod est futurum tibi vtile. Dum hæc autem martyri diceret Proconsul, respondens illius filiorum primogenitus, cui nomen erat Euodius: At nos, inquit, ô Præses, hominum supplicia nequaquam pertimescimus: quę corpori quidem incorruptionem, animæ autem potius immortalitatem solent conciliare: sed iis, parum abest quin dicam, æque ac conuiuio delectamur. Deum vero potius timemus, qui potest animam & corpus punire in gehenna. Proconsul autem oculis in puerum coniectis: Cum videam te, inquit, ætate admodum imperfectum, miror quomodo & à quo hæc sic didiceris, quæ vix multi & longo tempore & labore sunt consecuti. Quibus puer opportune respondit: Seruator noster & Dominus Iesus Christus, ipse est qui dixit: Quando ducemini ad Reges & præsides, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nunc ergo sunt hæc non mea, neque humanæ sapientiæ verba: sed [illegible] animo quidem mea est lingua, aperte autem Dei sunt verba. Iudex vero veluti de matre spem abijciens, & de primo eius filio, se transfert ad alios tentandos, eos videns ætate esse imperfectiores, putans fore, vt eos ad suā traduceret sententiam. Postquam autem vidit sunt rami nihil differre à generosa radice: sed ostenderunt pueri se illius quidem filios, huius vero esse fratres, se rursus transfert ad matrem, & filium eius primogenitum. Conuertimini dicens, ad vestra viscera. Parcite teneris infantibus immaturis. Nolite videre eos ante vestros oculos male pereuntes.

S. Euodij pueri & martyris oratio. Matth. 10. Ibidem. Mira puerorū virtus.

XXX II. Cvm multa eiusmodi dixisset, & vidisset verba temere fundi in aerem, iubet filium ante oculos matris crudeliter cædi virgis. Quod videns generosa mater, non modo nihil indecorum aut gessit, aut est locuta: sed etiam veluti gaudens plagis charissimi filij, adstitit alacris, annuens oculis, gestu incitans, verbis adhortans. Ne succūbas, dicens, ô [illegible] fortiter nate. has propter Christum plagas, honores & coronæ excipient. His Proconsul vel animo maxime [illegible], maligni dæmonis suggestione improbum capit consilium. Viro enim petulanti, & ad amores incōtinenti tradit hanc mulierem inprimis venerandam. Sed non erat insolentis hominis futurum diuturnum gaudium. Nam postquam eam vel solum attigit Hyrtacus, (ita enim vocabatur) totus vultus protinus est mutatus, & nec concessum quidem est intueri martyrem sine timore. Itaque magna voce clamauit ad Proconsulem, dicens se, cum primum manum iniecit in Theodotem, vidisse quendam iuuenem, vultu formosum & habitu decorū, simul adesse cū Theodote, qui ei incusso colapho, & nares contriuit, & vt per eas sanguis manaret, effecit. Sed non videbat cæcus, & stultus Proconsul minime intelligebat. & neque, si nihil aliud miraculi reueritus fuit euidentiam, neque destitit aduersus eam contendere. Sed cum eam rursus sisti curasset, minatus est se ei esse illaturū, quæ videbantur omnium grauissima: Nisi deos, dicēs, immortales colueris, interfecti cadent ante tuos oculos filij. Illa autem, Vel hoc, inquit, olim maxime ſitio. Sic enim cum meos filios viuens ad Christum præmisero, & tanquam in tuto portu constituero, deinde ego sequar e vestigio, adeo vt apte possim canere: Ecce ego & filij, quos mihi dedisti Deus.

S. Theodote læta cur plagis filij fuit. Vitio diuinitus vitium libidinosū. Esa. 8.

XXX III. His magis conturbatus Proconsul, iussit eam igni tradi simul cum filijs. Postquam autem fornax fuit accensa citius, quam iussum fuerat illi tanquam fontem aquæ cum gaudio fornacem subiere: & Deum quidem benedicebat mater. collętabantur autem filij, & sic ambo læti & alacres animas suas in manibus Dei deposuerunt. Et illos quidem sic accepit beatus finis. Beata autem Christi martyr Anastasia custodiebatur apud Præfectum Illyrici, qui cū de ea diligenter quæsisset, & eam illustri loco esse natam intellexisset, magnasq; esse eius facultates, & ex ijs esse ortam, quorū magnæ erant opes, à lucro superatus, & captus amore pecuniæ, cum eam seorsum ad se adduci curasset, Scio, o mulier, inquit, te esse valde diuitem. Christianam autem esse & tu dicis, & ego iam sum expertus. Age ergo parens tuo sponso, qui lege cauet, vt omnes despicias diuitias, cede mihi pecunijs & possessionibus, & omnibus tuis facultatibus. Tu autem hæc faciens, vtrinque lucraberis: vt quæ legem quidem sis impletura, & libera futura à nostri metu. Deinceps enim tibi licebit & secure sacrificare, & libere colere Deum, qui à te adoratur.

S. Theodote cū tribus filiis in fornace reddit spiritum.

XXX IV. Ad hæc veluti quæ animum erexisset, sapientiæ sapientiæ plena Anastasia: Sed, ô Iudex, inquit, alicubi dictum est in Euangelijs à meo Christo, Vende omnia quę habes, & da pauperibus: & habebis sic thesaurum in cælis: Tibi autem, qui es diues, quis est adeo miser & adeo demens, qui cum velit succurrere indigentibus, diuiti præbeat res pauperum, & res esurientium ei, qui degit in delicijs? Quod si te videro esurientem, & sitientem, & nudum, & ægrotantem, & coniectum in carcerem, tunc conuenienter ei, quod dicit meus Christus, te & nutriam, & potabo, & visitabo, & colligam, & suppeditabo quæ erunt necessaria. Sed enim secūdum carnem & mundum tu quidem es valde diues ea vero, quorum es pauper & valde inops, & quæ oportet petere cur non petis? Rogante autem Præfecto, Quænam ea sunt, & quanam ego laboro inopia? Maxima, inquit illa, in rebus maxima, nempe in fide, & cognitione, & veritate.

Sapiens responsum S. Anastasiæ. Matth. 9. Matth. 25. Matth. 17.

XXXV. Præfectvs vero captans, vt videtur, gloriam acutioris ingenij, arripiens id quod dixerat: At tu quoniam, inquit, es fide diues dic, inquit, verbo monti, Transmouere: & si transmouebitur, conuenienter ijs, quæ tuus tibi promisit Magister, credemus. Illa autem, (erat enim satis erudita) Et hæc quidem, inquit, audet nostra fides & ea quæ sunt his longe maiora. Fert vero mihi testimonium, Moses quidem, non in terra solum faciens miracula, sed etiam mare diuidens, & rursus coniungens: ostue autem sistens solem, qui est supra nos: & Elias ipsum totum cælum claudens ne dicam Christi mei discipulos, quorum vel vestes & vmbræ solę mortuos suscitabant &, qui sunt apud vos dij, dæmones expellebant: & quæ quotidie vobis videntibus fiunt per eos, qui decertant pro nomine Christi, etiam si nihil eorum quæ fiunt, conferat vobis ad intelligentiam, sed sponte propter vestram cæcutitis malitiam. Sed non

Exod. 14. Iosue 10. 1 Reg. 17. Act. 5 & 9. 1. Cor. 10.

cum vobis visum fuerit, est diuina virtus inuocanda à Christianis, assentiendo tentatoribus. Scriptum est enim vos infideles partim quidem signa, partim autem quærere sapientiam: nos vero prædicare Dominum Iesum Christum, eumque crucifixum. Hoc, inquit, me conturbat, quod fuerit crucifixus. Quomodo Christus tuus, qui est, vt dicis, Deus, crucem subijt, & præterea fuit punctus in latere: quod quidem Iouem, qui est deorum nostrorum maximus & summus, passum esse non potes dicere. Quomodo ergo non eum potius adoras, repulso crucifixo? Martyr autem: Quoniam, inquit, crux & mors est Christo gloriatio, & omnibus Christianis: cum ille quidem immortalitatem & gloriam per hæc dederit, hi vero acceperint. Tui vero Iouis opera? Sed ego nihil de his. Tu ergo summum quidem illum tuum Iouem, si vis, sicut reuera vis, imitare: me autem sine meum Deum mirari.

Crux Christi omnib. Christianis gloriatio.

His dictis, ita valde fuit accensus Præses, & iubet eam in carcere quidem includi obscurissimo: omnia vero instrumenta tormentorum deduci in eius conspectum, vt vel cum vidisset, et metu persuaderet, vt aliquid de sua remitteret constantia: aut si retineret suam animi magnitudinem, varium & multiplicem ei afferret dolorem, recordatione eorum, quæ molestia afficiunt. Porro autem iubet etiam exiguum ei dari nutrimentum, idque post occasum solis. Martyr vero cum & sic habitaret, & hæc videret, & nollet omnino esse cibi particeps, pro omnibus apud se versabat suum in Christum desiderium. Id autem erat illi & cibus sufficiens, & solatium obscuritatis. Ei vero videbatur etiam singulis noctibus socia certaminis Theodote, & cor eius replens lætitia, viresque & animum addens ad certamina. Quam etiam sæpe ventitantem, quæ nullum fiuit bonum non examinatum Anastasia, hoc quoque interrogauit, quonam modo ad eam veniret post mortem. Illa autem dixit, hoc quoque datum esse à Domino animabus martyrum, vt, postquam hinc excesserint, veniant ad quos velint, & cum eis sermones conserant, & eos consolentur. XXXVI.

S. Theodote crebro apparet S. Anastasiæ. Singulare priuilegiũ martyrum.

Cvm venisset vero dies tricesimus, existimans Præfectus fame & alia afflictione confectam esse martyrem, & aliquid de sua remisisse constantia, vbi eam accersisset, & alacriorem liberiusque quam prius loquentem vidisset, iratus fuit custodibus, vt qui ei dedissent aliquid, quo se reficeret. Illorum itaque benignitatem accusans tanquam crimen, eos remouet à custodia: eam vero committit alijs, quos sciebat libenter omnia facturos ex eius animi sententia. Cum eos ergo ei præfecisset, & alijs triginta diebus eam custodire iussisset, & signaculis custodiam obsignasset, abijt. Illa autem, etsi sic cum ita ageretur, non cessauit tamen facere ea quæ consueuerat: sed in vehementi oratione, & nocturna statione, & assidua extensione manuum perseuerabat. Deinde cum Præfectus illinc eam eduxisset, condemnat eam multis alijs reis, vt in profundum maris projceretur. Erat autem vna cum ijs etiam quidam vir pius nomine Eutychianus: qui ipse quoque propter fidem in Christum, nudatus facultatibus, condemnatus fuit, vt iaceretur in mare. XXXVII.

Vide sanctę martyris in carcere exercitia.

Postqvam vero in medio mari fuerunt, qui eos ducebant milites, ij si quidem cymbam quandam ascendentes, in terram nauigarunt: nauem autem, quæ ducebat Christi martyrem cum Eutychiano & cæteris condemnatis, cum vndique perforassent, eam, cum in tanto versaretur periculo, relinquunt fluctibus. Sic nauem mare tegebat, & eis parata à Deo adiutrix missa beata Theodote, & velo insidens cernebatur: & clauum dirigens securissime, ei nauiganti bus cursum præbebat secundissimum. Ad terram autem nauem duxit sine periculo. Quinetiam ostendit Eutychianum fuisse connumeratum inter Christi martyres. Tunc itaque, qui erant in naue condemnati, obstupefacti miraculo, ad Eutychiani pedes procidebant & martyris, & rogabant, vt docerentur rationem fidei. Ea ergo quæ petebant, consecuti, & in pietate vt oportet initiati, in Christi gregem sunt cooptati, qui erant omnes simul centum & viginti viri. XXXVIII.

En quid possint Sancti post hanc vitam. 120. viri credunt in Christum

Hæc tertio post die significantur Præfecto. Qui cum statim magno studio totum hunc chorum, nuper initiatum, comprehendisset, & ad tribunal sistendos curasset, eos arbitratus adhuc priorem seruare sententiam, eis aurum obtulit & diuitias, & honores partim quidem iam præbebat, partim vero pollicebatur, si solum vidisset mutatos, & rursus gentilem seruantes religionem. Postquam autem spe valde fuit falsus, fortes & validos videns eorum animos, eis contra ostendebat enses nudos, & ignem, & catapultas, & sartagines: Si nolitis, dicens, at hæc vos inuitos persuadebunt sacrificare. Postquam autem nihil ex æquo neque vincebantur à malis, nec ab ijs quæ bona videbantur, conuincebantur, cum eos prius multis affecisset tormentis, deinde etiam iniqua morte eos condemnat. Generosam vero Christi martyrem iubet tribus palis alligatam, & igne vndique circundatam, sic finem subire martyrij. Quod quidem cum celeriter factum esset, ipsa quoque in manibus Dei sui deponit spiritum xxij mensis Decembris. XXXIX.

S. Anastasia victrix migrat ad Dominum.

Apollonia autem quædam muliergenere insignis, precata Præfecti vxorem, accipit sacrum corpus Anastasiæ & cum ipsum præclare & vt oportebat honorasset, deponit in horto domus suæ. Postea vero templum quoque excitat martyri præclarum & magnificum, & postea anniuersarium ei festum celebrat. Post annos autem multos, ciuitatum felicissima, Constantinopolis, inquam, eius ad se exportatas suscipit reliquias, & eas deponit in magnifico templo & ea digno, thesaurum bonorum, fontem miraculorum, corroborationem animæ & corporis. Ad gloriam Patris, Filij & Spiritus sancti, vnius diuinitatis & regni: Cui conuenit omnis honor, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. XL.

Templum S. Anastasiæ conditur.

EPISTOLÆ DVÆ S. ANASTASIÆ AD S. CHRYSOGONVM, ET TOTIDEM S. CHRYSOGONI AD S. ANASTASIAM, VTI HABENTVR IN S. ANASTASIÆ VITA, AB ANASTASIO BIBLIOTHECARIO EDITA. LEGVNTVR EÆDEM etiam apud Suidam, Nicephorum lib. 14. in fine.

Sancto Confessori Christi Chrysogono, Anastasia. Licet pater mihi cultor idolorum fuerit, mater tamen * Fausta, Christianissima semper vixisse probatur & casta. Hæc me inter ipsa cunabula fecit fieri Christianam: Post cuius excessum sacrilegum iugum mariti suscepi: cuius, Deo miserante, torum mentita infirmitate declinans, die noctuque Domini nostri Iesu Christi amplector vestigia. Cum iste patrimonium meum, ex quo illustratur, cum indignis & turpibus idololatris exhauriat, me quoque veluti magam atque sacrilegam custodiæ tam grauissimæ mancipauit, vt me vitam corporalem amittere suspicer. Nihil enim superest, nisi vt amisso spiritu, morti succumbam: In qua morte licet glorier de confessione Domini mei Iesu Christi, tamen in eo mens valde conteritur, quod omnes meas opes, quas Deo deuoueram, alienis à Deo & turpibus erogari conspicio. Et idcirco deprecor te, ô homo Dei, vt instanter Dominum depreceris, vt aut ad fidem suam si venturum præuidet, maritum Publium sinat viuere: aut si eum in hac incredulitatis peruersitate scit mansurum, iubeat eum locum dare suis cultoribus. Melius est enim spiritum exhalare, quam Dei filium denegare, & eum confitentes impedire. Ipse enim testis est Christus, quoniam si liberata fuero, sanctorum vestigijs adhærebo, & curam eorum solicite exercebo, vt cœperam. Vale vir Dei, & memento mei.

** Flauia. Mater S. Anastasiæ, Christianissima fuit. S. Anastasia in arctissima habetur custodia*

S. Chryso-

S. Chrysogoni responsum.

CHRYSOGONVS Anastasiæ: Fluctuanti tibi inter procellas & turbines mundi, cito super vndas deambulans adueniet Christus, & diaboli aduersum te flantem spiritum vno iussionis suæ sermone compescet. Patienter ergo quasi in medio mari posita, crede Christum ad te venturum, & ad temetipsam conuersa, exclama cum Propheta, dicens: Quare tristis es anima mea, & quare contuibas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus me[us]. Geminum diuini muneris probatur indicium, cum tibi & terrena reddentur, & donabuntur cælestia. Dominus enim beneficium suum ob hoc protrahit per aduersa, vt non sit nobis vile, quod præstat. Vide ne turberis in hoc, quod pie viuentibus inferantur aduersa. Non enim deciperis, sed probaris. Non est tuta defensio, quam tu putas posse per hominem constare, scriptura dicente, Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine: & benedictus homo, qui spem suam ponit in Deo. Caue fortiter & vigilanter vniuersa peccata, & à Deo solo quære solatium, cuius iussa consetuas. Cito enim ad te placidum conuertetur tempus, & quasi post noctis tenebras floridum diei lumen accipies: atque post glaciale frigus hyemis transeuntis, aurea tibi & serena tempora succedent, & vt omnibus, qui pro Christi nomine affliguntur, temporalem præbeas lætitiam, per quam sine dubio consequaris æternam. Vale in Domino, & ora pro me.

Matth. 14.
Psal. 44.
Pie viuentibus semper inferũtur aduersa.
Ierem. 17.

Alia S. Anastasiæ Epistola, cum se putaret in custodia morituram.

CONFESSORI Christi Chrysogono, Anastasia. Finis venit corporis mei: memento mei, vt egredientem animam meam ille suscipiat, pro cuius amore ista sustineo, quæ ex ore huius vetulæ recognosces.

S. Chrysogoni responsum.

CHRYSOGONVS Anastasiæ: Semper fit, vt lumen tenebræ præcedant: Sic etiam post infirmitatem salus reuertitur, & post mortem vita promittitur. Vno fine clauduntur & aduersa mundi, & prospera: ne vel tristibus desperatio, vel lætis elatio dominetur. Vnum mare est, in quo nauiculæ corporis nostri velificant, & sub vno gubernatore animæ nostræ nautico funguntur officio. Quarundam igitur naues fortissimis carinarum nexibus solidatæ, tenebrosi æquoris concito cursu fluctus illæsæ prætereunt: quarundam vero fragilis iunctura etiam in tranquillo vicinum morti conficiunt cursum. Prope est enim vt pereant, qui non cogitant, vt ad salutis portum attingant. Tu autem, ô Christi irreprehensibilis famula, Crucis Christi trophæum tota mente constringe, & teipsam ad opus Domini præpara: in quo tuis desiderijs dum parueris, cum martyrij palma ad Christum attinges.

Vno fine clauduntur aduersa mũdi & prospera.
Crucis Christi trophæũ complectẽdum.

DE TEMPLO *in honorem S. Anastasiæ à sancto Martiano exstructo, ac de miraculis quæ in eo fiunt, legat eiusdem Martiani Vitam Lector, quæ habetur 10. die Ianuarij.*

MARTYRIVM S. MARTYRIS EVGENIÆ, EX SIMEONE METAPHRASTE, VT HABETVR 5. TOMO ALOYSII.

Ann. 250.

I. COMMODO post Marcum suum patrem, Romanum tenente Imperium, cum iam septem annos in eo transegisset, quidam Philippus vir illustris Ægypto præficitur: qui simul cum vxore Claudia & filiis mittitur in Ægyptum. Erant autem duo quidam filij masculi, Auitas & Sergius: filia autem, nomine quidem Eugenia, animo vero generosa, sicut etiam corpore & forma insignis. De cuius vita propositum est dicere viris bonis & virtutis amatoribus. Atque Philippus quidem postquam venit in magnam Alexandri ciuitatem, illic omnia administrabat, Romanos & patrios sequens mores. Et infestus quidem erat iis, qui artem tractabant magicam: infestus autem & Iudæis: illorum quidem multos de medio tollens, Iudæos vero ne sinens quidem nominari: mitius autem agebat cum Christianis, ipsos quidem etiam expellens è ciuitate: sed ante muros, cum ita iussisset Imperator, eos sinens degere & habitare. Aperte autem ostendebat, se Christianos quidem reuereri propter perfectam vitæ philosophiam: & ideo eos etiam præferens cultoribus simulacrorum. Ipse vero cum rursus teneretur à superstitione & falsa religione, quæ à patre ei fuerat tradita: amaret autem eruditionem & eloquentiam, Eugeniam quoque suam filiam in disciplinis educauit liberaliter, vtramque docens, nempe Romanam & Græcam orationem, & studens videre eam valde prouectam in philosophia. Illa autem cum docili i[illegible]genio addidisset etiam exercitationem, celeriter aduolauit ad doctrinam, animum quidem adhibens omnibus, quæ erant vtilia: omnia autem, quibus animum adhibebat, mente facile apprehendens: quæ vero didicisset, ita tenens memoria, vt viderentur scripta esse in eius corde tanquam in tabulis æneis.

25. Dece. Anno 188. vide Baro.
S. Eugeniæ parentes.
Nota qualis fuerit olim vita Christianorum.
Magni ingenij Eugenia in literis progressus.

II. CVM sic doctrinæ esset dedita, nihilo secius erat etiam suapte natura studiosa virtutis: & erat quidem digna, cuius cerneretur species: & digna, cuius audiretur oratio: ad imitandum autem erat omnibus vtilis & salutaris: &, quod est omnibus admirabilius, cum nondum excessisset ætatis annum decimumsextum, in morum honestate & studio virtutis superabat eos, qui erant ætatis longe prouectioris. Cum autem latere non posset, omnia peruadente fama, hanc quæ erat virtute clarissima, in administratione Reipublicæ clarissimus despondit * Aquilinus, qui tunc erat Consul, & alioqui tenebat primum locum apud Romanos nobiles. Postquam vero rogauerunt parentes, nunquid ei cordi esset coniugium & gratus sponsus, hic maxime Eugenia ostendit signum generosi animi. Quiduis enim potius pati sustinens, quam sibi charam expellere virginitatem, & amittere castitatem, parentes arte decipit: & viri quidem genus laudauit, mores autem reprehendit: & oportet, inquit, vt plurimum illos sponsos eligere, qui generi ornamentum afferunt, non qui volunt ornari à genere. Cum autem multi etiam alij eam peterent à parentibus, clari opibus & genere, ne illi quidem omnino in omnibus defuit honesta excusatio. Sed specie quidem repellebat eum, qui nũc volebat ducere vxorem: re vera vero omnino recusabat matrimoniũ, & hoc erat, cuius solum studio tenebatur, nempe vt esset casta. Sic vas, quod erat speciosum & mundum, paratum erat scilicet ad diuinum vnguentum suscipiendum. Propterea bona opera, bona quoque fides mox est secuta, & pura accedit ad purum fontem pietatis. Rei autem hæc fuit occasio.

** Aquilius seu Acilius*
Respuit Cõsulis Aquilini & aliorũ coniugium
Studiũ castitatis in Eugenia, adhuc pagana

III. VENIT ei in manus Pauli diuini præconis diuinus liber epistolarum, & cum ad ea quæ dicebãtur, intelligenda mentẽ suam defixisset, & cognouisset vere vnũ esse Deum, qui fecit hoc vniuersum, mente quidẽ statim illuminatur,

Credit in Christum

vt quæ eam diu ante haberet purgatam, & paratam esset ad diuinum spiritum suscipiendum. Cum autem [illegible] mente Christo credidisset, in aperto parentum suorum erat furorem. Postquam vero vidit decreta [illegible], extra muros expellens Christianos, & Præfectus hoc iam agg edicebatur, ipsa de fide, ans sic cute f.u. Ch[illegible] & eorum doctrina, fingit quidem, se vt rure recreet, & bona frui aeris temperie, excedere e ciuitate, & vt parum m[illegible]xet animum à studiis doctrinæ. Postquam autem nihil suspicari parētes, eam facile dimiserunt, egrediens in vico. Cum venisset autem in quoddam prædium, & in eo incidisset in multos monachos valde honestos, & cum [illegible] cantarent, audit sacrosanctam illam vocem, Omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit. Hoc cum illa audisset, & tanquam ob patrium errorem pudore perfusa esset, miserabilem quidem & profundum è corde emittit gemitum.

Psal 95.

Philosophorum dogmata contemnit & confutat.

Conuersa vero ad Eunuchos, qui eam sequebātur, quorum vnus quidem vocabatur Protas, alter autem Hyacinthus: audiuciant vero vos quoque philosophiam. Vos quidem scio, inquit, in disciplinis satis esse versatos, & philosophorum percepisse dogmata, quæ Socrates & Aristoteles & Plato, & clara tradit Stoicorum secta, & opinio Epicureorum: Sin aliter autem aliorum quoque Sophistarum & Poetarum, & quicunque gloriantur se non esse ignares eorum, quæ sunt cognitionis. Sciatis ergo hæc omnia apertas esse fabulas, & nihil aliud, quam probabilitatem, quæ potest multos decipere. Atqui Græcorum quidem, qui se de sua valde iactant doctrina, alij nec omnino esse Deum, alij vero multos esse & maiores & minores putauerunt. Hi vero omnes vno verbo excludunt, cum dicunt, Omnes dij gentium dæmonia. Est enim impietatis hæc perfecta & absoluta deletio. Illud autem, Dominus autem cælos fecit, hoc vnum aperte Deum inducit, & communem nostrum Dominum reddit nobis cognitum. His conuenienta tradit etiam Apostolus Paulus. Inducunt enim me quoque eius verba, quæ ipsa heri legi & audiui attentius, quæ declarant vnum esse Deum vniuersorum. Quibus nos quoque credimus vt quæ sint valde clara & fide digna, & quæ suē faciant ex ipsis operibus. IV.

Psal 95.

Vobis ergo, si velitis, promptus est & expeditus modus salutis. Ego autem non me amplius in vos geram, tanquam dominam: sed conserua ero & soror. Communem enim Dominum & patrem habebimus Deum. Vt qui ergo simus vnius Pastoris, & tanquam fratres vnum spirantes, communi sententia veniemus ad Christianos: Audio enim à quodam Heleno hic factum esse monasterium: & illum quidem propter virtutis magnitudinem ascendisse gradum Episcopatus: quendam autem Theodorum fuisse eius loco institutum, & præfectum administrationi monasterij: eumque tam præclare suo gregi præfuisse, & ad eam diuinam gratiam peruenisse, vt & dæmoniacis & ægrotis, illis quidem vexantem spiritum, his vero morbum facile expellat: quin etiam cæcis oculis desideratum Solem præbeat videndam: & ijs, qui ei subiecti sunt, monachis ita augeat exercitationem, vt nullam prætereant partem diei ac noctis, quæ non consumatur in perpetuis precibus & canticis. Horum monasterium nullis licet fœminis ingredi: neque fas est eum ab vlla adspici muliere. Sed vos mei capitis comam tondete, & hos crines auferte, & virili me veste induite, & nocte ad eos ducite: vobis quidem me prope currum sequētibus, reliquis autem famulis simul præcedentibus, & sequentibus: vt quando fuerimus in ipso loco, eius quod factū est, nullum sensum omnino præbeamus. De cetero vobis curæ sit, vt cum portas ingressi fuerimus, salutem, vt par est, adipiscamur. V.

Heliopolis scilicet.

In monasterio Heleni monachi, quos Helenos vocat Philo perpetuis vacabant precibus & canticis.

Placvervnt Eunuchis, quæ dicta sunt, & ea studuerunt ad effectum deducere. Porro autem felix quoque signum consequuntur. Nondum enim peruenerant, vt ingrederentur monasterium, & magnus inter Episcopos Helenus, venit ex Heliopoli, & cum multitudine virorum, hæc veluti signo dato canentium: Via iustorum directa est, via sanctorum parata est. Hoc & ijs, qui erant circa Eugeniam, auxit fidem, & effecit, vt illa mirandum in modum lætaretur. Tanquam certe nacta occasionem, eos qui circa se erant, magis accendit ad pietatem: & multa alia dicens, quæ ad tempus pertinebant, locoque conueniebant: & quod non forte fortuna, sed diuina quadam prouidentia hæc audiuisset, & ea, quæ prius canebantur diuini Dauidis: sed illa quidem esse, quæ eam inducant ad pietatem: quæ autē nunc canuntur, quæ adhortentur ad viam virtutis. Hæc cum dixisset, & iis qui psallebant, se & suos admiscuisset, cum illis viam perfecit: quo quidem tempore & multa alia admirabilia audiuit turbas de Heleno narrantes, vt ostenderent quantus esset in miraculis, & quam cum is sæpe opus habuisset igne, visus sit ardentes carbones ferre in vestibus, his nihil ex igne læsis: præter ea autem & quæcunque alia assidue faciebat miracula: cuiusmodi est hoc quoque, dignum quod narretur, & mandetur memoriæ. VI.

Ecce quomodo Spiritu sancto ducta sit.

S. Helenus in miraculis magnus.

Aivnt quendam magum qui vocabatur Zareas, cum maleficæ artis summum attigisset fastigium, in illis locis esse versatum ad multorum exitium, magna & varia fraude vtentem: quem inter cætera dicunt aulum esse aliquid eiusmodi Deo maxime inuisum, nempe famam sparsisse inter eos, qui illic habitabant, quod ipse quidē esset à Christo nullius bene factor hominum & doctor bonus, mendax autem Helenus, aut heritatem docendi sibi falso tribuens. Existimabat enim, quod si pastorem aduersus gregem ad bellum concitaret, eos deinceps, tanquam oues quæ non sunt custoditæ, aggrediens, non contemnendam prædam præbiturum patri suo diabolo. Hęc ille dicens, fidem faciebat sua improbitate. Scitis enim, quam sit malitia efficax & quam facile multos attrahat: adeo, vt ad Helenum turba accedens, ei dixerit, vt vel ipsam doctrinæ assumeret socium, aut certe inter se disputarent: vt ipsi ei qui vinceret, accederent. Lubens itaque Helenus adit periculum cum eo disputandi. Confitebat enim in Christo. Zaream autem assumere socium, hominem qui gloriabatur dæmonum præstigijs, hoc existimabat vel solo esse auditu abominandū. VII.

Zareæ magi in S. Helenum calumniæ.

Postquam ergo dies assuit præstitutus, accessit ad disputationem. Et primum quidem cum acriter est adortus, & crebris magum inuasit argumentis. Postquam autem vidit eum vti arrogantia & insolentia, tanquam armis, & contēdere sibi parare victoriam, non ex veritate, sed ex impudentia, permittit facto iudicium: & iubet magnum ignem accendi in media ciuitate: ambos autem flammam ingredi: & qui eorum maneret illæsus & igne fortior, eum esse aperte, qui à Christo est missus, & dignum esse, qui doceat illius cletum.

S. Heleni cum Zarea disputatio.

Postqvam vero verba ad rem sunt deducta, & flamma iam fuit in altum sublata, metus quidem statim inuasit Zaream: & iubebat primum ingredi Helenum, hoc apud se, vt videtur, cogitans, quod vel nō audens, dedecore Helenus afficietur: aut si ausus fuerit, emittet animam: & sic facile fuerit ei vincere, cum fortem amiserit aduersarium: & sic omnes poterit ad se trahere. Postquam autem vir ille diuinus professus est se primū subiturum periculum: & cum precatus esset, rogum est ingressus: illum vero non latuit, quisnam esset, & nec illius quidem pilum ausus est tangere: tunc aiunt magum illum metu & terrore repletum, recessisse quidem, & aperte ostendisse se vitare periculum, aut Plutonis paleam subeūtem latuisse: à multitudine autem protrusum, fornacem vel inuitum intrasset quæ cum æque facile iam comprehendebat & depascebat, atque quamuis aliam aptam ad vrendum materiam. & nisi magnus Helenus miseri calamitatis misertus, eū, cum iā esset semiustus, extraxisset, ipsa magia & callidis suis inuentis omnino periisset: sic pulchre igne fraudem puniente cum veritate. Hæc illis dicentibus, beata illa præ gaudio varie afficiebatur, lætabatur, admirabatur, eos, qui narrabant, rogabat, vt per ipsos adduceretur, & Episcopo commendaretur ipsa, & fratres quos adducit: & sic in hoc monasterio communiter viuerent. Ita obnixe rogans, persuadet cuiquam ex iis, qui aderant, qui vocabatur Eutropius, vt hæc omnia ei fierent, & preces deferret ad Episcopum. Quando, inquit, diuertit & paululum requieuit, ille opportune & in ocio præbet ei, qui dicit, audientiam. VIII.

S. Helenus in igne manet illæsus

Interim

IX. INTERIM autem dum hæc inter se loquebantur, appropinquarunt monasterio, & ipsi intrarunt cum Episcopo. Vna vero cum eis ingressa est Eugenia, adolescenti plane similis & coma & vestitu. Cum iam autem incitatus fuisset Eutropius ad significandum de ea Episcopo, quoddam somnium se obtulit Heleno, qui post diuinam mysterij celebrationem ad somnum declinauerat. Erat vero huiusmodi somnium. Sculptum quodam mulieris simulacrū videbatur à viris ferri honorifice, & id ab eis tanquam Deum reputari: illum autem ægre ferentem, quod homines deciperentur, dixisse ei deæ, quæ erat apud ipsos: Ita ne, cum sis à Deo creata & nobis conserua, sustines ab ipsis adorari, & Deo parem reputari? Illa vero cum hoc audijsset, protinus cum adhuc portaretur, à viris quidem recessit: eum autem est secuta, tales voces emittens: At ego à te minime recedam, donec me adduxeris ad creatorem. Hæc Helenus quidem vidit in somnis. Excitatus autem, apud se dubitabat, quonam rediturum esset, quod à se visum fuerat. Statim vero aduenit Eutropius, qui tanquam de viro loquens de Eugenia: Viri, ait Episcopo, tres, fratres animis, fratres corporibus, abiuratis moribus gentilium, in tuo grege versantur, ad Christum accedentes, & diuinum baptismum rogantes asse qui: & deinde tonderi, & referri in numerum horum monachorum. Cum sint autem iuuenes, & a se inuicem pendeant admirabiliter, hoc petunt præter cætera, vt se inuicem nulla in re disiungantur, non in opere, non in habitatione, neque in aliqua alia conuersatione: sed diuidi non possint, qui sic sunt coniuncti in Christi nomine. Hæc mihi dixerunt, lachrymis vultū eorum rigantib. &, vt omnia tibi declararē, vehementer rogarunt.

Visio S. Heleni.

S. Eugenia cum duobus eunuchis rogat baptizari & tonderi.

X. CVM ex his coniecisset somnium beatus Helenus, & vt oportebat, pro omnibus Deo egisset gratias, iubet eos tres in sui conspectum. Postquam autem accessissent, statim dextra apprehens Eugeniam, & eam alloquens hilarius, placido & læto vultu rogauit eorum nomina, genus, & patriam. Illa vero verecunde, & cum eo, qui virginem maxime decet, rubore, Nobis quidem, inquit, ò diuinum caput, patria & genus est gloriosa Roma: Fratres autem sumus inuicem. Nomen vero primo quidem est Protas: secundo autem, Hyacinthus: mihi vero, Eugenius. Iucunde autem eam intuens beatus Helenus: Merito te Eugenium, inquit, vocas, ò Eugenia: vt nomen tuo respondeat spiritui, cum virilem habeas animam, & valde te masculam ostendas in omnibus: sed proposito adhuc vincas naturam, & in Christo confirmeris & inualescas: propter quem nunc, cum sis mulier, te virum esse simulas, propter eius amorem mutato & habitu, & nomine. Hæc autem dico, non tibi sexum exprobrans fœmininum, nec te volens traducere: sed vt scias, quantæ sis Deo curæ: & quemadmodum mihi hæc omnia, de te nihil celans, ostenderit, quisnam sis, & quemadmodum veneris: & quinam sint ij, qui sunt tecum, & quænam tibi in hac vita gloria obtigerit & genus. Stude ergo ò Eugenia, non minus te animo generosam ostendere, quam corpore. Nam hoc quoque non minus, quam alia, mihi Deus significauit, quod te ei purum præparatis receptaculum, virginitatem quidem conseruans immaculatam: cor vero, in quod non cadit reprehensio: & huius mundi quidem gloriam reputans ignominiam, diuitias autem paupertatem: voluptates vero molestias, & nihil magni ac præclari habere eam, quæ est apud homines, nobilitatem: illam vero solam amans, à qua excidimus propter primum, & hæredes facti sumus per secundum Adam. Et hæc quidem Eugeniæ Helenus.

S. Eugenia sumpto virili habitu & mutato nomine nō potest cum latere.

Eugenia, i. generosa.

XI. PROTÆ autem & Hyacintho: Vos vero, inquit, (neque enim placuit Christo, vt vos lateretis) qui fortuna quidem serui, mente autem estis liberi, & nulli domino subiectam conseruatis animæ dignitatem, virtutem extollentes, & magni facientes, quibus Christus quoque dicit: Non vos voco amplius seruos, sed amicos: Beati propter libertatem, vel potius propter amicitiam & cum Christo coniunctionem: quod cum illius iugum subire elegeritis in vno inter vos consensu & conspiratione, huius beatæ cœpto nullum attulistis impedimentum, sed nunc quoque cum ea estis prompto & alacri animo: & cum illa è vita excedente etiam illic simul eritis, & easdem quas illa coronas & præmia consequimini. Hæc cum nullo alio præsente dixisset Episcopus, Eugeniam quidem permittit manere in habitu virili, cum hoc nulli esset cognitum, neque primum, neque postquam eam allocutus est Episcopus. Quę quidem simul cum Eunuchis, non prius eum dimisit, quam illius manibus diuinum consecuti baptismum, & mutarunt habitum, & cooptati sunt in numerum monachorum. Quæ autem deinceps sunt consecuta, & quemadmodum deinceps parentes propter eam sunt affecti, & quænam de ipsa quidem cogitarunt, & quantum dolorem acceperunt, cum spe frustrati essent, (nam hæc quoque, sat scio, scire sitis) nequaquam par est prætermittere.

Ioan. 15.

S Eugenia cum Prota & Hyacintho baptizatur, & monasticū induit habitum.

XII. POSTQVAM enim intempesta nocte, nemine quod factum fuerat sentiente, Eugenia quidem sine strepitu descendit de curru, Hyacinthus autem & Protas ab alijs similiter sunt separati: inane vero vehiculum secutum est eos, qui præcedebant, qui præibant famuli partim quidem propter tempus, partim autem quod celatum sit id, quod gerebatur, nihil eorum, quæ pone fiebant, sentientes, quoniam eos sequebatur animal, & maxime Deo huic rei prouidentia sua opem ferente, ita recta iuerunt Alexandriam. Postquam autem iam fuerunt prope ciuitatem, qui rescierunt quidem, è domo exierunt, cum maximo gaudio suscepturi Eugeniam, antcambulonum videntes multitudinem, & alium deinceps conuentum puerorum. Cum vero iam prope essent, & alacri animo ad vehiculum accurrissent, & cathedram quidem vidissent vacuam, nusquam autem Eugeniam, re inopinata & quam nunquam sperassent, obstupefacti, ad lachrymas & luctum de cætero sunt conuersi, & communiter commune bonum deflebant. Quid factum est? Quid actum est? Quodnam malum inexpugnabile nobis accidit, dicentes. Deinde nomine vocabant Eugeniam, vultum ferientes manibus, plangentes, & plane temulenti dolore. Sed hæc quidem foris faciebant amici & noti, & quibus nulla cum ea intercedebat coniunctio sanguinis. Eorum autem, qui intus erant, qui satis tragice descripserit calamitatem? Parentes enim propemodum venerunt ad laqueum, & propemodum se ense confixerunt, quid non loquentes miserabile? quid non facientes dignum lachrymis? Genas lacerabant, puluerem capiti infundebant, se humi turpiter ꝓsternebant, acerbe exclamabant, parentes filiá, fratres germaná, serui dominá: nullus inuulneratus, nullus liber ab animi perturbatione: ita vehemens inuaserat domū absq; igne incendium.

S. Eugenia latenter se subducit a domo parentum.

Incredibili dolore affliciuntur parentes recessu S. Eugeniæ.

XIII. SED postquam inutiles viderunt esse lachrymas, conuersi sunt ad quærendam charissimam. Interrogabant mercatores, percontabantur agricolas, prædiorum habitatores, & viarum custodes: sciscitabantur vates ventriloquos, & omnia dæmonum oracula, & ea placabant & colebant sacrificijs. Cum autem non inueniretur ea, quæ quęrebatur, parentibus vnum excogitant, qui eius quod est graue, videbantur quærere solatium. Fingunt quandam fabulam, nihil dissimilem ijs, quæ canuntur apud Græcos: quod, cum dij capti essent amore Eugeniæ, eam in cœlum rapuerunt. Quod quidem patri, vt cuius aures talibus assueuissent, gratum erat & acceptum, & filiam insignibus afficiebat honoribus. Quamobrem auream ei erexit statuam, & tanquam nouæ deæ cœpit sacrificare. Mater autem & fratres Auitas & Sergius non ita se habebant: sed ijs, quæ dicebantur, dubitantes credere, valde lugebant. Atque Eugeniæ quidem fuga, & quemadmodū non solum parentes, sed eos etiam, qui ei bene volebant, affecerit, ita habet.

Vide ineptū figmentum & inde consecutam impietatem.

XIV. EVGENIA autem in diuinis scripturis versabatur & meditabatur assidue, & parandæ virtutis magnam curam gerebat. Quo factum est, vt cum non plusquam duos annos transegisset in monasterio, omnes vinceret: mulier, inquam, viros. Quare res communis est virtus, & sexus nullum affert impedimentum ei, qui se recte velit gerere. Eugenia ergo primas partes gerebat in virtute: eius autem maxime erat propria modestia & moderatio: & quod cum prima esset in rebus honestis, nihilo secius esset etiam prima in eo, quod essent eius moderati spiritus. Eugeniæ hæc quoque erant signa, quibus cognoscebatur, quod cum prima omnium veniret ad synaxes, rursus vltima omnium recederet:

S. Eugeniæ perfectio. Catalogus virtutum eius

cederet:

cederet: præterea vero misce[illegible] etiam cuiusl[illegible]bet, qui al[illegible] [illegible] batur mol[illegible] [illegible] vere aut [illegible] cum ijs, quibus erant [illegible] fecundæ, quod quidem [illegible] mali[illegible] [illegible] quod haberet sermonem, ad cuiusuis irascentis cu[illegible] seda[illegible], long[illegible] [illegible] adeo, [illegible] efferabatur, eius oui similem redderet mansuetudinem. P[illegible] [illegible] ho[illegible], & p[illegible] [illegible] cissimum, non fictus in omnes charitas, & quæ non amor [illegible] ad labra vsque [illegible] bat, sed et[illegible] [illegible] bat.

Multos curat morbidos.

XV. NON multum intercessit temporis, & ad eam accessit gratia curationum [illegible] Et [illegible] ad quos cunque accedebat morbi visendi gratia, non solum [illegible] verbis consolabatur, sed etiam libe[illegible] [illegible] [illegible] ciabat. Eam autem imitantur pro viribus Protas & Hyacinthus, de quibus antea diximus. Cum sic viueret E[illegible], Præfectus monasterij tertio post anno excedit e viuis: ipsam vero vocabat ad Præfecturam fratrum communi [illegible] gium. Eam enim pro viro habebant & virtutem quidem videbant, quæ inerat, ignorabant autem id, quod apud [illegible] latebat. Illam itaque metus inuadit & dubitatio. Neque enim æquum censebat, vt quæ esset fœmina, viris præesset: & communiter vocantem despicere fraternitatem, iudicabat esse peruicacis & obstinati animi. Visum est ergo ex Euangelio discere, quid agendum, Deo permittente id, quod erat incertum & obscurum. Postquam autem fuit explicatú, admirabiliter hæc vox Domini resonabat: Si quis vult inter vos esse primus, sit omnium vltimus, & omnium minister.

Matth. 20. Luc. 22. Cogitur præesse fratribus, sed extrema quæque ministeria obit.

Hoc dicto, Præfecturam quidem subit vel inuita: se autem sic etiam dat totam ad ministrandum, quid non faciens indignum, & quæ etiam, qui sunt viles & abiecti, facere dedignantur: aquam è puteo effodiens, domum verrens, manibus ligna frangens, & alia omnia, quæ sunt minima, diligenter faciens: adeo vt etiam esse [illegible] lubenter sustineret, propterea quod præcepto pareret lubentissime.

Philip. 3. Claret miraculis.

XVI. CVM sic ergo insigniter exercuisset moderationem, & in Præfectura rursus resplenduisset, insistebat etiam in via, quæ ducit ad Deum: ad anteriora quidem, vt diuinus dicit Paulus, se extendens: eorum autem, quæ retro sunt, obliuiscens propter promptam & alacrem operationem. Atque quam multa quidem fecerit miracula, narrare est alterius temporis & operis, quod proprium postulat otium: maxime cum propter satietatem o[illegible] vitet prolixitatem. Quod vero & dictu est facile, & cui consequens est finis martyrij, & habet seriem consequentem ijs, quæ deinceps sequuntur, hoc iam dicetur. Erat Alexandriæ quædam mulier, nomine Melanthia, quæ facultates quidem habebat multorum talentorum, Dei autem timoris & virtutis erat inops. Ea cum aliquando à diuturno & graui morbo attenta esset, (erat enim horror, quarto quoque die accedens) vbi fama ad eam peruasit, esse virum quendam nomine quidem Eugenium, vita autem omnibus admirandum, qui facile soluit morbos difficiles: statim omnibus alijs omissis, maxima celeritate venit ad monasterium, & vehementer rogat, vt liberetur à plaga, quæ eam premit. Misericordia itaque mouetur Eugenia: & cum eam sancto oleo sanctis vnxisset manibus, protinus efficit, vt eiomat [illegible] ram morbi efficientem. Sicque Melanthia pure consecuta sanitatem, valens quidem reuertitur: venit autem ad quendam ex suis agris, qui etiam erat prope monasterium, & non multo post tempore, cum ex pulcro & puro argento tria vasa confecisset, ea mittit ad Eugeniam, monasterij ædi oratoriæ ea dona dedicans pro gratiarum actione. Cum autem munus oblatum non admitteret, (Dicebat enim non esse monachis vtilem, neque conuenientem argenti possessionem: sed eam esse vendendam, & pauperibus distribuendam, aut ijs, qui alioqui opprimuntur pondere debitorum) ipsa cum venisset ad Eugeniam, & quid non dixisset, aut fecisset ad persuadendum? persuadet vt accipiat argentum, & reponat in templo dedicatum.

Olco sacro curat febrē quartanam.

Virtuti maxime propinquum vitium.

XVII. FVIT autem pietas occasio impietatis, & verum est id quod olim dictum est, non esse vllam rem alteri tam propinquam quam virtuti vitium: & sæpe aliquis iuxta eam vadens, imprudens ingreditur in contrarium. Quod etiam accidit Melanthiæ. Virtuti enim fortasse in mediocrem curam gerens, imprudens, quoniam mentem non adhibuit, ad summam dedicta fuit improbitatem. Iam enim effecta familiaris, cum ad eam iret assidue, & virum videret specie iuuenem, & facie formosum, eam subit amor nequaquam quidem illiberalis: & paulatim demulcebatur eius & delinicbatur animus: deinde etiam valde accendebatur, vt quæ existimaret Eugeniam ne posse quidem semper esse castam: sed neque morbi propulsationem diuinæ fuisse gratiæ, sed artis potius magicæ, & inimici potentiæ. Hæc quæ cor eius occupauerant, & vehemens flamma amoris, & grauis incredulitas, persuadent, vt audax facinus aggrediatur, & res tenebrarum libere eloquatur. Res enim grauis est amor, & impudentissima. Neque res est vlla adeo aditu difficilis, ad quam se non posse peruenire & eam consequi existimet.

Carnalis amor res impudentissima.

XVIII. CVM itaque degeret in agris, vt dictum est, vicinis monasterio, & perturbatione animi valde laboret, simulat se corpore esse ægrotam, & incredibili celeritate accersit Eugeniam, non fictum hunc morbum curaturam, sed veri & occulti miserabiliter futuram participem. Postquam autem ea, quam desiderabat, facies fuit intra fores, Melanthia non ferens animi motum intus æstuantem, statim tanquam ex malo thesauro malos promit sermones. Et primum quidem ad nefarium incitabat coitum: Quod si velis, inquit, ac ego te lege matrimonij palam accipiam in maritum, eritque dominus multi auri, argenti, pretiosæ vestis, agrorum, iumentorum, mancipiorum: pro quibus me quoque habebis ancillam pro libera, & tibi in honore æqualem: & his omnibus ipse frueris. Non est enim mihi maritus, nec filij, nec cognati. Quorsum enim tam pulcher flos corporis, & venustissima species, se exercitatione perpetua tabefacit & laboribus? Hæc cum acri & continenti spiritu persequeretur Melanthia, beata suspirabat quidem ad vnumquodque eorum, quæ dicebantur, & animi perturbatione plenam valde abhorrebat orationem. Tandem autem ad multas eius nugas caligans, cera, vt dicitur, aures obstruens, & nec amplius quidem audire sustinens, Cohibe linguam, ô mulier, exclamauit, cohibe, & sint hæc procul à nobis. Expuis enim in nos ipsum virus draconis veteris. Non prodemus castitatem, non corrumpemus virginitatem. Non, ô Dei mater & virgo, in quam ego confido, non fallam mea pacta conuenta. Vnum est nobis matrimonium, Christi desiderium: Vnicæ sunt diuitiæ, bona quæ sunt in cœlis: vnica possessio, cognitio veritatis.

Melanthia fœmina opulenta, prouocat eam ceu virum ad concubitum. Eam illa detestatur.

XIX. HÆC cum inhonesta audijsset Melanthia, ira, quæ dici non potest, incensa, (est enim grauis amor, & qui nō potest omnino cohiberi) profecta est Alexandriam, valde grauia parturiens aduersus Eugeniam. Deinde cum etiam difficilem in eam struxisset calumniam, venit ad Præfectum Philippum, nihil scientem ex ijs, quæ euenerant: neque quod is esset pater Eugeniæ, neque quod illa mutasset habitum muliebrem in virilem. Ad eum ergo accedens, ab intemperantia transit ad calumniam: & eam incipit accusare admodum maligne & improbe, dicens: Quidam adolescens, facie quidem formosus, sed moribus valde sceleratus, Christianorum simulans pietatem, ad me est ingressus: & cum me aliquam putasset esse impudicam & inhonestam, primum quidem verbis fallacibus, deinde etiam manibus ad vim vsus est vir audacissimus: & nisi altius exclamassem, & vt accurreret ancilla, effecissem, ego tanquam captiua aliqua polluta essem. Ita impudens mulier illi puræ audebat suum adscribere flagitium. Hæc sic dicta, ad furorem valde concitarunt Præfectum, & vinctos ad se iussit adduci, non solam Eugeniam, sed etiam omnes simul, qui cum ea erant. Atque eos quidem, vt iussum fuerat, adductos, alium alibi diuersæ tenebant custodiæ. Existimabat enim Præfectus nunquam talia confictturam fuisse Melanthiam, mulierem adeo nobilem, opibusque & gloria insignem: Nesciens diuitiarum & claritatis esse vehementiorem animi perturbationem, & quæ potest persuadere, illa quidem

Melanthia accusat S. Eugeniam apud Præfectum.

[illegible] cogitate: propter id autem, quod ei videtur in præsentia, gratum eligere mendacium. Omnes itaque [illegible] propemodum condemnabant: Et ex ijs, alij quidem æquum censebant eos sub [illegible] Alij vero in ligno suspendi: Alij autem acerbioribus generibus suppliciorum, vna cum calumnia puni- [illegible] tatem.

XX. POSTQVAM autem adfuit domina, congregata quidem erat magna multitudo ex omnibus, quæ circuncirca erant, vrbibus: aderat vero etiam Præfectus, & in mediũ producebatur Eugenia, quæ grauibus tenebatur catenis: theatri autem clamores vndique erumpebant, & morte esse afficiendam Eugeniam communiter pronunciabant. Paratæ erant bestiæ, parata tormenta, rotæ, ignes, & alia genera suppliciorum, & per omnia acerbi tortores, & ex æquo ad supplicia inferenda sæuissimi & acerrimi. In [illegible] um itaque conspectum duci Eugeniam iussit Iudex. Quæ cum [illegible] hoc, inquit, vobis, o omnium hominum maxime impie, iubet vester Christus, vt nec clam quidem faciatis ea, quæ sunt turpissima: sed tam impudenter & violenter aggrediamini ea, quæ sunt nefaria? Quis enim tuus [illegible] quasi tanquam medicus ingrediens, vt qui non solum esses medicus, sed qui etiam per te posses facere [illegible] quæ corruptores & adulteri: & mulierem tam nobili loco natam, tam [illegible], & tam honestis & modestis moribus, tanquam scenicam quampiam, aut ex hostium regione captam, probro & dedecore [illegible] Audacis itaque tu cœpti mentas lues pœnas, & malus male peribis.

S. Eugenia catenis vincta, sistitur coram Præfecto.

XXI. CVM ta[illegible] fatus esset ei Præfectus, Eugenia vultu in terram inclinato, ne in præsentia eius vultus [illegible] Meus, inquit, Deus non ea solum, de quibus nunc à vobis accusor, prohibet: sed ea etiam [illegible], quæ sunt his multo excelsiora: qui me etiam nunc volens perpetuo esse castam, prouidit, vt viuerem [illegible] qui in pietate se exercent, monach[illegible] quomodo in hodiernum vsque diem me conseruauit, vt & ipsi est [illegible], & vobis erit paulo post. Quod autem mihi & tormenta & mortem minitaris, impudens incussisti mi[illegible] qui non opus habet oratione. Erubescerem enim, si horum metu quærerem me defendere, & non quod [illegible] Christianorum apud vos male audiant & irrideantur. Verumenimuero oportebat vos non tam faciles [illegible] accusatoribus, neque cum primum audissetis, tam cito condemnare: sed ambobus prius auditis, [illegible] sententiam: & si manifestum quidem extiterit me talia fecisse, iustum luam supplicium: Sin autem [illegible] & aperta calumnia, vnam pro omnibus peto gratiam, vt hæc mulier nihil graue patiatur, nec si de nobis [illegible] dixerit. Sic enim nostra lex iubet, & nos obtemperamus, vt nunquam mala pro malis, sed [illegible] reddamus. Huius rei solum mihi dato fides fiat iusiurando, neque opus habebimus vllis orationibus, [illegible] contradictionibus: sed res ipsas aperte ostendet, & facillime tui iudicabunt oculi.

Præclare se purgat.

Arguit præfecti temeritatem.

Rom. 12.

XXII. CVM sic dixisset, seorsum dixit Melanthiæ, (nam illa quoque præsens aderat) Etiamsi fieri possit, vt omnes latea[illegible] tuam non latebit omnino conscientiam. Ne ergo te ipsam videaris ignorare, & diuinos despicias oculos, qui omnia vident, & iuste puniunt calumniam. Cum vero nihil cederet Melanthia, neque de impudentia aliquid [illegible], iubet statim produci ancillam, quam dicebat Melanthia fuisse testem violentiæ. Iussit autem vocari, non vt quæ vera esset testis [illegible] (Quomodo enim ancilla restitisset dominæ?) sed vt abundantius falsum conuinceretur: & cerneretur Melanthia non sola, sed cum alijs instituisse calumniari. Cum producta esset ergo ancilla, & volens dominæ gratificari, non imperite mendacium mendacio contexeret: Me, dicens, sceleratus iste sæpe tentauit. Deinde consueta intemperantia ei persuasit, vt in ipsam quoque fureret dominam: cui nolenti vim afferebat, donec illa quidem exclamauit: ego autem cum accessissem, & alias euocassem conseruas, à turpi conatu vix eum prohibuimus. Qu[illegible] accersere, scietis quam pulchre ij, quæ à me dicuntur, concinant. Tunc Præfectus quidem acerbi[illegible] conturbatus, probris appetebat Eugeniam: & iam aperte ostendebat se esse proruptum ad tormenta, [illegible] quod [illegible] est ad eam conuincendam. Illa vero, (sed est attendendum, est enim auditu iucunda narratio) Tempus est, dicens, libere dicendi veritatem: ne de ipsa dictum mendacium nimium iactaretur, & Christiani male audirent apud Gentiles, quid facit? Cogitur propter nimiam accusatricis impudentiam, etiam aliquid facere [illegible] honestum & decorum: & superne acceptam disrumpit tunicam, & cum quasdam partes vere facti nudasset corporis, omnibus se esse sexu & re vera fœminam: & dixit Præfecto: Domine mi, tu quidem es meus secundum carnem [illegible] Philippus, Claudia autem mihi mater: & fratres hi, qui tecum sedent, Abitas & Sergius. Ego vero sum tua [illegible] Eugenia: quæ cum vniuersum mundum, & quæ sunt in mundo, facile exufflem, pro omnibus solum indui Christum. Ecce etiam quos vides Eunuchos, ij sunt Protas & Hyacinthus, qui mihi & doctrinæ & vitæ, quæ est ex Christo, fuere socij.

Famula mentitur turpiter in gratiam heræ suæ.

S. Eugenia apertissime conuincit calumniam.

XXIII. NONDVM orationi finem imposuerat, & pater & similiter etiam fratres, cum partim quidem ex ijs, quæ dicebat: partim autem, atque adeo multo magis ex signis, quæ erant in vultu, deprehendissent veritatem, (agnouerant enim in eam coniectis curiosius oculis, hanc ipsam esse Eugeniam) eis cor quidem voluptate ineffabili, præ voluptate autem manantibus autem lachrymis replentur oculi. Deinde cum eam sustulissent in solium Præsidis, propemodum in ipsam ipsas effundebant animas, & ei suum amorem dispertiebant, hinc pater, illinc fratres: & alia ex parte mater: (aderat enim ipsa quoque, cum id didicisset) & partim amplexibus, partim verbis amantibus inter se contendebant, quænam membra quidem non amplectentes? Quid autem non patientes, aut non agentes ex lætitia ineffabili? aut quid eorum, quæ voluptatem animi significant, cauentes facere propter multitudinem? Magistratus enim maiestatem, & totam illam, quæ ex dignitatis splendore oritur, grauitatem superabat natura, & aperte repellebat. Clamabant itaque tanquam diuino furore afflati, Ipsa est filia, ipsa est soror: oculorum voluptas, imago animæ: quam existimauimus fuisse à dijs raptam: quam nos non videntes, ne videre quidem lucem omnino sustinuimus. Hæc populus quoque scilicet audiens & videns, Vnus Deus est verus Christus, clamabant. Quicunque autem ex Christianis paulo diligentioribus expectabant, vt post mortem, martyrum corpora tollerent, & conuenientem eis pararent sepulturam, ij cum audijssent tam repentinam Præfecti & populi mutationem, cum turbis prosiliunt. Quis est magnus, sicut Deus noster, alta voce clamantes. Qui reuelat profunda & occulta, & in astutia ipsorum apprehendit sapientes. Pater autem cum inuitam Eugeniam aurea veste induisset, (volebat enim omnes esse suæ participes lætitiæ) in alta eam sede collocauit, & fecit, vt videretur ab omnibus.

Agnoscitur a parentibus & fratribus. Ineffabili afficiuntur lætitia ob filiæ inuentionem parentes.

Psal. 76.
Iob. 5

XXIV. DVM hæc autem gerebantur, ipse quoque, qui est in cœlo Deus, aut vt potius dicam cum diuino Iob, Qui erat in cœlis testis Eugeniæ, Qui erat in cœlis eius conscius: repentinum ignem desuper iaculatus, Melanthiæ domum cõsumpsit omnino. Illam enim æterno reseruauit. Hoc autem factum effecit, vt multi conuerterentur ad veritatem. Protinus ergo à Christianis celebrabatur festum commune, & longa mutata est tristitia, cum Præfectus quidem simul cum filia inuenisset pietatem, & ad Christum accessisset, & sancto fuisset obsignatus baptismate: Christianis vero protinus sacræ redditæ essent ecclesiæ, & ij, quos prius habebant, honores & priuilegia. Nõ solum autem hæc fuerant cõsecuti, sed etiam eis licebat tuto habitare ciuitates: hoc .n. eis procurauit Philippus, cũ retulisset ad Imperatores Seuerum & pium Antoninum, esse inutile imperio Romanorum expelli Christianos, vt qui non in paucis sint cõmuni vtiles. Eisq; conuenientibus, rursus videre licebat Alexandriam veluti denuo conditam. Similis quies,

Iob. 16.

Pater S. Eugeniæ cum multis alijs creditur.

Pax datur Christianis.

& tum ita

& similis successu erat etiam in ijs, quæ sunt in Ægypto, vrbibus, & florebant iterum res Christianorum, … & ecclesiæ fiebant.

Baron. an. 254

SED quoniam cum virtus adeo recte se haberet, accidit vt contra irreperet vitium, & qui est et sauciat, grauiter sauciaretur, res præsentes non patitur, qui est bonis aduersarius: sed tacite se insinuans quibusdam Alexandrinis, qui erant diuitijs quidem & generis splendore insignes, simulacrorum autem cultus furore erant … persuadet eis, vt eant in regiam: & accedentes ad Imperatores, dicunt, toto quidem præcedenti tempore se in magistratu pulcherrime gessisse Philippum, & valde pie affectum fuisse in deos. Nunc autem, inquiunt, nescimus quomodo, iam decem annis abhinc, & te totam nostram ciuitatem in animo habuit euertere, honore maiorum deorum traducto ad cultum vnius hominis, quem dicunt in Palæstina fuisse crucifixum à Iudæis. Ita mores quidem soluit patrios: honorauit vero nouas leges: impios autem nobis prætulit: & vt semel dicamus, nihil omnino omisit eorum, quæ pertinent ad nos & deos euertendos. Hæc cum audijssent Imperatores, hæc scribunt ad Philippū: Qui nos quidem præcessit diuinissimus Augustus, cum te sciret esse cultorem deorū, & honoris eorum esse studiosissimum, ipse quoq; tibi maximum præbuit imperium: & tanquam Regem potius, quam Præfectum, elegit Præsidē Ægypti: nec te, quandiu viuit, ab hoc iussit remoueri magistratu, sed cum vitæ tēpore tibi esse demensum. Nos autem tibi & hanc honorem * consecrauimus, & non paucos alios adiecimus. Sed hæc, quandiu fuisti dijs amicus. Quoniam vero nūc de te iactatū est in vulgus, quod & in religione deorum sis mutatus, nec nobis bene velis, iubemus, vt aut insistas prioribus in honore permaneas: aut si deorum cultum repudiaueris, & ceteram geste magistratum: quinetiam facultatum subeas ablationem.

Præfectus accusatur apud Imperatores.

Imperatorum literæ ad Philippū S. Eugeniæ patrem.

* consecrauimus.

HÆC cum accepisset & legisset Philippus, morbum simulauit, donec venditis facultatibus, eas dupliciter diuiserit: & partem quidem ecclesijs, partem autem pauperibus distribuerit, qui erant per totam Alexandriam & ipsā Ægyptū. Erat vero Philippus non solū lingua in dicendo facundus, adeo vt multi gentiles eius persuasione pietatem didicerint: sed etiam vita maxime pius & philosophus, adeo vt vniuersa Alexandria communi suffragio eum vocarit ad Episcopatum. Quod autem in fide quoq; fuerit acerrimus & constantissimus, ex fine ostendetur. E vita enim excedit, capite redimitus corona martyrij. Magistratus itaq; successor ei mittitur Terentius. Qui cum primum venisset Alexandriam, omnem mouebat rudentem, moliens Philippum tollere de medio. Sed quoniam non poterat eū aperte interficere, (erat enim ciuitatis magnus amor in Philippum) clanculum admittit parricidium: & cum quibusdam fictis Christianis rem mandasset exequendam, ad cædem est impulsus, cum hoc ei iussissent Imperatores. Ij autem cum clam ingressi essent ad Philippum, intentum precibus & orationi ad Deum, eum tollunt de medio. Timore vero affectus Terentius, ne populus factum ægre ferens, aduersus ipsum moueretur, maxime cum esset tantus eius amor in Philippum, iubet comprehendi eos, qui ipsum occiderant, & conijci in carcerem, re ficta studens ei celare veritatem: & seminans suspicionem, quod non processisset cædes ex eius sententia. Deinde cum non multum præterijsset temporis, Imperatoribus scilicet ita decernentibus, eos soluit à vinculis. Sed decessit Philippus, cum tres dies vixisset post plagam acceptam. Intra ciuitatem vero sepelitur in loco, qui dicitur Isium: Vbi ipse, cum adhuc viueret, ædem sacram ædificauit. XXVI

Præfectus Philippus creatus Episcopus Alexandrinus.

Interficitur ab impiis.

EVGENIA autem post agnitionem, cum alijs virginibus elegit castitatem, & vitam secundum Christum. B. vero Claudia, quam Philippi quidem vxorem, Eugeniæ autem matrem antea ostendimus, aliam quoq; domum ædificauit ad excipiendos hospites, præter eam, quæ iam facta fuerat à marito, magnam vim pecuniæ in ea conferens ad ea suppeditanda, quæ erant necessaria ijs, qui accipiebantur hospitio. Sed hæc quidem sic, & hucusq; Eugenia vitam suam sic administrauit. Vult autem oratio eius quoq; præclariorem vitæ cursum ostendere, vt qui insignitus fuerit corona martyrij. Aliquanto enim tempore post mortem Philippi, coniux eius Claudia cum assumpsisset filios, Abitum, inquam, & Sergium, & præterea Eugeniam, in magnam Romam reuertitur. Patria autem eam benigne excepit, & Senatus Romanorum eius filios legit ad insignes magistratus: Abitam quidem proconsulem Carthaginis, Sergiū autem Aphricæ vicarium: Eugeniæ vero sufficiebat hæc sola dignitas omnium maxima, nempe virtus, & Deo placentem viuere, & liberare alias ex sinistris Senatorum, quarum erat idem zelus & idem institutum. Inter quas erat virtute longe præstantior, re vera admirabilis Basilla, quæ ducebat originem ex genere Imperatoris: quæ etiā resplenduit similiter atq; Eugenia, sicut statim dicetur. Ipsa enim cum Christū, & quæ sunt eius admirabilia, auditione accepisset, quin etiā audijsset de Eugenia, maximi quidem faciebat ad eam venitare, & sic diuinorū eius verborū particeps. XXVII

S. Claudia post cædem mariti, Romam cum filiis reuertitur.

Fratres S. Eugeniæ summis afficiuntur honoribus.

CVM ab eo autem arceretur, & propter sponsum (Desponsa enim fuerat Pompeio) & propter persecutionē, (iam enim magna persecutio accendebatur Christianis) inuenit quendam virum fidelem latorem suorum verborū, & per eum non cessat mittere, multum rogans Eugeniam, vt de diuina fide omnia ei literis significet. Illa autem cum pulchre sciret, quantum intersit inter scripturam & vocem, & quod non similiter quis persuaserit aut docuerit scribens, atq; de tantis rebus disserens, quoniam multum interest inter verba animata, & inanimam mortuamq; institutionem, prudens simul consilium capit & iuuenile. Nam cum Protæ & Hyacintho persuasisset, vt seruilem habitum inducerent, pro eo munus mittit Basillæ studens, vt ij ei essent omnia pro epistola, vel illi ipsi potius epistola animata. Cum hos ergo admodum lubenter excepisset Basilla, adorabat tanquam aliquos Christi Apostolos. Cum de ea autem resciuisset Cornelius, magna stella inter Episcopos, noctu venit ad eam propter persecutionem, & eam diuino dignatur baptismate. Sic ergo Basilla & Eugenia, ineffabili quodam vinculo colligatæ propter Christum amicitiæ, fuerunt bigæ quædam coniuncta Domino, ipsi animis à se inuicem pendentes, & intelligenter conuersantes: quinetiam multas alias ad idem iugum trahentes. O quam multas quidem illæ virgines: quot autem viros Protas & Hyacinthus communi Domino obtulerunt? XXVIII

Basilla credit & baptizatur.

SED cum sic mirandum in modum cresceret fides Christianorum, maligni inuidia magis excitabatur aduersus pios. Nam cum Valerianus & Galienus Romanorum tenerent imperium, ipse multos Romanos tacite subiens, mala semina iniecit eorum mentibus: grauisque accensa est seditio aduersus Christianos. Seditionis autem materia fuit Cornelius, & qui cum eo erant, quod cum tota manu & mente res Christianorum dilatare instituissent, non solum Romam ipsam fere totam, sed etiam vrbes & regiones, quæ erant circuncirca, à cultu deorum abduxerant, & qui ab ipsis nominabatur Christus, vt ab eis communis Dominus & Deus asscriberetur, effecerant. Protinus ergo imperatorium promulgatur edictum, & quoquo versus peruasit per totam Romanorum regionem: vt quicunque erant eximij ex Christianis, & eorum dogmatis doctores, comprehensi, morte afficerentur. Interimebantur ergo alij quidem alio modo: Cornelius autem latebat: maxime quidem, quod in honore haberetur à Senatu: & ab ijs, qui erant in eo primi, tanquam à propugnaculis quibusdam defenderetur. Porro vero ipse quoq; seipsum conseruabat ad multorum salutem. Se inuicem autem exhortabantur ad certamen Basilla & Eugenia: quæ à loco disiungi non ferentes, quoniam animis erant inter se vnitæ, loco quoque coniunguntur, & sic sermonibus vicissim impertiunt. Atque Eugenia quidem Basillæ & multa alia disserit de proposito certamine, & quod aperte ei reuelauit Dominus, ipsam martyrij cursum cursum mox peracturam. Similiter autem Basilla quoq; ei respondit, quod etiam de Eugenia Christus ei significauit, fore vt duplici corona ei caput exornetur: vna quidem pro periculis & laborib. quæ XXIX

Persecutio Christianorum.

SS Eugenia & Basilla simul degunt.

subiit

[illegible], & in reliquia [illegible]pto: Altera vero, pro martyrio & cęde, quę propter illum facta est. Hęc cũ [illegible] se [illegible], & pro [illegible] precatæ essent, quæ etiam virginibus, quæ erant apud Eugeniã, [illegible] oculos [illegible] [illegible], & [illegible], [illegible] propter Christũ neglexerant, corpore quidẽ in præsentia disiungũtur, [illegible] desiderio [illegible], crebras ex oculis lachrymas emittentes: vtpote q; ferre non possent oculi eas separari a [illegible] spectaculo.

XXX. Cvm autem [illegible] oporteret ea, quæ de ipsis prædicta fuerant à Domino, [illegible] Basilla quidem dixit Pompeia vna ex ijs, quæ [illegible] sequebantur, ancillis, quod [illegible] omni studio & manu regia sibi desponsam Basillam, quæ iam erat nubilis, dominum dixerit, non amplius in posterum eam habebit vxorem. Scias enim, inquit, eam factam esse Christianam sermonibus Eugeniæ, eamque non solum matrimonio, sed etiam toti mundo renunciasse. Ea de causa [illegible] quoque tutorem Helenum differre nuptias, qui est ipse quoq; Christianus, & eiusdem instituti. Quinetiam [illegible], inquit, Eunuchos Eugenia tanquam seruos ad eam misit, ij vel omnium maxime artem sectantur magicam, & [illegible] incantarunt, vt fateatur se nunc eos habere dominos, & eos colere tanquam deos immortales. Cum multa sic ancilla Pompeio renunciasset, & linguam diabolo aperte tradidisset, & hæc locuta esset aduersus Christianos, ira valde fuit accensus Pompeius, & ad [illegible] Helenum grauia spirans est profectus. Et primum quidẽ ei vim afferebat, vt sibi puellam ostenderet: Deinde etiam celebraret nuptias: nisi ipse aperte vellet esse hostis Imperatorum. Hæc cum diceret Pompeius, non [illegible] quidem Helenum, vndenam profecta esset proditio: ingenuum autem & [illegible] dedit responsum: Ego sum, cui obtigit, dicens, puellæ tutela: quæ donec quidem erat impubes, ea & à me alebatur, & viuebat vt volebam. Cum vero [illegible] ad plenam peruenerit ætatem, & iam tempus acceperit legitimum, ipsa non amplius meam sequetur voluntatem, sed suam sequens sententiam, faciet id quod volet.

Neg[illegible] [illegible] S. Basillam.

Pompeius ab Heleno petit suam ipsi in Basillam.

XXXI. Postqvam hoc responsum accepit Pompeius, ad Basillæ ædes protinus est profectus: & pulsato ostio, ianitori imperauit, vt ei annunciaret. Illa autem [illegible] eum repulit per puerum, dicens nihil esse commune Basillæ cum Pompeio: sed neque eius aduentum omnino culpa carere. Quomodo enim, qui ad virginem accesserit, & cum ea seorsum loqui quæsierit, [illegible] quamprope modum ne oculis quidem suis licet masculis intueri? His verbis furore concitatur Pompeius & [illegible] quidem veniens in senatum, eum rogat. Deinde cum eos etiam assumpsisset pedes Imperatoris prehendit non sine lachrymis, & suum tanquam commune deflebat infortunium. Pro vobis ipsis, dicens, ô diuinissimi Augusti, pro vobis ipsis exurgite & vestris dijs, & quem ex Ægypto nouum Deum nunc introduxit Eugenia ex vrbe vestra expellite. Nam in multis quidem etiam alijs damnum afferunt Christiani, irridentes Imperatores, leges despicientes, benignos & seruatores deos, tanquam inania quædam manufacta consequentes. Nunc autem hoc quoque scelus impium est ab eis excogitatum. Soluunt etiam leges matrimonij, & prohibent coniugia. Eas enim, quæ sunt desponsæ, aut etiam despondendæ, a viris auellunt: vel potius eos quidem illis priuant: sibi vero vendicant, & eas turpiter corrumpunt. Quidnam ergo, quid reliquum est, quod fiat, aut quo se vertent quispiam, si nusquam est matrimonium? Nam id quidem, quod fit præter legem, leges: quod est autem legitimum, Christiani prohibent: noui quidam, vt videtur, & irrumpentes cacodæmones, & hominum generationem tollentes de medio. Quod quidem cum processerit, erit omnino terra vacua hominibus. Quomodo autem decætero vobis se habebit exercitus, & quomodo non peribit? Quibusnam quidem imperabũt Imperatores, & cum quibus superabunt inimicos? Quomodo vero omnino constabit respublica & vita hominum?

Basilla nec ad colloquium admittit sponsum Pompeiũ.

Vide calumnia Pompei in Christianos.

XXXII. Cvm sic valde miserabiliter dixisset Pompeius, simul etiam ei assensus est & suffragatus Senatus: adeo vt misertus Imperator, celerem tulerit sententiã, vt Basilla vel suo sponso matrimonij lege cõiungeretur, aut gladio subiecta, vitam finiret. Postquam autem audiuit etiam de Eugenia, de ea quoque protinus pronunciat, vt vel persuasa sacrificet, vel tormentis tradita, morte violenta moriatur: communiter vero omnes quoque alios puniri iubet, non solum Christianos, sed eos etiam, qui Christianos suscipiunt, &, vt lateant, procurant. Hanc sententiam postquam audiuit Basilla, quę vere regia erat lingua & animo, acriore quoque ipsa, quam ille, voce sic est locuta, & suam tulit sententiam. Regi regum & creatori desponsa, viri in quem cadit interitus, non admitto coniunctionem, etiamsi hoc videatur Imperatori. Terribile enim est reuera, terribile, incidere in manus veri regis & Dei viuentis. Simul autem & hoc vocabulum Dei lingua emisit, & caput statim fuit ei amputatum. Atque hunc quidem finem habuit Basilla. Cõprehenduntur vero Protus quoque & Hyacinthus, & ad templum Iouis adducuntur, vt cogerentur sacrificare illi abominationi. Cum autem stetissent in conspectu eius, qui videbatur deus, precati sunt, & statim ante pedes eorum concidit simulacrũ, & admirabiliter & præter opinionem comminuitur, & in puluerem cineremq; redigitur. Postquam autẽ hoc cognouit Præfectus Nicetius, iubet eorũ quoq; capita amputari. Eugeniã vero sisti iussu Imperatoris.

Hebr. 10.

S. Basillæ amputatur caput.

Item Proti & Hyacinthi.

XXXIII. Postqvam autem adfuit, Vndenam, inquit, artem magicam tam accurate perfecteque didicistis, vt possitis dijs quoque ipsis imperare maximis? Hoc cum diceret, imprudens Proto & Hiacintho euidens contexebat encomium: quoniam sola oratione maximum eorum, qui sunt apud eos, deorum repente confregissent, & in cinerem ac puluerem comminuissent. Diuinitus vero inspirata Eugenia, cum multa respondit prudentia: Hoc quidem, dicens, longe verissimum à te dictum est, ô Præfecte, nos vestris dijs imperare. Illud autẽ est plane absurdum, & ad arguendũ facilimum, quod asscribas omnia arti magicæ, non autem alicui diuinæ & inexpugnabili potentiæ eius, qui vere est solus apud nos Deus. Si enim magi quidem, vt vos dicitis immundos quosdam & materiales inuocant dæmones, isti vero eos, qui sunt apud vos, deos superant, vel potius primum ex cælestibus, non omnia rursus inuertetis, & quæ sunt superna, inferna faciens, maioribus dijs inferiorem sortem attribuentes: & nec deos quidem, sed eos seruos facietis, & seruos dæmonum, dæmones autem deos, & primos deorum? Quod quidam etiam alio quoque modo verum est, cum vos eos tanquam veros deos constitueritis, & bonos esse putetis: dubitetis autem quanam de causa a malis vincantur dæmonibus, nescientes ipsos esse quidem malos & maleficos dæmones, vnum vero esse Deum in omnibus: cuius nomen solum isti non ferentes, sicut cera, vt ait diuinus Dauid, a facie ignis, liquefiunt & pereunt.

Veris rationibus ostẽdit simulacra falsos esse deos S. Eugenia.

Psal. 67.

XXXIV. Hæc audiens Nicetius, eius quidem magnum & excelsum admirabatur animum. Sed cum esset totus deditus insaniæ simulacrorum, & nihil aliud spectaret, quam vt eis placeret, iubet eam duci in templum Dianæ: sequi autem spiculatorem, ei ensem intentantem: & partim quidem admonentem, partim autem minitantem, quod nisi sacrificet, eo quem habet in manu, trãsfiget, ostendendo ensem. Illa vero postquam venit in templum, stans ex aduerso imaginis specie orantis, precata est interitum simulacrorum: Deus æterne, dicens, qui me tua voluntate & nasci & educari & virginem in hodiernum vsque diem conseruari dignatus es, & vt efficeret sponsa virgenitati, & vt in me adesset sanctissimus Spiritus, & in me regnaret, effecisti, ipse nunc quoque mihi adsis in hac tui confessione, efficiens admirabilia & quæ sint contra opinionem: vt qui te colunt quidem, sint in gloria: ignominia autem & dedecore efficiantur, qui hanc mutam & surdam adorant abominationem, & gloriantur in suis sculptilibus. Ea hæc orante, Deus quidem valde mouet terram: templum vero euertitur: conteritur autem simulacrum: reliqua vero simul conturbantur. Stupent, qui vident peruadit etiam ad eos, qui procul erãt, miraculum. Alijs autem aliunde confluentes, quicũque erant quidem sanæ mentis, id quod factum erat, ducebant miraculum, & putabant opus diuinæ potentiæ: quibuscunque vero præter id, quod erant recta priuati opinione, deerat etiam sapientia, ij multis contumelijs afficientes Eugeniam, eam etiam vocabant magam.

Ducitur ad templum Dianæ vt sacrificet.

S. Eugeniæ precibus [illegible] euertit templum Dianæ.

Hæc audiens etiam Imperator, & suorum deorum quodammodo vltor fieri properans, iubet lapidem grauissimum suspendi à collo eius: ipsam autem iaci in fluuium Tyberim. Sed hi quidem, qui nunc ... & patiuntur iniquitatem: Deo autem curæ erat, vt eorum studium esset irritum & inefficax. Vnde etiam lapis qui ab eius collo est exolutus: ipsa vero non secus ac magnus Petrus, citra vllam offensionem ingrediebatur supra vndas fluminis. Deinde cum ea aqua visa esset potentior, eam igne punire constituit, & magnum illam Logenam accepit fornax. Sed qui eam custodiebat Dominus, hic quoque nunc aderat: statimque ostensum fuit, ignem penitus amisisse naturam, & corpus eius conseruatum est illæsum. Quid postea? Tenebris punitur profundissimis ... tenebras autem etiam fame, & eam domus accepit obscura, nec ibi quicquam omnino lumentem. Nesciebant autem omnino esse cum ea Dominum lucis, à quo etiam matutinum, vt ait Propheta, lumen erupit, & diuino lumine tota domus illustrabatur. Non solum vero lumen dabatur: sed etiam quoddam diuinum superne suppeditabatur alimentum, panis qui quotidie parabatur admirabiliter, niue quidem candidior, voluptate autem plane diuinus: & quod est omnium maximum, ille ipse accedit Seruator: Ego sum, dicens, Eugenia, qui propter te crucem & mortem ... nus, propter quem tu quoque hæc pati constituisti. Ergo & te maxima amicitiam gloria & multis implebo gratiis ... autem hoc quoque signum tui honoris. Ipse enim dies te transmittit ad vitam supernam, qui me vidit intra aduenitasse ad homines. XXXIV

Psal. 7. *Iean. 21.* *C... in ... dis pedibus suis.* *In fornace m... ill... E... 8.* *Christus ei ... paret.*

Capite cæditur.

Cvm sic dixisset, ille quidem ab ea recessit: haud diu post autem effectum sortita fuit ea, quæ dicta fuerant. XXXV Mittitur enim quidam impius, monomachi habitum præ se ferens: qui cum fuisset intra carcerem, ense secta ... consummat martyrium eo ipso die, quo celebrabatur festum natalis Seruatoris nostri. Cum ista autem fecissent ... filiæ & sorori, eius mater & fratres, sacras eius reliquias deponunt quidem in loco, qui non abest procul à Roma: vocatur autem via Romana. Sic quidem vixit honorifice Eugenia, & sic è vita generose excessit, conuenienter suo nomini: adeo vt nesciamus, vtrum magis admiremur, in Christo ne vitam, an mortem pro Christo. Vnde etiam, quantam sit pro vtrisque gloriam consecuta, euasit paulo post manifestum.

Eugenia nobilitas.

Apparet matri suæ habitu splendidissimo.

Sancti à ud Christum viuunt.

Nam cum duobus animi motibus distraheretur mater, & partim quidem lætaretur, quod propter Christum esset sacrificata: fleret autem, quod à filia tali disiungeretur, & non moderate ferret separationem, martyr ei apparet VI in somnis, adeo quidem splendide vestita, vt nec in eam satis posset conuertere oculos: talibus vero comitata virginibus, & tam præclaris, vt nulla Regina posset cum eis comparari. Cum sic ergo accessisset, visa est dicere matri. Quorsum, ô mater, ita te affligis, multis pro nobis liquefacta lachrymis? Non sunt res nostræ prosequendæ fletibus, sed lætitia. Scito enim, quod ego & pater Philippus, viuimus in quadam ineffabili martyrum lætitia, vna cum Christo ... ve... & conregnantes: qui te etiam non ita multis post diebus ad hanc vitam euocabit. Meis autem fratribus confer firmum & stabile, quod est in Christo, signaculum, & assidue exhortare, vt sint etiam mihi fratres animo: vt sic totum genus offeramur pulchrum donum Domino. Hæc mater audiuit ab Eugenia. Dicebatur autem etiam vidisse ... nies Angelos, quorum habitus, erat signum gaudij simul & pudoris, ipsis velut indicantibus, quod hi essent: honore digni, & perpetui ... gaudij participes. Quod detur nobis omnibus quoque consequi gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Quem decet omnis gloria, honor & potentia nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Consentiunt hisce Actis ea quæ ante annos mille & centum de hac virgine scripsit Alcimus Auitus Viennensis Episcopus ad suam sororem de laude castitatis: item ex S. Eugeniæ Actis quæ in vitis Patrum recensentur, quæ quidam præferunt sic à Græcis descripta.

Ann. 34.

DE S. STEPHANO PROTOMARTYRE EX MARTYROLOGIO ADONIS.

26. Dec. D... passio s. Stephani ... B... 34 ... Act. 6. 7. & 8. S. Stephanus lapidatur.

Sanctvs Stephanus protomartyr, non longe post ascensionem Domini passus est, eodem scilicet anno passionis Christi. Hic ab Apostolis, cum esset plenus fide & Spiritu sancto, Diaconus ordinatur. Qui faciens signa & prodigia magna in populo, plenus gratia & virtute, in nomine Domini Iesu Christi, à quibusdam qui erant de synagoga quæ dicitur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & qui à Cilicia & Asia, cum eo disputantibus & conquirentibus, atque altercantibus, nec resistere valentibus sapientiæ & Spiritui sancto qui loquebatur: concitato populo, ac senioribus, scribisque aduersum eum commotis, raptus & adductus in concilium est. Cumque insimularetur, aduersus locum sanctum & legem docuisse: plenus Spiritu sancto ostendit, quomodo Iesus Christus ex lege monstraretur & prophetis. At illi stridentes dentibus in eum, & frementes in cordibus suis, atque aures suas comprimentes, impetu facto eiecerunt eum extra ciuitatem. & lapidatus martyr obdormiuit. Cuius beatissimum corpus viri timorati comportauerunt, & fecerunt planctum magnum super eum. Scribit beatus Lucas Euangelista beatissimam eius passionem in Actibus Apostolorum.

ACTA S. STEPHANI PROTOMARTYRIS A BEATO LVCA EVANGELISTA CAP. VI. VII. ET VIII. ACTVVM APOSTOLORVM CONSCRIPTA.

De electione septem diaconorũ.

Crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde, multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur. Tunc submiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum. Commouerunt itaque plebem & seniores & scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem. Quoniam Iesus Nazarenus hic destruet I

S. Stephanus facit prodigia & disputat cũ Iudæis. Accusatur & sistitur concilio.

ſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyſes. Et intuentes in eum omnes qui ſedebant in
concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

II. Dixit autem princeps ſacerdotum: Si hæc ita ſe habent? Qui ait, Viri fratres & patres audite: Deus glo- S. Stepha-
riæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan, & dixit ad il- nus expur-
lum, Exi de terra tua, & de cognatione tua & veni in terram quam monſtrauero tibi. Tunc exiit de terra Chal- gat ſe ab ac-
dæorum, & habitauit in Charan. Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram iſtam, in qua cuſatione
nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſ- Iudæorum.
ſionem, & ſemini eius poſt ipſum, cum non haberet filium. Locutus eſt autem ei Deus: Quia erit ſemen eius Gen. 12. a
accola in terra aliena & ſeruituti eos ſubiicient, & male tractabant eos annis quadringentis, & gentem cui ſer- Gen. 15. c
uierint, iudicabo ego, dixit Dominus: & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto. Et dedit illi teſtamen- Gen. 17. b
tum circumciſionis, & ſic genuit Iſaac, & circumcidit eum die octauo, & Iſaac Iacob: & Iacob duodecim Pa- Gen. 21. a
triarchas. Et Patriarchæ æmulantes. Ioſeph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo, & eripuit eum ex Gen. 25. f
omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiam & ſapientiam in conſpectu Pharaonis regis Ægypti, & conſti- Gen. 29. f. g
tuit eum præpoſitum ſuper Ægyptum, & ſuper omnem domum ſuam. Venit autem fames in vniuerſam Ægy- 30. a 31. a
ptum & Chanaan, & tribulatio magna, & non inueniebant cibos patres noſtri. Cum audiſſet autem Iacob eſſe Gen. 37. f
frumentum in Ægypto, miſit patres noſtros primum, & in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & ma- Gen. 41. e
nifeſtatum eſt Pharaoni genus eius. Mittens autem Ioſeph, accerſiuit Iacob patrem ſuum, & omnem cognatio- Gen. 42. a
nem ſuam in animabus ſeptuagintaquinque. Et deſcendit Iacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe & patres no- Gen. 45. a
ſtri. Et tranſlati ſunt in Sychem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor Gen. 46. a. & 49. d
filij Sychem. Cum autem appropinquaret tempus promiſſionis, quam confeſſus erat Deus Abrahæ, creuit po- Gen. 50. b
pulus & multiplicatus eſt in Ægypto, quoadusque ſurrexit alius rex in Ægypto, qui non ſciebat Ioſeph. Hic cir- Exod. 1. a
cumueniens genus noſtrum, afflixit patres noſtros, vt exponerent infantes ſuos ne viuificarentur. Eodem tem- Exod. 2. a
pore natus eſt Moyſes, & fuit gratus Deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui. Expoſito autem
illo ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi in filium. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptio-
rum, & erat potens in verbis & in operibus ſuis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, aſcen-
dit in cor eius vt viſitaret fratres ſuos filios Iſrael. Et cum vidiſſet quendam iniuriam patientem, vindicauit il- Exod. 2. c
lum, & fecit vltionem ei qui iniuriam ſuſtinebat, percuſſo Ægyptio. Exiſtimabat autem intelligere fratres, quo-
niam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis: at illi non intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis liti-
gantibus, & reconciliabat eos in pacem, dicens, Viri fratres eſtis, vt quid nocetis alterutrum. Qui autem iniu-
riam faciebat proximo, repulit eum, dicens. Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? nunquid in-
terficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium? Fugit autem Moyſes in verbo iſto, & factus eſt
aduena in terra Madian, vbi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deſerto montis Exod. 3. a
Sina Angelus in igne flammæ rubi. Moyſes autem videns, admiratus eſt viſum. Et accedente illo vt conſide-
raret, facta eſt ad eum vox Domini, dicens: Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham Deus Iſaac, & Deus
Iacob. Tremefactus autem Moyſes, non audebat conſiderare. Dixit autem illi Dominus: Solue calciamentum
pedum tuorum, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Videns vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto,
& gemitum eorum audiui, & deſcendi liberare eos. Et nunc veni & mittam te in Ægyptum. Hunc Moyſen quem
negauerunt, dicentes, Quis te conſtituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem miſit
cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos, faciens prodigia & ſigna in terra Ægypti & in ru-
bro mari, & in deſerto annis quadraginta. Hic eſt Moyſes, qui dixit filiis Iſrael. Prophetam ſuſcitabit vobis
Deus de fratribus veſtris, tanquam me, ipſum audietis. Hic eſt, qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui Exod. 7. g
loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire 9. 10. 11. 14. 16. a
patres noſtri, ſed repulerunt & auerſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum, dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui præ- Deut. 18. c
cedant nos. Moyſi enim huic qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei. Et vitulum fecerunt in Exod. 19. a
diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum. Conuertit autem Deus, Exod. 32. a
& tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum, Nunquid victimas & hoſtias obtu- Amos 5. g
liſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri
Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum teſtimonij fuit Exod. 25. d
cum patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, loquens ad Moyſen vt faceret illud ſecundum formam Ioſue. 3. c. d
quam viderat. Quod & induxerunt, ſuſcipientes patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionem gentium, quas expulit Heb. 8. b
Deus à facie patrum noſtrorum vſque in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante Deum, & petiit vt inueniret taber- 1 Reg. 16. c
naculum Deo Iacob. Salomon autem ædificauit illi domum. Sed excelſus non in manufactis habitat, ſicut per Pſal. 131. a
Prophetam dicit: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mi- 2 Par. 17. c
hi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ eſt? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & incir- 3 Reg. 6. a Eſa. 66. a
cumciſi cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres veſtri, ita & vos. Quem Propheta- Expoſtulat cum Iudæis.
rum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc pro-
ditores & homicidæ fuiſtis: qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis. Audientes autem
hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus ſuis in eum. Cum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, inten-
dens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, & filium
hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fece- Anno 34.
runt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant, & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus Lapidatur
pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu, ſuſ- probante
cipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum Baron.
hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat conſentiens neci eius.

III. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per
regiones Iudææ & Samariæ, præter apoſtolos. Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum
magnum ſuper eum.

*De ſepultura S. Stephani narrat Lucianus ex relatione Gamalielis, in ea quam totus orbis Chriſtianus recepit epiſtola de inuentio-
ne eiuſdem Protomartyris, quam habes tertia Auguſti, vbi etiam Auiti alia recenſetur. Quo loco lapidibus obrutus fuit, ingens Baſilica
ab Eudocia Auguſta erecta eſt, de qua Niceph. lib. 14. cap. 50. De miraculis eius multa ſunt apud S. Auguſtinum lib. 22 de ciuit. cap. 8. &
Euodium Epiſcopum: Laudes eius egregiis orationibus proſecuti ſunt patres, ad quos Lectorem remittimus.*

*Plura de S. Stephano habes apud Baronium in Annalibus
anno 34. num. 300. & ſeqq.*

An. 810.

MARTYRIVM SANCTORVM MARTYRVM ET CONFESSORVM, THEODORI ET THEOPHANIS INSCRIPTORVM, EX SIMEONE METAPHRASTE, VT HABETVR V. TOMO ALOYSII.

26. Dec. Certamen contra ethnicos & haereticos.

I. Ex iis, qui pro Christo certare constituerunt, alij quidem pro pietate solummodo decertarunt aduersus gentiles, qui vendicabant & tuebantur errorem simulacrorum: Alij autem pro fide Orthodoxa, aduersus Christianos quidem, sed non sane in rectam fidem affectos, non minores, quam illi, sudores subeuntes. Quamobrem illis quoque sunt pares coronas consecuti. Quorum vnus est, qui nunc est nobis propositus dicendi argumentum, mirabilis ille & magnus Theodorus, de quo sigillatim tractabit oratio. Eũ tulit Palæstina, quam Deus dans Abrahæ hereditatem, pulchre vocauit terram promissionis: ciuitas autem Hierusalem, cui quidem [illegible] laudem, etiamsi nihil aliud haberet laudabile, quod illinc est Christus secundum carnem: quinetiam ex ea quoque processit magnus prophetarum & patriarcharum chorus: ipse quoq; Apostolorum gratissimus à Deo electus numerus illic ortus.

Patria S. Theodori.

Pietas parentum eius.

Huius autem viri generosi parentes notos reddebat pietas: eisque opes erant & facultates, ex Christo vocari & nominari. Ex quibus cum vir ille sacrosanctus germinasset, quid opus est dicere, quantas statim ab ineunte ætate diuitias habuerit intelligentiæ? Nam cum adhuc quidem esset puer, non erat eius ingenium, quale est puerorum, vt ad parua adspiceret, vt ludis delectaretur & rebus ludicris: sed nusquam quidem libentius versabatur Theodorus, quam in templis venerandis. Nullum erat ei iucundius spectaculum, quam ad pulcherrimos & honestissimos mores intuentem, seipsum componere. Nulla re magis gloriabatur, & se magnifice circumspiciebat, quam quod videretur obedire parentibus. Et vt semel dicam, statim ab initio ostendit, sicut plantæ generosæ ex primo germine, qualisnam esset virtute euasurus.

Sapientia eius puerilis.

Traditur Sabæ monasterio.

II. Cum autem iam à puerili ætate excederet, iubetur à parentibus ventitare ad Grammaticum. Vt vero non solum occuparetur in disciplinis, sed etiã formaretur ad virtutem, traditur diuini Sabæ monasterio, quendam assecutus magistrum Presbyterum, qui erat, inquam, vnus ex ecclesia, & simul quidem in doctrina & in virtute primas tunc partes obtinebat. Habebat autem fratrem quoque Theophanem: qui, quod ad ætatem quidem attinet, erat minor tempore, in virtute vero secundas habere nõ sustinebat. & frater esse volebat non iam ex carnis similitudine, quam ex eo, quod nihil differret in virtute: sed optimos imitans pictores, ad illum tãquam ad archetypum exemplar intuebatur, & accurate imitabatur. Atque illic quidem versabãtur vterique sed diuinus Theodorus, cum esset acerrimi ingenij, & breui tempore vniuersam peruasisset eruditionem, captus sublimiorum amore disciplinarum, egreditur quidem ex monasterio: accedit autem ad virum quendam, ætate quidem prouectum, sed qui conuenienter tempori virtutem exercuerat, & eruditionem comparauerat. Cum illo ergo versans, & virtutis fit imitator, & ad capiendam disciplinam non multo opus habet tempore: sed celeri & ardenti ingenio, acrique & constanti studio, breui tempore omnia in sua collocauit anima. Huius autem rei testimonium ferunt libri, quos ipse postea edidit pro pietate, etiamsi esset excellior, quam vt ex eis vllam laudem ambiret.

S. Theophanes frater eius virginitate et prudentia.

III. Sed aliquandiu quidem est versatus in literis. Vincebat enim amor virtutis, volens eum totum ad se trahere, & eum in ea totum esse occupatum, & non propter illorum studium, eius perpetuam interrumpi cum eo consuetudinem. Se certe rursus tradit diuini Sabæ monasterio, sicq; sub Deo viuebat, & opera faciebat, quæ erant digna purissimis illius oculis. Hinc quis Theodoro quidem moderatior? Quis autem ad continendam iram generosior? Qui minus propensus ad explendas cupiditates? Quis dicendi & tacendi tempus magis obseruabat, & melius conijciebat tempus eiusmodi res faciendæ: adeo vt nec silentium cõtemneret, neq; dicẽdi libertatẽ omitteret, propter animi mollitiem, abiectumq; & demissum spiritum. Quis sic carnem castigauit, & oculum frenauit, & cogitationum repressit imperium? Ex quo quid accidit? Nutu quidem Dei, suffragio autem omnium, qui erant in monasterio, ab eo qui tunc erat Antistes Sion, ordinatur presbyter. Et sic habebat eum magni Sabæ monasterium, sedulo operantẽ mel virtutis.

Catalogus virtutum eius.

Ordinatur presbyter.

IV. Quod autem ex rebus illius præclaris me propemodum effugit, & quod nec si velim quidem, facile est despicere, iam dicam. In eum enim fit tale quid, quale prius in Ieremiam, cui dictum est: Antequam natus esses, te sanctificaui: & vnxi te prius, quam formatus esses in Israel. Nam cum magnus ille senex & magister in diuini Sabæ monasterio, vt prius indicauit oratio, hunc rerum diuinarum studiosum doceret Theodorum, & ad disciplinæ exercitationem & virtutem incitaret, hic autem lac virtutis quotidie, vt ita dicam, exugeret & spiritaliter aleretur, magnus ille senex & homo Dei cum scilicet diuinitus id rescijsset, prædicit apertissime. Ne autem videretur discipulo gratificans fingere reuelationem, (est enim re vera suspecta laus amantium) ipsam quidẽ tunc occultat silentio. Postea vero, vbi pueri quoque fide dignam virtutem habuit ijs, quæ dicebantur, suffragantem, enunciat, omnibus cum præclara & insigni prædicatione, alta voce clamans, q hic egregius adolescens, præter alia quæ propter Christũ sustinebit, è vita etiã excedet Martyrio. Quod huius esse potuerit à pueritia virtutis argumẽtum illo euidentius? adeo vt sufficiat, etiãsi nihil aliud ab eo recte gestũ esset, ad ostẽdendum eum qui laudatur, nulli esse secundũ eorum, qui beati dicũtur.

Ierem. 1.

Senex quidam vitæ eius eum futurum martyrem pro imaginum defensione.

V. Postquam autem cum alijs bonis accepit etiam donum Sacerdotij, quid opus est recensere, quæcunque ad illius honorem recte ab eo gesta sunt, etiamsi æque studeret latere, nullus alius ex ijs, qui res gerunt improbas? Nam cui quidem ad fidem, cui vero ad spem, cui autem ad charitatem fuit ille secundus? Sed lenitate, sed moderatione, sed benignitate, sed zelo qualis fuit? qui etiã vsque ad vincula, & plagas, & mortem, pro Christi imagine adijt pericula: Verumenimuero satius est de imagine ex alio explicare, quomodo se habuerit. Generis nostri hostis & inimicus ab omni æuo, cum multa iam aduersus nos bella & sæpe suscitasset, alia rursus via ingreditur, & fortiter armatur aduersus pietatem. Quoniam enim vidit Deum factum hominem, vt hominem Deum faceret, fit rursus serpens, & rursus diabolus, & diuinas leges & diuina iura conuellit sceleratus, & perperam rursus interpretatur voluntatem legislatoris: & cum sciret se non posse homines à Deo adducere, esca struxerat insidias. & cum persuadere nõ posset, vt Christum negarent, diuinam eius imaginem omnino adorare prohibet. vt sic lateret, ab illo susceptæ carnis abolens confessionem, & paulatim extinguens, quod est propter illam, nostrum in Seruatorem desiderium. Vbi autem ei infidiæ ex animi sententia processere, (inuenit enim animos aptos ad excipienda semina) ò magnam tuam, o Christe, patientiã, peruenit etiam vsque ad ipsos Imperatores: & fit valentior, incrementens vires ex potestate: & tanta adiuuatur potentia, vt propemodum nos quoque essemus, sicut ab initio, vt sacra docent eloquia, quando Dominus nobis non imperabat.

Virtutes eius.

Aduersarius [illegible] imaginum [illegible] sequuntur. E. 4. 6.

VI. Nam cum eo tempore Leo, qui genus ducebat ex Armenia, tyrãnica manu sceptra inuasisset, & pio Imperatori Michaeli imperium quidem ademisset: vt habitum autem & vitam susciperet monasticam, effecisset, ille quod erat inuoluntariũ admisit, perinde ac si & cecidisset ex animi sententia. Ipse vero paululũ adhuc intus inhabitantẽ habens impietatem, eam edit in lucẽ, tanquam adulterinũ aliquem & malũ fœtum: & paulo post aperte ostendit nuces suos

Leo Armenus Iconomachus. Vid. Baron. an. 814.

spiritus

spiritus aduersus diuinas imagines, & earum tollit adorationem. Et primum quidem simul cum Orthodoxo Pontifice pietatem exterminat: Deinde etiam deiicit pulchritudinem sacrarum imaginum, veluti quosdam oculos hebetans Ecclesiæ. Et Orthodoxus quidem, vt dixi, Pontifex mittitur in exilium: mercenarius autem eius loco inducitur, & non pastor, qui erat eiusdem, cuius Tyrannus, sententię, & concors in impietate, ara cum sacro, vt est in prouerbio: & olim mortuam in venerandas imagines hæresim contendebat excitare. Sed enim qualia sunt Dei iudicia? Virga peccatorum statim in nos emittitur, vt vel sic intelligamus, qualem per magnam amentiam Dominum prouocamus ad iram. Arabes enim, qui habitant solitudinem ad Orientem, exercitu in expeditionem ducto contra Romanos, multas quidem eorum regiones populabantur, & ex vicis & agris prædas agebant. Faciebant autem etiam excursiones in monasteria, quæ erant in Palæstina: quorum primum & maximum, erat diuini Sabæ monasterium, in quo hic magnus, sicut prius diximus, se exercebat Theodorus.

Nicephorū intellige Constantinopolitanū Patriarchā.

Nota imagines, oculos esse Ecclesiæ.

VII. Hæc videns diuinus ille Antistes & Pastor Hierosolymitanæ Ecclesiæ, & sciens hæc esse pœnam peccati, & iræ poculum, propterea quod despicatui habetur & abolетur diuinarum adoratio imaginum, excitatur protinus ad zelum, & quærit modum, quo posset tantum extinguere incendium, & ostendere eos male facere, qui sunt parati noua introducere, & prompti ad patrum transmouendos limites. Sic enim reuocabuntur captiui, & consequentur misericordiam sauciatæ animæ. Ad hoc ergo admodum aptum sanctum inuenit Theodorum, vt qui & virtute esset celebratus, & in dicendo exercitatus, & zelum spiraret acrem & iuuenilem. Ille autem, Ecce me, dicit Pontifici: mitte me, & proficiscar, & tuis adiutus precibus, pudore afficiam impietatem. Ipsum ergo mittit Patriarcha, cum precibus eum vndique muniisset, & spe in Christum totum corroborasset. Vt autem prætermittamus ea, quæ intercesserunt, cum venisset in regiam, fratrem habens Theophanem, qui eum sequebatur, & quę erant fraterna sentiebat, & in zelo pro pietate cum eo conspirabat, primum quidem se intrepide sistit in conspectum eius, qui in Ecclesiam more * prædonis inuaserat (vbinam enim ille se gessit more sacerdotali?) & libere arguit, quod eos peruertat, quos pascit: & hæresim ei acerbe exprobrat. Deinde ipsi quoque Imperatori ex aduerso occurrit tanquam acutus quidam gladius: & non solum eum criminatur, quod suam perdat animam: sed etiam, quod Dei populum impie per fraudem euertat. Deinde etiam adhortatur, vt relicta hac profana & impia opinione, eius loco ediscat pietatem. Fortasse enim, inquit, tibi Deus placabitur, & non omnem iram Domini tanquam fæcem aliquam ipse ebibes. Quamobrem Imperator cum & viri esset libertatem admiratus, & præterea verborum opportunitatem, & morum moderationem, & quæ ex animo ad vultum emanabat, illius, vt poterat, animaduertisset alacritatem, eum est veneritus, & modeste tulit eius reprehensiones. Deinde etiam eum accersiit, & familiariter eum est allocutus, rogans quisnam esset, & vnde veniret, & quid sibi vellet illa mera & incauta dicendi libertas. Ille autem & significat patriam, & suum ex Palæstina aduentum renunciat, & quod statuebat non oportere vel apud Imperatorem se à dicendo reprimere, quando videret Regem, qui est in cœlis, affectum iniuria. Deinde aperit dogmata, docet honorem diuinarum imaginum. Et cum alia dixisset, & adiecisset hoc esse indicium nostri in Christum desiderij, & confessionem ab eo susceptæ carnis: Deinde destruit propositas ab eo quæstiones, fide Christi, & virtute sermonis & spiritus. Postquam autem post multa, quæ inter eos dicta sunt, Theodori oratio victoriam est adepta, primum miratur Imperator etiam ei incipit blandiri, toto animo contendens talem virum in suam redigere potestatem, per quem multos esset superaturus. Postquam vero vidit eum à se capi non posse: nam tale quid etiam apud eum adiecerat, dicens: Oblitus es eorum, quæ * Deo promisisti, ô Imperator, quorum intercessor fuit magnus Pontifex, quando tuo capiti Imperatoriam imposui coronam. Parce tuę animæ, & prius ornamentum restitue Ecclesiæ, & noli pugnare cum Deo iusto Iudice & forti, etiamsi non quotidie iram inferat propter summam benignitatem. Hæc ille quidem sic apud eum libere est locutus.

Baron. ann. 817.

Vtinam hęc attenderent nouatores.

* Theodotū pseudopatriarchā intelligit.

S. Theodori egregia animi fortitudo, zelus & constantia.

Vide quāta sit veræ virtutis vis.

Libere Imperatorē arguit S. Theodorus.

* quando scilicet promisisset fidē seruare Catholicam.

VIII. Imperator autem soluto prætextu lenitatis, in iram & furorem erupit, & rogauit an esset aliquis eiusdem animi & sententiæ in pietate, cuius erat Theodorus. Postquam vero intellexit de fratre eius Theophane, & quod non minus quam naturam, conseruat in dogmatibus cognationem & fraternitatem, ambos diu flagris cæsos, condemnat vt relegentur ad ostium Ponti: iubens neminem eis impertire nec cibum, nec potum, nec vestimentum: vt mali, inquit, sic male atterantur. Sed Tyrannum quidem improbitas sic docebat facere. Nihil est enim mali, quod non sit iniustus arrepturus. Cum autem non diu distulisset iram Deus, qui iuste iudicat, non multum temporis intercessit, & iste, qui & nomen rem habebat cum feris communem, vna cum tyrannide finit vitam. De medio enim tollitur à Michaele, cui cognomen erat Traulos, id est, Balbus, male, vt aiunt, malo remedium adferens. Erat autem dies natalis Christi, eiusque sanguis effunditur, non vt alicuius ex infantibus, qui pro nobis Deo nato offerebatur: sed potius vt Herodis, vt lueret pœnas multarum sanctarum animarum, in quas ille exercuerat tyrannidem. Suscipit vero sanctus locus piaculum, & ô diuina Dei iudicia, ipsa, inquam, ara quam ipse fefellerat, promittens se nihil sacrorum dogmatum mutaturum, & cuius ille pulchrum sustulerat ornamentum imaginum.

SS. Theodorus & Theophanes flagris cæsi, in exilium relegantur.

Anno 820. Impius Imperator interficitur.

Vide Baron.

IX. Qvod cum factum esset, paululum ab exilio & ab aliis malis relaxati viri generosissimi, veniunt in regiam noui Imperatoris, qui præ se ferebat, se ex humanitate permisisse reditum. Nam reuera cum impietate præcedenti nihil cederet, ei cedebat in persecutione. Atque illi quidem cum venissent in ciuitatem, & pietatem libere prædicassent, multos ex ipsis etiam magistratibus, in suam adducunt sententiam: partim quidem per expositionem canonum, quos germanus frater Theophanes cecinit versibus: partim autem per orationum quoque oppositionem, quas magnus hic conscripsit Theodorus. Verumenimuero cum tantam virorum virtutem non ferret * Ioannes Magus Ægyptius & Iambre sodalis, tam aperte resplendere, eos includit in carcere: & postremo cum eis in sermone congressus, cum non posset aduersus illos decertare: sed, vt dicitur, captea pugnam iniret cum leonibus: eos vi rursus expellit è ciuitate, vt qui multum posset apud Imperatorem, tum quod esset eiusdem sententiæ, tum quod esset indutus habitu monastico, & quandam præ se ferret pietatis speciem: per quam & Imperatorem & multos ex ijs qui gerebant magistratus, decepit sceleratus: & indigne paulo post ascendit sedem patriarchalem. Et illi quidem sic expulsi ex ciuitate, externam regionem tanquam patriam videbant, propter Christum versantes in loco, qui vocatur Sosthenium.

Baron. ann. 821.

Multos cōuertunt ab hæresi sancti fratres.

* sic Ioannē Iconomachorum signifer, qui vocatur.

Expelluntur è ciuitate.

X. Postqvam autem * decessit impius Imperator Michael, magis impio filio Theophilo relinquit imperium: qui malum dogma ita est amplexus, & iis qui pietatem accurate tenebant, extitit tam grauis, vt omnes, qui fuerunt antea malæ opinionis, frigidos & molles redderet in impietate. Hinc rursus in pios persecutiones, & sacrarum rursus imaginum euersiones: & rursus tormenta, & iudicia, & carceres, & omne genus iniustitiæ commotum in pietatem. Hinc Theodorus cum fratre delatus, & quod pius esset, accusatus. Qui pro pietate quidem, quod non sustinuit genus supplicij, vel potius quam non suscepit coronam martyrij? Non tolerantiæ? Non dicendi libertatis? Non zeli, quo pro Domino concitatus, quotidie decertabat, martyr inter martyres, & confessor effectus per ipsa pro Christo certamina? Res autem illius magis ostendit multorum dierum carcer, quem sustinuit, & multiplicia supplicia: quæ filius à patre in hodiernum vsque diem accipientes, effecerunt, vt & ea superarint obliuionem, & scriptis mandata sint.

* Anno 829. Theophilus Imperator impissimus.

Vide Baron. an. 833.

Multa patitur S. Theodorus.

XI. Ab his suppliciis, multi quidem ex iis, qui fuerant comprehensi, victi sunt, etiamsi pœnitentia aduersus victoriam

Multi cedūt suppliciis.

riam rebellauit: complures autem propter spem & Christi desiderium, generoso & forti animo contem[...] C[...] quibus hic quoque vir diuinus, cum hoc, quod nihil cessit iis, quæ promittebantur, beneficiis, lonis [...] ea non potest quantam ostendit fortitudinem, locus certaminis effectus exemplar non facile ad imitandum. Ipse certe cum iam fuisset ei corpus laceratum flagellis, & solum sanguine adspersisset, vt qui rerum grauium & asperarum nullum sensum sustinuisset, nudus stetit in medio tribunali, de plagis tanquam de aliquo ornamento glo[ri]ans, & sic, vt ait D. Paulus, effectus theatrum Angelis & hominibus. Cum autem Præfectus ægre tulisset hanc diuturnam nuditatem: Ego, inquit athleta, ideo sto nudus, vt, si aliquem viderim athletam defessum doloribus, illius defectũ meo corpore alacri animo suppleam. O viri fortitudinem, ô dicendi libertatem, ô ardorem in Dominum. Rursus ergo relegantur in insulam, quam solent appellare Aphusiam. Sed quid mihi opus est enumerare ea, quæ deinceps sunt consecuta, carceres, naufragia, famem, solis ardorem, frigus nocturnum, insidias, insurrectiones, quotidianas mortes, plagas rursus, verbera & colaphos? Satis sit dicere, quod cum in iis ferendis voluptate affecti essent simul cum diuturno exilio, duobus post annis, soli ex aliis iussu Imperatoris veniunt Constantinopolim. Maiori enim, etsi plane inani, desiderio tenebatur Imperator habendi Theodorum & Theophanem eadem, quæ ille, sententes, quam imperandi omnibus, qui nulla in re ab eo dissentiebant.

Casus lucis atrociter S. Theodor, gloriatur. 1. Cor. 4.

En quanta patitur cum fratre.

Baron. ann. 831.

XII. VERVMENIMVERO operæpretium est ea, quæ deinceps sequũtur, declarare per illa ipsa verba epistolę, quę hic D. Theodorus, communem simul cum fratre componens epistolam, mittit ad Iohannem, qui tunc erat Antistes Cyzicenæ Ecclesiæ, & ad reliquam orthodoxorum multitudinem: enumerans quæcunq; eos pati accidit ab illo Dei inimico Theophilo, dum decertarent pro diuinis imaginibus, & quemadmodum post multa tormenta eis crudeliter compuncti fuerunt oculi. Si autem in epistola sunt quædam simplicia & rudia, non ideo apud eos, qui recte iudicant & sunt eruditi, dabunt ea testimonium, quod qui scripsit, esset ineruditus: sed primum quidem, quod ipse videretur indifferenter dictione & nominibus, & non hoc magnum putaret, neq; dignũ, in quo elaboraret. Deinde autem, quod etiam vellet ipsa plane verba, sicut dicta sunt, in interrogationibus & responsionibus, simpliciter & inornate adduci.

Epistola eorum ad Episcopum Cyzici, &c.

Sic autem habet ad verbum epistola: Maximam facerem iniuriam, si silentio traderem ea, quæ in nos facta sunt, cum multi desiderent audire & discere, & maxime possint esse ad Dei gloriam, & multorum vtilitatem, si dicantur & audiantur: neq; parum conferunt ad confutandos impios, & ad refellendam eorum dogmatum imbecillitatem, & telæ aranearum similem. Deinde hæc quoq; dicit paulo post. Cum ergo tunc venisset, qui iussis seruiebat imperatoris, & ascendisset in insulam Aphusiam, nos magna celeritate abreptos duxit in ciuitatem, causam, cur traheremur, affirmãs se ignorare, nisi quod cum magna festinatione & celeritate dicebat se esse missum. Venimus itaque in ciuitatem, cum esset octauus dies Iulij. Cum autem Imperatori apparuisset solus is, qui nos duxerat, iussus est nos statim includere in Prætorio. Post sex vero dies, nempe quartodecimo eiusdem mensis, accersimur ad Imperatorem, nostro aduentu iam in omnium animis præcognito & expectato, quod scilicet ad Imperatorem deducendi essemus, vt pœnas lueremus: neque licebat aliud videre aut audire, nisi terrores & minas, aliis quidem crudeliter dicentibus: Cedite vos quamprimum & absq; omni contradictione iussis Imperatoris: aliis vero nos acerbissima passuros, si non pareremus, protestantibus aliis vero dicentibus, Tenetur * dæmonum, & alia huiusmodi & his deteriora, quæ nostris auribus accipiebamus. Et hæc quidem audiebamus, priusquam ad aureum, quod dicitur, adduceremur triclinium. Adductis autem & illuc ingressis, nos Præfecto præcedente, visus est à nobis Imperator valde terribilis & iram spirans, multis hinc & illinc nos circumsistentibus. Erat hora circiter decima, & Præfectus, qui eousq; venerat, discessit, solos nos relinquens in conspectu Imperatoris. [Po]st autem nos cum adorassemus, asperiore & acerbiore voce iussit accedere propius. Cum ad eum ergo vsque venissemus, interrogauit, dicens: In quanam regione nati estis? Cum nos autem respondissemus, In Moabitide. ille rursus iisdem verbis, Et cur huc venistis? [inq]uit, & priusquam responderemus, iussit nobis verberari oculos. Multas vero plagas & graues inflixerunt, qui percutiebant, adeo vt nos impleremur vertigine, & humi cadere[mus]. etenim nisi eius, qui percutiebat, tunicam in pectore apprehendissem, ad scabellum Imperatoris statim essem deiectus. Tenens autem vestem, plagas accepi immotus, donec Imperator iussit eum cessare percutere. Cum cessassent autem qui percutiebant, rursus rogauit Imperator: Quanam de causa huc venistis? Hoc vero sibi volebat id, quod dicebat, Quanam de causa, nolentes eandem, quam nos, amplecti fidem, vestra sponte ingressi estis eandem, quam nos, habitationem? Cum nos autem tacuissemus, & oculos humi deiecissemus, ad Præfectum qui prope stabat, impudenti oratione & toruo adspectu conuersus, cum magna ira, & voce aspera hæc locutus est: Tolle eos, & in eorum facie inscribe & insculpe hos iambos, & trade eos duobus Saracenis, & abducant eos in terram suam. Prope vero adstitit, qui eos habebat iambos, qui eos etiam fuerat meditatus, nomine Christodulus: cui etiam iussit eos legere, hoc etiam adiiciens: Etsi non sint pulchri, ne sit tibi curæ. [I]s autem dixit: In componendis versibus tam accurate sumus exercitati, vt satis sit ad eos irridendos. Et ideo quidam qui aderat, ad gratiam loquens, ei dixit. Ne digni quidem sunt isti, ô Domine, vt sint Iambi pulchriores. Satius est autem, illos ipsos ita, vt se habebant, inserere narrationi.

*for. * dæmonum. tenentur dæmonum spiritu legit Baron. τριδιάβολοι dictũ à mobus lectu.*

Sanctis fratribus verberantur oculi.

Cunctis ad vrbem adire eam volentibus,
Stetere vbi verbi Dei casti pedes,
Terrarum vt orbis per id queat consistere,
Apparuerunt isti honorando in loco,
Erroris impij mala vasa & reproba.
Cum multa f[ec]ere ibi perturpia,
Grauiaque, quod deesset eis recta fides,
Illinc abacti sunt sicut apostatæ?
Confugientes autem ad vrbem imperij,
Stultitiam haud reliquerunt nefariam.
Quare notati & inscripti vt malefici,
Damnantur exiguntur que improbi iterum.

HIS lectis, iussit nos abduci in prætorium: & postquam egressi essemus, & ad eam quæ dicitur, Thermastram iam venissemus, accedens quidam, iussit nos reuerti, & cum maxima celeritate sisti nos ante Imperatorem. Qui cum nos vidisset, sic inquit: Verisimile est, vos, cum recesseritis, esse dicturos, Imperatorem illusimus. Sed ego cum vos prius illusero, dimittam. Cum sic dixisset, iussit nos exui. Cum ambo autem exuti essemus, verberabar ego, sic assidue clamante Imperatore, & eos, qui flagellabant, adiuuante. Sic te in me geris? da pulchre. Verberabatur itaque & tergum, & pectus absq; vlla clementia & misericordia. Ego vero cum diu flagris cæderer, vociferabar: Nihil peccauimus in tuum imperium. Et rursus, Domine miserere: &, Sancta Deipara, veni ad nostrum auxilium. Deinde etiam verberarunt fratrem similiter clamantem, & dicentem: Sancta Deipara, ipsa quoq; fugisti in Ægyptum, portans tuum filium. Respice ad me, qui propter similem tibi fugam punior. Domine Domine, qui liberas pauperem à manu eius, qui sunt eo fortiores, ne diu differas tuum nobis dare auxilium. Et cum sic ambos concidisset, quantum volebat, iussit nos exire. Alius autem rursus egressus, ad nos accurrit, iubens reuerti.

[...] Vincer[...] simum Tyrannum.

Matth. 2. Psal. 34.

QVIDAM vero missus ab Imperatore, rogauit quanam de causa morte Leonis læti estis, & cur, cum ad eum accessissetis, non amplexi estis eandem, quam ille, fidem? Ad hæc nos: Neq; morte Leonis læti sumus, sed neq; ad ipsum accessimus, neq; fidem propter vos, qui cum tẽpore mutamini, omnino abolere, aut etiam innouare sustinemus. Cum is autẽ subiunxisset: Non venistis imperante Leone? Nequaquã, diximus: sed eo imperãte, qui te præcessit. Ille vero: Recte, recte, inquit. erat vero is exactor vectigaliũ. Rursus tunc venimus in prætoriũ, cum iã essent tenebræ.

Præclara vox.

Cum

,, Cum autem quatuor dies prætẽrijssent, coram Præfecto præsidente sistimur. Is vero cum nos multis minis tormen-
,, torum terruisset, & dixisset se prius nos esse castigaturum: & deinde etiam oculos inscripturum, & Saracenis tradiru-
,, rum, iussit vt id faceremus, quod esset gratum Imperatori. Erat autem cum eo etiam Christodulus, & eius pater. No- Ecce constātiam sanctorum virorum in tuendis sacris Imaginibus.
,, bis vero fortiter recusantibus, & dicentibus nos esse paratos subire vel mille mortes: & nunquam nos esse polluendos
,, vel solo assensu, communione eorum, qui contempserunt & despicatui habuerunt Christianorum fidem & cõfessio-
,, nem: etiamsi oculos effoderint, etiamsi corpus igni tradiderint. Cum hęc diceremus, pater Christoduli loquens ad-
,, uersarijs, quasi nobis gratificans: Nunquam, dixit Præfecto isti adorarunt imaginem, neque scio quid fecerint, quod
,, huc venerunt. Cui ego aspere: Recede hinc, inquam: nescis quid dicas, neque de quibus affirmes.
,, Præfectus autem rursus vtens blanditijs: Semel, inquit, semel solum communicate, nec aliud exigimus, O linguam venenatam satanæ.
,, & ego ibo vobiscum in ecclesiam, & deinde ite, quo vobis placuerit. Ego vero ei dixi subridens: Simile quid dicis, ô
,, domine Præfecte, vt si quis alium rogans, dicat: Nihil aliud peto, nisi semel tuum caput amputare & tunc postea vade,
,, quo velis. Scias ergo hoc quoque nobis esse pudori, quod audeat nos aliquis adhortari ad communionem: ad quam
,, nescio quomodo suades vt accedamus & non potius vt qui procul est remotus, persuadeatur. Est enim ei facilius
,, facere, vt terra & cœlum sint rursum & deorsum, quam nos traducere à pietate. Tunc iussit inscribi nostros vultus:
,, & cum adhuc in nobis inflammatæ essent plagæ, quas ex flagellis acceperamus, & graues afferrent dolores, exten-
,, dentes super scamna, vultus nostros insculpebant. Cum autem longo tempore vultus pungerent, occidente sole te- Vide crudelitatem Iconomachorum.
,, nebræ factæ sunt. Quod quidem effecit, vt vel inuiti cessarent inscribere. Egressuri vero, diximus Præfecto & ijs qui
,, aderant: Sciatis Cherubim, quæ has viderunt literas, esse cessura, & flammeam rhompheam, versis tergis, concessu-
,, ram nobis ingressum in paradisum, vt quæ sit reuentura nostros vultus, pro communi Domino tam ignominiose in- Gen. 3.
,, sculptos. Hoc enim à vobis solis factum est à seculo: & est hoc nouum inuentum, & reddidistis omnes benignos &
,, clementes, qui aduersus diuinum nostrum dogma insanierunt. In facie autem Christi omnino agnoscemini, & vobis
,, exhibebunt legendæ hæ literæ. Ipse enim dixit: Quæcunque fecistis vni horum minimorum, mihi fecistis. Matth. 25.
,, Hæc verba postquam audiit Imperator per Præfectum, visus est dicere, attonitus, vt arbitror, à verborum o-
,, peratione: Si scirem hoc esse verum, eas toti meo populo inscriberem. Atq; nos quidem hæc, cum multa sint alia, bre-
,, uius declarauimus, eorum quæ gesta sunt, habentes multos testes, quos scio * plura his & apertius narraturos ea, quæ Vide Io. Curopalatam.
,, tunc facta & dicta sunt, vt qui ea melius, quam nos, obseruauerint. Neque enim in angulo, neque in occulto hęc facta
,, sunt: sed in theatro, & in medio orbis terrarum. Et sic quidem epistola.

XIII. Post tam inhumanum autem & tam nouum supplicium, quod propter diuinarum imaginum adorationem isti beati subierant, eorum vultu adhuc stillante sanguine, traduntur in custodiam. Deinde Iannæ improbis suggestionibus, qui cum tunc esset eiusdem sententiæ, cuius iniquus Imperator, tenebat Ecclesiam, damnantur exilio. Eos autem suscepit Apamea Bithyniæ, cum iussum esset ab Imperatore, vt ne sepulturam quidem eorum corpora consequerentur, partim quidem eos afficiente contumelia, partim vero communiter inuidente orthodoxis possessionem tam bonam, & tam desiderabilem. Illic ergo degit hæc generosa biga fraternitatis, & fidem ducẽs orthodoxam, & adhortans ad operationem virtutis. Valde autem persuadebant, vt qui non ex verbis, sed ex factis potius, facerent adhortationem. Fidei enim orthodoxæ erant eis argumenta inmobilia, quod pro ea compuncti essent, & flagris grauiter cæsi essent. Virtutis vero, vita & continentia, quæ propemodum contendebat cum natura immaterialium. *Iubentur sancti exulare Apameæ.*

XIV. Postquam autem vocabat tempus resolutionis, & ad eum quem optabant, discessus, Theodorus quidem & senio, & morbo, & pręterea afflictione, quam in custodia passus erat, oppressus, in ipsa custodia in manus Dei Creatoris, suam deponit animam, cum nulli quidem repræhensioni affinem in actione vitam, & in pietate rationem conseruasset integram & inoffensam: reliquisset vero sui martyrij memoriam, quæ non potest dari obliuioni, vt qui ipso die vitę finem acceperit, quo Stephanus primus martyrum pari zelo suscepit consummationem. Theophanes autem cum venerandum illud & fraternum tabernaculum cum alijs viris piis, quos verisimile erat illo tempore concurrisse, vt ab ea, quæ illinc procedebat, sanctificationẽ & gratia non exciderent, multis honorasset encomiis & canticis, deponit in arca lignea, & apud se conseruat: partim quidem procurans, ne corrumperetur: partim autem gloriãs memoria certaminum: iussum irridens impij, qui nec volebat quidem ea assequi sepulturam, quæ cœlestibus digna sunt tabernaculis. Deinde etiam in canones eius refert certamina, partim quidem pro lamentatione, vt quæ non erat licita, adducens hymnodiam: partim vero eorum, qui conuenerant, consolans desiderium. Dicitur enim, quendam senem, cum illo tempore ferretur multo zelo pietatis, Imperatoris quidem minas contempsisse, & nec ipsi quidem vitæ suæ parsisse, vt fide procidens ad huius beati reliquias, ex eo fieret gratię particeps. Cum ergo ad locum venisset in tempore excessus, seu ad Deum resolutionis, & fuisset vnus ex canentibus, affirmabat postea, se audiuisse quandam iucundissimam & admirabilem vocem superne psallentium. An quis autem eam recte cogitauerit Angelicam, an aliquam aliam, quæ fiat nutu Dei, Deo fuerit manifestum, & iis, quos par est hæc perspicere. Atque sic quidem Theodori reliquias arca conseruabat, quæ assidue copiosis ornabantur miraculis. *S. Theodorus moritur in carcere.* *Senex quidam bonus, eius reliquias veneratur.* *Ad S. Theodori reliquias multa fiunt miracula.*

XV. Cum Deus autem rursus respexisset in benignitate & miserationibus, & veluti caligo dissoluta esset impietas, & vires rursum assumeret rectum dogma, cum iam è viuis excessisset Deo inuisus Theophilus, reuertuntur quidem ab exilio, qui propter Christum è patria & ex Ecclesiis eiecti fuerant. Reuersus est vero magnus quoq; Theophanes, cum esset martyr, & gloriaretur susceptis pro Christo stigmatibus, mercedem confessionis aliam quidem à Deo magnam, & quæ auferri minime potest, expectans: in præsentia autem Nicææ Bithyniæ sedem à piis accipiens. Longum postea fuit tempus, & thesaurus erat ignotus, corpus, inquam, beati Theodori, quod multa certamina subierat. Vbi enim relictum fuerat à fratre, illic adhuc iacebat: sed vir quidam pius & religiosus, qui ipse quoque volebat esse particeps confessionis cum athletis, transfert hoc beatum corpus Chalcedonem ex Apamea: quod quidem perpetuis hymnis prosequebantur, & manibus, vt par est, portabant sacerdotes & monachi. Quo in loco cum sacrum ædificasset monasterium, illic deponit thesaurum: & nunc omnibus accedentibus præbet firmitatem animæ & corporis, & à morbis liberationem, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cum principij experte eius Patre, & sanctissimo & bono & viuifico Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. *Pax Ecclesiæ redditur.* *S. Theophanes fit Nicææ Episcopus.* *Nota de reliquiis S. Theodori.*

MARTYRIVM SANCTORVM MARTYRVM INDÆ ET DOMNÆ, ET MVLTITVDINIS VIGINTI MILLIVM MARTYRVM, QVI PASSI SVNT MARTYRIVM NICOMEDIÆ, APVD SIMEONEM METAPHRASTEN, habetur 5. Tomo Aloysij.

An. 290.

Maximiano iam secundum annum agente in imperio Romanorum & minitante grauem tempestatem impietatis, & mox in pios erupturo, sic quoque florebant quidem res Christianorum, & latæ erant tanquam in iucundissimo vere pietatis. Hoc autem verfaciebant alij quoque ex Orthodoxis, qui & tempo- *26. Dec. Horũ festũ ait Metaphrastes fieri*

uan vno die post natalē Christi Martyrolog. Rom. 28 Decem.
Cyrillus Episcopus Nicomediæ egregius.
Luc 12.

ribus erant superiores, & pietatis dogma aperte canebant sicut cicadæ: præ cæteris vero omnibus, Ecclesiæ nostræ musica hirundo, qui propter rectam in fide sententiam, & in ea dicendi libertatem, fuit celebratus Cyrillus. Is Nicomediam moribus magis ornans, quam sede Episcopali, & vitam orationi habens consentientem, monasteria confirmabat, & eorum curam gerebat, & ea quæ iam facta fuerant continens, & noua præter vetera ædificans. Accensus ergo, accensus fuerat ignis ille pietatis, de quo etiam dicit vox regia: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt ardeat? Qui etiam tantum est nutritus, & tantum inualuit, vt etiam ad ipsam veniret regiam, & multis ex iis qui erant in ipsa, persuaderet, vt, relicto auro & diuitiis, quæ hunc ignem extinguunt, eas in manus pauperum immitterent, Christumque & eius partes omnino sequerentur.

II. Cvm hæc autem audiuisset Maximianus, non erant ea omnino tolerabilia: sed cum etiam duplex ei bellum erupisset, quorum ipse quidem vnum mouebat contra pietatem: alterum vero contra ipsum quædam gentes, ab eo bello deuictæ, eius diu distrahebatur animus. Cum vero considerasset oportere prius bellum conficere Barbarorum, vt quod esset terribilius, religiosis, inquit, bellum reuersus tuto mouebo, & pulchre docebo eum maiorum meorum diis, eos qui ipsos afficiunt contumeliis, nunquam eis tam vehementer & tam temere insultare. Cum is sic quidem & labia in corde dolosa, & linguam mouisset magna & superba loquentem, egressus est contra Barbaros. Piorum autem fax adhuc magis accendebatur, & Christi milites parabantur ad aciem. Inter eos floruit læta quædam & pulchra planta pietatis, virgo admodum pulchra, Domna nomine, gloria insignis, in thalamo educata imperatorio, ab impio Imperatore iis, qui falso nominantur, eius diis consecrata, qui collocati erant intra regiam: & constituta prima sacerdotum, & præfecta sacrificiis & mysteriis omnibus deorum inanium. Verumenimuero bona arbor quærebat bonam terram, & ferax olea stare in domo Dei, & fructum reddere vtilem. Ipsa ergo, cum fidei sermo dilataretur, & ad diuinarum scripturarum venisset auditionem, & mentis aptitudine rapuisset scintillam pietatis, breui impletur amore spiritali: & cum illum librum accepisset, Pauli, inquam, qui sermone complexus est orbem terræ, & Actiones reliquorum Apostolorum, diligenter & continenter ea percurrit: & cum cognouisset ea, quæ dicebantur, esse & vera, & delectabilia, & quod est omnium maximum, animæ vtilia, varie afficiebatur: lætabatur, admirabatur, dolore animi implebatur. Lætabatur quidem, quod in talem thesaurum incidisset: admirabatur autem, considerans fidem Christianorum, eiusq; veri studium & coniunctionem cum virtute suscipiens: angebatur vero, damnum quod eousque acceperat, reputans, & noctem profundam ea, quæ præcesserant, existimans.

Domna virgo illustrissima, & sacerdos maxima.

III. Hanc certe piam fidem desiderans, nihil omnino cunctata, accersit quandam filiam vnius ex Senatoribus, (quæ opinione quidem erat Christiana, erat autem ipsa quoq; virgo perfecta) verum cultum scire desiderans, & vt ea duce ad religionem. A qua in mysteriis pulcherrime instituta, properat ad baptismum: & media nocte, inscientibus omnibus, venit ad Cyrillū Pontificem. Ille autem cum modulate diuinas ei cecinisset scripturas, & veneranda Christi Cruce eam obsignasset, tūc quidem eam facit catechumenam: & iubet ea, quæ de more prius fiunt, fieri à pio quodam Diacono: erat autem ei nomen Agapius. Illa vero cum & his, & ieiunio & orationi simul vacaret, nō minus hæc agens studio latere, quam hæc facere. Non erat itaq; aliquis, qui horum esset conscius, nisi solus quidam Eunuchus, qui erat ei virtute similis, Indes quidem nomine, genere autem barbarus, etiamsi eius mores non essent barbaris similes, sed mites & mansueti, & qui significabant magnam internam quietem & tranquillitatem. Is non solum æque, atque ipsa, ad fidem accessit: sed etiam, vocante occasione, se primum tradidit martyrio. Ambo ergo, quando venit tempus præstitutum, assequuntur baptismum: & sic post primam generationem, cito puella secundo quoque regeneratur, cum non nata esset plures, quam quatuordecim, annos.

Discit à virgine quadā, quæ nostræ sunt religionis.
Fit catechumena, vacatque ante baptismum ieiunio & precibus.
Baptizatur cum Inde Eunucho.

IV. Postqvam autem valide iactum fuit fundamentum, & in firma petra, nempe Christo, iam radices egerat, tunc alia quoque superædificauit: alimentum quidem sensile & potum negligens: panis autem, qui intelligentia percipitur, & diuinis verbis adhærens: & prætęrea quærens non solum, quomodo, quod dictum fuerat, in animo imprimeretur, sed etiam, quomodo exiret in opus: atq; adeo ad ea non opus fuit ei tempore. Simulatq; enim diuinam audiebat scripturam, statim, quod audiebat, producebat ad effectum. Cum itaq; aliquando legeret librum Actionum Apostolicarum, vbi peruenit ad illum locum, in quo, qui vendebant possessiones, adferebant precia ad pedes Apostolorum, illa hoc quoq; facere constituit & cum collegisset, quicquid auri habebat & argenti & vestis preciosę, & ea suis imposuisset famulis, noctu abit, & sanctum rogat Cyrillum, vt ea accipiat, quoniam in illum Apostolicam seruat reuerentiam: & vt suis manibus ea distribuat pauperibus. Quæ quidem cum, vt volebat, nemine sciente effecisset, reuersa est & solitus eam rursus habebat thalamus.

Act 4.
Omnia sua distribuit pauperibus.

V. Atqvi Cyrillus quidem eius pater secundum spiritum, paulo post excedit ad omnium patrem & Deum: Beata autem puella eius monita non leuiter audiuit: sed etiam in animi profundo ea celauit. Toto itaq; die illa, & qui virtuti erat similis Indes, animam ieiunio expurgantes, orationique & sacris eloquiis vacantes, noctu cibum sumebant. Alimentum autem erat panis siccus, & aqua potus. Quæ vero constitutum fuerat vt ab imperatore acciperent, iis ventres pauperum fruebantur: vt benignitatem simul recte exercerent, & abstinentiam. Sic facientes, conabantur quidem multis latere. sed fieri non poterat, vt mons absconderetur, & lucerna poneretur sub modio, & thesaurus lateret in terra abditus. Sed cum eo, quem dicam, modo apparuissent, Orthodoxis quidem fiunt exemplum salutare: impiis autem & improbis, validum ad eos conuincendos argumentum. Qui tantum aberant, vt ex illorum virtute fructum perciperent, vt etiam pœnas ab eis expeterent, & eis etiamen intenderent abstinentiam. eorum enim adhuc latebat pietas, nec ab ipsis adhuc deprehensi fuerant.

Vide ieiunia, preces, cibum & potum.

VI. Postqvam autem manifestum euasit eorum ieiunium ei, qui gerebat curam sumptus aulæ Imperatoris, cum oporteret admirari benignitatem, & stupere abstinentiam, ille potius processit ad flagra, & eos diu cædens, vim afferebat vt dicerent, quonam proficiscantur ea, quæ eis dantur. Cum illi autem, qui didicerant celare recte facta, ea forti & generoso animo sustinerent, mori malentes, quam dicere, ne quod in egētes manabat, reſcinderetur fluentū benignitatis, quidam Eunuchus accedens ad Pręfectū, Persa genere & impietate, ac initio eorum virtutē defert & accusat tanquā vitium: quod scilicet se caste gerant, & à cibis abstineāt: & quę accipiunt ad alimentū, ea pauperibus Christianis præbeant: & quod, quæ ab Imperatore proficiscūtur, dantur ad alimentū iis, qui sunt contrarij Imperatori. Quod si velis id scire apertius, licet tibi aperto penario ex iis quæ apparebunt, intelligere ea, quæ sunt obscura. Audit Pręfectus, & cum libenter euidentem admisisset probationē, ab eis aufert claues: & cum aperuisset, inuenit protinus: sed non vt ipse spectabat. sed ea, quæ vere erāt veneranda, nempe & diuinæ Crucis figuram & librum sacrosanctum, nēpe Apostolorum Deo gratas Actiones: & præterea possessionum vacuitatem eorum, qui in cœlis magnum thesaurum recondebant: cuius præclaræ opes erāt duæ storeæ, in nudo solo stratæ vere * generosum, & beatorū Domnæ & Indę magnifica suppellex: fictile prętereà thuribulum & lucerna, & lignea arcula, in qua reposuerant sacram oblationem, cuius fiebant participes. Hunc ergo librum & arculam cum impius accepisset Eunuchus, rogabat vbi esset eis aurum, vestisque preciosa, & alia supellex elegans & magnifica. Cum autem illi rursus interrogationum nullam ducentes rationem, starent tacentes, eos tradidit torquendos. Sed sic quoque reipsa est expertus se frustra pulsare adamantes.

Indes & Domna cæduntur flagris.
Sancta eorum supellex.
*For. * generosarum.*
Liturgiæ sē primum sermonis sub vna specie.
Olim autē persecutio-

abrui

ab eis enim nihil omnino audiuit. Sacer vero ille liber, & præterea arcula, vt quæ nihil ei essent vtilia, illic ab eo relicta sunt in penario. Eos autem iubet alibi includi, donec retulisset ad Imperatorem. Atque virgo quidem, cum iam educeretur è penario, cum inscientibus omnibus sacre librum sustulisset, (erat enim paruus, & qui poterat facile abscondi) in sua eum veste reposuit. Eodem modo Indes quoque admirabilis vas sustulit ligneum: & ita abducti sunt & inclusi. His sic inclusis longo tempore, solus panis viuus erat nutrimentum: & diuinæ gratiæ potio, erat potus. Quæ autem corpus necesse est sumere, iis adeo priuati fuere, vt ne aquam quidem possent assequi. Erat enim hic immitis Præfecti iussus, vt propterea, quod ipsi egentium ventres satiauerant, tali fame confecti interirent, & pro benignitate pœnas luerent sæuitia.

Ois temp ore fideles Eucharistiã ad mum secũ absporta bant, & diu asseruabãt, & clam sumebant quod de viui specie fieri non poterat.

VII. Tanta ergo fuit indigentia, & afflictio tam intolerabilis, vt virgo in morbum incideret, cum iuuenile corpus non ferret tantam vexationem. Sed fieri non poterat, vt eos haberet despicatui ille, cui sunt curæ volucres & bestiæ & qui aperit manum, & implet omne animal benedictione. Sed nox quidem erat: accedunt autem virtutes cœlestium Angelorum: qui cum multa luce eos circumfulsissent, & mensam cibis implessent, rursus reuersi sunt in cœlum. Illi autem ea, quæ erant proposita, statim sumpserunt, malorum quæ præcesserant, non amplius recordantes: & partim quidem eorum quę apparuerant, splendore: partim vero eorum, quæ ipsis oblata sunt, voluptate exhilarati, illud Dauidicum admodum opportune cecinerunt: Tanquam ex adipe & pinguedine repleta est anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Atque dies quidem iam aderat: aderat autem Præfectus quoque, vt sciret an fame victi essent: vt sic eos haberet obtemperantes. Postquam vero contra eos vidit lætos & vultu alacres, animo autem multo alacriores, tentans vim afferre, vt quod in eis nihil prodesset, aggressus est persuadere: & simulans mansuetudinem, iussit eos deinceps degere nullis malis affectos, & abunde eis dari, quæ erant ad vsum necessaria, cibum, inquam, pecuniam & vestes, non minus quam antea. Sed virgo nihil egebat pecuniis & vestibus: immò vero egebat quidem, sed non sua causa, sed pauperum: quibus etiam vestimenta discindens, distribuebat: & quomodo existimabat esse necessarium corpori alimentum, ita etiam suæ animæ necessarium, aliis præbere nutrimentum. Quocirca multis diebus permanebat ieiuna, vt possent abunde aliis præberi nutrimenta. Et tunc quoq; cum vidisset multitudinẽ pauperum ad se confluentium, & tanquam charam nutricem, vt famem ab eis propulsaret, rogantium, dubia animi, vt quę nihil posset impendere, quod sufficeret tantæ multitudini, ad suum mũdum adspexit: & cum zonam illam, quæ plena erat gemmis & margaritis, & alia quæ erant auro ornata & argento, omnia vinculo vno comprehendisset, demittit per fenestram, & transmittit ad pium quendam Diaconum, cui nomen erat Alypius: rogatq; vt vendat, & aurũ, quod ex eo redibit, diuidat pauperibus. Dici non potest, quantæ pauperum multitudini hæc sufficerint ad alimentum: sed neq; quam multos diuites sui imitatione prouocauerit ad opem ferendam egentibus. Cum autem non oporteret eam, quę erat adeo casta, & quæ sic alias exercebat virtutes, & quæ magno ferebatur fluento ad beneficentiam, habitare in tabernaculis peccatorum, & in aula regia, huic etiam rei prouidetur à superis. Videte autem quam sapienter.

Psal. 144.

Angelico ministerio in carcere pascuntur.

Psal. 62.

S. Domna seipsam inedia affligit vt pauperes alat.

Itemq. sua distrahit.

VIII. Dei parentem Dauidem in animo versans, & id quod ille simulauit eo tempore, quo fugerat à facie Saul, & quemadmodum vultu suo mutato, se finxit esse emotæ mentis, & sic effugit manus eorum, qui erant vere insipientes, & de eis erexit trophæum: tale quid ipsa quoque excogitat & fingit, inuertens oculos, & saliuam expuens, & manus percutiens, & voces emittens inordinatas: & aliquando quidem lachrymans: aliquando autem ridens intempestiue & & indecore. Hæc cum viderẽt ij, qui erant in regia, alij quidem miserebantur, alij vero etiam mirabantur: Nonnulli autem simul & misericordia mouebantur, & stupebant. Quod quidem cum audijsset crudelissimus Præfectus ab aliquo ex ijs, qui ei assidebant, & vidisset etiam id quod fiebat, visus est dolere & animo ægre ferre. Nam tunc virgo maxime morbum simulabat, quando Præfectus in eam coniecisset oculos. Vnde etiam timore afficitur, & ei plures adhibet custodes, ne absente Imperatore, aliquid ei graue accederet, & se deorsum præcipitans, veniret in periculum. Postquam autem multum temporis contritum est à custodibus: illa vero, quam susceperat, personam non dimittebat, sed prudenti admodum cogitatione simulabat se esse insipientem: & molesta erat iis, qui eam custodiebant, eorum quidem vexans aures inconditis vocibus, stultis autem figuris eorum oculis adferens molestiam: & nonnunquam eis somnum adimens clamoribus, & eis omnino molestiam adferens: non solum vel inuiti eam mittunt ad Christianos, quod quidem ea iamdiu cupiebat: sed etiam fatentur, licet nolentes, Christianorum potentiam. Accedentes enim ad Eunuchum, vehementer rogabant, vt ea mitteretur ad Christianos. Forte enim dicebant, vt & ipsi liberarentur à malo non tolerabili, & illa ab ipsis quam primum curaretur. Sunt enim, dicebant, apud nos alij quoque ei insania similes, quos, nescimus quomodo dicuntur sanare, & facere vt sint sanæ mentis. Hoc illi quidem pro se petierunt, cupientes liberari ab omni molestia: Deus autem id, quod virgo impense cupiebat, facit vt ei succedat ex sui animi sententia. Nesciebant enim se, vt dicitur, equum in campum immittere, & delphinum in aquam. Audit hæc Præfectus, & cupiens ipse quoque liberari hac eius cura, statim sanctum Anthimum (erat autem hic tunc Nicomediæ Episcopus post Cyrillum) accersit. Qui cum statim accessisset, &, vt qui à Deo accepisset notitiam eorum, quæ erant in profundo cordis, spiritu cognosci de virgine: & cum, quam profunda sapientia sub simulatione stultitiæ lateret, intellexisset, ipse quidem tacens constitit: virgo vero cum similiter vidisset Pontificem, nullum amplius pręse ferebat furorem aut amentiam: sed perinde ac ipsum illius adspectum reuerita, se moderate gerebat & placide, adeo vt ipsi qui aderant stuperent, considerantes quantam vim habeat vel solum conspectus pius oculus. Præfectus ergo rogauit Episcopum, vt assumeret virginem, cum ea autem etiam Indem: & vt eos in sacra aliqua æde traderet in custodiam honestam. Simul etiam dedit pecunias, quæ ad alimentum sufficerent & vsus corporis necessarios. Ille autem hos quidem valde lubenter suscepit, sed non etiam pecunias. Eos vero misit ad quoddam monasterium, dici non potest, quantum lætantes, quod successisset eis cœptum ex sententia.

1. Reg. 21.

Simulat amentiam, cũ Dauide.

Custodes carceris rogant eam dimitti.

Anthimus Cyrilli successor.

SS. Indes & Dõna mittũtur ab eo ad quoddã monasterium.

IX. Iam autem Maximiano tunc erecta erant trophæa aduersus inimicos, Deo ei sapienter viam aperiente ad salutem, vt cum quæsisset, cuiusnam manu hæc recte gererentur, agnosceret veritatem. Sed ille in his plane cæcutiens, deorum qui falso dicuntur, auxilio adscribebat victoriam: & tantum aberat, vt vero Deo ageret gratias, vt etiam properaret aduersus Deum bellum gerere: & aliis postpositis, acri animo armabatur aduersus Christianos, dæmonibus festa peragens & sacrifica, etiamsi primo vulpinam pellem induens, donis & honoribus clam se insinuabat in populi beneuolentiam, & suam esse rectam volebat improbitatem. Theatrum itaque frequentissimum ab eo fuit congregatum. Non aperte autem ostendebatur hoc certamen comparari aduersus Christianos: sed obscure, dolose & malitiose instruebatur. Simulacra enim, quæ auro quidem honorabantur ab impiis, fossam vero interitus eis vicissim largiebantur: hæc, inquam, aurea, & quæ rursus facta fuerant ex argento, producens impius, posuit in sede regali, & coronis redimiit: & tandem eis tauros sacrificans, iussit execrandis sacerdotibus adspergere populum, temporis quoque ea in re vtens auxilio. Tunc enim ore hianti attendebant iucunda theatri acroamata. Quicunque ergo in pietate quidem erant firmi & stabiles, & quorum animos religio Christiana non solum vsque ad nomina, sed etiam ad cor vsq; penetrauerat: ij, cum id, quod fiebat, deprehendissent, & nec eius quidem conspectum ferre potuissent, à theatro recesserunt, suum potius sanguinẽ profundere, quam tali sanguine pollui, pręclare eligẽtes. Quibus autem

Baron ann. 301.

Vide malignas Maximiani machinationes.

pluris

plurimis fiebat voluptas & recreatio, ijs polluebantur animæ & corpora, ex modica, proh dolor, delectatione [illegible] usiſsima recondentes ſupplicia.

Eius peſtilens oratio. Al[illegible] ad victoriam de Perſis & P[illegible] reſtituenſque [illegible] Chriſtianorum [illegible] propagauit.

Sed enim Maximianus, qui toto animi impetu ferebatur ad impietatem, non amplius late[illegible], ſed [illegible] X
volens ſe impie gerere, hos habuit ſermones apud eos, qui erant congregati, qui quidem grauiſſimam [illegible] impietatem: Quo abitis, dicens ô homines, luci tenebras præferentes, & non deos eſſe putantes, [illegible] hoc vniuerſum? Non videtis victorias & trophea? Non videtis bona pluſima que bonis adijciuntur. & [illegible] dum quæ ſunt, recte quidem ſe habent, & ſunt in tuto alia vero accedunt quotidie: & quorum non er[illegible] mini, in ea nunc dominatum obtinemus? Non gloriam, quæ augetur? non imperium, quod dilatatur? Non [illegible], quæ partim quidem ſunt tributariæ, partim autem ſunt futuræ: & partim quidem iam captæ ſunt, partim vero [illegible] iamiam capiendæ? Non gentium Reges, qui ſunt reputati pro mancipijs? Non omnia, quæ eueniunt nobis ex ſententia? Cuiuſnam ergo hæc contingunt prouidentia? Vobis perſuadeant temporum temperationes, moderatæ pluuiæ, fructuum fertilitates, anno vero vniuerſum tempus fructus producens, & ſpectantia omnia ad abundantiam.

Pſal. 18.

Domina[illegible] eius falſa [illegible].

Cum ille copioſa lingua ſic loqueretur, & ijs, qui non ſunt, ea quæ ſunt, falſo adſcriberet, & alia adhuc vellet XI.
contexere, non permiſit ex alto is, cuius ſunt iudicia vera iuſtificata, mendacium amplius gloriari aduerſus veritatē: ne alijs quoque, qui erant ad peruertendum faciles, cauſa eſſet interitus: ſed interim dum loqueretur, cum eſſet dies ſerenus, & ſol regionem vreret meridianam, repente erupit ſonus multorum tonitruum, & eliſus fuit ignis ex nubibus, & profundæ ſimul tenebræ, & denſa grando cum ventis vehementibus: & malum hoc horrendum, vocem propemodum emittebat, eſſe grauem Dei commoti iram. Nam alij quidem ſolo tonitru auribus & animo perculſi, ibi in terram cadebant ſemimortui: alij vero in fugam quidem ſe coniecerunt, ſe autem multo grauius affecerunt, vt qui

Multi male pereunt ex tonitru.

fuerint à ſe inuicem conculcati & ſic vitæ violentum inuenerint exitum, ipſe quoque impius Imperator propemodum perijt, periturus fortaſſe, niſi Deus iudicaſſet id minus eſſe ſupplicium, quam quod ille dignus erat pati. Non vſque autem ad ea, quæ dicta ſunt, ſtetit Deus terrores: ſed fluuij quoque aquarum impetu inundantes, & ſegetes funditus euellentes, agricolarum labores in mare deportarunt: idque cum eſſet æſtas, & ſperaretur fore, vt longo tempore non plueret. Fuit tamen, quod factum eſt, admodum leue & paruum ad penetrandum Maximiani animum, & perſuadendum vt reſipiſceret ab impietate. Nam cum poſtea quæſijſſet ſchedulam, in qua erant nomina eorum, qui falſo dicuntur dij, miniſtrabant, quoniam Domna & Indes non inueniebantur cum alijs, dolore ſimul & ira implebatur: & diligenter percontabatur, quomodo res eorum ſe haberent.

Postquam autem audiuit ab Archieunucho, Domnæ quidem emotam eſſe mentem: eam vero nunc eſſe XII.
apud eos, qui ea ſciunt curare: cum ea autem eſſe Indem, vt eam cuſtodiat, & ei inſeruiat: ille iam ira æſtuans, & valde vociferans, O peſſime hominum, inquit: Domnam quidem, quæ vexabatur à dæmone, fortaſſe non immerito amouiſti à deorum miniſterio: Quidnam autem te mouit, vt Indem quoque, magnorum deorum cultorem, cum ea amandares, & quantū in te fuit, eos à miniſterio deſertos dimitteres: Sed ipſos iuro deos, te iuſtas ſceleris pœnas nō eſſe euaſurum. Dixit, neque quod dixerat neglexit: ſed miniſteriū camelorum, qui erant in regione Claudiopolitana, ei tradi imperauit, ei [illegible] honoratem detrahens Præfecturæ, & eum ad extremā deducēs ignominiam. Deinde Indem quoq; iuſſit

S. Indes multos ad Chriſtum traducit.

adduci, & ea rurſus facere, quæ dijs conſueuerat. [illegible]le vero eū acceſſiſſet, faciebat re vera, quæ conſueuerat: deoſque & deas & eorum ſacerdotes valere, vel potius flere iubens, ipſe ſoli Deo vacabat, in orationibus verſans & ieiunijs: & non ſolum ad eorum impietatem minime ſe demittens, ſed multos etiam ex ijs, qui decepti fuerant, ad veritatis agnitionem reuocans. Rex eſt enim, quæ ad veritatem inducit oratio, quando habet etiam vitam ei conſequentem. Hac itaque ratione Indes multos ad Deum adduxit: & erat reuera ſal diuinus, qui & ſeipſum continebat, & alios poterat continere. Sed tales quidem erant res illius: Maximiano autem erat intolerabile, videri quidem omnes ſuperaſſe barbaros, & ſolo adſpectu terrere populi multa millia: vinci vero à ſuis, idque cum eſſent adeo iuuenes, & ætate imperfecta.

Maximianus [illegible] ſtianorum templa diruit.

Christianos crudeliſſime iubet puniri.

De hac perſecutione inſtaurata conſule Baron. in [illegible]

E[illegible] Chriſtianorum multo [illegible] obſidet.

Cum itaque paulatim ſolniſſet, quamcunque habebat ſpeciem humanitatis, aperte quidem pugnabat cum XIII.
Chriſto, ſacra templa diruens, & ædes dæmonibus ædificans: Præfectos autem, & in dicendo formidabiles, & in puniendo crudeles, mittens per vniuerſum orbem terræ: quibus non ſufficiebat ſua aduerſus Chriſtianos crudelitas, ſed accedebat etiam immanitas Imperatoris. Iubebat enim, vt Chriſtianis nō obedientibus nihil cederent, ſed ſic punirent, tanquam oculi illius vna examinarent & ſpectarent tribunalis auſteritatem, & in examinando curioſitatem, & in puniendo nouam inuentionem atque vehementiam: dicens eum illi plurimum gratificaturum, qui pluribus ſupplicijs afficeret Chriſtianos. Sic incitatos emittebat Præfectos, verumenimuero ſeipſum quoque eis oſtendebat exemplar archetypū ad inhumanitatem. Nam ipſe quoq; erat primus occidens, puniens, de medio tollens, expellens, quid non violentū agens & tyrannicum? nimio vero ſæpe quoq; non vim meram afferens, ſed eam etiam miſcens perſuaſione, & ipſam porrigens tanquam eſcam: vt ſic quoque fieret ſæuior, & haberet probabiliores puniendi occaſiones, quod nollent pij parere verbis ſolis. Is cum ſanctiſſimum Anthimum diu quæſitum non inueniſſet, ipſe ingreſſus eccleſiam, tanquam fera aliqua varia & doloſa, cum exercituum & ſatellitum multitudine eam circundediſſet, & deinde etiam lenitati perſo[illegible]am ſubijſſet, vt alij quidem formidarent vim & multitudinem, alij autem ad ſibi videm in[illegible]entes benignitatem, abducerentur à perſuaſione: & cum ſic tanquam duobus fortibus vinculis, timore & perſuaſione pios colligaſſet, captiuos ducebat ad pietatem. Cum hæc apud ſe cogitaſſet, ad populum talem habuit orationem:

Oratio eius ad populū Chriſtianū.

Ego etiam aduerſus gentes barbaras, quæ meum iugum ferre recuſant, & non parent Romanorum legibus, XIV.
non ſtatim moueo haſtam, neque vtor iaculis, neque gladio eis cædem affero: ſed bonos imitor medicos, mollibus primum verbis & benignis, perinde ac oleo, tumorem emolliens. Deinde poſtquam videro eos eſſe valde immedicabiles, vlcuſque eorum valde malignum & profundum, tunc vtor cauterio, & tam aſpera & acerba ſectione, vt neque ab initio me videatur aliquis humanior, neque poſt miſericordiam & manſuetudinem violentior. Abſit autem, vt vos me vnquam ſentiatis conturbatum & iratum: ſed accedentes, libate magnis dijs, & rogate, vt vos benig[illegible] intueantur oculis: vt ſic à nobis quoque conſequamini honores, magiſtratus & pecunias: & ſitis inter meos primos amicos & familiares. Quemadmodum enim non eſt abſurdum, Barbaros quidem, qui ſunt alterius linguæ, noſtra tam æquo animo ferre: vos vero in Romanorum legibus educatos, & in rebus Græcorum eruditos, & mihi ſubiectos, non in omnibus ſeruare obedientiam: ſed in rebus præcipuis videri inobedientes, & bellum aperte ſuſcipere cōtra veſtrum

Blanditiis ſubiungit minas.

Imperatorem, vt ideo excidatis ab imperatoris beneuolentia, & larga munificentia? Recedite ergo, recedite ab hac falſa religione. Sin minus, pœna non procul aberit. Videte hanc ædem, in qua conſidiſtis. Eam igni mandans, vos quoque ſimul perdam: & ſcietis omnino, quantum ſit malum, à ratione aliena audacia, & mentis peruicacia.

Cum dirus Maximianus ſic immanitati coniunxiſſet humanitatem, & malorum minis & bonorum pro- XV.
miſſis variaſſet orationem, qui inſtar mellis dulcem habebat linguā ſapiens Glycerius, qui erat reuera diuinus ſacrificus & ſacerdos, & ſua verba ſtudebat ſacrificare Chriſto, cui ſacrificabat, breuem & opportunam dans reſponſionem;

& lin-

& linguam vinxit Maximiano, & cor eius conturbauit & labefecit, & simul cum ira eius animum repleuit admiratione. Dixit enim: Neque tua promissa & dona desideramus, ô Imperator, neque tuas minas omnino curamus. Illa enim quomodo appeteremus, aut quomodo ea nostrum delinirent animum, qui, quæcunq; sunt mundi, habemus pro somnijs? Malum autem quid iis minitéris, qui pœnam potius existimant, non vel grauissima sustinere propter Christum? Quæ vero dicis, & de quibus gloriaris de trophæis, inquam, aduersus gentes erectis, ea magis stabunt à nobis, & meis verbis suffragabuntur. Quando enim tu, qui vicisti plurimos, mox conspectus es victus à fœminis & pueris, ab us, inquam, qui colunt religionem Christianam, quemadmodum non erit mei Christi virtus multo manifestior? Et præterea quis est adeo attonitus & stultus, vt sit oblitus tonitruum & fulminum, quæ paulo ante fuerunt, & illius horrendæ Dei significationis, mortisque violentæ, & eius, quæ prope fuit, submersionis & fructuum interitus: & quod hæc tuis diis, non autem vero potius Deo adscripseris, qui opportune, ô Imperator infert iram aduersus eos, qui illos honorant & colunt? Ne sic ergo bellum contra nos susceperis. Sunt nobis arma quoq; desuper, quibus sicut hodie tu à te satellites, ita nos à Rege munimur vniuersorum, per quæ & contra te in aciem prodibimus, & adipiscemur victoriam valde admirabilem. Percussi enim, interimemus: & cadentes, contra te trophæum erigemus.

Glycerius presbyter ei præclare respondet.

XVI. Hæc audit Imperator, & secantibus verbis in medio corde quodammodo sauciatus, animi motum in præsentia celare habens in animo, & nihil amplius dicens aut faciens, e templo egreditur. Pius autem ille populus, Deo quidem gloriam, sapienti vero Glycerio, pro se quisque tales voces edidit: Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo? Non futurum autem erat, vt Maximianus iram diu cohiberet: sed apud se furore percitus, iubet Glycerium euntem ad ecclesiam, comprehendi manu militari, & correptum, ad se adduci. Qui cum ad illius tribunal esset adductus, nihil interrogatum iussit verberari boum neruis tam vehementer, donec verberantes quidem, vires: illum autem, qui cædebatur, vox deficeret. Præconi quoque ei, dum verberabatur, iussit dicere: Lingua parcius vtere, ô Glyceri. Ne sis arrogans, nec seditiosus, nec insolens. In honore habe mores Romanorum: reuerere Imperatores. Sic quidem imperauit Maximianus: sed neque torquens persuasit, neque hæc cantans, eum affecit pudore: sed cum esset martyr superior & manibus lictorum, & vocibus quæ ei incantabantur, quærebat suum Regem, & tota voce & viribus illius inuocabat auxilium: Domine Iesu Christe, dicens, quomodo me, vt pro te dicerem, corroborasti ita etiã ô bone, da mihi vires, vt pro te patiar: vt accessione eorum quæ sunt tristia, sit mihi præmiorum maior remuneratio. Hoc tanquam ignis igni additum, Maximiano maiorem iram accendit: ipse autem eos, qui percutiebant, eousque vt verberarent incitauit, donec corpus martyris humi iaceret, nihil differens ab inanimis: sanguine quidem iam exinanito, pelle vero vento tumefacta, & ipsa carne prius consumpta & nudis solis ossibus apparentibus. Quod quidem mouit misericordia non solum pios & humanos animos, sed etiam animos infidelium. At non Maximianum, cuius animus erat lapide durior.

Psal. 118.

S. Glycerius immanissime flagellatur.

Vides sæuissimum tyrannum.

XVII. Sed postquam sic affectum Glycerium, & à mortuo quidem nihil prope differentem, solam autem linguam mouentem vehementi spiritu, & dicentem, Sum Christianus, seruus Christi, qui solum est verus Deus: vnus est mihi Dominus, vnus Rex. non ferens ille loquendi libertatẽ, iubet eum quidem solui a vinculis, abductum vero extra ciuitatem, igne crematum mortem subire. Ductus ergo generosus ille ad locum constitutum, & stans ad orientem, partim quidem Christo egit gratias qui eum à multis liberarat periculis: partim autem pro se vehementer orauit, & pro piis, qui erant vbique. Deinde cum Christi signum suo adhibuisset corpori, fuit affixus ligno, sacra victima, aries carens omni vitio, ei qui ligno propter nos fuit affixus. Igne autem subtus accenso, Iesu fuit oblatum holocaustum & sacrificium acceptabile, & diuina hostia aræ supernæ conueniens. Quid vero, hinc ne intellexit Maximianus pios esse immutabiles? Multum abest: sed cum execrandæ eius hostiæ ducerentur ad templum duodecim deorum, quod erat intra regiam, aderant quidem impij, candidis & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus. Solus autem Indes atris indutus vestibus, & cum hæc celebrarentur, maximo dolore affectus, cum se in valde tenebrosa inclusisset domuncula, impiorum deflebat interitum.

Stupenda martyris fortitudo.

Signo Crucis se muniens, in igne efflat animã Glycerius.

XVIII. RENVNCIANTVR hæc quoque Imperatori, & is statim ab ipso arripitur, & sistitur ab illo Iudice iudicandus. Cum autem etiam antequam loqueretur, ei renunciaret vestis, quod quæ fiebant, ab eo censebantur digna luctu & tristitia, iussit eius manibus & pedibus iniectis catenis, & collo collari, eum seruari inclusum in carcere. Atque Indem quidem habebat custodia: Maximianus vero Domnam quoque quærebat: & furore perinde ac ebrietate læsa ratione, & oblitus eorum, quæ de ipsa audiuerat, dicebat assidue: Vbi est Domna? Vbi est sacerdos Dianæ & Mineruæ? Rursus ergo ei dicunt de integro, quæ videbantur accidisse virgini, & quæ fecerat Eunuchus, ita vt * res se habebat, significant. Ille autem cum multa dixisset de Archieunucho, & valde ægre tulisset, quod ei vita fuisset conseruata, iubet ei quidem caput amputari: virginem vero quæri in monasteriis, & diis illius seruari. Hæc cum resciuisset ea, quæ monasterio præerat, in quo erat sancta, inprimis virili suscepta cogitatione, virili tonsu & veste ornata virgine, & preces cum lachrymis ei præbens viæ custodes & duces, eam clam emittit ex sacro thalamo.

S. Indes degit in custodia.

** Scilicet quod Christiana esset.*

Domna sub virili habitu latet.

XIX. Sed sceleratus non cessabat quærere: & cum eam non inueniret, furebat communiter in omnia monasteria. Atque sacra quidem omnia monasteria crudeliter diruebantur: virgines vero turpiter probris afficiebantur: Virgines, proh dolor, quas ne masculorum quidem oculis videri erat vnquam tolerandum: atque ita per omnia peruadebat calamitas, quasi capta esset ciuitas ab hostibus. Quibuscunque ergo earum erant corpora valentia, & neque senectus, neque morbus aliquis tardabat earum pedes, ipsæ statim fugam spectabant, & ad montes & speluncas & ignotas solitudines celeriter abibant, malentes vitam degere cum feris, quam habitare cum hominibus, feris longe immanioribus, & qui corpora virginitatem exercentia probro afficere inhonestum non esse existimant. Sed eo, quod cogitaras, frustratus es ô inimice omnium: & per quæ sperasti tyrannidem exercere, per ea ipsa fracta fuit tibi tyrannis. Non enim neglexit Deus, qui natus est ex Virgine, ipsas virgines vel in medio lictorum conseruare, & quomodo fidem, ita etiam continentiam ipsas prodere non permittere. Intereas autem tanquam inter claras & lucidas stellas, vna mirandum in modum resplendebat instar lunæ, & pulchritudine & genere & virtute aliis præstans. Ea vero vocabatur Theophila. Hoc autem longe melius res ipsa ostendit.

Maximianus sæuit in monasteria, atq; diruit: piaculares duæ hæreticorum nostrorum.

XX. CVM enim illa esset vultu adeo formosa, traheretur autem à lictoribus, & iam ad probri ac contumeliæ officinam violenter introduceretur, manus simul & oculos in cœlum tollens, & miserabiliter adspiciens, Mi Iesu, dixit, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis & vitæ, vide eam, quæ est tibi desponsa. Vide, ô sponse, in quem nulla cadit repræhensio, & festina: quoniam nec est quidem tempus precandi: ne pactum conuentum fallam, ne prodas me bestiis, ne lupi tuam pecudem dilanient. Serua sponse sponsam: meam conserua castitatem fons castitatis: vt tuum quoque nomen nunc maxime glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis. Hęc illa quidem orauit cum lachrymis: effecta autem Deus reddidit. Sed est adhibendus animus narrationi. Introducitur virgo in prostibulum: Illa vero etiam in tali loco & tempore non est oblita eorum, quæ oportuit: sed protinus eiiciens id, quod habebat in sinu: id autem erat sacrosanctum Euangelium: aperuit, & dabat operam lectioni. Vnus vero ex intemperantibus, œstro insano percitus, ad eam ingreditur: qui aliquantisper quidem eam audiit legentem. Cum autem iam prope esset, à maximo metu inuaditur, & tremore valde agitatur, & humi procumbit mortuus, & sic iacebat

Theophila virgo sanctissima ducitur in lupanar.

Male perit homo petulans.

ad pedes

ad pedes Theophilę, non spirans. Multæ horæ præterierāt, & cum alijs visum esset, quoniā non exibat, ... se satiauit virgine, vbi alius quoque ingreditur, & te quoque iam prope stans, ... test, fulgore illustratur: deinde eum à lumine tenebræ excipiunt, & obtutu orbatur, quærebat ob... gnem: sed quemadmodum citra offensionem eme... extra fores.

Alius orbatur lumine diuinitus.

Cum multi quidem talia passi essent, & nonnulli etiam magis horribilia, nullus fuit amplius co... XXI.
& si quis ingrediebatur, non ingrediebatur captus amore: sed solum volens ... ea, quæ facta fuerant. ... autem ingressi sunt complures, vident ea, quæ & ad videndum erant terribilia, & ad dicendum alijs ... lia: puellam quidem honeste sedentem, & libro incumbentem: adolescentem autem quendam prope ... luce quidem ineffabili, pulchritudine vero incredibili, veluti quædam tel... fulgura emittentem ex oculis. ... quam viderunt, & metu diriguerunt, & vix tandem, Quis est sicut Christianorum Deus? exclamauerunt: & simul non ferentes spectaculum, recte secum agi putabant, si fugerent: & celerrime ... domo exibant, omnes quidem obliti libidinis: nonnulli autem etiam ipsa impietate abiurata. Sed neque hæc ignorauit Maximianus: sed cum te... uisset virginem quidem non posse capi ab ijs, qui ipsam seruabant, militibus, quinetiam multos ex suis esse victos, & didicisse Deum pie colere, Dei gratiam adscribebat incantationi: dicens Christianos vt artifices ad vulgus decipiendum. Sed ille quidem hæc dicens, seipsum potius decipiebat, & quicunque his nugis animum adhibebant.

Plerique credunt in Christum.

Ille autem plenus lumine, qui videbatur virgini assistere, cum eam domo eduxisset, suo lumine præcedens XXII.
deducebat. Deinde cum etiam adduxisset vsque ad sacram ecclesiam, eam statuit in vestibulo: & cum, Pax tibi, dixisset, recessit. Eam autem inuasit & metus, & gaudium. Metus quidem, quod ille eam reliquisset. Gaudium vero, quod libidinosorum manus sic effugisset, nihil passa indecorum. Accedens ergo, pulsat ostium populi iam congregati, & nocturna de more Deo canentis. Cum autem ianuæ strepitum sensisset quidam Diaconus, & quænam esset te... renunciauit, quæ ... ante ecclesiam. Omnes itaque ad eam confluunt. Nam alioqui erat etiam illustri genere, sicut audiuimus: virtute autem multo illustrior. Cum eam ergo vidissent, & quos & quidnam volentes effugisset, intellexissent, & quænam illa in eos fecisset miracula, quosnam quidem fontes lachrymarum non mouerunt? cuiusnam autem voces ad Deum non emiserunt? In principio quidem raptum virginis miserantes, hic vero impios quidem miseros ducentes: illam vero quibusnam non persequuntur beatitudinibus? Illa autem ... quidem iacet humi, & aræ sacros tangit cancellos: flet vero tam vehementer, vt eos etiam qui videbant, ad similem moueret affectionem, & fluenta lachrymarum ... communis ad Deum gratiarum actio toto pectore. Sed ita quidem se habebant res virginis.

S. Angelus ... lum noctu.

Obserua, vt ... quondam nocturnæ preces & laudes Deo dicerentur.

Improbo autem Maximiano oportebat improbos etiam esse ministros, & ex eadem, vt aiunt, fidelia. Qui- XXIII.
cunque ... pie Deum colentes latebant Maximianum, ij illos non secus ac venatici canes inuestigantes, significabant. Qui quidem etiam aduersus Dorotheum, qui gloria quidem & ciuili dignitate erat insignis, vt qui Præpositus ... ab Italis, pietate autem erat insignior: aduersus eum ergo, & Mardonium, & Mygdonium, & qui prius dictus est, ... & quosdam alios, fide quidem in Christum ..., Imperatoris autem honore claros, inuiserūt tela calumniæ: Hi scilicet, quorum dentes arma & sagittæ, & lingua, vt dicam cum sacra scriptura, gladius acutus, dicentes: Sic ..., ô Imperator, & eos qui in tua regia habitant, & sunt tibi subiecti, non potes subiugare: cur alijs contrariis persuadere, inutiliter laborans, & frustra te crucians? Ij enim ægre ... abducti à dogmate, illos videntes nos ... & tui tribunalis auctoritatem nihili facientes. Videmus, quousq; procedit eorum contemptus. Non solum ipsi contemnunt contraria sentientes: sed alijs quoque, qui latent, qui eadem quæ ipsi sentiunt & alt... suppeditant, & ad certamina parant & instruunt. Quinetiam mittunt ... ad eos, qui procul distant, simul & eos confirmantes in sententia, & exhortantes ad constantiam. Et alioqui quicquid aduersus ipsos, & quam habent religionem, tua excogitauerit potentia, id statim per illos ab ipsis deprehenditur.

S. Dorotheus ... Imperatorem accusatur.

Psal. 56.

His sunt ad iram accensus Maximianus, & dicto citius ... sanctos ad se adduci. Et aderant quidem illi nihil XXIV.
timentes, neque vllum formidinis vestigium vultu præferentes: ille autem totus ipsos oculis intuens, O pessime perdendi, inquit, ô omnium hominum ingratissimi. Cum tantam à nobis adepti claritatem, & soli propemodum sceptris præfecti imperatorijs, tam mali deprehensi estis in benefactorem: qui pro multis nostris in vos beneficijs ... gratiam, essum quendam vobis & alijs ..., & nouæ huius religionis duces sedulo celantes, & eis omni studio prouidentes, ... nos iam ... interire, & ne nomen quidem eorum remanere, reputatis esse pulcherrimum & ... meorum trophæorum. An non hæc sunt vera, & quæ factis magis arguuntur, quam verbis? Illi autem tanquam latrantem canem ne tantillum quidem curantes, neque existimantes esse ... responsionis, steterunt silentes. Maximianus vero, ... silentio magis esset eius irritatus animus. Non per deos immortales, inquit, non vobis parcam: sed cum omne genus supplicij vobis intulero, & carnes consumpsero & ossa contriuero, & igne combussero, relinquam insepultos, à canibus & auibus comedendos, & vos ipsos puniens pro meritis, & alijs metum incutiens, ne talia aggrediantur.

S. Stant coram Maximiano ... Dorotheus &c.

Nec hæc quidem sanctis timorem attulerunt: sed statim & solutis zonis, & chlamydibus exutis, stabant para- XXV.
ti ad cursum martyrij, vno ore & animo se esse Christianos & Christi seruos audacter nominantes. Deinde ... Maximiano: Nobis, ô Tyranne, dixerunt, honores tui, & vanæ hæ dignitates ne tantillum quidem vnquam curæ fuerunt. Quid enim opus fuerit tali honore, qui à Deo disiungens, est redacturus in seruitutem dæmonum? Sunt enim tales vestra impiorum dona, quæ fugientes, tantum abest vt persequentes, non solum tibi cedimus, sed etiam ipso corpore & vita. Cum ij ita essent parati, & tales essent eorum spiritus, iussit Maximianus, vt extensis simul manibus & pedibus, crudelibus boum neruis fortiter verberarentur. Et statim sex vnumquemque circumsistentes lictores, magna parte diei eos ... verberabant, nulla scelerati moti communis naturæ misericordia, idque cum videret terram eorum sanguine effectam purpuream. Martyres autem hæc quidem ferebant fortiter, ne vocem quidem emittentes: interius vero animi motibus glorificabant eum, propter quem hæc ... Flagella excipiebat ..., cum essent eorum colla vincta collaribus, manus autem catenis, & pedes compedibus. Maximianus vero tanquam torrens, qui fertur per segetes, per omnes deinceps pios peruadebat. Et ad hæc ... iubebantur ... Præsides ac Præfecti, qui erant impietate eximij. Quicunque autem eius patebant ..., qui Christum esse Deum confitebantur, tortoribus simul tradebantur & varijs tormentis laniabantur ... Et sic ... quotidie ei, qui seipsum pro nobis sacrificauit, rationalia offerebantur sacrificia, pie martyrio ... holocaustum.

Illorum insignis magnanimitas.

Cæduntur neruis boū.

Vincti mittuntur in carcerem.

Oportebat autem festorum maximum Christi Natalem, ei qui nascebatur, copiosiora offerre sacrificia. XXVI.
Nam omnis quidem Christi dies festus agebatur: quicquid autem est pium, congregabatur ad glorificationem. Prophani vero Maximiani profani ministri accedentes, Quoniam, inquiunt, ô imperator, hodie festorum quæ norunt, maximum celebrant Christiani, vt qui hodie Deum suum natum esse fabulentur, & celeberrimo totius populi concursu ad festum conueniunt, age ne ex media sagena nos præda effugiat. Sed militibus quidem ... præoccupentur templi aditus: stet autem ara ante portas: accedentes vero præcones, iubeant quidem omnes è templo egredi, & nihil cuncta-

Impie regis ...

cum stantes aræ sacrificare. Sin autem non pareant, quid sit deinceps agendum, statuere, tui est imperij & iudicij. Quod si hoc quoque nobis permittis dicere, igne templum circummittea comprehendentis mi[illegible] tes, pro[illegible] pereant eos, qui non obtemperant. Et sic illos quidem de medio tolles, qui in rebus præcipuis perniciem afferunt tuis populis: te autem liberabis a cura, quæ tuum animum premit non mediocriter, sicut nos non ignoramus. Nondum fine[m] acceperat oratio: excipiens autem Maximianus, Euro, inquit, maximos deos, me hæc iamdiu versasse in animo. Nescio vero, qui factum sit, vt ea quæ cogitaram, nondum sim executus. Sed vobis magnas, ô dij, ago gratias, quod effeceritis, vt his quoque opportune veniret in mentem, quod esset conducibile, & simul iubet, vt primi ex Protectoribus, cum magna manu militum Ecclesiam circumdedissent, sarmentis & quacunque alia materia, quæ facile accenditur, in orbem congesta & apposita, ad templi portam aram statuerent: Deinde, vt præcones clara voce proclamarent, vt omnes exirent, & ad aram accederent sacrificaturi. Quod si non parerent, portis statim optime clausis, & omni alio eis obstructo exitu, igne in accenderent: vt sic omnes vna cum ipso templo perirent, & vt digni sunt, ab igne consumerentur. Et hæc quidem Imperator. Christiani omnes in suo Natali ... die, in templo suo circumuallantur.

XXVII. NVNCIVS autem statim mittitur ad Ecclesiam, vt diceret, quæ iussus fuerat ab Imperatore. In medium itaque accedens, & magna voce clamans, O homines, Maximianus, inquit, orbis terræ dominus, me ad vos misso, alterum ex duobus dat vobis optionem, vt aut diis sacrificetis, (adest enim ara parata) aut, si non pareatis, omnes simul pereatis, præsto enim est ignis. Quod ergo vultis, quamprimum eligite. Cessauit ille, cum hæc dixisset: Ecclesiæ autem Archidiaconus, cum ei esset cor accensum igne diuinæ gratiæ, stans ad cornu altaris, O vos, inquit, mei fratres, & inter vos inuicem vna [illegible], ne scitis quemadmodum quæ à tribus pueris facta sunt, paulo ante persequentes, dicere non potest, quantum eorum admirabamur virtutem, & eorum in pietate [illegible] stupebamus fortitudinem, & quemadmodum non tanquam stantes in medio ignis, sed in molli aliqua herba choros ducentes, ipsi & hymnum canebant, & omnem creatam naturam ad vniuersorum Deum laudandum vocabant? Hos nos non solum iudicabamus beatos, sed eorum quoque coronarum cupiebamus esse socij. Quoniam ergo & nunc nos vocat tempus, & sunt mores Imperatorum similes. Nam etsi nominibus differunt, at crudelitate & impietate maxime conueniunt: efficiamur nos quoque pietate similes iis, qui tunc decertarunt. Quomodo enim non esset absurdum, illos quidem, cum essent pueri, & nec plures tribus, & alioqui cum nullum adhuc accepissent exemplum animi magnitudinis in tuenda pietate, tam præclare decertasse: Nos vero, qui & multitudine sumus prope innumerabiles, & multi, quibus nihil deest ad perfectam ætatem, & quibus est etiam tanta exemplorum copia, videri vitæ cupidos, & ignauo abiectoque esse animo: & non oblatam occasionem tanquam lucrum arripere, & hanc, quæ est ad tempus, vitam despicere pro Deo, qui nos fecit, & suam animam dedit pro nobis ad mortem: testimonium autem firmæ & infractæ nostræ fidei, nostram præbere mortem? Hæc autem dico, etiamsi nulla esset pro his remuneratio. Cum vero sint valde paruæ huius temporis passiones, si conferantur cum iis, quæ sunt illic, remunerationibus: & vita quidem expers molestiæ & æterna, pro hac breui & laboriosa: gloria autem nunquam cessans, pro infida, & quæ facile excidit: & diuitiæ, quæ surripi nequeunt, & voluptas, quæ nunquam transit ad molestiam, nos adhuc in præsentibus manere concupiscemus, & non potius, cum ad eam quæ est illic gloriam, pro Christo subeundo mortem, inuenerimus perueniendi occasionem, quamprimum subibimus? Et quidnam aliud facientes, ab iis, qui sapiunt, iudicabimur, nisi digni, qui lugeamur? Mementote, immo vero adspicite ad aram. Verus enim noster Dominus fuit pro nobis sacrificatus. Non nos quoque pro eo in loco sancto animas profundemus, & velati quoddam sacrificium eas illi igni offeremus in holocaustum? Dan. 3. Archidiaconus egregie accendit animos Christianorum.

XXVIII. CVM sic dixisset, omnes incitauit, & effecit vt moriendi vehementi tenerentur desiderio. Simul itaque cum illo habita illam vocem exclamauerunt, Christiani sumus, Christiani, & deos tuos, ô Imperator non colemus. Hæc Maximiano quidem annunciabantur: ille autem cum ne finem quidem expectasset orationis, iussit in eos ignem accendi, & eos vna cum templo exuri: vt nullus eorum nec misericordiam consecutus, neque latens posset effugere. Pij vero cum omnes congregassent: simul catechumenos, viros & mulieres, & pueros, eosque in quatuor diuisissent, vtpote quod tempus postularet celeritatem, eos diuino baptismo perficiunt, & Chrismate vngunt, & eos intemeratis impertiunt sacramentis. Protinus autem aderant ministri quoque Imperatoris, & ignem accendebant: illeque omnino ex parte tollebatur in altum: & cum totam comprehendisset Ecclesiam, in vnum ascendebat verticem, omnia tam quæ erant extra eam, quam quæ intra, depascens. Fremens itaque malum ingruebat grauissimum: illi autem intus magna voce ad Deum clamabant, & canebant canticum puerorum, omnem creatam naturam vocantes ad choream: neque prius cessarunt glorificare, quam oblata essent accepta sacrificia, castæ hosti agno, qui fuit pro mundo mactatus. Multa Christianorum millia cum templo combusta sunt. Vide vsum Chrismatis in baptismo antiquissimum.

XXIX. QVINQVE dies transierant, & ignis depascebat materiam. Cum vero flamma iam cessasset, nullus quidem teter odor sentiebatur, nec ex corporibus, nec ex fumo: spirabat autem potius quidam suauis & mire fragrans odor. Apparebat vero quidam radius, auri rutilantis speciem præ se ferens, varium quendam edens & valde gratum splendorem: quomodo Sol lucet, qui modo apparet in Oriente. Maximianus autem existimans se iam omnes vicisse, & relaxatū esse à curis certaminis, theatris pascebat oculos, & equorum scilicet & hominum curriculis. Illud vero nonerat vincere, sed potius victum esse: idque magis induxit pios, vt libere loquerentur. Ostendetur autem, quæ sequuntur. Ante theatrum quidem erat ædificatum maximum fanum Cereris, quæ erat apud eos dea maxima. Accedens autem ille cum vniuerso populo & exercitu, execranda peragebat sacrificia. Quidam vero ex numero militari, Zeno nomine, zelo plenus aduersus impios, non ferens sic pietatem affici contumelia, stans in alto: Erras, inquit, ô Imperator, insensibilibus sacrificans lapidibus, & mutis lignis: hoc enim est, quod apparet: id autem, quod est reuera & intelligitur, est fraus dæmonum, quæ suos cultores abducit ad interitum. Intellige, ô Maximiane, & hos oculos & internos in cælum tollens, quære ex iis, quæ videntur, creatorem: qualis sit opifex, disce ex operibus, & disce Deum pie colere, qui non sanguine & nidore rationis expertium animantium, sed mundis hominum delectatur animis, & mundo corde. Bar. an. 302. Zenonis militis zelus pro pietate zelus.

XXX. HÆC cum audiisset Maximianus, iubet pondere lapidum eius maxillas confringi: & simul clamabat, lictoribus quidem, vt fortiter percuterent: sancto autem, ne deos maledictis appeteret. Sic ergo patienti sancto omnes quidem dentes sunt immaniter excussi, maxillæ vero sunt contritæ: & iam parum spirantem, & mox moriturum iubet abduci extra ciuitatem, & amputari caput, quod libere erat locutum. Et sic Zeno generosissimus, cum magna celeritate peregisset beatum stadium martyrij, truncatur capite, & sursum fertur ad Christum caput omnium. Sacer quoque chorus, qui erat circa Dorotheum, qui à tam bono instituebatur magistro, diuino, inquam, Anthimo, non sic erat habiturus capita incoronata: sed hæc quoque superne dispensabantur ac prouidebantur à diuina gratia. Et à sacrosancto quidem Anthimo ad eos mittebantur literæ, ipso quidem in quodam vico delitescente, illos autem aperte decertantes, ad suscipienda strenue certamina precibus adiuuante. Hoc postquam euasit manifestum sceleratis Imperatoris satellitibus, & ipsas literas, & eum, cui erant datæ, adducunt ad Imperatorem. Ille autem cum eum vidisset, & Crudelissime et acerbe torquetur. Capite cæditur. Anthimi episcopi literæ interceptæ.

Responsum an... [illegible]

ta, & legisset quæ scripta erant: scripta vero erant, vt est verisimile, quæ ille quidem nolebat, pulchra autem erant & salutaria, ira æstuans, iussit eos quamprimum abduci. Illi ergo statim sunt abducti.

Imperatoris minæ.

xxxi. IMPERATOR autem: Vanam, inquit, fuit mea coniectura, cum prædicerem, vos à me defecisse. Immo vero execrandi, tam etiam adactis sua me insurrexistis: ad alium autem, cum quo nos acie bellum gerimus, transfugistis. Et simul dat eis legendam Epistolam. Iussit vero eum quoque, qui adductus erat, introduci. Quem cum vidissent martyres, valde læti sunt animo, eumque & si procul starent, vultu & nutu salutarunt. Maximianus autem fastum quendam & spiritum suscipiens principis, & immaniter eum intuens, Dic mihi, inquit, infelix, quis est, qui hæc tibi addidit, & vbinam latet teterrimus? Diaconus vero, cum magna voce tacite ad Deum prius clamasset, & petiisset, vt conuenienter verissimæ promissioni, daretur sibi oris apertio: Qui literas, inquit, dedit, cum sit pastor, & procul absit, gregem cohortatur & incitat ad pietatem: & maxime cum senserit incursionem luporum & ferarum. Tunc enim alta & clara voce suo gregi imperat, & quæ sint facienda, significat. Quæ autem dicit, non sunt sua, sed ea accepit à primo pastore, qui dixit, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Atque dixi quidem, quisnam dederit literas. Vbinam autem sit, non dicam. Aperta enim fuerit insania, Pastoris esse proditorem, cum qui ex illo maximam accepit vtilitatem: qui etiam absque nobis mox fiet manifestus. Non posse enim abscondi ciuitatem supra montem positam, vox diuina dixit, & veri amatrix.

Psal. 80.
Matth. 10.
Matth. 5.

Diaconus, lingua amputata, lapidibus opprimitur.

xxxii. HÆC cum fortissime dixisset lingua sancta, non ferens Maximianus dicendi libertatem, vt ipsa amputaretur, eum condemnat. Deinde sic iubet eum obrui lapidibus. Et ille quidem post sacræ linguæ ablationem sic obrutus lapidibus, tel... nihil curabat: sed corpore quidem iam partim attrito iaculationibus, partim autem obruto lapidibus, ad... magis erigebatur, & in cælos extollebatur anima, Christo angulari lapidi coniungenda. Adhuc vehementer irascebatur Maximianus. Quocirca Dorotheum cum suis multiplicia excepere supplicia. Illis vero minime perpetua defuit constantia, Christum inuocantibus, & tormenta & leuia & imbecilla minime curantibus, vel potius expetantibus ... prod... eas, & Tyranno impietatem acerbius exprobrantibus. Quamobrem ille iam defessus, communiter quidem omnes morte condemnat: diuersas autem pronunciat sententias. Dorotheo quidem ense caput amputari, Mardonium autem viuum cremari, & Mygdonium in fossam proiectum obrui: Gorgonium vero & Indem & Petrum, molaribus lapidibus eorum collis alligatis, in mare iaci. Et ita sunt, consummata victoria insignes Christi martyres ... vna via ingressi ad Dominum. Hæc cum castra... sciuisset Domna, partim quidem lætabatur animo, & maxime propter Indem, qui erat vnius cum ipsa animi & spiritus. Partim autem ad imitationem quoque ... abatur, & eadem, quæ ipsi cucurrerant, cupiebat certamina & præmia. Vnde nec despexit Dominus suam sponsam: quæ vestem quidem habebat mundam à nuptiis, sic autem eam etiam lachrymis quotidie dealbabat, quod non eam sanguine martyrij redderet purpuream, & totam sponsam efficeret dignam eius pulchritudine, etsi præsens ... vita nihil ab ... dignitate martyrij, vt quæ tam & diuturnitate exercitationis & aspera victus ratione ... cum ipsa & in antro latenti subterraneo, eoque eiusmodi, vt recte sic dici posset sepulchrum: & potus ... fons, qui in eo erat: & cibus similiter herbæ, quæ erant in margine speluncæ.

VI illustres martyres perimuntur. Vide quæ de Petro ... & Niceph. lib. ... S. Domnæ cibus & potus vilissimus.

xxxiii. CVM ea sic se gereret in exercitatione, tunc descendit de monte: & veniens in ciuitatem adhuc in veste virili, (ea enim ipsam induiam Agape eius mater secundum spiritum, suffurata est ab illis impudicis & intemperantibus manibus ...) quærebat Agapem. Postquam autem intellexit eam quoque cursum confecisse martyrij, effectam holocaustum Domino cum multis aliis virginibus in templo, quod fuerat exustum, magnum animo dolorem accepit, non ægre ferens quod mortua esset Agape, sed potius quod non cum ipsa Agape esset mortua, & particeps fuisset mortis sociæ: itaque ad templum exustum, fletu miscebat cinerem. *Die vero iam diuina gratia eam vocante ad viam martyrij, illuminata & ad id omni ex parte ducta, descendit ad mare. Ecce autem piscatores in litore stantes, iam parantes retia, & habentes remos paratos. Quam cum illi tunc vidissent veste virili sic indutam, non ea eo quod erat, sed ex eo potius, quod videbatur, eam vocarunt: Veni, dicentes, adolescens nobis opem laturus, vt te etiam prædæ faciamus participem. Illa autem ... animo eis obtemperauit. Ingressa vero, piscatorum statim conturbauit oculos & animos, cum viderent eam videri quidem virum: mores autem, & virginalem pulchritudinem & pudorem in eius oculis insidere. Verum enimuero cum ad piscandum retia demisissent, cum magno labore à terra auellerunt, periti dehinc magnum aliquod pondus inesse sentirent. Iam vero cum prope litus venissent, noctu vident, iacta depellente calginea, & comprehensam piscium multitudinem, & corpora mortua in ventre retis.

*for. *Dei Domina ... descendit ad mare ad ... sanctorum corpora.*

xxxiv. ATQVE illi quidem visione conturbati, cum præ dolore & metu corpora excussissent, & in terra deposuissent, retibus collectis, contendebant eam ... in regionem, quæ erat ex aduerso, volentes in naui secum vehere virginem. Cum autem non persuaderent, dato ei pro mercede pane & piscibus, abierunt. Illa vero cum Indæ & illius sociorum & mortem & genus mortis, vt prius diximus, iam accepisset, accessit quidem ad corpora: diligenter autem ea considerauit & versauit: & deinde etiam singula accurate didicit. Postquam vero figuræ & totius corporis signa illos esse sanctos aperte significabant, ea manibus accipiens, & eis labra magno admouens desiderio, ardenter amplectebatur, tota eius anima simul quoque amplectente. Cum hæc faceret, videt nauem iam fieri ad ipsum litus, velo iam demisso, & solis remis sensim ad terram appellere. Accedens igitur virgo, cum nautas, vt decebat, appellasset, ostendit etiam pisces. Nauclerus autem eam illos vendere existimans, statim rogauit quanti venderet. Illa vero dixit se eos dare gratis. Cum autem ille quidem non credens, rursus meminisset pretij, illa vero staret tacens, & manum porrigeret, quæ videbatur velle gratificari, Per ipsum Christum, inquit nauclerus, quanti vendis? Tunc ex iureiurando intelligens generosa virgo eum esse pium, nihil volens eum celare: sed eum cum suis euocasset ad litus, ostendit ei corpora sanctorum, & adhibuit eum in societatem pulcherrimi ministerij, aperiens quorumnam essent, & narrans quemadmodum pro Christo mortui essent martyres.

Sanctorum Indæ, Gorgonij & Petri corpora miro modo à piscatoribus capiuntur.

xxxv. NAVCLERVS autem cum hæc audisset, nouas sindones, & vestes candidas, vnguentaque & suffitus è naui statim attulit, & in eis deponendis laborauit. Domna vero cum iis, quas habebat, aquis mundis, & lachrymis prius lauisset corpora, & cum nauclero honorifice & cum omni reuerentia ea composuisset, & ea deinde communiter portassent ad murum ciuitatis, qui est proximus torrenti, ad portam ciuitatis, vbi etiam Dorotheus cum suis finem vitæ acceperat, illic ea in fossa posuerunt. Atque nauclerus quidem virginem, vt qui iudicasset eam esse fratrem eorundem, cuius ipse in Christo sententiæ, (eam enim adhuc virum esse putabat) rogauit vt secum esset, & toto vitæ tempore nunquam ab eo discederet. Illa vero non admisit: sed eum quidem rogauit, vt cœptum iter persequeretur: se autem dixit mansuram: quoniam, inquit, prope est vitæ finis. Quare nec meum corpus ab his corporibus, nec animam omnino decet ab his animis seiungi. Cum illic ergo remansissent, indiuisa adhærebat reliquiis, aromatibus & suffitibus eis honorem exhibens, nauclero satis pecuniæ suppeditante ad ea comparanda.

Honorifice adhibitis exterm... sepeliuntur.

S. Domna in fossula adhæret sanctorum reliquiis eas colens.

xxxvi. FIERI autem non poterat, vt eos, qui erant in tenebris, lateret opus lucis: neque martyrij, quo Domna tenebatur, desiderium videretur imperfectum. Quamobrem deferuntur hæc ad Maximianum, qui cum intellexisset,

quod il-

ui multo risu, vel plurimis potius lachry-
quod illa sanctorum tanto amore capta esset, magnum edens cachinn ecipsa discat, quod hominibus nihil post
miserat dignus, Par est, inquit, vt ea quoq; parem illis mortem subeq& statim misit, qui eam interficerent. Quam S.Domna
mortem amplius habentibus, illa frustra tantos honores exhibet. !, idque gai tradunt. Et paulo post ad. ungitur amputato
cum etiam comprehendissent in loco orantem, caput ense amp Christo martyres obtulerat. Nam propter illius capite comburitur.
sapiens quoque Euthemius, qui doctrinis & monitis multos animo plenus, multis quidem tormentis cum prius S.Euthymij
zelum ad pietatem, valde v xatus Maximianus, itaque & fi ens esset defessus, ense mortem affert athletæ. Licet martyrium.
conatur omnino abducere à conf. ssione. Cum autem ill currere.
vero in manus sumendo eius historiam, omnia ad verbu cundumque & gratum emittit splendorem, & mai s ex
XXXVII. His veluti quibusdam astris Nicomed a magn margaritarum nitoribus ac splendoribus: qui sunt quidem 20000.
els ornamentum accipit, quam ex auro, & geminis, multitudine & pulchritudine insignes. Quorum peragitur Martyrum Nicomediæ
numero viginti millia: sunt autem in choro marty fantium, vt qui, quomodo illi ense, ita etiam ipsi igne Deo, qui
memoria vno die post Christi natalem, ante f stu admirabilis Glycerius, & sacrosanctus Zeno, & Theophilus: præ-
carnem induit, sunt oblati. Quibus etiam acce Indes & Petrus simul cum Mygdonio, & tres virgines, Agape, in-
terea autem cum Mardonio Dorotheus, & pulcherrima, & maxime veneranda: Ad gloriam Christi veri Dei no-
q am, & Theophila, & Domna, quæ erat l atio, nunc & in secula seculorum, Amen.
stri: Quem decet omnis gloria, honor & ...

VITA B. IOANNI APOSTOLI ET EVANGELISTÆ, APVD SI- MEONEM M APHRASTEN SCRIPTA. HABETVR ETIAM IN MENIO POST APOCALYPSIS EXPOSITIONEM. Or

Ann. 60.

I. Q ... m parum absit homo ab Angelis, quodque ipsi possibile sit vna cum ... us versari, viciniusque assistere, immo etiam Deum imitari posse, quodque multo mai ... t, filius illius iuxta gra- 27. DECE.
tiam efficitur, ostendit præ omnibus magnus hic Euangelista & A ... tolus, matre quidem Virgi- Ioan. 19.
ne ditatus: dignus autem habitus, qui Christi frater vocar ... , ipsique factus socius & particeps
arcanorum. Verum ipsamet diuina oracula voce maxi ... prædicant Dei in seipso magnalia. At-
tamen id manifestius sermo nobis explicab t. H ... im verbi vox, filius tonitrui, vniuersum Marc 3.
prædicatione comprehendens orbem: & q ... omnium maius est, solumque in se sufficiens, Ioan 13. 19. 20. & 21.
dilectus ab ipso Christo meo, patriam n ... non habuit ciuitatem aliquam, sed ex vili quo-
dam pago, & abiecta reg one natus est. Confirmant hu ... nem scribæ, dicentes: Prophetam ex Galilæa non
surrexisse: Confirmat & ille vere Israelita, contendens ... am bonum esse posse à Nazareth. Ex hac igitur hic, & ex Ioan. 7. Ioan. 1.
tali tantus sacerdos, veluti ramus quidam prod ... atre quoque, conformiter ad patriam abiectus & obscurus,
nempe piscatore, ac paupere. Et hic quidem pu ... iam ætatem egressus erat: porro pater filium ad idem opificium S.Ioannes primo fuit
assumit, piscatoriæ artis hæredem ips ... Artis itaque socius erat filius patri, & familiaris ac domestica erat piscator.
vtrique paupertas. Quid enim pau ... & abiectius dic re quisquam poterit, quam sint piscatores? quorum hic
vnus erat præco veritatis, ac p ... Quodque maius est ad abiectionis demonstrationem, non in mari piscaba-
tur, sed in breui quod ... vna cum patre, & fratre Iacobo versabatur, rupta farciens retia, (quod & ipsum Matth. 4.
extremæ paupert ... anuum artificio consolans necessariorum indigentiam. Itaque Græcanicæ discipli-
næ ne in mo ... p ticeps erat. Cuius rei testis est diuus Lucas, qui ipsum idiotam vocat, & alienum à li- Act. 4.
... m hab. bat insigne, quo agnosceretur, & bonum hoc vinculum à patribus trahebat, nempe pie-

Vbi autem vmbraticæ nebulæ eleuatæ sunt, & ea, quæ figurarum erant, transire in veritatem cœperunt: & tu Psal 32.
Domine, qui singulatim finxisti corda nostra, non dispersisti testamentum tuum, quod nobiscum pactum erat, sed
videns vidisti afflictionem Israel: & non exutus diuinitate, propter nos factus es id, quod nos, sine peccato: & thro-
no patris non relicto, Virginem inhabitasti propter me, vt ego cælos inhabitarem, & ex veteri casa reuocatus, & liber
à peccato, ac primam adoptionem suscipiens: oportuit sane esse & discipulos, qui mysterio dispensationis ministra-
rent. Tunc quidem vocatur Andreas & Petrus: aduocatur autem & hic, qui circa pisces & retia ac lacus versabatur: & Matth. 4.
iussus Verbi voce, vt hominum piscator constitueretur, protinus patre scaphaque relictis, ei qui se vocabat, adiungi- Quid à Christo Deo didicerit.
tur: & terreno homine exuitur propter cælestem, ac piscationem animarum transmutatus addiscit, & præceptoris
vestigia secutus, inimicos d l git, persequentibus benedicit.

Vtque vno verbo absoluā, in huius l ge exacte instruitur, talemque nactus præceptorem, similem demon-
strat disciplinam: & ascensiones in corde disponens, discipulus familiarissimus, ac præco maxime theologus efficitur:
omnes sensus moderatur, familiaris omnino virginitati efficitur, tali vtendo alimentatione, vt summa parsimonia Vide magnā victus parsimoniā in S. Ioanne.
viuere duntaxat posset, sacrumque corpus, vt subsisteret, conseruare. Hinc etiam virginitatis appellatione ditatur, &
amicus eius, qui imperium tenet, efficitur: magis autem & ipsum habet in seipso loquentem: & rursum ab eo audit,
quæ ille à patre audierat: cumque in montem ascenderet, ipse vna conscendit, ac dignus habetur visione admiranda, Matth 17.
& maiori, quam dici possit, ipsam Verbi diuinitatem denudatam intuitus, & cælestem audiuit vocem, qua dilectum
Filium declarat Pater, ac veteri testamento præponit Euangelium.

III. Decens ac honorifica cœna subsequitur, & ne tunc quidem Ioannes relinquitur. Deinde cum Petro opus es- Ioan. 13.
set discere, quisnam is esset, qui horrendam illam proditionem parturiret, nec ipse auderet interrogare, quanquam
primas teneret in choro discipulorum, Ioanni hoc committit. Nouerat enim id, quod Christus erat apud ipsum, hoc S.Ioannes vehementer a Christo dilectus.
Ioannem esse apud Christum: & quod ipse quidem diligeret, ille autem dilectus esset. Et vide quanta accedat ipsi li-
bertas loquendi. Neque enim vulgati modo interrogat, neque primum excusans, quod metu accederet: sed sciens
quanto ipsum amore prosequeretur, sedenti adhæret præceptori, & in huius pectus recumbens, ait: Domine, quis est Matth 20.
qui tradit te? Ille autem libenti etiam animo accipit, quod ille fecerat, & quasi opportune fuerit libere locutus, gra- Ioan. 18.
tum habet. Ex eo enim, quod protinus quæstionem soluat, ac pane designet proditorem, significat se non ægre ferre Ioannes cur Pontifici notus consule Baro ar. 14. n. 21
eam libertatem. Itaque hinc etiam manifestum est, quod cathedram, quam proxime Christum cum fratre petiuit,
non gloriæ, sed Christi amore petiuerit, & quod nollet hic alium esse sibi dilecto viciniorem.

IV. Condemnatvr Iesus, & adest Ioannes, ac ad atrium Pontificis, cum notus esset Pontifici, vna congredi- Ioan. 19.
tur, loquiturque ostiariæ, & Petrum pro foribus stantem introducit. Imminet tempus salutaris passionis, & Verbum Ioānes virgo mente & corpore.
permanet, vt procedat ad Patrem, ac Ioannes cum matre adstat Cruci, materque audit à filio ac suo conditore: Ecce
filius tuus dilectus: & rursum hic, Ecce mater tua. Ab hoc igitur tempore virgo hic mente & corpore, matrem ac

Ioan. 21 [illegible] V[illegible] [illegible] e multo post Ct[illegible]
20 putch[illegible] [illegible] procurrit, & postquam [illegible] [illegible]
tur, [illegible] manibus [illegible] voluerit [illegible] vidit, Spiritus [illegible]

Ioan. 10. QV[illegible] autem præceptorem audiuit. [illegible]
port[illegible] & alias congregare, & [illegible] quoque oues habe[illegible]
[illegible] rapi & dispergi, ac corrump[illegible] hæc [illegible] vnum ouil[illegible]
disp[illegible] vnum [illegible] gregaret, & eam [illegible] æquum est, [illegible]
[illegible] habe[illegible] animam, [illegible] veritatis [illegible]
S. Ioannes [illegible] Palæstina, [illegible] Asiam proficiscitur [illegible] igne [illegible]
[illegible] par[illegible] Ephesum aggreditur, vbi pl[illegible] ac crud[illegible] execrat[illegible] concer[illegible]
[illegible] templum Amazonum, ipsi idolis [illegible] quæ [illegible]
d[illegible]. Deinde [illegible] appellation[illegible] vna [illegible] subuerti, ac v[illegible]
autem [illegible] tionibus ac necessitatibus [illegible] & has [illegible]
[illegible] dandam pietatem, & ipsi etiam aliis constituantur deinde[illegible]
quid[illegible] alios obiurgando, partim vero quæ conu[illegible] duces ac præceptor[illegible]
Rom. 5 [illegible] omn[illegible] pellicit [illegible] regnot[illegible] Paulo dictum [illegible]
quitas [illegible] superabundauit & gratia.

VERVM [illegible] dabitur [illegible] hæc [illegible]. C[illegible] oculi [illegible]
cognita huius [illegible] adductus [illegible]
[illegible] filium [illegible], qui post Titum obtinuit in[illegible], cum [illegible]
Ioannem, qui robur [illegible], tol[illegible] ab Asia duci. [illegible] Europam, [illegible]
[illegible] quemadmod[illegible] sermo[illegible] potest. [illegible]

[illegible]

[illegible] Dionysi[illegible] pro Christo [illegible] martyrio [illegible]

QVÆ [illegible] post hæc: Domitiano [illegible] hominibus sublato, Nerua in Imperio succedit, & condem- IX.
nati[illegible] in exilium, tanquam [illegible] Nec multo post [illegible] Traianus [illegible]
Ro[illegible] suscep[illegible] humanum [illegible] reuocans [illegible] qui in exilio erant. Venerunt ergo in
Patmon [illegible] ad Ioa[illegible] quidem [illegible] nauigare in Ephesum [illegible]
qui in [illegible] erant, [illegible] apud [illegible] permanere, non aliter quam qui [illegible] non possunt, vt &
prop[illegible]. Quis, inquiunt, nobis [illegible]
[illegible] patris ac pastoris [illegible] Quid [illegible], quid [illegible] ipso proce[illegible]
[illegible] & [illegible] neque [illegible]
[illegible] quod apud
[illegible] est, [illegible] Chri[illegible] illorum p[illegible] immo [illegible]
[illegible] visceribus, quibus [illegible] ita dispo[illegible]
ac Euang[illegible] prædicationem [illegible] ipse [illegible] propemodum corpore
exhaustus, [illegible] ipsum [illegible] & hos quidem in tali [illegible] relinquit

C[illegible] vnum quendam [illegible] qui [illegible] Prochorus [illegible] ipse quidem ea, quæ à Deo [illegible] X.
sentit [illegible] autem, quæ ab ipso, notaret. [illegible] montis verticem [illegible] & mor[illegible] Samuelis quidem [illegible]
[illegible] Moyse [illegible] & [illegible] totam [illegible] id, quod [illegible]
[illegible] Horrenda [illegible] & terrores, ac fulgura continue vehementes [illegible] & repente
[illegible] quæ multo [illegible] Mo[illegible] contigerant, quando D[illegible] ad-
[illegible] & [illegible] nequaquam [illegible] Ac Prochorus interim pronus quidem & [illegible]
[illegible] cum chartas procul ab [illegible]
[illegible] tonitru in [illegible]: In principio erat Verbum, & Ver-
bum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Prochorus [illegible] proximus erat, lumen quidem [illegible]
Act. [illegible] d[illegible] bat, [illegible] audiebat, quia [illegible] qui cum Paulo & Moyse quondam [illegible]
Exod. 24. tant, [illegible] qui [illegible] instituebant. [illegible] theologus est. Et sacratum [illegible] discipulus,
[illegible]

repreſſo paululum timore, ſubtremula manu, quæ inde ſumpta ſunt, exarat, donec perfectum eſt Euangelium. Denique cedunt pauperes, ac terrenis reuelantur cæleſtia.

XI. Tandem etiam à monte deſcendit Ioannes, nouam legem ſibi creditam habens, quemadmodum olim tabulas Moyſes Dei inſpector, illamque ferens dat his, qui petiuerant. Ita ergo vbi nouam legem, quam acceperat, illis tradidiſſet, ipſe vi ſane, & inuitis quidem inſulanibus, nauigabat tamen Epheſum verſus. Porro illi, veluti qui oculorum cæcitate longo tempore detinentur, ſi quando poſſint morbum repellere, longe iucundius ſolem intuentur: ita & Epheſij recipientes Chriſti dilectum, quodam etiam modo deſiderabilius, quam prius, afficiuntur. Quid autem ille? Quanquam vehementer fuiſſet frequenter fatigatus, non dat oculis ſomnum, nec palpebris dormitationem, nec requiem temporibus: ſed populum quidem exhortatur, aduerſus autem incredulos zelum oſtendit: errore ſupplantatos reducit ad veritatem, feras arcet, quæ poſt ſuum diſceſſum impudenter in ouile ſe ingeſſerant, ac gregem reuocat. Ita diſpoſitis his, qui circa Epheſum erant, ad propinquas gentes diſcedit, hic quidem Epiſcopos conſtituturus, illic vero integras quoque docturus Eccleſias ſpiritu obſignari.

Exod. 32.

Redit Epheſum, & ſtrenue curat ſalutem animarum.

Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 17.

B. to. an. 98.

XII. Verum me huc ſermonis progreſſum, factum illud animæ generoſæ ac humanæ occupat, quod etiam alius repetens (veluti narrat Clemens ille Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter, vir & in aliis admirandus, & eloquentia ſane laudabilis, in ſermone: Quis diues ſaluus fiat?) ret[...] xam. Quum enim perueniſſet Ioannes poſt reditum ex Patmo ad quandam vicinarum ciuitatum, cuius etiam appellationem nonnulli dicunt, & fratres, qui in hac erant, opportune recreaſſet, quendam ibi adoleſcentem reperit magnitudine mediocrem, adſpectu ciuilem: cumque perſpicaci ſpiritus efficacia generoſitatem animæ illius, ac morum liberalitatem obſeruaſſet, benedictiones data adoleſcenti, & ſufficienter ipſum inungit ac excitat. Quoniam autem iam diſceſſurus erat, & alio acceſſurus, vt & terram prædicatione, & mare, ac inſulas accederet, ciuitatis Epiſcopo adoleſcentem in Eccleſia coram Chriſto teſte commendat, vbi multa de illius diſciplina, & educatione præcepiſſet. Ille vero prompto ſuſcepit animo, pollicitus multa quoque ſe adiecturum in cura circa adoleſcentem. Deinde ille quidem Epheſum diſcedit: hic autem aſſumptum in domum adoleſcentem alebat, inſtruebat, curam eius habebat, tandem etiam baptizauit. Porro vbi Domini ſignaculum, nempe firmum munimentum ipſi addidiſſet, deinceps cuſtodia liberum eſſe dimiſit. Ad hunc autem, qui ante tempus remiſſionem acceperat, ſubeunt nonnulli coætanei, effrenes ac indiſciplinati in cupiditatibus. Et primum quidem adoleſcentem ad vitia perſuaſibilem, pretioſis conuiuiis ac menſis ſibi conciliant. Quæ autem hinc ſequuta ſunt? Facilis enim ac procliuis eſt via, quæ ducit ad vitia, & eum, qui primum eius attigit gradum, facile admodum eſt per omnem æqualitatem detrahi protinus vſque ad extremum. Hac via dum etiam nocte ad furta accederent, adoleſcentem vna protrahunt. Ille vero iam amore latrocinij ſuccenſus, & ſpe diuitiarum cupiditatem exacuens, nihil iam meditabatur, quod eſſet exiguum, propter naturæ ac indolis generoſitatem. Denique etiam latronum ſodalitatem his, qui ſecum erant, demonſtrauit, atque hic latronum princeps, primuſque raptor erat vehementiſſimus. Poſt hæc vero vbi Ioannes rurſum ad eam ciuitatem remeaſſet, cæteris, propter quæ eo venerat, diſpoſitis, vt æquum erat: age ſane, inquit, ad Epiſcopum, depoſitum nobis redde, quod ego & Chriſtus loco teſtis in Eccleſia apud te depoſuimus. At ille cum exiſtimaret pecunias eſſe, quæ repeterentur, primum quidem obſtupuit, cum ſibi non eſſet conſcius ſe id, quod repetebatur, accepiſſe, & neque credere poſſet fieri repetitionem ob ea, quæ non haberet, neque Ioanni non credere. Vbi autem dixiſſet: Adoleſcentem repeto, & fratris animam, intimius ſuſpirans ſenex, ardentiori ſpiritu ac ſublachrymatione miſeriam indicans: Ille, inquit, mortuus eſt. Porro interrogatus, quando, & quomodo, quave morte: Deo, inquit, mortuus eſt, cum latrocinium exercere elegerit, & montem loco Eccleſiæ inhabitare, perditorum conuerſationem amplexus potius, quam noſtram erga ipſum ſolicitudinem ac curam. At ille ob hoc dolore vehementi oppreſſus, Re vera, inquit, egregium te cuſtodem animæ fratris reliqui: verum equus iam adſit, ac viæ ductor mihi detur. Statimque conſcenſo equo, totas laxabat habenas, minorem eſſe exiſtimans equi velocitatem pro ſua feſtinatione. Iamque monte apprehenſo, à latronum cuſtodia, nihil deprecans, neque fugiens, capitur. Et in hoc, inquit, veni: itaque ad principem veſtrum me ducite. Porro vbi ille hunc eſſe ipſum Ioannem cognouit, certe pudore ſuffuſus fugit. At hic obliuioni tradita ſenectute, ac motione, quæ mundum conſequi ſolet, perſequitur. Deinde magna quadam grauique voce clamans: Quid, inquit, fili fugis me patrem tuum? meam reuerere canitiem, ac floris ætatis tuæ miſerere: adhuc tibi ſpes vitæ relinquitur: ego pro te rationem reddam: Conſiſte in loco fili: Chriſtus me miſit ad te. Hæc cum audiſſet adoleſcens, primum quidem conſiſtit, terræ pauimentum intentis oculis intuens, præ pudore oculos non potens ſurſum erigere. Deinde proiectis in terram armis, miſerabili quodam modo cum magno dolore eiulatur, ac venientem amplexatur ſenem, propter gemitus quidem efficiens, ne fletibus dignus eſſet: propter lachrymas vero, ne vel lamentis: ſolam occultat dexteram: verebatur enim & hanc ipſi porrigere, quam tot ſceleribus ac latrociniis fœdauerat. Porro ille veluti pater vehementi amore viſceribus ſauciatus, ſpondet veniam, miſericordem pollicetur Iudicem, & apprehenſa dextra, deoſculatur, & ad Eccleſiam reducit adoleſcentem. Deinde abundanti vtens oratione, perſeuerat ieiuniis annitens, & adoleſcentis animam variis ſermonum cantilenis velut vnguentis quibuſdam deliniens, non prius abſceſſit, quam hunc priori ſanitate donaret, magnum quoddam vitæ relinquens exemplum ad pœnitentiam. Et hoc quidem tale eſt, & adeo dignum, quod non occultetur.

Euſe. & Bar. loc. vbi ſup. & Chryſoſtomus ad Theodorum lapſum. Caſſian. collat. 24. c. 21. Anto. h[...] ſerm. 122.

Confirmationis ſacramentum intellige.

Adoleſcens bene inſtitutus, à malis ſociis euertitur.

Fit princeps latronum.

S. Ioannes eum ab Epiſcopo repetit, cui commendauerat.

Ecce dignã tanto Apoſtolo erga perditũ adoleſcentem charitatem.

Reſipiſcit latronum princeps, & integre curatus à S. Ioanne.

XIII. Porro illud longe maius eſt, longeque magis admirandum, & ex eadem benigna illa anima compaſſionem ſimul & potentiam oſtendens. Dicitur enim quidam fidelis eo tempore, qui prius vitæ neceſſaria ſufficienter habuerat, nec aliqua preſſus fuerat indigentia, ad extremam inopiam poſtmodum recidiſſe, vt & debitorum multitudine circumuallaretur, ac innumeris fœneratoribus ſuſpectus eſſet, ac velut fera quædam à tergo ſagaciter inueſtigaretur ab illis & inquireretur, ac in ipſarum rerum neceſſariarum inopiam vagaretur. At enim cum pudore, quem ob fœneratorum exactiones miſere ſuſtinebat, iam etiam neceſſitatem ex indigentia non ferens homo, ad mortem decreuit confugere, idque conabatur, vt hæc quantocyus ad ſe veniret, ſi forte hinc & egeſtatem, & debitorum multitudinem diſſolueret. Verum quoniam hæc vltro non veniebat, compendioſam viam ad hanc inuenit, & quem tunc peritiſſimum eſſe ſciebat conficiendis venenis ac præſtigiatorem, cultu Hebræum, hunc acceſſit, eique reuelat, quid in animo haberet, ac orat eum, vt qui poſſit ſibi auxilio eſſe in eo, quod mente conceperat, & ſuæ mortis fieri particeps. Atque hic confeſtim promptus inuenitur miniſter, ac venenum illi tradit, vitæque ſubuerſionem conſulit. Porro miſer ille, accepto veneno, domum redit. Cum variis autem luctans cogitationibus, curiſque duplicibus anxius, & nunc quidem præſentibus delectationibus huiuſque vitæ concupiſcentia allectus, nunc vero fœneratorum multitudinem, aliaſque ex indigentia procedentes moleſtias conſiderans, medius ſtabat inter extremam conſilij inopiam. Siquidem cum ad dulcem hanc lucem reſpiciebat, venenum reſpuebat: quando vero ad circumſtantem vndique egeſtatem, animoque inſidentem anxietatem, auſum ſumebat aduerſus mortem: victus tamen eſt à neceſſitate, & vt hinc liberaretur à moleſtiis, elegit ab ipſa vita liberari. Denique infuſo veneno, ſumptoque extremis digitis cratere, quandoquidem animus ad id non accedebat, ſed timide admodum ſe habebat, intuſque ſibi cor continue palpitabat: tandem Crucis ſignaculo Chriſtianis conſueto venenum conſignat, ſtatimque vbi clauſis oculis bi-

Quidã Chriſtianus ex deſperatione veneno ſeipſum nititur extinguere.

Crucis ſignaculum, Chriſtianis conſuetum

culis bi-

[illegible] veneno vim [illegible] culis bibisset, (ô magnam ac admirandam, Christe, tuam potentiam) illæsus permansit, Cruce veneno suam tollerte vim.

Cvm autem similiter iam necessitate opprimeretur, & ab ipsis creditoribus obsideretur, animamque haberet priori oppressam inopia, & quæ omni modo quæreret è præsentibus liberationem, labefactabatur tamen ad sumendum alterum venenum, & ad mortem accedere recusabat. Verum cum è præsentibus non liberaretur difficultatibus, grauius esse malum iudicans iterata etiam morte, accedit ad veneficum, rursumque ab illo poscit aliud pharmacum, vt malum malo mederetur, cum id, quod prius acceperat, nihil ad id, quod necesse erat, tulisset auxilij, vtpote sua natura illud vincente. Nam id impedimento fuisse veneni efficaciæ demens dicebat, non intelligens Crucem fuisse, quæ hic mortem abstulisset, quæ etiam antea serpentem, longe hoc veneno potentiorem, sustulerat. Itaque præstigiator ille ac veneficus, & ipse pharmaci debilitatem damnans, aliud ipsi porrigit, quod priore multo efficacius erat. Cumque rursum domum venisset, ac illud bibiturus esset, cum priori timore & agonia, duplicibusque [illegible] anxietatibus luctabatur, & sudore vndique circumfluebat, ac tremebat. Deinde vbi rursum consueto Crucis signaculo calicem consignasset, ac bibisset, iterum illæsus permansit, Ipseque obstupuit, sane cum causam coniectare non posset, ac mirum in modum desperationis stimulis iactabatur: nondum enim intelligere poterat, quod Crucis efficacia esset, quæ veneni vires extingueret. Cumque homo animi angustiæ ac calamitatum pelago immersus, nec vel paululum ad saniorem mentem redire, nec ea quæ (vt aiunt) ante pedes erant, cognoscere posset, hinc iterato abit ad Hebræum, & eadem, quæ prius, exponit. Cum autem & ille consternatus esset, longoque tempore super ea re consilio destitueretur, deinde etiam causam aliquam deprehendere cuperet, propter quam in veneno fallus esset, (ipse enim venaticus erat, & huiusmodi rerum artifex) quo pacto & in quem modum, vbi domum rediisset, venenum acciperet, minutatim per singula interrogabat. Hic autem, Nihil, inquit, aliud ago domum veniens, quam quod infuso crateri veneno, deinde paululum etiam labefactatus, & anxitate in corde concussus, Crucis signo, vt quod à Christianis ex consuetudine fieri solet, propter timorem calice obsignato, oculis clausis illud bibo. Vbi primum Crucis nomen hic audisset Hebræus, intellexit statim quod erat, nempe Crucem esse, quæ vim tolleret veneni. Porro ne res nudæ solum hæreret suspicioni, quandam etiam requirit fidem: cuidam illico cani tradito veneno, hunc protinus interimit.

[illegible] b[illegible] precat, perseuauit.

Mira signi Crucis virtus, quo antequam sæpissime vtebatur Christianus.

Hebræus autem nullas amplius requirens demonstrationes, abiurata patria secta, ad veritatem accedit. Idque primum tollit errorem, & venenum ei, qui alio modo vsus fuerat, vere mortiferum ostensum est prioris veneficij, ipsius signum mutationis idoneum. Accedit ad Christi discipulum, ducem errantium: tubæ variarum spiritus linguarum mentis conceptum indicat, arguit insipientiam, publicat paruum illud mysterium, manifestat prioris erroris insensibilitatem. Porro ille & accedentem suscipit, & laudat resipiscentiam, ipsumque adhortationibus munit ac consiliis. Deinde & baptismate regenerat, & vniuersorum Domino conciliat. Verum neque communis salutis dispensator eum, qui Hebræo fuerat occasio mutationis, ita male habentem neglexit: sed causa cognita, quæ ipsum ad id periculi duxerat, & propter quam vltro propria quoque vita misere priuandus erat, & paternis ipsum refouet colloquiis, & illius animam, quæ iam conciderat, erigit, ac tristitiam & desperationem abiicit. Deinde opere etiam affert consolationem, quandoquidem & hoc poterat efficere. Quoniam enim & debitorum repetitione, & rerum necessariarum inopia oppressum illum vidit, & ob id ipsam vitam misere abiicientem, quid facit? Atque hinc mihi considerate, quibus donis ille dotatus fuerat. Quod enim antea Petrus, cum ipso templum ingressurus ad horam precationis nonam, qua (vt inquit Lucas) vsus est in claudo, qui ad speciosam templi portam sedebat, ac eleemosynam petebat, dicens Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, simul & pedes ipsi sanos reddens: hoc sane & iste hic fecit. Sciens enim nihil sibi argenti esse vel auri, vt hinc illius indigentiæ necessitatem consolari posset, herbæ quæ in proximo erat, quantum ambabus manibus comprehendere posset, iussit homini accipere. Ille vero cum ignoraret, quænam esset causa, & quidnam hac re sibi vellet Apostolus, ac herbam, quantum totis manibus assequebatur, comprehendisset, ipse, facta duntaxat oratione ac signo Crucis, ipsam restituit, & protinus correptam herbam aurum esse ostendit, aurumque purissimum: atque hunc confestim tollere iussit, simulque & consilij inopiam ac desperationem ex præsenti egestate contractam dissoluere, & debita reddere, ac residuæ vitæ occasionibus prouidere, Deoque gratiarum actiones reddere. Quid igitur fieri posset, quod huic æquaretur miraculo? Siquidem in templi introitu forsan & hic quodammodo fuerat Petro auxilio, & abundantiorem ambo spiritus gratiam postulauerant: Hic autem solam Ioannis vim ac fortitudinem est intueri, quantaque erga Deum spiritus familiaritate ditatus sit. XV.

Iudæus veneficus credit & baptizatur.

Act. 3.

Oratione & Crucis signo herbā Apostolus in aurum vertit, & creditoribus solui iubet.

Sed hæc quidem exhibebat, dum adhuc in terra versaretur, errores abigens, & pietatis prædicationem disseminans, ac reuocans veritatem. Postquam autem omnes, quod suarum erat partium, Deo adduxerat, cælum quidem efficiens proscenium, terræ autem orbem theatrum, ac Angelos spectatores, qui stupefacti erant ad decorem virtutis illius ac prudentiam, (Desiderabilia namque super aurum & lapidem preciosum multum, ac dulciora super mel & fauum, erant doctrinæ ipsius diuina eloquia) ciuitatem egressus est, discipulis præcipiens, vt ligonem ac sarculum secum conferrent: ac protinus in montem quendam ascendens, vbi nunc huius templum extructum est eximiæ cum pulchritudinis, tum magnitudinis, stansque in ipso: Hic, inquit, filij mihi fodite. Deinde vbi se totum consignasset, ac dixisset, Et tu mecum esto Domine Iesu: adstantibusque dixisset, Pax vobis, fratres: in foueam demisit pallium, & ipse quoque in eam descendit, ac corpore mediam obtinuit Asiam, vbi olim, qui è Græcanico cœtu erant, philosophabantur. Porro discipuli comas euellebant, genasque percutiebant, ac orbationem miserabiliter deplorabant, pastorem, gubernatorem, seruatorem, denique eum, qui omnibus omnia erat, inclamabant. Deinde etiam ciuitatem accedentes, his, qui in ciuitate erant, manifestant id, quod factum erat. Interim autem die illucescente, concurrunt ad monumentum, discere cupientes, num præceptor adhuc superuiueret, & ouile accessissent. Porro pastor nusquam comparebat, solæ iacebant crepidæ: is autem, qui has abiecerat, disparuerat. Discurrunt huc & illuc, quemadmodum hi, qui cum Eliseo erant, scrutantur, inuestigant, verum incassus efficitur ipsis labor. Deinde vix tandem illius vocis recordati: Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? ad mentem alacriorem redeunt. Et ille quidem Enoch & Eliæ Thesbitæ coniungitur: hi autem à lamentis discedentes, Deum vniuersorum laudabant, qui suum dilectum adeo magnificauerat. XVI

Psal. 18

Templum eximium in honorem S. Ioannis.

Anno 101. S. Ioannes viuus in fossam descendit, vid. Bar.

In eius sepulchro corpus eius nō inuenitur.

4. Reg. 2.

Ioan. 21.

Errorem de S. Ioannis immortalitate refutat Bar. an. 101 n. 5.

Hoc itaque die, quo hæc contigerunt, splendidus huic Theologo celebratur Ephesi conuentus ex omni genere ac vniuersa ætate, qui astrorum splendorem imitetur. Præterea in hoc sacro loco, ad quem hic cum pallio declinauit, minutus quidam puluis manat ac exoritur, cuius accedenti medelam ab omni morbo suppeditans. Cum igitur in nocturnis laudibus festi ipsius, ab his qui in eo ministrant, tradatur cornibus ad hoc congregatis, non facile exhauritur: sed quo amplius hauriunt, tanto magis manat, veluti perpetuus quidam thesaurus, qui simul & participantes reddit ditiores, ac seipso abundantior semper efficitur, gratia XVII.

Nota de puluere sepulchri eius.

ac beni-

ac benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: cum quo Patri ſimul ac Spiritui ſancto gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

De tunica S. Ioannis Romam allata & miraculis illuſtrata agit Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij Papæ lib. 3. cap. 57. 58. & 59. quam habes 12. Martij. Plura de hoc ſancto ſi cupis lege Baronium tomo primo Annalium paſſim, & tomo ſecundo an. 101. qui et aſſignatur ab eodem Baronio obitus annus.

BASILII SELEVCIÆ, DE SANCTIS INFANTIBVS, QVI FVERVNT INTERIECTI AB HERODE, ORATIO, QVAM EX SIMEONE METAPHRASTA, V. SVO TOMO INSERVIT ALOYSIVS Lipomanus.

I. RVRSVS ſenex ego deducor ad ſtadium orationum. Rurſus perinde ac mater, quæ laborauit in multis nutriendis filijs, imbecillum & egenum vber meæ humilitatis cogor exprimere ad tantum populum. Et quis eſt, qui me cogit? Hic magnus fluuius Euphrates: & id. o pareo. Poteſt enim ex ſua inundatione, dicendi in me aliquam deriuare copiam: & tantam, quantam poteſt capere animæ meæ capacitas. Sunt enim, ô fratres, pleni quidem melle faui ſcripturarum, & dulci rore abunde ſcatent aluei: adeo vt liceat ſtudioſis, eos abſque vllo labore exprimentibus, virtutum ebrietatem in ſuis locare animis, quæ eſt mater temperantiæ: ebrietatem, quæ vigilantem ſeruat obtutum animæ: ebrietatem, quæ lucem veritatis reponit in animis, qui ſemper complentur: ebrietatem, quæ non facit amentes, nec eos, qui bibunt, imbecillos reddit ex ſatietate: ſed membra potius corroborat, & armis iuſtitiæ armat aduerſus peccatum: ebrietatem, qua fuit repletus chorus Apoſtolorum, quando rore Spiritus, qui è cœlis fluxerat, in ſua lingua accepto, congregatarum gentium auribus diſtribuit oris operationem, vniuſcuiuſque vocem ad omnium gentium ſenſus accommodante & adaptante gratia: adeo, vt fluentum ſermonis, quod profundebatur ex labris, fieret familiare omnium auribus, à ſpiritu ſuo transformato in id, quod erat cognatum vocis vniuſcuiuſque eorum, qui audiebant.

28. DECA.
Virtutum ebrietas.
Act. 2.

II. ME autem infantium adhuc voces circunſonant, & me eos adhuc videre arbitror, voce quidem clamantes nihil ſignificante cum ſtupore, & ad enſium ſplendorem conniuentes, & cum timore ſe ad martyris vlnas, tanquam tutas, inclinantes: deinde in ipſos ſinus ſubeuntes. Videor vero ipſas quoque videre matres, aliam alio, per vrbem currentes cum illis miſerabilibus & dulcibus oneribus, & locum fugæ quærentes: & illam quidem, quæ nec honeſtum ſumpſerat tegumentum in vigore malorum: hanc autem, quæ quod habebat in curſu alieno proiecerat: aliam vero temere & confuſe comas filio inijcientem, & tali tegumento ſperantem ſe poſſe infantem ſuffurari: aliam, quæ comprehendebatur ab ijs, qui vehementer perſequebantur, & deinde à curſu deſiſtebat, & timore diriguerat, & flentibus oculis ad gladij fulgorem adſpiciebat, & adſpectum diuidebat, nunc ad ſtricti enſis impetum, nunc ad filium qui erat feriendus, & ſe feſtinanter opponebat ferri violento motui: & rurſus aliam, quæ ne moueri quidem poterat, & nec parum quidem reſpirare, cum ſtupor vinxiſſet eius pedes: ſed ante ſuum filium timore perierat, & cum exili eiulatu expectabat percuſſurum: & iam remiſſis trementibus manibus, infantem vehementer portabat: quæ quidem ignorabat ex vlnis lapſum infantem, caſu morte ei allata, præueniſſe mortem gladij.

Hypotyposis elegans cæſorum infantium.

III. O Herodis inſaniam. Quibuſnam ex conſilij egeſtate actibus repleuit orbem terræ? Quis erat ille longe infeliciſſimus, quando tam acerbam tulit ſententiam in eos, qui eum nulla affecerant iniuria? Omnino certe ſpeciem induerat regiam, & faſtus ac pompæ ſcenam ſibi fixerat: & ſedebat in aureo throno, gemmarum collucente ſplendoribus & pectora ira dilatans, inuidia cogebatur in arctum: & capulo enſis innitebatur dextera: & viros ſapientia inſignes adhibebat in conſilium, quorum linguas mouebat diabolus, illius vrgens interitum: & alia quidem furioſe accipiens: alia autem ſtatuens audire & iudicare, & improbis grauiter annuens conſilijs, meditatus eſt meſſem immaturarum ſegetum. Poſtquam autem ſæuo decreto illud inhumanum confirmauit conſilium, & totum iam in armis iuſſit eſſe exercitum, eumque ferro munijt, eique centuriones & tribunos diuiſit, & duces elegit, qui præclare poterant intelligere, quid oporteret facere in tempore, & optime ſciebant vti armis, huiuſmodi verbis eos eſt allocutus, nullo pudore affectus eorum, quæ dicebat:

Herodis immanis crudelitas in pueros innocentes.

IV. IN multos quidem, ô milites, belligerantes, vos fortiſſime geſſiſtis, & mœnia trophæorum meis circundediſtis finibus. Nunc autem, ſi vnquam, maxime oportet vos magno ſtudio incumbere ad victoriam. Ne ſitis pigri & ignaui. Magnum eſt enim certamen, & ingens periculum. Domi mihi naſcitur malum. Latenter aguntur cuniculi ad ſubruendam mei regni potentiam. Nullus me apertus inuadit inimicus. Puer qui adhuc ignoratur, mihi ſceptra eripit. Scitis Bethleem. In ea intellexi natum eſſe filium, qui à Deo regni accepit ſuffragium. Nondum circumagitur tempus duorum annorum, ex quo natus eſt: & nullus quidem, qui appareat, me terret apparatus: ſed timeo Prophetarū voces, quæ de eo extiterunt. Etenim Magi (meminiſtis autem, quando nuper ad nos venerunt) ex quadam ſtella, quæ eis apparuerat, renunciarunt ſe intellexiſſe ortum pueri, & requiſijſſe Bethleem, vt viderent puerum, & Regem natum, eo, quo par erat, honore afficerent. Ego vero volebam ex eis ſcire, quiſnam is eſſet, vt mihi eſſet facile & expeditum diſſoluere tyrannidem. Sed cum illi, neſcio quanam de cauſa, fefellerunt, quæ mihi promiſerant, & in ſuam redierunt regionem, timeo, conturbor, exiſtimo adeſſe periculum. De cætero vos intueor: liberate me ab hoc metu. Properate cum armis, omnes hos fines retibus cædis circunſidete: à ſenibus abſtineat enſis: ijs qui iam pubeſcunt, nullum afferte periculum: aduerſus paruos tantum infantes armemini. Omnem primam ætatem demetite miſerabiliter. Nullius lachrymæ matris miſereamini: meum inimicum ſcrutemini in ſinu vniuſcuiuſque. In eos, qui ad matrum vbera confugerunt, ferrum trudite, & cædis ſanguis miſceatur cum lacte. Etiam matres ipſas cū infantibus adactas transfigite, vi ictus ferri, à mollibus corporibus ad illas delapſi. Nullus huius cædis erit vobis accuſator. Solum feſtinate, inſtar leonum in ciuitatem irruite. Nulla vos cædis capiat ſatietas, donec à vobis exiſtimatur aliquis puer reſtare. Si nulli vitam conceſſeritis, ille quoq; inter omnes videbitur cecidiſſe. Et ille quidem non bene, nec tuto fruetur honore Magorum: mihi autem lætam dabitis vitam, & à cura liberam.

Oratio eius ad milites, qua eos ad cædem inflammat.
Matth. 2.
Iubet occidi infantes.
Credit infenſatus Herodes Chriſtum cum cæteris infantibus caſurū.

V. HÆC cum illi audijſſent, & à ſuis animis omnem amputaſſent miſericordiam, & ſcelere ſtatuiſſent alter alterū vincere, curſu ferebantur in ciuitatem, manus armatas extendentes: & in greges vrbis Bethleem irruentes, teneros agnos dilacerabant: & ſanguinis fontes omni ex parte emanantes, abunde inquinabant terræ ſuperficiem, & nihil videbatur pereuntibus ſufficere ad ſalutem: Non domus, quæ celare poſſet eam, quæ ſubierat: non templum, afferens parricidis aliquam Dei reuerentiam, non ſpeluncæ clandeſtinus ingreſſus: ſed infantes tanquam hoſtes omni ex parte inueſtigabantur, neq; latuit vllus eorum gladium, cum vnuſquiſq; tanquam qui eſſet ipſe Chriſtus, in vniuſcuiuſq; quæreretur ſanguine. Quæ autem erant audaces matres, opponentes manus aciei gladiorū à ſe ipſi, quidē feriebantur pro pueris: ſed nihil eis proderat: neque aliud efficiebant, quam vt eſſet ei temporis longius periculum. Aliæ

Quid hac crudelitate inhumanius?
Matrum pugna pro conſeruatione ſuorum infantium.

vero violenter apprehendentes pueros, qui contra trahebantur, quæ membra manibus constrinxerant, ea solum habentes postea conspectæ sunt, ferro matris diuident. infantem, & ijs qui trahebant: & illa quidem, verbi causa, manum, hæc vero crus, illa autem aliquam aliam partem, tanquam totum tenens filium, excutiebat. Mulieres autem dum cursu fugerent, in ea quæ iam iacebant, corpora incidentes, & solo teneros suos fœtus allidentes, enic nihil opus habebant ad eorum interitum. Iam vero aliqua stans ante eum, qui erat percussurus, & pro suo filio multum obsecrans, flens sic vociferabatur:

CONCEDE mihi, ô miser, eorum quæ à te fiunt, ignorationem, & me occide ante filium, & ne matris offendas oculos tam acerbo spectaculo. Est tibi omnino vtique mater, est etiam vxor, quæ habet filium. Scis quemadmodum propter mala filiorum, parentum dilacerantur viscera. Illi autem flectebatur quidem animus, & per genas fluebant lachrymæ: Herodis vero seruiens rabiei, verbis adhuc fluentibus, in vlnis matris infantem occidebat, & supplicationem interrumpebat cædis lamentatio. Hisque hæc agentibus, magis fuit irritata insania. In ipsas domos irruebant, & omnia scrutabantur furentibus & cædem spirantibus oculis, & in excelsos thalamos excurrebant. Deinde cum sub lecto, aut sub aliquo alio eiusmodi infantem inuenissent latentem, quem solus fletus indicauerat, ex ædibus VI.

Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus.

tanquam lapidem in vicos deuoluebant, tuæ Regis mortem largientes tam impiam. Confusa vero existebat vociferatio, & inualescebat varius sonus luctus: maioribus quidem pueris fratres suos deflentibus: parentibus deplorantibus eos, quos genuerant: matribus autem propter calamitates sonoros eiulatus edentibus: senibus vero se nihil vnquam tale vidisse clamantibus, ne in hostium quidem incursionibus: conquerentibus omnibus de acerba luce illius diei.

CVM finem accepisset præclara hæc expeditio, & dimissus esset exercitus tanquam parta insigni victoria, missus excitata est matrum lamentatio: & cum flendi deinceps eis facta esset potestas, vnaquæque sui hij membra, alia alibi colligebat cum lacrymis, & violenter discissa in vnum coniungens, & quod restabat inquirens, & quod inuentum erat sæpe amplectens, & totum corpus in sinu imponens, valde clamabat: Hei mihi, fili mi, hei mihi, qui non ad talem spem nobis satus & productus fueras: Quomodo cum tanquam ramus germinasses, & magna ornatus esses pulchritudine, & bonæ spei nobis pulchra præbuisses semina, repente à meis abscissus es manibus? Exurge parumper, excute somnum, quem tibi Regis attulit inuidia: me voce imperti iucundissima: apprehende miseras mamillas eius, quæ te peperit: trahe vbera, quæ olim diligebas: fac vt tu pendeas à collo matris, taceas, quiescas: Heu me miseram, quomodo rursus contexam membra, quæ ensis dissecuit immaniter? Quisnam autem vterus mihi hic administer, vt iis rursus corporatur? Quibusnam vero manibus necessariam tibi terram congeram? Quomodo autem à tua me forma separabo? Talibus fletibus completa fuerat ciuitas, singulis singulas ad fletum incitantibus, & suam propter mortuos filios lamentationem, adspectus viuentium in dies incitabat. Coronatus autem erat Rex tanquam propter erecta trophæa, & se existimabat adeptum esse victoriam, qualem nunquam antea: & cum se tanto cædis contaminasset crimine, & sui imperii tot plantas excidisset, magnos spiritus conceperat, & de securitate maximam acceperat fiduciam: nesciens homo plane stultus, quo reciderat illa callida eius machinatio. Quem enim quærebat, non potuit laqueis includere: quos vero, si fuisset adhuc sanæ mentis, noluisset sic afficere, male perdidit, ipse sibi afferens exitium. VII.

Nouus matrum planctus.

Diuinitus punitur sæuissimus infanticida. Puer Iesus fugit in Ægyptum.

CHRISTVS autem Dominus vniuersorum, tam sæuo nefariorum scelere artifici, morbum immisit acutissimum, cum innocentium infantium animas reposuisset in sinum patris Abrahæ. ipse libere proficiscitur in Ægyptũ, expurgare volens aceruũ impietatis, & qui erat abditus in adytis idolorum errorem suis radijs aperire, & reddere manifestum ijs, qui iam olim decipiebantur, & diabolo luctum afferre grauissimum. Nam cum paucos Iudæorum infantes se existimasset perdidisse propter Christum, se illos quidem non aduertit collocasse in pratis, vt pulcherrimis, ita longe tutissimis, & nihil eos læsisse: se autem iam vidit sua nudatum tyrannide, & priuatum antiquissima potestatis suæ hæreditate: Esaiæ impleta prædictione, quam ipse Christus in labris eius posuerat, longo ante tempore talem suum aduentum aperte significans, & per illius linguam clamans: Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Ægyptum, & soluentur manu facta Ægypti à facie eius: Eum decet gloria in secula seculorum, Amen. VIII.

Esa. 19

Sermonem D. Cæcily Cypriani de eadem solennitate habes in operibus eius. De eadem celebritate duo habentur sermones S. Augustini & totidem Petri Chrysologi. Cur autem ijsdem infantibus nomen & honor martyrum deferatur, consule Augustinum Epist. ad Hieronymum 28. de natura & origine animarum.

ANN. 560.

VITA S. EVTHYCHII ET FLORENTII, SERVORVM DEI, PER DIVVM GREGORIVM PAPAM SCRIPTA, TERTIO LIBRO DIALOGORVM SEVSOZM cap. 15.

28. DECE.

NON hoc silesm quod ex regione Tusciæ venerabilis viri Sancti Presbyteri narratione cognoui, de cuius verbis ipse non dubitas Petre, quia eius vitam fidemque minime ignoras. Eodem quoque tempore in Nursinæ partibus prouinciæ duo viri in vita atque habitu sanctæ conuersationis habitabant: quorum vnus Eutychius, alter vero Florentius dicebatur. Sed idem Euthychius in spiritali zelo, atque in feruore virtutis se exercuerat: multorumq; animas ad Deũ perducere exhortando satagebat. Florentius vero simplicitati atque orationi deditam ducebat vitam. Non longe autem erat monasterium, quod rectoris sui morte erat destitutum: ex quo sibi monachi eundem Euthychium præesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens, multis annis monasterium rexit, discipulorumque animas in studio sanctæ conuersationis exercuit. Ac ne oratoriũ in quo prius habitauerat, solum remanere putuisset, illic venerabilem virum Florentium reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadam sese in orationem dedit, atque ab omnipotenti Domino petijt, vt ei illic ad habitandum aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox vt impleuit orationem, oratorium egressus, ante fores vrsum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nihilque feritatis in suis motibus demonstraret, aperte dabat intelligi, quod ad viri Dei obsequium venisset, quod vir Domini quoque protinus agnouit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque oues remanserant, quibus omnino deerat qui pasceret & custodiret, eidem vrso præcepit, dicens: Vade atque oues has ad pastum eijce, ad horam vero sextam reuertere. Cœpit itaque hoc indesinenter agere. Iniungebatur vrso cura pastoris, & quas manducare consueuerat, pascebat oues bestia ieiuna. Cum vir Domini ieiunare volebat ad nonam, præcipiebat vrso eadem hora cum ouibus reuerti: cum vero noluisset, ad sextam. In omnibus itaque mandatis viri Dei obtemperabat vrsus, vt neque ad sextam iussus redire, veniret ad nonam, neque ad nonam iussus redire, veniret ad sextam. Cumque diu hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis fama longe lateque crebrescere. Sed quia antiquus hostis vnde bonos cernit excrescere ad gloriam, inde peruersos per inuidiam I.

S. Euthychius multis monachis præficitur.

S. Florentius eius oratorium inhabitat.

Vrsus pastor ouium efficitur.

capit

[illegible] ad pœnam: quatuor viri ex discipulis [illegible] [illegible]ementer inuidentes quod [illegible] magistri signa [illegible]
[illegible], & [illegible] solitariae ab co[illegible] lectus [illegible] [illegible] clara apparerent [illegible] vrsum [illegible] [illegible]
[illegible]. Cumque hora qua [illegible] fuerat ne[illegible] [illegible] sus [illegible] aspectus est [illegible], & vsque ad [illegible] [illegible]
[illegible] expectans, [illegible] cœpit quod is quem [illegible] fiat [illegible] vocari consit[illegible] [illegible]
[illegible] Dei vero ad [illegible] tad [illegible], vt [illegible] [illegible] vbique quæsiuimus, quem occisum reperit. Sed [illegible] circa [illegible]
[illegible], quibus [illegible] erat occisus, inuenit. [illegible] lamentum d[illegible]cit, [illegible] fratrum malitiam magis quam [illegible] mor-
tem deplorans. Quem venerandus vir Euthychius ad se deductum consolari studuit, sed idem vir Domini coram eo
dolore [illegible] stimulis accensus, imprecatus est, dicens: Spero in omnipotenti Deo, quia in hac vita ante oculos o-
mnium ex [illegible] sua malitia vindictam recipiant, qui nihil [illegible] lædentem vrsum meum occiderunt. Cuius vocem [illegible] protinus
[illegible] diuina [illegible] secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem vrsum occiderant, statim elephantino morbo percussi
sunt, vt membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentius vehementer expauit, seq[ue] ita fratribus
maledixisse pertimuit. Omni enim vitæ suæ tempore [illegible] flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem, se [illegible] eorum morte
clamabat homicidam. Quod idcirco omnipotentem Dominum fecisse credimus, ne vir miræ simplicitatis quantolibet dolore commotus, intorquere vltra præsumeret iaculum maledictionis.

Florentius elephantino morbo percutitur occisores

Petrus. Nunquidnam valde graue esse credimus, si fortasse cuilibet exagitante iracundia maledicamus?

Gregorius. De hoc peccato cur me percunctaris [illegible] graue sit, cum Paulus dicat: Neq[ue] maledici regnum Dei possidebunt? Pensa itaque quam graue est [illegible] quod separat a regno cælestis vitæ.

1.Cor 6

Petrus. Quid si homo non fortasse ex malitia, sed ex linguæ incuria maledictionis verbum iaculatur in proximum?

Gregorius. Si apud districtum iudicem Petre otiosus sermo reprehenditur, quanto magis & noxius? Pensa ergo quam [illegible] sit damnabilis qui a malitia non vacat, si & ille sermo pœnalis [illegible] qui a bonitate vtilitatis vacat.

Matth.

Petrus. Assentio.

Gregorius Idem vir Dei egit aliud, quod silere non debeo. Cum enim magna eius opinio longe lateque crebresceret, quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit, vt eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellulam veniens, omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpentibus plenum. Cumque vehementer expauesceret, clamauit [illegible] Serue Dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero Florentius, ad cælum oculos & palmas tetendit, vt illam pestem sicut sciret Dominus auferret. Ad cuius vocem subito cælum intonuit, atque idem tonitru omnes illos qui eundem locum occupauerant, serpentes interemit. Quos cum vir Dei Florentius interemptos adspiceret, dixit: Ecce illos occidisti Domine, quis eos hinc leuabit? Moxque ad eius vocem tantæ a[illegible]ues venerunt, quanti serpentes occisi fuerant: quæ absportantes singulos, & longius proiicientes, locum habitationis illius mundum a serpentibus omni modo reddiderunt.

S. Florentius orat [illegible] serpentes [illegible] los per aues exportari curat

Petrus. Quæ virtutis, quid [illegible] meriti dicimus, quod eius oti tantum factus est Deus proximus?

Gregorius. Apud omnipotentis Dei singularem munditiam atque eius simplicem naturam multum Petre humani cordis munditia atque simplicitas valet. Hoc ipsum namque quod [illegible] famuli a terrenis actionibus segregati, [illegible] loqui nesciunt, & mentem per verba spargere atque inquinare deuitant, auth[illegible] sui præ cæteris exaudiri[illegible] [illegible] tant. Cui [illegible] quantam est possibile ipsa puritate ac simplicitate cogitationis quasi ex quadam [illegible] similitudine [illegible] dant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter ociosa, nonnunquam vero etiam quod est grauius, noxia loquimur, os nostrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum ducimur, dum locutione continua secularibus admiscemur. Quod bene Esaias postquam Regem Dominum exercituum vidit, in semetipso reprehendit, & pœnituit dicens: Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum. Qui cur polluta labia haberet, ostendit, cum subiunxit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollutionem namque labiorum habere se doluit: sed vnde hanc contraxerit indicauit, cum in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est, vt lingua secularium mentem non [illegible] quam tangere: quia dum plerunque eis ad quæ [illegible] loquenda condescendimus, paulisper assueti, hanc ipsam locutionem quæ nobis indigna est, etiam delectabiliter tenemus, vt ex [illegible] non [illegible], ad quam velut ex condescensione deducti venimus. Sicque fit vt ab ociosis ad noxia, a [illegible] ad grauiora verba veniamus: & os nostrum ab omnipotenti Domino tanto iam minus exauditur in prece, quanto amplius inquinatur stulta locutione: quia sicut scriptum est: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quid ergo mirum, si [illegible] postulantes tarde a Domino audimur, qui præcipientem Dominum aut tarde, aut nullo modo audimus. Et quid mirum, si Florentius in prece sua citius est auditus, qui in præceptis suis Dominum citius audiuit?

Deus oris [illegible] mus, qui [illegible] ciola verba deuitant

Esa.6

Sermonum [illegible]

Prou 28.

Petrus. Nihil est quod respondere valeat apertæ rationi.

Gregorius. Euthychius vero qui prædicti Florentij in via Domini socius fuerat, magis post mortem claruit in virtute signorum. Nam cum multa ciues vrbis illius de eo soleant narrare miracula, illud tamen est præcipuum, quod vsque ad hæc Longobardorum tempora omnipotens Deus per vestimentum illius assidue dignabatur operari. Nam quoties pluuiæ [illegible], & æsta nimio terram longa siccitas exurebat, collecti in vnum ciues vrbis illius, eius tunicam leuare, atque in conspectu Domini cum precibus offerre consueuerant. Cum qua dum per agros pergerent exorantes, repente pluuia tribuebatur, quæ plene terram satiare potuisset. Ex qua re patuit, eius anima quid virtutis intus, quid meriti haberet: cuius foris ostensa vestis iram conditoris auerteret.

Euthychius post mortem claruit [illegible] signorum. Euthychij tunica [illegible] [illegible] aut [illegible] adducere

VITA BEATI ANTONII C[illegible]RI MONACHI LERINENSIS A MAGNO FOELICE ENNODIO EPISCOPO TICINENSI DESCRIPTA.

FLORVIT CIRCA ANNOS DOMINI [illegible]88. A VICENTIO BARROLI IN Chronolog. L[illegible]nensi.

ANN.4[illegible]8.

VT præliantes assurgunt buccinis, vt equorum ce[illegible] [illegible] ad potiorem cursum ferrata calce prouocatur. Ita dum Maiorum virtus solicitat ingenia [illegible] [illegible] a cor fortat. Qui [illegible], & veterum gesta relegit, ad disciplinarum frugem propor[illegible] laudum præmiis marcescit. [illegible] imago præcedentis gloriæ, vt ad posteros veniat, [illegible] [illegible] retinetur. Non licet per ætatem perire, si quid lectio serenis actibus amica suscepit. Itaque eloquentiæ diuturnitas mortalis naturæ sine congressionis periculo vincit angustiam: per quam optimorum conuersatio ipsis decedentibus, nescit occasum. Restituitur quidem corpus origini, & destinatus a superis spiritus ad proprium recurrit auctorem. Quorum tamen probitas libris mandata fuerit, eorum vitalis est obitus. Dicat forsitan interpres austerior, abiurat prædicationis dulcedinem persancta mens sæculo, & carnis vinculis absolutus non desi-

18 [illegible]

deras

derat quæ inter incerta mundi g[illegible] agnosci. Sed [illegible] [illegible] libertatis dispendio [illegible] Dum inter pollutag adiens [illegible] anima Deo no[illegible] [illegible], & per mandatorum cœlestium [illegible] noc[illegible] antem huius lucis, non [illegible] errorem. Nobis [illegible] nobis pro futura seruentur. Quibus si ab studio deest sectat meliora. De illorum qui facem con[illegible] [illegible] venire debet exemplo. Tu autem venerabilis Abbas Leonti, qui id operis iniunxisti adiuua oration[illegible] [illegible] [illegible]bantem, & ciuitatem styli sanctarum precum imbre locupleta. Facies enim, vt confido meritis præcipuum, quod aggredi me ipse iussisti, pronum est beatitudini tuæ ieiunam eloquentiam secundis innocentiæ fecundis ampliare. Credite mihi vos [illegible] [illegible] culpa [illegible] [illegible] dictionis. Cuius si substantiam religiosi auctoritate firmaueritis, videbitur iudicij tui clauda fides de[illegible] minus idoneum, cui venerandi laboris prouinciam commisisti.

INGRESSVRVS B. Antonij narraturus insignia, primum sancti spiritus mihi maiestas inuocanda est, vt qui illum rebus [illegible] [illegible], me in his explicandis per linguæ frena moderetur, & labiorum sordes prophetici ca[illegible] bonis [illegible] maturet incendio, ne co[illegible] [illegible]sententiæ nebulis lucem conuersationis illius, aut amplissimis pauperem faciam laudibus, aut infantia arcente deuenustem. Benedicitur indiuisa Trinitas Deus noster, qui seruum suum Antonium tanta virtutum dote sublimem circa Danubij fluminis ripas in ciuitate Valeria Secundino patre lucis huius ianuam iussit intrare. Qui quamuis de splendore natalium conscientiæ iubar hauserit, tamen fulgorem stirpis præcipue morum radijs obumbrauit. Vincens decorem sanguinis ingenij claritate. Coruscantem geminis suis lampadem actuum serenitate transcendit, & factus est victor sensualitatis suæ, per quod vniuersos nascendo superauit. Qui dum adhuc de Matris penderet vberibus, quem præsciuit Dei gratia, non [illegible], nec passa est in opem fauoris [illegible] dispensatio cœlestis, quam renunctandis plenum studij approbauit. Qui nec senium instituta propositi per parentum blandimenta [illegible], annorum ferme octo genitoris tutela nudatus est. Mox tamen illustrissimum virum Seuerinum ignara [illegible] [illegible] deuolauit, qui dum eum mulceret osculis, futura in puero bona, quasi transacta [illegible]bat. Fuit enim cuius meritis nihil [illegible] absconditum. Ille hunc sibi futurum participem pia vbique voce prædicabat. Credo vt incipientis tyrocinia spe annunciata solidaret. Sed postquam B. vir humanis rebus exemptus est, Constantij Antistitis ea tempestate [illegible] [illegible] obsequijs gloriosis operibus vitæ rudimenta dedicauit qui eum inter Ecclesiasticos exceptores, cœlestium militiam iussit ordini. Erat enim venerabilis sacerdos, Antonij nostri Patruus. Sed nunquam ille [illegible] rigorem consanguinitatis lege molliuit, nec fecit securum de necessitudine discipulum non timere, cui gratiam doctor [illegible] censura non præstitit. Tantus fuit circa sectatorem diligentiæ modus, quantum iudicia consulerant meritum suum in facie monitoris, agnouitq; peccatorum consummatio, Pannoniis minabatur excidium, iam succisa radice substantiæ [illegible] [illegible] status in pronum deflexerat. Per incursus enim variarum gentium quotidiana gladiorum [illegible] [illegible] debilitati [illegible], & fœcundas humani germinis terras, ira populante desolabat. Iam Franci, Heruli, Saxones, multiplici crudelitatum species belluarum more peragebant. Quæ nationum diuersitas superstitiosis mancipata cultibus, Deos suos humana credebat cæde mulceri, nec vnquam propitia sibi habere numina, nisi cuncta æquarum cruore placassent [illegible] confidebant iram cœlicolum innocentis effusione sanguinis. Qui vt in gratiam redirent cum superis suis propinquorum consueuerant mortes offerre. Quicunque [illegible] [illegible] [illegible] ex illis, eos quasi seriores hostias immolabant, æstimantes quod piarum regulis diuinitatis [illegible] et indignatio, & tuncei materiæ gratiæ locus offensæ, inter quas temporum procellas Constantius Pontifex, nec [illegible] in mundo habebat subsidij, terra hospitibus deputata, huius mal[illegible] [illegible] beatus est.

POST [illegible] absolutionem Ant. nostrum famuli ad Italiæ partes quibus cœlitus fuerat deputatus Christo duce perducit ne Principe loco Tellinæ vallis, quæ de sortita est vocabuli lim[illegible] ingredit[illegible]. Quam montium ex vtroque latere [illegible] fabricata natura [illegible] tatam [illegible] & de verticibus fœcundis animium plebe locupletat vberi solum. Quod autem respondet iuxta desideria immoderata cultoribus. Non tamen ita artis p[illegible] aut dotarum [illegible], aut arbustis compositum, nec fluminibus lætum, vt non plus superueniente [illegible] gratia præstaret, quam ipsius origi[illegible] variata & distincta formositas, illic Mario Presbytero qui spiritibus immundis dominabatur adiunctus est, qua [illegible] rerum conditio, vt nouis hominis more, diuu[illegible] [illegible] sodalitas, & qui ignoratur per originem [illegible] clarescat [illegible]. D[illegible] [illegible] [illegible] per socios, & cui non licet ad liquidum superuenientes existimare conscientiam, con[illegible], vt de suis dep[illegible] [illegible]. Nam cum eum beatus Marius illis oculis quibus mentes videntur inspiceret & interioris decorem hominis absconditis perenniter [illegible] obtutibus, [illegible] cum clericorum sociare collegio, & inter Ecclesiasticos cœtus præstantem meritis dedicare personam. Sed fugit honorem velut veneni poculum, qui semper potentiam credidit subiacere, & seruire patienter [illegible] regali dono [illegible]. Ne tamen diu humanæ conuersationis [illegible] illecebris societatem contagionis hauriret, elegit secessum [illegible] obiecul abeat martyris Fidelis sepulchro. Vbi Larius, sonij marmoris [illegible] deponit, [illegible] ne euagetur [illegible]. Sed [illegible] ripis resistunt frena telluris, illic [illegible] nubibus vertice mons coruscat, [illegible] sublimatur sua [illegible] paruit gressibus, quam superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu, nam nullus ante [illegible] monachorum nostr[illegible] [illegible] tuta fecit longe nec præcupta saxorum humani generis admissi formidine repugnant [illegible] vestigium, in præ[illegible] natura excursui. In hoc Dei gratia præbuit nullo existente cubili a co bestijs blandi[illegible], quo terribilius agricolar[illegible] [illegible] aspectibus Nihil secum famulus sedem delegit, in quo sola fuit placendi causa, quia nequaquam lenoci[illegible] [illegible] assumens, dedicauit callem [illegible] nisi paruam leguminis, & l[illegible] quo terram sollicitaret de mundi ber[illegible] [illegible] cedente perdiderunt, [illegible] itinera post [illegible] Antonio [illegible] quo iam ita inter lustra belluarum habitatio [illegible] illam eius patere cupientibus. Inuenit illic tamen duos ser[illegible] [illegible] scientiamque plene videret locutas cum ex[illegible] miscuerat, nihil de illis mundo fama nuntiaret. Quorum [illegible] post horum vnus assumptus est terreni carceris mole [illegible] prodito timore habitationem sine nube vulgauit. [illegible] absolutionis eius tempore columna ignea beati Antonij [illegible] valetudinem fœlix anima [illegible] ad cœlum vsque pertingens. [illegible] venerabilis viri fides, & ardor ille vitiorum decoctor typico monstraretur incendio.

TVNC dum ibi Dei cultor tota discr[illegible] cœlestibus virium suarum vela laxaret, & per sinus animæ corporisque extendentia palmas flabra suscip[illegible], cuius vigilias, ieiunia, lectionis assiduitatem, iure replicarem: ni haberem digniora memoratu. Nunquam [illegible] cibum sumpsit, nisi fatiscente corpusculo. Numquam nisi exemptus officij munus sollicitudinem quiete [illegible]. Sed quid retexam quæ perfectionis habuerit instrumenta perfectus? aut per quos gradus ad celsa conscend[illegible]: quem liquido declaratura est obtinere sublimia: sciuit ille sic per labores varios disciplinarum lineamenta tractari: vt numquam assumeret arrogantiam de labore, & cum omnia essent digna præconijs quæ gerebat dispendium virtutis credidit fuisse laudatum, sic totum de [illegible] actibus opinionis luce radiabat, vt nihil præberetur ostentui. Præminebat censura mentis in corpore & iracundiam quam contra culpas animæ eius susceperat, facies infucata pingebat. Videres aduersus flagitia mundana toruos oculos, & indefessa contra sæculi blanditias Christi militem bella tractare. Quando illa imago statum suum resoluit in risum? & ab ordinis proprij rigore leuitate debilitate constricta est?

IV. INTEREA dum velut obsignatum Monachi in vniuersis implet officium. Vir quidam quem sponsæ f[illegible] æ amor in furias impulerat, & ad effusionem humani sanguinis affectu, & indignatione prouocauerat. Dum conscientiam se credit fugere mutatione terrarum, & in aliis prouinciæ partibus innocentiam reperiri quam furore duce perdiderat. Velatum simplicitate ad secreta heremi portauit homicidam, putans in Dei obsequio constitutis de actibus suis præter effigiem nil patere, artifici humilem simulauit obtutu, & perdolosi commenta consilij, fabricata subiectione compositus, cautioribus scelerum sordes texit obstaculis. Difficile est præter Dominum deprehendere quidquid obsequendi argumentis inuoluitur: prouide flagitium celat ab ectio, raro in lucem erumpunt crimina, quæ auctor obtemperandi scierit fuco sepelire: protinus tamen affuit ille index consuetus, & latentis secreta conscientiæ diuinæ vocis claue reserauit. In his sermonibus adortus Antonium, quando eum plus quam homo possit docuit: agnouit illum denuncians qui crasso indumento latronem tegebat, caue inquiens ne tanti criminis reum sancto velis miscere collegio, nec lupum ouibus, agnis viperam negligens æstimator adiungas, iste animam Dei manibus concessam per cuius fragmenta gutturis effugauit, & interno fratre furore constricti, vinculis pedibus suis dum infert faucibus vincla dissoluit, hunc debitum exitium sequitur, nec à iugo supplicij erit alienus, qui humano sanguini non pepercit, misericordia est circa facinorosos seruata districtio. Ergo toporum terminum ponens, mandatorum cœlestium hostem depelle, ne candida conuersatio tecum habitantium fusca superuenientis contagione violentur: illico diuinis obsecutus imperijs hominem vocat mentientem conuincit, serenato ore male conscij omnia eius gesta persequitur. Expauit deprehensus, cum flagitia sua recenseri videret ab homine quæ sine teste humani generis commiserat, viaticum proposuit, fugam tremens apparauit, continuo tamen pedissequa reum vltio comprehendit, & expiatum scelus patrarotis morte nuntiauit. Ita sermo iusti viribus carere non potuit, interea sanctus vir per regiones finitimas insidiatricis famæ linguis innotuit, quæ ne pareret, de celebritate iactantiam ante prouisa sunt remedia quam morbus adolesceret. Quid enim grandæuus aut debilis duce diligentia non itineris illius transmeabat abrupta. Cum dantibus valetudinem desiderijs etiam ægritudines corpora non tenerent.

Vana simulatio.

Non diu latet hypocrisis, id est, testis conscientia.

V. HAC perterritus frequentia ad secretiora heremi beatus Antonius credidit euolandum, ne singulorum deuotio inæstimabilis arrogantiæ mater existeret & dum multiformi gratia rigidioris propositi ruina nasceretur. Mox tamen recessus quem pendula rupes commendabat electus est, in quo annis plurimis solus, & vere monachus vitam sine humani generis consorte transegit, dabat feras pro sodalibus montana solitudo. Mugitus visi aliarumque beluarum minax immurmuratio pro blandæ confabulationis communione ponebatur. Denique ea tempestate visus petulantior gloriæ plus daturus, caules ipsius pubentibus folijs lætiores, & quadam Domino hilaritate gestientes immani ingrediens contritione vastauit ita, vt nusquam de simplici fruge spes residua linqueretur, quem ille baculo multarum districtius abire præcipiens testem virtutis suæ, & nuncium passionis ad alias ire bestias mox coegit: vt impleretur Domini fidelis pollicitatio quæ sectatoribus suis totius veneni, & omnium ferarum promisit obsequium. rursus tamen gradienti ei per destinatum callem fugiens se fera suggessit, quam ille sola iussione turbatam, iter fecit aperire, & occupata viæ claustra deserere. Sed ecce iterum alis pernicibus per proditionis suæ ordinem Dei seruum in quo loco degeret fama vulgauit, aliud de ipso pro sententiarũ varietate diuersis opinantibus: tunc liquido patuit per occursus multiplices nihil obstare cupientibus planari ardua, solidari scissa, pendentia non timere. Sed potioribus insidijs ne per arrogantiam hostis subriperet fortiori consilio manus opposuit, ne iam grandæuus perderet quod inter tirocinia virtute seruasset, acrius enim circa robustos diaboli certamen est, & maioribus copiis illos aggreditur, qui conflictus eius experti, ruboris sudore domuerunt, vniuersa tamen secum ipse pertractans, breui animum suum allocutione firmauit. Quid agimus mens adhuc mundani oneris fasce depressa, quam nondum ad auctorem suum corporeus carcer euomuit? non tibi certa est de perfectione fiducia dum adhuc includeris fragilitate carnali, periculis plena sunt quæ videntur esse tutissima, lenocinia hostis tui intelligis. Dum vniuersorum voce laudaris vide quantis labores insidijs: absconditum esse non licet, quod adimus latebram nostram, persecutio manifestat hostilis Sanctorum petamus exercitium, & illam Lerinensis insulæ cohortem irriguo inquiramus ardore, quem solum hactenus pulsauit aduersarius, timebit inter inimicam sibi multitudinem constitutum, instructa prælijs acies illa semper inuigilat, & varijs perfossum ictibus ab gente infestantem. Quot bella illis diabolus intulit, numerant tot triumphos, non metuunt quotiens adesse Satanam, vt dimicantes acuant classico fuerit stridente nuntiatum, semper eruditos & fortes reddidit quotidiana decertatio; quomodo prolixior pax, solutos.

Secretiora eremi petit. Antonius vere monachus quia solus.

Bestiæ mandatis eius obediunt.

Ecce quam accurate declinanda est laus humana.

Ingens commendatio insulæ Lerinensis Monachorumque priscorum.

VI. HIS dictis dimissam fratribus cellulam, quos ibidem prædicti amor congregauerat, apud Lerinum improuisus apparuit, nuntiauit virum insignium meritorum, faciės ieiunij pallore decorata. Nam dum secreti rigorem hominis splendidissima macies indicaret, non defuit actuum eius præco consuetus immaculatam conuersationis ipsius speciem, sub verborum abundantia, & relationis vbertate describens; mixtus grandæuis, & præcipuis, gestorum suorum lampadem, non minori intelligenti igni rutilare, metitus est fomitis sui lucem, dum vidit alieni quasi inter ornamenta cœli & sidera pleno fulgore micantia superuenientis astri claritudo societur, certant sine inuidia geminare radios, & per augmenta luminibus speciem superare nouitatis, alia prolixiori crine facem suam stella commendat, alia puriore: vnam ditat potior flamma, nobilitat alteram per spatia nocturna sincerior. Sic Antonium nostrum per vniuersas locorum mutationes à Christo veniens disciplina comitata est, prouidit tamen ne cui in illa nutrice sanctorum Insula, cum præstaret meritis, præferri videretur honoribus, sciens in humilitatis radice plantatum, ad centenos fructus assurgere. Blandus iuuenibus, grauis maturis, doctus peritis, submissus existendo simplicibus totam illam dominici gregis legionem distinctam actu, variatam gentibus, quasi vnam animam in sua affectione collegit, vbi biennio se ipso potior mundi istius sarcinam deponens victor insidiarum, quas antiqui serpentis parat astutia, diem nostrum, & lucem præsentis sæculi, perpetui luminis adeptione commutauit. Taceo qualiter vitam ipsius mortis claritudo signauerit ne vniuersa dicerent non tam veritatem narrasse, quam prædicti laudibus, videar immoratus, veluti si quis consitum lucum frondium densitate repererit, ex quo coronam ferro stringente subripiens, genium siluæ dum præsumit parua non amouet. Melioribus equidem de Antonij nostri factis, quæ stylo attigi narranda seruaui, vincar forte eloquentiæ flumine, nemo me circa illum superabit affectu, habeat qui sequutus fuerit de peritiæ messe iactantiam, mihi gratiam beati hominis nemo præripiet, quia ad explicanda eius bona primus accessi.

Lerinum repetit.

Maximum praeconium Lerinæ insulæ.

S. Antonius suum claudit diem Lerini.

An. 450.

VITA S. P. N. ET ARCHIMANDRITÆ MARCELLI, MONASTERII ACOEMETORVM, ID EST, NON DORMIENTIVM: EX SIMEONE METAPHRASTE, VT HABETVR

5. Tomo Aloysij Lipomani.

29 DECEM.
S. [illegible] tarum [illegible] [illegible] & vana

M[illegible] sæpe venit in mentem cogitare, quanam de causa Poetæ innumerabiles, al[illegible] quidem bella & inimicitias, & quæ ex eis oriuntur calamitates, composuerunt: al[illegible] autem omnino fabulas [illegible] li[illegible]na, quæ neque ipsis prodesse possunt, quod attinet ad animæ salutem, neque iis, qui ea legunt, quibus ipsi composuerunt, vllam præbent vtilitatem. Quid enim iuuat scire, quam multæ quidem naues è Græcia nauigarunt in Ægyptum: quot autem duces & milites duxerit vnaquæque earum: & quod aliis quidem maior erat Aiax, Achilles vero erat eo fortior: & quod N[illegible] erat omnium forma pulcherrimus. Ad equos autem vsque, hoc superuacaneum & inane deducere, & E[illegible] quidem equos dicere cæteris esse meliores, Achillis autem equos ijs [illegible] præstantiores, & cos[illegible] dicere & vocales, quam superuacaneam efficit narrationem, & quam parum fide dignum simul & ridiculum efficit scriptorem? Sed illi quidem hæc scribere, & his etiam deteriora, nempe deorum [illegible], & quas inter [illegible] seditiones, pugnasque & lites, minime dubitarunt. Hæc autem quidnam conferunt ad morum honestatem ac moderationem, & animæ vtilitatem: & non potius detrimentum [illegible], & vitiorum malas impressiones [illegible] animis eorum, qui versantur in ijs legendis? Mihi enim nihil persuadet inanis labor eorum, qui hæc volunt absurda [illegible], & ea reddi [illegible] ad alimenta & partes animæ. [illegible] enim [illegible] non [illegible], [illegible] & [illegible]

Sanctorum [illegible] vitas & [illegible] [illegible].

[illegible] cui [illegible] etiam [illegible] pas est ea potius ridere, & odio habere, quam laudare. Existimo autem bonorum vitam, qui [illegible] Dei vixit conuenienter, dignam esse quæ elaboretur, & litteris mandetur: ex qua ipsi qui composuit, tamen [illegible] potest magnam conciliare vtilitatem: qualis est vita Marcelli admirabilis, qui ortus quidem est ex [illegible] Apamea: est autem ciuitas Orientalis, quæ bonis abundat plurimis. Nobili vero loco natus, [illegible] ed-

S. Marcelli patria.
[illegible] iuuenis viuit [illegible] & religiose.

didit in [illegible]. Nam cum iam in ipso flore iuuentutis amisisset parentes, & ætatem [illegible] iucundissimam, non sicut iuuenes declinauit ad voluptates: neque delectabatur iuuenum [illegible], æqualis æqualiu[illegible], vt [illegible] in iuuenili corpore, imitabatur canitiei prudentiam & vitæ [illegible]. Quamquam erat ad [illegible], quæ sunt materia ad explendas voluptates ignitæ adolescentiæ. Sed nihil horum [illegible] [illegible] antiam, quæ erat ei [illegible] à pueritia. Sed & orbitas, & ætas, & diuitiæ, hæc omnia simul à p[illegible]

Antiochiæ dat operam literis.

da [illegible] prudentia. Propter externam vero eruditionem, in magnam venit Antiochiam. Venit [illegible] ad quend[illegible], in dicendi facultate pulchre exercitatum. Ingenij vero celeritas, à vehementi eius studio adiuta, [illegible] gna dona sapientiæ.

P O S T Q V A M autem [illegible] sapientiæ visus est sibi habere, quod sufficeret: Neque enim ea erat eius principalis [illegible], vt [illegible], deinde initiaretur in ijs quæ sola sunt sacra mysteria: [illegible], & quæ ad Deum deducunt, [illegible] vitæ, inquam, institutione, quæ versatur in exercitatione & vera philosophia [illegible] quoque erat aliquo ad [illegible] duce. Cum vero eum non præberet, vt ei placebat, Antiochia, cogitauit [illegible] II.

Cõtemnit habet solum patrium. [illegible] in pau[illegible] [illegible].

ne Ep[illegible], cum audijsset in ea esse magnam virorum copiam, qui ad summam virtutem peruenerant. Statim ergo contemptui quidem est habita pulchra Antiochia: despectum autem fuit iucundum solum patriæ, neglectæ vero [illegible], & [illegible], & tota ex[illegible] illa terrena. Diuitiæ autem sunt pauperibus [illegible] & magnifice, & eum excepit Ephesus nudum alijs omnibus. Cum illuc aduentasset, inuenit sibi conuenientem hospitium. Nam vir quidam cum [illegible] eum accepit hospitio, qui non magis communis mensæ & salis ei erant [illegible], quam [illegible] & virtutis, & in [illegible] moderationis.

H V I C autem pulchræ [illegible] erat etiam seruus, qui virtutis ratione erat dominis multo venerabilior: cui [illegible] nobilitas, vt [illegible] dominorum virtutis ille, [illegible], esse auctor, & visus sit seruus tam multa [illegible] bona conciliasse. Cuius & alia quidem multa laudantur, & hoc inter cætera, quod in monasterijs, quæ erant in ciuitate, portis clauibus tectis clausis, [illegible] nocte, [illegible], adstabat in medio monachorum canentium, idque cum non semel, sed sæpe fieret, cunctis manifestum, & de hac re sermo totam impleuit ciuitatem. Huic autem [illegible], vel vero potius D[illegible], nomen erat Promotus. Hic ergo Promotus, Marcello quoque non pauca ad virtutem dedit incitamenta. In hoc enim ab eo ponebantur opera, vt, quæ honesta sunt, vndique colligeret, & tanquam ex multis floribus sibi virtutis coronam contexeret. Cum alijs autem bonis, quæ habebat Marcellus, hoc quoque ei inerat, quod scribebat pulcherrime. Scribebat ergo, & laborabat manibus: & mercedis, quæ [illegible], partem aliquam consumebat ad vsus corporis: reliquam vero præbebat egentibus. Vna autem cum misericordia, [illegible] quoque gerebat iustitia. Nam si maior ei soluta esset merces, quam pro scripturæ opera, ille non [illegible]: sed si quid erat amplius, reddebat ei qui dederat. Et sic interdiu quidem perseuerabat laborare in scribendo, & [illegible] diuina eloquia, opus manuum suarum dirigens: totam autem fere noctem consumebat in oratione, & [illegible] cum Deo [illegible] loquebatur, & ei vnicebatur. Si vero parum quid somni quoque caperet propter necessitatem corporis, ne hoc quidem erat remissum, sed laboriosum & castigatum. Sic ei [illegible] tempus erat laboribus plenum & certaminibus. III.

Promotus [illegible] S. Marcellum [illegible] quæ [illegible].
S Marcellus [illegible] [illegible] victum [illegible].
Tota fere nocte orat.

C V M autem audijsset Alexandrum, virum quendam virtute incomparabilem, plenum quidem sapientia, plenum & pastorali sollicitudine & diligentia [illegible], ad multorum tunc salutem degere Byzantij, non diutius sibi manendum in præsentibus: sed desiderans meliorem vitæ institutionem, ad eum venit quam celerrime. Et tunc quidem diuinus Alexander in templo magni martyris M[illegible] exercebatur: postea autem in ipso quoque [illegible] Ponti venerandum struxit monasterium. In quo [illegible] quidem, sed longe omnium pulcherrimam, legem imposuit, vt hymnorum ad Deum nunquam interrumperetur perpetuitas: sed per vices mutatis ministris, hæc numquam silens & nunquam conquiescens tribueretur Deo glorificatio. Diuino ergo Alexandro Marcellum, cum illuc accessisset, bonis commendat Iacobus: qui prius quidem Marcello fuerat familiaris: cum vero ivisset autem ad Alexandrum, erat ei primus inter discipulos. [illegible] vero gaudebat quidem se esse Alexandri discipulum: male autem eum habebat, quod non ad ipsum quoque venerat et Marcellus. IV.

Perpetui canunt in monasterio Alexandri.

P O S T Q V A M ergo eum vidit venientem, cum lubenter adducit ad magistrum, &, Hic est, inquit, ô pater, quem nos non persequentes fugiebat, sed potius latebat persequentem. Sic deinceps Marcellus fuit Alexandro commendatus, & illius manibus sacrum induitur habitum, tempore quidem Iacobo [illegible], moribus autem longe prior. Quamobrem tale quid fertur etiam dixisse præceptor, nempe, quod [illegible] Andreas prior secutus sit Magistrum, Iohannes tamen eum quoque est assecutus: per hæc alterum quidem vocans Iacobum, per alterum autem Marcellum ad [illegible], [illegible] ambos quidem fuisse fratres propter virtutem, & eodem tenore simul currere: Marcellum autem assimilaret Iohanni, vt qui esset ipse quoque virgo, & cum doctrina magnam haberet coniunctionem. Atque inter alios quidem, primas partes obtinuit Iacobus, ipsum vero rursus superauit Marcellus. Erant autem ambo V.

S Marcellus [illegible] habitum monachi.

pa. æqu. a

par æque bonum, & quodammodo in vno & eodem corpore fraternitatis locum tenentes oculorum. Quoniam vero eos sic mente purgatos, non oportebat non etiam futurum intueri sicut præsens, non latuit Marcellum mors præceptoris: sed cum hoc quidem cognouisset, non minus autem illud quoque præsciuisset, quod futurum erat, vt in eum caderet suffragium, & cum ipse pasceretur, accerseretur ad pascendos alios: hoc vtique veritus, ne sensim iuuenis imperaret: & simul cum esset amicus modestiæ, & lætaretur subiectione, nullo conscio recedit è monasterio, apis, vt aiunt, ad flores. In orbem itaque obibat sanctos, & in colligendis ex vnoquoque bonis, augebat sibi ceram virtutum.

Spiritu prophetico præuidet futura.

Fugit, ne crearetur Abbas.

VI. INTERIM vero dum is viros obibat virtutis studiosos, è vita migrat sacrosanctus Alexander. Cum is autem excessisset, Marcellus protinus erat in ore omnium, & quoniam non aderat, duplicem afferebat molestiam: & quod illo tempore abesset, & quod moriente Alexandro non erat Marcellus, cui post illum credebatur Præfectura. Electus ergo fuit Iohannes vt præesset, vir & canis capillis, & prudentia: cui etiam celebratus ille Iacobus propter ætatē lubens cessit. Cum hæc autem sic processissent, Marcellum nequaquam latere potuere. Sed postquam finem acceperant, & ipse est reuersus, & Iohanni fuit coniunctus, effectus ei manus dextera, & optime simul ferens onus administrationis: ... ille quidem propter Præfecturam nihil esset factus insolentior: hic vero esset purus ab omni inuidia ... amore colligatus. Sic ergo ambos habebat Alexandri monasterium.

Reuertitur post noui Abbatis creationem.

VII. POST aliquod autem tempus à Philotheo persuasus Iohannes, recedit quidem ab hoc loco. Venit autem ad quendam locum, ex æquo liberum à turba ciuium, & à difficultate solitudinis. Locus vero est Bythinorum quidem regionis: situs est autem in faucibus maris, cui ex aduerso situm cernitur, quod vocatur Sosthenium. Hoc siue propterea, quod sit remotum à strepitu, siue propter aliquid aliud, tunc quidem nominabatur Irenæum. Cum Ioannes autem rem ipsam nomen loco dedisset, propter perpetua quæ ad Deum fiunt cantica, in hodiernum vsque diem nominatur monasterium ἀκοιμήτων, hoc est, Non dormientium. Nam cum eandem formam, quam Alexander, imitaretur esset Iohannes, eorum qui per vices canebant, nullo somno interruptam faciebat glorificationem. Cum huc autem ille factum transtulisset monasterium, (locum enim iam dono acceperat ab illo, qui prius dictus est Philotheus) dici non potest, quantis officijs & honoribus sibi promerebatur & in suam redigebat potestatē Marcellum, sciens se quidem esse ætate prouectum: illum vero & exercitatione, & doctrina, & ingenij acumine, & alijs omnibus bonis longe excellere. Quamobrem communium omnium cura Marcelli fidei erat credita. Nam hunc quoq; Iohannis futurum successorem diuina ostenderat prouidentia, & volebat eum pulchre erudire in ijs, quæ pertinent ad regendum. Hoc vero & alijs quidem indicijs significabatur: hac re autem vel maxime euasit manifestum, quod ambo eodem die, Ioannes quidem ascendit ad gradum presbyterij, Marcellus autem ad gradum Diaconatus.

In monasterio Iohannis perpetuus iisdem agitur cultus diuinus.

VIII. NON hæc vero solum futurum significabant: sed etiam vir quidam, qui ipse quoque præerat gregi participi rationis, qui non longe aberat à monasterio Iohannis, cui nomen erat Macedonius, vita autem purissima, & diuina quædam & prophetica anima. Is quoniam non latebat Marcellum, sed & ille videbat videntem, & cū esset propheta, non ignorabat eum, qui erat similis, & assidue ad eum veniebat. Is prædixit futurum, vt non solum gregi præesset, sed simul omnia: quod scilicet futurus esset clarus propter virtutem, & quod vniuersam fere terram & mare impletura esset eius gloria: quod multi Græci & barbari ab illius lingua pendentes patriam quidem abiuraturi essent impietatem, Deo autem essent consecrandi: quod Deus valde in ipso & per ipsum esset glorificandus, & multi filij Dei per illum essent futuri, & digni essent censendi paterna hæreditate. Hæc ille quidem dicebat: an autem effectum sit consecuta, ostendit id, quod est postea consecutum.

Multa Marcello futura prædicit Macedonius.

IX. MARCELLVS vero hæc audiens, quin etiam ea quæ audijt faciens, nihil vnquam de se magnum aut mente concepit, aut est locutus: sed hoc potius, quod cum alios excelleret, & esset primus, seipsum existimaret & nominaret omniū vltimū. Id autem ex illo quoq; significatur. Is cum aliquando delectaretur sermone senis huius admirabilis, diu quasi quibusdam fruebatur delicijs, & ab illius lingua penden, nō aderat monasterio. Apud monachos, cū abesset, inciderat iucundissima de eo narratio, & de eo habebantur sermones quidam apud Iohannem. Atq; ex monachis quidem ij, qui erant probiores, & alia huius viri admirabantur: quinetiam hoc quoq; addebant, quod à Præfectura se remouisset, & sedem tam facile reliquisset, rem quæ solet fieri à valde paucis. Improbam autē, & qui ignorabant Marcelli animi magnitudinem, hoc ipsum, quod fugisset gloriam, dicebant in se habere quandam materiam & occasionem gloriæ cupiditatis. Neq; enim eum licere Marcello imperare, maluit ipse parere alijs: sed quod non ignoraret futurum, vt Iohannes ei in honore præferretur, & eum esse, qui erat in hac Præfectura successurus, maluit se fuga subducere, quam videri illi secundum: nec facile sustinere potuit eum esse prælatum.

Insignis S. Marcelli humilitas.

Habet suos obtrectatores.

X. HÆC etsi essent confutatu facilia, accuratius tamen docebit experientia. Iohannes enim volens declarare, ad quam profundam venisset Marcellus humilitatem, & persuadere monachis, ne facile condemnarent: Rebus, inquit, ipsis, ô filij, committendum est iudicium, cumq; nihil aliud dixisset, In animo versabat redeunti Marcello vilissimū ordinem ministerij, nempe asinorum curam, ei credere. Postquam ergo ille rediyt, & hoc quod videbatur maxime ignominiosum, tu conspectu omnium iussit Præfectus, Marcellus hic manifestum dedit argumentum suæ modestiæ & demissi spiritus. Non solum enim iussum lubens accepit, sed fecit etiam aliquid elegantius. Adeo enim lubenter dixit se subire hoc onus ministerij, vt id etiam poneret in loco beneficij, & rogaret vt datis scriptis sibi caueretur, vt nec, si vellet quidem, posset ab eo recedere. Et non sic dixit quidem, non autem fecit. Neq; fecit quidem, sed paruo tempore: sed in factis ipsis visus est longe acrior. Tandiu autem perseuerat in hoc ministerio, donec omnes multis precibus supplices ab eo contenderunt, vt eis quidem ignosceret: ab hoc vero seruitio discederet. Absurdum enim esse, talem virum tam vilia subire ministeria, qui gregi rationis compoti dignus erat præesse.

Vilissimum ministerium ei demandatur.

Reipsa ostendit syncerum animi sui moderationem & humilitatem.

XI. NON multum temporis intercessit, & Iohannes ipse, qui monasterio præerat, migrauit ad Dominum, statimque D. Marcellus fratrum suscipit Præfecturam, & charismatum radij quales & quanti in eo essent, omnibus euasere manifesti. Sed quidnam eius quispiam primum fuerit admiratus, insignem ne eius in pauperes misericordiā, an, quæ propter eam facta sunt, miracula? qui sic quidem communia (nihil enim habebat proprium) consumebat, vt videretur paulo post & ipse, & monachi, redigendi ad egestatem. Tam abunde autem assidue suppeditabat, vt non minus, quam quod fecit Dominus, conspiceretur etiam in suo fieri. Quomodo enim tunc non plures quā quinque panes, & duo pisces, aluerunt multitudinem hominum ad satietatem: ita nunc quoq; paucis quotidie alebatur multitudo egentium: & ea rursus eis minime deficiebant. Sed hæc quidem ita se habebant. Quemadmodum autem ex rebus difficillimis, & quarum nullus sperabatur exitus, à superis ei data sit solutio, & quæ ei dicta sunt, finem acceperint, par est paucis dicere.

Fit Abbas.

Mira eius in pauperes benignitas.

Matth. 14. Ioan. 6.

XII. AVCTVS quidem erat ei grex quotidianis accessionibus: & multitudine quotidie dilatatus efficiebat pecoribus arctam habitationem. Opus ergo erat pastori, maiori quidem atrio: maiori autem domo orationis, maiori & alimento, & reliquo sumptu ijs, qui collecti fuerant. Ille autem tunc quidem vel maxime omnia exhauserat in egentes. Erat vero ei opus pluribus sumptibus, & maxime ad tantam virorum multitudinem. Fuerunt autem hæc Deo curæ: & rem, vt solet, traducit ad abundantiam. Erat enim quidam Pharetrius, optimus ex optimis, & longe ditissimus.

Plurimos ... monasterium & se, & filios, & res suas Deo consecrat.

li cum ardentem quendam concepisset amorem eius, quæ est a Deo, philosophiæ, secum ... bus diuitijs, & filijs adhuc teneris, venit ad Marcellum: & omnia simul, nempe & pecunias, & ... consecrat: ipsum quidem & filios sacra veste induens monastica, opes autem conuertens ad ... Et primum quidem sacram domum orationis ... & latiorem, & excelsiorem, & ita, vt nunc se habet, construxit ... & multitudo colligeretur, & in nullas redacta angustias, opus Dei peragerect. Deinde reliqua omnia, ... domos, andrones, tam qui peregrinos, quam qui ægrotos excipiebant: & ad summam, domos, alias quidem quæ laborabant & ruinam minabantur, renouauit: alias autem magnifice excitauit: & aliorum omnium, quæ huiusmodi vitæ communi opus erant, præbuit abundantiam.

XIII. Hæc quidem ita se habebant: Magno autem Marcello grex in dies crescebat, & augmentum accipiebat. Omnes enim attrahebat illius Siren, nempe suauis oratio, coniuncta cum vita purissima. Porro autem cum eis ... credidisset salem diuinum esse factum eum, qui et parebat, gregem, eos mittebat, vt alios quoque diuino sale impleret & voluptate. Et quomodo ex magna Edem quatuor dicunt manare fluuios: ita etiam ex Marcelli tabernaculo cœpit per vniuersum fere orbem terræ profundi purum & iucundissimum & salutare fluentum, illa, inquam, accuratissima vitæ, quæ ab eo agebatur, imitatio. Præterea autem supernarum potestatum ministerij, quod nullo somno interrumpitur, zelus, cum hinc cœpisset initium, venit ad primam & vrbium reginam. Deinde ad alia quoq; loca transijt imitatio. Et siue quis templa extruebat, aut monasteria, siue aliquid aliud sacrum faciebat, à Marcello etiam accipiebat curatores & duces S. e monasteriorum & templorum, quæ erant vbiq; per suos discipulos communis extructor fuit, & communis curator. Persuasum enim habebant, qui hæc ab illo quærebant, non solum se fore illius doctrinæ participes, sed etiam quandam gratiam & sanctificationem ab illo etiam ad eos esse venturam, quomodo qui sunt sacrarum aquarum participes. Et vero, cum hæc ageret, dolore & voluptate distrahebatur animus. Nam vt pater amans filiorum, cum eis auferentur filij, dolore afficiebatur. Vt qui autem seruator multorum, & per illos multis esset vtilis, lætus eos emittebat: tum etiam, quod illius quidem secundum Deum filij, aliorum patres: eorum autem oues, fuerunt pastores aliorum.

Multa monasteria imitantur perpetuo diuinas promendi laudes studiũ Eius filij monasterijs præficiuntur.

XIV. Neque tamen temere ac leuiter emittebat discipulos: sed cum eos prius multis confirmasset sermonibus, & Deum testem in eos inuocasset, quod neque mores dissoluerent, neq; habitum mutarent, neque de accuratis se perfectæ viuendi ratione aliquid remitterent: sed & illi mores, qui erant ab initio, tanquam legem perpetuo conseruarent, & maxime concinnæ & per omnia optime compositæ viuendi formæ, alijs causæ essent. Illi autem, quæ ab illo acceperant munera & mandata, tam pulchre conseruarunt, vt, quod ipse illis, hoc ipsi alijs, & per omnem fere terram & mare hæc bona sementis ab eis distribueretur. Sed de illius quidem viuendi ratione, & præterea de eius insigni gloria propter virtutem, & quod omnium maxime eam fugiens, longe magis suæ famæ celebritate impleuit omnem terram, & præterea de eius solertia, de humanitate, de eorum qui vbique erant, cura & solicitudine, De his, inquam, omnibus, velut quædam solum indicia & vestigia significauit oratio. Vult autem pauca quoque ex eius miraculis in medium addere, & non iniucundam cum vtilitate narrationem largiri pijs auribus.

Quo plus fugit gloriam S. Marcellus, eo fit celebrior.

XV. Qvidam tres Episcopi, qui fuerant apud hostes captiui, & modo liberati erant calamitate, accedunt ad Marcellum, & rogant, vt daret, quod eis ad reficiendum erat necessarium. Ille autem cum & eorum curam gessisset, & ei, quam sperabant, dedisset eis consolationem, ipsiq; quoniam multum temporis præterierat, vnusquisq; domus suæ & Ecclesiæ meminerat, eis abunde suppeditat viaticum. Viaticum vero erat aurum: & iubet eum, qui impensis præerat, (erat autem ei nomen Iulianus) auro donatos Episcopos emittere. Is vero ex decem, quos tunc habebat, staterbus, solum tot affert, quot erant viri numero. Magnus autem ille (nihil enim eum ex ijs, quæ erant, latebat) iubet, vt citra vllam parcitatem det omnia. Sed ille ne sic quidem se pure gessit. Sed cum dedisset nouem, vnum detinebat, volens vtique tunc vt bonus œconomus, vt ijs, qui, vt solebant, veniebant, pauperibus aliquid haberet quod daret. Quid ergo accidit, & quomodo vtrunq; docetur Iulianus, neq; de futuro esse solicitum, nec existimare, magnum Marcellum aliquid latere eorum, quæ fiunt? Venit ad Marcellum homo quidam motus à supernis, & donat eum nonaginta talentis. Ille autem eum qui susceperat dispensationem, arguens, vt par erat, vt qui non recte esset vsus dispensatione: Ecce, inquit, ô pater, quantum ex tua parcitate nobis ... effecisti enim, vt totidem centalentis nobis minor esset, quam erat futura donatio. Cum enim essemus accepturi decuplum eorum quæ dedimus, propterea quod vnum dare noluisti, ijs quæ postea accepturi eramus, decem priuati sumus. Sed hoc quidem fortasse fuerit euidens argumentum, non solum quod prævideret, sed etiam quod non oporteat esse solicitum de futuro, & quod magna fuerit eius in egenos benignitas.

Liberalitas eius in tres Episcopos.

Obiurgat œconomi sui tenacitatem.

XVI. Qvoniam autem de prophetico eius dono parum quod significauimus, tempus est, vt bibamus etiam de fonte curationum. Quidam ex monachis nomine quidem Elpidius: morbo autem erat implicatus, qui omnem spē superabat. nam totum quidem os eius grauis vlcus depascebatur: tota vero ea pars, quæ linguæ subest, habebat ingentem, qui excreuerat, carnis tumorem: quod quidem ei reddebat mutum & inane instrumentum, & hoc accedebat intolerabilibus illius doloribus, quod nec ipsos quidem dolores posset enunciare. Ambo autem hæc, vlcus, inquam, & tumor, cum probrum etiam & dedecus accepissent, efficiebant vt mors esset et optanda. Hic ergo cum accedente aliquando sancto, toto pectore ingemuisset, & vix esset locutus, tantum dixit: Hei mihi, me nunc despicit magister. Ille autem tantum abeat, vt despiceret, vt statim commotus sit ad preces, & clementiæ lachrymas ex oculis emiserit. Deinde cum tumorem & vlcus tetigisset, hoc quidem sinat, illum vero facit euanescere: & os ei purum reddit & mundum, & aptum vt aliοqui loqueretur absque vllo impedimento, & esset ei vtile instrumentum ad agendas gratias.

Tactu & precibus sanat morbum homi-dum.

XVII. Qvidam alius monachus, nomine Stephanus, qui secundum naturam quidem admittebat alimentum: vt id autem per naturalem exitum procederet, hoc minime habebat: extremis cruciabatur doloribus. Cum ars autem medendi circa eum diu esset versata, dolores quidem augebat vulnerum acerbitate: quæ vero sunt apud eos clisteres & purgationes, probabat esse inania, studiumq; & operam frustra ei contulit. Cum ergo videretur malum inexpugnabile, & non multum abesset, quin is dissumperetur, id renunciant Marcello. Ille autem precatus quidem est, vt consueuerat. cum vero venisset ad laborantem, partimq; quidem ventrem manu tangens, partim autem dorsum, tanquam propellens, & ad inferiores partes agens materiam, illi quidem concessit progressum, qui est secundum naturam: viro autem, vt ea liberaretur, & vitam ageret sine molestia.

Aliam periculosam laborantem curat.

XVIII. Porro autem is quoq; qui paulo ante dictus est Iulianus, qui conuictus fuit non recte dispensasse, licet prius donum perspicacitatis, ita etiam Marcelli curationum donum fuit expertus. Iam is quoq; morbo laborabat, qui & medicina, & omni precatione erat, vt ille putabat, superior, & citra vllam dubitationem mortem minitabatur. Accersitum autem rogat adesse Marcellum, non vt acciperet curationem, (nam hoc ne sperabat quidem) sed vt ei decedenti preces concederet viatica. Ille vero cum accessisset, primum quidem eius medetur animæ. Ne, inquit, ô fili, ita humiliter & abiecte & tam humano more de Deo sentias, neq; rebus nostris metiare res illius. Nam nostrum quidē aliquis, hoc quidē fortasse potest, illud vero minime: Deus autem omnib. & magnis & paruis ex æquo est potentior.

Quomodo

Quomodo ergo nos quidem paulo ante pusillum & sordidum animum, Deus vero suam ostendit munificentiam: ita etiam in morbo existima, illum præclare, vt Deum decet, omnia & magna virtute facere: quin etiam nobis data venia incredulitatis, largietur salutem. Cum sic dixisset, animæ curationem corporis quoq; sanitas est cõsecuta: adeo vt postea cum non tam temere vixisset, sed vt eum decet, qui est Dei amicus, fuerit sacerdos, dignus Marcelli doctrina & sacerdotio. Sed quale est hoc, quod sequitur? quam est incredulis quidem valde terribile, apud fideles autem in magna habetur admiratione.

Item alium resti[tuit] [...]nimus sperantem.

XIX. Vir quidam, qui laborabat morbo sectæ Samaritanorum, laborabat corporis morbo immedicabili. In eius enim corpore erat cancrosum vulnus. Vnguenta autem, & medicamenta, & quæcunque ab arte adhibebantur, conuincebantur nihil posse. Ad extremam itaq; spem adspexit Marcellum, & cum ad eum venisset, statim eum cogit precibus. Ille autem, & quisnam esset, rogauit, & vnde, & quænam ei esset religio. Omnino vero hæc non fecisset, nisi ad eius adspexisset animam. Cum ille autem dixisset, se quidem esse Samaritanũ: polliceretur vero, quod si morbo liberaretur, & protinus suam mutaret opinionem, & ad Christianorum lubens accederet sententiam: precatur senex, & preces consequitur sanitas. Cum ergo statim edidisset confessionem, & viam rectam esset ingressus, nondũ quatuor diebus præteritis, statim ad priorem reuertitur falsam religionem. Canis, aiunt, ad vomitum. Quomodo autem fidei rectitudine curatio corporis, ita vitiosa fide morbus est accensus. Hæc vero nequaquam latebant Marcellum: sed cum rursus ad ipsum redijsset Samaritanus, ei quidem exprobrat mutationem: rursus autem ignoscens, morbo medetur. Cum vero iam bis & ter sæpius, corporis quidem morbus cessasset, reuersus autem esset morbus animæ, & illum rursus reuocasset, Christus est, inquit, qui te curat, non ego. Tua vero de opinione pacta conuenta, non mecum, sed cum illo fieri existima, quem nemo latere potest, neque decipere. Omni ergo deposita fraude & impostura, puram illi confitere religionem, & certo scias fore, vt pure carnis sequatur curatio. Cum autem ille infelix & amens dixisset, se, quicquid accidisset, nunquam posse patriam relinquere religionem, ipse quidem abijt nihil locutus: Ille vero infelix cum parum processisset à monasterio, & violentius morbus cum esset aggressus, duplici, proh dolor, morte moritur, nempe carnis & animæ. Hæc cum magnus ille audiuisset, & lachrymas emisit, rem esse luctu dignam arbitratus: & hoc solum dixit, Non tentabis Dominum Deum tuum: tanquam propter illum dans præceptum omnibus.

Iudæum sanat, isque credit in Christum. Redit mox ad vomitũ, & morbus redit: idque crebro fit.

Perfidus Iudæus infeliciter perit.

Deut. 6.

XX. Nobis autem conuertenda est hæc oratio ad aliam fidelis hominis curationem, quæ vt fuit celerrima, ita etiam iucundissima. Quidam nomine Cyrus, prius quidem corpore robustus, & ad pugilatum valde bonus, postea autem inter monachos quoque admirabilis: hic ergo cum paulo ante subijsset monachatum, tanquam alius Iob, malo vlcere percutitur à maligno. Totum enim eius dorsum grauiter ferit vulnere. Id autem desuper à collo incipiens, & carnem totã depascens deperdidit, & quæ sub ea erant, ossa pure nudauit. Acres vero, & qui verbis exprimi nequeunt, dolores hominem penetrantes, neque rectum stare, nec accumbere, sed neque sedere sinebant sine cruciatu. Hic ergo, omnibus & medicis & artibus præteritis, ad Marcellum solum, & per illum ad Deum confugit, & ab eo petit curationem. Ille autem cum manus & mentem statim in altum sustulisset, & vt solitus erat, orasset, deinde manu vlcus tractans: O vir optime, inquit, te quidem ab his non oportet superari. Neque enim eum, qui pugnat cum ijs, qui non sunt adspectabiles, oportet gerere curam carnis. Sed confide. Nam si tibi altissimum posueris refugium, fugiet hæc plaga à tuo tabernaculo. Dictum factum, & omnia simul protinus videbantur, ossa, carnes, pellis, illa quidem recta, hæ vero repletæ: pellis autem extensa: doloresq; cessauerant: adeo vt in eo propemodum impletum fuerit factum prædictum Ezechielis: Adspexi, & ecce super ea nerui & carnes nascebantur: & pellis super ea ascendebat.

Iob 2.

Repentina curatio morbi immedicabilis.

Ezech. 37.

XXI. Qvod autem non solum præsens hic vir diuinus, sed etiam absens similiter faciebat miracula, declarabit id quod sequitur. Cuidam vero, Eugenio quidem nomine, Diacono autem sarta authoritate, vxor parturiebat. Cum vero adesset tempus partus, vehemens eam inuasit febris. Atque erant quidem acres dolores, febris autem violata: ociosis itaq; esse obstetricib. licebat & medicis, & vna spes deinceps erat Marcellus. Et sanctus quidem orabat: Eugenius autem eius pedes prænsabat, qui ei omnia simul dicit, partum, inflammationem, super nouaculæ, vt aiunt, aciem stare mulierem. Quid deinde? Cum panem benedixisset magnus ille Marcellus, ei donat, & iubet eum poni supra pectus mulieris. Ille vero fecit, quod ei imperatum fuerat: & protinus infans egreditur ex vtero, & febris e corpore. Illa autem tanquam ex fossa aliqua aut ex inferis esset reuersa, Vbi est, inquit, qui mihi adfuit monachus, & me curauit? Vbi est, inquit, qui meam animam extraxit ab inferis? Cum autem interrogaretur, quisnam & quali forma is esset, statim omnia retulit, figuram, capillos, vestem, formam, & omnia descripsit oratione: adeo, vt vel ij, qui non erant admodum sapientes, intelligerent illum ipsum esse Marcellum admirabilem. Atque illa quidem ex Marcello vel absente tantum fructum est consecuta, vt per ipsum & vixerit & pepererit.

Obserua vim panis benedicti.

Qvid vero Eudoxius, qui ipse quoq; non paruus, & non parua est consecutus, nec eiusmodi, vt sint leuiter consideranda? Sed fuit ille quidem vir, qui se exercebat: sed erat ei totum corpus relaxatum, & solutæ erant omnes eius compages: precibus autem & lachrymis magni Marcelli. & adstricta fuit membrorum solutio: & quod est longe maius, qui paulo ante iacebat in lecto, missus est vt seruiret alijs. Quod vero Angeli quoq; simul erant cum Marcello, & maxime cum ad se preces accederet, declarabunt quæ mox sequuntur. Quidam Sergius, qui ipse quoque præerat gregi capaci rationis, & ad flumen habitabat Euphratem, illuc quoq; fama veniente de Marcello, efficitur ardés amator illius virtutis. Cum autem fama illius magis cresceret, ad eius quoque conspectum venire desiderat. Itaque postquam venit, & rem ipsam experientia inuenit esse fama maiorem, precatus est ipse quoque cum Marcello, stante ad orationem. Cum ergo ille inclinaret caput, & genu flecteret, ille quidem iacebat: hic vero videt illud admirabile, duos quosdam veste candidos, forma vero coruscantes, Angelos scilicet vtrinque stantes, & eum humo tollere & subleuare. Atque statim quidem vultus eius, duce tanquam fulgure est illustratus: admiratione autem perculsus fuit eius animus, voxque est ei ablata, & manebat sudore, & propemodum deductus est ad mortem: adeo vt qui aderant, nihil ex ijs quæ ille videbat, videntes, mirarentur & dubitarent, & virum interrogarent cum stupore. Cum autem audiuissent, non minus quidem admirati sunt Marcellum propter suam in Deum fiduciam: Deum vero, propter ineffabilem charitatem in homines.

Eudoxij curatio.

Visio Sergij Abbatis circa S. Marcellum.

XXII. Ex his & similibus tantus fuit omnium amor in Marcellum cum admiratione, vt instar rei alicuius diuinæ, per eius nomen iusiurandum conciperent, non solum alij, sed etiam primi ex ijs, qui se exercebant: & vel illum solum videre, magnum esse ducerent, & de quo esset acriter contendendũ. Cum ab Eliseo aliquando, qui monasterio, quod erat in Dessa, præerat, & virtutis magnam ducebat rationem, ex Marcelli discipulis fuisset quidam hospitio acceptus (erat autem ei nomen Petrus) hic ergo postquam deductus fuit ad sermonem, & multum versatus est in laudando magistro suo apud Eliseum: Superuacaneum est, inquit Eliseus, ô frater, de Marcello apud nos producere orationem. Nam ego horum tibi ero testis idoneus etiam apud alios: qui de eo multum Deum precatus, & eius virtutis noui altitudinem, & animi motiones: quin etiam ipsam formam eius corporis. Cum hæc audijsset Petrus & miratus fuisset, reuersus est: & sancto omnia narrauit, rem quidem faciens importunam & molestam ei, qui à gloria captanda adeo erat alienus: narrauit tamen. Narrationi autem intererat etiam quidam Pontifex, sed inops & egenus rerum ne-

Eliseus Abbas diuinitus discit & virtutes S. Marcelli, & formam corporis.

 cessaria-

ce lariarum. Atq; magnus quidem Marcellus, qui laudes non minus ægre ferebat, quam probra, [illegible] sum eius orationi: petit autem, cum sciret eum habere, vt det ei mutuo duos aureos, vt pauca largiatur [illegible]

Prædicit cellario suam mortem.

le vero cum esset valde parcus, eos dare recusauit. At non longo ab hinc tempore, inquit magnus [illegible] pus remanebit: sed id quidem sepulcrum, aurum accipiet commune monasterij. Nondum duo dies præterierant, & ille quidem vitam finijt, pecunias vero accepit commune. Atq; multa quidem fortasse conijcerent homines, in multis autem etiam aberrauerint, si hoc tentent quærere, vtrum quidem æqualis, quonam autem inferior, & quonam superior fuerit sanctus. Deus vero ne hoc quidem reliquit obscurum. Quomodo autem, ijs qui volunt, iam significabit oratio.

EST quædam ciuitas, quæ nomen accepit à Pompeio: incolitur autem ad Pontum Euxinum. In ea vir quidam præfuit monasterio, nomine quidem Gaudiolus, plenus autem diuino spiritu & repletus gratijs. Cum eo propter aliquod negocium congressum Thalassius, (erat vero hic quoque vnus ex magni Marcelli discipulis) hic ergo cum aliquando vidisset Gaudiolum, iuste quidem, irascentem tamen in aliquos sui gregis, & cum prius reliquissent, reuertentes ipsos non admittentem, petijt vt admitterentur: & exemplum dedit, quod erat propinquum, Marcelli mansuetudinem. Is autem ei statim dixit: O vir præclare, non est idem Gaudiolus, quod Marcellus: sed quantum intersit, hinc scies. Nam cum Mosem posueris, et etiam oppone Marcellum. Deus enim mihi ostendit euidentissime, quod quæcunque legislatori, ea etiam inspirauit Marcello. XXIV

Gaudiolo Abbati à Deo reuelatur S. Marcelli excellens virtus.

NOS vero alia quoque adijciamus: non vt virum ex his recte videamus, sed ne pulcherrimis priuemur narrationibus. Quidam discipuli ab eo aliquando missi ad Euxinum, retro nauigare statuerunt. Cum autem, vbi terra soluissent, nocte tota fretum secassent, defessi priusquam mare transmisissent, appellunt in quendam locum valde asperum, & in quo nauibus nullus erat portus, nec fida statio: cumque ventus spirasset vehementius, fieri non poterat, vt salui essent. Atque illos quidem somnus opprimit: ille autem apparet vni eorum dormienti. Paret is visioni, parent etiam reliqui: soluunt nauem, à loco illo recedunt, in ostium ponti nauigant: & cum in tuto essent, caligo occupat aerem, & procella pontum furore agitat, & ita insurgunt fluctus, & mare conturbatur, & naues obruuntur, vt aer quidem fletibus, mare autem esset impletum naufragijs. Alij alias mittebantur ad Orientem, & Marcelli adiuti precibus, tunc quidem nauigarunt: cum vero visum eis esset reuerti, in terram appulerunt: & alios quidem sanos accepit ciuitas Ancyra: Paulum autem vnum ex his, grauis morbus inuasit. Comitibus autem illum quidem ægrotantem relinquere erat impium: vt eum vero secum ducerent, fieri non poterat: vt illi autem rursus cum eo manerent, erat valde difficile. Ille valde suspirans & eiulans, Vbi sunt, inquit, ô pater Marcelle, tuæ preces? Nam tu quidem me Deo commendasti, ego autem iam pereo. Neq; hoc quidem mihi graue, sed quod extra tuũ gregem, & procul à meis fratribus. Hæc ille quidem dixit Ancyræ cum lachrymis: ille vero cum esset in monasterio, audiuit. & statim Paulus quidem conualuit: magnus autem Marcellus accersito Cæsario, iussit horam signari: Vnus, dicens, ex fratribus, qui est procul à nobis, & est graui morbo oppressus, asserit se nihil accepisse vtilitatis ex mea ad Dominum cõmendatione. Sed prope est Dominus omnibus, qui eum inuocant in veritate, & eorum qui ipsum timent, faciet voluntatem, & eorum preces exaudiet, & ei dabit salutem. Hæc is quidem descripsit: ille vero conualuit, & reuersus est. Ostendit autem scriptura, & eadem hora inuentum est, Paulum conualuisse Ancyræ, & Cæsarium scripsisse in monasterio. XXV

S. Marcellus apparet cuidam in somnis.

Sanat Paulum monachum infirmitate laborantem, absens.

Psal. 144.

Ingens fames.

DIVS aliquando terram vexabat fame, eaque fame, qua nescio an vlla vnquam fuerit deterior. Monasterij XXVI autem horrei Præfectus Malchus, qui frumentum suppeditabat pistoribus, postquam vniuersum fere consumptum fuerat, (sufficiebat enim ne ad totos quidem decem dies, & necesse erat fame perire monachos) accedit ad præclarũ Marcellum, & ei renunciat frumentum esse consumptum. A quo audiuit, vt faceret quæ consueuerat, & hoc ei nulli esset curæ. Ille arbitratus eum sperare aliunde soluendam esse inopiam, absq; vlla solicitudine suppeditauit sicut consueuerat. Quinque deinceps dies præterierunt: & cum nihil euenisset eorũ quæ sperabat, rursus dicit, & ei causam reuocat in memoriam. Audit vero eadem. Postquam autem ad alios quoque duos consumpsit, & non multum abesse videretur, quin esset vniuersum consumptum, ille quidem rursus accedit conturbatus: Marcellus vero statim accedens ad horreum, parturiens id statim implet, & incipit parere: & quod est admirabile, & omnem superat rationem, quandiu dictus quidem Malchus metiebatur, frumentum videbatur diminui, & minari futuram mox egestatem. Cum autem postridie ingrederetur, eadem magnitudo erat & idem cumulus: & apparebat perinde, ac si ne parum quid ablatum esset pridie. Quod vero hæc non essent deceptio oculorum, fidem facit tempus. Tandiu enim frumenti fuit hoc admirabile augmentum & acceptio, quandiu mansit grauis illa & infinita fames. Sed his quidem ostenditur, sanctum & nutrijsse viuos, & conseruasse eos, qui erant in periculo. Quemadmodum autem se gesserit sanctus in excitandis mortuis, & fugandis dæmonibus, statim dicetur.

Miro modo vir sanctus auget frumentũ.

ÆGROTABAT quidam, & in lecto decumbebat, nomine Paulus, habitu monachus. Is cum extremum iam duceret spiritum, mittit ad sanctum, & rogat vt veniat. Postquam autem, via confecta, qui missus fuerat, venit ad monasterium, & fuit coram magno Marcello, quoniam ille tunc de rebus disserebat grauib. & de sacris tractabat dogmatibus, contendens cum Antistite Chalcedonis, & qui missus fuerat, est reuersus, & qui ægrotabat, erat mortuus. Cum ergo iam peracta essent, quæ fiunt mortuo, & paratus esset ad efferendum, (hoc autem non alia de causa prouisum fuerat à superis, quam vt maiorem casum, & maius miraculum, & Marcelli virtutem maiorem ostenderet) vbi factus fuit disserendi finis, venit ad ægrotum: & cum illum vidisset mortuum, & iam paratum ad efferendum, motus quidem est animo, & ex eius genis fluebant lachrymæ: neq; remisit tamen suam ad Deum fiduciam: sed cum manus simul & oculos & animam ad eum sustulisset, est aliquandiu precatus. Deinde non septies quidem inspirat, sicut olim zelator Elias: sed solum manum imponit mortuo. Qui autem aderant, aliam eum velle putantes, & non vt mortuum tentare, dicunt: Est mortuus. Simulatque vero illi hoc dixerunt, surrexit mortuus: vidensq; ostensus est & loquens, & eorum, quæ illic erant, meminit spectaculorum. Sic ille, qui, si audendum sit dicere, vel Sole clarior appareret, nolebat, quod ad se attinebat, multis apertum fieri miraculum: sed & ei qui surrexerat, & ijs qui adspexerant, sicut meus Iesus, præcipit silentium: tantum adferens studium fugiendæ gloriæ, quæ est ab hominibus, quantam ipse erat à Deo consecuturus. Quocirca nec permisit vt lateret id, quod factum fuerat, is qui gloria semper circundat eos, qui ipsum glorificare voluerunt. Nam qui ea suis oculis adspexerant, eius iussa parum curantes, cum nec vellent celare, nec alijs tantum bonum inuiderent quæ viderant, ad multorum aures transmittunt: nec hoc ipsum quidem celantes, quod cum rem tam magnam fecisset, eos iusserat silere. XXVII

Tractat vir sanctus de sacris dogmatibus cũ Episcopo Chalcedonensi.

3. Reg. 18.

Mortuum excitat, iubetque habeti rem tacitam.

Mat. 1.

2. Reg. 2.

OPORTET autem eius quoque virtutem ostendere aduersus dæmones. Attulerunt ad eum aliquando quatuor XXVIII simul dæmoniacos, quos sæuissimi & pessimi inuaserant dæmones. Et ille quidem precatur: illi autem statim cœperũt insanire. Atq; primum quidem in eum loquebantur blasphema, & homines vehementer conturbabant. Deinde cũ preces magis vigerent & inualescerent, illi etsi non viderentur plagas accipientes, dolores in publicum proferunt, & clamare incipiunt: Iube nos exire, quoniam in nos accepisti potestatem: insidiose quidem illi hoc & maligne. etenim ostendent hæc, quæ deinceps sequũtur. Cum itaq; intellexisset insidias magnus Marcellus, neq; conuersus est ad id, quod

Quatuor dæmoniacos sanat.

quod dictum fuerat, neque eos increpauit: sed ad cœlum solum intuens, perseuerabat in oratione: & nihil aliud quam, Serua tuum figmentum, ô Christe, diu rogans dicebat. Et illi quidem rursus rogabant, vt iuberet: ille autem non obtemperabat, sed in eos diuinam virtutem inuocabat: sicque expulsi sunt, & viri simul liberati sunt à plaga. Cum autem causam rogarent, qui tunc aderant, cur dæmonibus se cessuros confitentibus ab initio nihil præcepit, ille respondit: Quoniam dicentes me in eos accepisse potestatem, non aliud agebant, quam quod vanæ gloriæ laqueis me conabantur implicare. Et illorum quidem quatuor virorum res ita se habuerunt. Paulo post autem Lazarus quoque quidam, qui corripiebatur furore dæmoniaco, & linguam diu ore exertam & pendentem habebat, sicut canes, & spumam deinde expuebat, eandem quoque consecutus fuit curationem. Nam cum primum cum sanctus benignis vidit oculis, & precatus est ei suæ plagæ curationem, statim conspectus est sanus, & liberatus est à dæmone, qui eum occupabat. Et quid opus est illius cuncta dicere? Facilius enim est stellas numerare, aut maris fluctus metiri, aut aliquid aliud aggredi, quod fieri non potest, quam illius res omnes inuenire. Verumenimuero pauca quædam de illius etiam moribus adducenda sunt in medium, vt sciamus, quod à quo hæc gerebantur, illa quoque ei omnino debebantur: & simul quæ in longum producitur oratio, varietate vitabit satietatem.

Præclare eludis fraudem malignorum dæmonum. Alium curat dæmoniacum.

XXIX. Hic magnus Marcellus cum alijs bonis quæ habebat, sanctorum quoque reliquiarum tenebatur magno & vehementi amore, eas existimans esse dona cœlestia, & reuera plurimi facienda: & qui aliquid tale ad eum deferebat, appellabatur seruator & benefactor, & videbatur esse missus ex ipsis cœlis. Deus itaq; qui in hoc prompto & alacri animi studio ei opem ferebat, multos ex multis locis adducebat, qui hunc eius amorem consolarentur, & dona quæ erant maxime optanda, offerebant ei tanquam amico: partim quidem ex Persis, partim autem ex Illyrico, partim ex ijs, quæ erant vbiq; regionibus. Ille vero quemadmodum, & cum quanta sua delectatione, & cum quanto honore & reuerentia ea excipiebat: simul quidem hinc ostendens suum amorem in communem Dominum, eorumque mortem laudans & beatam prædicans, & similem, si fieri potuisset, cupiens consummationem. Quale autem esset eius desiderium sciens Deus, & volens ei gratificari, ei sæpe prius ostendit, & prius significauit, hoc aut illo die venturum aliquem, qui ei sit allaturus ea, quæ desiderat. Ille vero & ipse se præparabat, & curabat vt esset totus eius grex paratus, & ita vehementi ardentiq; motu cordis, & supinis, vt aiunt, manibus preciosas suscipiebat reliquias. Verumenimuero ne hoc quidem æquum est prætermittere. Ad eum venit aliquando quispiam, & quasdam ei sacras tradidit reliquias, dicens eas esse martyris Vrsicini. Ille autem magnifice quidem eas excepit, & consuetum eis festū celebrauit. Cum vero staret ad preces nocturnas, talis eum subijt cogitatio, ne qui hoc donum ei attulerat, de eo esset mentitus, & non essent reliquiæ martyris Vrsicini. Simulatque hæc cogitauit, quidam ex ijs, qui vna cum eo fungebantur officio, tanquam à Deo afflatus accurrens. Ne temere, inquit, ô pater, dubites. Magni enim Vrsicini hæ sunt veræ reliquiæ. Ita diuina prouidit gratia, vt curaretur quod is animo dubitabat, ne dubitatione eius ardor frigesceret. Atque hæc erat quidem eius diligentia in parandis reliquijs.

Plurimi facit Sanctorum reliquias. Eas alioqui allatas accipit summo studio.

XXX. Divitias autem & pecunias ita despiciebat, vt & quæ præcessit, & quæ nunc sequitur, apertius declaratura est oratio. Nam cum Marcellus ab initio omnes reliquisset facultates, atque adeo ab ipsa etiam domo discessisset, & qui erat ei frater secundum carnem, accepisset illius hæreditatem, & paternorum omnium bonorum effectus esset dominus, & tota sua vita eis esset vsus, is cum esset moriturus, relinquit Marcellum hæredem omnium suarum diuitiarum. Ille autem ea, quæ sibi relicta fuerant, non solum sua non esse duxit: sed nec ijs vtendum sibi censuit ad cōmune monasterij. Hinc cum monachi peterent, vt agrum emeret, ille eis dixit se nullum nosse agrum vberiorem & fertiliorem, quam spem in Christum. De bonis ergo paternis quid statuit, & de ijs, quæ ad illum pertinebant, quonam modo prouidit? Ea consumit, offerens alijs monasterijs, quæ laborabant inopia, tam virorum quam mulierū. Et hæc quidem illis adimunt egestatem.

Pecunias plane contemnit & opes. Patrimonium suum dat alijs monasterijs.

XXXI. Qvæ vero fecit in magna Dei ira, in qua totam ciuitatem, Constantinopolim, in quam conseruauit, quis sustinuerit quidem silentio prætermittere? Quis est autem adeo tardus & hebes, qui non cupiat audire? Magno illo Leone imperij sceptra administrante, in hac ciuitate oritur incendium, & incendium eorum, de quibus vlla fit mentio, maximum & sæuissimum. Cum autem iam incepisset calamitas, de ea auditione accipit magnus Marcellus: & cum statim cœlum suspexisset, & multum lachrymasset, diuidit supplicium: imo vero maximam eius partem alleuat. Nam partem quidem ignis eius extinguunt lachrymæ: altera vero pars relicta est Byzantinis ad disciplinam, existimatum enim fuerat fore, vt totam depasceret ciuitatem. Ille vero cum partem quidē repressisset, partem autem præsciuisset, Hei mihi, dicit tristi voce. Dolebat enim, quod non totum cessare fecisset, sicut magnam nostrorum peccatorum multitudinem: & quod visum esset Deo, serpere ignem à mari vsque ad mare: & tanquam telum, medium quidem dissecare: ab ijs autem, quæ sunt ex transuerso, abstinere: quod etiam factum est. & ignis cum accepisset initium ab eo, quod dicitur Neocorium, instar cingali totam cinxit ciuitatem: cessauit vero ad mare, quod est ex aduerso, veluti ostendens, quod is quidem peruasisset ciuitatem, ad hoc autem redactus esset per Marcellum.

Anno 465. Constantinopolis ardet. De hoc incēdio Marcellin. in Chron. & Acta Danielis Stylitæ 11. Decem. cap. 17. Ignem suis lachrymis extinguit S. Marcellus.

XXXII. Cvm duorum adhuc aut trium meminerimus, reliqua linguis aliorum, prout potuerint, dicenda relinquemus. Et primum, quam ingentes essent ei spiritus, qui in potentes quidem deprimi non poterant: in eos vero, qui erant modesti ac moderati, facile inclinabantur. Ijs autem, quibus fiebat iniuria, erat adiutor inuictus. De Ardaburij & Aspatis, quæ erat illo tempore, potentia nihil est dicendum: neque de crudelitate æquali potentiæ, atq; adeo maiori. Hic ergo, qui erat adeo potens & crudelis, Ardaburius irascebatur cuidam ex ijs, qui erant in eius potestate, nomine Iohanni. Ille vero omnibus alijs, atque adeo ipso Imperatore præterem illis, vt qui non essent satis potentes, vnum nouit refugium Marcelli tabernaculum: & id subit, & sub eo latet, tanquam sub aliquo tuto propugnaculo. Ille autem cum resciuisset, petebat, ad ipsum mittens, hominem sibi tradi. Cum vero non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit: missisque militibus, qui & viribus valebant, & erant multi numero, iussit quærere eum, qui confugerat: &, si non pareret, vti armis. Atque ille quidem cum sic iussisset, eos dimisit. Illi autem profecti, & verbis, vt iussi fuerant, vsi, quoniam non parebat, monasterium circumsidebant. Hæc facta sunt vespere: Magnus vero Marcellus rogauit eos, an vellent manere, & se eis dixit alimenta daturum. Cum autem mansissent, suppeditauit alimenta. Et res quidem ita transijt vsque ad vesperam. Cum nox autem aduentasset, qui foris quidem erant, enses iam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes & audientes, sanctum circūsistentes, pro ensibus eum verbis feriebant: Quid ergo, dicentes, tibi omnes propter vnum peribimus? idq; morte violenta & acerba? & tuis filijs erit tibi præferendus externus? & tibi à fundamentis cum templo peribit monasteriū? Non dimittes, nō cito præbebis eum, qui quæritur, qui malis huc peruenit pedibus? Cum sic per totam noctem eū & hostes & amici etiam acriter inuaderent, tempusq; frustra contereretur, & supplex non traderetur, mane autem statuissent milites vti gladijs, & iam essent aggressuri, tunc Christi athleta suam contra obiecit potentiam. Eis vero præter opinionem apparet aduersaria, non phalanx quidem, sed diuina quædam & cœlestis potentia, in orbem ab igne circumscripta, & arma inexpugnabilia, nempe Crucis Christi imaginem in medio referens, longe magis refulgētem, quam ignis, qui erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat ex ipso fastigio monasterij, emittebat grauia tela aduersus milites: quæ quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non solum non sisteret, sed ne

Ardaburius & Aspar Ariani, iubente Leone trucidati sunt. Vide Niceph. &c. Eius monasterium ab hostib. circumsessum. Milites Ardaburij diuinitus ter-

Terrorem & [illegible] S. Marcelli monasterium versant.

sed ne ea quidem contra intueri possent, gladios in terram proiecerunt, & ipsi ceciderunt, & voces [illegible] candum accommodatas, prout vnusquisque poterat, emittebat. Quæ cum ij, qui erant [illegible] sus, [illegible] perunt, & fuerunt ipsi quoque testes miraculi, quod cum [illegible] erat præter opinionem. Hoc effecit, vt [illegible] daburius suorum motuum obliuisceretur: & causa fuit, vt [illegible] sententiam benignus videretur, [illegible] in Ioannem remissa.

Visio S. Marcelli.

Prædicit [illegible] Asparis & Ardaburij.

C V M in Ardaburij inciderim mentionem, illius quoque meminero, quemadmodum vir ille diuinus [illegible] quoque [illegible] vitæ exitum prædixerit. Cum se post orationem somno aliquando dedisset, ei apparuit visio [illegible] erat huiusmodi: pugnabant inter se leo & draco. Sed draco quidem cum esset ingenti magnitudine, cauda [illegible] verberabat & torquebat: leo vero dolebat quidem, & ad se cauda defendendum excitabatur, & draconem [illegible], inaniter depugnabat, & cum nihil lædebat, quousque ipse quidem defessus plagis, humi totus iacebat afflictus & imbecillus. Deinde cum se rursus paulum recreasset, & veluti à quodam somno surrexisset, magno & vehementi impetu in draconem insilijt, eumque pronum in ventrem prostrauit. Hoc cum diuinus vidisset Marcellus, & accuratissime coniecisset, prædixit haud ita diu post Asparem & Ardaburium esse cum toto genere interituros ab Imperatore. Sed hæc quidem postea. Quæ autem interim facta sunt, sunt huiusmodi. XXXIII

Anno 469. Inimicitiæ inter Leonem Imperatorem & Ardaburium. Vide Baro.

Asparis familia Arrij dogmate corrupta.

C V M multa accidissent inter eum & Imperatorem, quæ inter se inuicem inimicitias alebant & suspiciones, ex XXX vtrisque quidem natum est odium: cum autem vtrinque magnum à se inuicem immineret periculum, neutri vero eorum factus esset victoria, conuertuntur ad communia [illegible] fœdera: nempe, vt Asparis quidem filius, frater autem IV Ardaburij, cum duxisset vxorem filiam Imperatoris, Cæsar crearetur. Hoc autem qui accepit, est alius, vt dixerit quispiam, Subimperator. est enim ei & aurata purpura, & alia insignia imperij, nisi solum, quod aurea corona non habet omnia signa imperij. Itaque accepta hac dignitate, cum viuente quidem Imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipse primus & solus accepturus imperium, & tanquam debita sibi sceptra sumpturus. Ea res vero non parum conturbabat Ecclesiam, si rursus sit imperium Arrianus inuasurus. Aspar enim, & eius filij, & tota domus, Arrij insaniam mirandum in modum amplectebatur. Cum itaque essent pleni tumultu, communiter conuenerunt, & ducibus Geladio & Marcello venerunt in Hippodromum, vt ab inhonesto & indigno hoc cœpto arceret Imperatorem: qui ipse quidem ad hoc quoque erat prompto & alacri animo, sed cedebat tempori Asparis & Ardaburij. Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque Deus ostendit Ducem: & tantum inter [illegible] inter Marcellum & alios sacerdotes & Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Imperatorem: atque adeo, si velis, inter militem & Ducem, hoc fuit eu[illegible] signum. Nam inter ambulandum, videbant ij qui digni erant ea videre, iuuenem quidem statura maximum, forma vero pulcherrimum, & zona cinctum aurea, adspectu quidem tam candidum, vt niuem videretur superare: tam lucidum autem, vt luce coruscaret. Læna vero ei erat & tunica, eaque [illegible] candidior. Eam ergo videbant à sinistris simul cum magno Marcello ambulantem, veluti quendam satellitem, simul terribilem, & manum veluti supponentem, sustinuisse senem, & cum maxima reuerentia non destitisse ei inseruire. Cum autem ingressi essent in eum locum, in quo solebat sedere Imperator, erat quidem sic quoque Marcellus omnia ijs, qui erant Ecclesiæ, quinetiam ipse quoque libere loquebatur ad Imperatorem, & illis addebat animum, & quodammodo eos adhortabatur ad certamen pro Christo suscipiendum. Atque illi quidem cum omnia effecissent propter quæ venerant, quæ quidem erant, vt Asparis filius aut rectam disceret opinionem, aut nec dignitatem Cæsaris acciperet (hæc enim eis pollicitus est Imperator) [illegible] tantes exierunt. Ille autem rursus adolescens, & altissimus, & splendidissimus, visus quidem est adhuc adesse & versari cum Marcello: Cum vero eum deduxisset vsque ad portas, de [illegible] [illegible] ex oculis. De quo nullus dubitauit ex ijs qui aderant, sed euidens sunt omnib. cum fuisse Dei ministrum, virili hac [illegible] indutum, qui missus fuerat, vt esset custos & satelles Marcelli. Sed ab eo quidem fuit habitus in tanto honore. Haud ita multo post acceperunt finem ea, quæ is prædixit. Ardaburius enim simul cum patre & fratre, & alijs non paucis ex ijs, qui erant eiusdem sententiæ, cum ebibisset vltimam fæcem iræ Domini, raptus est ab hominibus, leoni draco, Imperatori iuste traditus impius.

Custos & satelles S. Marcelli Angelus Domini.

Ardaburius perit cum suis. vide Baro. ann 471.

Magna perfectio Luciani.

V N V M adhuc restat conueniente meæ promissioni: quod vbi adiecero, finem imponam orationi. Lucian' XXX quidam Constantij filius, vir qui multum poterat consilio, dispectis humanis omnibus, monasterium ingressus, V. breui tempore per Marcellum multos eorum, qui consenuerant in exercitatione, longe à tergo reliquit: quem dicunt à nullo vnquam esse visum nec irascentem, neque multa loquentem, sed neque vlli præbentem iræ occasionem. Is, quando bonus pater Marcellus excedebat, adstans, & plusquam alij lachrymans, rogabat hanc sibi dari gratiam: ea autem erat, ne eum despiceret hic solum, neque sineret eum esse ipsi longo tempore superstitem. neque enim se posse amplius recte viuere: sicut neque nauem tuto nauigare, quæ amisit gubernatorem. Et ille quidem hæc: Marcellus vero cum vidit eum magna affectum tristitia: Esto, inquit, bono animo. Nam cum ego excessero, tu quoque consequeris, & insistes vestigijs eius, quem desideras. Cum sic dixisset, paulo post finem accepit, quod dictum fuerat. Nam cum ille decessum ægre ferret, & totos deinceps quinque dies & noctes ad tumbam magni Marcelli mansisset, post illum mori, vitam, sine eo autem superstitem, mortem acerbam existimans, ad eum in somnis venit magnus Marcellus, conuersus ad sepulcrum: &, Cur, inquit, te afflictas & quereris de tarditate, & non credis? Ego Deum pro te precatus, effeci id quod tibi expedit, & statim ad me venies. Fuit ita: & tertio post die è vita excedit Lucianus, cum solos octo dies fuisset magno Marcello superstes.

Post obitum prædicit S. Marcellus. [illegible] Marcellus apparet.

Q V A M multa Marcelli, quæ sunt huiusmodi, alia quidem maiora, alia autem non omnino inferio- XXX ra, quot linguæ suffecerunt ad narrandum, & quot libri ad ea quæ scriberentur, suscipienda? Qui cum exercitatione VI. vltra sexaginta annos produxerit, miracula assidue faciebat. Quo non fuit quidem ille in certaminibus fortior? Quo non autem ad certamina valitior? & quo non fuit in eos qui labonabantur, mitior, & in præstando officio diligentior? Quis sic defendit eos, qui afficiebantur iniuria? ijs autem, qui iniuriam faciebant, omnino non permitteres, sed resistens, & eorum voluntati minime assentiens? Sic in tota vita, totam quidem noctem, diei vero plurimum, dabat canticis & precibus, & alijs Dei ministerijs, reliquum autem his tribus dispertiebat. Et primi quidem ad eum accedebant, qui vexabantur cogitationibus: quibus dabat vnicuique medicamentum conueniens, ei partim quidem diuina scriptura ea suppeditante: partim autem prudentia ex experientia. Post illos accedebant, qui erant affecti iniuria. Cum vero pro eis literas scripsisset ad præsides, iudices, ad illos ipsos, qui faciebant iniuriam, & si opus erat, etiam ad ipsum Imperatorem, (nam illi quoque erat reuerendus, & obtemperabat ad id, quod magnus volebat Marcellus) conuertebat deinde ad ægrotantes, & omnes obiens, eis exhibebat quæ ei erant necessaria ad alimentum, & ad curandum corpus. Sic nihil omnino aberat Marcello, quod adorat ijs, qui olim laudabantur. Sed erat ei Prophetarum quidem gratia omnis prævidendi: Patriarcharum autem fides, quæ sufficiebat, vt fideon esset animo in omnibus: Moysis quidem mansuetudo, Iosue autem zelus, & iusta ira aduersus eos, qui faciunt iniuriam: Discipulorum vero, Petri quidem ardor. Iohannis autem lingua theologica, & quod cum virginitate est verborum [illegible], & Pauli vehemens in dogmate studium, & per terram & mare prædicationis disseminatio. Omnium vero simul, fons miraculorum, & quod ea semper fluerent, non secus ac perennes fluuij.

Vide exercitia S. Marcelli.

Catalogus virtutum eius.

Hvivs

XXXVII. HVIVS vel solum dicere decessum, quam fuerit optandum? Quam multorū conciliauit inimicitias? Quam multorū cōposuit cōtrouersias? Quam multa bona vno die fecit in extremo spiritu: Quando certe et carnis dissoluebantur vincula, & ei quem desiderabat, erat appropinquaturus, & primæ pulchritudinis primas suscepturus illuminationes: aderant autem multi ex iis, qui se in pietate exercebant, & multi monachi, & multi ex iis, qui erant consecrati: non pauci vero ex iis, qui mundanis opibus & gloria erant insignes. Cum quibus postquam multum est philosophatus & locutus de anima & corpore, & de ea quæ est illic vita, & vnumquemque est adhortatus, prout conueniebat vniuscuiusque ætati & dignitati, & deinde est etiam precatus, & postremo dixit se velle parum dormitare, & eos iussit secedere, sacram illam sic emisit animam: cuius mundum corpus & venerandum, sanctis manibus compositum, sacrum illud templum suscipit, quod ipse excitauit à fundamentis, & vere sacrum constituit monasterium: Ad gloriam Patris, Filij, & Spiritus sancti, nunc & in secula seculorum, Amen.

Feliciter migrat ad Dominum.

VITA S. THOMÆ ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSIS, ET CLARISSIMI MARTYRIS, EDITA A M. EDVARDO EIVS CONTEMPORANEO:

An. 1160.

QVAM TOTAM, VT AB ILLO CONSCRIPTA EST, HOC LOCO ADSCRIBERE, NIMIA temporis angustia non patiebatur (valde enim prolixa est). Itaque coactus sum meo stylo eam redigere in compendium: quod tamen spero absque Lectoris magno detrimento me fecisse.

Prologus Authoris, sed per me contractus.

29. DECE.

QVI mundi huius artes & disciplinas profitentur, habent singuli conatus suos, quibus ad altiora contendant: laboresque suos duros & molestos contemplatione fructus & vtilitatis inde nasciturae solantur. Et quid non illi molestiarum deuorant? quos non labores suscipiunt? quas recusant iniurias? modo possint consequi quod venantur? Quid vero est isthuc? Corona corruptibilis; sic enim Apostolus vocat. Perit igitur omnis talis & labor, & præmium, qui temporaria sunt. Nobis vero, quibus Christus via est: & merces laborum, vita sempiterna: inter varios mundi casus vt multa opus est vigilantia; ita magna sunt ad viriliter perseuerandum incitamenta, quæ nos accendant ad contemnenda mollioris vitæ lenocinia, negligendam malorum hominum æmulationem, dura omnia perferenda: vt felici commercio pro caducis æterna, pro terrenis cælestia nobis comparemus. Inflammat nos ad hæc vita & conuersatio sanctorum. E quibus tamen si forte minus mouent prisci illi heroes ob vetustatem temporis: pudeat sane vel hunc nolle imitari, quem licuit intueri. En procedit in medium nouus Christi miles, & martyr egregius beatus Thomas, sanctitatis speculum, iustitiæ norma, innocentium patientiæ, virtutis exemplar, inuictissimus assertor veritatis. In quo tamen, ne hoc infirmos animos absterreat, non martyrium, non miracula imitanda proponimus, sed vitam martyrio plenam. Is enim inter ea omnia, quæ mundus hic admiratur & in precio habet, tanta fuit animi constantia, vt nec prosperis mollesceret, nec vllis rebus aduersis à Christo abstraheretur. Passus exilium, dignitate & bonis suis omnibus priuatus, charorum iniuriis, lachrymis & desolatione valde afflictus, excelso animo ea omnia negligens, in dies Deo deuotior & addictior efficiebatur, haudquaquam similis stulto illi, de quo Propheta dicit: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Cuius nos vitam, vt partim ab iis accepimus, qui viuenti familiarius adhæserunt: partim ipsi nostris oculis vidimus, piorum adducti precibus, scribendam suscepimus, Lectorem admonentes, vt si qua ab aliis scripta sunt, aut fortassis scribentur, quæ cum nostris pugnent, ea nouerit esse à vero aliena.

1. Cor. 9.
Ioan. 14.
Præclara laus sancti Thomæ.
Psal. 48.

I. ORTVS est beatus Thomas Londini in Britannia, quam nunc Angliam vocant, eamque vrbem, quæ Britanniæ caput est, suo ortu illustrauit. Patrem habuit Gillebertum, matrem Mathildem, vtrumque genere & opibus nulli ciuium suorum cedentem; morum vero integritate & innocentia illis superiorem. Cum mater eum gestaret vtero, non semel ei oblatæ sunt visiones quædam de eius futura sanctitate & dignitate. Quo die in lucem editus est, vt eius propinqui aiunt, è domo eius paterna ignis egressus, magnam Londini partem inflammauit. Vbi primum per ætatem licuit, prima literarum elementa discere iussus est. Inde liberalibus admotus disciplinis, multum in illis breui profecisse fertur. Nec tamen rerum mutatio passa est diu eum hærere in scholis. Parentes enim crebris incendiis & multis casibus aduersis afflicti, illi instituendo minorem adhibuere curam. Accessit eo vtriusque obitus, qui magnam filio attulit cum orbitate calamitatem. Solebat autem patris hospitio sæpe vti Richerius, vir nobilis & opulentus. Illi ergo Thomas se commisit iam adolescens. Erat sane optimis moribus, præclaro ingenio, iucundo vultu, sed mixta grauitate, sermone gratus, forma eleganti. Delectabatur quidem canibus & auibus, vt solet illa ætas, atque id genus aliis vitæ huius oblectamentis: sed mansit corpore integer, & veri intantum amans, vt aut vix, aut nunquam quicquam ioco vel serio dixerit, quod esset cum mendacio coniunctum. Ita ergo per id tempus venatione & aucupiis sese oblectans; pro suo arbitratu modo domi erat cum patre, modo rure apud Richerium, quem diximus: iamque constituerat literarum studiis nuncium remittere. Accidit interim, vt cum Richerio equitans, videret accipitrem, dum vult anatem rapere, pene mergi in vndis. Eius misertus, ab equo desiliens, in flumen insilit auem extracturus: sed raptus ipse aquarum vi, parum à summo abfuit periculo. Tandem appulso illo ad molendinum, rota stetit immobilis, donec extraheretur ex aquis, Domino illum iam desperatum conseruante; ne extingueretur lucerna in Israel, cuius preciosa morte tanta cernimus beneficia prouenisse. Habuit postea illum apud se fere triennio Osbernus quidam, vir insignis & valde diues, ei sanguine iunctus; cui ille operam nauabat in eius acceptis & expensis referendis.

Patria & parentes sancti Thomæ.
Dat operā literis.
Post mortē parentum vt vixerit.
Corpore castus & veri amantissimus.
Conseruatur diuinitus à submersione.

II. IAM vero etiam videbatur adspirare ad honores & mundi huius dignitates: ad quæ obtinenda plurimum illi suffragabatur & animi prudentia, & vitæ honestas. Singularis enim in eo cernebatur sapientia, & consiliorum maturitas, morumque iucunda grauitas; vt non immerito omnibus & admirationi esset, & charus. Sed didicit tum, quod ipse postea fatebatur; non esse in homine viam eius. Aliud enim ipse proponebat; aliud diuinitus disponebatur. Venit interim ad Cantuariensem Archiepiscopum Theobaldum, & honorifice ab eo acceptus, ludis & leuitate reiecta; inter homines maturos & sapientes versabatur, eorumque sermonibus ad meliora informabatur. Animaduersa autem breui eius prudentia & perspicacitate; Archiepiscopi consiliis, itemque negociis tum publicis, tum priuatis interesse cogitur. Sensu enim peruigil, consilio prouidus, in responsis prudens, sermone cautus & moderatus, Archiepiscopo charus & omnibus gratus fuit; vt maleuolum se probaret, si quis tot gratiæ dona in illo non diligeret. Certe de illo Archiepiscopus testabatur palam; se nullum vnquam antea tam fidum rebus suis & integrum comperisse. Sed id vidit hostis, serpens antiquus, & plane inuidit; excitauitque ei æmulum, Rogerium scilicet Archidiaconum

Ierem. 10.
Degit in aula Cantuariensis Archiepiscopi.
Æmulus eius.

diaconum Cantuariensem; qui quoad Thomas superuixit, tunc quidem conceptum virus in eum quibus potuit modis effudit. Interim autem vt ab aula Archiepiscopi eum excluderet, tum per se, tum per alios [illegible] conuiciis, modo scommatibus appetere tentauit; crebro illum per contumeliam vocitans clericum cum [illegible], quod erat cognomen illius, qui eum ad Archiepiscopi ædes inui[illegible]. Sed vir prudens eiusmodi [illegible] non retardabatur à sedulis Archiepiscopo præstandis officiis & obsequiis. Excessit tum è rebus humanis Wilhelmus venerandæ memoriæ Eboracensis Episcopus; eique opera Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi substitutus est R[illegible].

Fit Archidiaconus Cantuariensis. *Ibid. 41.*

Thomas vero factus est Cantuariæ Archidiaconus; quod illo se neminem fideliorem habiturum sentiret Archiepiscopus Theobaldus; qui etiam obtinuit ei Beuerlacensem Præpositutam. Sed vir ingenio liberali, se esse melius nomen bonum, quam thesauros plurimos; [illegible] sic vt studuit, vt illis sibi bonam pararet existimationem. Sed quid moras nectimus? cum ille nullas passus sit ad superiora proficiscens? Neque enim humili loco hærere potuit flamma tam excelsi animi; & quod magis mirandum est, in tanta sublimitate tanta integritas vitæ.

Anno 1157. Henricus II Rex eum facit suum Cancellarium. Vide Rogerium ab Houeden Annal. part. post. in Henrico II.

ITAQVE Archiepiscopus Theobaldus, volens eum ad altiora euehere, commendat eum Regi; commemorat eius prudentiam, fidem & veritatem. Confestim Rex facit eum suum Cancellarium; qui in illo regno est secundus à Rege. Augentur interim honores, prædia, possessiones: pro more sequuntur eum innumeri mancipiorum greges, stipant electi milites, nec minor Cancellario, quam Regi adest comitatus, ita vt interdum Rex ei obiiceret, suum hospitium illum euocasse. Attamen Regi fidus permansit animo & actione; ad eius gloriam omnia illa referens. Rex autem tantum ei honoris, amoris & libertatis impendit, quantum nulli alteri vnquam impenderit. Quicquid statuisset, sanxisset, mutasset, quod ad Regis dominium pertineret, pro lege habebatur. Sed in his omnibus, licet quidam diuersum senserint, sed falso; corpore castus fuit, animo humilis, sed inter humiles: nam inter potentes potentior ipse & sublimior apparebat. Nullus eo disertior, nullus munificentior; nemo prudentior habebatur. III.

Benignitas eius in pauperes.

Pauperibus incredibili benignitate præbebat res necessarias: sed dona gratiæ exteriori pompa ita tegebantur; vt etiam tum, cum esset Archiepiscopus, nemo id eum, nisi pro mundi fastu & ostentatione facere existimaret. Tantam sibi & Regis & totius regni conciliarat gratiam; vt ii soli beati putarentur, qui illi placere potuissent: vt tanto magis prædicanda sit misericordia redemptoris, quod mundo illum eripuerit, qui tot mundi nexibus videbatur implicatus.

Anno 1162. fit Archiepiscopus Cantuariensis. Vide Baron. hoc anno & Rogerium vbi supra.

DESIIT interim esse in humanis Theobaldus Archiepiscopus; Rexque sibi persuadens, ad omnia sibi in Episcopatu obsecuturum Thomam, illum curauit Theobaldo subrogandum. Coactum est Londini Concilium; electus est in Archiepiscopum Thomas Cancellarius, confirmata electio est, nec erat qui non haberet gratam & ratam, præter Londinensem Episcopum; qui tamen cito repressus est. Inde Thomas introducitur Cantuariam, solenni deuotione à Clero populoque excipitur; moreque ecclesiastico consecratur, & in sede collocatur. Postquam autem consecratus est, & omnes ad suam direxit, mox in seipsum reuersus, & ad Deum toto corde conuersus est: &, quod dictu mirabile est, non citius sacra illa delibutus est vnctione, quam animus eius multiplici Spiritus sancti gratia est perfusus & inebriatus. Etsi autem non statim habitum, at animum ex toto mutauit: immo non illius hæc, sed mutatio dexteræ excelsi fuit. Porro nec ex honore inflaretur; postea carnem suam se[illegible] diuersis pœnitentiæ laboribus afflixisse. IV.

Amplectitur institutum Canonicorum regularium.

Amplexus quoque est & habitum & institutum eorum, quos vocant Canonicos regulares; & tum munere Archiepiscopi, tum illi instituto perfecte satisfecit, cum ægre quisquam possit alterutrum ita, vt par est, exequi. Alia quoque his difficiliora adiunxit. Vt autem sanctitatem suam occultaret; noluit statim mutare habitum, donec esset in virtute confirmatior. Cum autem insuffitatem monachi, quod contra morem in seculari habitu visitaret chorum; quidam ex domesticis eius ait illi, adiecitque ipsi quendam vultu terribili, & minacibus verbis ita dixisse: Vade, dic Cancellario; (Archiepiscopum enim præ indignatione dicere noluit) vt sine cunctatione mutet habitum: alioqui me perpetuo aduersarium habiturus. Id audiens vir venerabilis, amarissime lachrymatus est: cœpitque tum quotidie proponere sibi ob oculos onus suscepti honoris & muneris, acriter vrgere & extimulare seipsum ad satisfaciendum officio suo; ad præluecendum subditis suis virtutum & bonorum operum exemplis. Dicebat sibi; Fuerit ignorantiæ & iuuenilis animi, quod hactenus viximus remissius: deinceps nullum manet nobis excusationis velamen. Præuenerat eum Dominus in benedictionibus suis; ita vt terrena omnia contemneret, ad cælestia contenderet; & factus in seipsum exactor, hostiam viuam, sanctam, Deo placentem sese mactaret & immolaret.

Rom. 12. Subiugabat rebellum [illegible]. *Philip. 3.*

Gulam domabat victu tenui, illicitos animi motus, sacræ lectionis & orationis assiduitate comprimebat, naturalis incendii flammas somno breuiori & cilicio asperiori coercebat. Et vt multa præteream; carnem suam crucifigens cum vitiis & concupiscentiis, totum se intra necessitatis metas continuit, totus mutatus in virum alterum. Quicquid doctum, quicquid honestum & iustum esset; & fecit & docuit: eis contraria prorsus reiecit & repudiauit. Ab ipsa mox ordinatione sua tantus in eo exarsit amor & deuotio erga Deum, tantus iustitiæ zelus; vt nolit, quantacunque dignitate is esset, parceret; si quid contra iustitiam attentasset. Sed neque Regi ipsi contra summi Regis voluntatem vlla in re obsequi voluit; neque vt id vellet, villis vel minis, vel blanditiis adduci potuit. Ecquis vero pro dignitate prædicare, immo vel admirari possit diuinæ misericordiæ vim, tam subita, tam perfecta mutatione humanæ mentis? Quicquid antea mundanum & fluxum fecerat venerabilis Christi martyr Thomas; largo lachrymarum imbre diluit; & pii amoris incendio in ara cordis concremauit, grauique sibi bellum indicens, exegit à seipso per pœnitentiam, quicquid in se culpæ meminerat admisisse: quæque prius desiderio complexus videbatur, tum opportune importune prædicauit contemnenda. Regis quoque terreni posthabita voluntate & obsequiis; summum sibi Regem conciliare studebat sanctis vigiliis, ieiuniis, precibus, lectionibus, meditationibus, largissimis eleemosynis. Tot enim pauperibus quotidie victum vestitumque suppeditabat; vt licet innumeri ad eum mendici confluerent, citius tamen deesse viderentur quibus præberet, quam quibus præbere ipse vellet. Vt autem suppeteret, vnde largiri posset, possessiones Ecclesiæ conseruabat, abalienatas recuperabat, pristinumque Ecclesiæ suæ iuri formare connitebatur.

Innumeros [illegible] pauperes.

INDE factum est, vt sacrilegi quidam rerum ecclesiasticarum vsurpatores, adiunctis sibi quibusdam Episcopis; Regem & omnem eius familiam in eum concitarent, dicentes eum regias consuetudines & donationes velle abolere, & ad præscriptum Canonum clerum populumque moderari. Interim Rex suspicatus ab illo se contemni, quem tanti ipse fecisset, animi sensim crescente acerbitate, eum à secretis consiliis suis amouit. Satan quoque Episcopos & proceres regni incitabat in eum; virile pectus eius frangere modis omnibus pertentans. Sed ille sciens beatos eos, qui propter iustitiam persecutionem paterentur, exiguum putabat; quicquid mundus & diabolus ob iustitiæ & veritatis assertionem posset inferre. Itaque Regi quædam in procerum conuentu contra ius fasque exigenti palam restitit. Etsi autem eius dicendi libertate compressus Rex, tum sileret; at tamen animi indignatione concepta; in quendam è Clero, quod id putaret in Archiepiscopi contumeliam cedere, quædam præter ius moliri cœpit: sed eum tuendum Archiepiscopus suscepit. Rex iratus, conuocat Episcopos omnes, iisque, præsente Archiepiscopo & proceribus regni, imperat; vt consuetudines regni, quas sanxisset auus eius, qualesque ipse pro positurus esset, confirmarent. Respondent vna voce Episcopi: Legibus tuis obtemperabimus, sed salua professione ordinis nostri. Vrgebat Rex iratus, vt leges regni V.

Patitur persecutiones. *Matth. 5.*

Baro. 1163. Roger. part. post. Annal. in Henric.

seruarent

seruarent & confirmarent; quippe quæ essent, vt ipse aiebat, pacis tuendæ causa promulgatæ. Tum venerabilis Archiepiscopus suspectum habens pacis nomen, constanter respondit Regi; nullius se velle parere legibus, quæ cum diuinis pugnarent. Idem cæteris dicentibus; conuentus ille inimica quadam contentione solutus est. Erat tum Episcopus quidam; cui aliquamdiu infensus fuerat Rex. Is, vt Regem sibi conciliaret, loquebatur placentia: docebat, qua via posset Archiepiscopus in eius pertrahi sententiam: nempe, vt quidam Episcopi ab eo abstraherentur, qui Regis partes fouerent. Fecit ita Rex, & tres persuasi Episcopi, Regi adhæserunt; vnde Regis error putatur non parum auctus & confirmatus. Illis postea summus Pontifex obiecit, quod quasi arietes non habentes cornua; abiissent absque fortitudine ante faciem subsequentis. Illi ergo promiserunt se regias consuetudines seruaturos. Promisit quoq; Rex, se nihil contra illorum ordinem moliturum. Horum ergo opera adiutus Rex; acrius in Archiepiscopum inuectus est. Nam & illi acuerunt linguas suas aduersus Christum Domini; & nunc minis, nunc blanditiis pulsabant illud robustum pectus. Respondebat vni ex illis vir sanctus: Certus esto frustra te conari; vt me in vestram trahas sententiam. Vos videritis, num expediat præstare, quod polliciti estis: ego nulla ratione consentio.

Cōtra licit Regi quędā præter fas exigenti. Quidā Episcopi minie persuasi adhærēt Regi.

VI. Interea Abbas quidam magnæ existimationis è regionibus transmarinis superueniens, attulit literas, vt ipse dicebat, Pontificis & Cardinalium, hortantium Archiepiscopum, vt Regi consentiret, quandoquidem certos ipsos Rex fecisset, nihil eum contra ordinem ab illo exacturum. Addebat Abbas, vt erat potens in persuadendo, se culpam omnem in se recipere, si quid hac in parte erratum sit ab Archiepiscopo: multaque alia commemorans, non cessauit, donec persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis eo adduxit Archiepiscopum, vt verbo promitteret Regi, se auitas consuetudines seruaturum: nullum suspicans dolum, quod ei fides data esset, nihil amplius ea de re se auditurum. Sed Rex voluit, vt palam idem coram omnibus polliceretur. Tum Archiepiscopus animaduertens isthuc cedere in Ecclesiasticæ libertatis iniuriam, grauiter ingemuit, multumq; doluit se Regi assensisse, quippe cuius studium & conatum eo spectare videret, vt Ecclesiæ libertas in ius regium redigeretur. Id quod testatum efficient vel sola sex eius tum oblatæ constitutionis capita, quæ iam subiungimus, quæ sanctus Episcopus in suis literis damnauit. Sunt autem hæc ad verbum descripta, vt in authore ipso habentur: Quod non appelletur ad sedem Apostolicam sine licentia Regis. Quod non liceat Archiepiscopo & Episcopo exire de regno, & venire ad vocationem domini Papæ sine licentia Regis. Quod non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, sine licentia Regis: vel terram illius, vel officialium suorum sub interdicto ponere. Quod non liceat Episcopo coercere aliquem de periurio, vel læsa fide. Quod clerici trahantur ad secularia iudicia. Quod laici, seu Rex, seu alij tractent causas de decimis vel Ecclesiis.

Abbatis cuiusdā nefarij dolus. vide Baron. anno 1164. Rogerium vbi supr. Auitas dicit, ab auo Regis institutas. Sex iniquæ constitutionis articuli, siue capita.

VII. Videant iam, qui hodieque calumniantur, sanctum Archiepiscopum nimis pertinaciter restitisse Regi, an iustum fuerit ad hæc & pleraque id genus alia conniuere. Rex vero cernens, illum pœnitentia ductum, resilire ab eo, quod dixerat, non ferens scriptum præ ira, minas Clero intentabat, quibus nihil potuit efficere apud Archiepiscopum. At tamen * duo Episcopi, qui eum adhuc vtcunque sequi videbantur, itemque * duo Regis Consiliarij præsentissimum illum adire discrimen dictitabant, nisi prospiceret illo die sibiipsi: misereretur Ecclesiæ, & suorum curam gereret. Verum ille nec precibus, nec minis flectebatur, inter medios hostium cuneos festinans ad palmam martyrij. Ecce autem * duo Templarij milites magni nominis hortantur eum valde, vt assentiat Regi: aiunt se pro comperto habere, interponuntque fidenter fidem suam, nihil petere Regem, quod Archiepiscopum dedeceat, aut sit contra ordinem. Aiunt se libenter pati, vt plane dispereant ipsi, si vllus malus dolus sit in animo Regis aduersus eum: multaque his alia adiiciunt cum lachrymis, quibus ille non parum motus fuit, quod sciret illos esse fidei & veritatis amantes. Credens ergo tantis viris, publice spopondit, se bona fide seruaturum leges & consuetudines regni. Rex confestim: Audistis, inquit, quid promiserit Archiepiscopus. Volo ergo, vt idem præcipiat etiam aliis Episcopis. At ille, Permitto, inquit: moxque assensere omnes. Porro autem Rex etiam adiecit, vt aui ipsius Henrici Regis leges recitarentur, & sigillo Archiepiscopi munirentur. Tum demum sentiens Archiepiscopus dolum, quem suspicatus erat, interposita fide, quam debebat Deo, Isthuc, inquit, haudquaquam fiet, quamdiu in hoc vasculo spirabit hæc anima. Aduertit plane, quam vanum & commentitium esset, quod dixerant domestici Regis, qui eum ad consentiendum hortati erant, nunquam illas leges in scripta redactum iri, nunquam illarum deinceps mentionem fore, sed Regem, si verbo tantum coram proceribus honoratus esset ab eo, omnino cessurum Archiepiscopi voluntati. Itaque deprehensa fraude, medullitus contristabatur: nec id quod deceptus fecerat, impune abire volens, ab officio Missæ se suspendit, supra modum iratus sibiipsi. Aiebat vero ad suos: Scio damnationi obnoxium, quod fecimus, si sana intentio id non excusaret. Noluit autem Missæ facere sacrificium, nisi prius esset à domino Papa absolutus.

**Salisbiriensis scilicet & NorWicēs. * Robertus Lescestriæ & Reginaldus Cornubię Comites. *Richardus de Hastings & Tostes de S Homero. Male persuasus à bonis viris, assentit Regi. Sentiens sibi imponi, mox resilit, & seipsum interdicto subiicit. Absolutionis literas recitat Bar. anno 1164.*

VIII. Qvantas autem habuerit lites, quantas à Rege & ministris eius pertulerit iniurias ob Ecclesiasticæ libertatis defensionem, silentio prætterimus. Multa tum in Clerum fiebant contra Canonum præscripta. Erant sane per id tempus mores quorundam è Clero, valde dissoluti: sed vt illi ad secularia iudicia raperentur, & à laicis condemnarentur, id Archiepiscopus ferre non sustinuit. Volebat Rex, vt sacris initiati prius degradarentur, atque ita pœnas luerent pro meritis. Contra Archiepiscopus: Ego, inquit, Dei ministros laicæ potestati non exponam: sed si peccent, ego eos sic puniam, vt leges diuinæ & patrum decreta sanxerunt. Obiiciebat ei Rex coram aliis, quod homicidas, fures & sacrilegos ipse tueretur, cum tamen sub auo ipsius sancti Archiepiscopi & Episcopi permisissent tales puniri secundum regni communes leges. At Archiepiscopus: Poterat istud, inquit, castigatius à te dici, domine mi Rex. Ego enim homicidas & fures tueri non soleo, sed persequi: verum id nefas dixi, diuino cultui mancipatos, laicis legibus, in sanctæ matris Ecclesiæ contemptum, condemnari. Quod autem dicis auum tuum, vel alium quemlibet in clericorum sæuisse necem, nos quidem subita quadam temeritate semel id factum cognouimus. Sed valde absurdum est, ab illis petere exempla iustitiæ, qui quicquid suapte voluntate elegissent, pro legibus ducebant. Ego vero, qui diuina dispensatione ad id assumptus sum, vt Dei Ecclesiam & Clerum tuear, in ea voluntate dum spiritus hos reget artus, permanebo. Tum Rex valde excandescens, Comprimam, inquit, Archiepiscopi superbiam, & ob pertinaciam eo illum redigam, vnde ad tantum culmen euexi. Iam pene solus relictus videbatur sanctus vir, Episcopis fere omnibus Regem sequentibus: sed non erat solus, à quo iustitia stabat. Alij gladium verbi Dei distringere formidantes, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Improperatum illis fuit à Romano Pontifice, quod maiorem homini, quam Deo, reuerentiam præstitissent.

Ecclesiæ & Cleri libertatem se ait dum vixerit cōseruaturū. Psa. 13 & 52.

IX. Sentiens autem vir sanctus Regis indignationem nulla posse ratione leniri, nec vllum pacis apparere vestigium, statuit ad tempus subducere sese, tum vt Rex vel desolatæ Ecclesiæ misereretur, tum vt ope & authoritate summi Pontificis oppresso gregi subueniret. Itaq; paucis assumptis intrat nauem, itur secundis ventis, sed nautæ Regis iram veriti, si illum abducerent, aiunt illi, se non posse hoc vento eo pertingere, quo ipse velit. At ille comiter: Si etiam venti, inquit, nobis aduersantur, Domini voluntas fiat. Ita mox in Angliam reducitur. Rex vt audiuit eum profectum, indoluit, donec didicit reuersum. Timuit enim non mediocriter, ne illo ad Pontificem eunte, regnum sub interdicto maneret. Conuentus tum ab eo publicus indictus est Northantumæ: sed ante eum conuentum quidam miles è

Nautæ eum nolunt traducere

n[illegible] è Regis domesticis, & qui multum valeret apud Regem, accusauit Archiepiscopum per calu[illegible] Rex, vt Northantumam veniat Archiepiscopus, & se purget. Excusat se vir sanctus, quod id [illegible] Rex nullam admittit excusationem, putat eum subterfugere iudicium. Citatur ergo Archiepiscopus [illegible] Regis. Aduenit vir sanctus, adit Regem, orat submisse, vt pro vtriusque salute parcat [illegible] Rex, iubet ocyus decerni, qua sit pœna mulctandus, quod contempserit venire citatus a Rege. Cond[illegible] quingentarum librarum. Ingemiscit vir sanctus, videns in loco iudicij iniquitatem. Agitur inde de eo, quod m[illegible] tentarat. At Archiepiscopus magna libertate respondet, eam rem pertinere ad Ecclesiæ iudicium, nec probari po[illegible] se militem, quod obijciebat. Is miles eodem anno mortuus est cum duobus [illegible], quod non esset veritus [illegible] manum in Christum Domini.

CVM hac re nihil proficerent eius aduersarij, aliud tentatum est, vt redderet rationem eorum, quæ [illegible] cum esset Cancellarius, custodienda accepisset, & vt ea expendisset: licet iam ante publice pronunciatum esset, ab [illegible]modi liberum eum fore. Decubuit vir sanctus ex graui dolore splenis, & tamen vrgebatur quamprimum reddere rationem. Ferebatur tum pro certo, quosdam ex regijs in eius conspirasse necem, latamque fuisse sententiam, si [illegible] venisset, vt aut capite plecteretur, aut in carcerem duceretur. Altero die iturus ad curiam, [illegible] obtulit Missæ sacrificium cum multa animi pietate & lachrymis. Deinde stolam accepit in humeros, manu dextra [illegible] Crucem: quam quidem * Episcopi [illegible], vt deponeret à manibus, hortabantur, sed non assensit. Obijciebat illi, quod gladium ferret aduersus Regem. At ille: Crux, inquit, pacem adfert, non gladium, pacificans quæ in cælis & quæ in terra sunt, & ego pacem volo, nec Crucem depono. Interim audit à quibusdam, qui Regis consilio interfuerant, [illegible] sit, eodem die aut caput ipsum amissurum, aut [illegible] in carcerem. Ille vero pro se intrepidus, anxius [illegible] Ecclesia, ad summum Pontificem prouocat. Ea res multos perturbauit & commouit. Episcopus autem W[illegible], timens ne se in præsens ille vitæ discrimen conijceretur, hortabatur eum, vt Episcopatu se abdicans, Regi illum permitteret. Ille vero: Non ea, inquit, conditione Episcopatum suscepi, vt eum Regi tradam, sed vt pro [illegible] ipsum impendam. Tum vero quidam ex Episcopis veriti, ne occideretur, & ea res ad ipsorum omnium & tot[illegible] dedecus & non mediocrem perturbationem pertineret, à Rege impetrarunt, vt liceret ipsis contra Archiepiscopum appellare Romanum Pontificem: aiebant hac via se illum compressuros. Id autem fiebat, vt è [illegible] cum extraherent. Permisit Rex, lætabatur Archiepiscopus, quippe qui nihil magis cuperet, quam [illegible] excogitatum est, vnde ille vexaretur. Denique maligni quidam id tandem effecerunt, vt lata in eum sententia [illegible], vt constrictus vinculis truderetur in carcerem, tanquam proditor communis pacis. Vbi id illi denunciatum est, non stans, ne derogaret dignitati sacerdotij, sed sedens, respondit magnifice, maiorem à minoribus non debere [illegible] illorum non teneri sententia. Ordo, inquit, confunditur, si patrem [illegible] magistrum discipulus, patrem filius [illegible]ret. Non tantum aurum ferro ante[illegible], quantum sacerdotium regiam potestatem. Addidit etiam, post [illegible] appellationem nolle se audire iudicium. Quibusdam dicentibus, Amplas hæreditates a Rege obtines, & [illegible] Regis curia non [illegible] iudicari [illegible] respondit: Non est, ait, hæreditas, quam teneo: neque à Rege, sed à Deo sunt, [illegible] nam data sunt, quæ obtineo. Grauissima deinde percipiens, [illegible] in ipsum ferrent sententiam, sedemque Apostolicam appellans, [illegible] condemnatus est. Abeuntem illum è concilio, vndique conuitijs insectantur, clamitant: Ecce proditor Regis abit: ecce proditor Regis abit: iactantque in illum contorta stramina, & [illegible]. Cum quanti [illegible] exsisteret tumultus, suggestum est Regi, cumprimis illi ignominiæ fore, si intra aulam suam sineret Archiepiscopum [illegible] Rex [illegible] dimitti.

XI. TVM vir Domini ad monasterium abiens, ex tam numerosa familia sua non nisi sex ministros reperit, cæteris metu Regis dispersis. Iussit autem multos introduci pauperes, & cum illis cibum sumpsit. Postea iubet sibi lectum parari in oratorio [illegible] altare, tanquam illic tuto quieturus. Profundis autem imminentibus tenebris cum * duobus fratribus & * famulo noctu ex vrbe egressus est, nemine quicquam suspicante de abitu illius propter largissimos imbres, & hyemales tempestates. Pro certo enim didicerat, si in crastinum diem maneret, in carcerem se coniectum iri. Tota vero nocte iter agens, aurora prodeunte Lincolniam venit, vbi mutato & habitu & nomine, (Nam frater Hermannus dictus est) alio se contulit, ibique tamdiu latitans in quodam loco, quem Dominus postea multis miraculis illustrauit. Deinde noctibus ambulans diebus delitescens cum fuit, tandem ad portum Sanuuicum peruenit: vbi in naucula mari transmisso, portum publicum deuitans, in arenam se exponi voluit. Festinus autem per arenam ingrediens, humi collapsus est, insolita vestium & calceorum grauitudine præpeditus: & qui paulo ante abundarat multis equis, iam vix habuit [illegible] vilissimum, idque conductitium, & absque freno & ephippio, vt in Christi paupertate, & ipse iam pauper factus pro Christo, inciperet gloriari. Vbi ad sanctum Audomarum ventum est, nobilem quendam Anglum offendit: qui eum agnoscens, hortabatur vt in Angliam rediret: sed recusauit. Illo mirasintente, sanctus Episcopus à comite Flandriæ petiit fidem publicam. Sed illo quoque minante, Taruanensis Episcopi auxilio euasit.

XII. POSTQVAM autem Rex Angliæ comperit eum è regno excessisse, à Rege Franciæ petiit, ne eum sineret in ditione sua recipi. Rex Franciæ primum simulauit se nescire quid * legati vellent. Illis vero dicentibus, Archiepiscopum Thomam fugisse ex Anglia [illegible] subdere [illegible] male sibi conscium, Rex ait: Noui Thomam Archiepiscopum, scio qua fide, cum esset Cancellarius, Regi Angliæ seruierit: & ecce hæc ei merces [illegible] redditur, vt nec cum ijs sit pacem, nec [illegible] cum obtinere sinat. Dignum plane iudicaret, vt regno suo pulsum, etiam in alieno persequatur. Legatis autem eum ut Archiepiscopum commouere nitentibus, ille ait etiam eum inciuriendo: Si ille [illegible] fuisset, haudquaquam tantum [illegible] esset: & nunc, [illegible] vbicunque sit, [illegible] occurrerem venienti. Orant igitur legati, vt Romano Pontifici scriberet, ne etiam illum circumueniat. Sed illis abeuntibus, Rex * scripsit Pontifici, vt eum paterna dilectione complectatur, nec quicquam audiat contra iustitiæ sectatorem. Rex Angliæ vbi cognouit, quid Franciæ Rex nuncijs suis respondisset, illico misit Episcopos aliquot & viros nobiles ac celebres ad summum Pontificem, vt [illegible] sanctum Thomam anteuerterent. Veniunt illi, & argute satis agunt negocium Regis, persuasum habentes, se pectus illud sapientia plenum sermone composito posse circumuenire. At Pontifex sanctissimus * vnum ex Episcopis, durius calumniantem sanctum Thomam, sic compellat: Frater, ne maledixeris proximo tuo: neque enim ego maledicentem Archiepiscopo auscultare sustineo. Orant tum legati illi, vt mittat duos in Angliam Cardinales, qui pacem inter Regem & Archiepiscopum componant. At Pontifex in verbis illorum fraudem subodoratus, negat se id facturum. Maiorem enim illis Cardinalibus volebant potestatem adiungi, quam æquum videretur. Hoc illi responso accepto, in Angliam redeunt, non expectato Archiepiscopo Thoma, qui quarto inde die venit Senones, Pontificique obtulit Regis Angliæ chirographum, aitque eam esse causam expulsionis & [illegible]. In illo enim chirographo habebantur leges, quibus ipse subscribere noluit. Vt autem multi pro certo relatum est, Archiepiscopatum Pontifici resignans, orauit vt fortiorem atque eruditiorem Anglis daret Archiepiscopum. Eum vero Pontifex complexatus, osculatur, lachrymas iungit lachrymis, gratias agit Deo, quod tam bonum pastorem haberet Anglia, iubetque eum [illegible] suam retinere dignitatem & sedem. Satis tum luculenter à sancto viro ostensum est coram Pontifice & Cardinalibus, quam

non esset

non essent tolerandæ leges illæ Regis Angliæ. Nec tamen deerant quidam ex Cardinalibus, qui causam Regis tuerentur. Ad medium fere diem certatum est, sed tandem ita illi confutati sunt a sancto viro, vt non haberent, quod porro obijci posset. Tum Pontifex iussit Archiepiscopum sibi assistere, cunctis mirantibus prudentiam & constantiam responsionum illius. Addidit Pontifex, vt sit bono animo: se curaturum, vt tanti labores pro dignitate compensentur. Scriptum autem illud & omnes ei assentientes percussit anathemate. Exacto inde mense, misit sanctum virum ad Pontiniacense monasterium, Abbati eum commendans, vt res necessarias ei suppeditaret. Humaniss. me eum accipit. Pontif. x.

XIII. Vt autem percepit Angliæ Rex, illum iam in tuto esse, omnes cognatos eius, nulla neque ordinis, neque ætatis, neque sexus habita ratione, nudatos facultatibus suis, e toto regno proscripsit, vt illi maiorem afferret animi dolorem: ministros autem eius in vinculis haberi iussit. Archiepiscopatum in suas manus reuocatum, commisit alteri, quem sciret iam olim hostili in eum esse animo. Fuit ea cognatorum suorum calamitas sancto martyri perquam acerba, cum videret ex opulentis repente factos plane inopes, nec haberet, vnde illorum inopiam subleuaret. Sed tamen non deseruit Deus afflictam propter se & propter iustitiam martyrem suum: permouit enim Franciæ Regem regnique proceres, vt liberaliter ei suppeditarent, quod & ipsi & omnibus cognatis eius sufficeret. Verum ille sciens beatos, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, totum se ad cælestes capiendas consolationes conuertebat: contemplansque sanctorum exempla, damna rerum labentium magno animo ferebat. Multa interim insolenter in Angliæ regno fiebant, & inter alia, licet id Alexander Pontifex vetuisset, Regis filius coronatus est ab Archiepiscopo quodam, cum tamen ea Regum vnctio iure antiquo Archiepiscopo Cantuariensi seruanda esset. Suspensi sunt autem ab officio Episcopi omnes, qui illi coronationi irregulariter interfuissent. Erant in Episcopis nonnulli, qui Ecclesiæ libertatem euertere conantes, Regem concitarent in sanctum martyrem, nihil magis, quam pacem formidantes. Scripserunt quoque mordaces literas sancto viro, quibus ille egregie respondit, inter alia scribens, terrenis potestatibus non esse commissas claues regni cælorum, sed sacerdotio: & post pauca: Non obliuiscamur districtum Iudicem, ante cuius tribunal constitutos sola nos veritas iudicabit. Anno 1168. Cognati eius male multantur. vide Roger. ab Houedē vbi supr. Fráciæ Rex & proceres ei multa largiuntur.

XIV. Et ille quidem dum esset Pontiniaci, corpus suum multis afflixit modis, sed celabat, quantum potuit, alios. Contentus enim oleribus & vilioribus magisque parabilibus cibis, delicatiores sibi subtrahebat, & indigentibus ministrandos curabat. In amnem quoque, qui per monasterij officinas decurrebat, descendens, incredibili se dolore afficiebat, diu in frigidis aquis immoratus. Declarauit id morbus inde secutus. Nam non multo post altera ex genis intumuit, & vsque ad interiores fauces computruit, vnde fistulæ morbus enatus, diu eum cruciauit. Tandem duobus ossibus non sine multo dolore euulsis, sanatus est. Oblata quoque ei fuit visio quædam terribilis, cum fatigatus multis precibus & genuum curuationibus obdormisset, quæ futuram eius cædem significaret. Quamobrem magis magisque ille se diuinis mancipauit obsequijs, & ad tolerandas iniurias omnes animum confirmauit. Porro Angliæ Rex moleste ferens Pontiniaci eum degere, scribit ad * Abbatem Cisterciensem, cui Pontiniacenses æque, vt alij eiusdem instituti monachi, parebant, si illum patiatur manere vel Pontiniaci, vel alibi in suo Ordine, se monachos omnes eius ordinis vel instituti, qui sint in Angliæ regno, ad ipsum transmissurum. Id vbi ex Abbate Cisterciensi resciuit vir sanctus, Absit, inquit, hæc à me transgressio, vt mea causa patiar tot viros virtutis in hanc calamitatem incidere, & tot monasteria in sempiternas redigi solitudines. Reddat vobis pater misericordiarum pro officio charitatis, quæ mihi præstitistis. Deinde scripsit ad Ludouicum Franciæ Regem, qua arte Angliæ Rex è Pontiniaco ipsum eiecisset, indicauitque se iam paratum vti ipsius Regis beneuolentia. Ille enim Rex iam ante summopere rogauerat eum, vt apud ipsum maneret, vbicunque sibi visum esset. Sed id tum recusauit, ne Regi Angliæ molestiam exhiberet, aut illum iniuria affecisse videretur. Vt autem ad Ludouicum Regem hæc perlata sunt, ocyus properauit Pontiniacum, conuocatis fratribus gratias egit, quod tanto colligendo hospite Franciam honorassent. Cum autem Rex illum secum abduceret, lachrymis eum prosecuti sunt monachi, memores qua mansuetudine & humilitate inter ipsos, & quasi vnus ex ipsis, vixisset annis duobus. In Pontiniacensi monasterio vt vixerit S. Thomas. Ecce Regis Angliæ inuidiam, qui non patiebatur eum manere Pōtiniaci. * G Warinū nomine. Anno 1167. e Pontiniaco recedit.

XV. Perductus est autem ad aliud monasterium sanctæ Columbæ, propinquum Senonibus, atque illic officiosissime exceptus à ministris Regis, qui eo præmissi fuerant, quatuor illic annis regijs impensis sustentatus est. Licuisset illi hoc spatio apud Episcopos & Archiepiscopos demorari, vti etiam oblatum ei fuit, sed ignem diuini amoris, quo totus iam ardebat, in silentio fouere cupiens, vitabat publicum, omne tempus, noctes præsertim, sacris impendens meditationibus, orationibus, compunctioni & lachrymis, quibus multum abundauit. Sed hanc eius pacem & vidit & inuidit virulentus satan, rursusque commouit Regem aduersus eum consilijs impiorum, quibus hanc discordiam potius adscribendam esse, quam Regi, & ipse vir sanctus scripsit, & nos credimus. Conatus est Rex Ludouicum Franciæ Regem abalienare ab eo. Videbat enim nihil sese ei nocere posse, nisi ille consentiret. Instituitur duorum Regum colloquium, tractatur de pace & concordia deinceps seruanda: iuratur vtrinque, neutrum alterius hostem in suo regno toleraturum. Postea aliud voluit Rex Angliæ cum Ludouico Rege habere colloquium: sed cum non sinerent Ludouici Regis cosiliarij eum illi colloquio adesse, videns Angliæ Rex frustra se niti, scribit Ludouico Regi, ipsum contra pacta conuenta suum & regni sui hostem publicum fouere. Ludouicus Rex respondet, nullam Archiepiscopi in iis pactis conuentis habitam mentionem. Machinę adhibentur, vt eū Rex Fráciæ e regno expellat.

XVI. Sed iam viri sancti conuersatio describenda est, qualis ea fuerit in hoc exilio, vt videat lector, dignam eam fuisse, quæ martyrio consummaretur. Nullus eum dies dormientem reperit: raro in lecto cubauit, nisi grauis imminetet morbus. Primum ei studium, diuinis interesse laudibus, cum summa deuotione & reuerentia diuina mysteria celebrare. Post absolutas preces communes, intra cubiculum suum corde contrito & humiliato vacabat gemitibus, orationi & lachrymis, seipsum quotidie hostiam viuam immolans Deo. Sub prandij horam egressus, cum pauperibus & familia sumebat cibum. A nullo quidem abstinuit cibo, qui esset propositus, vt vitaret hominum laudes: sed ex omnibus sumpsit parcissime. Surgens à mensa, non ocio aut fabulis, sed sacra lectione pascebat animam, vel loquebatur de rebus necessariis, & familiares suos instituebat. Nocte cum lectus, vt decebat Archiepiscopum, mundis & preciosis instratus esset pannis & operimentis, putarentque alij eum cubare in illo, in oratorio suo pernoctabat in precibus. Deinde excitato capellano, quem solum habebat secum in cubiculo, vt ipse quiescebat, amouebat cilicium à dorso, cogebatque inuitum illum flagello cædere vsque ad sanguinem, ita vt capellanus corpore nonnunquam delassaretur. Ad lectum autem reuerso capellano, vnguibus lacerauit corpus suum: deinde tertiam noctis partem, vt sensit ille, qui his interfuit, flectendis genibus & precibus transegit: cumque iam nimia corporis fatigatio cogeret capiare quietem, humi cubans, capiti lapidem supposuit, tantumque molestiæ ex veste aspera & copia vermium persensit, vt somnus tenuissimus affligeret potius, quam recrearet. Testis horum & relator fuit venerabilis Robertus Meritonensis, eius capellanus, qui omnia vnı ab eo didicit, vel suis oculis vidit, quæ neminem præter illum scire voluit. Is enim promiserat ei, se nihil horum dictorum vlli homini, donec ipse superesset. Idem testatus est, sanctum virum ab eo die, quo Episcopus ordinatus est, nullum prætermisisse diem, quo non quinquies, vel quater, aut certe ter, die quolibet grauiter flagellaretur. Vita eius in exilio digna certe martyrio. Dnriter accipit corpus suum. Nota Lector.

INTER

Christus ei apparet.

INTER hæc autem cum aliquando post sacrificium Missæ, prostratus coram altari, præ nimio [illegible] XVII
supra se raptus, solito vigilantius in preces incumberet, Saluator ei apparens visione [illegible] Thoma, [illegible] quit, tuo sanguine illustrabis Ecclesiam meam. At ille: Quisnam es, Domine? Et Christus, Ego, ait, [illegible] Saluator tuus, qui Ecclesiam meam illustrabo sanguine tuo. Et ille: Vtinam, inquit, ita fiat, vt locutus est Dominus meus. Multum vero conabatur Franciæ Rex interillum & Angliæ Regem pacem conciliare, & hac [illegible] Reges habita sunt colloquia. Recitabantur etiam illic mandata summi Pontificis. Sed Rex Angliæ aliquamdiu dissimulanter egit: Itaque sanctus Archiepiscopus scripsit ei hunc in modum:

Epist. [illegible] ad Regem [illegible] Eundem [illegible] 2. Cor. 5. 2. Tim. 3. Psal. 36. Reg. [illegible] * Secundario [illegible] 1. Reg. 15.

DESIDERIO desideraui videre faciem vestram, & loqui vobiscum: multum quidem propter me, sed maxime propter vos. Propter me, vt visa facie vestra, reduceretis ad memoriam seruitia, quæ, dum essem in obsequio vestro, exhibui vobis deuote, iuxta animi mei conscientiam: sic me Deus adiuuet in examine supremo, quando omnes stabunt ante tribunal ipsius, recepturi prout gesserint in corpore, siue bonum, siue malum: & commoueremini pietate super me, quem oportet mendicando viuere inter alienos: licet tamen Dei gratia cum abundantia victualia ad sufficientiam habeamus: estque nobis solatio, quod dicit Apostolus: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Et Propheta: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Propter vos, tribus ex causis, quia dominus meus estis, tum quia Rex, tum quia filius meus spiritualis. Eo quod dominus, debeo & offero vobis consilium meum, quodcunque debet Episcopus, ad honorem Dei & sanctæ Ecclesiæ, domino. Eo quod Rex, teneor vobis ad reuerentiam & commonitionem. Eo quod filius, officij ratione ad castigationem & coercitionem. Corripit enim pater filium, nunc blandis, nunc asperis, vt vel sic, vel sic prouocet eum ad benefaciendum. Nosse debetis, vos Dei gratia esse Regem, primo, quia vosipsum regere debetis, vitamque vestram optimis informare moribus, vt vestro exemplo cæteri prouocentur ad melius, iuxta illud sapientis, Componitur orbis Regis ad exemplum. * Secundo, alios demulcendo, alios puniendo potestatis authoritate, quam ab Ecclesia accepistis, tum sacramento vnctionis, tum gladij officio, quem gestatis ad malefactores Ecclesiæ conterendos. Inunguntur enim Reges tribus in locis: in capite, in pectore, in brachiis: quod significat gloriam, scientiam, & fortitudinem. Qui antiquis temporibus iustificationes Dei non obseruabant, sed præuaricati sunt mandata eius, iis sublata sunt gloria, scientia, & fortitudo, & eorum generationi, exemplo reprobationis Saulis, Nabuchodonosor, & aliorum quamplurium. Qui post delictum suum humiliauerunt se Domino suo, iis gratia Dei accessit abundantius & perfectius cum omnib. supradictis, sicut Dauid, Ezechiæ & aliis quampluribus. Christus fundauit Ecclesiam, eique comparauit libertatem proprio sanguine suo, sustinendo flagella, sputa, clauos, mortis angustias: nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Vnde dicit Apostolus: Si compatimur, & conregnabimus: si commorimur, & consurgemus. Ecclesia Dei in duobus constitit ordinibus, in Clero & populo. In Clero sunt Apostoli & Apostolici viri, Episcopi & cæteri rectores Ecclesiæ, quibus commissa est cura & regimen ipsius Ecclesiæ, qui tractare habeant negocia Ecclesiastica, vt totum reducant ad salutem animarum. Vnde & Petro dictum est, & in Petro aliis Ecclesiæ rectoribus, non Regibus & Principibus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cælorum. In populo sunt Reges, Duces & Comites, & aliæ potestates, quæ secularia habent tractare negocia, vt totum reducant ad pacem & vnitatem Ecclesiæ. Et quia certum est, Reges potestatem suam ab Ecclesia accipere, non ipsam ab illis, sed a Christo: vt salua pace vestra loquar, non habetis Episcopis præcipere, absoluere aliquem, vel excommunicare, trahere clericos ad secularia iudicia, iudicare de decimis, de ecclesiis, interdicere Episcopis, ne tractent de transgressione fidei, vel iuramenti, & multa, quæ in hunc modum scripta sunt inter consuetudines vestras, quas dicitis auitas. Dominus enim dicit, Leges meas custodite. Et iterum per Prophetam: Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes scripserunt iniustitias, vt opprimerent pauperem in iudicio, & vim facerent causæ humilium populi mei. Audiat itaque dominus meus consilium fidelis sui, si placet, commonitionem Episcopi sui, castigationem patris sui, vt non cum schismaticis aliquam de cætero habeat familiaritatem vel communionem. Notum est fere toti mundo, quam deuote, quam honorifice Dominum Papam recepentis, quantum Romanam Ecclesiam fouentis & honorauentitis: quantum etiam Dominus Papa & Ecclesia Romana personam vestram dilexerint & honorauerint, & in quibuscunque potuerint secundum Deum, vos exaudierint. Nolite ergo domine, si salutem animæ vestræ desideratis, eidem Ecclesiæ, quod suum est, aliqua ratione subtrahere, seu in aliquo iustitiæ contraire: immo eandem ei in regno vestro permittatis libertatem, quam in aliis habere dignoscitur. Memores sitis professionis, quam fecistis, & posuistis scriptam super altare apud Westmonasterium, de seruanda Ecclesiæ Dei libertate sua, quando consecratus fuistis & inunctus in Regem a prædecessore nostro. Ecclesiam quoque Cantuariæ, à qua promotionem & consecrationem accepistis, in eum statum restituatis & dignitatem, in quibus fuit temporibus prædecessorum vestrorum. Possessiones etiam ad ipsam pertinentes, ecclesias, villas, & prædia, quæ pro voluntate vestra distribuistis, res omnes ablatas, tam nostras, quam clericorum nostrorum & laicorum, in integrum restituatis. Permittatis etiam nos libere & in pace redire ad sedem nostram, & nos vobis tanquam charissimo domino & Regi fideliter & deuote seruire parati sumus in quibuscunque poterimus, saluo honore Dei & Ecclesiæ Romanæ, & ordine nostro. Alioquin pro certo sciatis, quia diuinam seueritatem & vltionem sentietis.

Leuit. 19. Esa. 10.

Iustum est, vt sua libertate in omnibus regat Ecclesia [illegible]

HAC perlecta Epistola Archiepiscopi, Rex eum quidem nec abnuere, nec annuere voluit, sed in diem tertium XIX
distulit responsum. Tandem in vnum conuenientibus Rege & Archiepiscopo, per summum Pontificem & Franciæ Regem pax, vt quidem videbatur, conciliata est: promisitque Rex se restituturum ablata omnia, & quæ Archiepiscopatus esse probarentur: ipsi quoque Archiepiscopo & suis omnibus potestatem fecit in regnum reuertendi. Cur autem non statim redierit vir sanctus in Angliam, ipse Pontifici maximo scripsit post reditum suum: quæ quidem literæ extant, sed propter temporis angustiam eas quoque coacti sumus omittere. Quæritur in iis inter alia, Regem Angliæ a pactis conuentis resiluisse, quod tamen non tam illi imputandum sentit, quam quibusdam Episcopis, quos totius discordiæ incentores vocat: quorum machinis effectum dicit, vt Rex omnes ipsius & suorum redditus post pacem in festum sanctæ Mariæ Magdalenæ factam, vsque ad sancti Martini festum detinuerit, & tum demum domos vacuas & horrea demolita ipsi reddiderit: plures etiam Ecclesiæ Cantuariensis possessiones, vt promiserat, minime restituerit. Multa quoque alia commemorat insolenter admissa, cum esset Angliam ingressurus, à quibusdam Episcopis: & nisi Decanus Sarisburiensis impediuisset, quosdam vim ipsi & sociis adferre voluisse. Populum autem dicit ipsius reditu lætatum fuisse, seque in sua Ecclesia à clero & populo cum magna deuotione exceptum.

Inter sanctum Thomam & Regem pax constituitur. De his pa[illegible] vide apud Baron. an. 1170. [illegible] Archiepiscopus [illegible]

ET hæc quidem, multaque alia iis literis continentur, è quibus satis constat, non sine periculo eum in Angliam XX
reuertisse septimo anno exilij sui. Et ille sane tanto feruentius ad futuram properabat vitam, quanto certius cognouit, nihil in hac præsenti præter tentationes & pericula sibi superesse. Atque etiamsi tot cassis pax arrisisset, adeo tamen graue iam pridem sibi ipsi bellum indixerat, vt inter mundi delitias posito, asperioris eremi molestia, vel potius martyrium non deesset. Valde autem eum in quadam ad Regis filium suscepta legatione molestus fuit suus Archidiaconus, qui præ cæteris fidere debuisset. Quidam etiam inimici iustitiæ calumniabantur eum leonina feritate reuersum in regnum, vt Regis propositum & instituta dissolueret, cum ex hac satis pateret, agnina lenitate præditum,

Anno 1170. Redit in Angliam. Vide Baron.

ceruicem

ceruicem obiiciſſe percuſſori. At vir magnanimus ad futurum certamen ſe præparans, inſtabat orationi, ſacræ lectioni & prædicationi, largiſſimiſque præſtandis eleemoſynis. Porro ob quædam Eccleſiæ negotia Regis filium paulo ante Chriſti Natalem adire volens, Londinum profectus eſt. Necdum autem vrbem ingreſſus, denunciatur Regis nomine, ne vltra procedat, nec vllas Regis vel vrbes vel villas ingredi auſus ſit. Obſtupeſcenti viro Dei ad tam inſperatum Regis mandatum, dictum eſt, illum rupiſſe pacis fœdera, quæ cum Rege pepigiſſet: iubere Regem, vt ad ſedem ſuam redeat, & iniuncto officio diligenter incumbat. Animaduertit vir ſanctus, quorſum hæc ſpectarent, tantoque ad omnem Dei exequendam voluntatem factus eſt alacrior, quanto ſe ſenſit propius ad palmam accedere. Quanto autem tum fidei feruore, tum cæleſtium amore inflammatus redierit, teſtem tenemus gratiam curationum, quæ per illud iter cælitus exhibitæ ſunt, poſtquam martyr ad ſuperos migrauit.

Rect ide [illegible] ſunt pe. [illegible] landi vut.

XXI. REVERSVS domum, cum ſumma animi deuotione ac puritate celebrauit Chriſti Natalem, atque eo ipſo die poſt concionem terribili ſententia perculit vnum ex regiis miniſtris propter facinus quoddam, & cæſos miniſtros ſuos: itemque Randulphum hominem ſceleſtum, totius malitiæ incentorem. Tandem adiecit: A Ieſu Chriſto maledicti ſint, & à cœtu ſanctorum deleatur memoria, quicunque inter me & dominum meum Regem, odium & diſcordias ſeminabunt. Abierunt tum quidam magni viri ad Regem, & ſanctum martyrem detulerunt, ita vt Rex grauiſſime commotus, iteratis vocibus ita dixiſſe feratur: Inertes ac miſeros homines enutrini & erexi in regno meo, qui nec fidem ſeruant domino ſuo, quem à plebeio quodam clerico tam probroſe patiuntur illudi. Aderant ibi nobiles quatuor, genere conſpicui, & è familia Regis. Ij hæc verba ex ore Regis rapientes, ſecus ea, quam Rex vellet, interpretati ſunt: moxque in necem ſancti viri conſpirarunt, neſcienteque Rege, mare celerrime traiecerunt, Rege, vbi id comperit, ſuſpicante mali quippiam illos moliri, mittenteque nuncios, qui eos reuocarent: ſed illi iam longius anteceſſerant, quam vt poſſent reuocari. Inuito quidem Rege cæſum ab illis fuiſſe Archiepiſcopum, vel inde ſatis liquet, quod ibi comperit crudeliſſimum facinus, incredibili dolore & horrore correptus fuit. Voluerat ille vel in carcerem eum conificere, aut alio modo coercere, vt à ſententia illum deduceret. Sed illi homines nefarij poſtquam in Angliam venerunt, adiunctis ſibi quibuſdam miniſtris Regis, quos Archiepiſcopus excommunicarat, & nimirum ſatelli[t]umque coacta manu, mentiebantur ſe iuſſos à Rege, tollere è medio Archiepiſcopum. Itaque die illo, qui ſanctorum Innocentum feſtum ſequitur, abſoluto iam prandio, ſeſe colligunt aduerſus virum pium & innocentem, qui iam in interiorem domum ſeceſſerat cum domeſticis, de negociis tractaturus. Soli autem quatuor cum vno ſatellite ingreſſi ſunt, itumque illis obuiam eſt honorifice, tanquam domeſticis Regis. Illi iubent dici Archiepiſcopo, velle ſe cum ipſo Regis nomine colloqui. Annuit vir ſanctus, vt introducantur. Introducti diu ſedent taciti, & neque ſalutant, neque appellant Archiepiſcopum. Tacet etiam ipſe aliquamdiu: poſtea ſalutat pacifice. Illi pro ſalutatione reddunt maledicta, adeoque in necem eius ferebantur præcipites, vt niſi oſtiarius clericos, quos vir ſanctus exire iuſſerat, reuocaſſet, haſta quadam, quæ illic ſtabat, illum confodere voluerint, vti poſtea ipſi confeſſi ſunt.

Rex cômotus ea dicit, quæ nec em ſancto viro attulerunt.

Quatuor Regis aulici Cantuariam veniunt ad occidêdum Archiepiſc. vide Baron. anno 1170. Rogerû ab Houeden anno 1171. in Annal.

XXII. INTRO autem reuerſis clericis, qui primarius erat in his quatuor viris, ita ait: Rex controuerſiis omnibus conſopitis, te ad tuam ſedem remiſit: tu maleficiis beneficia compenſans, eos, quorum opera filius Regis coronatus eſt, à ſuo miniſterio ſuſpendiſti, miniſtros Regis anathemate percuſſiſti: vt ſatis appareat, te filio Regis, modo poſſis, coronam auferre conſtituiſſe. De his vtrum coram Rege purgare te velis, edicito. Ea enim cauſa nos huc miſſi ſumus. Reſpondit vir ſanctus: Teſtis eſt Deus, nunquam me filio Regis coronam eripere voluiſſe, cui ego mallem tres alias adiungere cum regnis ampliſſimis, modo id recte atque ordine fieri poſſit. Neque vero ego ſuſpendi à miniſterio Epiſcopos, ſed dominus Papa id fecit: nec me decet abſoluere, vt vos vultis, quos ille ligauit. Tum illi: Iubet, inquiunt, Rex, vt cum omnibus tuis è regno excedas. Contra Archiepiſcopus: Sed me deinceps, ait, Deo propitio, nemo inter Eccleſiam meam & mare conſpiciet. Non veni vt fugerem: hic me reperiet, ſi quis quæſierit. Illis obiicientibus, quod animi furore percitus, miniſtros Regis ex Eccleſia turpiter eieciſſet, vir ſanctus cum multo ſpiritus feruore illis reſpondit: Quiſquis auſus fuerit ſanctæ Romanæ ſedis inſtituta, vel Eccleſiæ Chriſti iura violare, nec vltro ſatisfecerit, non parcam, nec differam eccleſiaſtica cenſura coercere peccantem. Hac illi viri Dei conſtantia perculſi, propius accedunt, dicuntque ei: In capitis tui periculum hæc prolocutus es. Ait vir ſanctus: Non me, inquit, terrent minæ veſtræ: nec gladij veſtri promptiores ſunt ad feriendum, quam ego ad martyrium obeundum. Alium quærite, qui vos fugiat: me collocato pede pro Domino meo præliaturum comperietis. Illis cum clamore & contumeliis exeuntibus, vir Dei ſuos conſolabatur, & vt nobis viſum eſt, qui præſentes adfuimus, ita ſedebat imperterritus, ac ſi ad nuptias inuitatus eſſet ab illis.

Mentiuntur turpiter in præſentia eius.

Præliaturum ſe dicit non armis, ſed patientia aduerſus percuſſores ſuos.

XXIII. MOX reuertuntur illi loricati, accinctique gladiis, & ſecuribus armati. Fores autem clauſæ erant, nec pulſantibus aperiebatur. Tum illi occultiore via per pomarium ad ſepem ligneam diuertunt, ferroque & magna vi ſibi aditum parant. Eo horribili ſtrepitu miniſtri & clerici pene omnes territi fugerunt. Hortantibus illis, qui remanſerant, vt vir ſanctus in Eccleſiam ſe conferret, plane recuſauit. Non enim tali caſu fugiendum erat, ſed dandum potius ſubditis exemplum, vt mallet quiſque feriri gladio, quam videris legis diuinæ contemptum, & ſacrorum canonum euerſionem. Inſtabant vero monachi, aiebant indecorum eſſe, à veſpertinis laudibus, quæ tum celebrabantur, ipſum abeſſe. Ille vero non ceſſit, veritus ſe priuatum iri optata martyrij corona, ſi in templum eſſet ingreſſus, cuius reuerentia arceri poſſent à tanto ſcelere parricidæ illi. Sane poſtquam ab exilio reuerſus fuit, ſic dixiſſe fertur, tanquam certus iam ſe per martyrium hinc emigraturum: Habetis hic dilectum Deo ac vere martyrem Elphegum: alium quoque vobis ſine mora diuina miſeratio prouidebit. Monachi autem cum eum permouere non poſſent, valde inuitum aſportarunt in Eccleſiam: quam cum ingreſſi eſſent, quatuor illi nobiles curſu rapidiſſimo ſecuti ſunt cum Hugone ſubdiacono deploratæ nequitiæ, quem malum clericum appellabant. Volentes autem monachi obſerare fores Eccleſiæ, prohibiti ſunt à ſancto viro, qui tum præclare dicebat: Nos patiendo potius, quam pugnando, ex hoſte triumphabimus: neque eo huc venimus, vt repugnemus, ſed vt patiamur. Adſunt mox ſacrilegi carnifices, exclamantque furibundi: Vbi eſt Thomas Beketh, Regis & regni proditor? Eo reſpondente, maiori contentione vociferantur: Vbi eſt Archiepiſcopus? Tum ille plane intrepidus & imperterritus, Ecce adſum, inquit, non proditor regni, ſed ſacerdos. Paratus ſum pro illo mori, qui me redemit ſanguine ſuo. Abſit, vt propter enſes veſtros aut fugiam, aut à iuſtitia recedam. At illi, Abſolue, inquiunt, quos excommunicaſti & ſuſpendiſti à ſuo officio. Nulla, ait vir ſanctus, ab illis exhibita eſt ſatisfactio, itaque non abſoluam. Rurſus illi: Nunc igitur morieris, & recipies pro meritis. Ego vero, ait ſanctus martyr, pro Domino meo mori paratus ſum, vt Eccleſia meo ſanguine pacem & libertatem aſſequatur. Præcipio autem ex parte omnipotentis Dei, ne quenquam ex meis lædatis. Mox illi, facto impetu, in eum irruunt, conanturque extra fores extrahere, illic eum aut iugulaturi, aut vinctum aſportaturi, vti poſtea confeſſi ſunt. Sed cum difficile poſſet eum loco moueri, & vnum ex eis acrius inſiſtentem à ſe remouiſſet, is terribili incenſus furore, enſem contra eius verticem vibrauit. Tum vero pius & ſanctus vir cernens adeſſe horam, qua promiſſam perciperet martyrij coronam, ceruicem inſtar orantis inclinauit, iunctiſque & ſurſum erectis manibus, Deo & ſanctæ Mariæ, beatoque martyri Dionyſio ſuam & Eccleſiæ cauſam commendauit. Vix ea prolocutum, nefandus vir, metuens ne populus eum eriperet ex manibus ipſorum, coronam capitis eius, vulnere capiti inflicto, tanta vi amputauit, vt pariter ſecaret &

Prædicit martyrium ſuum.

Quatuor horum nomina hæc fuerunt, Wilhelmus de Traci, Hugo de Moreuille, Richardus Brito, Reginaldus filius Vrſi. vide Baron. vbi ſupr.

Offert ceruicem percuſſoribus.

Hic videtur Author ſ[ec]ulum ſigo ſtate.

p[illegible] ide[illegible] brachium isthæc referentis, qui solus, cunctis & monachis & cl[illegible] [illegible]tyri co[illegible] adhæ[illegible], & inter vlnas eum continu[illegible], donec [illegible] ra [illegible] lacer[illegible] corpus [illegible], & [illegible] mansit imminotus, [illegible] commo[illegible]. Tertio p[illegible] [illegible], g[illegible] [illegible]

Tertio ictu [illegible] [illegible] cerebrum. ce, Pro no[illegible] & Ecclesiæ defensione morip [illegible]. Tum vero [illegible] p[illegible] tibe[illegible] grau[illegible] vulnus, vt cum sanguine pariter capite cerebrum in eius facie [illegible] Quartus [illegible] g[illegible] bat [illegible] ut cæteri post [illegible] ca ho[illegible] da cæ[illegible] le liberius [illegible] Quo[illegible], quem [illegible] t[illegible] d[illegible] us, Hugo [illegible] subdiaconus execrabilis, & positio pede in collum sanctissimi martyris, quod [illegible] n[illegible] p[illegible] t, cerebrum cum sanguine per pauimentum sparsit, atque ad [illegible] quatuor: Ab[illegible] hinc [illegible] post [illegible] non [illegible] get.

I[illegible] omnibus incredibilem licebat sancti martyris videre constantiam, vt qui neque manum, neque vestem XXIV opp[illegible] percussoribus illis, nec vllum vel verbum, vel clamorem ederet, immo ne [illegible] nutum quidem, aut [illegible] quam dol[illegible] sig[illegible] tionem exprimeret: sed caput gladiis oblatum teneret immotum, donec cerebro cum la[illegible] [illegible] tanquam [illegible] corpus [illegible], spiritum in sinum Abrahæ deposuit. Cæsus est vir pius à cruentissimis illis carnificibus tempore sacro & loco sacro, in ipsa domo Dei, quarto Calendas Ianuarij anno Christi [illegible] simo [illegible].

Rex [illegible] Sicarij [illegible] p[illegible] & [illegible]. Cæde perpetrata, infelices illi, & cæteris homicidis immaniores, gloriabundi per æd[illegible] & officinas Archiepiscopi discurrunt, aurum, argentum, vestes, vasa preciosa, libros & Ecclesiæ charta[illegible] atque priuilegia, permultaque alia diripiunt. Inde in eius clericos, [illegible] & parentes suam exercet tyrannidem publica potestas, d[illegible] si[illegible]que aff[illegible] ctos contumeliis, priuat facultatibus, ita vt miseri & mendici per ignotas prou[illegible] d[illegible]. Nemo vero satis explicare queat, quantus mœror ciuitatem occuparit, postquam [illegible] beati viri cæd[illegible]. Magno fan[illegible] omnibus horrori fuit tam crudele facinus in Ecclesia designatum. C[illegible] lauerat vir sanctus magno studio, quoad vixit, sanctitat[illegible] suam: sed iam non passus est diutius latere omnipotens Deus: sed post fusum sanguinem [illegible] eam miraculis declarauit: verum ea initio occultabantur, tanquam non habitura fidem: donec iis multiplicatis cessit ad [illegible] orum impietas, & obstructum est os loquentium iniqua.

P[illegible] ERO die martyris corpus mundissimum quidam loturi, ad nudam carnem inueniunt cilicium ad opediculis [illegible] tum, vt martyrium, quod pridie vir sanctus perpessus erat, isto tolerabilius vid[illegible]. Porro [illegible] tem illud cilicium vsque ad genua, eoque admodum strictum femur cinctum erat. Ea res conspecta, la[illegible] præsentium oculis lachrymarum imbres expressit. Apparebat enim tunc rigor pœnitentiæ, & vitæ [illegible] atque [illegible] tas, quæ antea vix paucissimis familiaribus cognita fuerat. Conditum inde est venerandum corpus in crypta admodum honorifice & reuerenter. Tanta vero secuta sunt miracula, vt si singulatim scriberentur, infirmi vix [illegible] [illegible]. Toto vero anno, demptis diebus decem, in eius Ecclesia conticuere laudes diuinæ & Missarum solennia. Subito autem & præter [illegible] expectationem, Deo vlciscente fusum sanguinem martyris sui, pax regni perturbata est,

Deus castigat Angliam [illegible] Archiepi[illegible] [illegible] Baron. ann. [illegible] exci[illegible] seditiones, & bellum exortum intestinum. Filius incurrit in patrem, & pater in [illegible], [illegible] psum diuisum, desolationem minabatur. Normannia hostili gladio [illegible] tradita est. Anglia contremuit & com[illegible] cladis imminentis. Obsidebant eam hostes vndique, & intus vastabant exitial[illegible] [illegible] lus pa[illegible] aliis illum [illegible] fautorem fouere asserentibus. Sed tandem sancti martyris meritis pax reddita est, & eius a[illegible] [illegible] studio [illegible] venerati sunt defunctum, quem viuentem fuerant persecuti.

D[illegible] Rex ipse, cum per visionem significatum esset, nullam aliam via sperandum esse pacem, nisi conciliato XXVI martyre, cu[illegible] [illegible] ad [illegible] ornamentum beati martyris, veniam petiturus, properauit: cumque Cantuariam venisset, ab æde beati Dunstani vsque ad summum templum, in quo sanctus Thomas conditus est, nudis pedibus & [illegible] lachrymis abundans ingrediebatur, non viarum asperitate, non pedum teneritudine retardatus. Vbi ad Ecclesiæ [illegible] ve[illegible], pro[illegible] & [illegible]: porro ingressus, locum illum, in quo vir beatus occisus est, la[illegible] [illegible] dein de ad [illegible] coram Episcopis, cum multo tremore ac reuerentia accessit, ad loculum ma[illegible] atque [illegible] prostratus corpore, quos gemitus, quæ suspiria ediderit, quos lachrymarum profuderit imbres, dici non potest. Postea cum palam reum se proclamasset, veniamque precatus esset, quod sanctum virum tam pertinaciter [illegible] non tamen occidi voluisse: restituit in integrum Ecclesiæ Cantuariensi iura & dignitates, quas ante habuisset, addiditque è suo reg[illegible] librarum redditus, vt sanctum martyrem posset habere propitium. Deinde exteriori veste se nudans, scapulas & caput in tumuli fenestram magna h[illegible] submisit, ita vt omnes eo spectaculo ad lachrymas promouerentur: primoque ab Episcopis quin[illegible] cæsus est: deinde à monachis amplius octoginta, ternos accepit ictus, atque ita solenniter absolutus est. Post hæc nudus humo resedens, nudis pedibus, vt venerat, atque ieiunus totam noctem in precibus exegit. Denique ita se tunc gessit, vt non facile in historiis reperire liceat, quenquam è Christianis principibus humilius atque deuotius hoc Rege egisse pœnitentiam. Vt vero satis constet, sancti Thomæ martyris meritis ab illo regno diuinæ seueritatis animaduersionem amotam, eodem die, quo Rex venit Cantuariam, pro suis in martyrem peccatis satisfacturus, Comes Flandriæ, qui cum immenso exercitu in Angliam transire statuerat, mutata illico sententia, rec[illegible] ssit. Altero die Rex Scotiæ Angliam vastaturus, in acie comprehensus est. & breui omnes conticuere hostes, & pacem regni perturbantes, humiliati sunt, redditque tranquillitas: Præstante Domino nostro Iesu Christo: Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Rex omnia iura & dignitates Ecclesiæ restituit Cantuariensi.

Epistola Ludouici Regis Francorum ad Alexandrum Pontificem.

N[illegible] tenet hæc [illegible] Romanæ Ecclesiæ.

DOMINO suo & patri sanctissimo Alexandro, Dei gratia summo Pontifici, Ludouicus Francorum Rex salutem & debitam reuerentiam. Ab humanæ pietatis lege recedit filius, qui matrem deturpat: neque creatoris beneficij reminiscitur, qui de sanctæ Sedi Apostolicæ illata turpitudine non contristatur. Verum specialius est condolendum, & nouitatem doloris excitat inauditæ nouitas crudelitatis: quoniam in sanctum Dei insurgens malignitas, in pupillum Christi gladium infixit, & lucernam Cantuariensis Ecclesiæ non tam crudeliter, quam turpiter iugulauit. Exigitur ergo exquisitæ genus iustitiæ: denodetur gladius Petri in vltionem Cantuariensis martyris: quia sanguis eius clamat pro vniuersali Ecclesia, non tam sibi, quam vniuersæ Ecclesiæ conquerens de vindicta. Ecce ad tumulum agonistæ, vt relatum est nobis, reuelatur diuina in miraculis gloria: & diuinitas demonstratur, vbi humatus requiescit, pro cuius nomine certauit. Latores vero præsentium patre orbati, p[illegible] vi[illegible] seriem indicabunt. & testimonio veritatis aurem mitissimam adhibete, & tam de isto negocio, quam de aliis, tanquam nobis credite. Valete.

ALEXAN-

ALEXANDRI PAPÆ III. LITTERÆ DE CANONIZATIONE S. THOMÆ CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI, FACTA ANNO 1173.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis, Priori & monachis Cantuariensis Ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem.

GAVDENDVM est vniuersitati Fidelium de mirabilibus illius sancti & venerandi viri Thomæ Archiepiscopi vestri. Sed vos exinde tanto ampliori gaudio & exultatione debetis repleri, quanto ipsius miracula occulta fide sæpius intuemini, & eius sanctissimo corpore Ecclesia vestra specialius meruit illustrari. Nos autem considerata gloria meritorum eius, quibus in vita sua magnanimitas claruit, & de miraculis eius non solum communi & celebri fama, sed & dilectorum * filiorum nostrorum Alberti, tituli sancti Laurentij in Lucina, & Theodini tituli sancti Vitalis presbyterorum Cardinalium Apostolicæ Sedis legatorum, & aliarum plurium personarum testimonio certitudinem plenam habentes, præfatum Archiepiscopum in capite Ieiunij, multitudine clericorum & laicorum præsente, in Ecclesiæ deliberato cum fratribus nostris consilio, solemniter canonizauimus, eumque decreuimus sanctorum Martyrum collegio annumerandum: vobis & vniuersitati Fidelium de Anglia Apostolica authoritate mandantes, vt Natalem eius diem, quo vitam suam gloriosa passione finiuit, annis singulis cum debita veneratione celebretis. Quoniam igitur dignum est, & vobis plurimum expedit, vt sanctum corpus eius cum ea, qua decet reuerentia & honore condatur: discretioni vestræ Apostolica auctoritate mandamus, quatenus corpus eius, deuote & reuerenter facta solemni processione, aliquo solemni die, congregato Clero & populo, in altari honorifice recondatis: aut ipsum in aliqua decenti capsa ponentes, prout conuenit eleuatis in altum, & patrocinium eius pro salute Fidelium & pace vniuersalis Ecclesiæ satagatis apud Dominum vestris piis orationibus impetrare. Valete. Datum Signiæ quarto Idus Martij.

*fratrum

Alexander Papa iubet eleuari corpus Martyris.

Aliæ ad Christi Fideles.

REDOLET Anglia fragrantia & virtute signorum, quæ per merita illius sancti & venerandi Thomæ quondam Cantuariensis Archiepiscopi omnipotens Deus operatur, & vniuersa vbique lætatur Fidelium Christiana religio, pro eo quod ille, qui est mirabilis & gloriosus in Sanctis, Sanctum suum post mortem clarificauit, cuius vita laudabilis multa fulsit gloria meritorum, & tandem martyrio consummata est certaminis gloriosi. Quamuis autem de sanctitate ipsius dubitare non possit, qui eius & laudabilem conuersationem attendit, & gloriosam considerat passionem, voluit tamen Redemptor atque Saluator noster eius sanctitatis insignia magnificis radiare miraculis: vt qui pro Christo insuperabilis virtutis constantia necessitates & pericula pertulit, sui laboris & certaminis in æterna beatitudine cognoscatur ab omnibus percepisse triumphum. Nos vero auditis innumeris & magnis miraculis, quæ iugiter per sancti illius viri merita fieri vniuersitas narrat Fidelium, & super his non sine magno gaudio per dilectos fratres nostros Albertum, tituli sancti Laurentij in Lucina, & Theodinum tituli sancti Vitalis presbyteros Cardinales atque Apostolicæ Sedis Legatos, qui eadem miracula tanto perspicacius didicerunt, quanto amplius sunt loco vicini, præcipue certiores effecti, & plurium aliarum personarum testimonio fidem sicuti debuimus, adhibentes, prædictum Archiepiscopum solemniter in Ecclesia, magno ibidem clericorum & laicorum collegio præsente in capite Ieiunij, deliberato fratrum nostrorum consilio canonizauimus, ipsumque decreuimus Sanctorum catalogo adscribendum. Vniuersitatem itaque vestram monemus, & auctoritate qua fungimur districte præcipimus, & Natalem prædicti gloriosi Martyris diem passionis suæ solemniter annis singulis celebretis, & apud ipsum votiuis orationibus satagatis veniam promereri: vt qui pro Christo in vita exilium, & in morte virtute constantiæ passionis martyrium pertulit, Fidelium iugi supplicatione pulsatus, pro nobis apud Dominum intercedat. Datum Signiæ 4. Idus Martij.

Plura de S. Thoma Cantuariensi Archiepiscopo Lector, si cupis, lege Baronium ab anno 1162. vsq; ad annum 1173. inclusiue, & Rogerum de Houeden Annal. parte posteriori in Henrico II. vbi ex diuersis Auctoribus & Epistolis S. Thomæ & aliorum, quæ toto illo plurium annorum persecutionis tempore vltro citroq; sunt datæ, quas omnes exscripsere, historiam per singulos annos contexuerunt.

VITA S. EBRVLPHI CONFESSORIS, A QVODAM EIVS DISCIPVLO, AVT AMICO FAMILIARI CONSCRIPTA, SED PER F. LAVRENTIVM SVRIVM MVTATO STYLO, ABSQVE HISTORIÆ detrimento, redacta in compendium. Ann. 590.

I. EBRVLPHVS vir nobilis, parentes habuit illustres. Nutritus est autem in aula * Regis Franciæ, tantamque præsetulit modestiam & humilitatem, vt in palatio magnum obtineret locum, quemadmodum ipse nobis exhortationis causa dicere consueuit. Cum autem esset opulentus, & literis bene eruditus, atque sapientiæ studiosus, diuino in ipso crescente feruore, libros scripturæ diuinæ cœpit euoluere, vt sciret sanctorum patrum res gestas, atque inde disceret, qua ratione posset ipse quoque placere Deo. Vbi autem in sancto Euangelio legit ea verba Saluatoris, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Itemque illa, Qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit: ille animo compunctus, relictis omnibus, pauperibus ea elargitus est. Vxorem autem suam Christi ancillis commendauit, vt eam cælestibus imbuerent disciplinis. Nec vero contentus reliquisse patriam charosque parentes, & facultates omnes, etiam barba & capite raso, cum tribus religiosis viris celerrime ad eremum properauit, & inter opaca nemorum, loco, quem * Oximensem vocant, latitauit. Et quidem Angelo duce, repererunt fontes egregios, quæ eis causa fuit Deo vberes gratias agendi, qui nunquam spernit sperantes in se.

29. Decemb.

* Childeberti

S. Ebrulphi humilitas.

Luc. 9.

Matth. 19.

Omnia sua dat egenis.

* Oxomensem

II. COEPERVNT autem ex virgultis construere sepem, & intra illam tugiriolum, in quo commorarentur. Erat vero locus procul ab hominum habitatione separatus: cumque ad eos venisset vir quidam, miratus est conatum eorum, quod

In eremo degit cum paucis.

rum, quod

rum, quod sciret Suenos crebras illic facere irruptiones, & prædas agere: tum quoque locum esse incultum, sed nec opportunum culturæ. Quod cum eis obiiceret, illi responderunt: Nos huc, mi pater, accessimus, vt ploremus peccata nostra, tuti que auxilio Domini nostri Iesu Christi, non timemus incursus hominum. Tu vero, si lapsus, resipisce iam, & ad meliorem frugem te recipe. Tum ille compunctus corde, domum abiit, & mane reuertens, tres eis panes subcinericios attulit, & tantum mellis: iunctusque illis, monachus effectus est. Sed cum latere non posset gratia Dei per illos operans, quidam ad eos crebro veniebant, resque necessarias apportabant, atque illorum sermonibus pie instituti, domum redibant. Permulti autem facti sunt perfectissimi monachi.

Multi apud eum fiunt sanctissimi monachi.

Accidit interim, vt pane deficiente, pauper quidam eleemosynam peteret. Iubenti beato Ebrulpho, vt ei III.
daretur eleemosyna, minister respondit: Non habeo, pater, nisi dimidium panem. At ille: Nihil hæsites, fili: sed memineris propheticæ illius sententiæ, Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Datus est igitur panis pauperi, nec diu post adest quidam præ foribus cum iumento, pane, vino & caseo onusto. Atque ab illo die nihil defuit eis, quod esset necessarium. Porro duo sæui latrones alterius prouinciæ eo aduenantes, porcos inuestigabant: sed interim dum per eremum cursitant, eos inquirentes, iam defessi, audiunt signo dato euocari monachos ad laudes Domino promendas. Itaque tremefacti, relictis porcis, ocyus se conferunt ad virum Dei, confitenturque crimen suum: factique sunt egregii monachi. Postquam autem longe lateque peruagari cœpit fama sanctitatis Ebrulphi & monachorum eius, & quanto studio colerent Deum, homines locupletes & religiosi aliarum regionum, illorum exemplis compuncti petierunt à venerabili patre Ebrulpho, vt ipsorum impensis monasteria exædificaret. Ille non impiger, sed cupiens augere talenta à Domino ipsi tradita, quindecim monasteria virorum & feminarum condidit. Deinde ad monasterium suum reuersus, cum permultis monachis in Dei seruitio permansit immobilis. Domicilium aūt eius nihil à pastorū tugurio differre videbatur. Per eius circuitū degebāt monachi à dextris & sinistris, ita vt vtrinque essent cellulæ mille quingentæ: quas ille crebro inuisere solebat, mulo vel asino subuectus.

Psal. 40.

xv. monasterium extruit.

Cumque annos viginti & vnum illic habitasset, sæua pestis locum inuasit. Tum vero sanctus vir nequaquam, IV.
vt solent meticulosi, fugit, sed fratrum animos confirmabat, hortabaturque eos, vt pararent se venienti iudici, qui redditurus est vnicuique iuxta opera sua. Videte, inquit, ne sponsus reuertens à nuptiis, inueniat vos dormientes, sed vigilantes in operibus bonis. Cumque crassaretur pestis, vnus ex fratribus sublatus est sine communione: dicebatur autem Ausbertus. Vbi autem eum obiisse didicit B. Ebrulphus, sciscitabatur num Eucharistiam percepisset. Ministro autem id negante, infremuit spiritu, oransque & lachrymans venit ad lectum eius, atque ad defunctum: Eheu frater, cur abiisti sine communione? Ille tanquam à somno experrefactus, paululum apertis oculis, Tu es, inquit, domine? Vir Dei respondit: Ego sum: sed dic mihi, vbi interim fueris, & quid videris. Et ille: Reuocasti me, inquit, a labore itineris, quo me cruciabat aduersarius. Et vir sanctus, Vis, ait, Eucharistiam accipere? Respondit: Volo. Cumque corpus & sanguinē Domini accepisset, rursus pacis somno obdormiuit. Alius quidam ex famulis, facto Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi die, vita functus, à sanctissimo patre iussus est ad cœmeterium deferri: qui cum expletis Missarum solemniis feretro exportaretur, redimiuus apparuit: apertisque oculis petiit reduci ad monasterium. Credo, inquiens, virtute Natiuitatis Iesu Christi ac interuenientibus patris nostri Ebrulphi meritis, vitæ spatium mihi prolongatum esse. Qui à patre perhumaniter exceptus, & pristinæ vocationi restitutus, permultos ibidem superuixit annos. Migrarunt tunc ad Dominum septuaginta & octo fratres: ex familia vero innumeri: sed Domino miserante, pestis sopita est. Non cessauit autem beatus Ebrulphus pro animabus illis Dominum nocte ac die deprecari.

Rom. 2.

Vide rē admirandam: defunctus reuiuiscit. Item alius.

Solebat vir sanctus, post collectas fratrum in lecto quieturus, clam accire ministrum suum, qui ei legeret V.
quippiam. Summo enim studio tenebatur intelligendi scripturas vtriusque Testamenti, vt in eum quoque quadraret illud propheticum, In lege Domini meditabatur die ac nocte. Preces quotidie Domino preces offerebat, ipse sanctus in illo degens. Cum sacerdotibus quoque oblationes suas quotidie Domino offerre studebat: porro Dominicis diebus sacerdotes coram illo tres faciebant sacrificia. Erat ei vultus præclarus, canities venerabilis, charitate plenus, fortis in vigiliis, in abstinentia iucundus & hilaris, in rebus duris patiens, erga peccantes humanus & misericors, corpore castus, sobrius & humilis. Annis singulis ter caput tondebat: nunquam reddidit malum pro malo: prospera & aduersa æquo ferebat animo. Si quod creatum esset damnum, semper illud erat in ore, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum in secula. Cum accederent eum, qui inter se discordes essent, optimis sermonibus ita eosdem alliciebat, vt concordes recederent. Omnes ad ipsum venientes, nobiles, ignobiles, pauperes & peregrinos iucundo vultu & cum gratiarum actione excipiebat, nec facile sine aliquo quamuis exiguo munusculo à se dimittebat. Multi homines seculares febre correpti, petebant à ministro eius funiculos, quibus vir beatus se cingeret, aut quippiam ex vestimentis eius: & quotquot cum fide accipiebant, sanabantur. Quædam religiosa fœmina morbo affecta, per nuncios petiit fimbrias vestimenti eius, quibus acceptis, cum multis venit ad eum incolumis.

Psal. 1.

Virtutes eius.

Iob 1.

Nota vim etiam vilium rerum quibus ipse vtebatur.

Bis in anno pendebat ex voto tributum Domino Deo, puta in Christi Natiuitate, & in ea quæ dicitur Pascha: VI.
quibus diebus centum argenti solidos dabat pauperibus: quod tamen etiam alias pro viribus faciebat. Pauperculus quidam ex alia regione, morbo valde confectus, venit ad eum eleemosynam petiturus. Illum vir Dei conspicatus, Et quomodo, inquit, frater, tantum potuisti explicare iter exhausto corpore? Illo dicente, se inopia compulsum id fecisse, ait vir Dei: Præstat te hic manere, quā alicubi canibus lacerādū offerri. Māsit igitur, & breui proficiēs, cœpit hortū colere: deinde vero factus est monachus. Alius quidā rebus pauper, sed corpore incolumis, cōtractum se simulauit, vt plus cæteris acciperet à viro Dei. Vbi aūt accepit aliquid ab eo, mox febre percussus, intra paucos dies expirauit.

Punitur dissimulator homo simulator.

Cum iam vir sanctus octogesimum ætatis annum excessisset, sicut ab ipso didicimus, cupiebat dissolui, & esse cum Christo: dicebat enim infidelem esse seruum, qui nolit venire in conspectum Domini sui. Incidit autem in morbum grauem, sed corroborante eum Spiritu sancto, non sentit dolorem, sed iacebat afflictus. Nec vero quicquam esculentum aut poculentum sumere potuit, præter aquam solam. Paulo post venerunt ad eum quidam viri spectabiles, vinum secum afferentes, vnde parum hausit, atque ita sine cibo vixit dies quadraginta septem, nisi quod Christi corpus & sanguinem percipiebat. Et nihilominus tanquam bene sanus non cessabat prædicare fratribus verbum Dei. Rogantibus eum fratribus, vt parum cibi caperet, ille respondit: Quæso, fratres, ne huius rei mentio sit: mihi enim fastidium parit. Vt autem liceat mihi paululum quiescere, foras egredimini. Deinde vertens se ad parietem, Dominum deprecabatur, mentem ad cælestia sublevata. Quas autem preces solebat sanus fundere, eas volebat ab aliis coram se persolui. Dicentibus vero fratribus, Cur nos, pater, in alienas tradis manus? aut quid nos, te decedente, facturi sumus? ille respondit sententia memorabili: Maneat inter vos animorum coniunctio & charitas, nec quisquam vos dirimere poterit. Sit in vobis spiritalis dilectio, & quod promisistis Deo, id implere studeatis. Precum vestrarum pensum libenter persoluite, castitatem sectemini, iracundiam fugite, inuicem vos ad bonum cohortemini, hospites & peregrinos benigno animo excipite propter eum, qui dicturus est, Hospes fui, & collegistis me.

Sola Eucharistia alitur vir sanctus.

Hortatur fratres vt maneant in charitate.

Matth. 25.

Cumque appropinquaret migrationis eius tempus, die quintodecimo ante Christi Natalem, hora diei VII.
tertia, anima eius excessit è corpore. Orantibus autem fratribus pro anima eius cum lachrymis, paulo post reuixit: quod quidem illo die ter ita accidit. Deinde diebus octodecim superuiuens, in pauperes multa contulit, itemque

Moritur, & iterum reuiuiscit.

itemque in monasteria, pro cuiusque ratione & conditione. Porro quarto Calendas Ianuarij temporibus Rodoberti Episcopi * Sagiensis, anno duodecimo Childeberti Regis, fratribus valedicens, alacri & angelico vultu, Abrahæ sinu receptus, migrauit ad Dominum, conditusq; honorifice est in Ecclesia beati Petri Apostolorum principis, quam ipse extruxerat. Contigit tum miraculum minime reticendum. Diaconus quidam, qui viro sancto charus fuerat ob vitæ sanctimoniam & virtutes, cum multis lachrymis dixit: Cur me, pater, deseruisti? Cur mihi non licuit prius sepeliri, quam tu exires à corpore? Eadem vero nocte, cum esset postridie sepeliendus beatus Ebrulphus, meritis illius Domino spiritum ille tradidit, & sunt ambo pariter ad sepulchrum deportati. Magna deinde per seruum suum Ebrulphum Dominus miracula effecit in laudem & gloriam nominis sui: qui viuit & regnat per infinita secula, Amen.

Migrat ad Christũ & sepelitur.

Miracula.

MARTYRIVM S. MARTYRIS ANYSIÆ, QVÆ EST THESSALONICÆ, EX SIMEONE METAPHRASTE: HABETVR 5. TOMO ALOYSII.

An. 290.

I. TEMPORE Tyranni Maximiani, puella quædam nomine Anysia, nobili loco nata Thessalonicæ, alebatur apud diuites & fideles parentes, erudita in timore Domini, magis virtutibus quam ætate proficiens. Et primum quidem parentes eam magis dogmatibus pietatis nutriuerunt, quam lacte. Postquam autem ætatem transiit puellarem, videreturque puellæ grauitas & decus maius quam sperassent, eam solidioribus disciplinis erudiebant. Illi vero cum, vt quæ bono esset ingenio prædita, facile apprehenderet, fructus dignos disciplinæ actione proferebat: cumque vere cælestes & Angelicos plane haberet spiritus, insignis pulchritudo micabat ex oculis. Magna autem ex parte domi latebat. De iuuentute vero sæpissime conquerebatur, dicens: O insidiosam ætatem, quæ aut lædit, aut læditur. Pulchra res est senectus. Hei mihi: longitudo temporis me mœstitia afficit, quæ tamdiu separat à cælestibus. Et vt semel dicam, nunquam intermittebat Christum vocare ad suum auxilium, & genua flectens, solum adspergebat lachrymis.

30. DECEMB. Patria S. Anysiæ.

Dolet se differri à cælestibus.

II. INTEREA autem cum parentes decessissent, accepta hæreditate, cogitabat, quomodo vteretur iis, quas habebat, diuitiis. Erant vero congesti maximi auri & argenti thesauri, amplæ possessiones, multi pecorum greges, seruorum & ancillarum multitudo innumerabilis, vestis sumptuosa & magnifica, & ex auro contexta, & serica, mundus aureus, exornatus omni genere gemmarum, magnitudine resplendens & pulchritudine. Hæc videns sanctissima Anysia, dicebat: Quomodo saluæ esse poterimus in tantis terrenis copiis? Quomodo caput draconis exuemus? Age aduersus ipsum vtarcius inuentione. Ille quotannis se exuens, renouatur: exuamus ergo nos quoque varias diuitias. Etenim diuitiæ magis puniunt eos, qui illis male vtuntur: eos, qui ipsas accumulauerunt, mulctant rabie immedicabili: parcos autem & illiberales suis laqueis & retibus implicant. Agrorum possessio suggerit indignationem, & infidam vectigalium exactionem, proferens trutinas falsas & falsa pondera. Vestes docent se perperam & nequiter gerere, resoluique & diffundi deliciis. Torques & monilia efficiunt, vt ceruix superbe erigatur, & vt quæ laudibus trahitur, videri desideres. Age ergo piis pie vtamur, beato Matthæo parentes. Dominatum in eas obtineamus secundum naturam, priusquam eæ dominentur nobis præter naturam: efficiar vere domina, eas sancte administrans: simul & declinans ea, quæ ex eis oriuntur, vitia, & custodiam excogitans tutissimam, in viduarum, orphanorum & mendicorum ventrem tanquam thesaurum eas recondens. Idoneus fideiussor, Dominus vniuersorum, non ad duplum vsque solummodo augebit sortem, sed ad centuplum vsque cum vita æterna mihi fœnus adiiciet. Pie cõsumamus: tuto enim recipiemus. Venundatis omnibus, crucem acquiramus: Christum expediti sequamur: ipsam terram statim cum terra relinquamus, cælos cum Angelis habitemus. Fugiamus periculosam vitam, & probris plenam: & desideremus certamen, quod superat rationem. Cum iis, quæ non patiuntur interitum, permutemus ea, in quæ cadit interitus. Maxime venerandæ sunt nuptiæ, quæ corruptionem nequaquam concilant: permaneamus integræ: ei qui formauit, parum figmentum conseruemus: à reprehensione alienum Christi custodiamus signaculum. Agnoscat Dominus sigilla virginitatis: clausum inueniat horreum, cum accesserit. Præbeamus fontis fluenta minime perturbata. Nunc cum sunt nundinæ, negociemur. Persecutio & athletico mihi gloriam concilient. Præsides & supplicia, in paradisi delicias: custodia & flagella, in Christi nuptialem thalamum introducant. Non solum sunt virorum coronæ, sed etiam mulierum.

Ingentes ei à parentibus relinquuntur opes.

Seipsam hortatur ad exuendas diuitias.

παρθένιμαι.

Hortatur seipsam ad seruandam virginitatẽ.

III. ET hæc dicens, orabat cum lachrymis: Domine Iesu Christe, lux vera, fons immortalitatis, radix incorruptionis: qui mysterium virginitatis in vtero concepisti: qui matris nomen nulla labe inquinatum custodisti: bone Domine, præsta ne virginum chorum deseram, ne excludar thalamo: sed me refer in numerum virginum prudentum, & dignare me Domine, vt lampadem ferens, victis, quæ inquinari nequeunt, certaminibus glorificer. Hæc cum dixisset sanctissima Anysia, statim omnia venundedit, non tanti quanti erat vnumquodque, nec vt solet fieri in contractibus, exquisite examinans: sed hoc solum dicebat emptori: Est mendicorum & egenorum: da iustum precium, vt simul quoque aliquam tibi offeras mercedem emens, & efficiaris iustus Dominus. Hæc autem dicebat, non quod vellet multiplicatum accipere precium: sed in hoc quoque habens zelum pietatis, & ei qui emebat, mercedem concilians. Non enim tantam curam gerebat venditionis, quantum curabat, vt recte & ex virtute nil possideret. Cumque omnia in aurum redegisset, illa ea per se dabat, non solum præbens, sed alia etiam officia adhibens: in omnem custodiam ingrediens, & quemlibet qui in vinculis erat damnatus, consolans: eius qui tortus fuerat, vibices infusionibus curans & vnctionibus: quemlibet ægrotantem & in lecto decumbentem inuisens, & eius curam gerens: compita & vicos obiens, & iis qui in eis iacebant, manum præbens, dicebat: Ne deliciæ sint mihi diuitiæ, quæ ne aquæ quidem gutta dignæ habentur in tempore iudicij. Non sationis laborem, sed messis diuitias, visione apprehendebat. Et cum ad obolum vsque omnia distribuisset, & nihil sibi reliquisset, se in quadam continebat domuncula, quæ superius habebat tabulatum, operans manibus, & quo opus habebat, sibi alimentum suppeditans, conuenienter sententiæ beati Pauli Apostoli, qui dicebat: Ociosus autem non manducet. Christiano vero germanum, & quod impediri non potest, nutrimentum, sit labor suarum manuum.

Precatio eius ad Christum.

Vendit omnia sua.

Vide in quos vsus suas expendit facultates.

2. Thess. 3.

IV HÆC cum dixisset, precibus deinceps vacabat & orationi, ieiunium quasi carnis quodammodo expers producens. Deinde validissimæ se assuefaciens exercitationi, diem quidem consumebat in lectionibus, noctem autem in psalmis & precibus: pro lecto, solo: pro veste stragula, storea & sacco vtens: breuissimo somno contenta, à phantasia libero & insomniis. Dicebat enim: Malum est mihi, dormire, cum mens inimicus vigilat. Plures vero fundebat lachrymas, quam erat potus quem bibebat: & gemitus ac suspiria erant plura, quam verba. Vincta autem erat tanto

Obserua eius exercitia.

Magno arsit Christi desiderio.

Domini desiderio, vt existimaret ipsa dum genu flecteret, & in nudam terram figeret oculos, se pedes tenere Saluatoris: & genibus librata mouens, illius genua oscula [illegible] & capillos pandens, se puluerem qui inerat, excutere. Hoc in vero cogitatio ei fontes mouebat lachrymarum. Tanto autem studio contendebat ad Christum, vt vellet [illegible] & esse cum Domino. Quoniam autem nolebat seipsam occidere, & rursus properabat ad cælestia, quid facit? [illegible] corpus paulatim consumebat, multum de vita suffurans abstinentia.

Oratio eius. *Dan. 7.*

MANY autem pectus pulsans orabat, dicens: Domine Deus omnipotens, Pater vnigeniti tui Filij Iesu Christi, V.
Domini & Dei & Seruatoris nostri, qui sedes in throno gloriæ, cui assistunt mille millia Angelorum ministrantium, & decies mille millia seruientium tuo nutui, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates: quem laudant Cherubim, & glorificant Seraphim, ter sanctũ hymnum sine fine dicentes: qui spiritus, qui non ex te decitunt, in tartari profundum condemnasti: qui draconem qui defecit, alligasti catenis, qui proprio suo reti eum implicasti, qui eius iudicem in terram detexisti, qui à cælestibus mysterijs eum exterminasti, qui à beata vita eum alienasti, qui insolentem eius exultationem depressisti & abiecisti, qui de eius pompa per ignominiam Crucis triumphasti, qui ex impolluto tuo sinu *Ezech. 34.* *Luc. 15.*
Deum verbum, qui est ante secula, & Seruatorem animarum nostrarum, ex Spiritu sancto & Maria virgine natum, ad nos misisti: qui id quod errabat, per ipsum conuertisti: & quod erat imbecillum, confirmasti: & quod contritum, curasti: te inuoco ego humilis & peccatrix ancilla tua ex toto corde meo, qui nouisti quæ erant in corde vniuscuiusque: qui ignem, qui iactus erat in mundum ab vnigenito tuo Filio, & in corde meo accendisti: qui fidei, quæ in me est, scintillam in lampadem eius, quæ est erga te, dilectionis mutasti: adsis mihi indignæ, & serua me, quoniam te desidero, & te quæro, & te sequor totis meis viribus. Domine, suscipe precationem meam, quam offero tibi corde contrito & spiritu humili: propter quam, ô Domine Iesu Christe, fuisti in Crucem actus, propter quam colaphis cæsus, propter quam acetum & fel bibisti, & tertio die surrexisti, & in cælos ascendisti, & sedisti à dextra Patris: ne me dedecore affeceris, ne me à tuarum ancillarum numero reieceris: sed dignare me fieri perfectam Christianam, & consummari in signaculo sanctæ Crucis tuæ: imperti me tua passione, voluntatem tuam in me operans, vt digna reddar, quæ apparear ante tuum tribunal. Tu me tuam conserua: confige à timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: sed potius eos aperi, rogo te, & considerabo mirabilia de lege tua. In te proiecta sum ab vtero matris meæ. Tu es Deus meus, pater meus, & mater mea dereliquerunt me. Tu suscepisti me Domine. Dirige gressus meos, ne dedecore afficias ancillam tuam: sed fac mecum signum in bonum, & imple desiderium meum. Quoniam ante te est omne desiderium meum, & gemitus meus non est à te absconditus. Ad iuua me, & non incenetur macula in ancilla tua. Tibi enim meipsam offero per aram confessionis humilitatis meæ, tanquam in holocaustis arietum & taurorum, nempe eorum, qui prius decertarunt propter nomen tuum: & in dentis millibus agnorum pinguium, qui sicuti sunt agnum tuum immaculatum: Per quem tibi, & cum quo tibi, cum Spiritu sancto, gloria & honor & potentia in secula seculorum, Amen.

Psal. 118. *Psal. 26.* *Psal. 37.* *Dan. 3.*

Totum corpus suũ cõsignat cruce. Vide vim S. Crucis.

POSTQVAM autem precata esset, surrexit, & totum corpus suum cruce signauit. Hæc videns maculosus draco, non tulit puellæ angelicam & cælestem vitam, videns eam tam spiritu in cælis habitantem, & ad passionem martyrij toto animo accensam: sed in eam stridebat dentibus, & eius cellam mouere assidue cogitabat, & vt eam terreret, studebat: sed videns eam signo Crucis vndique munitam, plagis quæ sub obtutum non cadebant, pulsatus, rehibebat, neque & corporis & desidiæ morbum immittebat. Illa autem intensa & perpetua oratione, perinde ac si per palæstricæ [illegible] illius statim subterfugiebat insidias. Rursus vero dicebat veritatis inimicus: Heu quid mihi accidit infelici? Qui Angelos è superis deiectaui, & gigantes subieci, nunc illudor à pueris & puellis. Mortem enim tanquam vitam lætantes, & per ipsam coronati currentes ad cælos, de cætero mihi fecerunt mundum inhabitabilem. Me consolabatur sanguis martyrum, quem tanti æstimabam: sed fides eorum decertationis, & eorum quæ geruntur prædicatio, transtulit ad integras ciuitates & gentes. Templa diruuntur, conticescunt oracula, abolita sunt mysteria, torpescunt mystæ, qui prius exaltabant ad meum, vt videtur, exitium Crucem fixerunt. Iam mihi præsagit animus futurum, vt ignominia plane dissoluatur. Nam qui sunt in tormentis hilares, & in sepulchris terribiles, viuunt, flagellant, & me vndique persequuntur: & quod à me fuerat excogitatum, euasit accessio maioris supplicij. Inueni tamen quid agam. Protinus ergo tale quid in eam excogitat, existimans se sua inuidia ac malignitate, eius, quæ extollebatur, gloriam obscuraturum: Vt cum essent viles & abiectæ personæ, quæ eam interimerent, viderent quoque & abiectam videretur efficere eius decertationem: & quod nec scripti mandata essent, & carerent forma iudiciorum, oblitterarentur etiam trophæa eorum. Non intelligens malignus, apud Deum magis esse bono proposito, quam verbis, atque adeo in eam incitat eos, qui tunc rerum potiebantur.

Procedit diabolus ad [illegible] [illegible] sãctã Anysiam machinationes.

Maximiani immanis crudelitas.

MAXIMIANVS itaque, cum magnam occidisset multitudinem, per se quidem interficiendo satiatus, & non VII.
secus atque immanes feræ, quæ homines deuorant, præ carnium multitudine nauseans & caligans, speciem parcentis præ se tulit, dicens indignos esse Christianos, qui occidantur ante oculos Imperatoris. Cur enim præbeam occasionem, vt scriptis mandentur eorum supplicia, & eorum industrium scriptores, qui ea ad perpetuam transmittunt memoriam, & eos, qui eodem morbo laborant, ad eandem fidem deducam? Cur non instar pecudum eos tradam, qui debent occidere, simul & sceleratos duosque inimicos exterminans, & efficiens, vt mortis eorum memoria mandetur silentio? Hæc cum dixisset, proponit edicta, quæ iubebant, vt liceret volenti sine periculo occidere quemlibet Christianum. Occidebantur itaque innumerabiles, & propheticum implebatur eloquium, quod dicit: Propter te morte afficimur toto die: reputati sumus tanquam oues occisionis. Tunc autem cogitatio venit in mentem Anysiæ, vt iret ad Dominum. Id autem erat Angelus, qui eam vocabat ad passionem martyrij.

Vide mandatum plane barbarũ. Psal. 43.

CVMQVE ingrederetur portam Casandrioticam, excitatus est tumultus in populo. Deinde cum eam vidisset VIII.
quidam ex satellitibus Imperatoris, & esset ab eo sauciatus pulchritudine, vel ab ipso potius diabolo incitatus, ei factus obuiam, Sta, inquit, & dic, quo vadis. Illa autem videns eius insolentiam & immoderationem, & mente agitans tentationem, digito fecit in fronte signum Crucis. Ille vero plane fera, & quauis fera sæuior nos reueritus & generosum & decorum silentium: sed de contumelia affectum & despectum arbitratus, cum eam apprehendisset, cum voce aspera eam agrestius interrogabat, quænam esset, & quo proficisceretur. Agna autem Christi, volens non solum deuitare conspectum, voluit eum breui responso superare: Sum Christi ancilla, & vado ad Dominicum. Ille autem insolens impulsus ab eo, qui in ipso habitabat, dæmone, dixit: Sed non sinam te illuc proficisci: sed te abducam ad dijs libandum. Solem enim hodie colimus: & simul hæc dicens, vi eam traxit, volens eius vultum detegere. Illa autem generose & fortiter resistens, & in eius faciem inspuens, dixit, Increpabit te Christus Iesus, diabole. Ille vero illa sufflatione & nomine Christi motus ad iram, quæ cohiberi non poterat, stricto quem ferebat gladio, eius latus [illegible] transadegit. Quæ statim cum tremore & palpitatione membrorum in terram cadens, eam sancto sanguine reddidit purpuream. Quotquot autem aderant, eam circumdantes, primum quidem eam deplorabant, miserantes eius ætatem, & tale quid posse accidere, cogitantes. Deinde apud se murmurabant, Imperatorem & impium eius decretum vituperantes. Venerandas autem & sanctas sanctæ reliquias, qui harum rerum studio tenebantur, viri pij Christiani, &

Ecce Christianorum laudabilem virum [illegible] [illegible] Crucis signo.

S. Anysia a petit [illegible] [illegible] interemptum.

qui in

qui in ſanctos zelo erant incitati, cum ſuſtuliſſent, & iuſta eis, vt par erat, feciſſent, depoſuerunt circiter duobus ſtadijs à porta Caſandriotica, à ſiniſtra vitæ publicæ domum oratoriam ei ædificantes.

Baſilica ei extruitur

Hæc autem ſuſtinuit ſancta, impetrante Maximiano: in nos vero regnante in infinita ſæcula Chriſto Ieſu Domino noſtro : Cum quo Patri cum ſancto Spiritu honor & potentia , nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.

MARTYRIVM SS. SABINI EPISCOPI, EXVPERANTII ET MARCELLI DIACONORVM, &c. VT IN MARTYROLOGIO BEDÆ HABETVR, ITEMQVE ADONIS CVI PRÆMISIMVS EX ACTIS S. SABINI, RESCRIPII partem aduerſus Chriſtianos, quod mutilum ſuppeditat Baron. in Annal.

An. 290

I. CVM Maximianus Herculius Romæ eſſet, & decimoquinto Kal. Maias in Circo Maximo ſpectaret Circenſes ludos: Sexto nuſſo Veneto vincente, acclamatum eſt in Circo: Chriſtiani tollantur: dictum eſt duodecies. Iterumque: Auguſte, Chriſtiani non ſint. Clamatum decies. Ex quo factum eſt vt Eugenius Hermogenianus Præfectus Prætorio retulerit in Senatu de perſecutione in Chriſtianos decernenda. Decernitur in Senatu perſecutio. Reſcriptumque dedit Maximianus ad Venuſtianum Auguſtalem Tuſciæ his verbis: Ex ſuggeſtione patris noſtri Hermogeniani P. P. apud nos claruiſſe cognoſce, &c. *Deſunt cætera in exemplari, vſq. ad hæc verba*: Ideo monemus vt vbicunque Chriſtiani inuenti fuerint ſuperſtitionem colentes, aut ſacrificare cogantur dijs, aut certe pœnis intereant facultatibuſque nudati, eædem Fiſco cum tributis publicis ſocientur. Vale parens chariſſime Dat. pridie Kal. Maias.

31. DECE. De promulgata Romæ perſecutione. Vide Baron. ann. 301. Reſcriptum aduerſus Chriſtianos.

II. BEATVS Sabinianus igitur cum eſſet in omnibus diuinis inſtructionibus clarus, & ſermone eloquentiſſimus, tentus eſt à Præſide Tuſciæ Venuſtiano, cum duobus diaconibus Exuperantio & Marcello, & multis clericis. Cui Venuſtianus deum ſuum Iouem, quem habebat in cubiculo ex lapide Coralite mire formatum, in veſtiment s aureis ad adorãdum obtulit. Quem B. Sabinianus in manibus acceptum, facta oratione cõtinuo illiſit in pauimentum, & confregit. Quod factum videns Venuſtianus, cum furore iuſſit, vt præciderentur ei manus, & in conſpectu eius Marcellum & Exuperantium eculeo ſuſpendi, ac fuſtibus macerari, vnguibuſq; radi latera eorum, & ignem ſupponi. Hoc facto, in confeſſione Domini ſpiritum emiſerunt. Quorum corpora iuſſit iactari in fluuium, Sabinum vero Epiſcopum in carcerem retrudi.

S. Sabinus confringit Iouis ſimulacrum. SS. Marcellus & Exuperantius reddunt ſpiritum.

III. AVDIENTES hoc quidam piſcator & presbyter, collegerunt corpora ſanctorum, & ſepelierunt iuxta viam *pridie Calendas Ianuarij. Serena vero Chriſtianiſſima vidua, curam habens S. Sabini Epiſcopi, adduxit ad eum in carcerem nepotem ſuum Priſcianum, qui erat cæcus. Tum S. Sabinus truncos ſuos ſuper oculos ipſius poſuit, & in fide Chriſti, oratione facta, illuminauit. Videntes autem, qui in cuſtodia erant, miſerunt ſe ad pedes eius, & baptizati ſunt eo die numero * vndecim. Quod cum nunciatum eſſet Venuſtiano Præſidi, (indoluerant enim ei oculi, & præ dolore neq; cibum, neque ſomnum capere poterat) miſit vxorem ſuam, & duos filios ſuos, vt adducerent beatum Sabinum ad domum eius de carcere. Adducto itaque, proſtrauit ſe ad pedes eius Venuſtianus cum fletu, vxorque eius & filij agentes pœnitentiam, & rogantes ſe baptizari. Mox baptizatus vt de pelui leuatus eſt, nullum dolorem oculorum ſenſit.

* *tertio.* S. Sabinus cæcum ſanat. * *decem.* Venuſtianus credit.

IV. NVNCIATVM eſt autem hoc Maximiano: qui iratus, præcepit Sabinum damnari, & ipſum Venuſtianum capite truncari. Veniens autem Lucius Tribunus, ſine auditione beatum Venuſtianum cum vxore & filijs necauit in ciuitate * Aſſiſinate: ſanctum vero Sabinum adduxit in ciuitatem Spoletum, & tandiu præcepit cædi, donec deficeret. Cuius corpus collegit venerabilis Serena, quæ iam manus eius in doleo vitreo cum aromatibus condiderat, & infra domum ſuam poſuerat, & ſepeliuit eum à ciuitate Spoletana milliario plus minus vno, ſeptimo idus Decembris. Feſtiuitas tamen eius, & ſupra nominatorum martyrum, tertio Calendas Ianuarij agitur.

Occiditur cum ſuis. * Aſſiſias. Item S. Sabinus.

ITEM DE EODEM SANCTO SABINO INSIGNE MIRACVLVM, VT HABETVR IN PAVLI DIACONI, DE GESTIS LONGOBARDORVM LIBRO QVARTO, CAP. quinto.

SEQVENTI anno quam Theobertus Francorum Rex, cum Clothario patruele ſuo bellum gerens, eius exercitum vehementer afflixit: Ariulphus Dux, qui Faroaldo apud Spoletum ſucceſſerat, moritur. Hic Ariulphus cum bellum contra Romanos in Camerino geſſiſſet, victoriamque patraſſet, requirere à ſuis hominibus cœpit, quiſnam ille vir fuiſſet quem in prælio quod geſſerat, tam ſtrenue pugnantem vidiſſet. Cui cum ſui reſponderent, ſe illic nullum fortius belluantem, quam Ducem ipſum vidiſſe, ille ait: Certe multo per omnia me meliorem ibi alium vidi: qui quoties me aduerſæ partis aliquis percutere voluit, me ſemper ſuo clypeo protexit. Cumque Dux ipſe prope Spoletum, vbi baſilica beati martyris Sabini Epiſcopi ſita eſt, in qua eiuſdem venerabile corpus quieſcit, adueniſſet, interrogauit cuius illa tam ampla domus eſſet. Reſponſumque eſt à viris fidelibus, Sabinum ibi martyrem quieſcere: quem Chriſtiani quoties in bello contra hoſtes irent, præſidium haberent, ac eum propterea in ſuum auxilium vocarent, Ariulphus vero cum adhuc eſſet gentilis, ita reſpondit: Et poteſt fieri vt homo mortuus aliquod viuentibus auxilium præſtet? Qui cum hoc dixiſſet, equo deſiliens, eandem baſilicam conſpecturus intrauit. Tunc alijs orantibus, ipſe picturas eiuſdem baſilicæ mirari cœpit. Qui cum figuram beati martyris Sabini depictam conſpexiſſet, mox cum iuramento affirmauit, talem omnino eum virum qui ſe in bello protexerat, formam, habitumque habuiſſe. Tuncque intellectum eſt, beatum martyrem Sabinum eidem in prælio adiutorium contuliſſe.

Hæc contigerunt tẽpore 3 Gregorij Papæ. S. Sabinus Ariulpho Duci præliãti opem fert. S. Sabinus Chriſtianis in bello præſidium.

Ann. 310.

VITA S. P. N. SYLVESTRI, PAPÆ ROMANI, EX SIMEONE METAPHRASTE: VT HABETVR V. TOMO ALOYSII. QVAM ANTIQVITVS ROMÆ A CATHOLICIS ET IN ALIIS ETIAM NONNVLLIS LEGI SOLITAM, GELASIO ROMANO Pontifice authore in cap. Sancta Romam. dist. 15. Vide Baron. ann. 324. n. 31.

31 DECE.

Constantinus Magnus a Syluestro [illegible] conuersus.

I. VENERANDI quidem, & qui Deum viderunt Apostoli, omnem orbem terræ obeuntes, in hominum animis salutarem seminarunt prædicationem, & multos traduxerunt ab errore ad Dei cognitionem: sed nondum libere, & fidenter se gerebat pietas, donec insignis Imperator, & vel ipsis æquiparandus Apostolis, Constantinus ille Magnus, Dei prouidentia ex agresti oliua insereretur in satiuam. Qui autem ab infidelitate eum traduxit ad fidem, is iure iudicetur esse causa, vt se libere gerat pietas, & omnes fere se submiserint diuinæ prædicationi. Is est autem diuinus Syluester, cui vel hoc solum suffecerit ad eius laudes celebrandas. Est autem est vniuersa vita & laudabilis & Deo grata, & quæ iis, qui eum volunt laudare; præbet amplam encomiis materiam. Et iis quidem, quæ sunt amantes virtutis, laus illius lætitiam afferet & vtilitatem. Nam iuuabuntur quidem, qui ab illius vita incitati fuerint ad imitationem bonorum illius operum. Conuenienter autem ei, quod dicit sapientissimus Solomon, etiam lætabuntur. Cum laudatur iustus, inquit ille; lætabuntur multi populi. Sunt ergo diuini huius patris res narrandæ & laudandæ pro viribus.

S. Syluester a quo institutus.

Eius hospitalitas.

Vide Baro. ann. 311.

II. ATQVE quinam quidem fuerint magni illius viri parentes, & à quibus sit in lucem editus, veteri libro de eo tractante, in quem incidimus, non fuit declaratum, qui prisce admodum & simpliciter est compositus. Quocirca ea quoque sunt à nobis prætermissa. Cum autem esset adhuc iuuenis, secutus est quendam Cyrionem presbyterum, virum & fide rectum, & in rebus diuinis eruditum, & vita pium: à quo etiam fuit confirmatus & stabilitus in diuinissimis nostræ fidei decretis, compositique sunt eius mores, & formatus animus ad institutum virtutis. Cum iam autem superasset adolescentiam, erat præ cæteris deditus virtuti hospitalitatis: & quos offendebat Romam ex externa venientes regione, eos hospitio lubenter excipiebat: eis mensam hilariter apponens; & aqua illorum pedes abluens, & ad quiescendum eos in stragulis collocans. Quo factum est, vt Timotheus quidam vir diuinus, qui ex Antiochia Romæ peregrinabatur, & sanctum prædicabat Euangelium, forte ab hoc diuino patre hospitio acciperetur, & eum hospes perfectius imbueret, & institueret in verbo rectæ fidei. Non enim timuit, vt reliqui fideles, præconem salutaris dogmatis excipere: sed lætus hospitio excepit eum, qui erat æqualis Apostolis: &, si cognitum fuisset eum hoc facere, pro ea re pati, lucrum existimans.

S. Timotheus interficitur.

Eius corpus a beato Syluestro sepelitur.

III. CVM autem Timotheus anno vno & paulo amplius Romæ diuinam prædicasset prædicationem, & multos ab errore conuertisset ad pietatem, deinde propterea fuisset comprehensus, & valde punitus, & longo tempore traditus in custodiam; & in illa maceratus, & tandem truncatus capite: beatus Syluester ne post decessum quidem destitit à sua in martyrem affectione: sed multum posuit studii, vt eius corpus tolleret. Tyrannorum itaque crudelitatem non extimescens, nec eorum qui obseruabant, ne martyrum corpora mandarentur sepulturæ, vllam ducens rationem, profunda nocte vadens, vbi situm erat corpus martyris, inscientibus omnibus id rapuit, & domum tulit. Et tunc quidem tota nocte cum aliis sanctis cecinit hymnos, qui canuntur in sepultura. Post hæc autem, fideli quadam muliere impensas suppeditante, sanctissimus Romæ Episcopus Miltiades, Timotheo ædificauit martyrium, in quo deposuit illud corpus martyris.

Tarquinio Perpennæ vrbis Præfecto suam mortem prædicit Syluester.

Luc. 12.

S. Syluester ducitur in custodiam

IV. VRBIS autem Præfectus cum sanctissimum apprehendisset Syluestrum, ab eo exigebat Timothei facultates, vt qui eum apud se hospitio excepisset: & nisi eas ei dederis, dicebat, & accedens diis sacrificaueris, tuum corpus consumam omni genere suppliciorum, & postremo te subijciam morti miserabili. Sanctus autem mentis oculis Præfecti mortem prævidens, Euangelicum ei dedit responsum: Hac nocte, dicens, animam à te repetunt: quæ autem minatus es, non licebit ad effectum deducere. His verbis Præfectus conturbatus, iubet sanctum ferreis vinciri vinculis, & tuto in interiori seruari custodia. Et ille quidem fuerat inclusus: Præfectus autem vrbis prandens, cum ei piscis fuisset appositus, comedebat: os autem gutturi illius infixum, cum nec arte medicinæ posset euelli, nec præstigijs incantatorum, cum magno dolore velocem ei mortem attulit. Media enim nocte, cum non posset amplius ferre dolorem, expirauit. Hoc ijs quidem, qui simulacra adorabant, timorem attulit: vt Christiani autem bono & confidenti animo essent, effecit: sanctum autem soluit à vinculis, & sic liberatus fuit à custodia. Qui autem Præfecto ministrabant, cum ex eo, quod illi acciderat, sibi timuissent, sancti procidebant supplices, & prouoluti ad illius pedes, rogabant vt diuina ira ab eis auerteretur. Eius autem virtute sic omnes adducente in admirationem, ille non solum erat venerandus fidelibus; sed etiam ipsis infidelibus.

Anno 314 fit Romanus Pontifex

Vide Baro. ibid. n. 54.

Matth. 5.

V. IAM autem cum trigesimum annum ageret ætatis, à sacrosancto Milciade, quem prius diximus tunc fuisse Episcopum Romanæ Ecclesiæ, ordinatur Diaconus, & refertur in cleri catalogum: & erat tanquam quædam fax lucens in tenebris, & multos deducens ad viam pietatis. Oportet autem lumen imponi candelabro, vt sic eius splendore plures illuminarentur: atque adeo fuit positum, sic diuina prouidente à superis administratione. Nam cum Milciades è vita excessisset, omnium suffragijs sanctissimus Syluester fuit electus Romanorum Episcopus. Is autem ad dicebat illud munus esse maius, quam vt id posset sustinere, & se excusabat propter iuuenilem ætatem. Qui autem ferebant suffragia, quoniam ille non currebat ad magistratum, imo vero eum modis omnibus repellebat, eum magis ei suis mandabant suffragijs & tandem vicit instans populi constantia: & in Episcopatus sede fuit collocatus, qui eo erat dignus. & vere erat ciuitas supra montem posita, & lucerna in alto collocata, & lucens omnibus, quibus non fuerat extincta mentis videndi facultas, nec tenebris impietatis erant animæ oculi omnino occæcati.

Rom. Pontifex successor est Petri.

2. Tim. 2.

Psal. 45.

Hoc nomen diei B. Syluester ab Apostolis accepit.

VI. CVM autem sic fuisset dignatus Archiepiscopatu, & præfectus esset pascendis ouibus Domini, sicut Petrus summus Apostolus, cuius etiam sedis, vel potius zeli & ardoris fuit successor, eas ad salutaria adducebat pascua, Dei, inquam, & Seruatoris nostri mandata: & ad aquas poculentas, nempe dogmatum rectitudinem, & quæ non participant falsam eorum, qui male sentiunt, qualitatem. Deinde etiam curam gessit boni in Ecclesia ordinis: & cum inuenisset clericos mundanis ac secularibus vacantes administrationibus, interuosque mercaturis, emptionibusque & venditionibus, ille primus legem tulit, vt qui sacrati erant, ab ijs abstinerent: vacarent autem precibus, eis dicens id, quod dictum fuerat à vase electionis: Nemo militans implicatur negocijs, quæ ad victum pertinent, vt Duci placeat exercitus. & quod dixit Dauid, Vacate & cognoscite. Huius etiam diuini patris fuit inuentum, vt primus dies hebdomadis, nominaretur Dominicus. Cum enim Iudæi eum primum vocarent, & secundum & tertium eos, qui sequebantur, & deinceps reliquos: sextum autem & septimum, si spectes eam, quæ à primo fit, enumerationem, illum quidem nominarent parasceuen, eo quod in eo ab eis parabantur, quæ erant ad septimum necessaria: quoniam

nullo

in illo vetitum erat Iudæis operari, septimo autem propter quietẽ ab operib. sabbati nomen imposuissent: quoniã in eo cessauit Deus à creatione eorum, quæ videntur: Romani autem vocarent, primum quidem, diem Solis: eos autem qui deinceps consequuntur, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris & Saturni: ipse beatus Syluester, dierum nomina, quæ à gentilibus erant imposita, abrogauit propter illorum impietatem: quæ apud Hebræos autem erant eorum nomina, vt quæ à Moyse scripta erant, qui Deum vidit, admisit, solius primi mutato nomine, eo vocato Dominico, propterea quod in eo à mortuis surrexisset Dominus. Ab eo quoque est constitutum, ne ieiunaretur sabbatis. Nam cum Occidentales ieiunarent sabbatis, hoc minime placuit Orientalibus; dicentibus eos, qui sic faciunt, sequi morem Iudaicum. Hic autem magnus pater, cum decreuisset vt in vno sabbato ieiunarent fideles, in quo Dominus adhuc situs erat in sepulcro, ieiunium abrogauit in reliquis. Hinc ia cum sunt exortæ apud Romanos calumniæ, qui patrios eorum ritus tolleret.

D. Iohannes in Apocal. cap. 1. all. it s. fuisse in spiritu Dominica die.

VII. Cvm autem congrederetur cum gentilibus, & argueret eos non recte sentire de Deo, cum fabulis crederent, & eos qui non essent, deos putarent, illi signum ab eo petierunt in nomine eius, qui ab eo prædicabatur. Signum autem tale fuit: Draco maximus habitabat in profunda spelunca iuxta montem, qui ab eis nominatus fuerat Tarpeius, in quo etiam collocatum Capitolium. Ei autem draconi quotoquoque mense alimenta ab eis large suppeditabantur: quæ quidam præstigiatores cum virginibus incantatricibus assumentes, in illam speluncam per multos gradus descendebant, & in ea execranda peragentes mysteria, in quibus nulla insignis deerat abominatio, illic cibis relictis, reuertebantur. Certis autem temporibus draco repente ascendens, foras quidem non egrediebatur: sed iacens in ingressu cauernæ, venenato anhelitu corrumpebat aerem, ex quo mors afferebatur vicinis; magis autem imminebat interitus infantibus. Huic ergo beluæ, aiebant, si Dei tui inuocatione ascensum prohibueris, & si non omnino, saltem eo certe tempore, te esse veri Dei prædicatorem reputabimus, & ad eum accedemus, & ipsum esse Deum nos quoque confitebimur. Apostolicus autem vir ille eis respondit: A Deo quidem, qui à me prædicatur, nihil est omnino, quod non possit fieri. Quocirca facilime hanc nostram implebit precationem. Ex vobis autem plurimi ne sic quidem abstinebunt ab impietate; sed rursus retinebunt & amplectentur impietatem.

Romani colunt draconem.
De draconis hac historia consule Baron. an. 324. n. 97. & seqq.
Draco suo anhelitu multos occidit.

VIII. Cvm itaque conuocasset quotquot erant Romæ fideles, & omnibus triduanum præcepisset ieiunium, & vt rogarent Dominum, vt admirabilem faceret suam misericordiam cum seruis suis, & eis daret materiam & occasionem salutis: Ipse autem ante alios precationi vacabat & ieiunio. Iam autem peracto, quod præstitutum fuerat, ieiunio, Petrus summus Apostolorum huic sanctissimo patri apparet in somnis, iubens vt ex Sacerdotibus & Diaconis ab eo assumerentur ij, quos vocabat nominatim; & cum illis veniret ad ingressum speluncæ, & illic Deo incruentum offerret cultum: Deinde sic subiret per eos, qui sunt in ipsa, gradus: dicensque vt alloqueretur draconem, qui dicebatur, & portas habebat in ore, præcepit vt clauem ferret manibus, & nomine Domini Iesu Christi inuocato, ad se portas traheret, & in adaptatos annulos clauem inijceret; & cum clausisset, diceret: Hæc dicit Apostolus Petrus: Hę portæ non aperientur vsque ad vespere carentem & horribilem diem iudicij. Atque hæc quidem sic noctu mandata fuerant sancto Syluestro ab Apostolo. Is autem, vt iussus fuerat, & cultum peregit, & descendit, & portis clauem intulit. Videntes autem Gentiles eum descendentem in speluncam, expectabant fore, vt ipse & qui cum eo erant, statim vorarentur à dracone, aut mortifero interirent anhelitu. Postquam autem Syluester & qui cum eo erant ascenderunt illæsi, eos qui spectabant cepit admiratio; & fatebantur vim quandam diuinam sequi Episcopum. Cum itaque ab eo tempore satis transijt temporis, & cessasset qui à dracone afferebatur interitus; & illæsa mansisset ciuitas, multi ex infidelibus, & ipsi qui nuper seruiebant draconi, accurrerunt ad sanctum, & fatebantur esse magnum Deum, quem ipse prædicabat, & rogabant vt diuinum baptismum assequerentur. Quem quidem sunt assecuti, & ab impietate traducti ad pietatem. Sic quidem fuit vir ille sanctus multis causa salutis.

S. Syluester triduanum indicit ieiunium & prece constrin gi draconem.
S. Petrus ei apparet.
S. Syluester recludit draconem in suo antro ne hominibus noceat.
Multi Romani amplectuntur fidem.

IX. Cvm autem adhuc vigeret error gentilium, & qui imperabant, errori seruiebant: & hominibus quidem dominabantur, subiecti vero erant dæmonibus: decretum vbique proponerent, vt colerentur simulacra, & eis ab omnibus offerrentur sacrificia: & magnus inter Imperatores & inclytus Constantinus, modo imperio potitus, & errori adhuc seruiens, ipse quoque æque atque ij, qui eum præcesserant, plane in errore versaretur gentilium, & decreta proposuisset, vt punirentur Christiani, nisi persuaderentur libamina offerre simulacris. Tunc ergo hic quoq; magnus pater, cum iudicasset non oportere seipsum obijcere persecutoribus, non quod non posset ipse ferre supplicia pro pietate, sed parcens persecutoribus; Roma quidem excedit: in montem autem abiens, ipse se abscondit; illic solus cum Deo versans. Qui autem vnicuique salutem procurat Dominus, volens sedare tempestatem & calamitatem ijs, qui in ipsum credunt, & efficere vt libere & confidenter se gereret pietas, malo vlcere ferit Imperatorem à pedibus ad caput vsque, & male ei affectum erat vniuersum corpus. Ei enim sacer morbus incubuit; & floruit lepra per vniuersam carnem. Aduersus quam neque valuit ars medicorum, nec præstigiæ & magicæ artes incantatorum. Eius enim curationis & sanitatis spem omnem abiecerant; & medici indigenæ, & qui ducti fuerant à Perside. Cum autem ab eis deplorata esset eius curatio, sacerdotes Iouis ad eum accedunt ex Capitolio, dicentes fore, vt non aliter curaretur, nisi facta esset piscina plena sanguine infantium, eoque adhuc bulliente in ipso lauaretur; hoc autem si factum esset, fore vt cito curaretur, & è piscina mundus & sanus exiret.

Vide Baro. an. 324. n. 34.
S. Syluester latitat, dum sæuit persecutio.

X. Hæc cum execrandi illi & scelerati sacerdotes suggessissent Imperatori; per vniuersam missi sunt regionem, qui infantes colligerent, & ferrent in Capitolium. His ablatis, iam dies quoque cædis erat præstitutus, & in Capitolium ascensus Imperatori. Et illo quidem die abijt Imperator ad locum definitum; & qui erant mactaturi infantes, parati erant ad occisionem. Eorum autem matres cum Imperatori occurrissent, lugentes & eiulantes, comas vellebant, & facies pulsabant, & genas lacerabant vnguibus, vestesque discerpebant, & vbera ostendebant quibus lactabant infantes; molestisque & miserabilibus vocibus implebant aerem, erantque ijs, qui videbant, argumentum mœroris & tristitiæ. Quidni enim essent, cum essent matres, quibus nihil est magis misericors? Imperator autem cum fletum audijsset & eiulatum; rogauit eos qui aderant, quænam esset eorum causa. Postquam autem audiuit lugentes esse matres infantium, qui erant interimendi, quorum sanguine erat lauandus, & vsurus purgatione morborum, quibus detinebatur, tanquam ab ebrietate ad se reuersus, & mente quieta & tranquilla effectus. Actionis quidem, inquit, impietas est euidens & manifesta: incertum est autem, an sit euenturum, vt polliciti sunt, qui hoc impium facinus suggesserunt. Quod si etiam esset manifestum, satius esse duco; vt ipse patiar morbis vexatus, quam tot infantium, qui nihil mali fecerunt, volens cædem faciam, & matrum eorum animis doloris flammam accendam; quæ nunquam poterit marcescere. Hæc cum dixisset, reuersus est in regiam, & infantes reddi iussit matribus: statuit autem, vt vnicuique eorum præberentur pecuniæ: vt eorum dolori ex æquo respondentem afferret lætitiam, gaudentibus quod non solum filios recepissent; sed præter eos etiam accepissent pecuniam.

Lamentatio matrum haud dissimilis ei quæ contigit tempore Herodis.
Constantinus detestatur cædem infantium.

XI. Atqve Imperator quidem sic euasit scelus. Deus autem ei duplicem procurauit salutem; & summos ad eum mittit discipulos, qui ei suggererent quæ sunt salutaria. Noctu enim dormienti Imperatori visi sunt ei adstare duo viri. Rogati autem, quinam essent, responderunt se esse Petrum & Paulum Apostolos Iesu Christi: missos

autem

Visio Constantini Magni.

autem esse ab illo, vt ei viam salutis ostenderent, corporisq; & animæ salutis consequendæ rationem docerent & vitam diuinam, quæ non potest dissolui, propterea quod ipse vitam quæ est ad tempus, dedit infantibus. Si hæc ergo vis consequi, accerse Episcopum Syluestrum, qui in monte propter tui metum delitescit: & is tibi vbi in pacem venit, ille tibi ostendet piscinam, quæ & carnis purgabit vitia & animæ sordes eluet. Hæc cum ei dixissent, translati sunt ab oculis Imperatoris, & simul etiam cum eis fuit somnus. Eo autem de somno cum animo cogitante, & visum admirante, accessit medicus, qui de more ei medicabatur vlcera. Ille autem eum dimisit, dicens se non amplius egere auxilio artificioso. Diuinum enim ad me venit auxilium in somnis, & me diuinum somnium adiuit. Hæc cum dixisset, mittit quamprimum, qui beatum Syluestrum in monte quærerent, & eum ad ipsum adducerent cum omni reuerentia.

Vocat S. Syluestrum Constantinus.

S. Syluester vocatus venit ad Constantinum.

POSTQVAM autem inuentus esset ab ijs, qui missi fuerant, & iam esset adductus, eum & lubenter vidit, & ei iuit obuiam, & eum est complexus. Deinde, Adiuro te, inquit, per Crucifixum, quem tu colis, vt dicas mihi, an dij qui apud vos dij colantur, nomine Petrus & Paulus. Ille autem contra respondit: Vnus à nobis Deus cognoscitur, ô Imperator, qui creauit cœlum & terram, & omnia quæ sunt in eis. Quos autem ipse nominasti, non dij, sed Dei sunt ministri, qui vbiq; Christi nomen annunciarunt, & postremo pro illo sunt mortui, vt quos ambos interemerit Nero propter salutarem prædicationem. Propter hæc lætitia affectus Imperator, Rogo te, inquit, Episcope Syluester, horum Christi discipulorum ostende mihi effigies, si habeas; vt sciam an ij reuera sint illi, qui nectu mihi apparuerunt. XII.

Visis imaginibus ... sanctorum ...

Ille autem ... iussit Diacono, vt summorum Apostolorum afferret imagines; & eas ostenderet Imperatori. Cum in eas autem ... oculos iniecisset Imperator; hos esse exclamauit, & non alios, qui ad eum in somnis accesserunt: & virum ... Pontificem; rogauit vero ostenderet piscinam, quam, qui ei visi sunt, sunt polliciti esse purgaturam & animam & corpus. Magnus autem ille pater, Non aliter tibi, inquit, ô Imperator, licebit illa frui piscina, nisi cum, quem ab ijs, qui visi sunt, est prædicatus, verum esse Deum ex animo credideris. Ille autem, Nisi, inquit, verum ... credidissem esse Christum, nequaquam tuam accersiuissem sanctitatem. Ei autem dicit sanctus: Oportet ergo ... ieiunare, o Imperator, & Deum placare lachrymis, quæcunq; peccasti confitentem. Depone ergo purpuram & diadema septem diebus, & tuæ regiæ penetrale ingressus, clausis ianuis, in sacco & cinere humi iacens, in lecto age pœnitentiam: & iube claudi templa idolorum, & cessare eorum sacrificia: qui sunt in exilio, & ad metalla damnati, & in carcerem coniecti, libera Christianos. Largire relaxationem ijs, qui sunt in vinculis, & omnibus aliis afflictionibus. Sis benignus in eos, qui te rogant; & multas imple petitiones ijs, quas habes, facultatibus impertire pauperes. Hæc ille quidem dixit: ipse autem affirmauit se omnia impleturum.

S. Syluester iubet Imperatorem ieiunium &c.

Constantinus fit catechumenus.

CVM autem imposuisset sanctus manum capiti Imperatoris, & præces deinde dixisset, & eum fecisset catechumenum, recessit: & cum accersijsset quicquid erat sacri ordinis, & ex populo eos, qui Christum confitebantur, præcepit omnibus ieiunium & preces. Cum ij autem vnanimes eius iussui paruissent, fusæ sunt communes & intentæ preces ad Dominum, vt Ecclesijs cessaret persecutio, & pax eis conciliaretur, & tandem finis imponatur dæmonum libaminibus, & ijs, qui per ipsos erant, illucesceret lux salutaris. Cum iam autem aduenisset dies septimus, diuinus Syluester venit ad magnum Constantinum: & cum eum catechesi instituisset, & in sanctæ Trinitatis mysterio eum initiasset, & diuinæ œconomiæ vniuersum docuisset mysterium: Tempus est, inquit, ô Imperator, vt tibi pateat piscina. Cum ea autem iam esset parata: Hæc est, inquit, piscina, quam dixerunt ij qui à te visi sunt: & aqua, quæ est impleta, sanctificata inuocatione Trinitatis, purgat animas, tibi autem etiam & carnis curationem ac purgationem, & morbum tuum ... fugabit, vt tibi facio sancti prædixerunt Apostoli. Ingredere ergo diuinum lauacrum, primum quidem purgandus à peccatis & delictis tuis: deinde etiam à morbo, qui in tuo corpore pullulauit, & qui vexat, & probro & dedecore afficit. XIII.

S. Syluester eum vngit chrismate, & baptizat Romæ.

HÆC cum audiuisset Imperator, & lætus vltimam exuisset tunicam, & probrum carnis subiecisset oculis, & vnctus fuisset sancto chrismate, ingressus est piscinam. Cum autem Syluester eius caput tetigisset, & cum in aquam immersisset, & sanctam simulq; venerandam inuocasset Trinitatem, lux repente totam domum circumfulsit, & lucis splendor plus quam sol enituit. Exijt itaq; Imperator ex diuino lauacro, habens carnem puram & sanam, neque plaga, nec vlla apparente cicatrice. Aqua autem piscinæ erat plena ijs, quæ ex vlceribus exciderant, membranis ac pelliculis, ... piscium. Ille autem cum se vidisset tam repente sanatum, nesciebat quemadmodum satis ostenderet gaudij sui magnitudinem. Cum autem vestem candidam induisset luminosam, dixit ijs qui aderant, se sensisse manum desuper extensam, quæ eum tetigit immersum in piscina. Et statim edidit decretum, ne quis auderet blasphemare Christum, aut molestiam exhibere Christiano: eius autem, qui conuictus fuisset tale quid fecisse, publicari dimidium bonorum. Iussit autem templum quoq; intra regia ædificari Christo Seruatori, cum ipse suis manibus eius figuram descripsisset. Decreuit autem, vt qui vellent, secure possent religionem eligere Christianam, & ad Christi fidem accedere & baptizari, impensis quæ ... bant ad illuminationem, & veste suppeditata ex thesauris Imperatoris. Ex hinc magna quædam multitudo accedit ad fidem & diuinum baptismum: & non ex diametro erat quidem ... Christi quotidie accessio, idolorum autem cultoribus diminutio: sed pietatem longe magis superabat prædicatio, ipso diuino Constantino quotidianis sermonibus incitante plurimos ad persuasionem prædicationis, & quod in ipso factum fuerat miraculum, deducente ad fidem Seruatoris nostri Iesu Christi. XIV.

Permulti credunt in Christum.

CVM multi autem vero Deum, ... Christum alta voce clamassent, & eos qui non sic sentirent, exclamarent oportere exterminari ex ciuitate, Imperator silentium populo præcipiens, dixit, Dominum velle sua voluntate ipsum confiteri eos, qui ad eum accedant, & sua sponte sacrificare, non autem vi & metu intentato. Quocirca ipse quoque dixit. Neminem volo inuitum cogi ad suscipiendam prædicationem: illos autem admitti, qui pura ac sincera mente credunt Domino, & admittunt prædicationem. Hoc dictum ab Imperatore, mouit omnibus lætitiam, vt quod conseruaret libertatem & liberum arbitrium. Et hæc quidem se habebat populus: Imperator autem proposuit decretum, vt omnes qui erant in carceribus, in metalli fodinis, in vinculis propter cultum Christi, soluerentur quidem à vinculis, reducerentur ab exilio, educerentur ex carceribus, liberarentur à metalli operibus, & puram reciperent libertatem & relaxationem. Licebat ergo videre Christi Ecclesiam exultantem, & Domino confitentem, qui eius tempestatem sedauerat, & Tyrannorum mare, quod ... gebat, sopierat. Per hæc malignus, & ab initio hominum inimicus, accepit certum vulnus. Non erat autem illius malitiæ vulnus ferre tacite: sed rursus machinatur aduersus Orthodoxum: & quomodo serpentem prius misit in expeditionem aduersus primam matrem, & per illam primum parentem est supplantatus: ita nunc quoq; mittit in expeditionem serpentes & fœtus viperarum, Iudæos, inquam, aduersus inclytam matrem Imperatoris. Nam cum in Bithynia tunc versaretur, vnde orta erat, quidam Iudæi ad eam accesserunt, dicentes ab Imperatore quidem effectam esse rem bonam, quod sint abolita simulacra: sed non sincere, vt esset bonum sincerum & impermistum, sed ei etiam ex errore aliquid mali & auersandi admiscere, nempe credere Iesum esse Dei Filium & verum Deum, qui fuit homo Iudæus, & tanquam maleficus ac veneficus fuit de medio sublatus. Non enim oportere Imperatorem illi ascribere sanitatem, sed æterno & soli Deo omnipotenti qui eius pietatem remuneratur, quod primus diruisset simulacra. Oportere ergo ô Imperatrix, aiebant, te Imperatorem tuum filium ab errore auertere, ne quid ei mali contingat propter errorem superstitionis, cœlesti Rege eiusmodi. XV.

De rebus Constantini Baron. annot. sup. n. 81.

Dæmon furias machinatur aduersus Eccl. ham. Iudæi excitare molitentur matrem eius in illum.

Gen. 3.

Vide Baron. an. 315. n. 11. & seqq.

Hæc

Hæc illi quidem dixerunt: Ea vero hæc significauit literis Imperatori suo filio, qui cum his matri ac per literas, ad eam scripsit, oportere eos, qui hæc dicunt, Iudæos, congredi cum Episcopis Christianorum, & ... rei in disputatione ipsis audientibus: & eum qui visus fuerit dicere meliora & veriora, victoriam esse consecuturum, & se esse secuturos illius opinionem. Hæc inclyta Helena significauit Iudæis, & hortata est, vt quidam ex iis cum ipsa Romam proficiscerentur. Illi autem, cum viros elegissent, qui totius veteris legis scripturas summe didicerant, & voces nouerant Prophetarum, & versati erant etiam in doctrina gentilium, eos mittunt cum Helena Imperatrice, vt in disserendo Christianis resisterent. Qui autem missi erant, ad fati magnam reddibant multitudinem: cum quib⁹ erat etiam quidam ex Iudæis presbyteris, qui vocabatur Zambres, qui erat in arte magica summe exercitatus, & per eam multa ostendebat prodigiosa: cui plusquam alijs habebat Iudæorum sodalitas. Etsi enim victi essent in disputando existimabant se Zambræ præstigijs certam habituros victoriam. Cum ij autem Romam venissent, eorum adventum sancto significat Syluestro Imperator, & rogat, vt de fide cum eis contendat. Ille autem lubens certamen suscipit. Dies itaq; præfinitus fuit disputationi, & diuinus Syluester alios quoq; accersit Episcopos, vt disputationem secum aggrediantur. Cum ad esset autem dies præstitutus, venit & ipse Syluester in regiam, & quidam Episcopi, & multitudo Iudæorum: certaminis autem auditores & dijudicatores, & ipse pius præsidebat Constantinus, & præclarus senatus. Eius autem mater Imperatrix sedebat intra velum. Zambre Iudæus veneficus.

XVII. Divisi autem quidam ex Iudæis, dicebant oportere aliquos ex Episcopis, secretos ab alijs, cum eis decertare. Quibus Syluester: Non sunt, inquit, nobis vires in multitudine, sed in Deo, qui omnia corroborat: quem inuocantes ad hoc certamen, dicimus: Exurge Deus, & iudica causam tuam. Iudæi autem, Nostra dixerunt, sunt hæc verba, & nostræ scripturæ. Te autem oportet tuis vti, & non nostris, ô Episcope. Syluester autem: Vobis quidem, inquit, ab initio locuta est scriptura veteris testamenti & præconia Prophetarum. Nihilominus autem ea quoq; ad nos pertinent: quoniam horum plurima de Christo sunt prædicta: & alioqui necesse est his vobiscum differere. Nam vestri quidem libri nobis cum sunt proprij, sed non nostri quoq; vobis, & sicubi ex illis à nobis aliquid adductum fuerit, id à vobis circumscribitur. Quocirca vestris libris vtemur ad demonstrationem: quorum hoc nobis vendicamus, quod est magis admirabile, & clariorem efficit victoriam, quod sumptis armis aduersariorum, ijs eos, qui resistunt, percutientes, bello euademus superiores, & pure potiemur victoria. Ad hæc dixit Imperator, aduersus id, quod dixit Episcopus, non posse contradici. Si enim, ô Iudæi, vestras adducunt scripturas ij, qui Christum colunt, ad suam probandã opinionem, eis citra controuersiam tribuetur omnino victoria. Hæc cum dixisset Imperator, & senatus ei esset suffragatus, Iudæi cœperunt loqui, dicentes: S. Syluester disputat cũ Iudæis coram Constantino. *Psal.* 73. Memoria huius disputationis Hadrianus Pontifex Rom. epist. 5. ad Carolũ Magnũ Imp. Vide Baron. an. 315. n.17 & seq.

XVIII Cvm omnipotens Deus dixerit in Deuteron. Videte quod ego sum, & non est Deus præter me: quomodo ipsi Iesum, qui est homo, Deum existimatis & nominatis, & tres Deos inducitis, nempe & eum, qui à nobis colitur, & Iesum, eum decernentes esse Dei Filium, & præter hos Spiritum? Num.n. sic opinantes, non aperte aduersamini ei, qui docuit non esse alios deos, qui est Deus productor vniuersorum? Ad hæc à Deo inspiratus contradixit Syluester. Si citra vllam animi perturbationem mentem vestris adhiberetis scripturis, nihil nos noui diceretis opinari, si Dei Filiũ & sanctum Spiritum statuamus. Hæc.n. non nobis à nobis ipsis dicta sunt, sed inuenta sunt à diuinis Prophetis. Et ante alios quidem dicit Dauid Propheta & Rex, patrum vestrorum in Seruatorem nostrũ prænuncians insaniam: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum & aduersus Christũ eius? Ecce ergo Dñm & Christũ eius dicens, non vnam personam inducit, sed duas. Quod aũt Dei filius sit Christus, significat idẽ Propheta, dicendo: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te: alius est ergo, qui genuit, & alius, qui est genitus. Imperator & senatus disputationis iudices. *Deut* 32. *Psal.* 2. *Ibidem.*

XIX. His Iudæi opposuerunt: Quoniam ergo, vt dicis, genuit Deus, eum qui est impatibilis, statuis patibilem, & ei tribuis affectionem. Quomodo autem Filius est Deus, qui in tempore est genitus, & vt esset, habuit in tempore? Illud enim Hodie, est temporis, & non sinit Deum existimari æternum. Non patibilem generationem, ô Iudæi, in Deo dicimus, dixit à Deo afflatus Syluester: sed diuinam & impatibilem & Deo conuenientem: & quomodo dixerit quispiam verbum nasci ex mente. Neq; introducimus temporalem ex Deo filij eius generationem, sed temporis expertẽ & æternam. Nam temporum quoq; effectorem cum alijs nouimus esse Filium. Effectorautem temporum, non est sub tempore. Illud autem, Hodie genui te, dictam à Dauide, non supernam & quæ est ante secula, & ei conuenit, diuinitatis significat generationem: sed eam, quæ est inferius, quæ est in tempore & in carne, quam suscepit propter nostram salutem. Nam nouit quidem hic Propheta Christum & Deum ante secula. Quamobrem dicit etiam: Sedes tua Deus in secula. Prædicit autem eius quoq; in extremis temporibus generationem, propter mysterium susceptæ carnis dispensationis. Quamobrem subiungit, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Per hoc quidem, Filius meus es tu, temporis expertem & quæ est ante secula, significans generationem. Per hoc autem, Ego hodie genui te, inferiorẽ & eam quæ est sub tempore. Hoc autem, Ego hodie genui te, introductam est à Propheta, ostendente Patrem, eam quoq; quæ inferius facta est generationem, tanquam propriam sibi attribuere, vt quæ illius voluntate facta sit. Duæ Christi natiuitates, vna in tempore, altera in æternitate. *Psal.* 44. *Psal.* 2.

XX. Qvod autem vestra scriptura Spiritus quoque meminit, idem Propheta Dauid testatur, dicens: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic ergo trium facit mentionem, Patris, inquam, & Filij, quem vocat Verbum, propter supernam generationem, eam ostendens esse impatibilem, & sancti Spiritus. Porro autem alibi quoque meminit Spiritus, Spiritum tuum sanctum, dicens, ne auferas à me. Et rursus: Quo ibo à Spiritu tuo? qui est scilicet, & implet vniuersa. Et rursus: Emittes Spiritum tuum, & creabuntur. An non hæc dicta sunt à diuino Dauide? Non Moses etiam, qui Deum vidit, in libro Genesis Deum introducit dicentem, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Cum quo ergo disserens est Deus introductus, si non dixerimus esse aliam, cum qua loquebatur, personam? Non hoc autem omnino dixerit quispiam dictum esse ad virtutes cœlestes. Illud enim, Ad imaginem nostram, non concedit tale quid cogitari. Non est enim eadem imago & similitudo Dei & Angelorum: quoniam non est eadem natura. Necessario ergo sequitur, alium esse eum, cum quo disserebat, vt qui sit eiusdem cum illo naturæ & similitudinis, vel, vt magis proprie dicam, identitatis. Quisnam autem is existimari possit, nisi filius, qui est eiusdem essentiæ, gloriæ & potentiæ, & vt semel dicam, imago Patris immutabilis? Quidnam ergo noui sumus opinati, qui decernimus esse Patrem, Filium, & Spiritum? Etsi gentilibus hæc esse incredibilia videantur & inania, non est nouum: quoniam illi nostris libris non sunt imbuti. Vobis autem quomodo hæc putentur inania, qui diuinorum Prophetarum voces meditamini: quorum nullus est, qui de Seruatore non prænunciauerit? *Psal.* 32. *Psal.* 50. *Psal.* 138. *Psal.* 103. *Gen.* 1. Filius imago Dei patris immutabilis.

XXI. Cvm autem diuinus pater pergeret adhuc dicere, orationem interrumpens Imperator, dicit Iudæis: Dicta quæ nobis proposuit scriptura & Episcopus, ô Iudæi, itane, vt dixit, se habent in vestra quoq; scriptura? Illi autem, Ita se habent, dixerunt, ô Imperator. Ergo, quod, inquit, attinet ad Trinitatem, mihi videmini vinci, & dare Syluestro calculum victoriæ. Non, si nos quoq; ad hæc obiecerimus, ô optime Imperator, quæ contradicere potuerimus, esse iudicabitur Syluester superior. Plurima autem habemus quæ contradicamus, & ea statim dixissemus, nisi vobis videretur superflua oratio, & inanis conatus. Non enim nunc agitur, sit ne vnus Deus, an tres, sed quod Nazarenus non sit Deus. Nam etsi concessum fuerit oportere tres opinari Deos, non tamen propterea sequitur, vt Iesus qui natus est homo, & ortus est ex hominibus, & conuersatus cum hominibus peccatoribus & publicanis, & cum *Matth.* 9.

Matth. 9. cum illis conuiuia iniji, & tandem fuit condemnatus propter maleficia, & ligno Crucis affixus, [illegible]
existimetur & nominetur. De hoc ergo nunc aduersus illos [illegible] tatur, qui nouum hunc D[illegible]
D[illegible] de eo aliqua possint dicere, aut aliqua habeant testi[illegible] dicant. Hu[illegible] præclar[illegible] Sylu[illegible]
[illegible] quit, deos nos esse dicimus, ô Iudæi, vt vos putastis: sed vnum Deum, qui in tribus personis [illegible] hyp[illegible]
[illegible] tur & adoratur. Cæterum de hac re disputatur [illegible], quoniam nominata est à vobis [illegible] pertinacia, & [illegible] bona.
[illegible] Deum. Consequens autem erat ea quæ aduersus vestram ab initio propositam quæstionem à nobis sunt [illegible] libris
vestris, ostendere non fuisse recte dicta, & sic procedere nobis disputationem. Sed quoniam his modo dicere recusastis, de Domino nostro Iesu Christo, vt vobis videtur, verba faciamus.

Hinc autem est incipiendum: Deus qui produxit omnia, cum ad bona opera produxisset & formasset homi- XXI.
nem, vbi eum vidit declinare ad omne vitium, non neglexit suarum manuum figmentum, quod perhibet [illegible] pla-
cuit, vt suus Filius, qui manet ab illo inseparabilis, (est enim vbiq; Deus) ad nostros quoque veniret fines, factus ex
Galat. 4. muliere, factus sub lege, vt eos qui erant sub lege, redimeret. Quod autem ex muliere patiendum esset Dominum, re-
sponsum fuerat, prædixit diuinus Propheta Esaias, dicens: Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium & vocabi-
Esa. 7. tur nomen eius Emmanuel. Hoc autem nomen, vt vos quoq; scitis, significat Dei aduentum ad homines. In Græci
Matth. 1. enim vocem traductum ex Hebræa, significat, Nobiscum Deus. Deum ergo ex virgine nasciturum, hic Propheta
longo ante tempore prænunciauit. Sed dicunt Iudæi, librum Esaiæ non habere virginem, sed adolescentulam: cor-
ruptam autem esse à nobis scripturam, vt qui in nostris libris scripserimus virginem pro adolescentula. Quod nomé
quidem adolescentulæ, inquit diuinus Syluester, vestra scriptura soleat accipere pro virgine, multis locis possumus
ostendere, ô aduersarij: interim autem hoc quoq; aliunde ostendetur. Stultam enim Prophetæ orationem, vel potius
ipsius Dei dixerit quispiam, nisi intelligamus adolescentulam dictam esse virginem. Nam cum Esaias tanquam ex
Esa. 7. persona Dei diceat Achaz, Petis ne tibi signum in profundo, aut in alto? Cum is autem dixisset, se non petiturû, nec
Dominum Deum tentaturum, Propheta Deum inducit loquentem: Ipse dabo vobis signum. Iam vero ipsum signû
quale erit? inquit, Ecce virgo in vtero concipiet. Si non ergo dicendum sit, adolescentulam à Propheta dictam esse
Ostendit Deum ex virgine natum. virginem, quomodo signum esse reputabitur? Eam enim, quæ est viro coniuncta, vt à vobis acceptum est nomen a-
dolescentulæ, in vtero concepisse, non est signum, sed naturalis consequentiæ, & eorum quæ fiunt assidue. Signum
autem est eorum quæ fieri non solent. Quod si etiam dederimus, in libro Prophetico scriptum esse adolescentulam,
virgo esse intelligetur: vt signum sit id, quod est promissum, & non ex ijs quæ fiunt naturaliter, neq; habent aliquid
Gen. 2. alienum & insuetum. Conuenienter ergo huic promissioni, virgo concepit in vtero. Nullus autem homo inuentus
est, qui natus non sit ex virili semine post primum parentem, & eam quæ est ex illius latere constituta: neq; absq; cum
viro congressione auditum est vnquam peperisse mulierem. Cum autem sancta Virgo concepetit ex sancto Spiritu,
& peperit absq; corruptione, fuit nobiscum Deus ex promissione.

Atqui non Emmanuel, sed Iesus est nominatus, qui natus est ex Maria, Iudæi contra dixerunt. Restat ergo, XXII.
vt non qui est promissus à Propheta, sit is, qui à vobis colitur Iesus, sed alius. Hinc fit, vt neq; fuerit cum hominibus
Deus. A Deo autem motus Syluester, intulit aduersus hanc obiectionem, dictum esse, quod populi scilicet eum vo-
Esa. 8. cabunt. Videntes enim ea, quæ ab ipso fiunt mirabilia, Deum vocabunt, & credent secum esse Deum. Mos est [illegible]
scripturæ, pro nominibus nonnunquam vti rerum euentibus: quomodo etiam est illud. Vocabunt puerum, Cito
spolia, Velociter prædare. Atqui nusquam inuentus est aliquis, qui sic fuerit vocatus. Quod autem deprædatio ini-
micorum, & distributio spoliorum facta sit per Christum, propterea dictû est a Propheta tanquam nomen, id quod
Esa. 1. per ipsum est euenturum. Quinetiam dicit de Hierusalem: Vocabitur ciuitas iustitiæ. Atqui nusquam inuenta est in
tota nostra scriptura ciuitas nominata iustitiæ: sed vocata est perpetuo Hierusalem. Quoniam autem mutanda erat
in melius, propterea dicta est ciuitas iustitiæ à Prophetæ responso. Alia quoq; inuenerit quispiam dicta hoc modo in
scriptura. Tale quid etiam prædixit Esaias de eo, qui erat nasciturus de Virgine. Rerum enim euentum, dixit futuram
ei vocationem, non à matre, neq; ab eo qui putabatur pater, sed à multis. Quinetiam ipsum quoq; nomen, quo vo-
catus est, scil. Dominus, rem ostendit euenturam. Iesum enim, sicut vos ignoratis, populi salutem significat. Serua-
tor autem fuit ijs, qui eum crediderunt esse Christum.

Baruch 3. Non solum autem Esaias dixit, Deum nobiscum futurum: sed Ieremias quoque eius ad nos euentum prænun- XXIV.
Ibidem. ciauit. Hic est Deus noster: non reputabitur alius præter ipsum. Et post nonnulla: Post hæc in terra visus est, & cum
hominib. conuersatus est. Atqui dixerunt Iudæi: Non quomodo dixit de futuro Esaias, ita etiam prædixit Ieremias:
sed de eo, quod iam factum fuerat, & in tempus præteritum, non in futurum, refertur. Quo fit, vt non sit iudicandû
eum loqui de Nazareno. Mihi videmini, ô Iudæi, ait Syluester par Apostolis, vestra sponte conniuere ad veritatem,
& nolle lucem intueri. Non enim dixerim vos ignorare proprietates respôsorum Propheticorum, & quod sæpe mos
Prophetæ sæpe ita dicunt futura, tanquâ iam facta. sit Prophetis futura prædicere, perinde ac si iam facta essent, propterea quod omnino futura sit Prophetia, & non
possit excidere. Quomodo enim, quæ iam facta sunt, quin facta sint, fieri non potest: ita etiam diuina responsa non
possunt excidere, & propterea, quæ futura sunt, nonnunquam tanquam facta sunt à sacris introducta Prophetis. Et
his plena est vestra scriptura. Atq; si Deum quidem in terris visum ante Ieremiâ, & conuersatum cum hominibus no-
bis possetis ostendere, aliquam rationem haberet contradictio. Sed quoniam hoc fieri non potest, oportet deinceps
in futuro accipi dicta Prophetæ, quomodo sunt etiam alia eiusmodi in vestris libris, & præ cæteris in libro Psalmorû,
in quo de Christo prædixit Dei parens Dauid, & tanquam iam facta prædicauit: Nunc quidem discipuli ingratum
Psal. 40. animi crimen perpetua notans ignominia, dicendo: Qui comedit panes meos, magnificauit super me supplantatio-
nem, Nunc autem populorum deplorans amentiam, & gentium audaciam. Fuerint autem populi quidem, vestra sy-
Psal. 2. nagoga: gentes autem, exercitus Romanorum. Quare fremuerunt gentes, dicens, & populi meditati sunt inania; &
Psal. 21. alia quæ sequuntur. Modo autem Crucis passionem, cum dixit, Foderunt manus meas & pedes meos. Et quæ facie-
Ibidem. rierant milites, dicendo: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &, Dederunt in
Psal. 68. escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Rursus autem prædicens sepulturam, dum diceret prophetice:
Psal. 87. Posuerunt me in lacu inferiori, modo autem ascensum in cœlos prius contemplans, & prius annuncians, & clamans:
Psal. 46. Ascendit Deus in iubilo. Quinetiam antiquus vester parens Iacob, dum deficeret benedicens suis filijs, quoniam
Deo afflatus præsciuerat Dominum venturum ex Iuda, & multa quidem alia ei dixit, Domino conuenientia, & præ-
Gen. 49. ter cætera eius quoq; ostendens sepulturam & resurrectionem, Procidens, dormijt, inquit, vt leo, & tanquam catu-
lus. Quis excitabit eum? Porro autem Esdras quoq; prædicens passionem, sic inuentus est figurasse orationem, &
conscripsisse ea quæ erant futura, tanquam quæ iam euenissent: Alligastis me, clamantes super tribunal iudicis,
me humiliauistis: vt supra lignum penderem, me tradidistis. An non, inquit, hæc omnia, ô Iudæi, sunt voces Prophe-
tarum? An à vobis dicentur esse falsa dicta Prophetarum.

Hæc quidem sic scripta esse in libris Hebraicis, dixerunt Iudæi, nos quoque assentimus. Tu autem nobiscum XXIII.
agis sophistice, & nos conaris decipere: & dubia vis probare per dubia: & per ignota ignota ostendere: & eam addu-
cis demonstrationem, quam dialecticus nominauerit διάλληλον, id est, mutuam, & se inuicem probantem. Nam cû
pollici-

pollicitus esset te ostensurum illud de Iesu dictum esse à Propheta Ieremia, In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est: etiamsi oratio relationem fecerit in futurum, dubia adduxisti testimonia, & quæ certum sit non dicta esse de Iesu. Sed nos non decipies, ô Episcope. Nam neque nos sumus Græcæ ignari sapientiæ, neque sophisticorum imperiti argumentorum. Non ego sum Sophista, ait à Deo inspiratus Syluester, nec accurate Græcam teneo eruditionem: sed sermone imperitus, Dei autem confisus sapientia, Verbo quod est Deus & homo, & viuifico Spiritu, non autem sophisticorum verborum persuasione, subij vobiscum disserendi certamen, & dixi vobis vera, firmaque ac stabilia. Quoniam autem quæ dicta sunt, non reprimunt vestram curiositatem, aliunde quoque ostendam in vestra scriptura hanc esse consuetudinem, vt præteritum tempus accipiatur pro futuro. Sufficiunt autem ad demonstrationem psalmi graduum. In his enim eam, quæ ex Babylone tempore Cyri facta est, liberationem captiuorum Hebræorum, & secundam in Hierusalem ascensum, & templi reædificationem prius significat diuinus pater Dauid. Nam vt Propheta, & homo à Deo inspiratus, multis ante seculis vidit mentis oculis ea, quæ futura erant, & tanquam iam facta, prius scripsit ea, quæ euentura erant plurimo post tempore. In primo autem psalmo graduum statim dicit ex persona populi captiui: Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et post aliquantum: Hei mihi quod incolatus meus: & deinceps psalmi graduum euocant auditorem ad tempus præteritum. Et sic non in his solum, sed etiam in pluribus alijs inuenta est oratio figurata à Dauide. Videnturne hæc vobis sufficere ad probandum, an adhuc mihi opus erit alijs? *Baruch 3.* *Psal. 119.*

XXVI. Si ita haberent, dixerunt Iudæi, vt tu dicis, Episcope, sufficerent. Nunc autem & de psalmis falsum dicis, & de eorum scriptore Dauide. Non enim loquuntur de reditu, qui fuit ex Babylone post captiuitatem: sed de liberatione ex Ægypto, quæ fuit tempore Mosis: & merito in præteritum tempus sunt compositi. Facile quidem est, ait vir diuinus, ex iis, qui dicti sunt, psalmis ostendere, vos vestra sponte esse malos. Non enim vos ignorare dixerim, quod de reditu ex Babylone hos psalmos Dauid prophetice composuerit: sed in hoc non immorabor, sed ex alio euidentius ostendam id, quod quæritur. Mihi autem roganti respondete: Quando dominata est gens vestra Hierosolymis, nonne postquam egressi est Ægypto? Hoc vero dixisti, dixerant Iudæi. Non in ebus primum nominata est, & Salem? Ne hoc quidem est falsum. Non, qui vestri habuit administrationem, Propheta & Rex Dauid, cum multis prælijs fudisset eos, qui ipsam habitabant, illam propriam ciuitatem esse duxit & nominauit? Assentimur. Non capta fuit ciuitas tempore Nabuchodonosor: & diruta quidem sunt mœnia, illud autem ditissimum & celeberrimum templum Salomonis fuit euersum, & abductus fuit populus Babylonem captiuus? Hæc sic acciderunt. Propterea ergo factus est Dauidi centesimus tricesimus sextus psalmus, qui dicit: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Et paulo post: Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea: & quæ deinceps consequuntur in psalmo. Ecce ergo hic quoque Propheta ea, quæ multis post seculis euentura fuerant, non tanquam futura prædixit, sed ea tanquam quæ iam facta fuerant, narrauit. Nec potentis dicere eum hæc prædixisse de reditu ex Ægypto. Nondum enim vestra facta fuerat ciuitas Hierusalem: nec hoc nomine appellata fuerat, vt vos confessi estis. De hoc reditu loquuntur etiam psalmi graduum etiamsi vos eos circumscribatis: & hoc est manifestum ex hoc tertio psalmo, qui factus est ex persona bello capti populi Hebræorum, qui captiui in Babylone, qui dicit. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Quinetiam in septuagesimooctauo psalmo, eam quæ tempore Antiochi accidit Hierusalem depopulationem prædicens Propheta Dauid, Deus, inquit, venerunt gentes in hæreditatem tuam: & in templo cernens mactatas hostias, quas tunc sacrificabant, & introducta in ipsum simulacra, & eam, quæ alioqui facta est, sanctorum inquinationem. Polluerunt templum sanctum tuum, prædixit, & reliqua quæ sunt in psalmo, prius enunciauit, & tanquam iam facta defleuit, quæ erant ventura: & iis qui erant facturi, perinde ac iis, qui iam fecerant, male est precatus. Cum ergo sic in multis figuretur oratio in diuina scriptura, non fuerit nouum, si quædam de Christo sic dicta sunt à Prophetis, & hoc modo figurata fuit ab eis oratio. *2. Reg. 5.* *4. Reg. 25.* *Psal. 136.* *Psal. 121.* *Psal. 78.*

XXVII. Hæc cum in rebus diuinis sapiens disseruisset Syluester, Iudæi, Nihil, aiebant, est horum falsum: sed tu quæ dicta sunt de alijs, Iesu improbe tribuis: & sic mentem simpliciorum surripis. Ergo, inquit sanctus, aliquem alium à virgine conceptum & natum datis, aut ante Seruatorem Christum, Deum in terra visum, & cum hominibus versatum demonstrare potestis, aut alias gentes fremuisse, & populos esse inania meditatos aduersus Dominum & aduersus Christum eius? Cuinam autem alij accommodabitis illud, Foderunt manus & pedes meos: & illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: & in escam datum ei esse fel, & potatum eum esse aceto: & positum esse in lacu, & surrexisse in iubilo, vt Deum, qui vicit inimicum. Canticum enim est pro victoria, iubulatio. Dicite ergo, an hæc possitis alicui alij tribuere. *Psal. 21.* *Ibidem.* *Psal. 68.*

XXVIII. Hæc cum audisset Imperator, Mihi, inquit, videmini, ô Iudæi, esse victi. Illi autem, Ne sic, aiebant, feras contra nos sententiam, ô optime Auguste: possumus enim adhuc multa alia opponere Episcopo. Et iam dicat, quanam de causa Iesus, cum esset Deus, vt ipse dicit, natus est ex Virgine, & carnem suscepit. An enim non poterat omnipotens aliter reuocare genus hominum, & efficere vt ex casu surgeret? Quomodo autem Deo quoque à diabolo fuit adhibita tentatio, dum modo quidem exigeret, vt esuriens faceret panes ex lapidibus: modo autem iuberet, vt se ex alto deorsum deijceret, vt id quod cernebatur, probaret esse Dei Filium: & rursus eum impelleret ad adorationem, & polliceretur se ei daturum regna terræ? Ad hæc dicit beatissimus Syluester: Nihil est quidem, ô Iudæi, quod non possit à Deo fieri, & vt res est, ita creditur. Oportebat autem diabolum vinci ab eo, qui ab ipso victus fuerat. Homo autem ab illo victus fuit: & homo, qui non factus est ex naturæ consequentia, neque ex coitu & congressu viri, sed ex terra formatus incorrupta: incorrupta enim tunc erat terra, vt quæ nondum fuisset maledicta, neque polluta sanguine fratris, aut cædibus aliorum animalium, neque mortuorum corporum, vt postea vocata esset sepulchrum, aut profanis actionibus inquinata & sceleribus. Atque ex terra quidem talis caro formata fuerat Adamo primo parenti: ipsa autem diuina insufflatio facta est in animam. Eum ergo hominem, qui sic natus fuerat, cum vicisset malignus, se insolenter iactabat, vt qui diuino insultasset figmento. Oportet ergo, vt dictum est, à tali rursus homine vinci, & cadere eum, qui est princeps & author mali. Talis autem est Dominus Iesus, non natus naturæ legibus, sed vt ille ex terra incorrupta, ita Dominus ex vtero incorrupto, & ventre virgineo & sancto. Et quomodo ille fuit viuificatus diuina insufflatione: ita hic etiam sanctissimo & viuifico Spiritu construitur perfectus homo in omnibus sine peccato. Qui ergo quomodo Adam non naturaliter, sed supra naturam factus fuerat homo, & alius vocatus Adam, vicit eum, qui primum Adam deceperat & vicerat: & per quæ maleuolus & hostis hominibus primum nostrum deuicit parentem, per ea nouum quoque Adam inescare aggressus, non potuit. Per intemperantiam enim & gloriæ cupiditatem illum decepit. Si ex ligno prohibito comederis, eris tanquam Deus, cognoscens bonum & malum: & aduersus Christum quoque per eadem conatus & gloriari, cum videret eum tanquam Adamum propterea, quod apparebat, & esurienti apposuit lapides, petens vt eos mutaret in panes: & pollicitus est se illi daturum regna terræ, si procidens eum adoraret. Illud enim erat gulæ: hoc autem primi loci cupiditatis, & dominandi desiderij. Vndique autem depulsus fuit malignus: & cum primum vicisset Adam, secundum aggressus, aperte victus est hostis. Propter hæc Deus est inter homines, & mater Virgo, & hostis ten- *Matth. 4.* *Cur Deus factus sit homo.* *Cur à diabolo tentatus.* *Gen. 3.*

tatoe. Non diuina autem natura, sed humana f[illegible]t [illegible]ata: & [illegible] passione similiter passa est [illegible] manente diuinitate.

In Christo [illegible] Marc 4 ALIENA dicis, ô Episcope, respondere Iudæi & ab[illegible], qui intelligunt, omnino no[illegible] admitt[illegible] Quo[illegible]do XXI enim vnquam admiserit intelligentia, duarum [illegible] v[illegible] tem vnam quidem pati, alteram vero [illegible] n[illegible]me & vnam quidem dol[illegible], alteram vero non [illegible] dolo[illegible]m & hanc quidem mori, i[illegible]lam vero n[illegible] [illegible]talem? Etenim nos quoque constamus ex duabus naturis, nempe ex anima & corpore, ex quibus anima quidem est immortalis, corpus vero subiectum mortalitati[illegible] [illegible]d co[illegible]pore patiente, animam quoque simul pati cu[illegible] eo cogi[illegible]mus: & eo dolente, illam quoque simul dolere: & quamdiu carni vnita est anima, fieri non pot[illegible]st, vt [illegible]a c[illegible]ucietur, non anima quoque sit particeps cruciatus. Est autem hoc euidens. Nam cum ex [illegible] ne euolauit anima, illa [illegible] omnino molestiæ.

NON duarum naturarum in Christo commi[illegible]xtionem, neque confusionem opinamur, ô Iudæi, d[illegible] d[illegible] Syluester: s[illegible]d vnionem quidem, vtraque autem natura suas inconfusas seruante proprietates. Nam c[illegible]med[illegible]bat [illegible]d[illegible]m & dormiebat, vt homo, & fleuit propter Lazarum mortuum. Vt Deus autem, viu[illegible]ficauit mortu[illegible] [illegible]lyticos, per mare ingressus est pedibus, violentis ventorum flatibus assurgens mare d[illegible]p[illegible]ssit, stra[illegible]t & f[illegible]dau[illegible] agitato fluctibus, Sile, dixit, compescere: & statim euasit placidum & tranqu[illegible], & non transilui[illegible] in [illegible]pa[illegible]. Ita etiam perpessiones & tentationes applicandæ sunt carni, cui innatum erat, vt pateretur & tentaret[illegible] n[illegible] aut[illegible] diui[illegible]tati. Nam cum perfectum hominem suscep[illegible]sset Dominus noster Ies[illegible] Christus, & anima q[illegible]oq[illegible] & [illegible] in ea est a[illegible]ilu[illegible]pta: & carne patiente, vna quoq[illegible] eo dole[illegible]e animam, humanæ naturæ legibu[illegible] nos q[illegible]oque d[illegible] cum carne autem Domini pati id, cui non est [illegible]nnatum vt patiatur, dico autem di[illegible]itat[illegible]m, n[illegible] S[illegible]d quomodo, rursus dixerunt Iudæ, potuerit hoc vnquam fieri? Quomodo, quod [illegible] asseritur, potu[illegible] [illegible]ta[illegible]tio? S[illegible] autem in rebus materialibus & iis, quæ a[illegible]ud te fiunt, hoc fieri ost[illegible]nder[illegible]us, dixi[illegible] a[illegible] S[illegible]ester, non fuerit hoc à nobis ad[illegible]ittendum etiam in diuinitate, in quam non cadit [illegible]itus?

POST hæc dixit Imperato[illegible] & Senatu[illegible]: A ratione al[illegible]enum fuerit, ô sancte Syl[illegible]ster, [illegible] quod d[illegible]cis, non ass[illegible]n- XXXI tiantur Iudæi. Si duo quædam v[illegible]ta, à te adducta fu[illegible]rint, quorum vno pati[illegible] [illegible] pe[illegible] perpessionu. Tibi quidem, o o[illegible]time Imperator, & illustri Senatui, [illegible]spondit ad[illegible] Syl[illegible]ester, hæc [illegible]de[illegible]tur, & [illegible] alteram partem [illegible]on proper[illegible] de[illegible]t c[illegible] illa. Dicant autem Iudæi quoque, an ill[illegible] pla[illegible] id, [illegible]d[illegible]tur, & [illegible] hæc q[illegible] [illegible]tur. Dicite, ait Imperator Iudæi, qu[illegible]d vob[illegible] v[illegible]detur, si id quod [illegible] con-firmauerit [illegible]piscop[illegible] [illegible] non potest, dicebant, o I[illegible]perator, vt tale exem[illegible] Syl-ue[illegible] [illegible] Sin aute[illegible] [illegible]ctu fue[illegible]t, & [illegible]erit id, quod est pollicitu[illegible], si contra illius dicta nos [illegible] potuerimus, [illegible] [illegible]bentes [illegible] nt am. Sit mihi ergo exemplum, o I[illegible]perator, a[illegible] [illegible], purpuræ [illegible] it æ. Non est [illegible] fila serica, qu[illegible] [illegible]m vilia, & ante purpuram non [illegible] magno precio habita po[illegible] [illegible]e coloraca, & magni fu[illegible] [illegible], & [illegible] ornamentum Imperatoris. Qu[illegible]do ergo ea ne[illegible] [illegible] bus, & [illegible] extend[illegible]bantur ad ite[illegible] [illegible] parabantur ad subte[illegible]men, & al[illegible]quando quidem secabantur, al[illegible]-[illegible] [illegible] colligaba[illegible] [illegible]rat id, quod nebatur, aut s[illegible]cabatur, aut [illegible]tur, fila [illegible], an id [illegible] [illegible] color, inquam, pu[illegible] [illegible]s & Senatus, Serica fila, dixerunt, ô [illegible] [illegible] nebantur & secaba[illegible] S[illegible], d[illegible] sanctas, imag[illegible] [illegible]ca, carnis Domini: Purp[illegible] autem, d[illegible]æ & impatibi[illegible] naturæ [illegible] [illegible] fila, quæ prius pati[illegible] [illegible] colorans purpura flor[illegible] suo, longe facit pretiosiora: ita etiam di[illegible] carni [illegible], quam sus[illegible]pit Do[illegible] [illegible] est long[illegible] pretiosiorem: sed illa patiente, non passa est diuini[illegible]: quemo-d[illegible] [illegible]pura, du[illegible] fila secab[illegible] [illegible]tica, aut quæ ex eis contexta fuerant, fuit concisa. His applau[illegible] [illegible]perator & S[illegible]natus. Et optim[illegible], dixerunt, exemplum, & ratio quæ seruat promissum, & aperte ostendit solam passam esse Iesu carnem, non autem di[illegible].

Iudæi pertinaces & obdurata ceruice. Psal 93. Aliud exemplo idem probat. IMPERATOR autem orationem conuertens ad Iudæos, Quid vos ad hæc dicitis, inquit? Magne quidem est XXXII. audaciæ, dixerunt ô Imp[illegible]rator, tuæ repugnare potentiæ. Vbi autem de Deo agitur & contenditur, ne[illegible] quidem potentia erit nobis impedimento, quo minus contra dicamus. Nobis enim non solum videntur hæc fila serica nebantur & scindi, sed etiam simul neri & scindi purpura: & ita Syluestro non succedere quod dixerat, & non perstiti[illegible] quod erat pollicitus. Cum autem contradiceret Imperator & Senatus, a Deo inspiratus Syluester: Pertinax ô Imperator, inquit, est hoc genus, & semper durae ceruicis. Neque tua laboret potentia: sed his quoque adhuc alia adiiciantur exempla: adiuuante forte sancto & intelligente Spiritu, qui hominem docet scientiam, eorum obstruentur ora & persuadebuntur: & ad Iudæos conuersus, Solis, inquit, radius, qui arbori applicatur & eam illustrat, non est, inquit, ei vnitus, quamdiu eam illustrat? Omnino, affirmant Iudæi. Si ergo securis aliqua arborem exciderit, dum illuminatur, num etiam simul excisum solarem radium putabitis? Si autem splendor quoque solis cum luto congreditur, erit ne eius fœtoris, aut etiam sordium vllo modo particeps, & non potius diu cum eo versans, & lutum exiccabit, & exhauriet humiditatem, & salubre reddet id, quod est putrefactum? Quomodo ergo is, qui ligna secat, non vna secat solarem radium secans arborem: ita nec passa est diuinitas patiente Seruatore in humanitate: neque fuit particeps carnis proprietatum ei vnita: sicut nec sol appropinquans rebus sordidis & putrefactis, impletur immunditia, quæ ex illis contrahitur.

CVM hæc sic dicta essent ab illo egregio rerum diuinarum interprete, Imperator quidem, & vniuersum ap- XXXIII plausit auditorium, & eum laudauit, illius verba admirans, & eorum parentem: Iudæi autem steterunt silentes, & se inuicem fixis oculis intuentes. Sanctus autem dixit Imperatori: Hæc exempla dixi, ô Imperator, non vt quæ rei naturam attingant: Quæ enim oratio rebus potuerit exæquari? sed quæ conuenienter nostræ imbecillitati, exilem quandam & obscuram præbent imaginem eius, quæ comprehendi non potest, susceptæ carnis œconomiæ. Reliquis autem Iudæis tacentibus, Zambres solis suis fretus præstigiis, & prodigiosum aliquid per eas volens ostendere, & perid venari spectatores: Si verbis, inquit, ô Imperator, & copiosus Syluester, & aptus ad persuadendum in disputationibus, propterea ne nos, relicta patria religione, eum sequemur, & homini credemus, quem patres nostri communi sensu condemnarunt? Quod autem Deus est solus, qui à nobis colitur & non alius, ego non verbis, vt Syluester, sed rebus ostenderim. Iube ergo hunc magnum & agrestem taurum adduci, & manifestum erit tuæ potentiæ, & omnibus qui adsunt, non esse Deum, præter Deum nostrum. Cum itaque quæreretur agrestis taurus, dixit quidam ex iis, qui assistebant Imperatori, apud se esse talem ferum & immansuetum taurum, quem neque posset aliquis efficere, vt iugum subiret, neque eum manu demulcere. Iussit itaque Imperator taurum adduci.

CVM abirent autem, qui iussi fuerant taurum adducere, venerandus Syluester rogauit Zambrem, Cur à te XXXIV. quæsitus fuit taurus? Cum is autem aduenerit, quidnam à te fiet? Ille autem, Nomen, inquit, Dei, qui à nobis colitur, audiri non sustinet natura: neque si quis id audiuerit, potest amplius viuere. Nostri enim maiores, ad sacrificia tauros maximos offerentes, in taurorum aures hoc nomen dicebant: & statim tauri magnum & flebilem edentes mugitum, cadebant, & erant parati, vt sacrificarentur. Syluester autem, Si hoc, inquit, nomen, vt dicis, cum audiatur, cum qui audit

Zambres Iudæus præstigiis suis nititur Christianam oppugnare. Vide commentum præstigiatoris Iudæi.

audit, interimit, quomodo tu hoc didiciſti? Zambres vero, Non licet, inquit, tibi noſſe modum, neque huius rei arcano imbui myſterio, cum ſis in nos male affectus, & hoſtili animo in Iudæos. Hæc cum dixiſſet Zambres præſtigiator, dicit ei Imperator: Si non vis Epiſcopo aperire myſterium, at nobis interim oportet diſſoluere dubium. Eſt enim re vera dubium quod dicitur, niſi quis dixerit hoc diſci, dum legitur. Zambres autem, Non pellis, inquit, non alia charta, non lignum, non lapis, non vllum aliud corpus poteſt hoc nomen ſcriptum continere. Nam protinus & qui ſcribit, & corpus, in quo ſcribitur, interit. Imperator vero, Dic ergo, inquit, quomodo ipſe hoc didiciſti? Etenim fieri non poteſt, vt hoc diſcatur, ſi neque dicatur, neque ſcribatur. Zambres autem: Ego, inquit, ô Imperator, ſeptem dies vacaui ieiuniis. Deinde noua peluis argentea, qua nemo adhuc vſus fuerat, impleta fuit aqua fontana: & cum aqua fuiſſet benedicta, literæ fuerunt in ea inſculptæ quodam digito, quæ vocantem mentem myſtice nomen Dei docebant. Dixit autem ingenioſus Sylueſter: Sic quidem, vt dicis, ô Zambre, myſtice didiciſti nomen, quod non auditur? Quid autem, quando in aurem ſubmurmuras hoc alicui, non ipſe quoque hoc nomen audis, ſicut is, cui hoc dicis? Quomodo ergo non tu quoq; moreris? Non apud te dixi hæc te verba feci Sylueſter, reſpondit præſtigiator. Iam enim prius tibi dixi, me tibi nolle modum & cauſam aperire. Sed quid verbis opus eſt, cum liceat rebus ipſis confirmare, quod dicitur? Ex duobus vnum elige: Aut enim ipſe Nazareni inuocato nomine, taurum ſtatim mortuum oſtende, & eum eſſe Deum nos quoque admittemus: aut cum ego in aurem eius dixero nomen Dei noſtri, ſi cadet ſtatim taurus mortuus, oportet vt tu quoque aſſentiaris non eſſe alium Deum, niſi eum quem colimus. Laudarunt, quæ dicta fuerant, ij qui audiebant, & anxij fuere Chriſtiani. Diuus autem Sylueſter iubebat eos eſſe bono animo, & minime perturbari: & promittebat fore, vt viderentur ab omnibus Dei mirabilia. Tunc ergo Zambræ dixit Imperator: Oportet te prius implere tuam promiſſionem. Pollicitus enim es, te tantum poſſe verbo occidere. Ille vero dicit, Quoniam iubes me hoc facere, ô Auguſte, vide vires Dei, qui à nobis colitur, quam ſint inexpugnabiles. Hæc cum dixiſſet, appropinquauit thauro, qui trahebatur à multis fortibus adoleſcentibus, validis funibus eius cornibus & collo alligatis. Quorum alij quidem hinc, alij vero illinc eum trahebant, in vtramuis partem inclinaret. Si enim ad dexteram partem irruebat taurus, eum trahebant ad ſiniſtram. Si eum autem impetus ferebat ad ſiniſtram, eum retrahebant ij, qui ſtabant ad dexteram. Cum ergo acceſſiſſet, & in aurem eius valde inſuſurraſſet, taurus magnum & horrendum edens mugitum, & cum tremore membris in orbem circumactus, cecidit protinus, & videbatur mortuus. Propterea Iudæi quidem exilierunt, & plauſerunt manibus, &, Vicimus, exclamauerunt. Vniuerſum autem theatrum obſtupuerat, & erat plenum tumultu. Sanctus autem cum indixiſſet omnibus ſilentium, & ſedaſſet tumultum, dicit Iudæis: Non ſunt verba veſtræ ſcripturæ, Ego occidam, & viuere faciam, vt in qua ſit Deus omnipotens introductus hoc dicere? Illi autem, hæc ita ſe habere, aſſenſi ſunt. Si ergo, dixit Sylueſter, ex Deo à Zambre perfectum fuit, vt moueretur, per eiuſdem rurſus inuocationem fiet, vt ipſe quoque reuiuiſcat. Eſt enim beneficus Deus, non maleficus. Illud eſt enim ei natura, hoc vero præter naturam. Et benefacere quidem eſt ei voluntarium: male facere autem, violentum & inuoluntarium. Fit autem nonnunquam propter aliquorum vtilitatem. Si ergo, quod eſt præter naturam, & quod à Deo non ſua ſponte ſuſcipitur, tam facile perfectum eſt à Zambre, facilius efficietur id, quod eſt ei ſecundum naturam, & de cætero quem nomine Dei, vt ipſe dicit, occidit taurum, ſi rurſus viuificauerit inuocatione omnipotentis, me quoque habebit eius verbis aſſentientem.

Item aliud plane ridiculum.

Taurum interficit opera dæmonis præſtigiator.

Deut 32.

XXXV. His ſic dictis à Dei interprete, Zambres, Strophis verborum, inquit, fretus Sylueſter, ô Imperator, per ea vult adumbrare id, quod modo factum eſt miraculũ, Dei nominis inuocatione. Sed non opus eſt nunc verbis, nec eorum ornatu ac probabilitate: factis autem opus eſt. Et ſi qua eſt tibi virtus, ô Epiſcope, & Ieſu, qui à te colitur, eam factis oſtende. Et vis, inquit ille beatiſſimus, oſtendam Chriſti virtutem, inuocatione eius bouem viuificans, quem tu interfeciſti? Verba ſunt hæc, ô Sylueſter, inquit Zambres, & inanis iactatio. Non poteſt enim fieri, vt taurus viuificetur. Ei autem dicit magnus Conſtantinus: Si ergo, quod tu dicis fieri non poſſe, poſſit Epiſcopus ad opus deducere, eiuſne verbis aſſentieris, & Deum eſſe confiteberis eum, qui ab ipſo prædicatur? Certe, inquit, ô Imperator, iuro per ſalutem, ſi videro hunc taurum reſurgere, ipſe quoque Chriſtum fatebor Deum, & me ſubmittam Sylueſtri dogmati. Hoc omnes quoque affirmarunt Iudæi. Tunc ergo ſanctus, cum genuflexiſſet, & ſolo caput demiſiſſet, & oculos irrigaſſet fluxione lachrymarum, Deum per ſe orauit. Deinde ſurgens, & manus in altum tollens, dixit cunctis audientibus: Domine Ieſu Chriſte, qui es Dei Filius & Deus, cui facile eſt viuificare & morte afficere, percutere & ſanare, tibi placeat, vt hic bos, qui dæmonis inuocatione morte fuit affectus, à ſancto & viuifico & venerando tuo nomine viuificetur. Iam enim tempus eſt, vt tua oſtendantur miracula ad ſalutem multorum, propter quam ipſe in terram deſcendiſti: exaudi me ſeruum tuum in hac hora, vt ſanctiſſimum tuum nomen ſit in maiori adhuc admiratione.

Eum vitæ reddere non poteſt.

XXXVI. Et cum hæc dixiſſet, prope taurum accedens, voce ſublata exclamauit: Si eſt verus Deus, quem ego prædico, Ieſus Chriſtus, qui natus eſt ex Maria Virgine, ſurge & ſta ſupra pedes tuos, tua ab ecta feritate. Protinus itaque motus taurus, exiliit, & ſterit à nullo detentus: & ad eum accedens mirificus ille pater, cum ab impoſitis eum ſoluiſſet vinculis, Abi, inquit, vnde veniſti, oſtendens deinceps omnem manſuetudinem, neminem lædens, neque contra vllum inſurgens: hæc tibi iubet Ieſus Chriſtus, omnium Deus. Ille autem ſtatim ſenſim abiit & quieto pede, qui prius erat immitis & immanſuetus. Hæc eos qui videbant, obſtupefecerunt, &, Vere magnus eſt, qui à Sylueſtro prædicatur, Deus, clamabant. Iudæi autem ad ſanctum accurrentes, illius pedes prehenſarunt, & rogarunt vt oraret pro ipſis, & eis Deum placaret. Et inclyta Imperatrix Helena, velis ablatis, intra quæ ſedebat, audiens ea quæ dicebantur, & ſpectans ea quæ fiebant, egreſſa eſt & procidit ad ſancti pedes, Credo Chriſto, dicens, & rogans, vt diuinum baptiſmum conſequeretur. Vir autem ille Apoſtolicus, omnibus in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum credentibus eum propitium futurum pollicitus, cum iis, qui diuinum volebant aſſequi baptiſmum, ieiunium præcepiſſet & ſanctificationem, diſſoluit conuentum. Deinde cum eos catecheſi imbuiſſet, qui erant illuminandi, & in iis, quæ de more fiunt, prius eos initiaſſet, baptizat primum quidem Imperatricem: poſt eam autem Romanorum quoque multitudinem, quæ non facile numerari poterat, & eos qui illic aderant Iudæos, qui omnes crediderunt.

Eum, Chriſto inuocato, reddit vitæ S. Sylueſter.

XXXVII. Hæc autem cum pie adminiſtraſſet, & fidem dilataſſet, fiduciamque & libertatem dediſſet prædicationi, & deinde vna cum Imperatrice profectus eſſet Hieruſalem, & ad quærendam ſalutarem Chriſti Crucem, ei collaboraſſet, & propter inuentionem eius eſſet collætatus, & multos illic quoque Iudæos ad Chriſti fidem adduxiſſet, & eos diuino baptiſmo initiaſſet in nomine ſanctæ Trinitatis, & euaſiſſet plenus diebus ſpiritus, terram quidem terræ reddidit, ſpiritum autem depoſuit in manibus Angelorum, abducendum ad Chriſtum, qui fuerat ab eo prædicatus, & multorum laborum, quos propter illum ſuſceperat, accepturum remunerationes, quando veniet vnicuique redditurus ſecundum ſua opera: quem decet omnis honor & adoratio, cum Patre principij experte, & increato & honore ei æquali Spiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

S. Sylueſtri felix obitus. vide Baron. an. 335 n. 58, qui illum obiiſſe teſtatur.

De feſto die S. Sylueſtri feriando, extat can. 1. de conſecrat. diſtinct. 3. ex Gregor. IX. extra de feriis, cap. Conqueſtus

An. 410.

VITA S. BARBATIANI PRESBYTERI ET CONFESSORIS, VT HABETVR LIBRO SECVNDO HISTORIARVM RAVENNATVM HIERONYMI RVBEI VIRI DOCTISSIMI.

31. DECEM. Valentinianus à Theodosio Augustus Romæ appellatur. S. Barbatiani patria. Puellam ab oculorum dolore liberat.

I. VALENTINIANVS eodem quo in Italiam venerat anno, à Theodosio Romam vocatus, illuc se cum Galla Placidia matre contulit: vbi, vt Theodosius optauerat, Augustus appellatur. Cum vero religione essent incensi, non defuerunt Placidia & Valentinianus, cui ab matre Placidi prænomen adscripserant, quin inter tot secundæ fortunæ felices euentus, summaque de imperio negocia, loca sancta Romæ, hominesque sanctitate ac innocentia vitæ insignes, inuiserent. Enitebant eo tempore duo sacerdotes Antiocheni Romæ, Timotheus & Barbatianus. Ad hos cum adiissent, solus Barbatianus viuere inuentus in cœmeterio Calisti. Ibi cum Placidiæ puella acerbissimo oculorum dolore laboraret, vir sanctus dominæ precibus commotus, vbi Deum precatus est, ventrale quod habebat in aquam mersum puellæ tradidit, iubetque oculos vt extergat, quo facto morbo soluta est.

Signo Crucis innoxium proximum curat.

II. NEC multo post Calogenes Græcus adolescens Valentiniani seruus cum scalas descenderet, decidit ossibusque confractis & pede comminuto, cum parum abesset à morte, ad virum Dei importatus, ab eoque signo Crucis obsignatus statim conualuit.

Alium ægrum sanat.

III. ISIDORVS etiam cum ex pulmonis vlcere ad extremum laboraret, adductus ad sanctum Barbatianum, vir sanctus cum Deo ante preces, vt consueuerat, fudisset, porrexit nonnihil citri, quod sibi forte ad manus fuit: cuius esu æger morbo liberatur.

IV. HIS plurimisque præterea prodigiis claros, Rauennam ab Galla Placidia non multo post deducitur Barbatianus: quo se Valentinianus cum matre recepit. Interea Galla Placidia Rauennæ iam diuo Ioanni Euangelistæ templum exstruxerat iuxta Aureliani pomarium, quo loco palus aderat ad portam, quæ Artemedolis vocabatur, missis qui vndique lapides elegantes secarent, & aptas columnas fabricarent, pauimento, tessellato opere elaborato: in parietibus vero, naufragij votique historia simili opere picta: Ad orientem erexit testitudinem, duabus maximis innixam columnis, quas bracteato argento incrustauit. Videbatur autem in ma[...] Deus, libellum Ioanni Euangelistæ porrigens, cui erat subscriptum: Sanctus Ioannes Euangelista. Hinc atque inde mare vitreum, in quo duæ naues turbulenta tempestate & ventorum impetu agitatæ: In altera diuus Ioannes Placidiæ opem ferens aderat, septemque candelabra, & nonnulla præterea ex iis quæ in Apocalypsi describuntur mysteria. Nonnullæ præterea columnæ, ipsaque maxima ara, tota argenteis laminis exornata: Accedebant ad hæc, valuulæ etiam quædam circa eam aram ex argento, immixtis gemmis: in quarum limine scripta hæc legebantur: Sancte Ioannes arca Christi, accepta tibi sit oratio serui tui. Super aram testitudo ex præstanti marmore, quatuor ex argento columnis suffulta, pendentibus vtrinque aureis argenteisque * vasibus, ex ipso vero cacumine Crux eminebat inter poma & lilia. Prætermittenda argentea columba non est, quæ volitare inter vasa illa videbatur.

Apoc. 1. &c.

* vasis.

Ecce primæ in Ecclesia mores in sanctis templis & aris. S. Barbatianus videt diuum Ioannem templum consecrantem.

V. ID vnum autem tanto operi, ac Augustæ religioni deesse putabatur, quod nihil haberet reliquiarum diui Ioannis, quibus ara dicari more maiorum posset. Hæc res mirifice Augustæ animum angebat, & ob id sacra inedia, summis precibus ac vigiliis suppliciter petere, vti, si quid inter homines ipsius esset, suo templo daret dedicando. Barbatianum interea consulit, petitque quid agendum putet. Ipse vt erat summæ in Deum fide, non ignorans quantum fidei, quæ eius est munus, tribuere Deus soleat, consulit in ædificato ab se templo vt vigilet, Deumque ac Apostolum de re illa obnixe roget: futurum enim vt tantam animi pietatem Deus ne parui faciat: seque Barbatianus in hac re Augustæ comitem pollicetur. Quod cum ita fecisset, tertia nocte, cum ambos leuis somnus haberet, postquam preces Deo fuderant, vidit Barbatianus, cum nec penitus dormiret, nec integre vigilaret, veneranda canicie virum, pontificiis vestibus candidissimis indutum ac mitratum, deambulantem & thure templum suffientem: cuius facies diuino splendore fulgens, cælestem lucem inferebat. Tanto prodigio commotus vir sanctus, seipsum excutiens, ac plene vigilans, vix hospiti in eo assentiebatur, quod aperte videbat: quapropter tacitis vestigiis, se ad Augustam conferens festinanter, somno excitatam, de omni re commonefacit, ipsumque Antistitem per templum deambulantem commonstrans: En, inquit, hic ille est, cui templum dicasti. Placidia religionis feruore incensa, se ad Euangelistam, qui iam ad aram maximam peruenerat, celeriter accurrens, recipit, ad pedesque eius prouoluitur. Tum ille ex oculis elabens, sandalium dextri pedis in Augustæ manibus reliquit. Ipsa voti compos, summa gestiens lætitia, cum Dei benignitatem voce & lachrymis prædicaret, rem omnem, vbi illuxit, Placido Valentiniano filio, omnibusque Rauennatibus ordine exponit. Inde dedicatio summa pompa celebrata est, tertio die antequam mensis Februarius elaberetur: cuius memoria ad hæc vsque tempora, dies ille solennis, anniuersaria vicissitudine celebratur.

Placidia S. Barbatiani hortatu, Baptistæ Domum Ecclesiæ facit. Barbatianus emplastro ægrum curat, quo suā sanctitatem celat. Matth. 9.

VI. NEC multo post, Barbatiani rogatu, Placidia diuo Ioanni Baptistæ egregiam ædem, iuxta domum suam, extruendam curauit: vniuersæ ædificationis negocio demandato Baduario Patricio Rauennati. In eo templo Barbatianus Deo seruiens, multis prodigiis innotescebat indies magis ac magis: ex quibus illud maxime commendatur, quo Iuliani Rauennatis nobilissimi viri filium, strumis ita laborantem, vt ab omnibus esset iam desperatus, sanauit: cum sacris peractis, cubiculum ingressus, mox ex cera emplastrum, imminutumque panem cum oleo mixtum, vlceribus imposuisset, signoque Crucis obsignasset. Repente enim diruptis illis, vermes egressi sunt, & puer ingenti miraculo in sanitatem restitutus.

VII. PARI felicitate ac prodigio Theodoram primariam mulierem, refractario sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, sanauit: cum enim vir sanctus deductus ad eam, in qua expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset: Christus qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: quamobrem eius nomine tibi prædico, surge & ambula: Theodora ad sanitatem statim reducta est. Cuius beneficij magnitudine commota, frequens deinde virum sanctum conueniebat, ab eoque de Christi religione docebatur. Verum Visicus Theodoræ maritus intantum ob id zelotypiæ cæco furore exarsit, vt quadam die sub auroram in Barbatianum, qui orabat in templo Deum, districto ense impetum fecerit: sed continuo aruit manus, immobilisque permanens, viro sancto orante, Deus illi restituit sanitatem.

Diuinitus castigatur zelotypus.

VIII. PER idem tempus, Petrus Chrysologus Rauennæ Archiepiscopus, ad Ecclesiæ administrationem conuersus, Tricollim aggressus est, quod ædificium ad trium collium simulacrum extructum, sacerdotibus Vrsiani templi stationem tutam assiduamque præbebat. Id à successoribus admirabili ædificatione absolutum, nunc non est. Eius vicem reddunt horti, qui circa Vrsianam ædem conspiciuntur. Templum præterea sacrauit, quod diuo Ioanni Baptistæ Baduarius, iussu Placidiæ, ædificauerat. Cumque Placidia Ariminum se contulisset, incumbens in ædifi-

ædificationem templi D. Stephano, haud procul ab vrbis mœnibus, dicati, incidissetq; Barbationis in leuem quidem morbum, sed pertinacem, qui illi postremus fuit, Petrus certiorem fecit Placidiam, quæ omnibus repente relictis, Rauennam conuolauit: vbi non multo post Barbatianus tranquille & placide animam exhalauit. Ab Petro Archiepiscopo ablutus, & aromate conditus sepultus est in monumento iuxta aram maximam D. Ioannis Baptistæ. Temporum successu cum eius nomini erectum fuisset templum, haud procul ab diui Zachariæ Ecclesia, illuc corpus importatum fuit. Cæterum tandem corruente templo, ac potius ædicula, in Vrsianam ædem est translatum.

S. Barbatianus obdormit in Domino.
Translatio corporis eius.

Habes sermonem B. Petri Damiani in festo S. Barbatiani presbyteri & Confessoris, quem inter opera eius offendes.

VITA SANCTÆ *MELANÆ ROMANÆ IVNIORIS; EX SIMEONE METAPHRASTE.

An. 400.
* al. Melaniã vocant.

I. FVIT ergo hoc quoque earum, quæ olim fuerunt, ciuitatem maximæ & clarissimæ Romæ, non solum efferri pulchritudine, neque situ vincere, neque trophæis & aliis omnibus gloriari: sed multo magis sibi placere, & se magnificare propter eos, qui pro Christo se fortiter gesserunt, tam viros quam mulieres, & has magis, quod non secus ac viri fortiter decertarunt, & se vitæ exemplum ad virtutem aliis constituerunt. Ex quibus vna fuit beata Melana, quam sibi nunc argumentum proposuit oratio, & aggressa est res illius dicere ab initio. Eam enim tulit celeberrima & clarissima Roma. Fuit autem eius quoque genus clarissimum. erant enim eius parentes primi senatus Romanorum. Orta est autem bona ex bonis. Nam erant illi quoque pij & virtutum amatores.

31. Dec.
Patria S. Melanæ.

II. CVM ergo iam esset nubilis, desiderium continentiæ vicit eius, quæ ex ætate erat, appetitionem, & rogauit parentes, ne vnquam eam iungerent matrimonio: sed sicut ei, vt esset, ita etiam vt virgo maneret, concederent. Illi autem cum propter hanc solam, huius vitæ agitarentur fluctibus, ei parentes diuitias, & sperantes se successorem generis ex ea habituros, quartumdecimum annum iam agentem vel inuitam collocant in matrimonio. Erat vero eius sponsus, & genere, & ætate & aliis omnibus cum Melana conferendus: natus quidem ex Consulibus, & modo excedens ex ephebis. Sponsi autem nomen erat * Apenianus, agens annum circiter decimumseptimum, Eis autem sic celebratis nuptiis, admirabilis Melana etiam post nuptias, adhuc vehementius amabat continentiam, & amor castitatis non intermittebat eam acrius vrere: multis vero verbis maritum suum ad hoc exhortabatur, & cum verba non sufficerent, ei quoque ad persuasionem opem ferebant lachrymæ, hæc dicenti: Si quidem, ô marite charissime, eadem tibi quoque videntur, & ambo habitabimus conuenienter legi continentiæ, beati nos erimus propter nuptias, & ambo per nos inuicem salui erimus, & erimus alter alteri vitæ pulcherrimæ occasio. Sin autem iuuentus & ætas propensior ad voluptates non permittit vt hoc feras, at tu me sinas, & ne cœptum meum & institutum prohibeas: mei autem corporis & meæ libertatis merces erunt omnes possessiones, omnes famuli, & vestes, & domus, & quæcunque alia sunt in meis facultatibus. His omnibus tibi cedo, dummodo meipsam redimam. Ille vero neque vniuersum concedens, neque eius totam auersans voluntatem. Nunc quidem, ô vxor, inquit, non possunt hæc fieri: postquam autem generis & facultatum habuerimus successorem, nec ego bono tuo instituto deero. Graue enim esset, si in diuino desiderio vir fœminæ cedere conspiceret. Sed tunc ambo hanc viam eligentes, non secus ac in matrimonio, ita in vita ex Deo agenda inter nos conspirabimus.

Inuita traditur marito Apeniano.
* Pinianus Baron.

III. ACQVIESCVNT ambo ei, quod dictum fuerat. Procedente autem tempore, nascitur eis puella. Ea cum primum lucem adspexit, castitatis Soli fuit consecrata, Melana offerente primitias Domino, qui ipsam dederat: vt sic vel consuetudinem habens matrimonij videretur plurimum tribuere virginitati. Deinceps vero seipsam contrahens, moderate & temperanter viuebat. Non vestem gestabat splendidam, non corpus suum fouebat lauacris: & si quando à marito aut à parentibus cogeretur, ibat quidem ad balneum, cum autem vultum solum lauacris abluisset, vt eorum qui iubebant voluntati satisfaceret, non sinebat reliquum corpus calidis foueri. Vt vero deinceps lateret, emebat auro ancillis persuasis. Cum autem multa etiam fecisset, vt viro persuaderet, vt esset eiusdem instituti, vbi non vidit eum obtemperare, sed cupere etiam fieri parentem aliorum liberorum, de fuga cogitat, & statuit ipsum maritum & patrem, quinetiam suas quoque facultates relinquere. Sed cum quidam viri boni & virtutis amantes sentientes, id prohiberent, dicentes illud Apostolicum, Quid enim scis mulier, an virum tuum saluum facies? mansit quidem, ægre ferens eam, qua tenebatur, necessitatem: cilicium autem intra sumptuosam & splendidam vestem, tanquam præludium exercitationis, perpetuo ferebat, quando cum marito non habebat consuetudinem. Cum vero omnium falleret oculos, suam amitam latere non potuit. Sed ipsa quidem cum cognouisset, eam increpabat, & indumentum irridebat. Ea vero nihil ægre ferens ipsorum asperitatem, hoc grauius ferebat quod non posset omnes latere. Quocirca multis lachrymis & precibus, vt res taceatur, impetrat.

Nascitur eis filia, eaque Deo consecratur.
1. Cor. 7.
Vtitur cilicio.
Pallad. in Lausiac. ca. 13.

IV. ERAT autem ei maxime in votis a mundo abrumpi, & vt vult Deus, philosophari. Vnde etiam cum vterum ferret, & ei secundo iam partus appeteret, celebrabatur quidem festum gloriosi martyris Laurentij: illa vero pernoctabat in somnis, genu flectens, psalmos canens, dolores & naturam superare contendens. Desierat matutinam, illa autem non cessabat à precibus. Sed sic quoq; seipsam intendens, dolores sentiebat grauiores, & violenter quidem, parit tamen. Atque quod natum quidem fuerat, erat masculinum simulatque autem natum & sancto baptismo fuit regeneratum, ab hoc mundo discedens, ad eum, qui illic est, transmittitur. Illam vero etiam post partum vexabant dolores, & acerbus cruciatus mortem accelerabat. Adstans autem maritus, cum asperam & grauem vidisset perpessionem, conturbatus prope emisit animam. Cum se autem collegisset ac recreasset, currit ad aram, & eam in orbem ambiens, lachrymas profundebat ex oculis, voces emittebat miserabiles, & vt quamcitissimum à superis adueniret inuocabat auxilium. Illa vero arbitrata hoc esse illud tempus, quod finem imponet eius desiderio, viro qui adhuc assidebat in templo, per nuncium significat, & ipsum, & se adhuc esse victuram, si detur iusiurandum, & pacta conuenta ineantur, vtrosque decætero victuros esse in continentia, & non quam mundus, sed quam vult Deus, vitam esse perpetuo acturos. Paret vir vxoris verbis & voluntati, & respondet id sibi esse persuasum. Quod quidem cum illa resciuisset, corpore quidem se haber melius, animo autem protinus euadit lætior, seu morbo locum dante lætitiæ, seu etiam manu superna eius adiuuante scopum & institutum.

Festum S. Laurentij.
Parit filiũ, sed is mox decedit.

V. CVM ergo nacta esset tempus & occasionem, deposuit quidem alium ornatum corporis, tenuiter & simpliciter viuere constituens, & totam se conuertens ad internum ornatum animæ. Interim autem pulchrum quoque eius germen virginitatis, quę Deo fuerat consecrata, filia, migrans ex hac vita, vadit ad Deum suum amatorem. Eius mors meliorem mentem dat viro, vt idem quod ipsa sentiat, & efficit, vt eadem via ingrediatur, qua Melana. Cum ambo ergo se subiunxissent iugo vitæ ex Deo ducendæ, id prompto & alacri animo trahebant, inter se virtute decertantes. Atque illis quidem curæ erat ab vniuerso mundo omnino separari, & se Deo dedicare: & cum vita & habitu mona-

Cum marito pariter viuit cõtinẽter & ex virtutis præscripto.

sticam elegissent constitutionem, parentes autem non permitterent, illi meditabantur se fuga subducere. [illegible] hoc quidem conc[illegible] manus prohibet superna, diuina autem lætitia eis timorē excutit. Dum de his enim consultarent, [illegible] quadam nocte suauis quidam odor & plane cælestis, & qui neque verbis exprimi, neque mente cogitari potest, ad eos venit à superis, qui admirabilem quendam voluptatis spiritum eis attulit, & qui [illegible] subita afficiebatur & contrahebatur, animum protinus diffudit ad lætitiam. Cum tali gratia impleti fuissent eorum animi, manebant sic, omnia vitæ suæ frena Deo permittentes, vt ducerentur quo & quomodo vellet. Cum ille ergo paulo post annuisset, eis quidem è viuis excedit Melanæ pater. Illi autem, cum amotus esset is, qui prohibebat, quando Deo visum est & tempus vocabat, statim quidem exeunt è magna ciuitate, vrbanam multitudinem & tumultus valere iubentes. eos vero excipiunt suburbana commoda ad philosophandum, & apta ad quietem. Eis autem, quando hanc angelicam inceperunt vitæ formā, ætas erat, Apeniano quidē 24. annorum: Melanæ aūt 20. quo tēpore vel maxima solet rabie agitari adolescentia.

Nota ætatem, qua se dant continentiæ.

Illa vero & omni vtens cautione, se valde gerebat philosophice, & in his erat marito non iniucunda adiutrix. Quin etiam si videbat iuuenem ab accurata & perfecta vitæ forma declinantem, eum sapienter corrigebat, & ad pietatem dirigebat. Nam illi quidem nihil tantæ erat curæ, quantæ nihil ea curare, quæ ad corpus pertinebant: immo vero & cibo & veste & omni ratione flammam iuuentutis extinguere. Cum illum autem videret amictus ornatum & vestium pulchritudinem adhuc amplecti, non cessabat partim quidem admonere, partim vero scite quoque & apte irridere, donec effecit, vt in his se gereret philosophice. Et alioqui coniugi dux erat Melana ad pietatem, cum Eua, quod ad illum attinebat, pugnans ex diametro. Eos enim, qui ægrotabant, adire & inuisere, & curationem adhibere, & peregrinantes hospitea mensa accipere, & viatico eos donare, à Melana docebatur maritus. Quæ quidem ambo similiter faciebant, & obibant vt communes seruatores & benefactores, custodias, loca relegatis constituta, carceres & ergastula: eos quidem, qui propter inopiam detinebantur, soluentes: qui autem propter aliquam aliam retinebantur calamitatē, eos & re ipsa & verbis consolātes. Via autē procedētes, reliquas quoq; facultates vendere incipiunt, alios quidē ex pauperib. facientes diuites: sibi vero nihil aliud consecrantes, quā nihil habere, & solū sperare in Dominum. VI.

Distrahunt facultates suas.

Qui autem benefactis semper insidiatur, & aduersus quemlibet, qui boni aliquid facit, bellum suscipit ab initio, non sinebat quiescere, sed grauem quidem aduersus eos machinam Apeniani fratrem admouet Seuerum, per quem existimabat sese solidæ eorum mentis turrim esse labefactaturum. Apenianum autem fuisse Melanæ maritum, superius declarauit oratio. Hic ergo Seuerus improba mente ementiebatur naturam: & cum esset frater, factus erat inimicus. Cum enim Apenianus vna cum Melana ad vitam ex Deo agendam esset traductus, Seuerus insano dæmonis instinctu inspiratus, aggressus est fratrem molestia afficere, agros auellens, fructus abripiens, omnibus modis insultans & vim afferens. Postquam vero eos vidit omnia malle amittere, quam præceptum Domini despicere, quo cauetur oportere eum ferre, qui acceperit iniuriam, tunc ille vi maiore eos aggrediebatur. Nam cum ex Apeniani seruis improbissimos dolo subornasset & corrupisset, alios quidem promissis, alios vero pecuniis, iis persuadet, vt contra fratrem suum insurgant, & ab eo quidem deficiant: non solum autem [illegible], sed eos quoque agros, in quibus habitabant, Seueri esse dicerent, & eos eius nominarent. Sed stolidus plane aggressus est mania. Nam illi quidem & fratris patrerentur ab eo, à quo quis minime expectasset, ea quidem tolerant[illegible] & sedate ferebant, immo vero gaudebant potius. Non enim eis leue videbatur cū Iob contendere rebus aduersis & calamitatibus. generosos autē illos hoc [illegible] habebat, quod cū auferrētur opes, parū flueret fluētū beneficētiæ, [illegible] diuitiis nō sec', atq; aliquo fluēto alio deriuari. VII.

Seuerus eos infestat fratres Apeniani.

Non hæc autem ita gerebantur, vt in primis pia Imperatrix Verina non hæc acceperit auditione: sed ad eam [illegible] quidem diu ante peruenerat fama eorum philosophiæ, ducebat que operæpretium illos & videre & audire dicentes, & multis precibus accersebat Melanam. Tunc autem tempore quoque dante occasionem, illam magno studio vocauit: illa vero [illegible]. Sed quæ extiterunt ante eorum congressionem, satius est pauca ex iis audire. Erat quidem hæc lex apud Romanos, vt nullus vir nec mulier ad Imperatorem aut Imperatricem operto capite accederet. Ea vero legem [illegible] curans, velata accessit, non tyrannorum more, sed [illegible] legem maxime dicens oportere conseruare, quæ non sinit mulieres [illegible] capite incedere. Sed neq; veste [illegible], neq; pannos exuere, etsi multi suaderent vt faceret. VIII.

Verina Augusta.

Lex apud Romanos, [illegible]

Illa vero [illegible] dicebat: Meis me [illegible] induī, quomodo eas exuam? Vnde etiam cum ingrederetur in regiam, ne adspexit quidē ad aliquid eorum, quæ apud alios habebantur in admiratione, nec obtutu quidem ea digna iudicans. Procedēti aūt ei simul cū Apeniano, statim assurrexit Imperatrix, & allocuta est, & vt prope se assideret, est dignata. Eā enim obstupefecit vestitus, & admodū rudis & simplex habitus, & eos conuocās, qui erāt in sua præsentia, Melanā cōmuniter admirabatur: O qualē, dicens, nūc rē intueor? Te iā pridē quidē diuinā audiui esse mulierē, nūc aūt etiā video: & simul surgēs è throno aureo, eā suscepit & amplexa est, & sæpe dixit: Beata ea tu, quæ iure cōsecuta es in Dño beatitudinē. IX.

Verina Melanam admiratur & prædicat.

Postquam autem pollicita est se de Seuero [illegible] sumpturam propter iniurias, quibus eos affecerat, At nobis, inquit Melana, melius est iniuriam pati, quam facere iniuriam. Eos enim, quibus impinguntur alapæ, non solum pati, sed etiam aliam obuertere maxillam, [illegible]. Atq; tu quidē multa bona à Deo consequeris propter hoc bonū tuum propositū: nobis vero sufficit, si damnū [illegible] sistatur, & non plura adiiciat. Nam nostra quidem causā huius nullā duceremus rationem, nisi quod ea, quæ [illegible] hospitibus & egentibus attribuere & destinata, eripit. Propter hæc ergo Imperatrix eos magis admirata, propter hos ipsos pepercit Seuero: ipsis autem, vt sicut volebant omnes citra impedimentum venderent facultates, per [illegible] præbet & Imperatorem, qui Romana sceptra tunc administrabat. Hi aūt erant domini multorum in multis locis prædiorum, non solum prope vrbem, sed etiam multorū aliorum in Italia, & non paucorum quoq; in Sicilia, plurimorū vero in Hispania & Britannia: quæ etiam propter studium Imperatoris, prompte emebant omnes, statim sine intermissione pretium exoluentes. His itaque egregij magnifice etiam adiutabantur Imperatores, & Melana voluit sororem Imperatoris quibusdam honestis donare muneribus, sed illa eorum aliquid accipere dicebat esse instar sacrilegij. Sunt enim re vera sacra & Christo dedicata. Cum sic dixisset B. Melanam [illegible] cum magno dimisit comitatu, multis insignibus Eunuchis cum præpositis eam præcedentib. Sicque exierunt Melana & eius maritus è regia, in admiratione habiti, & honorifice deducti. X.

Matth. 5.

Cum hi autem præclari cœpissent sua, vt volebant, dispensare, non longo abhinc tempore magnas illas suas pecunias in pauperes exhauserunt. Neq; enim vllus alius, excepto Imperatore, de diuitiis cum eis cōtendisset: tam magna vis pecuniæ & prope incredibilis, ex agris eorū quotannis redibat, auri, vt aiunt, duodecim millia. Illi sūt hoc vniuersum distribuebāt pauperib. atq; illos ipsos agros postea vendiderunt. Hoc vero est argumentū eorū diuitiarū: eorum enim domum, quæ erat adeo splendida & magnifica, nullus Romanorum potuit iusto precio emere: regnæ autem postea à barbaris exustam cum multum de precio remisissent, eam quoque similiter vendiderunt, maxim quiddā quā Iob, vt in hi quidē videtur, hac in re facientes. Nam ei quidē paupertas fuit inuoluntaria: hi aūt lubentes ex ditissimis effecti sunt pauperrimi. Et eius quidem vxor non magno & forti animo ferebat, quod contigerat: Melana autem nō solum quod ad se attinebat, id lubenter faciebat: sed etiam maritum faciebat principem sui scopi & instituti. Est aūt satis euidens supernam dexteram eis opem tulisse: quæ & stantes custodiebat, & si quando fuissent supplantati, ipsa eos protinus erigebat & firmabat. Ipsa eos sæpe cū in somnis prolaberetur, sustollebat, & coarctabat cautiores in posterum. Aliquando autem sibi visi sunt ambo simul in principio quidem ambulare per viam admodum angustā & fossis interceptam, quæ ita eos affligebat, vt viderentur sibi esse contriti & confracti. Postquam vero eam cum ma- XI.

Nota opes Apeniani & Melanæ.

Ex ditissimis sponte facti egentissimi.

gna afflictione ac perpessione confecissent, tunc eos excepit relaxatio, librumq; & spatium, & voluptas ineffabilis & valde admirabilis: Sic Deus efficiebat, vt ij aperte de futuris certam conciperent fiduciam, & quod paruos labores magna bona essent consecutura.

XII. SED neq; erat negligens communis inimicus, qui vt est in prouerbio, mouebat omnem rudentem: sed sicut est mos illius, omnibus quidem modis aggrediebatur, semper autem victus recedebat. Collecta aliquando fuerat ac illis iustis vis auri maxima, & humi erat effusa: domus autem tota auro non secus atque igne collucebat: erat vero hoc aurum subuenturum multorum inopiæ & calamitati.

TVNC malignus cœpit suo vti artificio, eius faciem auri specie illustrauit, colore eius animum lenijt & demulsit, admonuit magni ponderis, ostendit pulchritudinem: omnibus modis volebat ei eripere vere magnum thesaurū rationis, & nihil non moliebatur, vt efficeret eam auri amore teneri. Sed frustra ei malignus parabat insidias, etenim cum ea illi perturbationi tanquam frenum inieciisset, auri colori ea illi opponebat, quæ neque verbis explicari, neq; mente comprehendi, neque tempore interire poterant, sed sunt in æternum senij expertia & immortalia. Quod autem ei maximam excitauit tempestatem, vt mulier illa egregia paulo post significauit, hoc erat.

Tentatio diaboli.

XIII. ERAT, inquit, mihi quidam ager, qui amœnitate & pulchritudine alios omnes superabat. In hoc autem ipso erat etiam lauacrum, & artificio tam pulcrum & ex tam bona materia confectum, & aquis tam iucundum, & cuiusuis deliniret animum, etiam antequam biberet aut lauaretur. Quod vero lauacri ad deliniendum erat accommodatissimum, illius vna pars quidem habebat mare: altera vero arbores. Sic autem erat ædificatum, vt è solio quidē prospiciens, illinc posses videre fluctus maris in tranquillitate iucundissimum spectaculum: & naues nauigantes, & portum, & nautas: hinc vero terræ pulchritudinem, & arborum proceritatem, & garritus auium, & fluētes fontes: quinetiam venatores & venationem, &, vt semel dicam, vbique innumerabilia ad demulcendum accommodata, & omnia plena elegantia & amœnitate. Hoc ergo cum mihi assidue veniret in mentem, dici non potest, quomodo meum teneret animum, & huius varietate me varius conabatur dæmon delinire & ad se trahere: sed meum protinus animū extulit Deus, mihi suggerens, vt ea cogitarem, quæ præparauit ijs, qui ipsum dilexerunt, vt ait diuinus Apostolus: hæc autem omnia, vt quæ fluant, despicerem. Sed sic quidem fuit superatus malignus, nullo penitus relicto, quod posset illorum demulcere animos, & ad se conuertere.

Ager amœnissimus eius animū vel maxime tentat.

1. Cor. 2.

XIV. QVÆ autem deinceps sunt consecuta, quamnam quidem ciuitatem latuerunt? quamnam etiam regionem? Quænam vero gens, ad quam non peruenit illorum beneficentia, veluti quodam fluuio magno & puro fluente, per vniuersam terram & mare fluente vberi riuo eorum beneficentiæ? Mesopotamia, Phœnicum ciuitates, regio Syrorū Ægyptus quoq; eius accepit fluxionem: & vbi sol oritur & occidit, à manu illorum omnia sunt repleta. Sunt autem, qui dicunt eos quoque, cum totas insulas emissent ab Imperatore, partim quidem illo dimittente, partim vero ipsis dantibus, alias quidem sanctis viris donasse: alias vero exornasse choris virginum & monachorum multitudine. Preciosa autem vestis & splendidum argentum erat sacerdotibus ab eis dedicatum ornamentum. Cum sic quæ erant in Italia, bene disposuissent, & ex facultatibus pauca reliquissent, nauigarunt in Siciliam: partim quidem, vt agros qui illic erant venderent: partim autem, vt sanctissimum Episcopum Paulinum viserent, qui erat eis pater secundum spiritum. Cum ij autem recessissent à ciuitate, præfectum quidem, qui eorum domum & quod remanserat pecuniæ, nō liberalibus intuebatur oculis, diuina quædam ira protinus apprehendit. Nam prætextu penuriæ panis, in medio foro commota plebs, quæ erat in ciuitate, eum faciunt præmium sui furoris, & insaniæ, & miserum violenta morte interimunt. Barbari vero repente facta incursione, quæcunq; erant ante ciuitatem, prædam Mysorum efficere, adeo vt hinc euaserit manifestum, illos non sine Dei numine res suas in tuto collocasse, & in cœlestibus horreis recondisse.

Largissima beneficentia.

Barbari vastant agros vrbis Romæ.

XV. CVM autem à Sicilia recta in Libyam & Carthaginem essent nauigaturi, quidam vehemens & sæuus ventus eos excepit & vexat multis diebus, adeo vt aqua defecerit nauigantibus: erant vero in naui multi vectores. Cum autem eis tantum immineret periculum, visa est eorum nauigatio non esse Deo grata. Iubet itaque Melana, vt velum conuertentes, flanti vento obtemperarent, quocunque nauem duceret. Itaq; cum secundum ventum in puppi habuissent, appellunt in quandam insulam. Eam vero gens quædam barbara, & quæ præda & rapto viuebat, paulo ante fuerat populata. Cum multi autem illinc abducti essent captiui viri & mulieres & pueri, insulæ oculis significabant barbari, si pro eis redimendis quantum satis esset auri accepissent, ipsos captiuos esse reddituros, insulæ autem parsuros. Sin vero non accepissent, se insulam quidem exusturos, captiuis autem gladio mortem illaturos. Atque insulæ quidem incolas ea, quæ significabantur, dubios reddebant & perplexos.

XVI. CVM ipsos autem iustos accessisse intellexisset Episcopus, hoc in lucro posuit: & ad eos veniens, ipsos orauit, & plus adeptus pecuniæ quam petebat, & prædam vniuersam liberauit, & insulam eripuit à periculo. Melana vero cum suis se clementius & benignius gerentes in captiuos, eis dederunt etiam quingentos aureos, panemq; præbuerunt & cætera, quibus opus habebant, hoc agentes, vt donorum magnitudine obliuiscerentur magnarum calamitatum. Deinceps autem cum bonum ventum assecuti, soluissent ab insula, nauigarunt citra vllam molestiam, placidusque eos à tergo impellens ventus, cito transmisit Carthaginem. Cum è naue autem descendissent, suam solitam aggressi sunt operationem, pecunias & agros partim quidem sacris ædibus dedicantes, partim vero consecrantes monasterijs, partim etiam in pauperes effundentes. Sic se leuantes omni onere diuitiarum, leues & expediti pergebant ad veras diuitias, quæ emuntur eo, quod nihil possideatur ab ijs, qui thesaurum pie recondunt. Ciuitas autem, in qua versabantur, appellabantur. Tagaste, in qua erat sacrum templum, & sacerdos dicendi peritus, & qui oratione multos poterat inducere ad salutem, nomine Alypius: cum quo versantes, sacra meditabantur eloquia. Templū vero, in quo agebat Alypius, admodum munifice & aureis ornamentis, & lucidis gemmis & plurimis ornarunt agrorum prouentibus. Ab eis quoque sunt ædificata duo monasteria, quæ satis habebant opum & prouentuū. Quorum alterum quidem habebat chorum virorum, numero octoginta: alterum autem habebat virgines quæ erant numero centum & triginta.

Insulam liberat S. Melana à barbaris.

Pecunias & agros conferunt ecclesijs & monasterijs.

XVI. CVM hæc pulchre sic disposuisset Melana, rursus meminit abstinentiæ: & toto quidem de generosa mulier permanebat ieiuna. Sole autem iam occidente: parum cibi sumebat, eiusq; duri: nonnunquam vero modico olei condiebat obsonium. Vino autem non vtebatur omnino: sed accipiens ex melle confectam potionem, quam solent appellare Conditum, sic leuabat sitim. Tempus vero, quod multis sæpe obtundit & retardat impetum, ei illum reddebat acriorem. Et primo quidem secundo quoq; die cibum sumebat, deinde autē tertio quoq; die, deinde septimo quoq; adeo, vt semel tantum in hebdomada cibo vesceretur, eoq; castigato & temperato, & qui nihil omnino haberet ex ijs, quæ possunt adferre voluptatem. Panis enim durus, breues quædam erant eius mensæ deliciæ, adeo vt ea ieiunio nihil esset minus laboriosa. Scribebat autē generosa illa fœmina adeo celeriter & pulchre & citra errorē, vt nullam vnquā daret prehendendi ansam ijs, qui sunt huius rei periti. Et in scribendo quidē maximā diei partē consumebat. Dextra vero manu, oculi quidē plurima scripta percurrebāt: plurima aūt menti tradebant, vt mandaret memoriæ. Porro vero ijs iā defessis, aures ijs seruiebant, quæ pertinent ad vtilitatē, & animum sanctorū virorū adhibebat sermonib. Præter hæc autem non paruam quoq; partem tribuebat orationi. Nam tota quidem nox fere in ea consumebatur,

Melanæ cibus & potus.

Vide sanctæ honesta exercita. Scriptiones.

Verbi Dei auditiones Orationes Vigiliae. Luc. 12. Vitiorum extirpatio-nes.

duabus solum horis somno ab ea attributis. Accubitus autem erat, saccus super nudum [illegible]. Oportet semper vigilare, cum nesciamus, vt vox est Dominica, qua hora fur veniat. Propter [illegible] rant virgines, sic faciebat aduersus somnum contendere. Sibi autem leges imponebat, & a se [illegible] tiosa oratio, & mores non satis graues, & risus nimis profusus, & inutilis cogitatio omnino castigabatur: & non sinebat omnino malam aliquam nubem aetherem animae subterrepere.

Atque illa quidem tam caute & tam duriter vitam agebat, & aliis erat regula, vt eam vitam ingrederentur. Perinde autem, ac si ei ad ieiunium non sufficeret spatium septem dierum, adiiciebat etiam Dominicum, vt [illegible] dicto dies sibi vim adferens, etiamsi à Praefecta vetita sit hoc facere: quae dicebat esse absurdum, diem resur[illegible], similiter atque alios, attribui afflictioni. Vnde etiam dicens persuasit & effecit, vt esset sibi particeps & modici [illegible], dicens illud praeceptum Apostolicum, Praefectis obedire & eis cedere. Eius autem in laboribus diligentiam, & [illegible] laboribus lectionis vehementem contentionem, & eorum quae lecta fuerant, acrem perscrutationem, & multa alia quisnam satis verbis potuerit exprimere? Nam manibus quidem, vt dictum est, ad scribendum: quod e [illegible] pretia autem lucrifaciebat, eo vtebatur ad alendos pauperes. Quinetiam saepe quoque indumentum, suis manibus confectum, ponebat in manibus pauperum, ex sacro, vt aiunt, quodammodo in sacro. Sacrorum autem eloquiorum erat adeo studiosa, vt totam quidem diuinam scripturam, veterem & nouam, ter singulis annis perlegeret: eius vero ea, quae sunt pulcherrima, semper haberet in lingua. In omnibus autem exquirendis & examinandis erat plane admirabilis. Nunquam enim sensus aut verbum eam praetercurrebat, sed omnia diligenter perscrutabatur, & quod latebat, eruebat. Insigne vero eius discendi studium, eam quoque ad recentiorum, bonorum, inquam, & studio[illegible] scripta transmittebat, & nihil erat omnino ex iis, quae ad vtilitatem scripta fuerant aut scribebantur, quod non possideret & aliis communicaret. Iam vero in lingua quoque Graeca ita erat exercitata, vt quando ea loqueretur, nullus [illegible], qui audiebant, crederet Italicam linguam ei esse patriam. Eius autem vigebat in omnibus honesta quaedam & [illegible]tas & mansuetudo, maxime ea disserente & habente orationem ad eos, qui exercebant philosophiam. Erga vero in

Haereticos valde abominatur. Psal. 15.

Christum zelum nutriebat amor quidam ineffabilis, & qui non poterat contineri. Hic itaque ratione non solum eos [illegible], vt mens eos auersaretur, qui furiosam aliquam sequuntur haeresim: sed nec permittebat, vt eorum nomen aut [illegible] audiretur, aut lingua proferretur: adeo, vt valde apposite diceret illud diuini Dauidis: Non meminero nominum eorum per labia mea.

Rom. 12.

Cvm autem, iuxta Paulum feruerit, spiritu, graue ducebat, si non ipsa multos Christi parti adiecisset, & simul haberet amatores temperantiae: & partim quidem verbis, partim autem donis multos adolescentes & multas adolescentulas traxit ad exercitationem. Eadem vero faciebat etiam in gentiles & Samaritanos, & eos vocabat ad rectam fidem: qui paulo post dimissis suis, illam sequebantur. Sic ergo erat beata illa foemina sapiens piscatrix, & sciebat venari animas hominum. Maiores autem labores aggrediens, aliam quoque inopinatam & propemodum incredi-

In lignea arca arctissime degit.

lem ostendit tolerantiam. Cum ligneam quandam arcam parasset, altitudine quidem tantam, vt non permitteret ei stare rectam, latitudine vero, vt non posset declinare ad dexteram nec ad sinistram, in ea corpus includit, per breue foramen eos, qui foris erant, alloquens & eos audiens. Cum mater autem saepe ad eam accederet (erat enim ei nauigationis comes & socia philosophiae) non temere veniebat, sed si aut vacabat orationi, aut in diuinis versabatur eloquiis, non prius ad eam intuebatur, aut illam compellabat, quam spiritale opus, quod obibat, perfecisset. Sic cum omnibus ipsam quoque vicit naturam. Quamobrem mater magnam lucrifaciens vtilitatem, abibat magnas Deo a-

Eius humilitas

gens gratias quod ex suo ventre talem fructum produxisset. Et quid opus est illius omnia persequi? Ad eius enim laudem sufficit pro omnibus modestia eius & moderatio, quod cum viueret tam pure, quam vllus alius, cor haberet contritum & mentem demissam ac humilem, vt nullus alius ex iis, qui multa admittunt non honesta.

Anno 416 adit loca sancta adorationis gratia ex calculo Baron.

Cvm sic autem septem annos decertasset, eam subiit cogitatio longioris peregrinationis. Dicebat enim, oportere ad sacra etiam loca accedere, & etiam videre Hierusalem, & obire & adorare omnia, quae illic sunt [illegible]. XX.
Cumque ei ita visum esset, mare eam suscepit, cum simul adesset mater & Apenianus: & cum eis prospera fuisset nauigatio, peruenerunt Alexandriam, ea est autem ciuitas Aegypti, in qua Pontificali munere fungebatur magnus inter sacerdotes Cyrillus. Cum eo congressi, & cum alio viro prophetico, nomine Theodoro, & in [illegible] eorum sermone magnam accepissent vtilitatem, nauem rursus ascenderunt, ad sacra loca festinantes, nihil autem secum adferentes, praeterquam si quid erat necessarium, & quod posset paucis diebus sufficere, volentes ipsi quoque esse cum mendicantibus. Postquam vero in terram descenderunt, contigit beatam Melanam in morbum incidere. Deinde cum conualuisset à corporis infirmitate, & Dominico sepulcro recuperatam sanitatem primo obtulisset & ad id primo accessisset, idque adorasset, de caetero oculos & animum pascebat aliis spectaculis. Versabatur autem cum iis, qui ex sacerdotibus erant maxime insignes, & maxime cum iis, qui in dicendo erant sapientissimi, vt etiam vtilitatem ex

Nota nocturnas vigilias ingressiones, [illegible] [illegible].

eis perciperet. Alebatur vero illis, quibus in Lybia, tot dies, quot illic [illegible], operas manibus, sicut Carthagine. Cum aduenrasset autem vespera, ingrediebatur quidem in salutare sepulcrum resurrectionis: clauso vero templo, manebat intus, & ratio noctu ab ea tandiu producebatur donec ingressi essent matutina cantaturi cantica. Postquam autem finem acceperat glorificatio, tunc ipsa quoque corpus parum dabat somno & quieti.

Cvm vero, sicut à me dictum est, paucae quaedam facultatum reliquiae ei Romae remansissent, & cuidam ex fidelibus mandatum esset, vt eas proponeret emendas volentibus, postquam ille hoc fecisset, aurum ad eos misit Hierosolymam. Qui solita vtentes benignitate, eas haereditatem fecerunt egentium: Hic cum aliquandiu essent versati, videret autem Melana matrem suam senio & tempore grauari, eam illic relinquit, rogauitque, vt ea illi pararet tabernaculum in monte Oliueti. Illa vero venit in Aegyptum, vna cum Apeniano: tum [illegible] quod vellet videre sanctos, qui erant in ea: tum etiam, vt sua benignitate imperttirent eos, qui illic erant, pauperes. Hi ergo venientes, faciebant ad propter quod venerant, & eos qui se in pietate exercebant, obibant. Cum autem accessissent ad quoddam tabernaculum, quod apud se habebat virum in philosophia maximum, cui nomen erat Ephaestion, rogabant [illegible] ipse quoque ea, quae alii, participaret. Cum is autem recusaret, quod non fecit Melana, volens ei persuadere vt acciperet? Cum vero non persuaderet, tale quid statim machinatur, quod quidem pulcherrime amborum parem declarauit constantiam, Melanae ad benefaciendum, & Ephaestionis ad hoc, vt non persuaderetur ex rebus humanis aliquid [illegible]. XXI.

Ephaestion respuit aurum.

Obibat enim domunculam, scrutans omnem, quae in ea erat, supellectilem: & cum nihil aliud vidisset nisi stoream & sportulam, in qua sal erat repositus, cum sub eo sale aliquam auri partem posuisset & [illegible], vt quae latuisset, magno studio preces ab eo poposcit. Quas cum impetrasset, exiit. Sed nihil ei profuit hoc inuentum. [illegible] enim vir ille sacrosanctus id cognouisset, magno cursu contendit, & eos voce procul sistit: & manibus aurum [illegible] ostendit, & dixit se nescire, ad quid eo vteretur. Cum ii autem dixissent, [illegible] non tibi omnino, at aliquibus aliis erit vtile. At [illegible] non erit, inquit, aliquis, qui hic petit, est enim pauper locus, vt videtis, & admodum desertus. Cum vero ne sic quidem acciperent, auro in fluuium iacto, recessit senex. In alios quoque non paucos eiusmodi aiunt eos incidisse, qui neque [illegible] bant omnino aurum manu ab aliquo accipere, atque virus serpentis, aut aliquid aliud mortiferum & exitiale sua sponte bibere. Cum talibus ergo in Aegypto fuissent repleti miraculis, reuersi sunt Alexandriam: & cum multorum bono, [illegible] XXII.

torum,

rorum, qui illic erant, consuetudine se secundo exatiassent, profecti sunt in montes, qui dicuntur * Netriæ. Congressi autem illic quoq; cum viris virtutis studiosis, qui illic erant, cum instar apum omnem florem virtutis collegissent, pleni bonis redierunt Hierosolyma. Melanæ vero paratum erat tabernaculum in monte Oliueti, sicut matri mandatum fuerat. Cum faustum autem accepisset principium diem luminum, seipsam includit in domuncula, & legem sibi imponit, vt aliorum quidem nullum neq; videat, neq; ab vllo videatur: à matre autem, & ab eo, qui olim cõiugi, tunc vero erat laborum socius, spatio quinq; dierum semel videretur: & similiter sui adspectum non denegare consobrinæ, eam enim iam diu ante in suam disciplinam acceptam erudiebat, plenamq; fastu & Romano spiritu, ad extremam deduxerat modestiam, & sic effecit, vt summum magis apprehenderet. * Netriæ. Melana se includit in domuncula

XXIII. HANC longe laboriosissimam vitam ducunt fuisse Melanæ ad annos quatuordecim. Deinde cum * mater ei emigrasset, illa cum ei iustis factis ipsam honorasset, & corpus composuisset, in altera domuncula annum transegit, quæ carebat luce, & alioqui erat priori similis, in qua producebat luctum & exercitationem & ieiunium. Postea autem cum fama in omnem partem peruasisset, & multi ad eam ventitarent, ab ea quoq; factum esset cœnobium plus quam nonaginta virginum: in quo non solum virgines, sed multæ etiam quæ antea turpiter vixerant, priorem vitam & voluptates multum valere iubentes, vere pulchram fecerunt mutationem. Imponuntur vero eis quoque leges, vt cum viro nunquam sermonem conferat, neq; ex monasterio exeant, & ab ijs, qui sunt extra, nihil vnquã accipiant. Ducem autem gregi non seipsam constituit: sed ipsa quidem apud eas tenebat locum ancillæ: sic enim, vt id sustinerent, ijs persuasit, vt simul & amor in eam augeretur, & eis esset propinquum exemplum, vt se modeste gererent: rectionem vero suscepit alia, quæ & moribus & oratione præstabat cæteris: adeo vt ea quidem apud eas, quæ ei parebant, locum obtineret dominæ: Melana autem, obsequio quidem, ancillæ: benignitate vero, matris. Quod si quaudo contigisset onus abstinentiæ à Præfecta grauius imponi sororibus, quod mollioribus reputabatur molestum, eis ad consolationem beata sufficiebat Melana, quæ, quod eis durum erat, apte & prudenter molliebat: & cum aliquãdo affligeretur ieiunio, inscientibus omnibus, sub vniuscuiusq; lecto ponebat ea, quæ erant ad vsum necessaria. Illa autem cum inuenisset, non ignorabat quidem quis hoc fecisset: accipiens vero, sicut remedium adferebat inopiæ: in ipsam autem valde magnam conseruabat beneuolentiam. Sic sapienter in earum animos insinuans, merito etiam cum eus docebat, habebat morem gerentes. Albina secedit. Leges monasticæ sanctimonialibus datæ.

XXIV. DICEBAT autem, non oportere solum corpus, sed etiam animum quoq; castum & purum seruare à libidinosis cogitationibus. Deinde media quidem nocte ad preces nullam ostendere pigritiam: precantes vero nõ solum labra mouere, sed multo magis totam simul cogere cogitationem: & adhibere mentem ijs quæ dicuntur. Absurdum enim esse, bona quidem à Deo petere, non diligenter autem & studiose ea petere: & ad Regem quidẽ mortalem accedentes, & habitu & adspectu & modis omnibus præ se ferre reuerentiam: ad terribilem vero immortalem Regem venientes, non multo magis ad Dominicam authoritatem & infinitam excellentiam timidos assistere. Cum de his hæc disseruisset, transijt ad matrem omnium charitatem, omnia esse vana & superuacanea sine hac pronuncians. De qua & multa alia oratione est persecuta, & quod alia quidem nostra malignus dæmon potest imitari: vt, verbi causa inediam & vigiliam, & quæcunq; in corpore consistunt. Nam secundum naturam ipse his omnibus superior, & à nullo eorum vinci potuerit. Humilitatis autem & charitatis non magis nobiscum habere potuerit participationem, quam tenebræ lucis, & vitium virtutis: qui etiam propterea, quæ sunt naturæ maxime contraria, superbiam, inquam, & in homines maleuolentiã, & ex luce miser effectus est tenebræ. Ante omnia vero dicebat oportere conseruare rectam fidem, puram, & circa vllam dubitationem. Nam qui in alijs quidem se recte gessit, in hac autem dubitat, in eo quod est præcipuum & caput omnium, aberrauerit. Præclare docet sanctimoniales.

XXV. CVM autem videret multas ex ijs, quæ erant apud ipsum, mulieribus magni facere ieiunium, & timeret, ne in eo existimantes omnia contineri, alias virtutes negligerent, tales eis adducens similitudines, ad ipsarum excitabat studium. Dicebat enim, animam quidem esse sponsæ similem: quæ sunt autem circa ipsam virtutes, nuptialibus indumentis vnamquanq; partem aliquam corporis ornare. Ieiunium vero esse pedum ornamentum. Quomodo ergo cum alijs indumentis oportet etiam ea habere, quæ pedes ornant, ita etiam animæ cum alijs adesse oportet ieiunium. Si quis autem rursus eius quidem solius curam gerit, alia vero omnia negligit, non est ea anima dissimilis illi puellæ, quæ cum duceretur ad nuptias, & solum pedes sibi induisset, reliqua omnia reliquit ornamenta & nuda. De obedientia autem, & quod oporteat magistratibus parere, hæc quoq; adiecit. Etiam in ijs, quæ ad vitam mundanam pertinent, hoc est, quod omnia maxime continet: & quod imperare quidem facit Imperatorem, parere autem eum, qui est ei subiectus. Et si hoc sustuleris, ordinem quoque sustulisti, & cum nominibus scilicet res quoq; confudisti. Neq; vero ei deerant exempla sic dicenti. Ieiunium cum cæteris virtutibus coniungendum. Obedientia præstanda.

XXVI. ACCESSIT aliquando quidam ad magnum quendam senem, eius studens fieri discipulus. Is autem ab initio ostendens, qualem oportet esse discipulum, iussit eum statuam, quæ prope stabat, quantum posset verbarare, & ei insultare calcibus. Postquam vero paruit adolescens, interrogauit senex, an quæ pulsabatur & calcibus impetebatur statua, contradixerit aut ægre tulerit. Cum is autem dixisset, nil factum eiusmodi, iussit eum rursus percutere, & præter plagas eam etiam incessere maledictis. Postquam vero ter fecit eadem, statua autem erat solum in anima & muta, tunc senex: Si quidem, inquit, tu quoque potes eadem sustinere, & nihil contradicere, quomodo nec hæc statua perpetuo probris affecta & contumelijs, accede, & nostra disciplina fruere: Sin minus, ne te ad nostram conferas disciplinam. Illa multa eiusmodi oratione percurrebat apud virgines. Ad summam autem, per omnes persuadens virtutes, & quantum in vnaquaque esset lucri ostendens, & quantum damni, si pigræ essent ac socordes, eas erigebat & excitabat oratione, & persuadebat, vt omnem laborem audacter subirent. Deinde etiam, vt par erat, eis quoque templum ædificauit, in quo possent diuinum peragere ministerium, hoc sanctorum reliquijs consecrans, Prophetæ, inquam, Zachariæ & Stephani primi martyris, & quadraginta etiam Christi martyrum. Monachũ qualem esse oporteat.

XXVII. QVID vult id, quod est postea consecutum, declarare oratio? Apenianus qui fuerat eius quidem secundum carnem coniunx, frater autem secundum spiritum, ijs quæ sunt inferius relictis, migrat ad superas regiones. Illa autem suum quoq; finem iam prope adesse existimans, maiorum certaminum hinc sibi sumpsit occasionem: intra templum quidem manens: ad ieiunium autem & alia laboriosa omnia se extendens, idque ad quatuor annos integros. Deinde cogitat etiam virorum excitare monasterium, sed sumptum inopia eius promptum animi studium prohibebat. Cum vero sentiret & diceret, nihil esse quod à Deo non posset fieri, ipse eam hoc quoque liberauit inopia. Nam vir quidam locupletissimus & pecuniosissimus ei magnam vim auri elargitur: quo factum est, vt & opus ab ea perficeretur, & sacrum ædificaretur monasterium, & viros in id admitteret, quales oportebat illius conuenire moribus. Cum parum autem ab hoc labore respirasset, eam maiores excepere labores & longa peregrinatio. Redduntur enim ei literæ ab eius patruo Volusiano: qui illo quidem tempore erat creatus præfectus Romanæ ciuitatis: missus vero erat legatus Byzantium ad Eudociam Imperatricem. Hæc autem significabat epistola, quod iam diu illam desideraret videre. Illa vero cupiebat ipsa quoque videre patruum, & ei persuadere, vt à gentilium desisteret opinione. Dubia autem erat animi, ne quid imprudens faceret præter id, quod Deo videbatur. Cum vero aliquibus alijs monachis Monasterium virorum extruit. Anno 434. teste Baro

tem

rem communicasset, permitterent autem illi, vt posset proficisci, egreditur Hierosolymis beata Melana. Per quamcunque autem transibat ciuitatem & regionem, eam quo pergebat, prosequebantur honore & episcopi. Ciuitatum sacerdotes & Pontifices eam non paruo honore afficiebant, & venerandæ virgines & quotquot erant egregij monachi, eam adorabant & salutabant, & tanquam è cælo venientem adspiciebant.

Cvm autem venisset Chalcedonem, & ad ipsum sinum maris, verebatur ingredi, & videbatur perturbata. Ventura enim in maximam ciuitatem, mulier quæ vixerat in exercitatione, quietisq; & silentij maximam curam gesserat, & non gustauerat tumultus, qui sunt in ciuitate, merito extimescebat & refugiebat. Atq; diuertit quidem, vbi erat templum omni ex parte benedictæ martyris Euphemiæ: circa mediam autem noctem martyr non parum ex se effundit fragrantiæ odoris, & voluptate repleuit ineffabili. Quocirca bona concepta fiducia, diluculo fretum audacter traiecit, & ingressa est Byzantium. Hospitio vero excipitur à quodam viro illustri & alioqui bono, nomine quidem Lauso, qui ad præpositurae honorem ascenderat. Inuenit autem suum quoq; Patruũ Volusianum graui morbo oppressum: qui eius habitum admiratus, formæq; & vestitus incredibili & inopinata stupefactus mutatione, (extenuata enim erat eius vultus exercitatione) magna voce exclamauit: O qualem ex quali te video Melana charissima. Illa vero ex eius sermone sumpta occasione, Ad me ergo tu quoq; inquit, disce ò beate Patrue, & accipe indiciũ futurorum bonorũ. Nam nec ego tátam despicatui gloriam habuissem, nec pecuniam, nec abiecissem curam ipsius corporis, nisi persuasum haberem, me his propediem longe maiora accepturam. Non per se autem solam, sed per multos quoq; alios in eius mentem sensim irrepebat B. Melana, & eius falsam religionem studebat labefactare, sicut etiam per sapientissimum Proclum, cuius fidei tunc erat credita sacer clauus ecclesiæ Constantinopolitanæ. Qui cum ad eum venisset, & suasu B. Melanæ eum ad pietatem dirigeret, eis dicitur illum adeo esse admiratum, vt etiam dixerit post agnitam veritatem, quod si Roma tres haberet tales, ne illic quidẽ nomen vnquam audiretur gentilium. Sed hæc quidẽ postea.

Postqvam autem Volusianus sensit Melanam velle Imperatorem quoq; ad id incitare, veritus protinus, ne violentum & non voluntarium reputaretur esse baptisma, & quam ex eo esset collecturus, ipse mercede priuaretur, eam à cœpto prohibuit. Et ipse quidem, vt dicemus paulo post, eam à se adimpleuit, & abiurata gentilium opinione, traductus est ad Christum. Illa autem nec aliorum quoq; curam abiecit. Sed cum tunc esset exorta Nestorij blasphemia, & malignus multos in errorem adduceret etiam ex ijs, qui erant in verbo veteranis, ipsa erat quæ magnum aduersus eum inibat certamen, vanumq; & inane reddebat eius sophisma, & ab aurora vsq; vesperam ijs respondens, qui eam interrogabant, multisq; ex ijs qui decepti fuerant, persuadens, & eos reducens. Quamobrem malignus sibi ab ea vinci non ferens, in vitium eius conuersus, & ei apparens miserabilis cum lugubri & nigra veste, accedit eam terrens, & grauia minitans: & primum quidem se ipsius Imperatoris & eius famulorum cor mutaturum, & in contrarium traducturum: deinde etiam, vt miserabili exitu vitam finiret, procuraturum, grauissima confecta doloribus. Illa autem hæc esse astutiam maligni intelligens, Christi nomen, quod grauissimam illi plagam adfert, inuocans, efficit vt is statim euanesceret. Deinde cum accessisset eum, qui erat cum ipsa, sacerdotem, & incepisset narrare ea, quæ viderat & audierat, sentit repente dolorem in coxendice, eumq; adeo acrem, vt ea vocem amiserit, & nemo dubitauerit id esse manifestum inimici insultum. Cum sic esset productus esset dolor ad sex vsq; dies, & illa hora maxime malũ intenderetur, quo nigrum adspexerat & minas audierat. (aderat enim dies septimus) accedit aliquis, renuncians patruum venisse in periculum, ne repentina morte vitam mox veniret.

Hoc postquam illa audiuit, & si propter dolorem coxendicis vix se posset mouere, manibus & lectica protinus ad eum vecta proficiscitur. Valde enim angebatur animo, non quod ille moreretur, sed quod mortẽ subiret animæ, vt qui neq; ipsi ad incorruptionem nondum esset assecutus. Deinde venit quidam alius, ei significans virum esse baptizatum, & quod eum eam sæpe quæsitam non inuenisset, sed eam morbo detineri didicisset, alium ducem rursus nactus, per illum sit lucis filius, & baptismum consequitur. Cum hæc ei dicta essent, cum dolore animæ protinus cessauit etiam morbus corporis: & lumbus quidem carebat dolore, pes autem mouebatur, & communis inimicus afficiebatur dedecore: adeo vt viæ reliquum ipsa per se conficeret, & qui portabant, pro eo quod prius portabant, ad Deum laudandum statim extendebant. Deinde cum venisset ad patruum, & verbis eum confirmasset, & de ea quæ illic est vita disseruisset, lætum & bona spe præditum transmittit ad viam, quæ ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico, nempe precioso Christi corpore & sanguine, eum instruxisset, & sic vt tuto recederet, præfecisset. Et hæc quidẽ hoc modo gesta sunt. Illa autem cum multos quidem dies hic trãsegisset, in paucis vero multis plurimum profuisset, & ante alios Imperatrici & ipsi Imperatori, (is autem erat Theodosius) nam ij maiori opus habebant curatione, vt quorum animi maiore mundi gloria essent timidi.

Cvm hæc illa pulchre & pie fecisset, egreditur è ciuitate: tenebatur enim magno amore silentij & quietis, & sacra loca ei veniebant in mentem: Acciderat autem tunc niuia plurimum cecidisse, & exortum esse frigus vehementissimum, & ad tolerandam difficillimum. Illa autem & tempus & niuem & ætatem & liquatum ac tabefactum corpus, & omnia denique simul superare contendens, viam confecit, labores magis augens exercitationis. Multis vero sanctis eam in viis & hospitio excipientibus, & vt ea maneret rogantibus, illa minime obtemperauit: sed contento quodam cursu cucurrit, salutaris passionis diem festum studens celebrare Hierosolymis, quod ei etiam successit ex sententia. Cum sic ergo vna cum eis festum illic celebrasset, ad priora se rursus contulit, non minus se sui & gregis vt antique curam gerens. Cum autem ei venisset in mentem, alterum ædificare oratorium in eo loco, in quo dicitur stetisse Christus Dominus & Deus noster crucem ascensurus, & salutarem subijsset passionem, cuius vero proposito Deus quoque opem ferret, ædificat oratorium: deinde id etiam facit monasterium, in quo se exercerent animæ, vita sanctas in eo congregatas ad Deum laudandum & glorificandum. Interim autem dum hæc fierent, Imperatrix Eudoxia uenerat Antiochiam. Pareuerat enim Melanæ monitis, cum ea venisset Byzantium, suadentis, vt hanc susciperet peregrinationem, & veniret Hierosolymam, vt videret sancta loca, & quæ ex eis percipitur, fieret particeps sanctæ beatitudinis. Cum ea itaque illi processisset obuiam, magno honore fuit affecta ab Imperatrice, vt quæ eam matris loco haberet, & duabus de causis prouidentiæ diuinæ ageret gratias, nempe quod & vsque adeo celebratam Hierusalem & sancta loca quæ viderat, digna sit habita, & quod ea talis matris facta sit filia secundum spiritum. Signum est autem magni amoris Imperatricis in Melanam, quod non dubitauerit tantum iter ingredi, & eo accedere, & quæ illic erant virgines, tanquam sorores salutare & amplexari. Porro autem cum celebraretur noui templi dedicatio, illa quoque aderat & festum celebrabat.

Hanc autem rem bonam consecutum est quiddam, dignum maligni improbitate, & boni Dei virtute. Pedem enim Imperatricis, qui iniuria dæmonis è compage erat luxatus, illa absque dolore apte & recte in suum locum restituit. Cum hæc & non pauca alia à magna Melana percepisset commoda, & se simul etiam exsatiasset spectaculis, decreuit redire Constantinopolim: & ei quidem Melana cum tanquam bonas comites dedisset preces, ipsam dimittit: Ipsi autem æquales atque adeo maiores vitæ ex Deo agendæ labores pergebat suscipere. Ad eam quoque affluebat à Deo fluuius miraculorum. Quorum existimo non esse superuacaneum aliquot meminisse, ea tanquam aliquod condimentum admiscendo narrationi. Mulier quædã iuuenis ætate, inuaditur à dæmone. Quæ quidem clausis dentib⁹

& labris

Venit Constantinopolim à patruo Romæ præfecto.

Volusianus conuertitur ad Christum.

Volusianus accepta Eucharistia moritur.

Aliud virorum monasterium construit.

Noua de locorum sanctorum visitatione.

Festum dedicationis templi.

XXVIII XXIX XXX XXXI XXXII

& labiis non solum vocem non emittebat, sed neq; cibum omnino non attingebat, [illegible] autem, visceribus & carne grauiter liquefacta, mortem minabatur paulo post. Tent[antibus] vero medicis, [illegible] entis & artis remedijs, malum vincere, postquam omnia conuincebantur [esse] inania & nihil posse, defatigati qui ad eā attinebant, ad vnum intuebantur auxilium, nempe ad preces magnæ Melanæ. Eam itaq; [illegible] ib⁹, lachrymas oculis effundentes, & verba emittentes lachrymis magis miserabilia. Illa autem, ([illegible] vitabat gloriam, vt quæ magnum afferret damnum, modesteq; ac moderate se gerebat) Hæc quidem, inquit, à me non possunt fieri: Christi vero martyres hæc & his maiora possunt facere. Cum sic dixisset, dæmoniacam duci iubet in templum. Cum de sanctorum autem oleo sumpsisset, & os laborantis tetigisset, claram emittit vocem: In nomine Iesu Christi, dicens, os tuum aperi. Vocem autem vox statim est consecuta, sanctæ vocem vox ægrotæ, & incitata est lingua ad agendas gratias, & dæmon aberat, & cibus simul aderat, & diuinum nomen per ipsam glorificabatur. Dæmoniacam curat oleo martyrum.

XXXIII. QVÆDAM alia mulier grauida in partum incidit morte acerbiorem. Nam cum iam pareret, fœtus, qui nondū processerat, intus erat mortuus, eratq; matris vterus sepulcrum filij. Peruenit itaque calamitas matris vsq; ad aures Melanæ. Illa autem valde graui dolore affecta, & perinde ac ipsa quæ patiebatur cruciata, venit statim ad ædes, in quibus periclitabatur mulier, magnumq; medicamentum parauit orationem. Quæ vero laborabat, vix membra mouens, non poterat quidem loqui: habitu autem & oculis flebiliter & miserabiliter intuens, videbatur dicere, Miserere. Quid ergo magna Melana? Oculis in cœlum sublatis, cum zonam suam soluisset, statim imponit ei, quæ erat fere mortua. Deinde cum dixisset. Ipsa sit mihi donum magni viri, & qui eam fuerit consecutus, non frustrabitur [illegible] statim & mortuum eiecit & peperit, & quæ iacebat, fuit statim ab omni dolore liberata. Hæc vel per zonā B. Melana faciens miracula, [illegible] alijs attribuebat. Quam multa facta sunt illic eiusmodi, quæ mihi non licet nunc attingere, cum proluxam eorum orationem, & temulius, iam mihi sit spiritus propter multitudinem eorum, quæ dicta sunt. Sed [illegible], quæ dicta sunt, vobis facile licet reliqua conijcere, vt qui ex modico gustu totum cognoueritis, ex eodem [illegible] dolio, dixerit quispiam, est [illegible] quum. Eundum est ergo ad decessum, si prius narrationi pauca adiecerim⁹. Nota curationem per zonam.

XXXIV. CVM [illegible] ad [illegible], & is esset Melanæ p[ræ]cognitus, & tanquam athleta quispiam non procul abesset à corona, [illegible] bat, & cum iam adesset lætabatur: & obiens alia loca Hierosolymorum, & Bethleem illā & Galilæam, & quæcunq; in orbem circu[mire]t, ea tanquam anima salutabat in peregrinatione. Cum aduenisset autem dies natalis Saluatoris, ad præsepe cucurrit & speluncam, & consobrinæ dicit, se non amplius esse festum cum eis celebraturam. Cum ergo tota nocte illic vigilasset in spelunca, die sequenti vadit ad ædem primi martyris: & cum illic [per]noctasset, & librum sumpsisset in manus, eis legit mortem primi martyris. Deinde cum adiecisset, eas non ampli⁹ [i]llam audituras legentem, postquam vidit eas grauiter ferre, quod dictum fuerat, sentiebat enim quid sibi vellet hæc dicens: illa rursus cœpit verba ad eas facere, & corda earum consolata est verbis spiritalibus: Ego quidem, dicens, ô charissimæ, à vobis iam recedo, cum hoc ita Deo visum sit. Vos vero ita vitam agite, tanquam præsentibus & intuentibus Dei oculis, qui cogitationes scrutatur & videt corda. Eum ergo, vt dicit Propheta, vobis ante vestrum conspectum proponentes, & castas animas & corpora ab omni labe munda conseruate: & si propter meam priuationem tristitia corda vestra pupugerit, si illius vobis veniat in mentem, protinus satis magnam inuenietis consolationem. Rursus inuit loca sancta. Psal. 15.

XXXV. CVM sic dixisset, templum ingreditur, & cum ad precandum constituisset, Domine Deus dicebat, quem ego elegi ab initio, q[ui] [illegible] go & nuptijs & diuitijs & gloriæ prætuli & voluptatibus, cui ab ortu corpus commendaui & spiritum, cui vt metu os semper adhæsit carni meæ, qui tenuisti dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me, tu quoque nunc exaudi vocem meam, & hæ lachrymæ moueant fluenta tuæ misericordiæ, & omnium peccatorum sordes [illegible] voluntarias quam inuoluntarias expurga: præbe mihi ad te iter absque vlla perturbatione & citra vllum impedimentum. Ne me retineant huius aeris mali dæmones. Nosti mortale ô immortalis. Scis ô hominum amator, nullum hominem esse [illegible] sordibus. Nullus est, in quem non possit arripere ansam aduersarius, nec si vitam quidem habeat vno die [illegible]. Sed tu quidem cum mea omnia despexeris, siste me mundam ante tuum tribunal. Ea sic precante eam lachrymis, cum nondum cessasset orare, horror corpus eius inuadit: & incipit quidem ægrotare, non cessat autem la[boribus]. Sed quamuis ita esset affecta, ibat ad consueta cantica, & simul hymnos psallebat matutinos: cum[q]; de anima ac salute multum esset philosophata, & suum gregem allocuta, cum ad virtutem incitasset, his finitis cum [illegible] veluti deficientem, vidisset autem eas, quæ ei parebāt, monachas grauiter ferre se ab ea disiungi, multis verbis eas consolata, dicens non oportere ita mœrere & lugere, dato iam desuper signo emigrationis, diuina Christi sumit sacramenta. Cantica consueta & hymnos matutinos.

XXXVI. CVM autem eum pontifice Eleutheropolis, qui ad eam cum toto clero venerat, diu locuta, de suis gregib. multa mandata dedisset, & cum multi quoq; alij confluxissent, (exceptis enim admodum pauci[s], omnes qui circumcirca habitabant, tam qui se separatim exercebant, quam qui communiter viuebant, & quicunque erant sacrati ordinis, atq; adeo qui erant etiam ciues oppida habitantes *) cum ad eos in commune vtilem fecisset admonitionem, præcipue vero ad consobrinam, quæ propter eius separationem valde erat perturbata, & deinde ad omnes, qui dolore afficiebantur, extremam hanc vocem effata, Sicut Domino visum est, ita factum est: sanctam illam & sacram emittit animā, vltimo die mensis Decēbris, cum esset dies Dominicus. Vt autem corpus apte, vt mos est, & decore componeretur, nihil opus fuit alienis manibus: sed & manus suæ sponte pectori honeste erant impositæ: pedes autem erant extensi, vt decebat: supercilia vero perinde ac si adhuc viueret, apte & eleganter erant clausa. Cum ergo tota nocte super eam pro more cecinissent, circa auroram eam terræ mandant, quæ cœlis erat vere digna, & quæ illic in thalamis habitat, & luce illa assidue fruitur, Ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, nunc & semper & in secula seculorum, Amen. * deest, eo aduenerat, aut quippiam simile. Nota hunc canendi modum.

MARTYRIVM S. COLVMBÆ VIRGINIS ET MARTYRIS EX GESTIS EIVS, VT HABET EA VINCENTIVS LIB. XI. CAP. CIV. SPECVLI HISTORIAL. An. 270.

INGRESSVS est Aurelianus ciuitatem Senonis octauo Idus Ianuarij, antequam accusata est & adducta B. virgo Columba, quæ post multas interrogationes iussa est per iuuenem turpissimum vulgari nomine Barucham, mitti in contubernio publico meretricum. Qui cum venisset in amphitheatrum & intrasset in cellam eius, dixit ei Columba. Cur cum tanta feritate ad me intras? Nunquid tibi possum resistere, aut te repellere à me? Sed patientiam habe, ne irascatur tibi Dominus meus Iesus Christus, & moriaris. Qui compunctus in his verbis non accessit ad eam, nec te[ti]git eam. Et cum oraret Columba, vt castitas eius à Domino conseruaretur, ecce Vrsa egrediens de causa amphitheatri, ingressa est cellam virginis, & inueniens ibi hominem, & allidens eum ante pedes Columbæ, intendebat in faciem eius; expectans, & quasi quærens quid iuberet de illo. Tunc Columba ad Vrsam. Adiuro te per Iesum Christum, vt non lædas eum, sed permitte me loqui cum illo. Tunc Vrsa dimisit eum & posuit se ante ostium ne ille effugeret, & ne alius ingredetetur. Tunc Columba ait ad iuuenem: Ecce fera audito nomine Christi dat honorem Deo, tu quare in tanto scelere perseueras? Aut ergo promitte te Christianum 31. DECE. S. Columba ducitur in lupanar. Vrsa castitatis eius custos.

Impudicus [illegible] stian[illegible] m fieri, ante [illegible] di uotauit [illegible]. Tunc iuuenis exclamauit: Si quis Christum non confitetur, [illegible] hinc [illegible] discedat. Quod cum dixisset, Vrsa tulit se de ostio, & ex eis iuuenis clamabat per totam ciuitatem [illegible] Deum [illegible] quem Columba colit.

Lupus adiorat [illegible] Quod audito Aurelianus iussit eam adduci. Cui responsum est, quod hoc non potest fieri, quia vrsa [illegible] est. Tunc Aurelianus iussit ignem circa carcerem accendi. Vrsa vero vt vidit ignem, cœpit tremere & rugire. Cui dixit Columba: Noli timere quia non cremaberis hodie, sed morieris cum Deo placuerit moreris. Tunc Vrsa [illegible] ascendens [illegible] per medias turbas & exiuit ciuitatem. Tunc populus clamare cœpit, vt ignis extingueretur ne Columba cremaretur. Quibus hoc clamantibus venit nubes de Affrico & extinxit ignem. Tunc adducta est Columba in medium populi. Ad quam Aurelianus: Quæ sunt ista artificia, quod tecum contingunt [illegible]? Quæ respondit: Nihil aliud noui nisi Christum cũ Patre & Spiritu sancto. Cui dixit Aurelianus: Iam tibi [illegible] non [illegible] hoc memorares. Præcepit autem vt ad primum milliarium duceretur, & ibi decollaretur. Quo cum ducta fuisset, rogabat vt paulum dimitteretur orare. Sed cum nollent qui ducebant eam, dedit eis anabolarium suum, siue pallium [illegible], & permiserunt. Qua orante clamauit ad eam vox de cœlo dicens: Veni Columba mea veni, aperti sunt [illegible] cœli, [illegible] gaudet tibi paradisus deuictis omnibus collectationibus. Stat Filius Dei, qui tibi coronam in capite ponat, & suscipiant te Angeli Dei, & perducant te in ciuitatem magnam Hierusalem cœlestem. Tunc vnus ministrorum extracto gladio amputauit caput eius in oratione. Factum est hoc pridie Kal. Ianuarij.

Lupanar [illegible] tanquam [illegible]
Flamma extinguitur.
Confessio S. Columbæ.

Ann. 45. DE SS. SAVINIANO, POTENTIANO ET ALTINO EPISCOPIS SENONENSIBVS ET MARTYRIBVS EX LIB. II. CATALOGI SANCTORVM PETRI DE NATALIBVS CAP. XXV. ET ANNALIBVS AVRELIANENSIBVS Caroli Saussey.

31 DECEMB. S. Sauinianus Primas [illegible] Natalis. S. Potentianus II. Episcopus Senonensis martyrio coronatus.

SAVINIANVS, Potentianus & Altinus Episcopi fuerunt ex septuaginta duobus discipulis Christi, missi à B. Petro Apostolo ad Gallias prædicandas, vbi Sauinianus primas totius Galliarum Prouinciæ constitutus, verbo & exemplo vna cum sibi adiunctis socijs populum instanter docebat, & multa miracula faciebat. Sed dum apud Senonenses prædicaret, tentus ab infidelibus, pro Christi nomine decollatus est, ibique tumulatus: cui successit in Episcopatu Potentianus, qui & ipse verbo prædicationis insistens post modicum temporis martyrium passus est, corpusq; eius auibus & feris expositum diuina gratia intactum permanens à fidelibus recollectum vna cum Sauiniani corpore sepultum est XI. Kal. Ianuarij, vbi multa miracula in ægrotantium membris & obsessis à dæmonibus Deus operabatur. Post quos passi sunt etiam sancti Altinus, Serotinus, & Eodaldus, sepulti apud martyres præfatos. Quorũ omnium corpora postmodum a Ceulone eiusdem vrbis Antistite translata sunt in B. Petri Basilicam contiguam Anno Domini 847. septimo Kalendas Septembris, tempore Lotharij & Ludouici & Caroli Imperatorum, vbi auditæ sunt voces Angelicæ Deo gratias agentes.

Anno 847. reliquiæ [illegible] transferuntur.

Quæ sequuntur ex MSS. refert Carolus Saussayus lib. 8. Annal. Aurelian. § 1. & seq.

ANNO millesimo sexto qua tempestate Leothericus Senonensem perurgens regebat Ecclesiam, qui Cœnobium S. Petri Viui Senonensis cum Raynaldo Abbate sacris Sanctorum reliquijs, aureis argenteisq; tabulis, gemmis, omnimodaque munifica supellectile satagebat ditare, defossa superioribus bellis sancti Sauiniani & sociorum corpora à Leotherico leuata sunt. Ipsum vero sancti Sauiniani corpus à Constantia regina Roberti Francorum regis coniuge pretiosissimo contectũ est opere, monente Theoderico adhuc clerico adolescente, post Aurelianensiũ Archiepiscopo. II.

At enim cum aliquando Rex Romam petere, reginamque quam consanguinitatis prætexto repudiarat, vna cum filio suo Hugone relinquere domi destinaret, illa se spectans Apostolici iussu, fauentibusq; quibusdam ex aulicis tha[illegible] loco regiore restitutam iri, eum tem profectura est animo supra modum inquieta. Multa nec incassum pauenti nocte intempesta apparet vir candido promissoque capillo, sacerdotali venerandus amictu, & virga pastorali, mira vique [illegible] oculis aci. cum fulgens claritudine, seque Sauinianum vocari, Episcopumque esse insinuat, cui & mis. Cõstans esto Cõstantia, quia Deo propitio imminentẽ euasisti secura tristitiam. Tam insolẽtis anxia visionis, inclarescente primum die cœpit à circũstantibus clericis percontari, essetne aliquis in his regionibus Episcopus nomine Sauinianus. Theodericus vnus ex ijs vice omniũ respondit. Est Domina in monasterio S. Petri Viui Senonensis S. Sauinianus primus Metropolitanæ vrbis Senonensis Archiepiscopus & martyr, quem si deuota adieris, nouerisque, quod pollicitus est certo consecuturam. At illa tanti viri excipiens orationem, maturrime cum filio Cœnobium adeunt, & lachrymis coram sepulchro S. Sauiniani profusa, eius se precibus fideique totam commisit. Tertio dein die subito intempesta nocte, adest Regis legatus, nuncians superuenientem; qui inopinus adueniens, & illam deinceps iuxta promissum martyris ardentius est complexus, & omnia iura regalia, possessionesque quibus gaudebat eius natui fruenda reliquit. Simul hæc igitur voti compos, nec oblita acceptæ beneficentiæ, proprie corpus B. Sauiniani plumbeo loculo hactenus inclusum, quæ potis artis industria, auro, argento, gemmis pretiosis, à Rege tam sacri negotij conscio sibi præstitis, munificentissime exornauit. III.

S. Sauinianus Constantiæ Reginæ apparet.

Constantia meritis sancti martyris voti potitur.

Loculo sanctum honorat.

FINIS.

INDEX NOMINVM OMNIVM SANCTORVM, QVORVM VITÆ,

martyria & acta in hisce tomis continentur, ordine alphabetico descriptus.

A.

 Aggius,

B.

Bilhildis

C.

D.

E.

Epar-

Eury-

F.

G.

Gor-

H.

K.

L.

Mater-

Præ-

Q.

R.

Solus

V.

Vale-

PIO ET CANDIDO
LECTORI S.

Quòd plus moueant, fortiusq́; ad Christianam pietatem extimulent exempla quàm verba, plenius q́; fit opere docere, vt inquit Magnus ille Leo Pontifex, quàm verbo, testantur tam multi sancti & eruditissimi Patres, qui Sanctorum vtriusque sexus hominum vitas describendas sibi sumpserunt, & cum ineffabili fructu ad posteritatis notitiam transmiserunt. Nouimus ex D. Augustini Confessionibus, quantum illi adhuc vacillanti contulerit audita vita beatissimi Antonij Eremitæ: nec dubium, quin innumeris alijs idem euenerit. Lib. 8. c. 6 *Nostri instituti primus author & patriarcha Dominicus, Patrum exemplis summoperè delectatus, ad supremam vitæ spiritalis & religiosæ perfectionem peruenit. D. Thomas Aquinas, sui patris Dominici vestigijs insistens, eiusmodi lectione haud vulgariter afficiebatur: nec id sanè absq; ingenti fructu. Quòd si verò his solidiora petimus, non desunt nobis ne ipsius quidem scripturæ diuinæ testimonia. Iesus Syrach à cap. 44. vsque ad quinquagesimumprimum in suo Ecclesiastico quid aliud, quàm Sanctorum, qui in hac vita Deo placuerunt, exempla commemorat, eaq; nobis ob oculos spectanda & imitanda proponit? Matathias ille legis eximius Zelator cùm ab hac vita esset abiturus,* 1. Mach. 2. *filios suos nulla re alia magis, quàm recitandis Patrum gestis, ad agendum fortiter pro Deo eiusq́; sanctissimis legibus exhortatur & confirmat. Sed & in nouo Testamento D. Paulus prolixus est in præcedentium sanctorum Patrum celebranda fide.* Heb. 11. *Possent huius generis permulta alia adduci: sed res per se adeò illustris & perspicua est, vt superuacaneum videri possit illi docendæ rationes & argumenta adhibere. Itaque non possum non approbare, atque etiam commendare tam pium studium R. Patris D. Laurentij Surij Carthusiani, qui non paruo labore has Sanctorum Vitas ex diuersis authoribus & egregijs manuscriptis exemplaribus collegit, & tanquam rarum quendam thesaurum Catholicæ Ecclesiæ hominibus contulit. Tu itaque his fruere, Lector amice, nihil ambigens, quin eorum lectio non solùm detrimentum nullum aut perniciem, sed ingentes potius & vberrimos tibi sit fructus allatura. Vale.*

F. Theodoricus Buscoducensis, fratrum
Dominicanorum intra Coloniam Prior
& Apostolicus inquisitor.